



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



BIBLIOTHECA S. J.
Maison Saint-Augustin
ENGHIEN

TH 263/g

a an

17° mile + 1673

L. 5. 7.

TURRIS DAVID.

Quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei
pendent ex ea. *Cant. 4.*

DE MILITANTE AC TRIVMPHANTE ECCLESIA.

Disputationes aduersus huius temporis Hæreticos.

In Duodecim Libros distributæ.

AUCTORE


FR. ANGELO PETRICCA A SONNINO.


Ord. Min. Conu. Artium & Sac. Theol. Doct.

Sacræ Congregationis pro emendatione Euchologij Theologo,
& olim Vicario Patriarchali Constantinopolitano.



THE HISTORY OF THE





SANCTISSIMO,
ET BEATISSIMO PATRI
ET D. N.
INNOCENTIO
DECIMO
PONTIFICI MAXIMO.



CONFECI, Pater Beatissime, pro exigua talenti portione, quæ mihi à Domino credita est, Opus de Militante, ac Triumphante Ecclesia aduersus huius temporis hæreticos, ea occasione inchoatum, quia in Constantinopolitana Vrbe Calvinistarum fraus, quæ propagari cœperat, me cooperante profligata fuit, atque fugata; vt ex solempni, ac Synodali anathematismo ibidem contra eos edicto, & ex Catholica Fidei professione ab eiusdem Urbis Antistite emissa, & ad Sedem Apostolicam directâ, palàm omnibus apparuit. At non sub alijs ornamentis in lucem prodire debuit, quàm sub Tuo Beatissimo Nomine, dum Cathedræ S. Petri es verus hæres, cui proprium est hæreticam

ticam prauitatem prostrernere & proterere: vt idem Petrus monuit, qui ab initio nascentis Ecclesiæ Simonem Magum hæreticorum antesignanum, & Evangelicæ veritatis aduersarium, de æeris sublimitate, quò temerè ascendere tentauerat, deiecit & conculcauit. Meritò itaque, Pater Sancte, hoc Opus tuis sanctissimis pedibus offero, atque subiicio. Quod insuper si paternæ, ac salutari tuæ benedictione fuerit communitum, gratum & perutile omnibus legentibus amplius futurum, quis poterit ambigere? lubenti igitur animo suscipere dignetur Sanctitas Tua munus hoc deuotissimæ seruitutis meæ tributum præfinitum, multis quidem vigilijs & lucubrationibus contextum, sed simpliciter subiectum supremæ censuræ Sanctitatis Tuæ, Cui pro Catholicæ Ecclesiæ pace & amplificatione dies noctesque laboranti, multos annos & fausta omnia, ac fælicia à Deo Optimo Maximo enixè precor. Romæ Anno Christi Domini 1646. mense Decembri.

Beatitudinis Tuæ

Seruus humillimus

F. Angelus Petricca à Sonnino Min. Conu.

EMI-

EMINENTISSIMO,
ET REVERENDISSIMO
PRINCIPI
D. CARD. CAMILLO
PAMPHILIO
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
INNOCENTII X. NEPOTI
PATRONO MEO COLENDISSIMO.



PRAECIPVA obseruantia, Eminentissime Princeps, quæ erga Sanctissimum Patrem, ac Dominum Nostrum, cum Cardinalem gereret, in me viguit, meritò, ac iurè meum impellit animum, vt Te itidem Dominum, ac Patronum impetrare perquiram: etenim illius hæres fuisti, postquam Diuina disponente Clementia ad Pontificatus apicem assumptus fuit: hoc igitur flagrans desiderio supplex Eminentiaæ Tuæ præsto sum. Dignare itaque sub tuo patrocínio, ac tutela me item recipere, dum eadem animi propensione Munificentiam Tuam prosequi paratus sum: cuius voluntatis hoc erit argumentum non obscurum, dum præsens opus pro Fidei Catholicæ defensione à me editum, demissè, ac deuotè Tuo generoso Nomini dicatum præbeo. Cui prospera cuncta, ac diuturnam vitam à summo re-

runi

rum omnium Opifice vehementer exoptans, sacram humili-
ter deosculor venerorq. purpuram. Romæ anno salutis 1646.
mense Decembri.

Eminentia Vestra Reuerendissima

Deuotissimus seruus

F. Angelus Petricca à Sonnino Min. Conu.

IN.

INSCRIPTIONIS EXPOSITIO, ET OPERIS DIVISIO.



TURRIM Daudicam, de qua diuino afflante Spiritu, Sapiens in Canticis fermocinatur, Sanctæ Dei Ecclesie typum extitisse, Patrum, & Doctorum concordat auctoritas: iurè quidem optimo: Turris namque illa expolitis, & quadris fuit constructa lapidibus; sancta autem Ecclesia, vt docet Apostolus, superædificata est

Cant. 4.

Ephes. 2.

suprà fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. Illa cum propugnaculis ædificata, vt materialibus armis strenuè resisteret; Hæc spiritualibus vallis munita fuit, sanctissimis scilicet, & sapientissimis Doctoribus, ac doctrinis, vt omni tempore hostes confundere, & prostrernere valeret. Constabat illa minoribus, magnis, atque maioribus lapidibus: Hæc autem dignis, & dignioribus partibus, & ministris spectabili ritu, & diuina dispositione constructa cernitur, Cæpha scilicet cum hæredibus suis, Clero pariter, ac Laicis multiplicibus. Illa tandèm cæmento connexa, vnitatem ædificij habebat. Hæc autem per conspirationem fidei, & Sacramentorum vniuniformem participationem colligata, vna confurgit. Huius namque Turris præstantissimæ lapis primarius, & præclarus est Petrus cum successoribus suis, in eo fundamento fundatus, de quo Apostolus ait, *Fundamentum autem aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Et Isaias pariter prænunciat, *Eccè ego mittam in fundamentis Sion (nempè Ecclesie) lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum;* Simonem scilicet, cui hac ratione nomen petrae; seu lapidis imposuit Saluator, qui fundamentum est huius ædificij. Reliqui autem varij, ac dissimiles, quibus hæc structura erigitur, Cleri, laicorumq. multiformem statum representant; qui venusto ordine dispositi, altitudinem, ac latitudinem opificij mirabiliter componunt. Ordinatè igitur aduersus huius fortissimæ, ac mysticæ Turris impios hostes disputaturus. Primò de ea in communi. Secundò de principaliori, ac nobiliori parte illius; de Petro scilicet, & Romano Pontifice eius successore. Tertiò de ministris eiusdem. Quartò de Laicis. Quintò de illius vnitatem per fidem, & Sacramenta. Sextò, & vltimò de ea, vt est in cælis ex hostium reportata victoria, semper triumphans, disceptabo.

Aug. ser. 41.

ad fratres in

Erem. to. 10.

ait. *Studeo sa-*

eram Scriptu-

ram exponere:

Turrim Daudi-

cam clypeis

fortissimis mu-

nire, munitam

declarare, &

declaratam or-

dinare. Nam

quid per Tur-

rim Daudicam,

nisi Sanctorum

Ecclesiam in-

telligo?

Chrysol. ser.

de Pentecost.

tomo 3. ait.

Tēpestates su-

scipit Ecclesia,

sed non demer-

guntur machinæ

præparata

sed Tur-

ris nõ clauditur.

1. Cor. 3.

Isai. cap. 28.

AD

AD LECTOREM.



HIVS operis ratio duplex est, optimè Lector. Gerente enim me vices Patriarchæ in Regia Vrbe Constantinopoli, Caluiniſtæ, cum Græcorum Patriarcha, Cyrillo Lucari, vnionem quandam circa Religionem confixerant, eamque superioribus annis typis editam, per multas Europæ Prouincias promulgauerant. Quod cum Apostolicæ Sedis Antistes cognouisset, tale fœdus, verè diabolicum, dissoluen dum, ac diruendum veritatis gladio, præcepit: & quod iustè mandauit, tandem obtinuit, expulsus namque fuit à Patriarchali sede iussu Turcarum Tyranni Cyrillus Lucarus, & iusto Dei iudicio præter expectationem, in mare præcipitatus, dedit sui sceleris dignissimas pœnas. Assumptus proindè immediatè fuit ad Patriarchalem thronum Cyrillus Boeriensis, impiæ Caluini doctrinæ infensissimus; Schismaticus tamen, Apostolicæ Sedi inobediens, & consuetis Græcorum erroribus infectus: Deo autem adiuuante, post aliqua colloquia, schisma, me suadente, ac enixè rogante dimisit, Fidem Catholicam professus est, illamq. litteris exaratam, Sanctissimo Domino Urbano VIII. per certos Apocryfarios direxit; scriptis litteris ad illum, obedientia, reuerentia, ac animi subiectione plenis; anathematizato insuper solemniter vnà cum pluribus Græcorum Præsulibus prædicto Cyrillo Lucari, cum Caluino simul, & Caluiniſtis; nunquam Orientalem Ecclesiam illorum iniquam doctrinam habuisse, imò inauditam in illis partibus extitisse, protestatus est.

Quo tempore ex hæreticis Aquilonaribus quidam, in ea Vrbe degentes, huiusmodi acta egrè ferentes, mecum pluries de fide Catholica disceptare voluerunt: & vt de Venerabili Eucharistiæ Sacramento, quæ sentit Sancta Catholica Ecclesia scriberem, instanter petierunt: annui, scripsi, eisq. exhibui, superaddito breui quodam discursu, quo non aliam, quàm inanem, absque fundamento, verè phantasticam, & impiam vnionem inter Græcos, & Caluiniſtas componi potuisse demonstraui; nec aliquandò Caluiniſtas cum Græcorum Ecclesia, conspirare posse, clarè ostendi.

Post varios igitur casus super huiusmodi rem, Romam veni, ad pedes Sanctissimi Domini nostri me contuli, quæ prædicta sunt, iam illi optimè nota, commemorauit: eiq. opusculum præclarum contra Caluiniſtas à me editum, obtuli: quibus omnibus auditis, iussit Sanctissimus Pater, vt opusculum illud typis mandarem. Verùm quia minimæ quantitatis illud mihi visum fuit, præsens volumen aggredi decreui; & triennio elaboratum, atque completum, iure obedientiæ in lucem edere opus fuit.

Rursus: vt iuxtà capacitatem meam, præclaram Sanctorum Patrum, cæterorumq. veterum Catholicorum consuetudinem consecrarem; Sæpè enim, vigētibus antiquis hæresibus, omnes, quotquot aliqua scribendi facultate præditi inueniebantur, ardore fidei & zelo Religionis armatos, aduersus illas, pro viribus insurrexisse perlegi. Hoc autem, omnes, qui inueniuntur idonei, aggredi debere, itidè existimaui; vt cum vnà eademq. sit Ecclesia Dei, quæ antiquitus moderno, ac futuro tempore consistet, iidem quoque laudabiles mores, & consuetudines omni tempore in ea permaneant. Igitur, pie Lector, si quod inueneris in hoc volumine, quod ad Ecclesiæ decorem, & animarum salutem utile fuerit, suscipe, & Deo Optimo Maximo gratias age; Si quid autem ineleganter, & minùs profundè positum cognoueris, ignosce.

Exemplum litterarum Apostolicarum quas Summus Pontifex
VRBANVS VIII. Græcorum Patriarchæ Constantino-
politano, post acceptam ab eo Fidei Catholicæ Pro-
fessionem, ac Obedientiæ exhibitionem, dedit.

Venerabili Fratri Cyrillo de Verià Patriarchæ Constantinopolitano .

Extra

VRBANVS PAPA VIII.

Intus

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.



Verem Christiane consolationis fructum, & fraternitatis tuae literis perceptimus, quibus eximiam erga nos, & Apostolicam Sedem pietatem, atque observantiam luculenter testaris. Complectimur te brachijs Pontificiae charitatis, & solemnem fidei Orthodoxae professionem ad nos missam, perlibenter excepimus. Neque minus solatis sollicitudini nostrae parium esse fatemur, dum periculum, quod imminere videbatur, Omnipotentis ope substractum esse, atque exitiosas Cyrilli. Lucaris hereses à te alijsq. Praesulibus Christianarum virtutum zelo communitis, improbatas fuisse, audiuimus. Tam pro vigiliis constanti documento uniuersae Ecclesiae laudes promeritus es, Venerabilis Frater; dum mendacissimam doctrinam, qua nefarius veræ Religionis hostis omnem Orientem perniciosis errorum tenebris obnubere conatus fuerat, proscripsisti. Dissipauit Dominus iniquorum Concilia: viam fecit semita irae suae; non pepercit à morte, docuitq. miserrimè illius exitu digna reos animaduersione à se puniri, qui reddit unicuique iuxta opera sua. Ad hunc statum cum res deducta sit, tuum erit, omne studium, ac diligentiam adhibere, ut falsa Caluini dogmata, quae idem Lucaris magno plurimorum damno disseminare adnixus est, te Catholicam fidem propugnante, ex populorum mentibus penitus euellantur. Id autem ex animi sententia cedit, si sedulo curaueris, ut Praelati, ac Parochi impijs heresum commentis decepti, aut resipiscant, aut ab Ecclesijs remoueantur, eorumq. munus Catholicis demandetur. In hoc igitur vigila, in omnibus labora, imple ministerium tuum, & Schismaticorum Concilijs, quibus diuina gratia dederit, fortiter obsiste, Qua in re neque sedulitatem, neque animi magnitudinem à fraternitate tua ulla ex parte desideratum iri pro certo habemus, cum eximium gregis tui ad aeterna pascua perducendi studium, quo incensus es, minimè nos lateat. Id sanè si praestiteris, Altissimus, qui diues est in misericordia, labores tuos prosperis euentibus cumulabit, tuamq. pietatem consolabitur beata spe sempiternae felicitatis. Nos verò te omni ope, & officio tueri minimè praetermittemus, atque à Catholicis Principibus, quorum patrocinium tuis rebus opportunum fore videbitur, maiorem in modum postulabimus, ut per suos ministros isthuc commorantes, te, ubi usus venerit, impense adiuuent. Dominus, qui errantes filios in unum ouile cogit, & dispersiones Israelis congregat, suo praesidio tibi praesto sit, ut quamplures religiosi tuis conatibus excitati, in tutissimum Ecclesiae sinum se recipiant, extra quam non est salus. Hac nos pro tua istiusq. Nationis felicitate vota nuncupamus, qui Diuinam Clementiam iugiter orabimus, ut pias cogitationes tuas optatum ad exitum perducere non dedignetur, & fraternitati tuae Pontificiam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae die 30. Aprilis 1639. Pontificatus nostri anno 16.

Iulius Rospigliosius.

Exemplum litterarum Apostolicarum quas Summus Pontifex
VRBANVS VIII. ad auctorem direxit.

Extra

Dilecto filio Vicario Patriarchali Constantinopolitano .

Inus

VRBANVS PAPA VIII.



DILECTE fili salutem & Apostolicam benedictionem. Animarum salus, pro cuius reparatione Altissimus vita auctor, immanissimam subire mortem minimè dubitauit, praeipuum votum, ac negotium nobis esse debet, qui Vicariam eius potestatem in terris gerimus. Propterea ad remotissimas etiam regiones assidue conuertitur Pontificia sollicitudo, nullamque pratermittit diligentiam, ut in omnibus nationibus Euangelij veritas elucescat. Cum igitur te peculiari animi propensione Catholicae fidei propaganda isthic sedulo incumbere pro certo habeamus, haec ad te literas dare volumus, eximum paternae qua te prosequimur charitatis documentum. Confortare in Domino dilecte fili, & sub Crucis vexillo militans, lorica fidei, & scuto bonae voluntatis munitus, veram religionem propugnare nunquam desiste, atque exploratum omnino tibi sit, pijs tuis conatibus diuinum patrocinium nunquam defuturum. Et sanè cum de tua pietate uberrimos in dies Christianarum virtutum fructus nobis polliceamur, egregia, quam de te concepimus opinionem satisfactum iri, pro certo habemus. Interim adiunctas hisce literas Apostolicas Venerabili Fratri Cyrillo de Veria Patriarcha Constantinopolitano cupimus à te reddi, cui nos amanter benedicimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 30. Aprilis 1639. Pontificatus nostri anno 16.

Julius Rospigliosus.

INDEX

INDEX LIBRORVM, DISPV TATIONVM, ET CONCLVSIONVM. LIBER PRIMVS, DE ECCLESIA MILITANTE IN GENERE.

DISPV TATIO PRIMA.

Quid Ecclesia re, & nomine sit.



ECCLESIA non est congregatio tantum prædestinatorum, ita vt excludat præscitos fidem Catholicam tenentes.

In Ecclesia continentur homines imperfecti. Facinorosi, seu magni peccatores sūt partes Ecclesie, dummodo fidem Catholicam habeant.

DISPV TATIO II.

An Hæretici, & Apostatae sint partes Ecclesie Christi.

Hæretici, & Apostatae non sunt partes, nec membra Ecclesie Catholice.

DISPV TATIO III.

An Cathecumeni, & Schismatici sint partes Ecclesie Christi.

Cathecumeni non sunt partes, & membra Ecclesie.

Schismatici absque hæresi sunt membra Ecclesie. Schismatici verò cum hæresi sunt extra Ecclesiam, nec sunt partes illius.

DISPV TATIO IV.

An Infideles occulti sint membra Ecclesie.

Hæretici occulti sunt partes, & membra Ecclesie.

DISPV TATIO V.

An Ecclesia sit semper visibilis, & an deficere, & errare possit.

Ecclesia est visibilis.

Ecclesia inuisibilis quam confingunt hæretici non datur.

Ecclesia Christi non potest deficere.

Ecclesia non potest errare.

DISPV TATIO VI.

Quomodo Ecclesia differat ab antiqua Iudeorum Synagoga.

Summus Sacerdos Synagoge in iudicando errare non poterat.

Synagoga non defecit apostatando à lege Dei totaliter.

DISPV TATIO VII.

Quæ & quot sint signa veræ Ecclesie.

Notæ, seu signa veræ Ecclesie quas Sectarij ponunt non sunt veræ, nec sufficientes, quia non ostendunt, nec notificant Ecclesiam.

Veræ notæ, quæ demonstrant, & distinguunt veram Ecclesiam ab omnibus Sectis, sunt quatuor; Vna, Sancta, Catholica, & Apostolica.

Tantum Ecclesia Romana est vna, aliæ Congregationes, seu Sectæ, non habent hanc vnitatem.

Ecclesia Romana est Sancta, aliæ Congregationes, quæ sunt Sectæ, nullam habent sanctitatem.

Nulla hominum Congregatio, seu Secta dici potest Catholica, sed tantum Ecclesia Romana.

Nullus hominum cœtus potest dici Apostolicus, sed tantum Romana Ecclesia.

LIBER II.

DE SVMMO PONTIFICE

Capite Militantis Ecclesie.

DISPV TATIO I.

An Christus Dominus Petro tantum, & non cæteris Apostolis dederit Ecclesie principatum.

Ecclesie vniuersalis Principatus, & regimen datus fuit à Christo Domino tantum Petro, & non cæteris Apostolis.

DISPV TATIO II.

An Romanus Pontifex sit Petri successor in regimine vniuersalis Ecclesie.

Petrus Apostolus Romam venit, ibiq. Episcopus sedit, & tandem ibidem martyrio coronatus obiit.

Romanus Pontifex est legitimus successor Petri in Regimine Vniuersalis Ecclesie.

DISPV TATIO III.

An Romanus Pontifex sit supremus Iudex controuersiarum fidei, & morum.

Romanus Pontifex, & Ecclesia est Iudex controuersiarum fidei, & morum.

DISPV TATIO IV.

An Summus Pontifex sit supra Concilium Generale.
Summus Pontifex est supra Concilium Generale, adeoquod Iudex, Pater, & Princeps Concilij iurè appellandus est.

DISPV TATIO V.

An Summus Pontifex habeat ius condendi leges, ac iurisdictionem coactivam pro illarum executione.

Summus Pontifex habet ius præcipiendi, & condendi leges in Ecclesia.

Summus Pontifex in condendis legibus potest obligare fideles in conscientia, & transgressores iudicialiter punire.

DISPV TATIO VI.

An Romanus Pontifex habeat potestatem, & iurisdictionem spiritualem & temporalem super Principes seculi, ita ut illos possit deponere à Regno, si causa subsistat.

Omnis Princeps temporalis, si Christianus fuerit, est subiectus & subditus in spiritualibus Summo Pontifici.

Principes infideles non sunt Summo Pontifici subiecti.

Actiones, & leges Principum Temporalium subiectæ sunt Summi Pontificis moderamini, ita ut possit talia dirigere, & etiam impedire, si legibus Ecclesiæ aduersentur.

Summus Pontifex iure diuino non habet Monarchicum dominium temporale super Christianorū Regna. non repugnat autem ei Principatus politicus, si Regna illi donentur, vel ab aliqua Natione iustis conditionibus electus fuerit.

DISPV TATIO VII.

Quid Romano Pontifici semerè, & impudenter Antichristi nomen imponatur ab Hereticis.

Antichristi nomen, & res, nullatenus Summo Pontifici competunt.

L I B E R I I I.

D E S V M M O P O N T I F I C E

vnà cum Ecclesia in Concilij congregata.

DISPV TATIO I.

Quid & quocumque sit Concilium: de illius origine, utilitate, ac necessitate.

Summus Pontifex adhibita Romana Ecclesia, scilicet Cardinalium Collegio, & Apostolicæ Cathedræ ministris, ut sunt illæ personæ, quibus pars aliqua Ecclesiastici regiminis commissa est, in iudicandis controuersijs fidei, & morum errare non potest, ita ut oppositum affirmare sit suspectum de hæresi.

Summus Pontifex etiam extra Generale Concilium, seu non adunato Concilio Generali est infallibilis iudex controuersiarum fidei, & morum.

Summus Pontifex debet de facto in iudicandis fidei, & morum controuersijs congregare Generale Concilium, vel si aliquando non expedit, debet plurimos, qui prælatione, & doctrina præstantiores sunt, adhibere.

DISPV TATIO II.

Cui ex officio contingat congregare Concilium, Papa, an Imperatori.

Ad Summum Pontificem tantum spectat Generale Concilium indicere, & congregare.

DISPV TATIO III.

Quæ persona requirantur ad constituendum Concilium.

Concilium non potest esse tantum electorum, seu prædestinatorum congregatio.

Principes temporales nullum ius habent definiendi in Concilio.

Plebs Christiana nullum ius habet in Concilio. Ad Concilium conuocandi sunt omnes illi, qui Pastores sunt ouium Christi, quales sunt Episcopi.

DISPV TATIO IV.

Quot Episcopi requirantur ad Generale Concilium celebrandum. Et an sententia, & decisiones illorum obligent fideles ad illas firmiter tenendas, ac seruandas.

Concilium habet iudicium, & suffragium decisionum in controuersijs fidei, ita ut illius decreta, & leges à fidelibus seruari debeant.

DISPV TATIO V.

Cui ex munere proprio in Generali Concilio presidere contingat.

Ad Romanum Pontificem iure diuino spectat presidere Concilij vel immediatè, vel per Legatos suos.

DISPV TATIO VI.

An Concilium à Pontifice confirmatum in rebus fidei errare valeat: & an illud firmiter sit sacra Scriptura.

Omne Concilium vel sit Generale, vel Nationale, vel Prouinciale, dummodò fiat Papæ auctoritate, cum illius presidentia, vel alterius loco eius, cum licentia, & facultate, ut de fidei controuersijs definiat, & iudicet, errare non potest.

Quæcunque Concilia absque Summi Pontificis auctoritate indicta, vel celebrata, & contra illius voluntatem regulata, errare possunt, & de facto errauerunt.

Sacra Scriptura à Catholicis iurè anteponitur Concilij.

DISPUTATIONVM, ET CONCLUSIONVM.

LIBER IV.

DE SACRIS PARTIBVS Ecclesie Militantis, scilicet Clericis, Monachis, ac Regularibus.

DISPUTATIO I.

An membra, seu partes integrantes, & constituentes Ecclesiam militantem iure distinguantur in Clericos, & laicos: quando caperit hac distinctio, & quomodo inter se differant.

Membra Ecclesie militantis iure distinguuntur in Clericos, & Laicos.

Distinctio populi Dei in nouo testamento in Clericos, & Laicos est de iure diuino, adeoque Christus Dominus huius ordinationis est author.

Clerici, & Laici differunt inter se, ut quid sacrum, & non sacrum; ut superiores, & subditi; ut pastores, & oues; ut ministri, & dispensatores ab illis quibus bona dispensantur, & tribuuntur.

DISPUTATIO II.

An electio, vocatio, & ordinatio Clericorum spectet ad universam Ecclesiam, vel ad Pastores illius.

Ad Ecclesie Pastores spectat iure diuino Ordinatio, & missio ministrorum Ecclesie, & non ad populum.

Ministri Lutherani, & Calviniani, & omnium Sectariorum non sunt legitimi.

Legitima electio ministrorum Ecclesie non est tantum circa predestinatos, sed etiam reprobos, dum sunt Ecclesie membra.

DISPUTATIO III.

An calibatus sit Sacris Ordinibus iure diuino, vel humana annexus.

Continentia, & castitas diuino iure est tantum de consilio.

Sacris Ordinibus, Apostolico & Ecclesiastico precepto calibatus est annexus, ita ut nullo modo liceat Sacros Ordines habentibus uxorem ducere.

Bigami Apostolico precepto ad Sacros Ordines non debent admitti.

DISPUTATIO IV.

An Clerus cum bonis suis sit à iurisdictione temporalium Principum immunis: & an iure naturali, & positiuo, seu an ministri Regni eorum subditi sint ministri Regni terrani.

Iure naturæ Clerus est immunis à iurisdictione temporalium Principum.

Iure positiuo diuino Clerus est immunis à iurisdictione secularium Principum.

Iure positiuo Pontificio, seu Canonico Clerus immunis est à subiectione cuiuslibet Magistratus politici, estq. prefato iure ita rata, & firma immunitas Cleri, ut in conscientia obliget

Clerus iure naturæ, diuino, & humano simul cum bonis Ecclesie immunis est à solutione tributorum Principibus secularibus.

DISPUTATIO V.

An dentur in Euangelio consilia, que à præceptis differant, que, & quot illa sint.

In Euangelio dantur consilia, & sunt præcipue Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ.

DISPUTATIO VI.

An liceat Christianis vouere, & que sit materia voti.

Licet Christianis vouere, estq. talis actus valde laudabilis.

Materia voti proprie est in Consilio Euangelij. Vota optimè sunt ad maiorem Dei cultum, & ad maiorem progressum spiritualem.

Promissio seruandi diuinam legem, que fit in baptismo, non est proprie, sed improprie votum.

DISPUTATIO VII.

De Origine, & quidditate Regularium, & de illorum habitu, & tonsura.

DISPUTATIO VIII.

An liceat Regularibus viuere in communi ex rebus spontè oblati, vel ex mendicatione acquisitis.

Licet Regularibus viuere ex rebus spontè oblati, vel ex mendicatione acquisitis.

Licet Regularibus manibus operari, & proprio labore victum sibi acquirere.

Regulares non tenentur sub præcepto ad laborem manuum.

LIBER V.

DE LAICIS MILITANTIS Ecclesie.

DISPUTATIO I.

An Principatus politicus repugnat Christianæ fidei.

Principatus politicus, seu Magistratus non repugnat Christianæ fidei.

DISPUTATIO II.

An Christiani Principes habeant potestatem condendi leges civiles.

Principes, & Magistratus Christiani habent potestatem leges civiles condendi.

DISPUTATIO III.

An plebs Christiana tenetur in conscientia seruare leges civiles suorum Principum.

Leges civiles obligant in conscientia, ut participant iustitiam legis naturalis, & diuinæ.

DISPUTATIO V.

An liceat Christiano Principi bellum facere, & gladio punire criminosos.

Licet Christiano Principi, ac Magistratui iuris de causis bellum facere.

Licet

INDEX LIBRORVM,

Licet Christiano Principi, & Magistratui iudicialitèr punire criminosos.

DISPV TATIO V.

An Principes Christiani, & Magistratus Laici potestatem habeant iudicandi de Religione.

Principes, & Magistratus laici nullum ius habent in regimine Ecclesiae, nec in controuersijs fidei, & morum decidendis.

In testamento veteri Primatus in regimine spirituali, & in decidendis controuersijs legis non fuit apud Reges Iudæorum, sed apud Summum Synagogæ Sacerdotem.

Reges, & Magistratus temporales, seu Laici tenentur sub poena damnationis aeternæ prohibere hereses, & falsas Sectas in suis ditionibus, ne populi veram Religionem amittant, & falsas impunè recipiant.

LIBER VI.

DE IUSTIFICATIONE,

& necessitate Militantis Ecclesiae
ad benè operandum.

DISPV TATIO I.

In qua Status controuersie aperitur: & an sola fides iustificet inuestigatur.

Dispositio ad iustificationem non est sola fides.

DISPV TATIO II.

Quod sit obiectum fidei ad iustificationem necessaria.

Fides iustificans habet pro obiecto non tantum misericordiam Dei, & remissionem peccatorum, sed omnes veritates à Deo reuelatas.

Fides iustificans non differt à fide historica, & miraculorum, qua scilicet creduntur ea, quæ sacra Scriptura narrat, & qua creditur posse Deum miracula operari.

DISPV TATIO III.

Quæ sit causa formalis iustificationis.

Causa formalis iustificationis nostræ, non est iustitia Dei essentialis qua iustus est, & nos inhabitat.

Iustificatio nostra formalitèr non est tantum remissio peccatorum.

Iustificatio formalitèr non est imputatio iustitiæ Christi in nobis.

Iustitia formalis qua iusti, seu iustificati denominamur, est qualitas animæ nostræ inherens, quæ in scripturis dicitur, gratia, charitas, & iustitia.

DISPV TATIO IV.

An peccata verè tollantur in Iustificatione.

Peccata in iustificatione hominis, verè & à parte rei tolluntur.

DISPV TATIO V.

An homo sit certus de sua iustitia perseuerantia, & vita aeterna.

Nemo sine speciali reuelatione potest certus esse certitudine fidei diuinæ, cui nullo modo potest subesse falsum, sibi peccata fuisse remissa, & iustum esse.

Nemo sine speciali Dei reuelatione potest certus esse certitudine fidei diuinæ se perseueraturum esse in iustitia, & sanctitate vsque ad consummationem.

Nemo potest sine speciali reuelatione Dei certus esse certitudine fidei diuinæ se prædestinatum esse, & ad aeternam hæreditatem electi.

DISPV TATIO VI.

An homo iustificatus possit benè, & laudabiliter operari.

Homo iustificatus potest rectè, & laudabiliter operari.

Homo iustificatus benè operando non peccat.

Homo iustus benè operando magis iustificatur.

DISPV TATIO VII.

An homo iustificatus mereri possit bonis operibus vitam aeternam.

Opera iustorum in via iure dici debent merita.

Licet iustificatis fiduciam habere aeternæ hæreditatis possidendæ ob merita bonorum operum, cum maiori tamen fiducia de diuina misericordiâ.

Licet benè operari intuitu mercedis aeternæ, nempe beatitudinis.

Opera iustorum, quæ ex charitate procedunt, sunt meritoria aeternæ beatitudinis de condigno.

DISPV TATIO VIII.

An homini iustificato bona opera sint necessaria ad salutem seu: an iustificatus teneatur seruare legem Dei. Et quæ sit Christiana libertas.

Euangelium Christi legem continet & præcepta, quæ necessariò seruanda sunt ad vitam aeternam consequendam.

Possibile est homini diuinæ gratiæ auxilio seruare legem Dei.

Libertas Christiana non consistit in exemptione ab obseruantia legis, & mandatorum Dei.

LIBER VII.

DE SACRAMENTIS

in genere.

DISPV TATIO I.

Quid sit Sacramentum.

Definitiones Sacramenti traditæ à Sectarijs inanè sunt, & hominum adinventiones.
Sacra-

DISPUTATIONVM, ET CONCLUSIONVM.

Sacramentum, vt Ecclesia Catholica semper docuit est signum sensibile gratiæ interioris iustificantis.

DISPUTATIO II.

Quomodo componatur, & consecratur Sacramentum.

Non requiritur verbum concionale ad essentiam vllius Sacramenti.

Ad essentiam Sacramenti requiritur certa forma verborum, quæ sanctificat & consecrat elementum, non autem vt instruat populum, quæ ratione Sæcularij dicunt vulgari lingua & non latina pronunciandam esse.

DISPUTATIO III.

Quis sit auctor, & quis minister Sacramentorum.

Deus est auctor Sacramentorum.

Angelus siue bonus, siue malus, stante lege Dei ordinata, nec præmissa dispensatione, non potest esse minister Sacramentorum.

Minister Sacramentorum non quilibet Christianus esse potest, sed tantum ille, qui à Pastoribus Ecclesiæ talem suscepit Ordinem.

In collatione Sacramentorum ad hoc, vt sit valida requiritur intentio faciendi, quod facit Ecclesia.

DISPUTATIO IV.

De effectu Sacramentorum, an causent iustificationem ex opere operato.

Sacramenta conferunt gratiam sanctificantem, ex opere operato, seu quod idem est, Sacramenta sunt veræ causæ instrumentales gratiæ ex diuinâ institutione.

DISPUTATIO V.

An aliqua Sacramenta imprimant characterem in anima.

Character de quo loquimur datur, & animæ imprimitur.

Ex septem Sacramentis tria tantum imprimunt characterem scilicet Baptismus, Confirmatio, & Ordo.

DISPUTATIO VI.

De numero, & caeremonijs Sacramentorum.

Septem sunt Catholicæ Ecclesiæ Sacramenta.

LIBER VIII.

DE BAPTISMO: CONFIRMATIONE:

Ordine: & extrema Vnctione:

DISPUTATIO I.

De forma, & necessitate Baptismi.

Forma Baptismi necessaria necessitate Sacramenti, adeoquod ea remota baptismus non est Sacramentum, hæc est, Ego te baptizo, &c. Sacramentum baptismi est medium necessarium

ad iustificationem, & salutem æternam consequendam.

Absque Sacramento baptismi, infantes saluari non possunt.

Absque Sacramento baptismi saltè in voto, adulti saluari non possunt.

DISPUTATIO II.

De Ministro Baptismi.

In casu necessitatis licet laicis quibuscunq; etiam mulieribus baptizare.

DISPUTATIO III.

An infantes sint capaces baptismi, seu, an liceat baptizare: & fidem cum baptizantur habeant, vel recipere possint.

Licet baptizare infantes, & fructuosè baptizantur.

Infantes dum baptizantur, non habent vsum rationis, nec actum fidei, vel alicuius virtutis.

Infantibus in baptismo infunditur habitus fidei, spei, & charitatis.

Infantes, qui moriuntur ante baptismum, seu priusquam baptizentur, de numero electorum esse non possunt.

DISPUTATIO IV.

Quos effectus habeat Baptismus in suscipiente.

Baptismus non facit hominem impeccabilem, etiam manente integra fide baptizati, seu quod idem est: Baptizatus etiam dum habet fidem, ob mala opera potest damnari.

Baptismus non liberat hominem ab obligatione, legem diuinam, & humanam seruandi.

Per baptismum non imitantur omnia vota.

Sola memoria baptismi non dimittit peccata, quæ fiunt post baptismum.

DISPUTATIO V.

De differentia inter baptismum Ioannis, & baptismum Christi: & an caeremoniæ quibus vtitur Ecclesia Catholica in administratione baptismi sint tenendæ, vel obijciendæ.

Baptismus Ioannis non fuit idem cum baptismo Christi.

Baptismus Ioannis non remittebat peccata ex opere operato.

Sacræ caeremoniæ quibus vtitur Ecclesia in collatione baptismi sunt laudabiles, & tenendæ.

DISPUTATIO VI.

An Confirmatio sit verum, & proprium

Sacramentum.

Confirmatio est verè, & propriè Sacramentum, vnum ex septem, quæ Christus Dominus instituit.

Materia huius Sacramenti, non proxima, quæ est ipsa Vnctio, sed remota, & oleum balsamo admixtum, atque ab Episcopo consecratum.

Minister ordinarius huius Sacramenti est Episcopus.

DISPVATIO VII.

An Ordinatio sit propriè Sacramentum. Quot sint Ordines, & an Episcopatus sit Ordo.

Ordinatio est verè, & propriè Sacramentum. Ordinatio Episcopi est Sacramentum, sicut Ordinatio Presbyteri.

In Ordine ad Eucharistiam septem sunt Ordines, qui propriè sunt Sacramentum.

DISPVATIO VIII.

De Sacramento Extrema Vnctionis.

Extrema Vnctio est Sacramentum propriè dictum, vnum scilicet ex septem Catholicæ Ecclesiæ Sacramentis.

Materia huius Sacramenti est oleum oliuæ ab Episcopo benedictum. Forma, per istam Sanctam vnctionem, &c. Minister verò est Sacerdos ritè ordinatus ab Episcopo.

Effectus huius Sacramenti duplex est: Primus spiritualis, quo reliquiæ peccatorum tolluntur: Secundus Corporalis, quo ægrotus alleviatur in partem, vel in totum.

Vnctionem quam faciebant Apostoli, quæ legitur Marci 6. non erat Sacramentum, quod legitur Iacobi 5.

charitiæ per vnionem hypostaticam Christi cum pane, & vino.

Corpus & Sanguis Christi non est simul cum pane & vino in Sacramento Eucharistiæ ratione vbiquitatis eiusdem Christi Domini, eo quòd Christus vbique sit secundum humanitatem, vt Sectarij fingunt, & consequenter etiam in pane & vino.

DISPVATIO III.

De materia, forma, efficiente, effectu, usu, & adoratione Sacramenti Eucharistiæ.

Sacramentum Eucharistiæ est permanens, & non tantum in vsu existit & consistit.

Vino in altari antequàm consecretur, & fiat Sanguis, debet misceri aqua.

Forma necessaria necessitate Sacramenti pro consecratione panis, vt: Hoc est Corpus meum. Et pro consecratione Christi: Hic est Calix Sanguinis mei.

Minister huius Sacramenti est solus Sacerdos. Digna præparatio ad sumptionem Eucharistiæ est carentia peccati mortalis.

Aequè & iurè datur laicis Sacra Eucharistia sub vna specie putà panis, licèt illis non repugnet communio sub vtraque specie.

Christus Dominus vt existès sub speciebus Eucharistiæ est adorandus cultu latriæ.

DISPVATIO IV.

An Missa sit verè & propriè Sacrificium.

Missa est verè & propriè Sacrificium à Christo Domino institutum.

DISPVATIO V.

An Missa sit Sacrificium propitiatorium, & impetratorium.

Missa est Sacrificium propitiatorium, & impetratorium.

Valor Sacrificij Missæ finitus est.

DISPVATIO VI.

An Missa Sacrificium pro animabus defunctorum, & an liceat illud in memoriam Sanctorum, qui sunt membra Ecclesiæ triumphantis offerre.

Purgatorium datur in quo animæ fidelium penas solunt peccatorum quas in præsentivita non soluerunt, postquàm à culpis absolutæ fuerunt.

Sacrificium Missæ prodest animabus defunctorum fidelium iustorum: seu, Missæ Sacrificium offerri potest pro fidelibus defunctis, vt de facto facit Ecclesia Catholica.

Missæ Sacrificium in Beatorum memoriam, & honorem, seu laudem iurè celebrari, & offerri potest.

LIBER IX.

DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ & Sacrificio Missæ.

DISPVATIO I.

An sub speciebus panis, & vini in Sacramento Eucharistiæ adsit verè, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguis Christi Domini.

Sub speciebus panis & vini in Eucharistia est verè, realiter, & substantialiter Corpus & Sanguis Christi Domini.

Potest vnum & idem corpus simul esse in pluribus locis per potentiam Dei absolutam, saluà vnitate substantiali eiusdem corporis.

Non repugnat corpus manere alicubi, & non occupare locum, & per diuinam potentiam fieri potest, vt de facto Corpus & Sanguis Christi est sub speciebus panis & vini in extenso modo.

DISPVATIO II.

An cum reali, & substantiali presentia Corporis & Sanguinis Christi, sub speciebus panis & vini in Sacramento Eucharistiæ adsit simul substantia eiusdem panis & vini: vel fiat transubstantiatio.

Substantia panis & vini non manet cum Corpore & Sanguine Christi sub speciebus eiusdem panis & vini in Eucharistiæ Sacramento.

Substantia panis & vini non est simul cum Corpore & Sanguine Christi in Sacramento Eu-



DISPVATIONVM, ET CONCLVSIONVM.

LIBER X.

DE SACRAMENTO Pœnitentiæ.

DISPVATIO I.

Quid sit Pœnitentia: & an sit verum Sacramentum distinctum ab alijs.

Pœnitentia est propriè Sacramentum, vnum ex septem, quæ Catholica tenet Ecclesia. Sacramentum Pœnitentiæ est omninò distinctum à Sacramento Baptismi.

DISPVATIO II.

Qua & quot sint partes Pœnitentiæ.

Partes Pœnitentiæ virtutis sunt duæ, nêpè Contritio, & Satisfactio.

Partes materiales Pœnitentiæ Sacramenti sunt Contritio, Confessio, & Satisfactio.

Partes componentes Sacramentum Pœnitentiæ, vt Sacramentum est, sunt primo hæc, quæ in superioribus conclusionibus dicta sunt, nempe, Contritio, Confessio, & Satisfactio, & verbum absolutionis per Sacerdotem, & insupèr relatio super hæc omnia fundata, quæ pro termino habet gratiam cum remissione peccatorum.

DISPVATIO III.

De natura & efficaciâ Contritionis.

Actus Contritionis est bonus, & liberè productus à pœnitente, & præsertim odium & detestationem peccati præteriti, & propositum, rectè viuendi in futurum.

Contritio, quæ est pars pœnitentiæ etiam ad Euangelium pertinet.

Contritio ad iustificationem adultorum est omninò necessaria.

Contritio perfecta, formata charitate, hominè Deo reconciliat, licèt pro tempore noui Testamenti votum Sacramenti Pœnitentiæ requirat.

Contritio imperfecta, quæ dicitur Attritio, bona est & utilis.

DISPVATIO IV.

De Confessione, qua est secunda pars Pœnitentiæ.

Confessio peccatorum in Sacramento Pœnitentiæ iure diuino est facienda Sacerdoti.

Confessio peccatorum de qua agimus, ad hoc vt sit valida, debet esse de singulis peccatis & circumstantijs aggrauantibus, quas pœnitentes recordantur se commississe post aliam antecedentem absolutionem de alijs peccatis à Sacerdote obtentam.

DISPVATIO V.

De Satisfactione, qua est tertia Pœnitentiæ pars.

Post condonationem culpæ in virtute Pœnitentiæ, quæ gratis habetur ob merita Christi Do-

mini, Deus à nobis exigit solutionem poenæ temporalis, quæ dicitur Satisfactio.

Absolutus à culpa est idoneus ad præfatam satisfactionem exhibendam.

Hæc satisfactio fieri debet per opera bona laboriosa.

Hæc satisfactio potest liberè assumi: sed quæ à Sacerdote absolvente à peccatis imponitur, necessariò est adimplenda.

LIBER XI.

DE SACRAMENTO Matrimonij.

DISPVATIO I.

An Matrimonium sit Sacramentum propriè dictum.

Matrimonium est Sacramentum propriè dictum.

DISPVATIO II.

De unitate Coniugij: an Polygamia multarum vxorum sit licita.

Polygamia multarum, seu plurium vxorum simul, est diuino iure prohibita in lege Evangelica.

DISPVATIO III.

De Matrimonij firmitate, & solubilitate.

Matrimonium cõlummatum solui potest, quoad thorum & cohabitationem, manente vinculo Matrimonij, duplici causa, ex consensu scilicèt, vel ob crimen.

Matrimonium consummatum inter fideles nunquam solui potest, quoad vinculum, viuentè altero ex Coniugibus.

DISPVATIO IV.

De impedimentis Matrimonij: & an Ecclesiastica, vel secularis potestatis sit iudicare causas Matrimoniales.

Ad validitatem contractus Matrimonij non requiritur necessariò consensus parentum contrahentium.

Sacri Ordines, & votum solemne castitatis, impediunt omninò Matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum.

Sponsalia non dirimunt Matrimonium, si contrahatur cum alia ab ea, cum qua sponsalia tantùm præmissa fuerant.

Matrimonia fidelium cum infidelibus non baptizatis sunt irrita, sed cum hæreticis vitanda sunt, sed non irrita cum facta sunt.

Cognatio iuxtà gradus ab Ecclesia præfixos impedit Matrimonium.

Gradus cognationis, qui habentur in lib. Leuitici cap. 18. non obligant Christianos iure diuino.

† † †

Gra-

INDEX LIBRORVM,

Gradus cognationis in libro Leuitici non sunt omnes de iure naturæ.
Causæ Matrimoniales ad forum, & iudicium Ecclesiæ pertinent.

LIBER XII. DE ECCLESIA Triumphante.

DISPVATIO I.

An Sanctorum anima claram visionem, & fruitionem diuinæ essentia obtineant ante extremi iudicij diem.

A Nimæ iustorum claram visionem, & beatam fruitionem diuinæ essentia obtinent ante extremi iudicij diem.

DISPVATIO II.

De Canonizatione Sanctorum, qua fit ab Ecclesia: ac de eorum cultu.

Ad Summum Pontificem, vel ad Generale Concilium legitimè congregatum spectat Sanctos Canonizare.

Iudicium Apostolicæ Sedis, vel Concilij Generalis in Canonizatione Sanctorum est infallibile.

Sancti cum Christo regnantes, meritò adorandi sunt ab Ecclesia.

DISPVATIO III.

An Sancti sint inuocandi, vt intercessione apud Deum nobis profint.

Sancti, ac Beati, qui in cælis regnant orant pro nobis Deum.

Sancti, ac Beati possunt intercedere pro nobis apud Deum Patrem immediatè, licet semper in nomine Christi Domini Nostri.

Sancti, qui sunt in patria à nobis inuocari possunt, vt pro nobis Deum orent, ad hoc vt quæ iustè petimus impetrare possimus.

DISPVATIO IV.

An liceat imagines Sanctorum habere & colere: ac eorum Reliquias, & etiam Crucem Domini venerari.

Licetum est imagines Dei, & Sanctorum facere, habere, & colere.

Reliquiæ Sanctorum à fidelibus venerandæ sunt. Crucem Domini adorare pium est & iustum.


DISPVATIO V.

An liceat in honorem Sanctorum Tempora erigere, vota emittere, peregrinationes assumere, & dies festos celebrare.

Licetum est & iustum in honorem Dei, ac Sanctorum Tempora cum debita magnificentia, & ornamento construere & dicare.

Licetum est & pium in Sanctorum honorem vota emittere, peregrinationes assumere, & dies festos celebrare.

Finis Indicis Librorum.




FR. IO. BAPTISTA BERARDICELLVS LARINENSIS
Artium, & Sacrae Theologiae Doctor, Vniuersi Ord. Min. Conu.
S. Francisci Minister Generalis.

Opus, cuius inscriptio, Turris David de Militante, & Triumphante Ecclesia aduersus Hæreticos in duodecim Libros distributum, per P. Fr. Angelum Petriccam de Sonnino nostri eiusdem Ordinis Doctorem Theologum elaboratum, Examini, ac censura PP. Theologorum, videlicet Magistri Bonauenturae Theuli Veliterni, & Magistri Caroli Pelagalli, pariter Veliternensis demandatum, & ab ipsis diligenter recognitum, cum ex eorum attestacione liqueat nihil aduersum esse Doctrinæ Catholicæ, sacrissimè dogmatibus, & bonis moribus, vt imprimatur, seruatim seruandis concedimus. In fidem, &c. Datum Romæ die 22. Nouembris 1645.

Io. Baptista Minister Generalis.


Loco ✱ Sigilli.

Fr. Franciscus Parracianus Secr. Ord. Prouincialis Hyberniae.



EX Reuerendissimi Patris Ministri Generalis totius Ordinis S. Francisci Min. Conuent. commissione, Ego infra scriptus Opus inscriptum Turris David, duodecim Libris exactum, ab Adm. R. P. Magistro Angelo Petricca de Sonnino Romanæ Prouinciæ perpetuo Definitore, maximo studio, laboreq. compactum accuratè vidi, diligenterq. examinaui; cum nihil in illo contra fidem, vel bonos mores, sed potius ad Catholicam veritatem defendendam, Hæreticorumq. falsitates diluendas, omnia repererim perutilia, luce dignum, meo iudicio, typisq. dandum censeo. In fidem, &c. Datum Velitris die 20. Nouembris 1645.

Ego Fr. Bonauentura Theulus Veliternus.



Opus inscriptum Turris David de Militante, & Triumphante Ecclesia aduersus hæreticos in duodecim Libros distributum, Auctore Adm. R. P. Magistro Angelo Petricca de Sonnino, ego infra scriptus ex commissione Reuerendissimi Patris Magistri Ioannis Baptistæ Berardicelli totius Ordinis S. Francisci Min. Conu. Ministri Generalis, vidi, perlegi, & diligenter examinaui, & nihil, quod, aut bonis moribus, aut sanæ, sanctæq. fidei Catholicæ aduersetur, inueni, sed omninò dignum, vt ad communem studiosorum vtilitatem, ob Veterum Patrum auctoritatem, doctrinæ firmitatem, in modo dicendi, & arguendi claritatem, typis tradatur, existimo. In quorum fidem. Datum Velitris die 20. Nouembris 1645.

Ego Fr. Carolus Pelagallus Veliternus Art. & Sac. Theol. Doct. Ord. Min. Conu.

Impri-

Imprimatur, Si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici .

A. Sacratuſ Episcopuſ Comacl. Vicegerens .




I Vſſu Reuerendiſſimi P. Vincentij Candidi Sacri Palatij Apoſtolici digniſſimi Magiſtri, legi qua potui diligentia Opuſ, cui tituluſ : *Turris David de Militante, ac Triumphante Eccleſia aduerſuſ hereticuſ* à Reu. Adm. P. M. Angelo Petricca à Son- nino Minori Conuentuali S. Franciſci compoſitum, & in eo nihil fanæ doctri- næ, aut boniſ moribuſ contrarium reperi, quin potiuſ illud vtile valdè pro Eccleſiæ defen- ſione contra iuratoſ hoſteſ ipſiuſ hæreticoſ cenſeo, & omnibuſ, qui controuerſia- rum ſtudio vacant, plurimum commodi allaturum, eò præfertim quod in hoc vno Opere cuncta ad hanc materiã ſpectantia rectè, doctèq. elucidata reperiantur. Po- terit ergo in lucem edi, ſi eidem Reuerendiſſimo Patri benè viſum fuerit. In quo- rum fidem ſubſcripſi. Romæ apud Tranſpontinam Carmelitarum 12. April. 1646.

Fr. Ioanneſ Baptiſta de Lezana Carmelita .

Imprimatur, Fr. Vincentiuſ Candiduſ Sacri, & Apoſtolici Palatij Magiſter, Ordi- niſ Prædicatorum .

LIBER



LIBER PRIMVS.
DE ECCLESIA MILITANTE
IN GENERE.



DISPUTATIO PRIMA.

Quid Ecclesia re, & nomine sit.



N omni rerum noticia assequenda, quid nominis, & quid rei, diligenter eorum, quæ agitantur inquirere, opus esse, probè docuit Philosophus 2. Post. tex. 1. Nisi enim entium essentiam, & quæ illorum sunt passionem attingamus; quid

negare, quidvè affirmare oporteat, nescimus. Cùm igitur de Militantis Ecclesiæ fortissima Turri, diuino opitulante Numine, aduersus huius temporis Hæreticos differere aggrediamur, primò quid ipsa re, & nomine præferat, opus est aperire. Est autem Ecclesia Dei secundum nomen, vt à Catholicis vsurpatur, cœtus vocatorum ad ea tenenda, quæ pro salute mundi dignatus est Deus ex sua bonitate reuelare. Nec aliquid aliud ratio huius nominis significat. Diximus verò Ecclesia Dei; quia solot interdum sacra Scriptura, Ecclesiæ nomen improprie accipere, vt in Psal. 25. *Odiui Ecclesiam malignantium*: vbi pro Ecclesia, plurimorū vnionem ad malè operandū sumit. & in Actis Apost. cap. 19. *Erat enim Ecclesia confusa*; nimirum congregatio illa populi Ethnicorum, quæ Ephesi morabatur. Et aliquando ipsa Dei vera Ecclesia in lata quadam significatione sumi solet, pro loco scilicet, vbi fideles congregantur, vt 1. Cor. 11. *Conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos*. & in lib. Iudith, cap. 6. *Per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt, petentes auxilium à Deo Israël*: tamen Ecclesiæ nomen pro principali significato, & in suo rigore, quod superius diximus, tantum importat.

Quid autem sit Ecclesia secundum rem, cum sit cōtrouersum, diligentius inuestigandum est. Et en ex aduerso contestim occurrunt nobis ex perperam inchoata Turri Babel, filij perditionis, turba scilicet Hæreticorum, inter se minime consentientes, sed contrarij, ac dissidentes; varijs linguis, scilicet opinionibus diuisi, ita vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui: in hoc tam vñ conspirantes, ad veritatem nempe, quam docet sancta Dei Catholica Ecclesia, furiosè & præci-

pitanter impugnandam, contra illam varijs calumnijs, & contumelijs irruentes. Hinc est quod circa Ecclesiæ quidditatem, & essentiam, varias sententias excogitarunt. Esse tantum prædestinatorum coadunationem, nec aliquando præcitos, licet cum recta fidè in gratia maneat secundum præsentem iustitiã, partes Ecclesiæ exillere; ita Ioannes Vicleffus, apud Waldensem, tomo 1. lib. 2. cap. 8. & 9. & Ioannes Huls, vt habetur in Conc. Constantiensis sess. 15. in illius artic. quos secuti sunt Lutherus lib. de Concilijs, & Ecclesia: & in Assert. art. 2. & Caluinus lib. 2. Instit. cap. 8. §. 58. 59. & alibi. Esse congregationem hominum, qui adeo sunt perfecti, ac iusti, vt nullam peccatū habeant; ita olim Pelagiani, vt refert S. Augustinus lib. de Hæres. cap. 88. & his temporibus Anabaptistæ, vt Caluinus notat lib. 4. instit. cap. 1. §. 13. Esse illorum vnionem, qui nunquam fidem negauerunt, nec graua peccata cōmiserunt; ita antiquitus Nonatiani, vt testatur Cyprian. lib. 4. epist. 2. & Donatistæ, vt ait August. lib. de hæresib. cap. 69. & lib. 3. contra Parmenianum cap. 2. to. 7. Nos autè iuxta Sanctorum Patrum antiquam doctrinam, & sacrarū Scripturarum legitimum sensum, dicimus, Ecclesiam in terris peregrinantem esse societatem hominū, Christianam, & orthodoxā fidem profitentium, per publicā eorū, quæ dicitur, executionem, post susceptum baptismam, in qua mali cū bonis, & reprobi cum electis reperiuntur admixti. Quæ definitio quidditativa est, essentiam rei adquatè comprehendens, secundum Philosophi regulas 1. Top. 4. & 2. Poster. 14. Constat enim ex genere & differentia: genus est societas, quæ multiplex est, vt patet: quæ verò sequuntur, faciunt illam differre à Paganorum, Iudæorum, & Hæreticorum cœtibus: appositum est illud; post susceptū baptismam, ad excludendos cathecumenos, qui actu non sunt de Ecclesia: & illud, per publicam executionem; &c. ad includendos in Ecclesia hæreticos occultos, dummodò fidè catholicam solemniter coram illa profitantur. Tandem, in qua mali cum bonis, &c. ad denotandū, non tantum electos & perfectos esse partes Ecclesiæ, sed etiā peccatores, si fidem catholicam teneant modo prædicto. Ad veritatis igitur Catholicæ euidentem confirmationem;

Varis Sectariorū
opinionibus de
quidditate Ec-
clesiæ.

Quid sit Ecclesia
secundum nomen.

Quid sit Ecclesia
secundum rem.

2 DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA

nem, tres statuo Conclusiones, quibus cum Sectarijs immediatè descendendo ad singulata certamen.

Ecclesia non est tantum prædestinatorum vniuersum.

Prima Conclusio. Ecclesia non est congregatio tantum prædestinatorum, ita vt excludat præcitos fidem Catholicam tenentes, vt consingunt hæretici. Hæc Conclusio est adeo manifesta, vt Sectarij illam impugnantes aperte Christum Dominum impugnare probentur: qui, vt Matthæus scribit cap. 13. de Ecclesia sua loquens, sic ait; *Simile factum est Regnum Cælorum, sicut missa in mare. ex omni genere piscium congreganti, quam, cum impleta esset, euaerentes. Et secus litus sedentes, elegerunt honores in vasa, malos autem foras miserunt: sic erit in consummatione sæculi: erunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in campum ignis. Quid est enim hoc Regnum Cælorum, de quo loquitur Christus? proculdubio est Ecclesia sua; hæc enim tam speciosa inscriptio Regni Cælorum non nisi Ecclesie sue competere potest. Nam de Ecclesia vaticinans Daniel cap. 2. ait. *In diebus autem Regnorum illorum suscitabit Deus Cæli Regnum, quod in æternum non dissipabitur.* de Ecclesia hic per Danielem spiritum Domini loquutum fuisse, nemo est, qui ambigat; ipsolimet aduersarijs pro nunc testis recipiam. Firma igitur res est, per Regnum Cælorum sanctam Dei Ecclesiam intelligi. Sed sic est; quod in ea sunt secundum Christi testimonium homines ita boni, qui finaliter saluabuntur, & homines ita mali, qui mittentur in carcerem ignis æterni; ergo in Ecclesia Dei saluandi, & damnandi, prædestinati, & reprobi continentur.*

Ecclesia dicitur Regnum Cælorum.

Nec valet occurrere Christum de vniuersa terra, vbi infideles, & qui sunt extra Ecclesiam, habitant, sermocinari, & pro malis infideles intelligendos esse: quia iuxta Danielis prophetiam Regnum Cælorum, quod de nouo Deus per Christum suscitaturus erat, tantum Ecclesie, & non vniuersæ terræ, vt continet etiam Paganos, & Ethnicos competit: quia tempore Danielis Paganis, & Ethnicis, & populus Iudæorum aderant, & per consequens tunc illud Regnum Cælorum præsens fuisse, quod tamen non erat, quia non afferit suscitatur, sed suscitabit, & post mutationem quatuor Regnorum, quæ adhuc futura erant; præterea tam speciosa inscriptio tantum Ecclesie Christi, & non alijs Hominum Congregationibus competere potest, vniplemet Christus de sua Ecclesia sæpè contestatus est; Vnde Gregorius homil. 12. in Euangelium, inquit. *Sed prius querendum nobis est, quid sit Regnum Cælorum, aut cur decem Virgibus comparatur, quæ etiam Virgines prudentes & fatuæ dicantur, cum enim Regnum Cælorum constat, quia reprobos nullus ingreditur, etiam fatuæ Virgibus, cur simile esse perhibetur? sed sciendum nobis est, quod sæpè in sacro eloquio Regnum Cælorum præsentis temporis Ecclesia dicitur, de quo, alio in loco Dominus dicit: *Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de Regno eius omnia scandala, &c.* sequitur ergo à primo ad vltimum, Ecclesiam non esse tantum Congregationem prædestinatorum, ita vt excludat præcitos fidem Catholicam tenentes.*

Idem est vocatus, ac Christianus.

Secundò probatur conclusio. Idem est vocatus, quam fidelis, & Christianus; Nam Paulus Apostolus Christianos hoc vocabulo describit, vt patet 1. Corinth. 1. *Ecclesia Dei, quæ est Corinthi sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis, &c.* Eo maxime, quia nomen Ecclesie hoc infert, scilicet cæterum vo-

catorum; sed sic est, quod Christus Dominus dicit, quod *multi sunt vocati, & pauci electi*, scilicet Christiani multi, & qui saluabuntur, pauci: ergo in Ecclesia, quæ est Christianorum adunatio, non tantum prædestinati, sed etiam reprobi continentur.

Tertio probatur per aliam parabolam Christi Domini Matth. 25. ait enim Regnum Cælorum, scilicet Ecclesiam suam, vt probatur est supra: simile esse decem Virgibus, quarum quinque sunt fatuæ, nempe reprobatæ, & à Regno beatitudinis exclusæ; & quinque prudentes; quæ, eo quod cum fide cætera appoluerunt, quæ ad salutem sunt necessaria, inter electos connumeratæ fuerunt; ergo Regnum Cælorum, scilicet præsentis temporis Ecclesia, prædestinatos, & reprobos continet.

Ecclesia assimilatur decem Virgibus.

Dices pro Aduersarijs per Virgines fatuas eos intelligi, qui fidem negauerunt, eo quod opera non sint necessaria ad salutem, sed sola fides sufficiat; Infideles autem esse extra Ecclesiam conceditur, non sequitur igitur quod reprobi includantur in Ecclesia.

Occurrit Sectariorum refectio.

Responsio hæc est fuga miserorum; nam si vera esset, sequeretur necessario etiam infideles esse de Ecclesia; sequela probatur: Virgines fatuæ sunt de Regno Cælorum, scilicet de Ecclesia: sed infideles secundum ipsos sunt Virgines fatuæ; Ergo infideles sunt de Regno cælorum. nempe de Ecclesia, hoc autem falsissimum est, ipsi dicant.

Quartò probatur sic, Paulus Apostolus 1. ad Tim. 1. dicit Ecclesiam Christi, *domum Dei*; vt scias, inquit, quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei vniuersa; de eadem autem loquens in ep. 2. ad eundem cap. 2. subicit. *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea, argentea, & lignea, & fictilia, & quædam quædam in honorem, quædam autem ad contumeliam;* quid est ly ad contumeliam? scilicet in opprobrium; nam idem est; sed quid hæc significant ad alium locum Scripturæ confugiamus, vt hunc intelligamus. Dan. cap. 12. resurrectionem bonorum, & malorum pronuncians; ait: *Es multi de his, qui dormiunt in terra puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant semper;* Cognoscant igitur aduersarij, quod in hoc casu contumelia & opprobrium, damnationem significant: sed isti in domo Dei sunt, scilicet in Ecclesia, secundum Apostolum; Ergo Ecclesia non tantum prædestinatos continet, sed etiam reprobos, cum eadem catholicam fidem profiteantur.

Ecclesia dicitur domus Dei.

Quintò probatur. Si prædestinati, quia prædestinati sunt, spectant ad Ecclesiam; ergo Infideles, qui tandem conuertuntur ad fidem, antequam conuertantur, essent de Ecclesia. Sequela probatur, quia antequam baptizentur sunt prædestinati; prædestinatio enim est actus æternus diuinæ voluntatis; & sic homines prædestinati cum etiam sunt infideles, essent de Ecclesia; quod est contra Sectarios, homines malos non esse de Ecclesia, asseuerantes. hæc enim est manifesta illorum contradictio.

Erronea sequela quæ ex ineptis Sectariorum elicitur.

Sextò probatur Conclusio, generalium Conciliorum, & Sanctorum veterum Patrum testimonijs, idque vsque ad huius Operis consummationem prosequemur: quo ordine satis veritatem vndèquaque munitam esse, Viri sensati cognoscent: & quia Spiritus Domini super eos, qui causam suam agunt, præfudet; quemadmodum primi Ecclesie Patres promulgauerunt, Act. 15. *Vsum est Spiritus sancto, & nobis;* & quia viri ex omnibus mundi partibus præstantio-

Quanti valeat testimonium Sanctorum Conciliorum, & Sanctorum Patrum.

stantiores, ac doctiores ad propriam, & ceterorum salutis causam pertractandam congregantur; Zelo fidei armati, & scuto veritatis muniti, post studiosam, & accuratam discussionem, percipientes ex sacris Scripturis & omnium Ecclesiarum traditionibus, rei veritatem: quae vera sunt stabilientes, & quae sunt falsa damnantes: libris quibuscunque terminos constituunt.

Sed quia cum proteruis, pertinacibus, ac dura cervicibus hominibus causam habemus: eo vel amplius, quia per Sacrorum Conciliorum decreta discernuntur oves ab hædis, Pastores à lupis, vel mercenarijs, & Ecclesia à Synagoga Satanae: hunc est quod omnes hæretici innumerabiles contumelias & calumnias aduersus Sacra Concilia euomunt: vt videre est apud Lutherum lib. de Concilijs, & ex Caluino lib. 4. in lit. c. 9. §. 8. & Kénitio in examine Conc. Trid. Quapropter omnes Synodos participandæ: & terra odij caligine cæcutientes, se in turpem contradictionis laqueum incidisse non sentiunt: Afferunt enim primis quingentis annis Ecclesiam non defecisse, nec veram fidem per illud tempus ab ipsa defecisse, sicut posterioribus annis factum affirmant; at tamen quae Patres tunc temporis docuerunt, respuunt. Si igitur fides integra in Ecclesia erat per primos quingentos annos: cur ab his, quae quatuor prima Concilia docent, recedunt? Cur Patres qui eo tempore scripserunt super ea, quae Ecclesia tunc profitebatur, non recipiunt? Vel ergo nunquam fuit in orbe Ecclesia, quae integram Christi fidem teneret: quod esset horrenda blasphemia: vel ipsi, dum, quae illius temporis Ecclesia docebat, abijciunt; contumaces, parentibus inobedientes, & à vera Christi Ecclesia apostatae, comprehenduntur. Et hoc quod secundo dicimus, verissimum est. Quamobrem testimonia eorum Conciliorum, & Patrum, qui eo tempore scripserunt, frequenter afferemus in medium: & sic velint, nolint, nos antiquam Ecclesiae fidem seruare, ipsos ab illa apostatare, cognoscant; & in varias Sectas, ac Synagogas deinde fuisse diuisos, constabit.

Probatur igitur testimonio firmissimo primorum quatuor Conciliorum generalium. Cum Nestorius Episcopus Constantinopolitanus inueteratam hæresim in corde suo patefaceret, vt patet in Actis Concilij Ephesini, tunc ab Ecclesia per sententiam sacri Concilij preclusus fuit; nec aliquando Patres ante latam sententiam non fuisse membrum Ecclesiae, nec legitimum predictæ Urbis Antistitem, dixerunt. & tamen cum reprobum, ac hæreticum fuisse constat, & hoc idem etiam de Diocetoro Episcopo Alexandriae verificatur, vt in Actis Concilij Chalcedonensis legitur. & eodem modo de alijs multis; vt versatis in lectione Sacrorum Conciliorum patebit; ergo vera Christi Ecclesia, quae tunc vigebat, reprobos ad Ecclesiam pertinere, dum rectam fidem habent, firmiter tenebat: quia praesenti viri non tantum de Ecclesia, sed, etiam Praelatis illa erant, nec eorum Acta, quae ante Patrum iudicium constituerant, irrita esse, iudicauerunt: Qui enim non sunt membra Ecclesiae, potestatem, & praelationem in ea tenere vel habere minimè possunt. tales autem praelationem habuerunt; ergo antequam manifestarentur hæretici hæc reprobis essent, membra & partes Ecclesiae ab antiquis Patribus habiti fuerunt.

Probatur vltimo Patrum testimonio. Cypr. lib. 3. ep. 3. ait: *Quoniam in Ecclesia cernimus, ut ipsi de Ecclesia non recedamus, nobis tantum modo laborandum est ut frumentum esse possimus, ut cum capere frumentum non minus horreis conas, fructum pro opera nostra, & laboribus nostris.*

Gregor. hom. 12. in Euang. *In Ecclesia quia malis*

cum bonis, & reprobi cum electis admixti sunt, rectè similes Virginibus prudentibus & fatuus esse perhibetur.

Augustinus tract. 45. in Ioannem to. 9. *Quam multum inuidetur blasphematur: casti sunt, fornicarij sobrii sunt, se uno post se sepulchro. stans, casuri. & non sunt oues: de praedestinato enim loquimur; de his loquimur quos nouit Dominus qui sunt eius; & tamen ipsi quando rectè sapiunt, Christi uocem audiunt. ecce audiunt ipsi, non audiunt illi, & tamen secundum praedestinationem non oues. isti, oues illi.*

Chrysostomus hom. 49. in cap. 24. Matth. tomo 2. ait. *In die iudicij lugent & Christiani peccatores, qui magis dilexerunt mundum, quam Christum, cum audierint eum hac uerba dicentem ad se: Ego propter uos homo factus sum, &c.*

Ambrosius in Comment. in epist. ad Tim. cap. 2. tomo 3. inquit. *Hoc dicto significauit in Ecclesia diuersos esse homines: quosdam bonos & summos viros, quos in auro intelligi uult, quosdam bonos tantum, quos in argento designat: alios uero non bonos, quos quasi ligna & fœticia appellat.*

Hieronymus in Comment. super Psalmum 30. ait super illud, *Quoniam defecit in dolore. idea in dolore: quia Ecclesia non potest emendare malos, nec segregare malos à sanctis, usque ad finem; Unde Dominus dicit: Senite utraque crescere usque ad messem, & in tempora messis dicam messoribus: Colligite primum thalassia, & colligate fasciculos ad comburendum.*

Patres hæc scripserunt, non noua componentes, quia sanctorum Patrum noua excogitare consuetudo non fuit: nec cum diuersas orbis Prouincias coluerint, concordēs fuissent, tum diuersa sunt hominum ingenia; ea itaque confirmabant, quae tunc uniuersalis Christi Ecclesia credebat, ergo antiqua Ecclesia Catholica ita credidit, ergo Ecclesia Romana, quae idem credit & docet, est Ecclesia Catholica: ergo oppositum tuentes sunt hæretici. Nec ualet occurrere, sacram Scripturam antiquam esse & Apostolicam, eosque illam sectari; inanis enim esset huiusmodi occursum: quia non de ueritate sacrae Scripturae, sed de illius intelligentia differimus, quae cum possit esse multiplex, vt experientia semper docuit, ob varias Sectas, quarum unaquaque sacrae Scripturae sensum pro se trahit & trahit; quae in illa quam antiqua Ecclesia Dei habuit, quaerimus. Nos itaque per uniformem antiquorum Patrum testimonium, hanc fuisse, quam nunc credit, & docet sancta Romana Ecclesia demonstramus, & sic illam esse Ecclesiam Catholicam, & consequenter ceteras aduersiones, Sectas esse ac Synagogas perditorum hominum aperimus: cum extra Ecclesiam non sit salus.

Secunda Conclusio. In Ecclesia homines imperfecti continentur. Hæc conclusio est ad eam certam & euidens in Scripturis sanctis, vt huic ueritati opponeres, notam malignam vel ignorantem vitare non possint. Nam 1. Ioan. cap. 3. habetur: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est; quid euidentius dici potest? ait enim Apostolus, membra Ecclesiae esse sine peccato affirmare, idem esse ac omni ueritate carere; & quid est carere omni ueritate, nisi Turcis, Paganis, vel Ethnicis peiorè esse? nam nihil boni, exempta ueritate, in homine remanebit; Apostolus igitur talia affirmantem hæreticum esse, ac mendacem aperte docet: hæretici enim mendaces sunt, & ueritate carent.*

Secundo probatur. Omnes qui sunt sancti & iusti, in Ecclesia contineri, euidens est, quia ita uerissima propositione; sic argumentar: Qui indigent remissione impietatis sunt imperfecti, sed sancti indigent aliquando

quando remissione impietatis; ergo sancti, dum scilicet sunt viatores, ac militantes, sunt imperfecti. Minor propositio est Plal. 3. 1. Tu remisisti impietatem peccati mei, pro hac orabis ad te omnis sanctus in tempore opportuno. & Prouerb. 24. Septies in die cadet iustus, & resurget, & Eccles. 7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

Tertio probatur: Paulus Apost. 1. Cor. 1. scribens ad Cor. ait: Paulus vocatus Apostolus IESU Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, Ecclesia Dei, quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, &c. deinde loquens cum hac eadem Ecclesia Christi, subdit: Cum enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? & postmodum aliquos illorum de fornicatione arguit. O rem luce clariorem? quos primo Ecclesiam Christi, & sanctificatos vocat, vitiosos manifestat; ergo in Ecclesia homines imperfecti continentur.

Quarto probatur Matth. 18. Tunc accedens Petrus ad eum dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies? dicit illi Iesus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. si igitur peccans septuagies septies dicitur frater seu fidelis, non erunt extra Ecclesiam peccatores.

Quinto probatur ex Conc. Chalced. Act. 3. ubi Ioanem Episcopum Germaniciae, qui missus fuerat a Patribus ad vocandum Dioscorum in iudicium, dixisse legitur: Adesto, & a macula libera sanctam Dei Ecclesiam; & subdit, quia delicta Sacerdotum communis est turpitudine, En igitur verum, & antiquum testimonium, quod, in Ecclesia contineri homines imperfectos, manifestat: & hoc eodem testimonio etiam subsequens conclusio corroboratur.

Sexto probatur Patrum testimonio. Cypr. lib. 4. ep. 2. Iacet ecce sanctus frater ab adversario in acie vulneratus, inde Diabolus conatur occidere quem vulneravit: Hinc Christus hortatur ne in totum pereat quem redemit. Et de opere, & eleemosyna, ait: Agnoscamus itaque fratres charissimi divina indulgentia munus salubre, & emendandis, purgandisque peccatis nostris, qui sine aliquo conscientia vulnerare esse non possumus, medelis spiritualibus, vulnera nostra curemus.

August. de natura & gratia contra Pelagianos to. 7. Huc ergo Virgine excepta, si omnes illos Sanctos, & Sanctas, qui in Scripturis sanctis, non modo non peccasse, verum etiam iuste vixisse referuntur, cum adhuc viverent, congregare possemus, & interrogare utrum essent sine peccato: quid fuisse responsuros putamus? quicunque fuerit in hoc corpore excellentia sanctitatis, si interrogari potuissent, una voce clamassent illud quod ait Ioannes Apostolus: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducamus, & veritas in nobis non est.

Chrysostr. in Plal. 39. to. 1. Nec ex perfectis uniuersa constat Ecclesia, sed habet etiam otio, & scordia deditos. Ambros. in Comment. in epist. 2. ad Tim. cap. 2. tom. 3. ait. Hoc modo & Ecclesia quamquam sancta dicatur, habet tamen & vitiosos, & prava sentientes, sicut superius memoravi, quos contumelia dignos ostendit.

Hieron. lib. 3. contra Pelagianos to. 2. Etenim in Prophetis quoque, postquam uniuersum Spiritu sancto inunctus est sermo peccati. Et in Comment. in Plal. 30. to. 7. ait: super illud, conturbatus est in ira oculus meus. Ecclesia conturbatur de vitijs & peccatis, tam de suis, quam de aliorum, sed orandum est ut ira non vertatur in odium, neque defestuca fiat trabs, & infra super illud: Infirmata est in paupertate virtus mea, ait. Vox Ecclesia, infirmata est Ecclesia inter homines malos, inter quos habitat hic in presenti vita, quia plures sunt peccatores, & pauci sunt sancti.

Gregorius lib. 13. Moral. in 16. cap. Iob cap. 10. tom. 1. ait. sed tam en plerumque sancta Ecclesia etiam post perpetratas culpas, mentes fidelium ad penitentiam reuocad, & peccata poeris virtute spontanea afflictionis mundat. Et paulo post; infirma autem membra sua sancta Ecclesia cum a peccatis retrahit atque ad penitentia remedium ducit, hac proculdubio fletibus adiunat, ut ad recipienda auditoris sui gratia conualescant, & per sortes plangit, quod non fecit, quod in membris suis debilibus quasi ipsa fecit.

Tertia Conclusio. Facinorosi, seu magni peccatores sunt partes Ecclesiae, dummodo fidem catholicam habeant. Veritatem huius conclusionis probant omnes superius citatae auctoritates, & Scripturae, quae tam efficaciter concludunt, ut nequeant aduersarij subterfugere; attamen specialiter magnos peccatores ad Ecclesiam pertinere probabimus: & locus ille Pauli in epist. 1. ad Cor. cap. 1. efficacissimus est: scribit enim Ecclesiae Dei, quae est Corinthi, & deinde subdit: Audistis inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes; idcirco uxorem patris sui aliquis habeat: notent aduersarij, illud inter vos, qui sunt hi? illi enim sunt quibus scribebat, dicens: Ecclesia Dei, quae est Corinthi; & accipere uxorem patris sui, nonne maximum scelus est? ergo & sceleratissimi homines, si fidem catholicam teneant, partes Ecclesiae manent.

Et Ioan. in Apoc. cap. 1. Ecclesiae Ephesi annunciat, quod charitatem primam reliquisset, & subdit, Age penitentiam, & prima opera fac: Et Ecclesiae Thiatirae dicit: Et dedit illi tempus, ut penitentiam ageret, & non vult pantere a fornicatione sua. Et Ecclesiae Laodiciae, quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, nescis quia es misor, & miserabilis, & pauper, & caecus, & nudus; vident aduersarij in Ecclesia contingantur facinorosi, ac magni peccatores. Sed quid garrunt, dum Christus ipse hanc veritatem probat? Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te, & ipsum solum, si te non audierit, dic Ecclesiae, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Certè sunt magni peccatores, qui prima, & secunda vice correptionem respuunt; & tamen Christus illos esse de Ecclesia docet, & aduersarij negant, ergo aduersarij contra Christum disputant. Exempla veteris Testamenti quamplurima sunt, de Dauid, & alijs, qui licet peccatores, non tamen extra Synagogam fiebant, sed quia aduersarij cauernas quaerunt, quo fugam arripiant a facie veritatis; forte responderent, aliud esse de Synagoga, aliud de Ecclesia sermocinari; haec tamen esset pauperum fuga; sed quia contra illos scripturae notae Testamenti, nuper allatae, validissimae sunt, super hoc immorari nolo.

Probatur testimonij Patrum: Cyprian. lib. 4. ep. 2. Nec quisquam, inquit, sic sibi de puro atque immaculato corde blanditur, ut innocentia sua fretus medicinam non putet adhibendam esse vulneribus, cum scriptum sit, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus; & infra: Quam benigna est diuina Clementia, quae cum scias non deesse sanctis quadam postmodum uoluntate, dedit euandis denud, sanandisque vulneribus eorum medicina salutaria.

Chrysostr. in Plal. 39. to. 1. Salutem etiam consequuta Dei Ecclesia, eadem rursus cura; & providentia indiget propter Flammam, & Demonum, & omnis generis insultra; & infra: super illud, comprehendere uult me iniquitates meae, ait, Nemo autem existimet ea, quae dicta sunt non conuenire ijs, quae interpretatur; Tres enim puerum cum ad summam uirtutem peruenissent, dicebant in fornace: Peccauimus, iniuste egimus, iniquitatem fecimus, &c. & infra: Ita etiam hic quoque Dei Ecclesia, uehemen-

Magni peccatores, si fidem Catholicam teneant, sunt membra Ecclesiae.

Testimonium Concilii Chalced.

Testimonium sanctorum Doctorum antiquorum.

Testimonium sanctorum Doctorum antiquorum.

mentibus impiorum fluctibus agitata non se iactat, & magnifice circumspicit, ut qua deceret, sed qua sunt, peccatis, & delictis suis attribuit, &c.

August. serm. de conflictu vitiorum, & virtutum, cap. 18. tom. 9. cum fidelibus differens ait. *Qui enim aliena quomodolibet iniuste praeipit, ipse sibi regni caelestis aditum claudit; unde & predicator egregius, 1. Cor. 6. quosdam redarguit, dicens: omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos, &c.*

Hieron. in Comm. super Matth. lib. 3. cap. 19. to. 6. ait: *Si peccaverit in nos frater noster, & in qualibet causa nos laeserit, dimittendi habemus potestatem; immo necessitatem; corripiendus est frater scorsum, ne si semel pudorem, & verecundiam amiserit, remaneat in peccato; & infra: Ostenditur maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelis, agit opera infidelium.*

Accedunt tandem argumenta haereticorum contra catholicam veritatem; quae ex duplici capite ortum ducunt: ex malitiosa scilicet, & voluntaria depravatione, & torsione scripturarum: quae praecipue fuit in Haereticis, qui ex dignitatibus non obtentis, desperantes, semetipsum tradiderunt impudicitiae, & omnibus sceleribus; agrum Ecclesiae innumeris implentes zizanij. Vel ex ignorantia, & hallucinatione mentis; quae impetritis, & in illis erroribus natis, ac nutritis accidere solet. qui his de causis difficile errores detestantur; & licet veritatem quasi palpabilem illis proponamus, eam parvipendunt; sicut qui in antris nati, ibique inhabitant, lumen caeli non videntes, aestimant tenebras speciosissimam lucem. Hinc est quod eorum argumenta sunt sophismata, telae aranearum, & Satanæ adinventiones. aliquando enim me disputante cum illis: cum ex male intellectis, vel falsatis expositionibus Scripturae, eorum syllogismos procedere cognoscerem, dicebam: Haecine sunt rationes, ob quas extra catholicam Ecclesiam estis, matrem vestram inhonoratis, animas vestras in aeternum ignem damnatis; & facti estis zizania, palaeae, & palmites non ferentes fructus, igni aeterno reservati? Vana eorum argumenta esse, & nihil concludentia, ostendebam, propterea praesenti constabit; plurimi autem illorum in disputationibus zelum profitentur, se veritatem defendere firmiter tenentes: quibus cur Haereticorum a fide Catholica apostatauerint: & quare haereses a Deo permittantur, valde prodest aperire. Ut veritas scilicet catholica magis eluceat, investigetur, & aestimetur: ut docet August. lib. 7. Confess. cap. 20. tom. 1. Ut excitentur Catholici, diligentiusque Christianam disciplinam teneant, & in evitandis Sectariorum insidijs laborando proficiant. ita subdit lib. de vera Religione, cap. 8. tom. 1. ubi sic inquit. *Oportet multas haereses esse, 1. Cor. 11. ut probati manifesti fiant inter vos, utamur etiam isto divina providentia beneficio. ex his enim hominibus haeretici fiunt, qui etiam se esse in Ecclesia, nihilominus errarent. Cum autem foris sunt, plurimum profunt non verum docendo, quod nesciunt; sed ad verum quarendo carnales; & ad verum aperiendum spirituales catholicos excitando sunt enim innumerabiles in Ecclesia sancta Deo probati viri, sed manifesti non sunt inter nos; quando imperitia tenebris delectato dormire malimus, quam lucem veritatis intueri, quapropter multi, ut diem Dei videant & gaudeant, per haereticos de somno excitantur. Utamur igitur etiam haereticis, non ut eorum approbemus errores sed ut catholicam disciplinam adversus eorum insidias afferentes, vigilantiores & cautiore simus, etiam si eos ad salutem removere non possumus, & epist. 3. tom. 2. ait. *Haereses adversus nomen Christi, sub velamento tamen nominis Christi, ad exercendam doctrinam sanctae religionis, sicut praenunciatae sunt, pullulant. Et**

epist. 103. tom. 2. in fine, inquit. *Haereticorum quippe inquietudine, ut scripturas vigilantius perscrutemur, unde ne oculis Christi noceant eis possit occurrere, tanquam de somno ignavia, nostra excusatur industria: ita per multiplex gratiam Salvatoris, etiam quod inimicis impernicie machinatur, Deus convertit in adiutorium: Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

Eorum igitur Argumenta contra primam conclusionem adducam. Primum est. Cant. 4. sic de Ecclesia legitur: *Hortus conclusus, fons signatus, puteus aqua vivens;* sed haec omnia tantum de electis verificantur; reprobis enim & sceleratis haec omnia repugnant, ut patet; ergo Ecclesia est tantum praedestinatorum congregatio.

Videant igitur aduersarii, ex prava intelligentia Scripturarum eorum argumenta procedere; Nam Ecclesia dicitur, *hortus conclusus;* quia errores, & haereses illam penetrare, & expugnare non possunt; sicut feræ & apri hortum bene munitum intrare, & conculcare nequeunt: dicente Christo, Matth. 16. *Porta inferi non praevalent adversus eam. Et fons signatus;* nempe sigillo aeterni Regis, quod est fides, de qua legitur Olee 2. *Sponsabo te mihi in fide: & sponsabo te mihi in sempiternum:* vel signatus signo Crucis, ut fit in baptismo, de quo Ezechiel cap 19. inquit: *Signa Thau super frontem virorum gementium. & postea: Omnem autem super quem videritis Thau, ne occidatis. Et puteus aqua vivens:* quia aquae gratiarum, de quibus Saluator, Ioan. 4. dixit: *Si quis sitit veniat ad me, & bibat: hoc autem, sequitur Ioannes, dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum:* tantum ex alto Ecclesiae puteo possunt hauriri, quia extra Ecclesiam non est salus. Unde quae colligunt hanc sequelam: ergo Ecclesia est tantum praedestinatorum congregatio? Reprobi enim fidem etiam habent, & ex baptismo caeterisque sacramentis aquas iustificationis hauriunt, & haurire possunt; quae iustificationem etiam ob peccata abijciant, fidem tamen Catholicam retinent, per quam sunt membra Ecclesiae; cui communiter & in genere dantur huiusmodi ornatu inscriptiones in Scripturis sanctis. nihil ergo concludit haec obiectio, ut patet.

Secunda obiectio. Arca Noe fuit figura Ecclesiae, ut Patres communiter exponunt, sed in Arca illi tantum inveniuntur, qui ex aquis salvandi erant; ergo a pari non sunt de Ecclesia, nisi qui salvabuntur.

Hoc argumentum valeret, si exempla currebant quatuor pedibus, velut Bruta illa, quae erant in Arca; non enim ibi consistit paritas inter Arcam, & Ecclesiam, sed in hoc; quia sicut extra Arcam nemo salvus factus est; sic extra Ecclesiam nemo salvatur. Secundò, quia sicut in Arca erant animalia munda, & immunda, sic intra Ecclesiam sunt reprobi cum electis. Tertio, sicut in Arca erant homines, & iumenta, ita in Ecclesia sunt boni, & peccatores, de quibus David in Psalm. 85. *Homines & iumenta salvabis Domine;* ubi per iumenta peccatores intelliguntur, qui per poenitentiam salvi fiunt; videant isti egregij dialectici, quid concludat eorum argumentum; quod ulterius sic retorqueo contra eos. In Arca Noe fuerunt simul homines electi, & reprobi; quia Noe erat iustus, & Cham filius eius, qui fuit in Arca, factus est reprobus; nam verenda Patris sui illi, &c. ut notat Chrysoth. hom. 39. super Genes. tom. 1. ergo cum Arca Noe sit figura Ecclesiae, inveniuntur etiam in illa electi, & reprobi; & haec est vera paritas.

Tertio obijciunt: Christus dicitur caput Ecclesiae, quam salvabit, & exhibebit sibi gloriosam in die iudicij, non habentem maculam, aut rugam, ut ait Paulus ad Ephes. 5.

Quomodo Ecclesia sit, hortus conclusus, fons signatus, & puteus aquarum viventium.

Vera paritas inter Ecclesiam, & Arcam Noe.

Retorquetur obiectio.

Loca & obiectio. nes Sectariorum, quae in praesenti volumine habentur, saepe accepti, optimè Lector, ex his quae contra eosdè in lucè edidit D. Card. Bellar. vir vndiq. egregius, qui eximiam laudem apud omnes doctores est, dè omnia maledicta, quae in varijs voluminibus Sectariorum ediderunt simul collegit, & laudem non minimum abstulit ab his, qui ob defensionem Catholicæ fidei in futurum disceptare desiderant, dè quae sperant hinc inde Sectariorum obiectio simul preparavit. Quas tamen obiectioes alio modo dissolvi, & redargui, non ut aliquid insufficiens in solutionibus, quas idem Bellar. dedit ostenderem: sed ut omnibus manifestum fiat, rationes quas Sectariorum adducunt adeo falsas esse, ut pluribus modis, ac vix earum falsitas possit aperiri.

Cur haereses a Deo permittantur.

6 DE MILITANTE, ET TRIUMPHANTE ECCLESIA

Ephel. 5. soli autem prædestinati salui, & gloriosi fiēt; ergo soli prædestinati pertinent ad Ecclesiam.

Respondeo Ecclesiam in duplici statu considerari, in via scilicet, & in termino; certum est quod in die Iudicij Christus erit caput tantum prædestinatorum, & tunc exhibebit sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi; sed in Ecclesia dum peregrinatur, & militat, cum reprobi fidei, sacramenta, & legem Christi teneant, necessariorum Christus debet etiam esse caput illorum; qui licet finaliter reprobi, tamen secundum presentem iustitiam per vinculum Catholicæ fidei sunt cum illius corpore coniuncti; & licet Apostolus dicat ipsam Ecclesiam suam facturum gloriosam; non tamen intelligi debet de singulis, qui sunt de Ecclesia. Unde in forma sic respondeo. Exhibebit sibi Ecclesiam gloriosam; distinguo, Ecclesiam, scilicet singulos, qui sunt de militante Ecclesia, & nego: Ecclesiam, nempe eos, qui sunt de Ecclesia, quia extra illam nemo saluari potest; & concedo; & iuxta hunc sensum ipse Dominus dixit: *Multis sunt vocati, sed pauci electi*; nempe ad constituendam Ecclesiam gloriosam in cælis. si quis autem contendere velit verba prædicta etiam de militante Ecclesia intelligi debere: Respondemus quod ratione fidei, legis, & sacramentorum proculdubio caret omni macula, & ruga: sed ratione fidelium, cum homines militantes sint, & non triumphantes, non desunt rugæ, & maculæ peccatorum; dicente Ioanne epist. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c.*

Quarto obijciunt. Corpus mysticum est simile corpori vero; sed totum corpus Christi verum cum suis partibus est saluum; ergo etiam corpus mysticum cum suis membris saluari debet; ergo reprobi non sunt de Ecclesia, quæ est corpus Christi mysticum.

Respondeo hanc esse ineptissimam similitudinem. Non enim omnibus in rebus Corpus Christi verum eius corpori mystico, quod est Ecclesia, comparari debet: nam dato opposito, Omnes prædestinati crucifigi, flagellari, spinis coronari, & tertia die resurgere, quadraginta diebus ieiunare, & miracula operari deberent; at hoc non fit; evidens est igitur non in omnibus comparari debere. paritas autem in hoc præcipue consistit, quod sicut corpus habet omnia membra simul colligata, & unita, & adinvicem consonantia; sic corpus mysticum Ecclesiæ habet sua membra per unam Catholicam fidem colligata, & unita. Præterea si subtilius volumus speculari, sic dicimus; sicut non omnia quæ fuerunt in corpore Christi facta sunt gloriosa, ut unguis, capilli, & cætera huiusmodi; quæ vivens reiecit: hæc enim Christus resurgendo non re-assumpsit; sic non omnes, qui sunt membra corporis mystici, scilicet Ecclesiæ militantis, salvi fiēt; & in hoc currit paritas, & non in omnibus.

Quinta obiectio. Ecclesia est *unum ovile*, ut habetur Ioan. 10. At tantum prædestinati sunt oves, reprobi enim sunt hœdi, quia *statuet oves à dextris*, scilicet electos, *hœdos autem*, scilicet reprobos, *à sinistris*, Matth. 25, ergo Ecclesia est tantum prædestinatorum ovile. Respondere possunt huic argumento, etiam illi qui pastores sunt pecorum; nam certe si petatur ab illis, quid est ovile? Respondebunt, esse locum ubi oves, caprea, agni, & hœdi simul vniuntur, clauduntur, & per canes custodiuntur, ne lupi earum aliquas rapiant. Stante hac doctrina, Respondeo argumento opposito, Ecclesia est unum ovile, concedo, at tantum prædestinati sunt oves, distinguo. In Ecclesia militante, nego; quia Christus dixit Petro: *Pasce oves meas*, de quibus alio in loco sic ait: *si Ecclesiam non audieris sit sicut Esauicus*,

& *Publicanus*; videant ergo per oves in Ecclesia militante omnes Catholicos, etiam malos circa opera intelligi; In Ecclesia triumphante, concedo, quia tunc tantum prædestinati sunt oves; & eo tempore legitur de reprobis, quod sint hœdi; quia tunc *statuet hœdos à sinistris*, nec erunt eo tempore, scilicet in fine mundi partes Ecclesiæ, idcirco argumentum contra catholicam veritatem nihil concludit.

Sexta obiectio Ioan. 10. *Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovile*, & Ioan. 11. *Iesus mortuus erat pro gente, & non solum pro gente, sed etiam ut filios Dei, qui erant dispersi congregaret in unum*. Et in his locis vocatur prædestinati, & filij Dei, qui adhuc erant in errore gentilitatis; ergo prædestinati semper sunt de Ecclesia, quæ illorum est unitas.

Respondeo, aliquid esse tale, posse dupliciter denominari; vel per id, quod tenet actu, vel per id quod habet in potentia. v. g. si aliquis Princeps Sortem adoptare decreverit, cum in Civitate sua ad habitandum venerit; tunc ille potest denominari adoptatus, licet adoptionem non fuerit adeptus, si spectetur firmum decretum in mente Principis; si autem exhibitio adoptionis, & veritas facti, quæ in actuali exhibitione consistit, spectetur, tunc ille filius adoptivus Principis dici nequit; Sic in casu. Deus ab æterno multos adoptavit ad hæreditatem regni cælestis; tunc si illorum, quidam adhuc baptizati non fuerint; filij Dei poterunt appellari, si spectetur decretum Dei; at si præsens iustitia illorum consideretur, cum adhuc pagani sint, filij Dei adoptivi non sunt, idq. ex his verbis Christi elicitur. *Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovile*, si Ecclesia est ovile, & Christus dicit, quod non erant adhuc ex ovili: retorqueo argumentum contra illos; ergo prædestinati, nisi Christi fidem teneant, non sunt de Ecclesia; quia sequitur, *Quæ non sunt ex hoc ovile*; ergo sunt extra ovile Ecclesiæ; ad quod ingrediuntur per baptismum, & fidei Catholicæ professionem. Hinc manifeste patet Sectarios ex mala intelligentia scripturarum extra Ecclesiam remigare ad naufragium.

Septima obiectio 1. Ioan. 2. *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, mansissent usque nobiscum*; ergo reprobi antequam ab Ecclesia exeant non sunt de Ecclesia. Et confirmatur ex Divo August. lib. de corrept. & grat. cap. 9. ubi super citatum locum Ioannis, ait: *Quia ergo non habuerunt perseverantiam, sicut non verè discipuli Christi, ita nec verè filij Dei fuerunt, etiam quando esse videbantur, & ita vocabantur*. Et lib. 3. doctrinæ Christianæ cap. 32. ait: *Non enim revera Domini Corpus est, quod cum illo non erit in æternum*.

Respondeo hoc argumentum, quod adversariis aliquis momenti videtur, contra Catholicam veritatem nihil concludere; vel enim Sectarij nolunt, vel ignorant intelligere Scripturas. Ecclesia enim in duplici statu consideratur, militante scilicet, & triumphante; cum Ioannes dicit, *Ex nobis exierunt*, de Ecclesia militante intelligi debet; quis nam erat Ioannes cum cæteris fidelibus nisi Ecclesia militans? cum subiungit, *sed non erant ex nobis*; id est non erant ex ascriptis in cælis in Ecclesia triumphante, in qua tantum perseverantes in veritate sunt permansuri; propterea sequitur, nam si fuissent ex nobis, scilicet qui ascripti sumus in Ecclesia triumphante (dixerat enim discipulis suis Dominus Lucæ cap. 10. *Verum amen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiunguntur: gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cælis*) mansissent usque nobiscum, scilicet perseverantes usque ad finem. Cum igitur concludant; ergo reprobi antequam ab Ecclesia exeant

In die Iudicij Ecclesia erit tantum electorum, & Christus tunc tantum illorum erit caput.

Exemplum per intelligentiam esse scripturæ.

Vera paritas inter Corpus Christi verum & Corpus Christi mysticum.

In Ecclesia Catholica militante etiam peccatores sunt oves.

Reprobi non sunt de Ecclesia triumphante, sed de Ecclesia militante.

Reprobi non sunt de Ecclesia triumphante, sed de Ecclesia militante.

Exant non sunt de Ecclesia, negatur sequela si de militante intelligant; & iuxta hunc sensum loquitur Augustinus; & quod ita sit, in alio loco August. Tract. 45. in Ioan. in quo sensus Augustini facile percipitur. secundum presentiam, inquit, & predestinationem, quam multa ones foris, quam multi impius. Videant igitur, Augustinum de predestinatione aeterna circa numerum electorum in triumphante Ecclesia futurum loqui. Et notent aduersarij illas particulas, quas Augustinus posuit, scilicet (vere, & reuera; non enim reuera) Domini Corpus est; quia non negat simpliciter reprobos esse de Ecclesia, sed verè, id est sicut, qui perseveratos inveniuntur assecuturi Ecclesiam triumphantem, in qua fuerunt ab aeterno ascripti. Illi enim sunt lupi & non oues, quia propter vitia damnabuntur: tamen dicit esse intus; quid enim est esse intus in Ecclesia, nisi partem Ecclesiae esse?

Octauò obijciunt illud Act. 13. Audientes autè gentes gaudio sunt, & glorificabāt verbū Domini, & crediderūt, quos quos erant præordinati ad vitam aeternā. Vnde aperte colligitur, tantum electos membra Ecclesiae fieri.

Si hoc argumentum valeret, sequeretur omnes qui credunt esse electos, quod tamen falsissimum est, cum constet in Scripturis, multos credentes propter eorum mala opera damnatos esse; vt patet de Anania, & Saphira in Act. Apost. cap. 5. Hinc apparet Sectarios tantum querere precipitanter materiam, vt veritatem impugnent, nec eos perpendere, quæ obijciunt, cum ex falsa intelligentia Scripturarum, quæ ipsamet Scriptura docet, impugnent. Vnde sensus illius Scripturæ est, quod vel pro illa vice tantum crediderunt, qui ad aeternam vitam præordinati erant: vel quod omnes qui fidem veram recipiunt, ad vitam aeternam ratione fidei præordinantur; licet aliqui deinde ex defectu operum ad ignem damnentur.

Contrà secundam Conclusionem sic Sectarij arguunt. Cantic. 4. dicitur, vbi de Ecclesia fit sermo. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*; ergo Ecclesia non admittit homines imperfectos.

Antè responsionem, Sectarijs locum 1. Ioan. 1. considerandum obijcio. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c.* in quo loco Ioannes membra Ecclesiae non esse sine peccato docet; & locus Canticorum iuxta eorum expositionem membra Ecclesiae esse sine peccati macula promulgat: quid aduersarij dicent? Respondebunt, quod adducere inconueniens non est solvere; benè quidem: & nos etiam idem dicimus; hucusque me argumento non respondisse fateor: statim autem respondebo. Nunquid aliud Iudex nunciat, & aliud præco clamat? Spiritus sanctus per Salomonem Ecclesiam esse sine macula docet; & Ioannes esse peccatis maculatam? locus ille Canticorum à plerisque de immaculata Virgine exponitur; & doctissime atque piissime asserunt in Canticis nunc de Ecclesia, nunc de Virgine, nunc de Synagoga Spiritum sanctum per Salomonem sermocinari; sed quid Sectarij cum Virgine immaculata? quid resp. cum rosis? Respondeo igitur aliquid dici posse maculatum dupliciter, vel per defectus circa Catholicam fidem, vel per transgressionem præceptorum circa opera; circa primos, Ecclesiam esse sine macula affirmo: quia est columna, & firmamentum veritatis, per Apostolum 1. Tim. 3. & Matth. 16. *Porta inferi non præualebunt aduersus eam.* Circa secundos, *In multis offendimus omnes, Jac. 3. Non est homo qui non peccet.* Reg. 8. iuxta priorem sensum loquitur Spiritus sanctus in Canticis iuxta posteriorem Ioannes Apostolus.

Secundò sic obijciunt Paul. ad Ephes. 5. ait. *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi*; quem locum de Ecclesia Catholica militate exponit Conc. Tolet. 6. Can. 1. vbi de fide loquens ait, Ecclesiam esse sine macula, aut ruga, ergo in Ecclesia hi tantum sunt, qui nullam imperfectionem, & peccatum habent.

Reuera à sensatis Viris nimis aperte cognoscitur talia argumenta esse tantum adinventiones cum diligentia quæritas ad fugiendam, & non inquirendam veritatem. Nam Patres in præcitato Concilio de fide disserunt, vt ibi videre est; & Ecclesiam militantem ratione fidei esse sine macula, & ruga, & non ratione operum docent. Non sequitur itaque homines imperfectos non esse de Ecclesia; quia si de fide intelligant; concedimus homines imperfectos in fide, quales sunt hæretici, non esse membra Ecclesiae; si de imperfectione circa executionem operum, negamus, sed cur præfatam auctoritatem nobis obijciunt, cum aperte de fide Concilium tantum discurrat? sed illis sat est, vt liberos fallacijs impleant; & blasphemijs.

Contrà tertiam conclusionem aduersarij sic insurgunt & primo ex loco illo Isaie 52. *Non adijcet ultra vt pertranseat per te incircumcisus, & immundus*; & sequitur: *Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius*: quem locum accipiens Paulus 2. Cor. 6. addit. *Et recipiam vos dicit Dominus, ergo Deus non recipit nisi eos, qui separant se ab immundis, & peccatoribus*; & assignans causam Apostolus ait; *quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, quæ conuentio Christi ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infidelis, qui autem consensus templo Dei cum Idolis*; ergo Ecclesia non continet peccatores, seu peccatores non sunt de Ecclesia.

Huic argumento vt responderem, locum Isaie, & Pauli attentè perlegi, sciens enim, argumenta Sectariorum semper ex crassa vel malitiosa intelligentia Scripturarum procedere, & sicut cogitaueram, sic de facto inueni. Isaia enim in toto illo capite satis aperte de gloria Ecclesiae sermocinatur; & Ecclesiam Christi non futuram captivam, & subditam incircumcisus infidelibus, sicut fuit Synagoga, affirmat: & quod ita sit patet; quia memoriam captiuitatis Aegypti subdit, dicens. *In Aegyptum descendit populus meus*; &c. & deinde subdit; *Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis*; &c. sicut cum populus ducitur captiuus accidere solet. & hoc est idem dicere, *Non adijcet ultra, vt pertranseat per te incircumcisus, & immundus*. Et cum sequitur, *Recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, &c.* hæc verba sic Paulus exponit 2. Cor. 6. *quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, quæ conuentio Christi ad Belial, quæ pars fidelis cum infidelis, qui autem consensus templo Dei cum Idolis*; docet enim fideles ab Idololatriis Ethnicis, & Paganis separari debere; ab eorum conuentibus declinare, & Ecclesiae se coniungere, vt scilicet credant, Sacramenta percipiant, & bona opera sectentur, quæ omnia fiunt in templo Dei, scilicet in Ecclesia Catholicorum: cum ergo aduersarij concludunt, peccatores non esse de Ecclesia, nihil tenet huiusmodi sequela: versa est in fumum, euanuit; cum subdunt, Deus non recipit nisi eos, qui separant se ab immundis: scilicet infidelibus, & Idololatriis concedimus; & hunc præcitæ Scripturæ germanam sensum esse, ipse Paulus Apostolus explicat, dicens. *Qui autem consensus templo Dei cum idolis*; in eo igitur Scripturæ textu gloria Ecclesiae, vocatio gentium & iustitia ad dispiciendam idololatriam tantum habetur.

Ratione verè fidelis Ecclesia est sine macula.

Hæc obiectio ex mala intelligentia Scripturæ citata procedit.

Præordinati ad vitam aeternam dicuntur omnes qui ad fidem Christi non vocantur.

Quomodo Ecclesia sine macula.

Secun-

Secundò obijciunt sic, 1. Cor. 10. *Vnus panis, & unum corpus multi sumus*; at panis non efficitur, nisi ex frumento; non autem ex paleis, & frumento; ergo Ecclesia non continet reprobos; & ad Rom. 8. *Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius*, & 1. Cor. 12. *In uno spiritu omnes nos, in unum corpus baptizati sumus*; ergo qui non habet spiritum, ut sunt omnes peccatores, non est membrum Christi. si dicas, non est membrum viuum, tamen est membrum, Contra, quia membrum mortuum non est membrum, nisi æquiuocè; ergo non est membrum verum; ergo non est membrum simpliciter.

In hac responsione primò docendi sunt aduersarij, quid Paulus illis verbis dicat, *Vnus panis, & unum corpus multi sumus*; Apostolus Corinthios, ne communicarèt cum idololatriis monet, sic dicens: *Propter quod charissimi mihi, fugite ab Idololorum cultura, ut prudentibus loquar, vos ipsi iudicete, quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus nonnè communicatio sanguinis Christi est, & panis quem frangimus, nonnè participatio corporis Domini est? quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane participamus*; & subdit; *qua immolant gentes demonijs immolant, & non Deo, nolo autem vos fieri socios demoniorum*; docet igitur Apostolus, omnes fideles participantes corpus Domini vnum panem esse, nec cum Idololatri, qui sunt socij demoniorum, illis immolando vnum fieri posse: distinguit itaque corpus fidelium à corpore infidelium; eo modo quo vnus panis ab alio, & vnum corpus ab alio corpore distinguitur; membra enim vnus corporis nequeunt esse membra alterius, & partes vnus panis, partes alterius panis esse nequeunt; idèd dicit Apostolus: *Vos, ò Corinthij, non potestis esse Christiani, & Idololatræ, sicut qui est de vno corpore, & de vno pane, nequit esse pars alterius corporis, & panis, hic est verus illius Scripturæ sensus, vt legenti patebit*; cum deindè inferunt; at panis non efficitur, nisi ex frumento, non autem ex paleis, quæ peccatores representant. Hoc est extrà id, quod concludebat Paulus; nam ipse de vnitatè, & non de compositione panis loquitur; & Ecclesiam sic esse vnã per conspirationem fidei monet, vt cultum idololorum respuat; non differit autem de compositione panis, quia sic plures comparationes afferri possent, v. g. panis componitur ex frumento, & aqua, panis præparatur in igne; panis aliquando constat ex ordeo, & tritico, & cætera huiusmodi, quæ non faciunt ad rem: nihil valet igitur illa similitudo, sed panis non componitur ex paleis, quæ figura sunt peccatorum; quia paleæ sunt figura peccatorum, qui sunt in Ecclesia, non in ordine ad panem, sed in ordine ad aream, quæ est vnã, & tamen in ea est granum cum paleis, ità in Ecclesia reprobi cum electis, mali cum bonis inveniuntur admixti.

Ad illud scilicet, quod peccatores non habent spiritum, & sunt membra æquiuocè. Respondeo, quod duplici vinculo fidelis est membrum Christi, primum est vinculum fidei, quæ cum sit vnã; iuxta illud Pauli ad Ephes. 4. *Vnus Dominus, vna fides*. & infra. *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, causat vnitatem, & vinculum fidelium*. Secundum est vinculum perfectionis, quod est charitas, vt dicit Apostolus ad Coloss. 3. *Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis*. nunc ad argumentum, cum dicunt eos, qui spiritum non habent, scilicet peccatores, membra Christi non esse: colligata vinculo perfectionis, concedo; vinculo catholicæ fidei, nego;

& hoc secundum est sufficiens ad constituendum fidelem, licet peccatorem, verum Christi membrum, & non æquiuocè. Cum Patres, & Doctores catholici ad arguendos peccatores illos esse membra mortua, absque influxu spiritus vitæ proclamant; de influxu perfectionis, & gratiæ, & non aliter intelligi debent; adeò quod peccator fidelis, non sit membrum vnũ Christi corpori, ratione fidei: itaque cum Sectarij contra Pontifices, Episcopos, & Sacerdotes catholicos, dibachantur quòd cum in aliquo peccato comprehenduntur, membra Christi non sunt, & per consequens nec Ecclesiæ ministri; multum errant; & accidit illis id quod pueris læpissimè accidere solet cum iocantes pennas sectantur auicularum per aëra volitantes: multo præmisso labore, tandem capiunt illas; nihil autem cœpisse, deindè cognoscunt. Sic hæretici hoc argumentum multa industria excogitauerunt, putantes ministros Ecclesiæ Catholicæ non esse verè ministros se probasse, eo quòd aliquando ob humanam infirmitatem crimen aliquod committant; sed intelligentes peccatum non efficere, vt fidelis nõ sit membrum Christi verum; se nihil cœpisse, & frustra laborasse sentiunt. discant igitur, iurisdictionem Ecclesiæ, membris Corporis Christi mystici, quod vinculo fidei colligatur, inñiti. at si vinculum perfectionis etiam adfuerit, tunc iurisdicctio dignè & meritorè exequetur.

Tertiò obijciunt. Ecclesia in symbolo dicitur *Sancta*, ergo non constat nisi ex sanctis; nec affirmare valet, Ecclesiam esse sanctam, quia vna pars est sancta; nam tunc etiam dici posset Ecclesia scelerata, quia vna pars, imò maior pars est scelerata.

Argumentum hoc ex falsa intelligentia illius notæ procedit. cum Ecclesia dicitur, *Sancta*, non ità denominatur, eo quòd omnes fideles actu sint sancti, & perfecti; sed quia tantum in Ecclesia homines possunt esse sancti; & quia in Ecclesia tantum sanctitas, & perfectio exercetur; quòd si fidelium plurimi actu negligentes circa obseruantiam christianæ legis existunt, & actuali sanctitate, & iustitia carent; hoc nec Ecclesiæ; nec Catholicæ fidei qua Ecclesia est vnã neque sacramentis, quæ fideles sanctificant officit: sed dicitur sancta, quia in ea tantum potest esse sanctitas. Et vterius dicitur sancta, quia si in genere sumatur, in ea semper est sanctitas, licet non semper in singulis membris illius; Sectæ autem nec in genere, nec in specie habet sanctitatem. cum inferunt, ergo non constat, nisi ex sanctis, id est ex fidelibus, qui in baptismo sanctificati fuerunt, cumque sint partes Ecclesiæ possunt esse sancti sanctitate, & iustitia bonorum operum, & per gratiam inherentem, quæ à Spiritu sancto in Ecclesia tantum distribuitur, & concedo: non constat nisi ex sanctis, id est actualiter iustis iustitia bonorum operum, & inherente, & nego; quia ex humana infirmitate non semper fideles sanctitatem inherentem, qua in baptismo, & alijs Sacramentis sanctificantur retinent. cum autem in symbolo Ecclesia dicitur sancta, vt superius dictum est, intelligi debet.

Quartò obijciunt. *Non habet Deum patrem; quia Ecclesiam non habet matrem*; ità Cyprianus lib. de vnitatè Ecclesiæ, & parimodo non habet Ecclesiam matrem, qui Deum non habet patrem, sed peccatores Deum non habent patrem, nam *qui spiritum Dei aguntur hi sunt filij Dei*, Rom. 8. & Ioannis 8. dicitur: *Inuisus; vos ex patre diabolo estis*, & 1. Ioan. 3. *Omnis qui non est iustus, non est ex Deo*; ergo soli boni sunt in Ecclesia.

Respondeo Cyprianum tunc contra hæreticos, & schis-

Apostolus de vnitatè panis, non de compositione panis loquitur.

Duplici vinculo fidelis membrum est Christi.

In quo sensu Ecclesia dicitur sancta.

Admissiones, vbi videre est; sermocinatum esse; doceret enim eos; quod nisi essent filij obedientes Ecclesie, saluari non poterant: cum inferunt, peccatores Deus non habere patrem, & filios diaboli esse, quia non aguntur spiritu Dei, dico quod duplex est filio adoptiuo in ordine ad Deum; prima est, quae a charitate, & sanctitate prouenit, & de hac Ioan. & Apost. Paul. loquuntur: qui enim charitatem, & spiritum non habent, adoptione perfectionis carent, de qua filiatione dicitur Matth. 5. Diligite inimicos vestros, ut sint filij patris vestri; & hoc modo fideles peccatores non sunt filij Dei, sed diaboli per imitationem malorum operum, quae assidue a Satana patrantur. Secunda filio adoptiuo ea est, quae dicit ordinem ad fidem Catholicam tantum, praescindendo a vinculo perfectionis; de qua filiatione loquitur Deus per Isaiam cap. 1. filios euertim & exaltam, spiritus autem spreuerunt me, & hac filiatione omnes fideles Catholici, ratione fidei sunt filij, licet aliquando male operentur, cum ipsemet Deus sic illos appellet in praecitato loco Isai; nam eos vocat, filios quoniam dicit malos, & ingratos.

Quinto obijciunt: In Ecclesia Dei, inquit Cyprianus lib. 1. capit. 63 non nisi concordantes, atque unanimiter habitant, loquens in Psalmis spiritu sancto; & dicens, Deus qui inhabitare facit unanimes in domo; ergo peccatores, qui cum alijs rixas, & contentiones mouent, non sunt Ecclesiae membra.

Respondet hoc esse egregium argumentum contra Haereticos, quia ipsi discordias, & lites habent inter se, caesque mouerunt, & mouent aduersus Ecclesiam Dei, ergo sunt extra Ecclesiam Dei; bene quidem, foueam parauerunt pedibus nostris, & inderant in eam: Quantum ad id quod ipsi putant esse contra nos: dico, quod si legere Cyprianum eis placuerit, loquutum esse de concordia fidei descent, quia cum schismaticis, & haereticis, diserebat; in quo sensu concedimus unanimes in fide Catholicam esse tantum de Ecclesia; & idcirco Sectatores, cum quibus disputamus, esse extra caetum fidelium, & valde distare ab Ecclesia dicimus.

Argunt sexto ex Chryso. & Theophilac. in 2. Tim. 2. asserentibus illud, In magna domo sunt vasa aenea, &c. non posse intelligi de Ecclesia, sed de mundo; quia in Ecclesia non sunt vasa, nisi aurea, & argentea.

Respondet praefatos Patres de Ecclesia in ordine ad vtrumque vinculum, quod habet cum fidelibus, scilicet fidei, & perfectionis tunc disseruisse si enim praecise spe. Actur Ecclesia vt est vnio perfectorum verè peccatores extrà illam dari possunt; qui tamen intrà illam sunt, cum ea sit sagena palces bonos, & malos cõgregans; & area, quae habet granum & paleas: Patres aliquando, vel ad vitia inculcanda, vel ob aliam finem quardam affirmant, quae nec rigoroſè tenent, cum non sint in omni rigore prolata; & hunc fuisse sensum Chryso. Romi, patet ex his quae in Psalmum 39. docet, nempe Ecclesiam constare ex bonis, & malis, vt superius dictum est.

Argunt septimo. Hieron. in Comm. ad Ephel. 5. sic ait, Ecclesia Christi, gloriosa est; non habens maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi; qui ergo peccator est; aut aliqua sorde maculatus, de Ecclesia Christi non potest appellari, nec Christo subiectus dici: haec sunt verba Hieronymi.

Respondetur per doctrinam eiusdem Doctoris super cap. 1. ad Galat. vbi docet Apostolos aliquando Ecclesiam laudare, & aliquando illam redarguere, & hoc

fit, quia pars aliqua Ecclesiae in peccatis, & in aliqua legis inobseruantia: pars autem reliqua in iustitia, & sanctitate reperitur: & sic laudes pro iustis sunt, & reprehensiones pro negligentibus; qua stante doctrina Hieronymi, supradictae eiusdem doctrinae Respondeo, quod qui aliqua sorde est maculatus de Ecclesia Christi non est, id est de ea parte, quae est perfecta, & vera fidei confessionem in actuali iustitia permanet, at qui huiusmodi est, ab vniuersali Ecclesia non excluditur; nam ipse Hieron. lib. 3. contra Pelagianos, inquit; etenim in prophetis quoque postquam uncti sunt spiritu sancto, inuenitur est sermo peccati.

Octava obiectio est ex Aug. qui lib. 2. contra Cresconium cap. 21. ait Damnaui a Christo, iam in corpore Christi non sunt, quod est Ecclesia; quoniam non potest Christus habere membra damnata; & similia verba multis in locis habet Augustinus.

Multas similes difficultates evitandas duas confingunt Ecclesias, alteram, quae solos bonos, alteram vero quae bonos, & malos contineat; verè fictio imaginaria, & parum rationalis: Primò, quia Concilium Carthaginense, vt refert Augustinus in breuiculo Collationum, vbi erat idem Augustinus, Donatistas talia asserentibus, id negauit; tantam partem, vel tempora eiusdem Ecclesiae distinguens; partes autem, quia aliter boni, & mali aliter ad Ecclesiam pertinent; & exemplum dabant de homine interiori, & exteriori, qui non sunt duo homines, sed duae partes vnus hominis; & quod Augustinus peccatores fideles extra Ecclesiam non posuerit, patet per id quod lib. 3. doctrinae Christianae cap. 32. asserit, cum exponit illud Cant. 1. Nigra sum, sed formosa sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, vbi docet, quod ipsa vna, & eadem Ecclesia, nigra est sicut tabernacula Cedar, propter peccatores, quos in se continet; & simul est formosa; sicut pelles Salomonis, id est sicut tentoria Regis pretiosa, propter bonos quos habet in se.

Quapropter ad hanc obijctionem, & consimiles dico, membra Ecclesiae duplici vinculo colligari; primum est fidei; & hoc esse essentiale, quod necessario ad constituendam Ecclesiam, & Ecclesiae unitatem requiritur, assero. Secundum est charitatis, & perfectionis, & hoc esse secundarium non ad constituendam vniam Ecclesiam per se primò, sed ad colligationem partium; & membrorum in ratione sanctitatis, & iustitiae requisitum, concedo. Omnis igitur qui habet Catholicam fidem, cum capite Christo, & cum membris scilicet fidelibus unitatem habet; qui autem vterius charitatem, & perfectionem Christianam possidet: aliud vinculum, scilicet perfectionis cum capite, & membris retinet, cum peccatores ab Ecclesia excluduntur, ratione huius secundae unionis, & non primae intelligi debet: ab Ecclesia enim nemo nisi per haeresim, vel per apostasiam totaliter separatur. Praeterea si verba Augustini considerentur attentè, in ordine ad assecutionem finis, & haereditatis aeternae intelligi debent, & non simpliciter; patet, quia de damnatione fidelium ob mala opera loquitur. Signatur vir Catholicus vt finaliter reprobatus, & damnatus consideretur per praecisionem intellectus a corpore Christi, quod est Ecclesia, intelligitur exclusus. Si vero secundum praesentem iustitiam, & vt fidem Catholicam habet, & a parte respectetur, verissimum membrum Ecclesiae manet; & hic est sensus verborum Augustini, vt legenti patebit.

Nona obiectio, est Magdeburgensium Cent. 1. lib. 1. cap. 3. vbi duas esse Ecclesias, bonorum & malorum

Duplex est filio adoptiuo.

...

Si vtrumque vinculum spectetur, fidei & charitatis; peccatores possunt colligi quasi ad essent membra Ecclesiae.

Duplex est vinculum quo fideles ad inuicem colligantur.

malorum aliam probare debent. Primo quia...

Hoc argumentum est ita debile, quod verè est simile domui fundatae super arenam...

Decima obiectio. Ecclesia malignantium...

Respondeo concedendo Ecclesiam malignantium Ecclesiam Christi non esse...

ipsa Scriptura docet. patet Matth. cap. 8. ubi Salomon ait: Dico autem vobis...

Præterea Propheta per Ecclesiam malignantium...

Vndecima obiectio. Ecclesia est cæcus vocatorum...

Respondeo Ecclesiam utique vocatam esse vocatam non tantum ad bonè operandum...

Aliud est magis & minus in eodè ordine habere, & aliud ordinem ab ordine differre...

scilicet de no. d. a. au. 10. 10. 10.

Scilicet ob hæreticam doctrinam quam super se mutant sunt de Ecclesia malignantium.

Sicut negligens miles, miles est sic fidelis peccator de Ecclesia est sed Ecclesia est membrum.

conferri tui; sicut & ego tui miseratus sum. & iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, &c. itaque fidelis male operans, Christianam militiam, scilicet Ecclesiam non deserit, sed fidelis, & Christianus negligens, ac malus iure appellandus erit.

Duodecima obiectio. Qui est membrum Ecclesie Christi, non est separatus à Deo, sed peccatores, & reprobi sunt separati à Deo, ergo non sunt de Ecclesia Christi, minor probatur Sap. 1. *peruersa enim cogitationes separant à Deo.*

Respondeo concedendo maiorem; nam qui membrum est Ecclesie, colligatus est cū capite illius, quod est Christus Iesus, ad minorem, sed peccatores & reprobi sunt separati à Deo falsa est hæc propositio, quia fidem Catholicam habent, & sunt etiam quandoque in gratia, & charitate, licet finaliter damnentur. De peccatoribus enim asserendum est eos à Deo separatos esse ratione vinculi charitatis, & perfectionis, non autem ratione fidei, quæ principaliter, & fundamentaliter hominem membrum Ecclesie Christi constituit. itaque peruersæ cogitationes, & quæcunque peccata separant hominem à Deo in ordine ad vinculum perfectionis & charitatis; non autem in ordine ad vinculum, & unitatem fidei, quæ fundamentaliter facit hominem membrum Ecclesie, & Christi.

Decima tertia obiectio; Ecclesiast. c. 3. *filij sapientie Ecclesia in forma;* sed reprobi non sunt filij sapientie, sed diaboli, ut legitur Ioan. 8. *vos ex patre diabolo estis,* ergo non sunt de Ecclesia.

Respondeo reprobos in duplici statu considerari posse, vel dū sunt viatores, & fidem Catholicam tenent, vel dum sunt extra statum, & sunt in termino; primo modo sunt filij sapientie, quia fidem Catholicam habent, quæ sapientia est principia aliorum partium, quia sine fide impossibile est placere Deo, ut legitur ad Heb. 11. & etiam in iustis secundum præsentem institutionem, charitatem possident. secundo modo sunt filij diaboli à Corpore Christi mystico separati. itaque reprobi dum sunt viatores, ratione fidei Catholicæ, sunt filij sapientie; ut scilicet sunt in termino, seu secundum finalem sententiam, sunt filij Diaboli; nos autem membra Ecclesie non in ratione tenemus, sed ut sunt in via peregrinantes ad terminum consideramus, & hoc modo omnes, Catholicam fidem tenentes, filios sapientie; & partes Ecclesie Dei facimus: ideo sequela illa, ergo reprobi non sunt de Ecclesia, est inanis.

Decima quarta obiectio. Ecclesiast. 1. *Abissinus unda habet peccatores;* ergo multo magis reprobos tot qui sunt membra sua, & partes Ecclesie, non odio habentur: ut legitur ad Ephel. 5. *Vni debetis vobis vobis, sicut & Christo dilecti Ecclesiam & se ipsum tradidit pro ea;* ergo reprobi, & peccatores nullo modo sunt Ecclesie partes & membra.

Respondeo Deum peccatores ratione peccatorum, & non ut homines sunt, & fideles, & partes Ecclesie suæ odio habere: patet quia Ioan. c. 1. *illos filios suos dicit, & enim: Filios enim, & ex aliam ipsi vero sprederunt me;* itaque ob fidem Catholicam sunt filij, & ut sic à Deo non odio habentur, & etiam ut sanctificati, & iustificati sunt per baptismum, & fidem eius, ut legitur loc. cit. ad Ephel. 5. *Dilexisti Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea; ut illam sanctificaret, mundans lauro aqua in verbo vite;* & hoc modo diliguntur. Vnde Aug. tract. 16. super Ioan. c. 3. t. 9. inquit: *quasi dua res sunt homo. & peccator, quod audis homo. Deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit: dele quod fecisti, ut Deus saluet; quod fecit, oportet ut oderis ut te oportet.*

& amem te opus Dei. itaque Altissimus peccatores, id est peccata, lea non fideles, ut fideles sunt, & partes Ecclesie suæ odio habet, etenim si peccatores, ut hodie mines sunt, odio habuisset, seipsum pro illis hostiam pro peccatis in Cruce non tradidisset. Sequela igitur illa, ergo reprobi, & peccatores non sunt partes Ecclesie, est falsa.

DISPUTATIO II.

An Heretici, & Apostatae sint partes Ecclesie.

Nam esse veram Ecclesiam Dei, intra quæ salus, & extra quam perditio, inuenitur, manifestum est ex sacris Scripturis. Cant. 6. legitur: *Vna est sponsa mea, una est columba mea;* Et Paulus ad Ephel. 3. ait: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, & 1. Cor. 10. Vnum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane participamus, & c. 12. Omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus; etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, multa quidem membra, unum autem corpus. Vos autem estis Corpus Christi, & membra de membro; & ad Ephel. 4. Vnum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocacionis vestra: unus Dominus, una fides, unum baptisma, & ad Ephel. 1. Ipsum dedas caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus eius. Indubitatum igitur esse debet, unicam esse Ecclesiam Christi; idcirco August. de veritate Ecclesie c. 2. inquit: *Ecclesia una est, quam maiores nostri Catholicam nominarunt.**

Vnamque pariter esse fidem Catholicam, & veram; nõ tantum Scriptura docet; dicente Paulus ad Ephel. 4. *Vnus Dominus, & una fides, & infra; Donec occurreritis omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, ut iam, nõ sumus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, & in astutia ad circumuentionem erroris;* sed & ratio demonstrat; quod enim est fidem multiplicare, nisi propositionem esse simul veram, & falsam affirmare, quod contradictorium est; & implicata propositiones enim de fide cum sint veræ, sequitur necessarium, quod oppositum affirmare sit falsum: implurificabilis igitur est fides circa idem obiectum, & subiectum: quia vera est v.g. hæc propositio, Deus factus est homo, sequitur opposita falsam esse: quod de singulis fidei articulis affirmandum est. quam obrem Philosoph. 2. Perier. & 2. Prior. ait: *Contrariarum propositionum si una est vera, altera falsa erit.*

Videndum igitur nunc est, quid sit hæresis, & apostasia; quibus cognitis, an heretici, & apostatae sint in Ecclesia, seu partes Ecclesie, cognoscemus. Hæresis autem idem est, quod secta, & electio. Hinc est quod cū aliqui alicui opinioni hærebant, eamque sectabatur, hæreses Philosophorum olim constituere dicebantur; hæc autem pro præfenti est impropria acceptio; proprie autem secundum id quod semper inter Christianos significauit, idem est quod adulterina doctrina, quam quis proprio arbitrio, & electione inducit, vel ab alio indutam contra Christi fidem, & Ecclesie Catholicæ sensum, amplectitur; ita Tertull. lib. de præscript. heretic. Propositio enim hæretica illa est, quæ à Catholica veritate recedit, illique opponitur, & contradicit. Aduertendum tamen est, quod ad hoc, ut aliquis sit verè hæreticus, debet pertinaciter aliquam opinionem defendere Ecclesie oppositam docenti resistendo; & illa est propositio hæretica, quæ cum prædicta pertinaciter defen-

Peccatum tollit vinculum perfectionis, non vinculum fidei.

Peccatores ratione fidei sunt filij sapientie.

Peccatores ratione fidei, diliguntur à Deo, ratione peccati odio habentur.

Ecclesia Dei vna est.

Fides Catholica vna est.

Quid sit hæresis, & quis hæreticus

defenditur, & tenetur: sicut docet Augustinus lib. 4. de baptismo contra Donatum cap. 16. tom. 7. Constitutus ergo duos aliquos isto modo, unum eorum v.g. id sentire de Christo, quod Photinus opinatus est, & in eius baptizari extra Ecclesia Catholica communionem: alium vero hoc idem sentire, sed in Catholica baptizari, existimantem ipsam esse Catholicam fidem. Istum nondum hæreticum dico, nisi manifestata sibi doctrina Catholica fidei, resistere maluerit, &c. Ex quibus omnibus hæresim esse falsam propositionem Catholicæ fidei contrariam, quæ cum pertinacia defenditur: & hæreticum illum esse, qui talia opinatur pertinaciter infertur. Apostata autem differt ab hæretico, qui hæreticus ex parte Catholicæ fidei deserit. Apostata vero ex toto Christianæ fidei renunciat; vt olim Iulianus Romanorum Imperator impiè fecit: hæc autem doctrina optimè elicitur ex Scriptura; nam Paul. 1. Cor. 11. ait, oportet hæreses esse; & causam sumit ex eo, quod inter Corinthios scissuræ erant, varis scilicet opiniones: ait enim. Audio scissuras esse inter vos; & ad Titum cap. 3. hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem de vita sciens, quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus; illum enim Apostolus vocat hæreticum, qui proprio iudicio sentit circa fidem; præter iudicium, & sensum Ecclesiæ Catholicæ; quibus præmissis.

Ponitur conclusio. Hæretici, & Apostatæ non sunt membra, nec partes Ecclesiæ Catholicæ. Probatur primò sic. Ecclesia Catholica est cæterus tenentium fidem Catholicam (intelligo per fidem Catholicam omnia, quæ in Christiana fide continentur) sed hæretici, & apostatæ illam non tenent, quia diuersimodè sentiunt, abter non essent hæretici, & Apostatæ; ergo non sunt de Ecclesia Catholica.

Confirmatur per Apostoli doctrinam 1. Tim. cap. 1. vbi de Hymenæo, & Alexandro sic ait. Habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus, & Alexander; quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare: quo loco Apostolus hæreticos dicit, naufragium fecisse à fide; sed quid est naufragare, nisi extra nauem fieri, & in mare submergi: ergo per hanc metaphoram hæreticos esse extra nauem Ecclesiæ, & per consequens non esse illos, nec membra nec partes apertè cognoscitur. Præterea cum Paulus ad Titum cap. 3. de hæreticis loquitur, inquit; hæreticum hominem post unam, & alteram correptionem de vita, sciens, quia subuersus est; qui huiusmodi est, quibus verbis hæreticum non pertinere amplius ad Ecclesiam manifestè docet: quia membra Ecclesiæ non sunt circa fidem subuersa.

Tertiò probatur ex Conc. Nicen. cap. 9. vbi sic legitur; una est Ecclesia in Cælo, & in Terra; & in hac requiescit Spiritus sanctus: Hæreses autem quæ contra hanc sunt, quas habent homines, non sunt doctrina Saluatoris nostri, neque Apostolorum, sed Satana. Si hæreses sunt extra Ecclesiam, vt patet; ergo & hæretici; nam idem est.

Quartò probatur Patrum testimonio. Cyprianus lib. 4. epist. 2. inquit. Quod verò ad Novatianum pertinet, frater charissime, de quo desiderasti tibi scribi, quam hæresim introduxisset, scias nos primo in loco nec curiosos esse debere quid ille doceat, cum foris doceat.

Et infra: Apostatæ verò & desertores, vel aduersarij & hostes, & Christi Ecclesiam dissipantes, nec si

ocasi pro nomine foris fuerint, & aditu secundum Apostolum ad Ecclesia pacem, quando nec foris, nec Ecclesia tenuerunt unitatem.

Tertullianus hb. de præscript. hæret. cassit hæreticos neque esse verè Christianos, & hoc nomen illis non competere.

Chrysostomus Homilia in Psal. 10. tom. 1. ait. Antichristi dicuntur fidei Christiani, Antichristi dicuntur hæretici, pagani, ecce omnes isti Antichristiani dicuntur, quia in uno nomine Christi non eis placet simplicitas Catholica Ecclesia, qui aut sub laude vituperant, aut inuicium aperte exercent. & tom. 2. Hom. 19. in cap. Matth. 7. ait: Hæresis quidem periculosa res est, sed utilis valde, periculosa quidem; quia multis seducuntur per eam, & pereunt: utilis autem est, quia tentantur fideles per eam, & ab infidelibus segregantur. Qui murmurat de periculo tentationis, murmures necesse est de premio probationis. In nullo enim negotio potest requies inueniri, nisi præcesserit labor: quanto magis in spiritualibus rebus, nisi præcesserit tentatio non potest esse probatio. Attendite à falsis prophetis, primum scire oportet, quia sunt omnino falsi Christiani, nam nulla res perdit viros Christianos, magis quam hæc. & hom. 10. in cap. 5. Matth. inquit: Gentiles enim Christum denegant; hæretici autem veritatem Christi. Qui autem veritatem Christi denegat, ipsum denegat Christum. Christus enim veritas est, & ideo hæretici, qui non propter Christum persecutionem faciunt, sed propter veritatem Christi in prima facie Christiani videntur, reuera autem Gentiles sunt.

Hieronymus in Dialog. contra Luciferianos tom. 2. ait in principio. Igitur præficiam inter nos habemus de hæretico sic loquendum, sicut de Gentili. Et infra. Quare nunc ut libet, quoniam inter nos constat hæreticos reperire esse.

Ambrosius de dignitate Sacerdotali cap. 4. tom. 4. inquit: Oportet autem, & alium testimonium bonitatis habere ab iis qui foris sunt: id est: Hæreticis, & schismaticis, qui extra S. Ecclesiam Catholicam conuenticula sibi profana præficiunt, &c. & in tract. in symb. Apostolorum ait: Quicquid enim hæretici in synagoga faciunt hoc est in conuenticulis Satanae doquantur, non est in gloria Domini, sed blasphemias, & damnationem præstigiis suis.

Augustinus hb. 11 in Apoc. tom. 9. quando hæreticos, qui de Ecclesia velut ignis recedunt, ipsam Ecclesiam persequuntur, &c. & lib. 4. contra Donatistas cap. 10. Magna quidem questio est, utrum perierit Nicolaus cap. 6. ceterosque, quam Simon ad hoc interior, qui ille hæreticus, isto magis.

Gregorius lib. 20. Moral. in 50. caput Job tom. 2. ait: Omnes hæretici atque universales Ecclesia comparati, iuniores tempore, congruè vocantur, quia ipsi ab ea, non autem ipsa egressa est ab illis. Vnde rectè quoque per Ioan. n. dicitur, à nobis exierunt: sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permississens utique nobiscum, iuniores ergo tempore S. Ecclesiam irridentem cum hi qui ab ea egressi sunt, doctrina eius verba despicunt, de quibus adhuc subditur: Quorum non ligabatur patres ponere cum: tamen præterea, & infra; sed virtus manuum hæreticorum S. Ecclesia pro nihilo dicitur, quia nullius esse meritis conspicit vera fide perditam quicquid operantur. Charitatem quippe Dei, & proximi deserunt, qui & de Deo falsa sentiunt: & à proximo iurgando diuiduntur. S. apostolica cap. 8. ait: quanti subditur delationem; quia omnes hæreticos habere refugium, dum ab universalis Ecclesia unitate diuiduntur; nunc

Testimonium Sanctorum Doctorum antiquorum.

Quid sit Apostata & quis Apostata.

Hæretici & Apostatæ non sunt partes Ecclesiæ Catholicæ.

Hæretici naufragium fecerunt.

Testimonium Iohannis Conc. Nicen.

In illis dicitur, quorum virtus manuum erat mihi prohibita.

Contra hanc veritatem nonnulli ex Doctoribus Catholicis arguunt, & praecipue Alphonsus de Castro quilibet. de iusta haereticorum punitione c. 24. haereticos, & apostatas baptizatos, esse membra, & partes Ecclesiae probare conatur; rationes quae pro hac opinione afferuntur, haec sunt. Prima est Christi Domini parabola de zizanijs, quae legitur Matth. 13. quae talis est. Simile factum est Regnum Calorum bonis, qui seminavit bonum, semen in agro suo, cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & supersemitavit. Zizania in medio tritici & abyssi, &c. Regnum Calorum est Ecclesia, granum seu bonum semen, &c. fides Catholica, zizania est haeresis: ita August. q. 1. super Matth. & Hieron. & Chrysostomus super hunc locum; & ipsum agrum Ecclesiam esse docet Cyprianus lib. 3. epist. 3. sed sic est, quod in eodem agro est granum, & zizania; ergo in ipsa Ecclesia continentur Catholici, & haeretici.

Huius argumento multi multa respondent. Ego autem sic respondeo, sensum parabolae exponens; quod aliquid potest habere unitatem cum alio dupliciter, vel intrinsicè, vel extrinsicè v.g. Duo exercitus sint pugnantes actu in eodem campo, quorum alter ex populo qui proprio Principi fidelis est, alter verò qui suo Principi rebellavit collectus fuerit: hi non habent inter se unitatem intrinsicam seu rationem constitutivam unius exercitus, quia sunt contrarii, & oppositi; hinc est quod non dicuntur unus exercitus, sed duo: habent tamen aliquam extrinsicam unitatem inter se, quia in ordine ad pugnam uniantur; unde bellum tunc dicitur unum, licet bellantes sint duo; non sequitur tamen milites exercitus unius, esse partes, & membra alterius exercitus; ita in casu. In eodem agro Ecclesiae sunt granum, & zizania, Catholici, & haeretici; sed non ut partes componentes eundem ordinem fidelium, quia in fide desentiunt: sed ut partes ad invicem pugnantes, & hunc aestimo germanum sensum parabolae, in quo sensu, non tantum hoc significatum, sed omnia similia nunt.

Dicent aliqui, Iudaei, & Saraceni pugnant cum Ecclesia, ergo eodem modo pertinent ad Ecclesiam sicut haeretici.

Respondio negando paritatem; quia Iudaei, & Saraceni non profitentur se docere doctrinam Christi; & haec ratione non sunt in eodem agro Ecclesiae, vel in zizanijs, sicut haeretici; idcirco maiorem relationem habent haeretici, & apostatae ad Ecclesiam, quam Iudaei vel Paganus: unde partes Ecclesiae rebellantes, non solum opponentes haereticos; & apostatas dicimus.

Secundo obijciunt illud Pauli 2. ad Tim. cap. 2. In magna domo sunt vase sarea, & argentea, & lignea, & fictilia, &c. sed per hanc magnam domum intelligitur Ecclesia, & per vase lignea, & fictilia intelliguntur haeretici, ratio est; quia paulo ante Apostolus dicitur: quoniam sermo ut caner serpo, ut quibus est Ithamarus, & Philetus, qui a veritate exciderunt; ergo haeretici sunt membra Ecclesiae.

Respondet quod si per vase lignea, & fictilia intelligere voluit haeretici, & quod in eadem domo vase sarea manent ipsos in illa esse iuxta duplicem sensum dici potest; vel ut partes componentes, & membra, & nego, ut dictum est in superiori respon. sione; vel ut partes separatae rebellantes, & oppositas, quae unitatem & ordinem dicunt ad Ecclesiam de qua

domus pugna; & rebellantis, & expulsioms, vel zizanijs; & concedo in quo sensu nihil contra nos obicitur concludit.

Tertio obiectio. Ecclesia potest iudicare, & punire haereticos, & apostatas; ergo sunt intus Ecclesiae, & non magis quia Paulus 1. Cor. 1. dicit, quid mihi de ijs, qui foris sunt iudicare? ergo si haeretici essent extra Ecclesiam, secundum Apostoli doctrinam ab illa puniri non possent.

Respondent communiter huic argumento, haereticos, licet non sint de Ecclesia; tamen de Ecclesia esse debere, & proinde ad eam, ut oves ad ovile, unde abierunt pertinere. Apostolum autem de ijs qui ita foris sunt, ut nunquam fuerint intus loqui bona responsio; at ego ulterius secundum doctrinam à me nuper positam dico sic; potest Ecclesia punire illos partes, & membra, nequaquam: quia membra & partes à ceteris partibus, & membris tali poena non puniuntur; imò quia hac poena mulctari debent, ipsos non esse partes, & membra cognoscitur; ut autem arbitrantur esse membra, & vera membra inficere procurant, & concedo; hac enim ratione Ecclesia debet eos punire, quia temerario iudicio esse partes vere Ecclesiae putant, & illas quae vere sunt pervertere, & corrumpere tentant.

Quarto obijciunt: Haeretici retinent characterem baptismi; & qui in Ecclesia Catholica sunt ordinati presbyteri, & deinde sunt haeretici, retinent characterem ordinis: ergo sunt Christiani, & Sacerdotes intra Ecclesiam. Respondeo quod character hominem formaliter cum Ecclesia, non coniungit: quia hoc est fidei Catholicae munus, sed character est tantum signum unionis assumptae vel praehabita; & hoc patet, quia fideles, qui sunt in inferno retinent characterem, & tamen non sunt amplius de Ecclesia; ideo character non unit, nec facit hominem de corpore Ecclesiae; sed est signum resultans ex unione, & quia indelebile est, ideo remanet, etiam praedicta unione corrupta.

Damnari retinet characterem in inferno, & non sunt amplius membra & partes Ecclesiae.

DISPUTATIO III.

An Cathecumeni, & Schismatici spectent ad Ecclesiam.

In superiori disputatione cum Ecclesiam nihil aliud esse, nisi societatem hominum vere, & orthodoxae fidei professionis vinculo colligatam; nec aliter definiti, nec aliquid aliud Ecclesiae quidditatem praeferre, probatum fuerit; consequens est ut, qui professionem vere fidei tenet, membrum & pars Ecclesiae dici debeat. Videndum itaque primo est, quid sint cathecumeni, & schismatici, & an orthodoxam fidem teneant, & inde necne ad Ecclesiam spectent, colligemus.

Cathecumenus autem ille est, qui in fide Catholica instruitur, nec tamen illam solamiter communitatem Ecclesiae in Sacramento baptismi professus fuit; vult autem tamen haec omnia exsequendi habet. Antequam verò dicamus quis, & quid sit schismaticus, schisma distinguendum est, duplex enim est, quod secundum nomen, & ethymologiam, divisionem, & disensionem dicitur, aliud haereticum; ab haereticum aliud primum est, quando schismatici simpliciter necessitatem, & potestatem, seu auctoritatem capit negat quales sunt Caecorum planius quibus manum

Cathecumenus quis sit.

Schisma duplex est.

Exemplum ad rei veritatem dilucidandam.

Doctrina Iudeorum & Saracenum non est zizania.

Haeretici dicunt ordinem ad Ecclesiam in ratione pugnae & rebellionis.

manum Pontificem esse caput vniuersalis Ecclesie, & super illam plenissimam habere potestatem no affirmant. Secundum est, cum schismatici potestatem vnius supremi Pastoris non negant, sed alium non legitimum pro legitimo supremo Pastore tenent, & estimant: vt accidit in Ecclesia Romana anno Domini 1376: quod per annos 40. vixit, & in Concilio Constantiensi Generali extinctum fuit.

Schismatici igitur, sumpto schismate secundum primam acceptionem, illi sunt, secundum Doctores, & precipue D. Thom. 2. 2. q. 39. artic. 1. qui ab Ecclesia Catholica diuiduntur, & particularem congregationem extra Ecclesie unitatem, communionem, & obedientiam conficiunt. Schismatici vero iuxta posteriorem sensum hi sunt, qui legitimo Pastori obedientiam negant, eam non legitimo prestantes; & de istis loquitur Aug. lib. quatuor. Euang. ex Matth. 9. 11. to. 4. cum dicit: solet autem etiam quari schismatici, quid ab hereticis distent, & hoc inueniri, quod schismaticos non fides diuersa faciat, sed communionis disrupta societas. De prioribus schismate loquitur Aug. lib. 2. contra Crescon. c. 7. to. 7. dicens. Neque enim schisma fieri potest, nisi diuersum aliquid sequantur, qui faciunt. Quibus prenotatis duas pono conclusiones.

Prima conclusio. Cathecumeni non sunt partes, & membra Ecclesie. Probatur, ille est membrum Ecclesie, qui fidem Catholicam profitetur, sed cathecumenus non est huiusmodi; ergo non est membrum Ecclesie. Minor probatur, quia ille est cathecumenus, prout nomen indicat, qui in fide instruitur, vt illam deinde valeat profiteri, & non qui fidem actu profitetur, vel professus est; ergo non est membrum, sed futurum est membrum Ecclesie, ad quod disponitur; sicut a pari dispositio ad formam non est forma; nam calor disponens lignum non est ignis, qui subsequitur; sic cathecumenus qui disponitur per instructionem, vt fiat membrum Ecclesie, non est actu membrum illius.

Secundo probatur per id quod in Actis Apostolorum ca. legitur. Qui ergo receperunt verbum baptizati sunt, & apposita sunt in die illa anima circiter tria milia; ex quo patet, tunc homines Ecclesie apponi quam membra & partes, cum fidem profiterentur in baptizate; Ostium enim Ecclesie est Sacramentum baptismi, qui non recepto, ceteris Sacramentis, & fructibus spiritualibus Ecclesie incapax est quicunque fuerit.

Tertio probatur Patrum testimonio. August. de Symb. ad cathecumenos lib. 4. in princ. to. 9. Dum per sacratissimum Crucis signum vos suscepimus in vtero Sancte Matris Ecclesie, que pueri, & fratres vestri cum summa beatiss. Spiritus habetis: pariter nonis proles futura tanta matris, quousque per lacrum sanctam regeneratos vera luce vestruat, &c.

Gregor. Nanz. orat. in sanctum lacrum, cathecumenum non posse vocari fidem, nisi post susceptum baptismum, promulgat.

Chrysol. Hom. 2. in epist. 2. ad Cor. c. 1. to. 4. inquit. Nam cum dico vos, Pro cathecumenis intente oramus, nihil aliud facit, quam vt vniuersam fidelium multitudinem ad preces pro illis obundas excites. At qui aliam adhuc sunt cathecumeni, nondum enim Corpori Christi in fide sunt, nec mysterium participes effecti, videntur a spirituali grege adhuc distanti. Quasi si ergo pro his orationem est, multo sunt magis pro nostris membris. & postea post loquitur. Quo si vt te quoque heretetur, vt pro illis oras, qui membra tua sunt, nec iam peregrini ad te aliam sunt.

Ambros. to. 4. lib. de inuidiis c. 4. ait. Cordis ante

etiam cathecumenus in Crucem Domini Iesu, qua & ipse signatur. Sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; remissionem non potest accipere peccatorum, nec spiritualis gratia munus habere.

Secunda conclusio. Schismatici absque heresi sunt membra Ecclesie; schismatici vero cum heresi sunt extra Ecclesiam, nec sunt partes illius. Prima pars conclusionis probatur. Peccata mortalia, & opera mala, manente integritate fidei Catholicae, non separant hominem a corpore Ecclesie, sed schisma simplex est tantum opus malum, non pertinens ad fidem; ergo non separat a corpore Ecclesie. Minor patet in declaratione superius dicta de simplici schismate. Major est Conc. Trid. sess. 6.

Secundo probatur per definitionem Nicolai Papa de consecr. dist. 1. Can. Ecclesia, ait enim, Ecclesia esse Catholicorum congregationem; sed schismatici absque heresi sunt Catholici; ergo sunt de Ecclesia.

Confirmatur hec veritas per citatum testimonium August. lib. quatuor. Evangelic. sup. Matth. q. 1. to. 4. Solet autem etiam quari, inquit, schismatici, quid ab hereticis distent, & hoc inueniri, quod schismaticos non fides diuersa faciat, sed communionis disrupta societas; ergo cum non in fit fides diuersa, extra corpus Ecclesie non erunt.

Contra primam conclusionem sic obijci potest. Extra Ecclesiam nemo potest saluari, sed cathecumenus si in eo statu moriantur, saluantur, ergo non sunt extra Ecclesiam.

Respondeo cathecumenos si moriantur, baptismo flammis baptizatos esse: qui baptismus tempore necessitatis hominem membrum Ecclesie constituit.

Contra secundam conclusionem sic obijciunt. Cum dicitur Lucas 5. scindebatur autem rete, per scissionem reus, & egressione piscium ex reti schismata Ecclesie; & egressio hereticorum, & schismaticorum de Ecclesia intelliguntur, vt exponit August. tract. 1. 2. in Ioan.

Respondeo duplex est schisma; simplex, vt declaratum est in principio presentis Questionis; & scissura heresi; Scriptura, & Patres non de prioribus sed de posterioribus loquuntur: idcirco obiectio nihil contra nos concludit.

Secundo sic obijciunt. Ecclesia Ioan. 10. dicitur vnum ovile, & ad Rom. 12. vnum corpus, & Cant. 6. Vna sponsa, vna amica, vna columba; schisma autem scindit in partes, quod erat vnum, vt patet ex ipso nomine; ergo schismatici non sunt in Ecclesia; nec de Ecclesia nam pars scissa a corpore non est amplius pars corporis; vnde pulchre Cyprian. lib. de unit. Eccles. dicit, Ecclesiam significari per vestem Christi inconsutilem, que scissa non fuit, vt Ecclesiam scindi possit, sed non eo modo, quo scinduntur vestes, itaut omnes partes aequè partes vestis maneant, sed quomodo scinditur ramus ab arbore, qui statim marcescit, arbore viuente, intelligeremus.

Respondeo, quod vis huius argumenti est in etymologia schismatis, quia scissione dicitur, vnde dico corpus Ecclesie dupliciter scindi posse, vel circa ea, que spectant ad fidem, vel circa ea, que sunt extra causam fidei. Prima scissio in omni rigore nominis etymologia correspondet: secunda vero non sic, sed tantum improprie; prima est contra fidem, secunda est contra charitatem; de qua Aug. loc. sup. cit. inquit. Non fides diuersa facit, sed communionis disrupta societas: argumentum, & exemplum adductum a Cypriano de primo schismate concludit, quapropter contra notatam conclusionem non militat.

Tertio

Schisma aliquando est cum heresi, quandoque sine heresi.

Cathecumeni non sunt de corpore Ecclesie.

Baptismus est ostium in Ecclesia.

Testimonium 24. doctorum antiquorum.

Schismatici absque heresi sunt membra Ecclesie.

Baptismus tempore necessitatis facit hominem membrum Ecclesie.

Tandem obicitur auctoritas Cathedrae Romanae in
explicatione Symboli, & Pelagij Papae in decretis. 24.
... & Cap. Ichilma, & multorum
...
Quibus omnibus a me consideratis, Respondeo,
loquens schismate simpliciter, quod est cum haereti:
& Petrus de separatione ab Ecclesia secundum vir-
tutum perfectionis, & charitatis sermocerari, quare-
nus schismaticos inter damnatos constituit, & dam-
nati ab Ecclesia separantur; et eos dum vivunt, mem-
bra militantis Ecclesiae non manere, minime affirmant.

veritate dissona putant; potest aliquando ministrum
aliquod Ecclesiae Catholicae haereticum occultum
qui fide caret, exercere: quamobrem non tantum
iurisdictionem habere posse super Ecclesiam negant:
sed nec membrum esse Ecclesiae, nec ad illam aliquo
modo spectare affirmant; & hoc constringunt non
ratione ducti; sed ut diabolica astutia zizaniam in Eccle-
sia discernent, ipsosmet praetera ministros Eccle-
siae haereticos occultos esse necesse dubium esse; unde
sequuntur, ut ipsi dicunt, Ecclesiae potestatem, & iurisdictionem
firmate carere. petra enim illorum
mens, omnia in dubium vertere anhelat: dicemus igitur
quid sit iurisdictionis, unde colligent, occulto haereti-
co, si minister sacri Ecclesiae, non esse impossibile,
nec repugnare, licet indecessis, iurisdictionem super
Ecclesiam, exercere.

petra in
haereticorum
hac materia.

DISPUTATIO IV.

An Infideles occulti sint membra
Ecclesiae.

Ecclesiam, quae peregrinatur in terris, societatem
hominum esse Christianam, & orthodoxam fi-
dem professentium, per publicam eorum, quae dicitur
exequutionem post susceptum baptismum, in qua mali-
cum bonis, & reprobi cum electis iunguntur admi-
xti, in prioris disputatione asseruimus, & in hac eadem
definitione hanc periculum appositam fuisse, scilicet
per publicam exequutionem eorum, quae fides dicitur,
diximus, ut in Ecclesia haereticos occultos, includere-
mus, dummodo fidem Catholicam cum carnis pro-
fiteantur, eo quod vinculum, quo Ecclesia quodam-
modo in ratione vniuersi corporis colligatur, publica
confessio Catholicae fidei sit post susceptum bap-
tisma: hac praecipua ratione, quia cum Ecclesia sit vniuersum
corpus visibile, visibile docens, ligans, & solvens
per suos ministros debet consequenter, simul vni, &
aliquo visibili, & externo vinculo colligari: quod cer-
te aliud esse nequit nisi publica protestatio fidei, &
eorum, quae fides docet manifesta confessio.

Hinc est quod haeretici occulti si in Ecclesia iure-
tionem, & ea omnia, quae publice eorum fideles exer-
cent exequantur, membra Ecclesiae Catholicae militan-
tis existunt. Haec autem inscrutabilis altitudo ita di-
spoluit. Ipsemet Christus Iesus Iudam Apollolum seu
Episcopum, & Praetorem elegit, qui diabolus ab eodem
dicitur est, Ioann. 6. *Nomen duodecim, elegit. & unus ex
eibus diabolus est*: pessimus igitur, ipso haereticus, ac
pater haereticorum fuit iuxta August. tract. 61. in Jo-
noc tamen Apollolum seu Episcopum illum, ipse
voluit, nec dignitate privare; quo facto, non calu in-
pipato, sed ex industria, & consilio ipse Ecclesiam
suam, haereticos occultos secum ex odio diaboli habi-
turam docuit, & dum manifesti non sunt, eos posse
sine tradita exsoluatos esse, minime sentiremus; cum
Iudam, dum se non manifestauit, & Collegium A-
postolicum sponte non reliquit, Apostolica dignitate,
et potestate privare noluerit. in hoc volens fratribus
similari; qui ea quae non sunt manifesta iudicare non
valent, & quae non sunt mala in facie Ecclesiae, ab Ec-
clesia rescindere non debent, nec recte esse affirma-
re. Quod autem Apollotus, & Episcopos uideamus
fuit, Petrus docuit in Act. cap. 1. ubi loquens de Iuda
inquit. *Et hic quidem possedit agrum de ueracitate sua
queratis, & suspensus crepuit medius. Et diffusa sunt
eius viscera eius. Scriptum est enim in libro Psal. fuit
annuntiato eorum deserta. & non sit quis habitator in eis
Episcopatus eius, & cetera. At Iudas in hoc ve-
ritate Secretarij praecipue videtur absurda, & inuicibilis a*

Est autem iurisdictionis potestas ad regendum popu-
lum Dei secundum legem diuinam in ordine ad be-
titudinem supernaturalem, quae non per consecratio-
nem, sed simplici iunctione Dei, vel hominis con-
feratur; ita communiter, & optime dicunt omnes Do-
ctores Catholici. & haec duplex est, alia directiua, &
est potestas condendi leges, ad dirigendum hominem
in actibus suis; & coerciua alia, quae est potestas ad pun-
niendum, & constringendum subditum ad obseruan-
tam eiusdem legis: & utraque ad hoc duplex esse por-
tati, vel in foro interiori, vel in foro exteriori. In interio-
ri circa ea scilicet, quae spectant ad conscientiam, & iurisdictionem
exteriori circa ea, ne impediatur actus exterioris. In
iurisdictionem Ecclesiae pertinet. Cum igitur habeat
iurisdictionem in Ecclesia secundum legem illam ad-
ministrare debeat: dato quod minister sit haereticus
occultus, statim conspicitur, an iuxta Catholicum ritum,
vel secundum hereticam prauitatem, Ecclesiam
gubernet; si secundum ritum minister, ut dicit Grego-
rius in Moral. similis aquae haereticus; quae homo
mittit in caelum, & ipsa dicitur in caelum; si primus,
& ipse saluabitur, qui ministrat simul cum illa, cuius in-
iurisdictionem si autem talis haereticus occultus manifestus
fiat, poenam iudicis non fugit, & a se ipso a corpore
Ecclesiae scinditur; nec est amplius membrum illius,
& omni iurisdictione circumscripta Ecclesiae spoliatur.
Insuperatum est enim valde congruere quod minister
Ecclesiae, qui sancto administrat, & ipse sanctus sit; si
autem indignus fuerit, sibi nocebit, & non his quibus
administrat. Vnde August. lib. 2. contra Cresconium
cap. 19. tom. 7. ait de Iuda: *Cum enim Iudas fuit A-
postolus haereticus, & quomodo quidam malus eras, quia fun-
eris; & eo qui murebatur, in commissos sibi oculos
inferbas non vique conscientia eius attendebatur. sed
Deus est Christus in quem iudicabatur. Sequitur igitur;
haeretico occulto regimen Ecclesiae cuiuscumque gene-
ris sit minime reprobare. Tanta autem est Dei pro-
uidentia super Ecclesiam suam, iuxta Christi Dominus
firmam promissionem, Matth. ult. *Ergo uobiscum usque
quo ad consummationem saeculi; quod si hoc propter pec-
cata fidelium aliquando etiam, raro tamen id puta-
mus, & credimus contingere: cum homines iniqui
latere nequeant; iuxta consilium Domini de peccatis in
Matth. 10. *Nihil operum quod non erudiat, & ac-
cultum quod non scietur.***

Quid sit iurisdic-
tio.

Iurisdictionis du-
plex est.

Iurisdictionis vel est
in foro interiori,
vel in foro exte-
riori.

Iudas haereticus
& haeretici occul-
ti vnum sunt in
hac causa.

Haeretico occulto
non repugnat iurisdictionis
Ecclesiae.

De potestate Or-
dinis...

precluditur remanet. sicut accidit omni fugienti ab omni, quae retinet in dorso characterem inustum Dominici sui. & pro decisione veritatis ponitur subsequens.

Vnica conclusio. Haeretici occulti modo explicato in superiori articulo, sunt partes & membra Ecclesiae. Probatur primò: Ecclesia Dei est visibilis, ut loco suo demonstratiue patebit; ergo haeretici occulti sunt de Ecclesia. Consequens probatur, quia visibiliter, & extrinsecè ea profitentur, quae constituunt hominem membrum Ecclesiae, nempe Catholicam fidem, usum Sacramentorum, & doctrinam morum. ergo, &c.

Secundò, probatur ex Epistola prima Ioan. cap. 2. ubi loquens de haeticis, quos Antichristos nominat, ait, *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; nam si suscepisset ex nobis mansissent usque nobiscum; ille dicitur exire de aliqua societate, qui primò erat de tali societate; ergo si haeretici exeunt de Ecclesia, in Ecclesia per fidei professionem externam erant, licet intrinsecè non crederent, quia haeretici erant, occulti. Ita exponit Sacerdos August. Tract. 3. in epist. Ioan. post initium. v. 9. Omnes haeretici, omnes schismatici ex nobis exierunt; id est ex Ecclesia exierunt: sed non exierunt si ex nobis essent: antequam exierunt. ergo non erant ex nobis; si antequam exierunt non erant ex nobis, multi in eis sunt; idcirco, & tamen Antichristi sunt; aperte igitur dicit Augustinus, quod haeretici intus Ecclesiam sunt, & quod non exierunt: exeunt autem, cum se ipsos esse haeticos manifestant.*

Et Gregorius lib. 13. Moral. cap. 5. *Multi sunt in Ecclesia, qui de aeternitatis promissione diffidunt, & tamen se fideles esse monentur, sed cum malitia tempus eruperit, is qui nunc mesuens derogat ad contraveniendum, ante faciem venit, quia verba vera fidei, apertis vocibus, obfistit.*

Origenes hom. 21. in Iosue, hoc idem sentit, sic enim ait: *Etiam hic in Iherosolymis, id est in Ecclesia, sunt quidam Iehusaei, qui ex fide & actibus peruersi sunt: neque enim dicimus de his, qui manifestè, & evidenter criminosi sunt, ut non de Ecclesia expellantur. Ecce quod aperte asserit haeticos occultos esse de Ecclesia.*

Confirmatur tandè per ea quae ex Conclij Ephes. & Chalced. colliguntur; nam Nestorium, ut plurimum in actis legitur, semper venenum haeresum in suo pectore retinuisse, Patres cognoverunt, quod de Dioscoro, & Eutiche pariter asserendum est: quousque tamen publicè haereses disseminare non cospiciant, acta illorum non fuerunt irrita; nec deinde irritata fuerunt à Patribus, ea quae ante promulgationem haeresum fecerant: evidens igitur est, Patres tunc haeticum occultum esse de Ecclesia sensisse; aliter quaecunque statuerant eo tempore, quo Ecclesiam sibi commissas gubernauerant, irritare debuissent.

Contra conclusionem non tantum Sectarij, sed aliqui ex Catholicis, & precipuè Ioan. de Turrecrem. lib. 4. de Ecclesia p. 2. c. 20. sic primo obijciunt. Haeretici, Turci, & quicumque Pagani possunt se vnire Congregationi fidelium, & fidem Catholicam publicè confiteri, & consequenter etiam ministri Ecclesiae fieri, consequens est absurdum, & falsum; ergo & haeticos, ac infideles occultos esse partes Ecclesiae falsum erit.

Respondet, quod velisti sacramentum Baptismi suscipiant vel non. Si primum, totum argumentum concedimus; nam de hoc satis diximus. si secundum, argumentum est quasi chimericum, quia hoc est valde difficile; nam qui vult esse minister Ecclesiae, se esse baptizatum primò ostendere debet: nec stultè,

& imprudenter potestas ordinis, vel jurisdictionis conferretur in Ecclesia; imò vbique locorum Pastores dudò non tantum de veritate baptismi, sed etiam de ordinandorum bonitate vitae admoneri volunt; vni enim quisque natus est, sibi esse valde notus, precipuè vicinis, & illius loci Parocho, à quibus testimonium baptismi habere debet. ut si aliquando id quod obijciatur acciderit, dico, quod tunc Catholicam fidem, & Christianam legem publicè cum alijs profiteantur, proculdubio membra Ecclesiae haberi debent.

Obijciunt secundò; Ex Scripturis, & Patribus saepe legimus fidem esse formam, & vinculum Ecclesiae, sed haeretici occulti, & infideles non habent fidem; ergo non sunt de Ecclesia.

Respondet fidem dupliciter considerari, vel ut est virtus interna: vel ut est externa, cum scilicet publicè in facie Ecclesiae profitetur. Primò modo est fundamentum iustitiae, & meriti; & spirituale vinculum illius: secundò modo est forma, & vinculum externum, & sensibile visibilis Ecclesiae; & de hac fide, quae publicè profitetur, intelligi debet visibilitatem, & formam Ecclesiae visibilis existere, & hac distinctio- ne omnibus huiusmodi argumentis satisfacit. hoc tamè addimus; quod haec externa professio ad fidem internam ordinem dicit; quamobrem si haeticus occultus Ecclesiae Pastoribus notus fieret, statim ab Ecclesia: addita graui poena, separaretur.

Obijciunt tertio, quod saepe Patres, ut Tertull. lib. de praescript. haetic. Cyprianus lib. 4. epist. 2. Athanas. serm. 2. contra Arrianos; & alij, haeticos non esse Christianos affirmant: at qui Christiani non sunt nullo modo ad Ecclesiam pertinent, ergo, &c.

Respondet cum Card. Bellarm. lib. 1. de Ecclesia, Patres loqui de manifestis haeticis, qui nec in corde, nec in ore Christi fidem habent; Christianus enim nomen est professionis, & illi dicuntur Christiani, qui Christi legem, ac fidem publicè profitentur, & colunt, non sequitur igitur, haeticos occultos non esse de Ecclesia.

Quartò obijciunt: haec de causa defenditur haeticos occultos esse partes Ecclesiae, ut manifestè constet, quae sit Ecclesia, & qui sint illi ex quibus Ecclesia tanquam ex membris, & partibus componitur; sed neque hoc sufficit, ut certò sciamus, quae sit Ecclesia, quia an ministri baptismi habuerint intentionem baptizandi, & Pastores intentionem ordinandi, nescimus; & sic cum non impederent characterem, nec illi erunt Christiani, nec illi erant Sacerdotes Episcopi, &c. ergo ex hoc capite remanet inuisibilis Ecclesia, & dubia, sicut remaneret si haeticos occultos ab illa excluderemus.

Respondet negando hanc esse potissimam causam, propter quam infideles occulti in Ecclesia includuntur; formalis enim ratio est; quia, cum Ecclesia sit externa, & in terris sensibilibus militans, consequenter per actus sensibiles, & visibiles colligari debet; fides autem interna hoc non facit; sed bene professio fidei externa; cum his omnibus, quae catholica Ecclesia iuxta fidei regulas operatur. Ad casus particulares propositos: ad primum dico, quod si ministri ex militia, vel quomodocunque Baptismi sacramentum non ministrauerunt, supplet baptismus fluminis in baptizato, dum putat se esse verè baptizatum. Demum enim qui non est durus exactor, his omnibus supplet, & talis deinde cum omnia exerceat extrinsecè, quae Ecclesia operatur, est legitimus membrum Ecclesiae. Ad secundum exemplum adductum in obiectione, quod

Haeretici, occulti sunt membra Ecclesiae.

Externa professio fidei est vinculum, quo membra Ecclesiae visibilis ad invicem colliguntur.

Testimonium solenne Concilij Ephes. & Chalced.

Subditio ad publicè esse fidem Catholicam professam, quod membra Ecclesiae sunt.

Quae sit formalis ratio cur haeticos occultos sint membra Ecclesiae.

Passore simulata
se ordines con-
ferre. Deus sup-
plet ordinatioe,
ne Ecclesia Dei
confundatur.

quod nescimus si Pastores habuerint voluntatem con-
terendi ordines, dico quod incredibile est, ut tam im-
pius Pastor, qui talia omittat, inueniatur in Ecclesia;
& dato casu dico Deum tunc supplere, quae minister
Ecclesiae omittit, cuius speciali prouidentia curam ha-
bet, quia eam nunquam deserere promisit; unde fa-
tis est, ut aliquis sit membrum, & minister Ecclesiae,
eum extrinsecus Ecclesiam regere, docendo, dirigen-
do, corrigendo, & manus suam iuxta Catholicam fi-
dei regulas sensibilibus exercendo.

At dicit aliquis, si ita est, sequitur Ecclesiam
ceterum haereticorum, paganorum, & infidelium, at-
que hypocritarum esse, ut Sectarij affirmant; Sequela
patet, quia in Ecclesia omnes tales includi, ut partes,
& membra illius pro tempore quo sunt occulti, di-
cimus.

Respondeo negando sequelam, & ratio negatio-
nis est, quia vel nulli, vel pauci inueniuntur tales in
Ecclesia. nec quia in qualibet Ciuitate quaedam mali-
cuius inueniuntur omnis Ciuitas mala appellari debet.
nec si in Monasterio aliqui hypocritae, qui simulant as-
ceticam reperiuntur, ipsum Monasterium hypocrita-
rum fas est appellare, malitia aliquorum non debet
inficere bonitatem aliorum; & eo magis, quia deno-
minatio non ab ignobilioribus, sed a nobilioribus fi-
ri debet. nam olim in Vrbe Hierusalem multi pec-
catores, & Idolatrae habitabant, & tamen in Scriptu-
ris Ciuitas illa praedaris laudibus descripta fuit; sic de
Ecclesia asserendum est, quomodo enim sequitur,
quia in Ecclesia sunt aliqui, si qui manent, qui sunt
occulti haeretici, & hypocritae; omnem Ecclesiam,
quae innumerabiles homines Catholicos continet, co-
gregationem hypocritarum esse. haud sane.

Quinta obiectio. 2. Corint. 6. inquit Apostolus:
Aut qua pars fidelis cum infidelis? ergo nulla unio, seu
colligatio potest esse in ordine ad constituendam Ec-
clesiam Dei inter infideles occultos, & fideles; patet
quia nulla pars est inter utrumque secundum Apo-
stolum.

Respondeo, Apostolum de infidelibus publicis,
& non de occultis loqui. & quod ita sit, patet, quia
prius immediate dixerat. *Notis inquam ducere causa
infidelibus. quae enim participatio substantia cum iniquitate
est? quae quae locat ut loca ad tenentur? quae autem con-
ducunt Christi ad haberi? aut qua pars fidelis cum infideli-
bus? quae autem confusio templo Dei cum idolis? quom-
modo autem poterit quis inquam ducere eum infide-
libus, vel non ducere nisi illos manifeste cognoscit?*
constat igitur Apostolum de infidelibus publicis lo-
quutum fuisse; quos absque dubio extra Ecclesiam
Dei esse, optime scimus; nec de talibus est quaestio,
sed de occultis, qui extrinsecus coram Ecclesia fidem
Catholicam profiterentur, & ea quae fides docet ope-
randa, operantur.

Sexta obiectio. Ethnicis, & Publicanis non sunt de
Ecclesia, ut legitur Matth. cap. 23. *Si Eccliam non
audierit sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus;* & sensus
est ut patet, sit tibi sicut ille, qui est extra Ecclesiam;
sed infideles occulti sunt Ethnicis; ergo infideles oc-
culti non sunt membra Ecclesiae.

Respondeo concedendo maiorem de publicis, &
manifestis. ad minorem: sed infideles occulti sunt
Ethnicis; occultus est, & intus, verum est; sed manifestus,
& exterius falsum est; quia fidem, & opera fidei, ut
ceteris in sociis Ecclesiae profuerint ideo non sunt Eth-
nici, sed partes haereticae; Ethnicis autem proprie non
cognoscunt imo persequuntur, & spernunt Balthasar

Dei; qui autem sunt heretici non sunt in illa sed per-
manenti sicut ceteri fideles Catholici; non sequitur
ergo infideles occultos partes Ecclesiae non esse.

DISPUTATIO V.

An Ecclesia sit semper visibilis, & an desi-
cere, & errare possit.

ADuersus sacrosanctam Romanam Ecclesiam,
& Petri Cathedram, talis ac tanta fuit Lutheri
bilis, quod ut illam euerteret, & extingueret, tales
haereses disseminauit, talesque propositiones phan-
tasticas protulit, ut sequaces, & Sectatores illius,
occulto habito consilio, ut scribit Fredericus Stapyl-
lus in prima Apologia parte tertia, aliter affirmare,
& illius dicta moderari, coacti fuerint; & precipue
de visibilitate Ecclesiae; nam ut Romanam Ecclesiam,
quae visibilis est, non esse Christi Ecclesiam probaret,
hanc excogitauit chimeram; nempe Ecclesiam Dei inuisi-
bilem esse: ita in lib. de seruo arbitrio; & hac ratio-
ne Papam Episcopos, Clericos, Monachos, & om-
nium Catholicorum multitudinem ad Christi Eccle-
siam non pertinere proclamauit. & in lib. de Abroganda
Missae priuata par. 1. idem apertè testatus est. Secta-
tores autem illius, cum quibus etiam Caluinus lib. 4.
instat. cap. 1. 6. 7. hoc esse omnino improbabile, &
imaginarium sentientes, quod iam remedium callide
adinuenerunt; eandem scilicet Ecclesiam Militantem
in duas partes diuiserunt: nempe in Ecclesiam ele-
ctorum; quam ponunt inuisibilem; & in Ecclesiam
electorum & reproborum simul, quam visibilem
esse fatentur; sed hanc non esse veram Ecclesiam,
nec eius iudicio assentiendum, quia pauci sunt ibi ele-
cti, & multi reprobi, & errare posse in fide, & mo-
ribus, pertinaciter tenent. Ecclesiam autem inuisibi-
lem nec deficere, nec errare posse in iis, quae ad salu-
tem necessaria sunt, affirmant. Ita Caluinus, lib. 4.
instat. cap. 8. §. 13. & sic patet obtinuisse, quod de-
siderabant, Romanam scilicet Ecclesiam, quae visibi-
lis est, ontasse in fide, & moribus, nec ceteros docere
posse, imò à Christi Ecclesia penitus excidisse; sicut
quippe excogitatio, & infelix astutia; Nam si electorū
puritas tantum veram Christi doctrinam teneret, &
tales electi finitissimi, quia eos ignoramus; si in-
fidelium aliquis ab illis doceri uoluerit, non inueniet
Doctorem insubibilem; sic quasi alter Diogenes,
cum latere hominem quaeret, & non inueniet; &
quae sit sancta Dei Ecclesia ignorabit. Quis tales ine-
ptias unquam audiat? sed dicunt veram Ecclesiam
constare esse tenentiam incorruptam Euangelij doctri-
nam, & recte vtiendi Sacramentis, at ego: quomodo
eos, qui se antea Euangelij doctrinam, & vltimū
Sacramentorum agnoscerunt, cum Ecclesia visibilis
per vos passim derideat, & desererit? ab illa igitur
nihil est petendum veritatis, quia errare potest; & si
tantum est ad veritatem necessariam ad salutem habent,
ubi sunt isti electi? nobis non sunt manifesti; quia vos
ipsi dicitis eos Ecclesiam inuisibilem constituisse.

Et descendamus ad aliam particularem; Lutherus
cum Lutheranis, Caluinus cum Calvinisticis, sunt de Ec-
clesia visibili, vniū opinantur eum igitur Ecclesiam
visibilem posse secundum illos errare, nec illi erant
quae de veritate secuti; eo maxime, quia Lutherus &
Caluinus diuersa dicunt, & alter aperiens alibi
quod

Ineptis Sectario-
rum de visibilitate
Ecclesiae.

quod patet ex his, quae ipsi scripserunt, & per ea quae tenent. Seditores illorum, poterant ergo illi errare, sicut, de facto erraverunt; non debent igitur Lutherani Lutheri, nec Calvinistae Calvino credere: ab electis, qui doctrinam necessariam ad salutem tantum retinent, ut ipsi dicunt fidei veritatem quaerere debent: sed electi non cognoscuntur; ergo veritas fidei non habetur in terra, & Ecclesia Dei ignoratur in vapores, in chimera, & hircoceruum verba est; quis somniauit unquam tam inanes, & contradictorias fabulas? idcirco non aliam Ecclesiam eos constituere, debent asserere Catholici; praeter illam, de qua in Psal. 25. legitur *Odium Ecclesiam malignantium*; & in Actis Apost. 19. *Erat autem Ecclesia confusa*. scilicet Ethnicorum multitudo. Ad huiusmodi autem fanaticas, & phantasticas opinioniones conculcandas, quatuor ponimus conclusiones.

Ecclesia est visibilis.

Prima conclusio. Ecclesia est visibilis. Hae conclusio probatur primo ad hominem contra Sectarios; Lutherani, & Calvinistae veram Ecclesiam Dei certum tenentium incorruptam Evangelij doctrinam, & recte utentium Sacramentis esse affirmant: ac haec omnia nisi sensibilibus, & visibiliter scilicet per praedicationem, & exhibitionem Sacramentorum, quae sunt signa sensibilia fieri nequeunt; ergo Ecclesia Dei etiam secundum eorum principia est visibilis.

Probatur autem manifeste ex sacris Scripturis, Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum, si te non audierit, dic Ecclesiae. Cui Ecclesiae dici debet? Sectarij? respondet, illi Ecclesiae, quae est mixta ex electis, & reprobis: bona responsio; ac vos affirmatis hanc Ecclesiam errare posse, & congregationem infidelium, & hypocritarum existere: ergo et fidem, & obedientiam praestare non debemus, quia cum sit visibilis veritatem non docet, ut vos opinamini: erravit ergo Christus dum docuit iudicium Ecclesiae visibilis appellandum esse. Ecce quod Sectarij Christum Dominum reprehendunt, & doctrinam eius evertunt; certe si Ecclesiae visibili, quae continet malos, & bonos assentiri non debemus, ut inter ceteros scribit Brentius in confessione wittenberg. cap. de Concilio; Christus male docuisset, ut ad iudicium Ecclesiae confugeremus, & inobedientes ut Ethnicos, & Publicanos existimaremus, nec pariter Apost. cum ad Hebr. c. vi. fidelibus dixit. *Obedite praepositis vestris, & subiacet eis, ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddantur.* obedire deberemus, quia Ecclesia erroribus iuxta Sectariorum somnia est plena, & vera Ecclesia, quae errare non potest invisibilis est dicendum est, ergo ad evitandas huiusmodi ineptias, Ecclesiam visibilem esse: ipsamque magistram veritatis existere.*

Confirmatur Act. 20. *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei;* & 1. Timot. 3. *Hac tibi scribo fili Timothee, ut scias quomodo oporteat te conversari in domo Dei; quae est Ecclesia Dei vivi, columna, & firmamentum veritatis; ac quomodo Episcopi Ecclesiam Dei nisi esset visibilis regere possent? & quomodo posset Timotheus conversari cum Ecclesia Dei vivi nisi cognosceret illam? nec occurrere unquam tunc Paulum loqui de Ecclesia quam dicunt mixtam ex electis, & reprobis, quia illa secundum eos non est columna, & firmamentum veritatis, ergo loquitur de Ecclesia visibili mixta ex electis, & reprobis: & illa est magistra infallibilis veritatis, & pariter visibilis, ut docet Apostolus.*

Tandem probatur sic Ecclesia primitiva, ut legitur in Actis Apostolicis, & Epistolis Pauli; per eos crevit qui sensibilibus illi per sacramentum Baptismi, & fidei professionem se adiunxerunt, & ab illa qui exierunt, & naufragaverunt per manifestas haereses exierunt; ergo semper sensibilis, & fuit, & est sancta Ecclesia Dei.

Sed dicunt Sectarij locis praecitatis Ecclesiam visibilem dari, sed errare posse, & actu errasse: idem veram Christi Ecclesiam non esse, sed potius hypocritarum coetum, & iniquorum; quia in ea potest esse error, & defectus. At contra, si Ecclesia visibilis non est vera Christi Ecclesia, sed hypocritarum congregatio; & vos o Sectarij estis Ecclesia visibilis, ut patet, ergo, & vos estis congregatio hypocritarum, & procul a veritate fidei ut de facto estis. ubi igitur manet vera Ecclesia Christi? erit ne in concavitate? nemo ergo sciet, neque cognoscat veram Ecclesiam; & hoc quam sit absurdum, ratione utentibus patet; quia nemo posset addicere veram Christi doctrinam: cum electos, apud quos servatur, secundum vos vera intelligentia Scripturarum, nemo discernere valeat; & Scriptura sacra, quae habet veram, & infallibilem doctrinam diversimode a vobis intelligatur, & explicetur: fugiunt ergo Sectarij lucem, & voluntarie in tenebris libentissime sedent.

Occurrunt Sectariorum conclusiones.

Confirmatur conclusio testimonio quatuor Generalium Conciliorum, quae primis 500. annis post Christum natum celebrata fuerunt. Patres Concilij Niceni in definitione fidei, contra Arium, dixerunt; quod *Contrarium sentientes anathematizatis Catholicae, & Apostolicae Ecclesiae.* Certum igitur est quod Catholica, & Apostolica Ecclesia, est verissima Ecclesia Dei: & quae nam erat tunc temporis haec Ecclesia, quae sic iudicabat? erant 318. Episcopi qui in Nicza urbe congregati fuerant a Silvestro Papa; ergo visibilis, & sensibilis, & tangibilis est Ecclesia Dei, & hoc idem factum est in alijs sequentibus Synodis adversus ahaereticos.

Testimonium Concilij Niceni.

Probatur tandem Sanctorum Patrum testimonio. Augustinus lib. 2. contra Cresconium, cap. 36. tom. 7. ait: *Existat Ecclesia in multis clara ac quae conspicua, quaeque unita, quae abscondi non potest super montem constituta, per quam dominatur Christus usque usque ad mare, & a summo usque ad terminos orbis terrarum, & Fracta super Episc. Ioannis tom. 9. ait: Ecclesia eius in sole reposita est, non est in nocte, sed in die, sed quare illi non agnoscant? quoniam tenebra excaverunt oculos eius.*

Testimonium Th. Schoni-Bodini antiquorum.

Cyprianus de unitate Ecclesiae inquit: *Hanc Ecclesiam unitatem qui non tenet, tenere si fidem credidit? qui Ecclesia, renatus, & resistit, qui Cathedram Petri super quam fundata est Ecclesia, desertit in Ecclesia se esse confidit? & intra. Sic & Ecclesia, Domini luce perfusa per orbem totum, radios suos porrigit; unum tantum lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur.*

Chrysostomus Homilia cum de expulsiōe ipsius ageretur tom. 3. ait: *Quanti tyranni accessi sunt impugnare Ecclesiam Dei, quanta tormenta, quanta crucces adhibuerunt, ignes, formaces, seras, bestias, gladios intendentes, & nihil agere potuerunt. Vixit tunc ille, qui haec fecerunt? & ubi illi quiescit fortiter perterritus? Numquam aeternis penis prestantur, & isti videri gaudio eriguntur. fulgor enim Ecclesiae super splendorem solis, & persecutores eius perpetuis tenebris conpunguntur.*

Am-

Ambrosius in Hexaemeron lib. 4. cap. 5. tom. 1. ait: *In meridiano pascis, hoc est in Ecclesia loco, ubi iustitia resplendet, ubi fulget iudicium sicut merides, ubi umbra non cernitur, ubi maiores sunt dies, quod eis sol iustitia tanquam astivis mensibus diutius immoretur.*

Gregorius super Cant. cap. 7. to. 3. ait: *Soon filia sunt Ecclesia, qua dum vitam aeternam in hac carne contemplantur à peregrinante Ecclesia, ad regnandam Ecclesiam eriguntur. Vident filia Sion columbam, & beatissimam pradicant: quia sancta anima dum virtutes Ecclesia spectans, in laudem prorumpunt: & ad vias beatitudinem inhiant. Sancta quippe Ecclesia, gratia genitrice nutritur, dum fide eruditur, carne sui Sponsi pascitur, sanguine laetatur, Scriptura divina sanguatur. Hac omnis quicumque aspiciat, recte in admirationem protinus assurgat; & beatissimam pronunciat, quia videt ad quantum gloriam per tot virtutes exurgat.*

Hieronymus in Psalm. 45. tom. 7. ait: *Post euerfos cultus demoniorum ablutio Baptismi, vel irrigatio Spiritus sancti latificat animam Civitatem Dei, sine Ecclesiam, qua est Civitas Dei, qua super montem posita non absconditur. Et in Psalm. 88. ait super illud, Es sicut luna perfecta in aeternum. Tota lucida est Ecclesia, tota perfecta, nil obscuritatis continens in se.*

Secunda conclusio. Ecclesia invisibilis, quam confingunt hæretici, non datur. Probatum primò, Ecclesia Dei est una, ut superius probatum est, ut etiam hæretici concedunt; ergo non est duplex, scilicet visibilis, & invisibilis. Sed dicit aliquis, Catholici etiam Ecclesiam in Militantem, & Triumphantem diuidunt. Contra, Catholici non diuidunt Ecclesiam, sed hanc eandem, cum pugnat in Terris Militantem, quandò Triumphat in Cælis Triumphantem dicunt. Hæretici autem illam verè diuidunt; nam Lutherus lib. contra Catherinum, Ecclesiam invisibilem, esse spiritualement, & sola fide perceptibilem dicit, & Ecclesiam visibilem coetum factum malorum, & bonorum appellat: hæc autem est verissima diuisio in diversissimas partes: ita Magdeburgenses Cent. 1. lib. 1. cap. 4. col. 170. Aliud est igitur Ecclesiam diuidere, & aliud illam in duplici statu considerare, scilicet viæ, & patriæ.

Secundò. Vera Ecclesia Dei debet pugnare cum hæreticis, & illos corrigere, vel vitare, ita Paul. ad Tit. 2. *Hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem deuota; ergo non est invisibilis; sequela probatur, quia tales actus correptionis visibiliter fiunt, qui semper ab Ecclesia fieri debent, ergo vera Ecclesia Dei, quæ veritatem habet doctrinæ ad hæreticos docendos, & repellendos, est visibilis.*

Tertiò: si daretur Ecclesia invisibilis, illa esset, ut Sectarij dicunt, de qua Apost. 1. Tim. 3. loquitur, dicens. *Hac tibi scribo, sperans me ad te venire citò; si autem tardauero, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, qua est Ecclesia Dei viva, columna, & firmamentum veritatis: at hoc impossibile est, & repugnat; ergo non datur, & penitus imaginaria erit. Minor probatur. In prædicta Ecclesia, inquit Apostolus, Timotheus docere, arguere, hortari, & conuersari debebat. at hæc omnia visibilia sunt, & cum personis manifestè cognitis fieri debent; ergo repugnat, quod Ecclesia sit invisibilis.*

Quartò, si daretur hæc Ecclesia invisibilis; quæ per aduersarios tantam veritatem retinet, ita ut er-

rare circa ea, quæ necessaria sunt ad salutem non possit; sequeretur impossibilem esse aditum ad Ecclesiam Dei, nec Paganos, & quoscunque Infideles, veram doctrinam fidei Christianæ querere, & recipere debere, hoc autem ineptum est, & impium: dicente Isaia cap. 2. *Es ibunt multi populi, & ducent; Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius;* ergo vanum est ponere hæc Ecclesiam invisibilem. Sequela maioris probatur, quia per eos vera Christi Ecclesia, quæ errare non potest, invisibilis est; cum tantum electorum sit; at electi non cognoscuntur; ergo Infideles Ecclesiam veram inuenire non possent, quæ est fons sinceræ veritatis; ad visibilem autem Ecclesiam ire non deberent, quia in ea est falsitas, secundum Sectarjos; igitur Paganus, & infidelis in suis erroribus permanere teneretur: quia Doctorem infallibilem Christianæ fidei inuenire non posset, cum sit de Ecclesia invisibili electorum, quos nemo cognoscit. Hinc patet huiusmodi Ecclesiam invisibilem, quam ipsi confingunt, quid imaginariam, blasphemam, chimericum, & excogitatum tantum esse ad blasphemandam sanctam Romanam Ecclesiam, quæ velint nosint, verissima est sancta Ecclesia Dei visibilis; atque doctrinæ infallibilis.

Quintò probatur. Ecclesia Christi, quæ infallibilem veritatem tenet, nec potest errare, illa est, de qua Christus Dominus Matth. 16. inquit. *Super hæc petram fundabo Ecclesiam meam; in qua Ecclesia datur potestas ligandi, & soluendi, ut ipse subdit: sed hæc non cum incognitis exercentur; ergo Ecclesia illius non est invisibilis, & incognita, certè Sectariorum inane ingenium non possum non mirari.*

Tertia conclusio. Ecclesia Christi non potest deficere. Probatum ex Dan. cap. 2. ubi Ecclesiam prædicens ait: *Suscipias Deus cæli Regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & Regnum eius altera populo non tradetur. Regnum autem cæli Ecclesiam esse ipse Christus Dominus multis testatus est, dicens. Simile est Regnum cælorum, &c. ex Plat. 88. Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in aeternum, & testis in cælo fidelis, & deinde. Et ponam sacrum saculi semen diuis, & thronum eius sicut dies cæli.*

Ex Isaia cap. 54. *Ecce ego sternam per orbem lapides tuos, & fundabo te in Saphiris, & ponam Iaspidem propugnaculam tuam, & portas tuas in lapide sculptos. Ex Matth. 16. Super hæc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersus eam. Ex Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saculi; hoc autem Ecclesie dictum est, quia Apostoli, & Discipuli, usque ad mundi finem, non erant permansuri; Successores autem illorum utique. ex Paul. ad Ephes. 4. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios Evangelistas, alios Pastores, & Doctores ad consummationem Saeculorum, in opus ministerij, in aedificationem Corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, & mensuram aetatis plenitudinis Christi;* hic apertissime Apostolus Ecclesiam usque ad consummationem sæculi permansuram affirmat. Et ad maiorem veritatis dilucidationem sic arguuntur. Ecclesia est corpus constans ex Pastoribus, Doctoribus, ministris, & plebe, quod scilicet à Pastoribus pascitur, & regitur, à Doctoribus, & Prædicatoribus docetur, & à ministris recipit Sacramenta, inuicè doctrinam Apost. citat. ad Ephes. 4. sed hic ordo futurus*

Ratio confingit Sectarjos.

Ecclesia militans invisibilis non datur.

Vna est Ecclesia: quæ militat partim in Terris, & quæ triumphat in Cælis secundam aliam partem.

Ecclesia non potest deficere.

gurus est vsque ad diem iudicij; ergo Ecclesia vsque ad diem iudicij perseverabit. Maior est Pauli Apostoli, & minor propositio est etiam eiusdem; Inquit enim. *Donec occurrant omnes*, &c. vsque scilicet ad resurrectionem vniuersalem; ergo conclusio est necessario vera.

Præterea, Ecclesia Matth. 13. est similis agro, in quo est granum, & zizania, sed hic ager duraturus est vsque ad diem iudicij; ergo Ecclesia nunquam deficiet. Minorem propositionem Christus loc. cit. docuit, ait enim: *Sinite utraque crescere vsque ad messem*, & subdit, *Messis autem consummatio seculi est.*

Et sciat Amicus lector, omnia argumenta, quæ olim Augustinus, & alij Patres contra Donatistas composuerunt, optimè etiam contra Lutheranos, & Calvinistas concludere: ratio est, quia sicut Donatistæ asserébant Ecclesiam Catholicam in vniuersa terra ob crimina Cæcilij Episcopi perijisse, & in illa parte Africæ, tantum remansisse, quæ Donato obediebant, vt docet August. lib. de hæres. cap. 69. tom. 6. ita Lutherani, & Calvinistæ Ecclesiam Catholicam, quæ primis quingentis annis in omnibus mundi partibus erat, propter Pastorum negligentiam, & culpam, defecisse; & post multa secula tandem per Lutherum, & Calvinum reuivisse affirmant: In hoc igitur sunt discipuli Donatistarum. Sed mirum est hoc, quod affertunt Ecclesiam scilicet pluries sub diuersa figura, & diuerso habitu, & aspectu resurrexisse, nam Lutherus altera forma, alia Anabaptistæ, & Calvinus altera longè diuersa, quia hostes sunt adianicem, eam resurrexisse describunt; isti igitur vespillones, seu caduenum fossores in extrahenda Ecclesia à sepulchro, vt ipsi phantasiant, non sunt concordēs; nam Lutherus iactat se hoc fecisse; deinde venit Calvinus, & illam quam Lutherus extraxerat, non esse Ecclesiam veram, affirmat; yndè accepto ligone aliam alterius figuræ effodit: & ante Calvinum Anabaptistæ aliam longè diuersam valdè animalem propter ignominiosam lasciuiam, quam exercent surgere fecerunt. Quæ cæci Sectarij, & Duceæ cæcorum quando cognoscetis vos cum Ecclesia, quæ nunquam deficiet, non surrexisse, sed ab illa apostatasse? si Deus per Lutherum surgere fecisset Ecclesiam, quæ erat extincta, vt somnias, quid sunt Anabaptistæ, Calvinistæ, & alij Sectarij, qui doctrinam Lutheri iuste abijciunt? & vos, o Lutherani si per Anabaptistas, cæterosque Sectarios surrexit Ecclesia, qui estis vos, qui diuersa dogmata excogitastis ab illa? quales vos omnes simul estis scire desideratis? Ioan. Apost. in Apoc. 2. vos docentem audite a *Blasphemis ab his, qui se dicunt Iudæos esse.* & non sunt, sed sunt Synagoga Satana.

Probatur conclusio, ex Concil. Ephes. act. 3. in quo post depositionem Nestorij Philippus legatum Apostolicæ Sedis coram omnibus Patribus sic dixisse legitur. *Omnibus facilius notum est, quod Sanctus, & Beatissimus Petrus Apostolorum Princeps, & caput, sedesque cathedra, & Ecclesia Catholica fundamentum à Domino Nostro Iesu Christo clauis Regni accepit, soluendique, ac ligandi peccata potestas ipsi data est, qui ad hoc vsque tempus, & semper in suis Successoribus viuus, & iudicium exercet. Huius itaque secundum ordinem Successor, & locum tenens Sanctus, & Beatissimus Papa noster Cælestinus Episcopus, nos ipsius præsentem supplet, ad hanc sanctam Synodum misit, &c. quid Sectarij contra hoc testimonium dicent quo apertissimè constat Ecclesiam in Successoribus Petri Apostoli visibilem, & indefectibilem esse? &*

his similia pluries in Concilio Calcedonensi leguntur: quæ testimonia cum sint antiquæ Ecclesiæ Sectarij respicere non debent.

August. lib. de vnitæ Ecclesiæ, c. 20. to. 7. *Habetis Ecclesiam ubique diffusam, & crescentem vsque ad messem. Habetis Cypriam de qua ipse, qui eam condidit ait: Non potest Civitas abscondi super montem constituta. Et infra: Neque enim falli potest diuina sententia, quoniam crescit vsque ad messem. Et super Psalm. 69. tom. 8. ait. Hic tamen fratres, quia in iudicio tempore futura erat Ecclesia in hac terra, sed hic erit Ecclesia vsque in finem seculi. ideo hic dicit, inquitus ero in tabernaculo tuo vsque in secula. sanas quantumlibet inuenis, oppugnes me, infidas mihi præparet. Scandalis crebescas, & faciat angustior meum, inquitus ero in tabernaculo tuo vsque in secula. si diu eris inquitus, quasi hoc illi diceremus, laboraturus ergo, & in terra inter tantas tētationes: nam si paucorum hic esset Ecclesia, citò finiretur tentatoris infida. Reue paucorum dierum velles esse tētationes. sed quomodo calligare natos omnes nisi diu hic esset, nisi vsque in finem protraderetur?*

Et super Psalm. 75. ait. *Quis vero fidelium dubitet Ecclesiam, etiam si alijs abeuntibus, alijs venientibus ex hac vita mortaliter transit, tamen in æternum esse fundamentum & in Psalm. 47. ait. Si Deus fundauit Ecclesiam in æternum, quid times ne cadat fundamentum?*

Et super Ioan. Tract. 124. super cap. 1. tom. 9. ait. *Ecclesia in hoc seculo diuersis tētationibus, velut in tribus, fluminibus, tempestatibusque quatitur, & non cadit, quoniam fundata est super petram, unde & Petrus noster accepit.*

Et lib. 1. de Symbolo ad Cathecumenos in fine, to. 9. inquit. *Ipsa est Ecclesia sancta, Ecclesia vna, Ecclesia vera; Ecclesia Catholica. contra omnes hæreses pugnant, pugrare potest, expugnari tamen non potest. hæreses omnes de illa exierunt, tanquam sarmenata iustitia de vite præcisæ, ipsa autem manet in radice sua in vite sua in charitate sua, porta inferorum non uincunt eam.*

Gregorius lib. 3. super 1. Reg. cap. 1. inquit. *Qua nuntium vsque in finem mundi sancta Ecclesia ducitur, & subdit: quia promissionis suæ ueritatem exhibere non desinit, ecce ego uobiscum sum vsque ad consummationem seculi. & lib. 35. super Iob in fine tom. 1. ait. Bene autem Beatus Iob post flagella uimere dicitur, quia, & sancta Ecclesia, prius disciplina flagello percutitur: & postmodum uite perfectione reueratur. Quæ etiam filios suos, & filios filiorum suorum, vsque ad quartam generationem conspiciat, quoniam hac uite, qua omni quatuor temporibus uoluitur, usque ad finem mundi per ora prædicantium nascentes sibi quotidiè soboles contemplantur.*

Hieron. in Comment. in Iliam cap. 4. tom. 4. ait. *In petra exaltatus me: super quam fundata Ecclesia nulla tempestate concutitur, nullo turbine uentisque subuertitur. Et in Comment. in Psalm. 78. tom. 7. ait. Ipsam Ecclesiam suam singulari uirtute firmamur, ut inuicibilis in secula sempiterna persisteret.*

Athanasius oratione, quod uous sit Christus ait. *Ecclesia inuicta res est, etiam si Infernus ipse triumphauerit.*

Ambros. lib. 4. Eximer. cap. 2. tom. 1. *Ecclesia obrumbrari potest, deficere non potest, quia aliquorum quidem in persecutionibus defensione murmur, ut Martyrum confessionibus impletur, & offusi pro Christo sanguinis clarificata uictorijs, maius deuotionis sua, & sic deserta orbe lumen effundat. Et lib. 3. Epistolarum in initio Epistole ad Constantium Episcopum, to. 9. ait.*

Testimonium Sanctorum Doctorum antiquorum.

Argumenta veterum Patrum contra Donatistas, sicut etiam contra modernos Sectarios.

Infans Sectariorum.

Sectarij sunt Synagoga Satanae.

Testimonium locum Concilium Generalium.

ait. Suscepisti munus Sacerdotij, & in puppe Ecclesia sedens...

tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus. Et ad Hebr. 13. Obedite prepositis vestris...

Et in enarratione in cap. 31. Proverb. 10. 2. inquit. Super illud, Confidit in ea cor viri sui...

Respondent Sectarij, tunc audiendam esse Ecclesiam cum nihil pronunciet nisi ex verbo Domini.

Nota de ecclesia & antiquorum.

Christostomus serm. de Pentec. tom. 3. Tempestas suscipit Ecclesia, sed non demergitur...

Secundo probatur. Illa hominum congregatio non potest errare docendo...

Ecclesia à Spiritu sancto dirigitur.

Quarta conclusio. Ecclesia non potest errare: sed antequam ad probationem venimus...

Tertio probatur. Illa Congregatio, quae est columna, & firmamentum veritatis...

Respondent huius argumento Sectarij, pro Ecclesia aliquos fideles de plebe...

Responsio haec est manifesta fuga deceptorum. Nam si Ecclesia vera, quem debemus audire...

Nota de scriptura.

Quarta probatur. Quando cum aliqui possent firmatas promissio...

Ecclesia non potest errare.

semp-

DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA

sempiternum; de quo sponsalitiū loquitur Apostolus ad Ephes. 5. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia; & declarans spiritus Domini per Oseam, quale sponsalitiū sit hoc, cap. 2. subdit: Sponsabo te mihi in fide. Si autem Ecclesia posset errare in fide, docendo falsa, Ecclesia libellum repudij reciperet, & dimitteretur; & sic Scriptura imō Spiritus sanctus, cuius est Scriptura, mendax inueniretur; ergo hæc Sectariōrum adinuentio est blasphemia.*

Optate Sectariōrum est blasphemia.

Quintō. Si Ecclesia posset errare, sequeretur nullam securitatem de vera fide haberi posse, & vnumquemque de veritate Scripturarum, de articulis fidei dubitare debere, & omnia vertere in dubium. Probat, quia cūm Scripturas Canonicas præscripsit, eum Arriūm, Nestorium, Dioscorum, Euthichem, Macedonium, Apollinarem, & alios hæreticos damnauit; pari modo dubitare possemus, an Ecclesia bene definiat. Hoc autem maximam confusionem poneret, & omnia tetra caligine obuolueret, omnibusque desperationis viam aperiret. Hinc est, quod Sectarij si nullam præter hanc protulissent blasphemiam, quamcumque pergraui pena, tanquam hostes perniciosissimi cōmunis salutis, seiplos dignissimos reddiderunt.

Si Ecclesia posset errare vniuersa decrederet.

Sextō probatur ex Epistol. 4. Synodi Generalis ad Papam, in qua illum dicit, *ante a fidei catena asseruato-rem, & Petri vocis interpretem.* Et subdit: fidem esse in Papa veritatis hæreditatem, & infra; *Dux eras ut caput membris, & tandem: Rogamus igitur, decreto tuo nostrum honora iudicium, & sicut nos capiti confesum præbimus in re tam præclara, ita & vertice adimpleas filijs quod decorum est.*

Testimonium solemnæ Conc. Generalium.

Et eadem quarta Synodus in Prophanetico, sic habet. *Quare Deus insauciabilem errore propugnato-rem nobis prouidet, & Romana Ecclesia Papam præparat ad victoriam.* Si tunc sancta Synodus, & sancta Ecclesia Dei Papam errore insauciabilem pronuntiat: ergo Ecclesia nō potest errare, eo magis quia non tantum insauciatum, sed insauciabilem dicit.

Si Ecclesia posset errare docendo, ab initio Concilia non congregasset contra hæreticos.

Septimō. Si Ecclesia visibilis posset errare circa fidem; ergo malè quatuor prima Concilia, quæ fidei sunt decreuissent; quia qui potest errare, nequit nos de veritate fidei certos facere; ergo vel malè fecerunt, quod nec Sectarij dicunt; vel sciebant Ecclesiam in tali materia per promissam sancti Spiritus specialem assistentiam, errare non posse. Quapropter tanquam potestatem habentes falsa respuebant, & quæ sunt vera aperiebant, & definebant.

Testimonij sanctorum Doctorum antiquorum.

Octauō probatur Patrum testimonijs. Augustin. Hom. 11. super Apocal. Ioan. num. 146. tom. 9. ait. *Virgines hoc loco non solum corpore castos intelligamus, sed maxime omnem Ecclesiam, qua fidem puram tenet, sicut dixit Apostolus: Desponsauit enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo, nulla adulterina hæreticorum commixtione pollutam.*

Hieron. in Commen. super Prouerb. lib. 3. c. 31. tom. 8. super illa verba: *Confidit in ea cor vrsi sui,* inquit: *Novus enim spiritum gratia, quem Ecclesia dedit, novis virtutem charitatis, quam eius præcordijs infudit: ideoque non dubitat eam non solum à sua fide integritate, & nequaquam posse corrumpi, sed etiam perseveranter insistere, ut plures ad eiusdem fidei congreget unitatem.*

Chrysostomus hom. 20. super cap. 2. Mattha. to. 2. ait. *Ecclesiam ergo, quam Christus vix sapiens super petram adificauit, neque pluuia mendacis doctrinae corrumpit, neque diaboli venens impellit, neque violentorum fluminum impetu mouet. Nam est humiliatur Ecclesia propter tentationem, tamen perire non po-*

test propter fidem Christi.

Gregor. lib. 20. in 30. cap. Iob cap. 7. inquit. *Sancta vniuersalis Ecclesia cuncta hæreticorum opera despicit, quæ ex auctoritate fidei non prodire perpenderit, Sec. & lib. 7. epist. cap. 3. ait. Nona hæreticorum bella confurgunt; ita ut Prophetias, Euangelia, & dicta Patrum omnia euacuare moliantur; sed permanente vita vestra Sanctitatis, in Protectoris nostri gratia speramus, quod eorum ora citius obmutescant, quæ contra soliditatem veritatis aperta sunt; quia, & quamlibet acuti gladij mutantur cum saxum ferunt, fracti restant. Et sancta Ecclesia subtilis in sua semper eruditione instruitur, dum hæreticorum questionibus impugnatur.*

Ambros. super Psal. 21. tom. 2. loquens de vestibus Christi Domini, inquit, *Fidem Catholicam, & doctrinam reuelatam figurare. & tandem subdit, Quibus omnibus vestimentis Ecclesia Catholica semper amicta est.*

Accedunt tandem obiectiones Sectariōrum contra primam conclusionem. & primò sic. Ecclesia à Synagoga in hoc præcipuè distinguitur, quod hæc erat cæcus externus, & visibilis; quapropter legem scriptam in tabulis externis, & lapideis habuit; & Ecclesia est cæcus inuisibilis, quia ratione habet legem scriptam in cordibus: vt Hierem. cap. 31. his verbis affirmat. *Dabo legem meam in cordibus eorum, & ero eis in Deum, & ipsi erant mihi in populum.* quod dictum est ad differentiam Synagoga.

Respondeo, huius Scripturae sensum à falsa intelligentia illorum valde distare. Nam si Propheta hæc voluisset inferre; quod ipsi concludunt, potius contra ipsos, quam aduersus Catholicam veritatem, loquutus fuisset: nam si lex Euangelica esset tantum scripta in cordibus, superflua fuissent Scripturae noui Testamenti, ad quas Sectarij ita sunt addicti, vt Ecclesiam traditiones, & auctoritatem penitus abijciant; quia secundum ipsos, non a tramento, sed tantum in corde scribenda erat: quod tamen falsum esse, ipsimet dicunt. Sensus autem est, vt scrutanti locum illum Hieremias patebit: diuersimodè legem Euangelicam promulgandam esse à forma, & modo, quo Hebræorum lex tradita fuit, quia hæc non per aduentum Spiritus sancti, nec cum plenitudine gratiæ, & omnis scientiæ super eisdem, sicut lex Euangelica super Apostolos in die Pentecostes exhibita fuit: sed tantum per præcedentem timorem, & terrorem populi, per tonitrua, & fulgura, & clangorem buccinæ datae sunt illis duæ Tabulae lapideæ, in quibus decem Præcepta Decalogi descripta erant.

Verum discrimen inter acceptionem legis veteris, & legis Euangelicæ.

Et hæc est germana expositio, & vera illius scripturae intelligentia: non loquitur autem Propheta extra illud tempus Pentecostes, quia oppositum apparet per Scripturas, quas Apostoli dederunt. Præterea si de ratione legis Euangelicæ est, quod non sit scripta, hoc est, quia traditiones seruata ab Ecclesia ad instruendū populum de Christiana fide sufficient, sicut reuera sufficient, nisi Hæretici reperirentur: at hoc ipsi non concedunt: quomodo ergo sequitur Ecclesiam esse inuisibilem? voluntaria, & ineptissima sequela: etiam si Deus legem Euangelicam in cordibus omnium infunderet, omnes deinde ad confessionem fidei, & participationem Sacramentorum, & ad gratias Deo exhibendas laudes conuenire deberent, & sic Ecclesia adhuc visibilis esset.

Secundò obijciunt. Lucæ 17. *Regnum Dei non venit cum observatione, neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic: Ecce enim Regnum Dei intra vos est.* Sed Ecclesia est

in Regnū Dei; ergo inuisibilis est, quia nemo potest dicere, *Ecce hic, aut ecce illic*, sed est intra hominū corda.

Ego, ut verum fatear, dum hæc sophismata Sectariorum lego, eorum dementiam non possum non mirari; Nam si hæc Scriptura sic intelligenda esset, ut ipsi opinantur, quomodo Paulus scriberet Ecclesijs Dei, dicens illas sanctas, & verissimam domum Dei colendam veritatis, &c. docens quomodo cum illa conuersandum sit, &c. Quomodo Christus diceret, *Dic Ecclesia, & cætera huiusmodi?* Et Isaias testatur Gentes dicituras, *Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob*, scilicet ad Ecclesiam, & docebit nos vias suas, &c. miror Sectariorum hallucinationem. Nulla quippè industria opus est, ut eorum inanibus obiectiōibus respondeamus. Interrogauerunt enim Dominum Pharisei sic: quando venit Regnum Dei, id est Regnum Messie? Patet autem Hebræos Regnum Messie futurum Regnum temporale, quod carnaliter omnes gentes armis subigeret, credidisse: sic vsque ad hodiernum diem firmiter tenent: sicut faciet Antichristus. Dominus autem, ut doceret oppositum dixit. *Regnum Dei non venit cum obseruatione, neque dicens Ecce hic, aut ecce illic*, scilicet occupando Regna, & Ciuitates sicut faciet Antichristus, & faciunt Reges temporales: sed Regnum Dei intra vos est, quia *Regnum Dei est, iustitia, pax, & gaudium in Spiritu sancto*, & complectitur virtutes Theologicas, ac Morales, & obedientiam erga Pastores Ecclesie, quæ omnia sunt animi virtutes publicè, visibilibus, & sensibilibus deinde exercendæ, & profitendæ; ita quæ ea dicta non fuerunt ad insinuandum Ecclesiam inuisibilem esse. Et confirmatur veritas huius expositionis, quia Christus statim de secundo suo aduentu ad iudicandum subdit: quo tempore Antichristus sub nomine Christi Regnum temporale accipiet, ut suo loco dicemus.

Tertio obijciunt illud Ioan. 4. *Veni hora, & nunc est quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate.* Ergo Ecclesia Christi non habet signa exteriora; nec est alligata locis; & ceremonijs corporalibus, quia Spiritu tantum Deus adorandus est.

Antequam huic fallaciæ respondeam Sectarios in nomine Domini excitabo, ut oculos mentis aperiant, & aures præbeant veritati. O Sectarij si sensus præcipue Scripturæ talis est; Ecclesiam scilicet signa exteriora non habere, nec locis, & ceremonijs corporalibus obstrictam esse, cur vos conuenitis? cur simul verbum Dei, licet deprauatum, solemniter auditis? cur Sacramenta administratis? nonne hæc sunt signa exteriora, & ceremonie corporales? cur sic hallucinati estis, ut non aduertatis, quod cum Ecclesia sit hominū unio, qui non sunt puri spiritus, sed corporales, & materiales, necessariò signa exteriora, & corporales ceremonias habere debeat? Nunc respondeo ex contextu Scripturæ allegatæ; mulierem Samaritanam Saluatori dixisse, quem Iudæum ex habitu cognoscebat, Iudæorum legem docere omnes ad colendum Deum ad Templum, quod erat in Hierusalem pergere debere, ut de facto Iudæi per singulos annos probebantur: Samaritanos verò Deum in monte Garizim adorandum esse affirmare: quapropter de loco in quo Deum adorare deberet interrogabat. Christus Dominus respondit: *Veni hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem, sed veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate*; id est non erit amplius restrictio ista ceremonialis, & legalis; ut Deus adoretur in Hierusalem, vel in

monte Garizim; quia hæc præsens ceremonia destruetur; & subdit, quia veri adoratores adorabunt in Spiritu, & veritate; quia scilicet Deus vbique coli poterit, & per eleuationem cordis, & affectus erga illum adorari; in veritate nempe Christianæ lucis, & non secundum umbras, & ceremonias Iudaicas, quæ Christi veritatem figurabant; non sequitur tamen eum prohibuisse, ut in templo non adoretur Deus, qui post acceptum Spiritum sanctum: *Petrus, & Ioannes ascenderunt in templum ad horam orationis nonam*; ut legitur in Act. cap. 3. Sed eam legem de particulariis illis locis non esse amplius futuram pronuntiam; idè non sequitur, quia veri fideles adorabunt in Spiritu, & veritate; ergo Ecclesia Christi signa exteriora non habet nec est alligata aliquando locis, & ceremonijs corporalibus, quia quod intrinsecè creditur, extrinsecè profiteri oportet. Et ad adorandum Deum in Spiritu, & veritate fideles simul conuenire debent, & præcipue ad participanda Sacramenta. & quod hæc expositio sit vera, patet, quia mulier illa petebat ubi Deus adorandus esset, an in Hierusalem, ut Iudæi volebant, vel in monte Garizim, ut dicebant Samaritani. Saluator respondit: *neque in monte hoc, neque in Hierosolymis*; tollit ergo illam legis ceremoniam de necessitate adorandi in loco illo particulari; & subdit: *Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate*: id est poterit quisque in futurum extra loca ista absque ceremonijs istis legalibus Moysis, quæ umbra sunt, & littera materialis, quibus succedit spiritus, & veritas Christi, & Euangelij Deum adorare.

Quarto obijciunt illud ad Hebr. 12. *Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, &c. sed ad Sion montem, & Ciuitatem Dei venistis*; in quo loco Synagogam monti Sinai visibili, & tangibili, Ecclesiam autem monti Sion spirituali comparat, ergo Ecclesia spiritualis, & inuisibilis est.

Respondeo ineptissimam esse huiusmodi sequelam, quia Paulus tantum docet Ecclesiam non esse montem tractabilem, ut mons Sinai, nec ignem accessibilem, qui in eodem monte refulsit, cum Deus legem dedit Moysi, terrens populum per fulgura, & tonitrua; & hoc concedimus; quia Ecclesia est mons Mysticus ubi fidem fideles profitentur, quæ spiritualis est virtus, & Spiritu sancto congregantur, ut factum fuit in die Pentecostes, & legitur in Act. cap. 2. lex autem Moysis è contra; medijs terroribus, &c. in monte Sinai promulgata fuit: docet itaq; Apostolus fideles ad terrores montis Sinai, cum ad Christi Ecclesiam per fidem, & baptismum accesserunt non peruenisse: sed ad montem Sion, in quo manserit Spiritus Domini descendit, & hoc modo fidem, & legem Euangelicam susceperunt; qui autem talia, licet spiritualia sint, profitentur, cognoscuntur, & sunt visibiles, quia homines sunt; non sequitur ergo Ecclesia est inuisibilis, quia nimis visibiles sunt homines, qui fidem ore, & opere profitentur, Sacramenta participant; & cæteras virtutes spirituales habent; per quas partes, & membra Ecclesie existunt.

Quinto obijciunt id quod legitur in 1. Petri 2. *Et ipsi tanquam lapidei vivi superadificamini domus spiritualis*; at hæc domus est Ecclesia, ergo Ecclesia est spiritualis, & per consequens inuisibilis.

Respondeo nos etiam asserere Ecclesiam domum spirituales, & non carnalem esse: quia non vniuersaliter obseruanda præcepta, & leges carnales, sed ad leges spirituales tenendas ad spiritualia sectanda appetenda, credenda, & speranda, cum infert; ergo est inuisibilis.

Saluator collit ap-
strictionem cere-
monialē de ado-
ratione in Tem-
plo Hierusalem.

Ecclesia non fun-
datur sicut Regna
temporalia.

In quo sensu
mons Sion et
mons Sion dicitur
fieri.

Virtutes spirituales
fidelium sunt
sensibiles per ex-
ternam fidei pro-
fectionem.

negat.

negatur sequela, quia hæc omnia ore, & opere sunt manifesta cum fideles baptizantur, fidem profitentur, & ea quæ fides docet operanda, operantur.

Sexto obijciunt. Quod fide credimus non est visibile, Ecclesiam fide credimus; ergo Ecclesia non est visibilis. Hoc sophisma sumptum est ex Luthero, qui libro de abroganda missa priuata par. 1. sic ait. Quia Ecclesiam nobis monstrabit, cum sit occulta in Spiritu, & solum credatur, sicut dicitur. Credo Ecclesiam sanctam.

Respondeo obiectioni; Ecclesiam esse cœtum profitentium fidem Christi, vt pluries dictum est; cum autem dicitur, Credo Ecclesiam, non intelligendum est hoc modo scilicet, Credo dari multitudinem hominum, qui Christi fidem tenent, quia hoc oculis videtur, & ipsi Sectarij, qui docent suas Sectas esse veram Ecclesiam Christi, vident cæteros Sectatores, & in hoc sensu, nec ipsi crederent Ecclesiam, cum illam videant; sed intelligitur de fide, quam tenet Ecclesia; quod tunc credamus Ecclesiam, quando ipsam habere dicimus à Christo veritatem doctrinæ, supremam potestatem in Pontifice super fideles in docendo, dirigendo, coercendo, illamque esse populum Dei, in eaque homines posse tantum saluari, & cætera huiusmodi; quæ omnia non videmus, sed credimus.

Septima obiectio. Ecclesia est cœtus tenentium fidem Catholicam, at nemo cognoscit eos, qui tenent fidem Catholicam; ergo nemo cognoscit Ecclesiam, est itaque inuisibilis. maior patet, minor probatur, quia primum est cor hominis, & inscrutabile, quomodo cognoscas illud? vt legitur Hierem. 17. ergo nemo potest videre an homines verè credant, & fidem Catholicam habeant, vel simulent fidem, & in re infideles sint.

Respondeo, vtique Ecclesiam esse cœtum tenentium fidem Catholicam, sed non tantum per actum internum, sed etiam per fidei professionem externam, atque sentibilem. ad minorem, sed nemo cognoscit eos, qui credunt; hæc præpositio falsa est, quia quod intrinsecus tenetur, extrinsecè profiteri oportet, & sensibilibiter in facie Ecclesie ad Sacramenta sumenda cæterisque functiones Ecclesiasticas exercendas conuenire necesse est, quod nisi sensibilibiter fieri non potest; & sic cogitur homo, quæ corde credit aperire, & ea omnibus patefacere, & hoc modo Ecclesia Dei fit visibilis, dicite Sectarij, nisi quis baptizetur sit ne membrum Ecclesie minime. Et fideles nonne debent Eucharistiam frequentare? vt legitur Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. & Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem; at quomodo hoc fieri potest, nisi sensibilibiter? autor reuera Sectario: remanet ingenium.

Sed dicent Ecclesiam, quæ complectitur malos, & bonos, veros fideles, & fictos vtique cognoscit, sed non illam, quæ tantum ex electis constat.

Insana verè est hæc sententia de duplici Ecclesia, & ad Sectas componendas excogeta. nam Christus cum Apostolis vtique erat verissima Ecclesia Dei, quæ est vna, & tamen in illa aderat vnus Apostolorum nempe Iudas Iſchariotes verè Apostolus, sicut cæteri, qui tamen erat reprobus, & malus, velut diabolus; vt ipse Saluator dixit Ioannis 6. ergo verissima, & sancta Dei Ecclesia, & Christi Saluatoris sponsa vnica, illa est quæ simul continet malos, & bonos, electos & reprobos.

Et confirmatur, quia vera, & vnica Christi Ecclesia illa est, quæ sæpè in Euangelio, Regnum Cælorum

appellatur, de qua Daniel cap. 2. similiter ait: *Syluester Deus Cæli Regnum, quod in æternum non dissipabitur.* at hoc Regnum continet bonos, & malos, granum, & zizaniam, frumentum, & paleas, vt Euangelium testatur ergo vera, & sancta Christi vnica Ecclesia illa est, quæ malos, & bonos, electos, & reprobos continet.

Octaua obiectio. Ecclesia est vocatorum congregatio, vt nominis ratio infert, at nemo potest cognoscere, quos Deus vocat, vel vocauit cum vocatio per internam inspirationem in corde fiat; ergo nemo potest cognoscere Ecclesiam, & per consequens, ipsa inuisibilis erit.

Respondeo, concedendo Ecclesiam esse vocatorum congregationem ad minorem, at nemo potest cognoscere, quos Deus vocat, vel vocauit, quia vocatio est interna, dico huiusmodi actus internos deinde necessario manifestos fieri debere in Sacramento baptismi, & in cæterorum Sacramentorum vsu, & in obedientia erga Pastores Ecclesie, iuxta illud Apostoli ad Hebræos cap. 10. *Obedite præpositis vestris, & subiaceat eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris redduri;* cæterisque Ecclesie functionibus; idè interna hominis vocatio ad Ecclesiam, fit sensibilis, & manifesta, & consequenter Ecclesia est visibilis, & sensibilis etiam cæcis, & lippis.

Nona obiectio. Ecclesia est congregatio eorum, qui sanctificati sunt in Christo Iesu, vt docet Apostolus 1. Cor. cap. 1. dicens: *Ecclesia Dei, quæ est Corinthi sanctificatus in Christo, vocatis sanctis;* sed nemo cognoscit sanctificatos, quia sanctificatio est actus internus, & spiritalis, & non corporalis, & visibilis; ergo Ecclesia Dei est inuisibilis.

Respondeo, & concedo Ecclesiam esse congregationem eorum, qui sanctificati sunt in Christo Iesu; sed quomodo sanctificati sunt? vtique per Sacramentum baptismi, per externam fidei, doctrinam, & per exhibitionem obedientie Ecclesie Pastori; & hæc sensibilia sunt, & visibilia, velint nolint Sectarij. imò ipse Paulus loco citato, sua verba exponit; subdit enim, sic. *Cum omnibus, qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi in omni loco vsuerum, & nostro;* actus autem inuocandi simul nomen Domini est actus externus sensibilis atque visibilis. hanc est quod licet non Dei spiritalia sint, & interiora, tamen tales actus publice exercentur, & sensibilibiter; & sic Ecclesia est visibilis.

Contra tertiam conclusionem obijciunt primo. In terrestri Paradiso Ecclesia tota consistebat in Adamo, & Eva, vtique autem fidem amisit, & à Deo apostauit, ergo Ecclesia potest deficere.

Hoc proculdubio est de doctorum argumentum, quia nos de Ecclesia, quæ est Christo desponsata loquimur; & illi ad Paradisum terrestrem fugiunt, nec tamen aliquid concludunt, quia dicimus Ecclesiam in fide, & doctrina non posse deficere, non autem ipsam impeccabilem esse; ubi enim habetur, Adam, & Eua fidem negauisse? nullibi nunquam saluam docuerunt.

Secundo obijciunt. Tempore Moysis tota Synagoga defecit, cum Exod. 32. Aaron cum vniuerso populo vitulum adorauit. Secundo, tempore Eliæ cum solus ipse stetit fidelis, vt ipsemet testatur 3. Reg. 19. *Derelictus sum ego solus, & quærens animam meam, et auferam eam.* Tertio, tempore Iſaiæ, & Hieremie, quando à Deo omnes apostauerunt. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Israel autem me non cognouit à planta pedis vsque ad verticem capitis*

Sectarij ignorant distinguere, & confundunt, ne scientes de quibus affirmant.

In quo sensu meo dicitur Ecclesia.

Aliud est cognoscere electos, & an homo iustitiam credat quod cognoscit certitudinaliter nequit; & aliud est cognoscere membra Ecclesie Christi, quæ manifesta sunt ex eo quod publice, & vniuersim Christianam fidem sensibilibiter professantur.

Nemo cognoscit electos, at quisque cognoscit fideles membra Ecclesie militantis, quia, quisque cognoscit eos, qui Catholicam fidem profitentur, dummodo non sit vel cæcus, vel insipiens.

Sanctificatio interna per professionem externam fidei & vsu Sacramentorum, atque cætera exercitia fidei Christiane fit sensibilis.

capitis non est in eo sanis. *Itaiz 1. Confusi sunt domus Israel ipsi, & Reges eorum, & Principes eorum, & Sacerdotes, & Propheta dicentes ligno, Pater meus es tu, quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquisti me dicit Dominus. Hier. 2. Transibunt dies multi in Israel sine Deo vero, sine Sacerdote, & Doctore, & sine lege.* Itaque Synagogam defecisse constat; ergo & Ecclesia potest deficere.

Respondeo, & pro nunc gratis concedo antecedens, Synagogam scilicet defecisse, de qua re erit particularis disputatio; sed negatur consequens, quod à pari Ecclesia deficiet; ratio disparitatis est, quia Deus Ecclesie hoc priuilegium concedere voluit, vt legitur Matth. 18. *Porta inferi non praualebunt; & pluries alibi, non autem Synagoga; congruentia verò est, quia tunc merita Christi tantum præuisa, nunc autem exhibita manent; magis autem mouet donum exhibitum, quam promissum. Synagoga delineata est in Agar ancilla ad Gal. 4. quæ dimissa, & repudiata fuit; Ecclesia autem in Sara sponsa, quæ nunquam dimissa, nec repudiata est: Synagoga erat ancilla, cui temporalis datur merces, & dimittitur: Ecclesia est filia, cui perpetuò succedit hereditas, vnde Paul. ad Galat. cap. 4. *Eijce ancillam, & filium eius: non enim erit haeres filius ancilla cum filio libera.* De Synagoga legitur Ezech. 20. *Ergò & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus non viuunt.* Et *Itaiz 50. Hac dicit Dominus: Quis est hic liber repudij matris vestra, quo dimisi eam?* De Ecclesia autem legitur Osee 2. *Sponsabo te mihi in sempiternum, & Matth. ult. Ero vobiscum vsque ad consummationem sæculi, &c.**

Tertiò obijciunt illud Hierem. 7. *Nolite considerari in verbis mendacij dicentes, Templum Domini, Templum Domini;* & quod sicut Iudæis non credentibus, quæ Prophetæ dicebant, quia Templum Domini, & externas ceremonias habebant, desolatio accidit: ita & nobis, quia gloriamur de Apostolica Sede, & de Episcoporum successione, & Templis, & sacras Scripturas non attendimus, desolatio eueniet.

Respondeo prædictæ calumniæ, Hieremiam tantum cum Hebræis, tunc sermocinatum esse, qui Prophetis credere volebant, vt textum legentij patebit; nõ autem cum Ecclesia, quæ firmitate gaudet ex promissione Christi. Nos autem sacras Scripturas attendimus, illas legimus, intelligimus, veneramus, quas pro norma verissima retinet semper Sancta Dei Ecclesia Catholica. non imminet igitur Ecclesie desolatio, nisi respectu portionis, quã ipsi corruerunt, & peruerterunt.

Quartò, ex Dan. 9. *Deficiet hostia, & sacrificium;* quod de visibili Ecclesia intelligitur à Patribus. & Lucæ 18. *Filius hominis cum venerit, putas inueniet fidem in terra?* & ad Thessal. 2. 3. *Nisi venerint discessio primùm, id est defectio à fide, & reuelatus suus homo peccati (id est Antichristus) ergo Ecclesia defecit.*

Respondeo Danieli secundum Hieron. lib. 4. Comment. in Matth. tom. 6. de euerione Hierusalem, & non de Ecclesia loquutum esse: si autem de Ecclesia illud intelligere voluerint, quia locus ille obsecurus est, dico aliquid posse deficere dupliciter intelligi posse; vel totaliter, vt nullo modo fiat, vel sit; vel secundum maiorem sui partem; primo modo non deficiet Hostia, & Sacrificium, secundo modo tempore Antichristi, qui regnabit per tres annos, & dimidium, vt suo loco dicemus, deficiet; iuxta quem sensum nil contra nos concludunt; quia non asserimus Ecclesiam ob persecutiones, quoad fidelium nume-

rum minui non posse: & ob violentiam tyrannorum prohibitiones circa publicas functiones Ecclesiasticas pati non oportere, quia hoc fuit per 300. annos, vt ipsi met. Sectarij affirmabunt; & tamen Ecclesiam tunc defecisse non asserunt. sed dicimus Ecclesiam nunquam posse extinguì, ita vt non appareat: & fidem veram nunquam ab illa recessuram. At si quis vltius obijciat, quandoque fideles tunc temporis comparuisse, scilicet fidem confitendo, vnde martyres fiebant. Et à pari dico, tempore Antichristi multos martyres futuros, qui cum Antichristo pugnabunt. vnde fortiores, ac nobiliores martyres tunc futuros esse probabile est, ob acerbam, & crudelem Antichristi aduersus Christi Ecclesiam persecutionem, vt ex verbis Christi Domini elicitur: Matth. cap. 24. *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. & nisi breuati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.*

Ad illud Lucæ 18. Respondeo, quod cum veniet Christus Dominus iudicare sæculum per ignem, tunc iam Antichristus futurus est in inferno sepultus: & quia eo tempore erit abundantia pacis, fideles vitijs implicabuntur, & ob malorum operum copiam fides tepescet; quam obrem Deus sicut in diebus Noe non aquam, sed ignem super terram inopinatò immittet. quo tempore fides viua, quæ scilicet per charitatem operatur, in paucis erit; & hunc esse sensum præcitæ Scripturæ, patet ex verbis antecedentibus, vbi de iniquitate malorum aduersus electos fit sermo; ea igitur de fide viua, & pro extremo Orbis tempore pronunciantur; sicut Christus monuit Matth. 24. dicens: *Sicut autem in diebus Noe, ita erit, & aduentus filij Hominis, sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptus tradentes vsque ad eum diem, quo intravit Noe in Arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes; ita erit & aduentus filij Hominis.* Hæc autem omnia, vt diximus, in extremis sæculi diebus faciendæ sunt.

Ad illud 2. Thess. cap. 2. dico verba Apostoli, si bene perpendantur, nil aliud præferre, nisi quia monebat Thessalonicenses, ne aduentum Domini ad iudicandum instare existimarent: quia, inquit, primò omnes ab Imperij Romani obedientia abibunt, & deindè Antichristus veniet; & tandem dies Domini ad iudicandum aderit. Et hunc esse sensum Apostoli, vt etiam Ambrosius affirmat, patet per verba sequentia; nam subdit immediatè. *Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore; nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus, cuius est aduentus secundum operationem Sazana in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis q̄s, qui perreunt.* Quinam is erat, qui operabatur mysterium, seu qui erat figura iniquitatis Antichristi eo tempore, nisi Imperium Romanum? nam sicut Imperatores Romanorum fideles persecutifuerunt, & promulgationi Euangelij contradixerunt, sic Antichristus per potestatem temporalem operabitur iniquitatem; hic mihi videtur germanus sensus Apostoli. Tamen ad maiorem obiectionis enervationem dico, quod si ly discessio (seu Apostasia, vt Græci legunt) circa Euangelium sumenda est: non à fide vniuersaliter in tota Ecclesia, & in illius ministris, & capite, seu Principe, sed magna ex parte, & in multis, & vt in pluribus futura intel-

Ineptè sectarij à Synagoga ad Ecclesiam trahant.

Hæc obiectio est calumnia decocto rum.

Aliquid posse deficere dici, vel totaliter, vel secundum maiorem partem.

In hoc loco non fit sermo de Apostasia ab Ecclesia, sed à Romanorū Imperio.

intelligenda est: quemadmodum illud Christi Domini *Lucæ cap. 4. Nemo Propheta acceptus est in patria sua;* intelligi debet. nam cum aliquando oppositum constet; ut legitur *2. Reg. de Nathan,* & alijs Prophetis, qui accepti fuerunt; non vniuersaliter, sed ut plurimum intelligi debet: ita in casu; erit apostasia: sed non vniuersaliter, sed ut in pluribus, seu secundum maiorem partem. hinc sequitur, obiectionem nihil contra veritatem Catholicam concludere, quia nunquam Ecclesia vniuersaliter in fidei professione solemniter deficit, ut aduersarij, ad suam ipsorum perditionem dicunt.

Quinta obiectio. Concilium Basileense generale, deposuit Eugenium tanquam hæreticum, & omnes ei adhærentes, & elegit Felicem; deinde tamen Concilio concluso, & soluto, iterum Eugenius in sedem irrepfit sine vlla canonica electione, & ab eo nati sunt, quotquot postea fuerunt Papæ, Cardinales, & Episcopi; ergo saltem ab eo tempore Ecclesia Romano Pontifici adhærens, non fuit vera Ecclesia, & cum nulla fuerit alia visibilis, sequitur Ecclesiam visibilem perisse.

Huic calumnie optimè satisfacit, illamque dirimit per historicam veritatem D. Cardinalis Bellarm. de Eccles. milit. cap. 16. verba illius refero. Dico Basileense Concilium in initio quidem fuisse legitimum; nam & Legatus aderat Romani Pontificis, & Episcopi plurimi; at quo tempore Eugenium deposuit, & Felicem elegit, non fuit Concilium Ecclesie, sed Conciliabulum schismaticum, seditiosum, & nullius profus auctoritatis: sic enim appellatur in Conc. Lateran. vltim. sess. 11. & proinde Eugenius semper fuit verus Pontifex: & mendacium est apertissimum Caluini, dum dicit hoc Concilium vsque ad finem perdurasse in eadem auctoritate, & dignitate. Nam in primis, quo tempore Concilium in Pontificem sententiam pronunciare ausum est, non erat in Concilio Legatus Pontificis, & Episcopi præcipui omnes discesserant, sed Cardinalis quidam Arelatensis assumptus, sibi munus præsidendi: & quia Episcopi paucissimi erant, introduxerunt in Synodum ingentem multitudinem Presbyterorum, ita ut contra omnem formam antiquorum Conciliorum, non Episcoporum, sed Presbyterorum Synodus esset. Deinde eo tempore agebatur Florentie Concilium alterum, in quo præsidebat Summus Pontifex, & cum eo sedebant Episcopi Latini, & Græci sine comparatione plures, quam essent Basileenses, & vna cum Episcopis aderat Imperator Græcorum, & Legatus Imperatoris Latinorum, ut nullo modo dubitari posset, vtrum ex duobus esset verum Concilium Ecclesie generale.

Sexto obijciunt verba Hieron. in Dialog. contra Luciferianos, vbi ait. *Ingemuit totus orbis, & se Arrianum esse miratum est;* ergo aliquando tota Ecclesia defecit.

Facilis est solutio, si historiam rei inspicimus. Episcopi quamplurimi in Concilio Ariminensi, de quo factum loquitur Hieron. loc. cit. Græcum sermonem non intelligebant: Arriani, ut eos deciperent, tollendum esse nomen Homousion affirmabant, sed Catholici, quid illud nomen significaret non percipientes (putabant enim tollendum esse ad confirmandam veritatem consubstantialitatis filij Dei, ut Arriani Episcopi persuadebant) annuerunt: at deinde aliter rem se habere sentientes, errorem inuoluntarium abiecerunt, & veritatem confirmauerunt. tunc Ecclesia non defecit,

ut omnibus Sectarijs patebit, si ratione uti voluerint: sicut si quis ignorans Turcicam linguam, aliquod verbum proferat, quod sit malum, quod tamen esse bonum putet, nullus error. Hieron. sic loquutus est per modum admirantis, ut solet aliquando fieri.

Sed cur Sectarij sic potius non concludunt? Satanas tunc temporis per Arrianos errorem circa consubstantialitatem filij Dei introducere tentauit, cum Episcopi Latini Græcum sermonem non intelligerent; attamen in re error tandem detectus abiit; ergo signum est, Deum sic Ecclesie suæ assistere, ut in illa error locum habere non possit. sed quid mirum? Odium fecit cæcos Sectarios, ita ut *videntes non videant, & intelligentes non intelligant.*

Septima obiectio. David, qui de Ecclesia propheticè in Psalmis loquutus est, Psal. 11. ait: *Saluum me fac Deus, quoniam defecit Sanctus, quoniam diminuta sunt veritates à filijs hominum.* Constat illud verbum Sanctus de Ecclesia dici, ut legitur in Symbolo Fidei. *Credo Ecclesiam Sanctam;* & etiam de fidelibus, de quibus ait Apostolus 1. Corint. 1. *Vocatus Sanctus, sanctificatus in Christo Iesu,* &c. at Propheta defecisse affirmat; ergo verum est Ecclesiam posse defecere, & de facto defecisse.

Respondeo, huius obiectionis vim in illo verbo, Sanctus, positam esse, cum per illam particulam Ecclesiam intelligere voluerint. sed concedamus illis pro nunc gratis, quod *ly Sanctus,* iuxta eorum expositionem significet Ecclesiam; nunc sic respondeo; cum infertis Ecclesiam defecisse: si eam totaliter defecisse intelligatis, fallum opinamini, cum sit contra sensum citatæ Scripturæ; dum dicit: *quoniam diminuta sunt veritates à filijs hominum;* nam non totaliter ablatam veritatem, sed diminutam, seu minoratam pronunciat: quod ut verum concedimus; quia Ecclesia sæpè diminiuitur, & quandoque valdè crescit, & dilatat. Propheta itaque in spiritu considerauit iacturas, quas Ecclesia sæpè passa est, & ob varias hæreses, & schismata patitur, & sic in spiritu exclamauit dicens: *Saluum me fac Deus, quoniam defecit Sanctus;* & quando factum est hoc? tunc præcipue cum Martinus Lutherus à Fide Catholica, & statu Regulari apostatauit: cum Caluinus pari modo à fide Catholica, & statu Clericali aufugit: tunc diminutæ sunt veritates à filijs hominum, quia deceperunt, corruperunt, & multas Ciuitates, & Prouincias varias hæreses disseminando peruerterunt: sicut olim etiam cæteri heresiarchæ fecerunt: idemque in Ecclesijs Orientalibus, & Australibus ob tetrum schisma Græcorum accidit. Et sic verum est (proh dolor) quod diminutæ sunt veritates à filijs hominum; quia hæreses, & schismata in multis Regnis, ac Prouincijs, imò Nationibus disseminata fuerunt: at contra vniuersam Ecclesiam non præualuerunt: idque fieri non potest, quia *impossibile est mentiri Deum,* qui dixit *Matth. 16. Porta inferi non præualebunt aduersus eam;* & *Matth. vlt. Ero vobiscum vsque ad consummationem sæculi,* & alibi pluries, &c. & Augustinus tract. 124. in Ioan. de cap. 21. ait: *Ecclesia in hoc sæculo diuersis tentationibus velut imbribus, fluminibus, tempestatibusque quatitur, & non cadit, quoniam fundata est super petram, vnde & Petrus nomen accepit.* Itaque Ecclesia defecit per partes, quæ seductæ fuerunt, non autem totaliter: & hac ratione statim Propheta subdit, *quoniam diminuta sunt veritates à filijs hominum.* non dixit autem, penitus ablatæ sunt veritates, &c.

Octaua

Concilium Basileense factum est Conciliabulum.

Et tempore non omnes fideles nec sumus Pontifex negavit Homousion.

Legimus etiam etiam Scripturam aperit.

Ostava obiectio. Psalm. 63. legitur: *Scrutati sunt iniquitates defecerunt scrutantes scrutatio*. Cum Prophetam in Psalmis loquatur de Ecclesia, & Ecclesie ministris, & dicat, quod *defecerunt scrutantes scrutatio*, puta Scripturas, de quibus dixit Saluator Ican. 5. *Scrutatum Scripturas*; euidens est Ecclesiam defecisse falsa docendo.

Respondeo docendo Sectarios, non semper David in Psalmis de Ecclesia loquutum esse, sed aliquando etiam de Synagoga, quandoq; de persona Christi Domini singulariter, quandoq; etiam de diabolo, quandoq; de danatis; sermocinatum fuisse: quapropter fumere quecunq; dicuntur in Psalmis, & Ecclesie applicare, vel ex incitia, vel ex odio, & malitia provenit, August. in expolit. huius Psalmi vers. 7. tom. 8. inquit, Prophetam de Synagoga loquutum esse; ait enim. *Quo perduxerunt illas scrutationes suas, quas perscrutantes defecerunt, ut etiam mortuo Domino, & sepulto, custodes ponerent ad sepulchrum? & infra: Verè defecerunt scrutantes scrutationes. quid est quod dixisti, o infelix astutia? tantum ne deseris lucem consilij pietatis, & in profunda versutia demergeris, ut hoc dicas: dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius, & abstulerunt eum? dormientes testes adhibes: Verè tu ipse obdormisti, qui scrutando talia defecisti.*

Præterea scrutari iniquitates, ut ibi dicitur non est scrutari Scripturas ad docendum populum, sed scrutari ad inuentiones ad committenda scelera, ut viris sensatis patet. sequela igitur illa, ergo Ecclesia defecit falsa docendo, est ineptissima, & valde distat ab antecedenti.

Contrà quartam conclusionem obijciunt, & omnes Pastores Ecclesie simul cõgregatos errare posse, probare conatur, quia legitur 3. Reg. 22. omnes Prophetas, qui erant quadringenti, excepto Michea errauisse, & consequenter populum, qui illos sequebatur errasse; ergo à pari Ecclesia potest errare, quia Synagoga erat populus Dei, sicut Ecclesia.

Cõfirmatur ex Isaia 56. *Speculatores eius caci omnes, nescierunt uniuersi: Canes munti non valentes latrare videntes vana, dormientes, & amantes somnia*. Et Marci 15. Synagoga Iudæorum à Sacerdotibus seducta clamabat ad Pilatum: *Crucifige eum*.

Respondeo, etiam si probarent Sectarij Synagogam pluries defecisse, de qua re in sequenti questione tractabo; tamen eos nihil contrà veritatem Catholicam concludere, quia aliud est loqui de Synagoga, aliud de Ecclesia, ut superius diximus; differt enim Synagoga ab Ecclesia, sicut nox, & dies. *Vmbra habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum*: ad Hebr. cap. 10. Ancilla, & Sponsa: *itaque fratres non sumus ancilla filij, sed libera, qua libertate Christus nos liberauit*. ad Gal. 4. feruus, & filius. *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum*. ad Romanos 8. & pædagogus, & Princeps doctissimus. *Itaque lex pædagogus fuit in Christo, ut ex fide iustificemur*. ad Gal. 3.

Contrà obijciunt. Etiam Ecclesia Christi errauit; nam tempore Passionis omnes Apostoli fidem amiserunt, quia Dominus exprobatit incredulitatem eorum, & duritiam cordis. Et alibi Dominus dixit Matth. 26. *Omnes vos scandalum patiemini in me*.

Respondeo, quod si ante Pentecostem Ecclesia Christi vigere cõcepisset (sicut cõcepit in die Pentecostes cum solemniter Euangelica lex promulgata fuit, cõpique omnes obligare in Hierusalem) tunc Christus erat caput Ecclesie visibile, erat in ea B. Virgo, Ioannes Apostolus, Maria Magdalena, quos à fide non

defecisse legimus. Et cum tunc Ecclesia esset paucorum eam in paucis, & principalioribus partibus remansisset ad saluandam indefectibilitatem Ecclesie satis fuisset. at res aliter se habet, quia Ecclesia Christi tunc solemniter cõcepit, & facta est illi sponsa nunquam dimittenda cum in die Pentecostes Spiritus sanctus descendit super Apostolos in Monte Sion, & docuit illos omnem veritatem: iuxta Prophetiam Isaie cap. 2. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem*; nam sicut lex Moysis exiuit de Monte Sinai in quo solemniter data, & promulgata fuit. Exod. 19. & 20. ubi narrantur signa promulgationis, que Deus tunc dedit: scilicet fumus, ignis, & sonus buccinæ, & deinde Moysè sic vociferatum esse: *Locutus est Dominus Deus tuus, qui eduxit te de terra Egypti*, &c. eodem modo lex Euangelica exiuit de Sion, quando, ut legitur in Act. cap. 2. *Factus est repente de celo sonus tanquam aduentus spiritus vehemens, & repleuit totam domum ubi erant sedentes, & apparuerunt illis dispersa lingua tanquam ignis, sedisque supra singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cõeperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis*; & quia Apostoli postmodum in Ciuitatem Legem Domini prædicare cõeperunt. hac ratione dixit Propheta, *Et Verbum Domini de Hierusalem*; Tunc igitur Synagoga, scilicet lex Moysis mortua fuit, quia solemnè initium Ecclesie sumpsit: quo tempore priuilegio ei, à suo sponso Christo concessis, & præcipue, quod contrà eam non præualeat error, & hæresis cõcepit gaudere. Videant aduersarij fulgorem veritatis, & cognoscant se esse tantum illius persecutores.

Tertia obiectio. Apostolus ad Gal. cap. 1. ait: *Sed licet nos aut Angelus de celo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. sicut prædicimus, & nunc iterum dico: si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit*. Sed Ecclesia multa decreuit, & docuit præter id quod euangelizatum est à Paulo, & cæteris Apostolis, & Discipulis Domini, ergo errauit in fide. Minor probatur, nam docuit v.g. septem esse Sacramenta, quod Scriptura nullibi dicit; & similia; ergo errauit de facto.

Respondeo, concedendo imò omnes admonendo ne præter id quod Apostolus euangelizauit credant; vtinam vos Sectarij hanc Apostoli doctrinam firmiter tenuissetis; non enim nouas, & excogitatas distortas expositiones sacræ Scripturæ, quas euouerunt Lutherus, & Calvinus haberetis. ideoque iure optimò sancta Dei Ecclesia, contrà illorum iniquam zizaniam iam fulminauit anathema. Cum autem Sectarij dicunt, sed Ecclesia hoc transgressa est, nesciunt de quibus affirmant. Nam quando, & ubi Ecclesia præter doctrinam Apostolicam docuit? examinemus rem: videamus quid Apostolus his verbis dixerit.

Manifestum est Galatas Apostoli doctrinam circa fidem recepisse, & præcipue de cessatione legalium, seu abrogatione Legis Moysis; vt in ea epistola per totum, & præcipue cap. 5. legitur. *Testificor autem rursum omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus. nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, qua per charitatem operatur. Currebatis bene, quis vos impeditis veritati non obedire? Sed quia quidam Galatæ oppositum deinde docuerant, dicentes, seruandam esse Legem Moysis simul cum Euangelica, de quibus ibidem inquit. *Qui autem conturbat vos,**

Apostolus monet Galatas Ecclesiam seruare legem. Moyses non uerxi.

Romana Ecclesia nunquam oppositum docuit.

portabis iudicium quicumque est ille. & cap. 1. *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud Euangelium: quod non est aliud nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & uolunt conuerrere Euangelium Christi.* Apostolus audiens aliud Euangelium, ut ipse dicit, idest oppositum Galatis datam fuisse, scripsit ad illos dicens. *Si quis Euangelizauerit prater id quod accepistis, anathema sit; prater id, idest oppositum illius doctrine, quam a me accepistis, sicut re vera oppositum est doctrine Apostolicæ docete seruandam esse cum Euangelio Legem Moysis.* Videamus nunc quandò, & ubi habeatur aliqua doctrina Apostolica cuius oppositum Sancta Romana Ecclesia docuerit. Sed hoc inueniri nequit, ut in singulis disputationibus ostendimus, ideò huiusmodi obiectiones sunt inanes.

Sed dicunt. Paulus, & cæteri Apostoli non docuerunt v.g. septem esse Sacramenta; & Romana Ecclesia hoc docet; ergo præter id quod euangelizatum est, docet.

Respondeo. Paulum, & omnes Apostolos septem esse Sacramenta docuisse, non per Scripturas, sed ore tenus: quæ doctrina dicitur traditio, & habetur 2. ad Thesal. c. 2. *Itaq; fratres state: & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.* Ecce quod Apostolus nos docet, ut seruemus non tantum, quæ in scriptis dedit, sed etiam quæ ore tradidit, & per sermonem. & septem esse Sacramenta traditio est Apostolica, quæ ad nos deuenit non de nouo, sed ab initio nascentis Ecclesiæ: ut patet ex antiquis Concilijs, & Patribus, qui scripserunt: & ex usu vniuersalis Ecclesiæ in omnibus Terræ finibus; non est autem excogitatio de nouo, & antiquis hominibus inaudita, ut est zizania Lutheri, & Caluini.

Et ipsimet Sectarij, velint nolint, traditiones tenere coguntur: patet in eodem exemplo allato de Sacramentis. Nam illorum aliqui duo esse Sacramenta affirmant, scilicet Baptismum, & Eucharistiã, seu Cœnam; dicant nunc, ubi Scriptura, & in quo libro Baptismum, & Eucharistiã esse Sacramenta docet? nulli: dicit utique baptismum esse necessarium. Ioan. cap. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in Regnum Dei.* & de Eucharistiã Lucæ cap. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* & Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & nisi biberitis eius sanguinem, &c.* esse autem Sacramenta non pronunciat. Vnde ergo hoc accepistis à Sectarij? in quo libro hoc descriptum fuit? & Symbolum Fidei Apostolorum vnde habuistis? aliter respondere non poteritis, nisi quia traditiones sunt, quas Ecclesia Dei ab Apostolis accepit: & vos ab Ecclesia Catholica accepistis, & non aliunde; scimus enim quando Lutherus, & Caluinus Ecclesiam Catholicam abiecerunt. Eodem igitur modo Ecclesia Catholica cæteras traditiones habuit, sed vos Sectarij hanc traditionem accipere, & cæteras abijcere voluistis, & vos ipsos iudices Ecclesiæ Dei constituistis: nec tamen oues illius estis. Vere miserere super vos: Det Dominus misericordiam.

Quarta obiectio. Athanasius explicuit fidem necessariam ad salutem, & legitur eius Symbolum in Ecclesia, ubi dicitur sic. *Hac est fides Catholica, quæ nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.* & tamen non dixit ver. gr. esse septem Sacramenta, nec docuit Romano Pontifici esse obediendum, & multa quæ Romana Ecclesia credenda proponit: ergo Ecclesia aliter docens errauit.

Respondeo huic ineptissimæ obiectioni, Athana-

sium ibi non omnes articulos fidei explicuisse: sed quia aduersus hæresim Arrij pugnat, contra illam se extendit, docendo mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Dominicæ. Quia ver. grat. ibi non docet baptismum esse necessarium ad salutem, nunquid necessarius non erit? ibi non docuit Salvatore natum esse de Maria Virgine, & adhuc plura, quæ Sectarij etiam credunt, nunquid talia credere non erit necessarium ad salutem? sed valeat huiusmodi ineptiæ.

Quinta obiectio. Symbolum fidei, quod Apostoli dederunt, continet, quæ sunt credenda ut necessaria ad salutem: sed Ecclesia multa addidit, quæ non sunt in Symbolo, ver. gr. Purgatorium, cultum Imaginum, inuocationem Sanctorum, &c. ergo errauit.

Respondeo, Symbolum fidei, quod Apostoli dederunt, utique continere omnia, quæ sunt credenda, sed non explicitè, sed implicitè. patet, quia explicitè de cessatione legalium non loquitur; & tamen hoc firmiter credere debemus: ut ait Apostolus ad Galatas, De Eucharistiã similiter nihil dicit explicitè, & tamen mysterium illud ab omnibus pariter credendum est. sic pari modo dicendum est de Purgatorio, cultu Imaginum, inuocatione Sanctorum, &c. quæ omnia in illa parte Symboli continentur, ubi dicitur, *Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam;* in hoc enim articulo Ecclesiam non posse errare docendo; Ecclesiam omnia credenda proponere, quæ ad salutem sunt necessaria; Ecclesiam omnem doctrinam Saluatoris retinere indefectibiliter; quia ipsa est columna, & firmamentum veritatis: Ecclesiam habere supremum Pastorem, & cætera huiusmodi, quæ firmiter tenenda sunt, continentur. Quapropter cum in obiectione dicitur, sed Ecclesia multa addidit, quæ non sunt in Symbolo, ut Purgatorium, &c. falsissimum est, quia hæc sunt antiqua Ecclesiæ Catholicæ doctrina, quam ab Apostolis accepit, & in Symbolo continetur implicitè, ut superius diximus; & suo loco fusè dicemus de singulis. id ergo non est additum ab Ecclesia.

In Symbolo fidei tradito ab Apostolis omnia credenda continentur implicitè.

Sectarij coguntur seruare traditiones Apostolicas, velint nolint.

DISPUTATIO VI.

Quomodo Ecclesia ab antiqua Iudeorum Synagoga differat.

Pro huius quæstionis resolutione aduertendum est Synagogam dupliciter considerari posse; vel ut erat Congregatio hominum descendentium ab Abraham, à quo illa Natio initium præcipuum sumpsit: vel ratione legis, quam Deus huic populo dedit in monte Sinai per Moysen. Synagogam in priori sensu certum est non defecisse, quia descendentes secundum carnem ab Abraham, semper fuerunt, & vsque ad finem mundi futuri sunt; imò post Antichristum fidem Christi suscipient, & membra erunt Ecclesiæ; iuxta Isaiam cap. 10. *Reliquia conuertentur, reliquia, inquam, Iacob, ad Deum fortem, Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquia conuertentur ex eo: consummatio abbreviata inundabit iustitiam.* Si autem secundo modo spectetur, scilicet ratione legis; aliter est affirmandum: in quo sensu pluries de Synagoga loquitur Scriptura, & præcipue Apostolus ad Galatas; ea occasione, qua Ecclesiæ Galatiarum veterem legem simul cum Euangelio seruandam esse dicebant: persuadentibus aliquibus; de quibus Aposto-

Synagoga in duplici sensu considerari potest.

lus ibidem: *Portabit iudicium, qui vos conturbat, quicumque est ille; qua occasione multa de infirmitate veteris legis docet Apostolus; vnde cap. 1. inquit: Sciens quod non iustificatur homo ex operibus legis, sed ex fide Christi; & subdit. Ego enim per legem, legi mortuum sum: si enim per legem iustus, ergo gratia Christi mortuus est. & cap. 3. loquitur: Igitur qui ex fide sunt benedicentur cum fidei Abraham: quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt: quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide, sed qui fuerit ea, vivet in illa; scilicet non aeterna, & beata vita, saltem quoad assequutionem; sed vivet longævus in illo populo, & in illa natione vita temporalis; vel non occidetur: quia ut plurimum inobstantibus legem poena mortis corporalis comminabatur, ut legenti patet. Et infra: *Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione: Abraham autem per reprobationem donavit Deum, quid igitur lex? propter transgressiones posita est, donec venires semen, cui promissio. Si enim data esset lex, qua posset vivificare, vere ex lege esset iustitia. Itaque lex pedagoga fuit in Christo, ut ex fide iustificemur.* Et cap. 4. legem filio Abraham, ex Agar ancilla, quem eiecit cum matre sua assimilavit; nunquam dimittens Saram, & Isaac, quem heredem omnium constituit: in quibus personis, Ecclesia in mysterio continebatur, ut Apostolus docet. Vnde nomine Ecclesiae concludit dicens. *Itaque non sumus ancilla filij, sed libera: qua libertate Christus nos domavit.* De libertate præcipue à servitute duræ legis Moysæ; quæ quam aspera esset, non tantum libros Moysis legenti manifestè patet: sed & Petrus Apostolus Act. 15. testatur dicens: *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super cervices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare possumus.* Ex quibus omnibus aperiuntur differentie quamplurimæ, quæ sunt inter Christi Ecclesiam, & Iudæorum Synagogam; & veterem legem gravissimam fuisse, & pro aeterna salute assequenda inefficacem, manifestum fit.*

Et ut ordinatè dicamus hæc omnia. Notandum est onera imposita in veteri lege triplicis generis fuisse. Præcepta mortalia: Præcepta ceremonialia: & præcepta iudicialia: quæ omnia fuerunt numero 613. ut notavit Guglielmus Parisiensis lib. de Fide, & Lege: & Abulenſis Deut. 27. quæst. 1. ad quæ omnia observanda tenebantur sub poena peccati mortalis, & multoties etiam sub poena mortis corporalis, ut pluries legitur, & præcipue Num. 15. & 19. & Deut. 17. *Omni anima, quæ contempserit iudicium Sacerdotis, morte moriatur.* Præcepta moralia eadem manent in lege Evangelica; ratio est, quia præcepta Decalogi nihil aliud sunt, quam declarationes præceptorum Legis naturæ, quæ eadem est sub utroque testamento. Præcepta ceremonialia veniente Christo cessare debebant, quia veniente Sole, fugit umbra, & accedente figurato, desinunt figuræ. Præcepta iudicialia etiam cessare debebant ratione defectus materiæ, quia scilicet Republica Hebræorum, seu Synagoga terminum erat acceptura, & de facto accepit; & etiam, quia Sacerdotium Leviticum, cuius erat iudicare, finem accipere debuit, & accepit; iuxta dictum Apostoli ad Heb. 7. *Translato Sacerdotio necesse est, ut & legis translatio fiat,* quia Christus fuit Sacerdos non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech, id est figuratus in Melchisedech, præcipue ratione Sacrificij incruenti, quod instituit, scilicet Eucha-

ristia: Iudicia igitur, & sententia Sacerdotij Levitici invalida sunt, & nullius auctoritatis. Gravitatis autem Legis Moysæ non consistebat in observatione Decalogi, quia præcepta illa à lege naturæ distantur, & Ecclesia pariter illa tenet. Sed in præceptis iudicialibus, quibus licet succedant in Ecclesia decreta Pontificum, secundum potestatem illis datam à Christo Matth. 18. *Quodcumque ligaveris super terram, &c.* sunt tamen longè leviora. Et in præceptis ceremonialibus ex duplici capite: Primo, quia multa erant, & sub gravi poena observari debebant (quod non fit in Ecclesia, ubi non pro omnibus, sed tantum pro Clericis aliquæ sunt ceremoniæ, quæ potius dici possunt ordines quidam; & doctrinæ circa ritum, Sacramenta, & Sacramentalia administranda, ut Clerici habeant uniformem modum Deo serviendi; quæ sub poena peccati mortalis non obligant, nisi contemnantur, & tunc peccatum esset non ob transgressionem ceremoniarum, sed potius ob transgressionem præcepti de obedientia, & reuerentia debita Ministris, & Pastoribus Ecclesiae circa ea, quæ præcipiunt.) Secundo, ex defectu gratiæ, & remedij ad onus impositum sustinendum, ut Scotus notat in 3. sent. dist. vlt. quæst. vnic. §. Quantum ad secundum articulum. Nā passio Christi exhibitā plus meretur de gratia credentibus eam iam exhibitam, quam ipsa ut exhibenda meruerit illis, qui crediderunt illam ut exhibendam; & ideo Sacramenta nostra, quæ habent efficaciam in virtute Passionis Christi exhibitæ, plus conferunt de gratia, quā Sacramenta veteris legis. Et eo magis, quia habemus plura adiutoria gratiæ, quia plura Sacramenta: illi enim tantum Sacramentum habebant contra peccatum originale; nos autem plura habemus, ut suo loco dicemus, addita enim efficaci promissione aeternæ vite; quæ tunc, vel raro, vel nunquam fiebat, sed tantum bona temporalia promittebantur. Hæc igitur maior abundantia gratiæ præcipue facit Legem Christi suaveri; iuxta verbum ipsius, Matth. 11. *Iugum enim meum suave est, & onus meum leve;* quia amanti suave est, ut exponit August. serm. 12. de verbis Apost. cap. 7. & 8. tom. 19.

Et in hæc materia duo tantum pro nunc controversa sunt. Primum, an Synagoga aliquando defecerit à fide. Secundum, an summus Sacerdos veteris testamenti in iudicandis controversijs legis errare potuerit. Et quia partem affirmativam patrocinantur. Ecclesiam defecisse, & summum Pontificem Ecclesiae, de facto errasse in decidendis controversijs fidei opinantur: utrumque autem in præsentis quæstione, quam ex instituto hic posuimus, disputabimus: An scilicet summus Sacerdos veteris testamenti in iudicando errare potuerit; & an Synagoga aliquando sic defecerit, ut à Lege Dei totaliter apostatauerit.

Quod autem Sacerdotibus veteris testamenti potestatis iudicandi de legis controversijs data fuerit, certum est, & legitur aperte Deut. 17. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quærisque ab eò, qui iudicabit tibi iudicij veritatem, & facies quodcumque dixerint, qui præsumt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum. Non declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire Sacerdoti imperio,*

Gravitas legis Moysæ ubi consistebat.

Duo in præsentis quæstione sunt controversa.

Sacerdotium Leviticum iudicandi in controversijs legis in habebat

Onera veteris legis triplicis generis erant.

quod eo tempore ministrabit Deo tuo, & decreto Iudicium, morietur homo ille. Et hæc potestas iudicandi extendebatur super omnes difficultates, quæ super præcepta moralia Decalogi, vel super alia præcepta moralia, quæ erant extrâ legem Decalogi, & super ceremonialia, & iudicialia onebantur: vt etiam legitur 2. Paral. 19. Habebat autem Populus Iudeorum in singulis Ciuitatibus Iudices inferiores, qui similiter circa huiusmodi controuersias iudicabant: supremum tamen iudicium, & infallibile, à Summo Sacerdote obtinebatur vt patet locis citatis, & clariùs legitur Exod. 18. cum Moyses id constituit iuxta consilium Iethro. Erat etiam in Synagoga vsus Conciliorum ex institutione Diuina, vt legitur Num. 11. *Dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, &c.* & duplicis generis Concilium erat apud Iudeos, vnum maius, quod tantum in Hierusalem congregabatur vbi maiores controuersiarum decidebantur; cui tantum Summus Sacerdos præsidebat cum septuaginta personis. Alterum minus, quod in singulis Ciuitatibus colligebatur, in quo faciliores difficultates definiebantur, nec Summus Sacerdos præsidebat, sed tantum viginti tres personæ conuenire debebant, vt citatis locis legitur: & horum Conciliorum vsus vsque ad Christum perdurasse manifestum est: nam Matth. 2. legitur, cum de principali articulo fidei: An scilicet Messias natus esset, & vbi dubitatum fuit; statim difficultatem ad Concilium, vt ibi habetur delatam fuisse. *Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnia Hierosolyma cum illo: & congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas Populi scrutabatur ab eis vbi Christus nasceretur; at illi dixerunt ei, In Bethleem Iudæ, sic enim scriptum est, &c.* & Ioan. 11. *Collegerunt Sacerdotes, & Pharisei Concilium aduersus Iesum, &c.* & Ioan. cap. 9. de Cæco nato. *Iam conspirauerant, ut si quis confiteretur eum esse Christum extra Synagogam fieret.* quibus prænotatis.

Prænotatur prima Conclusio. Summus Sacerdos Synagogæ, in iudicando, errare non poterat. Probat ex promissione Dei, Deut. 17. *Veniensque inquit, ad Sacerdotes Leviticæ generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem.* Si autem errare potuissent, certè non iudicassent iudicij veritatem, & sic mentiretur Deus, quod est impossibile. Præterea Deus non potest sub pena mortis homines obligare, vt falsitati credant, & obediant; sed Deus Synagogæ poenam mortis loco citato comminatus est nisi Sacerdotum sententiam reciperet, adeoquod non declinaret, nec ad dexteram, nec ad sinistram; ergo non poterant falsitatem docere, & iudicare; & hæc duæ rationes efficacissimæ sunt, nec poterit quisquam subterfugere.

Secunda Conclusio. Synagoga aliquando defecit à Lege Dei, sed non totaliter. Probat, Certum est, Synagogam sicut Ecclesiam congregationem esse, multorum publicè Legem Dei profitentium: & Ecclesiarum vinculum fidei externam professionem esse similiter manifestum est. qua de causa infideles occultos esse partes Ecclesiarum diximus; itaque cum comprehendimus aliquam Rempublicam hanc solemnem fidei confessionem publicè dimittere, & aliam oppositam publicè, & solemniter profiteri, tunc manifestè Rempublicam illam à fide sua apostatam cognoscimus; hoc ita manifestum est, vt oppositum affirmare irrationabile sit. Sed sic est, quod Synagoga secundum maiorem sui partem hoc fecit; ergo à lege defecit. Minor probatur Exod. 32. vbi populus vniuersus, & Aaron Sacerdos adorauerunt vitulum alta voce dicentes: *Hi sunt Dii tui Israel, qui te eduixerunt de terra Egypti;* & ipse Aaron ædificauit Altare coram vitulo aureo, & voce præconis clamauit dicens: *Gras solemnitas Domini est;* en solemnitas apostasia, cum fuerit publica amplexio Idololatriæ, *surgentesque mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedis populum manducare, & bibere, & surrexerunt ludere;* nec valet occurrere, Aaron, & filios Leui extrinsecè tantum Idololatriam professos esse: quia hoc ad euitandam notam apostasie non sufficit. nam sicut infidelitas occulta non tollit, eum, qui fidem Christi in Ecclesia solemniter profitetur, partem Ecclesiarum non esse: sic fidelitas occulta non tollit apostasiam si solemniter eum infidelibus infidelitas profiteatur. Cum ergo Aaron, qui Sacerdos erat, & absente Moysè etiam Produx Populi, hoc fecerit; vt Scriptura testatur; nonnè etiam omnes filij Leui fecerunt similiter, præcipuè cum Scriptura dicat, omnem populum idem fecisse, nec filios Leui excipit? Nec valet inferre quod dicente Moysè cum à monte descendit: *Si quis est Domini iungatur mihi:* filij Leui statim congregati fuerint ad eum, & hac ratione non idololatrauerint; quia hoc tantum inferre, filios Leui ad apostasiam detestandam priores fuisse, non autem eos apostatas non extitisse; ergo à primo, ad vltimum sequitur, Synagogam secundum maiorem sui partem à fide, tunc defecisse.

Sed obijci potest. Si Synagoga potuit deficere, per apostasiam, & de facto secundum maiorem sui partem defecit, sequitur Summum Sacerdotem Hebræorum in iudicandis controuersijs errare potuisse, sequela probatur, quia minor error est errare in iudicando, quam à Deo apostatam.

Respondeo, longam disparitatem esse: aliud est enim apostatam, & velle renuntiare priuilegio Dei, quod conseruare tenetur in illis, dum eius populus esse volunt, ne illos ad falsum iudicium tenendum obliget, quod Deo repugnat; & aliud est conseruare, legem, & populum Dei esse; primum fieri nequit, quia poneretur Deus causa proxima credendi falsum: Secundum verò non repugnat, quia hominum culpam, & infirmitatem tantum manifestat.

Secundò probatur per id, quod legitur 4. Reg. 16. cum Vrias Sacerdos iussu Achaz Regis Iudæ altare, more Gentilium posuit in Templo, & in eo obtulit sacrificia: qui actus fuit apostaticus, & solemniter patrat; & licet vniuersum populum Idololatriam coluisse non legatur, negari tamen non potest, dum in Tèplo Salomonis Rex, & Sacerdotes publicè Idola colebant, à Diuina Lege solemnem apostasiam in eminentiori loco, scilicet in Templo Domini non extitisse, quo omnis populus ire tenebatur ad cultum Dei exequendum: Hoc tamen verum est Deum non multo tempore Synagogam in apostasia dereliquisse; cum illicò illius saluti remedijs subueniret: Vnde colligant Sectarij, quam falsum, & erroneum sit asserere, Deum non tantum Ecclesiam errare permisisse, sed eam seipsum iacuisse per multa sæcula. Si ergo Synagoga, quæ est ancilla diu iacere non potuit modo præfata, quomodo Ecclesia, quæ est sponsa indissolubili vinculo vnita iacebit? verè hæretica sententia.

Contrà primam conclusionem obijciunt Sectarij Hierem. 6. à *Propheta vsque ad Sacerdotem omnes loquuntur mendacium;* & loquitur Propheta de tempore, quo ipse erat ibi: ergo summus Sacerdos in iudicando errauit vna cum cæteris.

Respon-

Duplicis generis Concilium habebat Synagoga.

Summo Sacerdos Synagogæ in iudicandis controuersijs legis agram non poterat.

Occurrit sequela.

Et sic non potest esse contra conclusionem.

Synagoga aliquando à Lege Dei defecit.

Sed non totaliter.

Respondeo, sequelam ex falsa intelligentia verborum Hieremias oriri: nam Propheta, ut ibi aperte legitur, destructionem Hierusalem propter peccata habitantium in ea prædicebat: & Sacerdotes cum populo id futurum negabant; quia Deus tantum Hieremias id reuelauerat; ille igitur dicebat eos in re huiusmodi proferre mendacium; non sequitur ergo summum Sacerdotem in decidendis controuersijs legis errare potuisse: nam his non versabatur circa legem, ubi assistentia Spiritus sancti cognoscitur necessaria, sed super aliquid nouiter futurum.

Secundo obijciunt illud Isaia 56. *Speculatores cæci omnes, nescierunt uniuersi*; ergo si cæci, & nescientes erant, de facto errabant.

Respondetur, Prophetam in futurum de Synagoga pro tempore Christi sermocinati, cum laborabat in extremis; cum scilicet Hierusalem post Christi ascensionem à Romanis erat euertenda; & probatur ex contextu, quia sequitur, *Omnes bestia agri uenite ad deuorandum uniuersa bestia saluum*. quod de Romanis qui eo tempore idololatæ erant, facile intelligi potest; & rationem assigno, quia in principio illius capitis inquit Propheta; *quia iuxta est salus mea, ut ueniat, & inuicta mea, ut reueletur*. igitur de Christi Domini aduentu loquitur, & confirmo iterum dictam expositionem; quia sequitur. *Omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam suam à summo usque ad nouissimum. Venite sumamus uinum, & impleamus ebrietate, & erit sicut hodie sic & cras, & multo uinipine*. quæ uerba in lib. Sap. cap. 2. eo tempore à Synagoga dicenda leguntur, quo Christum non erat receptura. Videat pius Lector cap. 2. Sapientiz & legenti placebit expositionis supradictæ utraque confirmatio textualis.

Tertio obijciunt illud Hierem. 26. quod idem Propheta propter uerbum Domini publico decreto omnium Sacerdotum, & Prophetarum fuit damnatus ad mortem; ergo tunc Synagoga iudicando errauit.

Respondeo negando sequelam, quia aliud est tumultum aliquem Prophetam uelle occidere, sicut factum est Hieremias; eo quia destructionem prædicebat ciuitatis; & aliud est iudicare falsum super controuersias legis, tempore quo in Concilio Sacerdotes sedent congregati, quo tempore error adesse nequit: hoc non euenit in persona Hieremias, sicut legenti textum patebit; ideoque falsa sequela.

Quarto obijciunt, quod Christus morti iniuste datus est ab ipso Concilio, ut legitur Ioan. cap. 11. ubi erat summus Pontifex Synagogæ; ergo de facto comprehenditur errasse.

Responso facilis est; nam Synagoga tempore Christi paulatim deficiebat, & sepeliebatur errore auctem in illo Concilio fuisse negari non potest; meminerint tamen aduersarij, quia licet Synagoga eo tempore deficeret, tamen summus Sacerdos tunc habuit Spiritus sancti assistentiam, nam per os eius loquutus est, licet summus sacerdos uerborum sensum non intelligeret; quapropter Ioan. inquit: *Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetans*. Ioannes itaque cur ueram sententiam protulerit, rationem adducit, quia Pontifex nempè erat, & summus Sacerdos.

Quinto sic obijciunt tempore Michee omnes Prophetæ, qui erant num. 400. errauerunt excepto Michea. ut patet 3. Reg. 22. & Elias 3. Reg. cap. 9. dixit: *Detestatus sum ego sedes, & quoruam animam*

meam, ut auferant eam; ergo eo tempore omnes Prophetæ, & sacerdotes falsum iudicauerunt, & mendacium.

Respondeo mirum esse, cum Sectarij legant scripturas, talia nobis obieciſſe: ex quo colligo illorum finem esse tantum petulanter uerba scripturæ querere, quæ facillè possunt peruertere ad ueritatem impugnandam; nam fieri non potest eos non legisse duo Regna eo tempore ad Hebræos pertinere, Regnum Iudæ scilicet, & Regnum Israel; & in Regno Iudæ, in quo erat Hierusalem, & Tribus Beniamin, & quamplurimam Familiæ Leuitarum, nullum fuisse defectum in fide, sicut in Regno Israel, ubi error coepit à primo tempore diuisionis, cum sub Ieroboam Rege statim cultus Idolorum publicè receptus fuit (quod Rex Israel fecit, ne populus descenderet amplius in Hierusalem ad Templum Domini, qua occasione ad obedientiam legitimi Regis Iudæ rediret) Elias autem tunc in Regno Israel habitabat, & illius Regni apostasiam à Lege Diuina cum deploraret, talia uerba protulit; at de uniuersa Synagoga ea non dixit: & tamen audiuit diuinum responsū 3. Reg. 19. *Dereliqui mihi in Israel septem milia uirorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal*; ergo non omnes à lege apostatauerunt. Et 400. illi Prophetæ 3. Reg. 22. non erant Prophetæ Domini, neque de Regno Iudæ, ubi tunc sacerdotes iuste, & uerè circa controuersias iudicabant, sed erant de Regno Israel; neque ex illis septem millibus, quos Deus seruauerat ab Idolorum cultura, sed ex alijs, non sequitur igitur, summum Sacerdotem, qui erat in Hierusalem in controuersijs legis decidendis, & iudicandis errasse.

Obiectio ineptissima, & affectata, quæ lectionem scripturæ non supponit.

DISPUTATIO VII.

Quæ & quos sint signa uera Ecclesiæ.

Inter omnes quæstiones, quæ pro defensione Catholicæ fidei à Doctoribus agitari solent, hæc de signis, & notis Ecclesiæ necessaria, & ualdè utilis cognoscitur; nam cum indubitatum sit, etiam apud Sectarios, neminem extrà Christi Ecclesiam saluari posse, nec extrà illam ueritatem fidei reperiri: consequens est, ut cum notum fuerit, quæ sit hæc uera, & unica sponsa, unicumque Christi Domini corpus mysticum Ecclesiæ, ueris terminus omnium controuersiarum positus sit. Nam si circa fidem, & mores orta fuerit difficultas, quid Christi Ecclesiæ teneat, & tenendum doceat, inspiciendum erit; qui aliter fecerit, uel docuerit, hæreticus schismaticus, & satanæ minister, ac membrum comprehendetur. Id autem nemo mentis compos in dubium uertere nec debet, nec potest; quamobrem Cyprianus de simpl. Prælator. inquit. *Non habebit Deum Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem*; & August. lib. de ueritate Ecclesiæ tom. 7. ait: *Quisquis ille est, & qualiscumque ille est, Christianus non est, quia in Ecclesia Christi non est*; & infra: *Habere caput Christum nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit, quod est Ecclesiæ*.

Sectarij igitur licet de uisibilitate, & inuisibilitate Ecclesiæ, ut superius diximus, delirant; nunc uisibile, sed secundum partem, nunc inuisibilem illam ad stipulantes; tandem nolentes uolentes affirmant, quod primò negare anhelabant, Ecclesiam esse uisibilem; & quæ illa sit cognosci possit: unde Lutherus in lib. de Concil.

Præsentis disputatio resolutionem continet omnium controuersiarum.

Contradictio inter ineptias Sectariorum.

Sacerdotes errant non in indicandis legis controuersijs: sed in ea pronuntiationem futurorum.

Hieremias, cum iudicatus occisus fuit.

Caiphas, quia Pontifex erat iustam dedit sententiam, licet edocet.

Concil. & Eccles. in vltima parte libri, varias ac plures notas proponit, quas septenario numero describit: scilicet veram, & incorruptam prædicationem Evangelij: legitimam administrationem baptismi: legitimum vsum Eucharistiæ: legitimum vsum clauium, legitimam electionem ministrorum, qui doceant, & Sacramenta ministrent: Orationem publicam, & psalmodiam, & catechismum, sed idiomate quod intelligatur ab omnibus; & mysterium Crucis, id est tribulationes intus, & extra. Cæteri autem quas tantum proponunt notas, ad quas omnes alias reducunt, nempe prædicationem sinceram verbi Dei, & sincerum vsum Sacramentorum, per quas omnis Secta ostendit apud se esse Dei Ecclesiam: sic inter alios Calvinus lib. 4. Inst. cap. 1. §. 9. 10. & 11. Hoc genus hominum cum Ecclesiam inuisibilem esse primò ostendere tentauerint: tandem nolentes dicunt cognosci posse; & ad illam cognoscendam, notas assignant, quæ non ostendunt, sed confundunt Ecclesiam, vt inferius dicemus; nam quæ Secta notas omnes prædictas secum habere non præsumet, cum rationibus careant, quibus ostendere valeant vni Sectæ, & non alteri conuenire?

Doctores autem Catholici illas, quæ verissimæ sunt, notas, non de nouo excogitauerunt, sed ab Apostolis, & primis Concilijs generalibus sumpserunt: & sunt quatuor, scilicet, Vna, Sancta, Catholica, & Apostolica. Sancta, & Catholica, in Symbolo Apostolorum, reliquæ in Concilio Nicæno, & Constantinopolitano, habentur. Vnde in Symbolo dicitur: *Et Vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam*; itaque illa erit Christi Domini vera Ecclesia, quæ erit Vna, Sancta, Catholica, & Apostolica; quæ signa si Sectis eorum fuerint conuenientia, Ecclesia in illis erit: si ab illis longè distauerint, & ipsi à Christi Ecclesia distabunt.

Et notandum est, Doctores Catholicos, imò veteres Patres, plures notas veræ Ecclesiæ delineantes, huic doctrinæ aduersari minimè comprehendit: sed eas explicantes in plures alias subdivisisse, vt clarior, & facilius, quæ esset vera Christi Ecclesia ostenderet; idcirco August. lib. contra epist. fundamenti cap. 4. tom. 6. sex notas ponit: & aliqui Doctores moderni multo plures: tamen ad quatuor prædictas reducuntur, quæ proprie, & re ipsa ostendunt, imò quæ sit Christi Ecclesia, demonstrant: Nec aliquem conturbet illud verbum, *demonstrat*, eo quod quæ credibilia sunt demonstrari nequeant, & fides, & scientia ad inuicem pugnent: quia hæc demonstratio oritur ex principijs fidei, scilicet supposita fide, quod Christus Filius Dei viui Ecclesiam fundauerit proprio sanguine, & creditis insuper Scripturis, scilicet eas esse, quas Euangelistæ, Apostoli, & cæteri Doctores scripserunt; & insuper vera esse, quæ scribunt; tunc suppositis his principijs fidei, demonstratiuè probatur per quatuor prædictas notas, quæ sit vera Christi Ecclesia; demonstratio autem, quæ procedit ex principijs fidei, fidei non opponitur. Sectarij autem prædictis notis non vtuntur, eo quia earum congregationes, & conuenticula non Christi Ecclesiam, sed Sectas impiorum hominum esse aperte ostendunt: veruntamen ab illis recedere non possunt, cum sint, & ab Apostolis, & à Patribus Concilij Nicæni, & Constantinopolitani allatæ, quorum Conciliorum decreta circa fidem etiam aduersarij, nolentes volentes, venerantur; dicunt enim Ecclesiam Christi tunc temporis viguisse; post celebrationem verò quatuor pri-

morum Conciliorum defecisse, vt superius dictum est.

Sed quid significant quatuor prædictæ notæ, & importent, prout sunt signa, & notæ veræ Christi Ecclesiæ, illam distinguendo à cæteris Sectis, & hæresibus, explicabimus. Nam cum dicimus Ecclesiam Christi, per hoc verbum illicò Ecclesia à cœtu Paganorum, & Iudeorum distinguitur. cum autem dicimus Christi Ecclesiam, Vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam: ab omnibus Sectis, & Conuenticulis, vel Conciliabulis hæreticorum eam sciungimus. Videndum est igitur, quid hæc quatuor verba importent, prout sunt signa, & differentia distinctiue veræ Ecclesiæ, ab Ecclesijs falsis; de quibus in Psal. 25. dicitur: *Odium Ecclesiam malignantium*. Et quia omnino quæstio vnum quærit, & aliud supponit, vt docet Philosophus primò Postter. in præsentem supponimus in mundo esse Christi Ecclesiam, & etiam diuersas Sectas, & hæreses. Quæritur autem, quæ sit vera Ecclesia, & quæ sint falsæ.

Dicitur autem Ecclesia Christi Vna, ratione fidei, vt Apostolus docuit ad Ephes. 4. *Donec occurramus omnes in unitatem fidei. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe uocationis vestra: vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.* & 1. Cor. 12. *Habentes autem eundem spiritum fidei.* & cap. 10. *Vnus panis, & vnum corpus multi sumus, nam omnes de vno pane, & de vno calice participamus.* Ad Titum 1. *Secundum communem fidem.* & 1. Cor. 1. *Obsecra vos fratres per nomen Domini Nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, iuxta autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* & cap. 11. *Audio scissuras esse inter vos; & ex parte credo: nam oportet & hæreses esse.* & ad Hebr. 13. *Doctrinis varijs, & peregrinis nolite abducere.* Illa igitur Ecclesia non est vna, vbi sunt schismata: variæ doctrinæ: diuersi spiritus fidei, vbi non est communis fides, sed diuersa: vbi non est idem sensus, & eadem sententia; ita docet Apostolus locis citatis; nam hæresis, & schisma cum cœtum fidelium in plures opiniones diuidat, sequitur Catholicam fidem tantum unitatem intertere. res est manifesta.

Denominatur verò Sancta, à sanctitate, seu iustitia, qua scilicet quis iustus dicitur, sanctus, atque perfectus coram Deo. vnde Apostolus ad Roman. 12. *Obsecro vos ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem: & nolite conformari huic sæculo.* & 1. Cor. 7. *Vt sit sancta corpore, & spiritu:* ad Hebr. 7. *Sanctus, innocens, & impollutus, segregatus à peccatoribus.* ad Ephes. 1. *Vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius, in charitate:* & cap. 5. *fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis sicut decet Sanctos.* & alibi pluries. Et licet sæpius in Scriptura nomen sanctitatis etiam in rebus inanimatis applicetur, prout legitur Exod. 3. *Locus in quo stas terra sancta est,* & cap. 28. *Facies vestram sanctam,* cap. 30. *Oleum vinctum sanctum erit,* & cap. 35. *Septimus dies erit vobis sanctus:* id tamen non obstat, quia sensus est, vt omni legenti patebit, omnia illa, & similia pro sanctitate acquirenda ordinata fuisse: dum scilicet Deo per prædicta famulabatur. quapropter Exod. 22. ait Dominus, *Vos sancti eritis mihi:* eritis scilicet perfecti ex obseruantia eorum, quæ ego præcipio vobis. & notet Lector, semper in Scripturis ly Sanctus, vel Sanctum, in ordine ad perfectionem, & iustitiam dici. vbi cumque enim hoc nomen Sanctitatis ponitur in Scripturis, semper, vel formaliter perfectionem, vel ordinem ad illam inferit.

Lutherus septem notas Ecclesiæ ponit.

Quatuor sunt notæ Catholice Ecclesiæ.

sectarij non debent reijcere notas ponit ab A. potius.

Omnis quæstio vnum quærit, & aliud supponit.

Ecclesia est dicitur Vna.

Ecclesia est dicitur Sancta.

Indu-

Indubitatum igitur esse debet, ly sanctum verè, & propriè perfectionem, & iustitiam significare, quæ scilicet quis iustus dicitur. Illa ergo Ecclesia erit sancta, vbi perfectio, & iustitia acquiritur, neque hoc a se negare Calvinus lib. 4. Inst. cap. 1. §. 17. vbi ait: Sancta vocatur Ecclesia, quia quotidie proficit in sanctitate, & ad metam sanctitatis aspirat. Cum igitur in vniuersa Scriptura sacra, vt quisque aduertere poterit, ly sanctum, non aliud habeat significatum, non est dicendum, in Symbolo fidei, ad aliquid aliud denotandum, illud verbum positum fuisse.

Catholica verò idem est, quod vniuersalis; nam ly Catholicum Græcum vocabulum est: Latine sonat vniuersale: quia scilicet Ecclesia Christi per vniuersum mundum plantari debebat, & in omnibus terræ partibus permanere: iuxta promissiones in veteri Testamento scriptas, & exhibitas. *Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Psal. 2. & Illa. 50. *Lenam circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, filij tui de longe venient, & filia tua de latere surgent; sume videbis, & affluet, & mirabitur, & dilasabitur cor tuum: quando conuersa fueris ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.* & cap. vlt. *Venio ut congregem cum omnibus gentibus, & linguis, & venient, & videbunt gloriam meam; Et ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam: in Italiam, & Græciam, ad Insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, & annuntiabunt gloriam meam gentibus.* Et alibi pluries. Certum est igitur, Ecclesiam Christi vniuersam terram, & non tantam vnam prouinciam complecti debere: & hac ratione Ecclesiam in Symbolo Catholicam dici: iuxta illud Christi Domini, Matth. 18. *Euntes ergo docete omnes gentes, &c.* & Rom. 1. *Fides vestra annuntietur in vniuerso mundo.* quam obrem Cyrillus Hierosol. Cateches. 18. inquit: *Catholica vera Ecclesia est, quia per vniuersum Orbem terrarum est diffusa, à finibus terra vsque ad extrema.*

Dicitur tandem Apostolica, quia ab Apostolis fundata, edocta, & plantata, ab illis per incorruptam, & interminatam successionem descendit, vt inquit Tertull. lib. de præscript. hæretic. cap. 20. 21. & 22. & legitur ad Ephes. 2. *Estis ciues sanctorum, & domestici Dei, super adificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* ad Gal. 1. *Lacet nos, aut Angelus de Calo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.* & 1. Cor. 3. *Ego plantauimus, Apollo rigauimus, sed Deus incrementum dedit.* & infra: *Secundum præuiam Dei, qua data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui.* Rom. 16. *In omnem terram exiit sonus eorum.* Act. 1. *Accipietis virtutem superni Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Ecclesia Christi igitur fundata est ab Apostolis; Sectæ autem fundatæ sunt ab Apostatis. Vnde Hieron. aduers. Luciferian. tom. 2. *In ea Ecclesia est nobis permanendum, qua ab Apostolis fundata vsque in diem hanc successiue durat.* Quibus declaratis, explicatis, & prænotatis, sex ponimus Conclusiones.

Prima Conclusio. Notæ, seu signa veræ Ecclesiæ, quas Sectarij ponunt, non sunt veræ, nec sufficientes, quia nec ostendunt, neque notificant Ecclesiam. Probatur. Illæ dantur veræ, & propriæ notæ, seu signa distinctiua, quæ pluribus non continentur, &

illud, cuius sunt propriæ, distinguunt à cæteris: at notæ Ecclesiæ, quas Sectarij ponunt, non sunt huiusmodi; ergo non sunt veræ, & propriæ. Minor probatur. Duas notas ponunt, ad quas omnes alias à varijs hæreticis assignatas, reducunt; vt scribit Confessio Augustana art. 7. & Brentius in Confessione Vittembergensi cap. de Ecclesia, & Centuriatores centur. 1. lib. 1. cap. 4. col. 173. & 174. & alibi. Scilicet, sincera prædicatio verbi Dei, & sincerus vsus Sacramentorum. At istæ communissimæ sunt omnibus Sectis, secundum illorum opinionem: patet, quia vnusquisque gloriatur se habere sinceram prædicationem verbi Dei, & sincerum vsus Sacramentorum: & vna Secta est alteri infensa; nam Lutherani Calvinistis maledicunt, & è contra; & ambo Anabaptistis; & in illis adhuc aliæ subdiuisiones Sectarum sunt, quæ adinuicem aduersantur; & vnaquæque Secta prædictas notas profert: ergo nõ sunt veræ notæ, cū non distinguant, sed omnibus sint cõmunes, vt ipsi opinantur. Sed dicet, ratione inuenimus, per quas nõ sint omnib. cõmunes.

Contra: in suis controuersijs non habent alium Iudicem, quàm sacram Scripturam, quam omnes licet dissidentes, iuxta eorum sensum docere putant: v. g. si proponant prædicationem de Eucharistia super illud, *Hoc est Corpus meum*; omnes Sectarij diuersimode illam intelligunt, vt ipsismet experientia constat: quis igitur ostendet, quæ sit verior, & sincerior prædicatio verbi Dei, vnde deinde colligant suam Sectam esse veram Ecclesiam? hucusque non potuerunt, nec vquam poterunt hanc litem dirimere. Cognoscant igitur, quod de illis verum est, quod legitur in Psal. 81. *Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Idem verificatur de vsu Sacramentorum; nam vnusquisque dicit se habere illum verum, qui est nota veræ Ecclesiæ: Vnusquisque sensum Scripturæ profert: quomodo poterunt rei veritatem ostendere? dicent, locus Scripturæ declaratur per alium. Contra, & cæteri ita similiter faciunt; nec tamen aliquis hucusque litem decidere potuit; sunt enim inter ipsos varæ Scripturarum intelligentiæ, seu deprauationes. Verissima Babel, vbi confusum est labium vniuersæ terræ, vbi non audit vnusquisque vocem proximi sui.

Secundò probatur sic: Si prædicatio sincera Scripturæ, quæ est verbū Dei, esset nota, & signū Ecclesiæ manifestus circulus sequeretur, & ignotū per ignotū ostenderetur; hoc autè puerile est, & inane; ergo falsa assertio Sectariorū. Prima sequela probatur; nam si ab illis petamus, quæ est vera Ecclesia? respondet, vbi est prædicatio sincera Scripturæ, quæ est verbū Dei: & si iterū interrogemus, quæ est Scriptura, & verbū Dei cum non vniormiter recipiatis omnes Scripturas pro canonicas? Respondet Calvinus lib. 4. cap. 1. §. 5. quod Ecclesia est fidelis custos verbi Dei. Idem asserit Brentius in Confessione Vittembergensi cap. de Scriptura; si igitur patet vobis per Ecclesiam, quæ illas habet, en manifestus circulus, quia Scripturas per Ecclesiam, & Ecclesiam per Scripturas ostenditis.

Tertiò sic argumetor: Mensura quæ notificat quantitatem alterius, debet esse notior re quæ mēsuratur, aliter nõ posset esse mēsuratur, quia illius quantitatem notificare nequiret; hæc propositio est nota ex terminis: sed prædicatio verbi Dei non est notior Ecclesia; ergo nequit esse mensura, seu nota Ecclesiæ. Minor probatur, quia ipsimet dicunt locis citatis Ecclesiam habere ius testificandi veram Scripturam; nam quomodo sciunt, quæ sit Scriptura Diuina, nisi quia Ecclesia Christi ita docet; ergo per ipsos Ecclesia est notior

Ecclesia cui dicitur Catholica.

Occursus Sectariorum non eicit Sectarios extra Babel confusionis

Ecclesia cui dicitur Apostolica.

Sectarij in circulo ambulans.

Notæ quæ ponunt Sectarij sunt inopertæ, & insufficientes.

Mensura debet esse notior mēsurato.

notior prædicatione verbi Dei; nequit igitur prædicatione verbi esse nota, seu signum manifestatiuum, & distinctiuum Ecclesie; res est clara. Sed cur non recipiunt notas Ecclesie, quas Apostoli, & veteres Patres descriperunt? Cur nouas notas querunt? euidens est signum malitiæ. Præterea ipsi nesciunt, quæ sit Ecclesia vera, quia dicunt inuisibilem esse: vt quid querunt illam? ergo in circuitu impij ambulans. sicut dicitur Psalm. 111.

Commodio Sacerdorum.

Nota Ecclesie Catholice sunt quatuor, nempe, Vna, sancta, Catholica, & Apostolica.

Secunda Conclusio. Veræ notæ, quæ demonstrat, & distinguunt veram Ecclesiam ab omnibus Sectis, sunt illæ quatuor, de quibus in principio præsentis quæstionis loquuti sumus; scilicet, Vna, Sancta, Catholica, & Apostolica. Et antequam conclusio probetur notandum est, secundum Philosophi regulas, circulum tunc fieri, cum duo quæ ignota sunt, vnum per alterum probatur: ver. gr. Si Turca, qui nescit Ecclesiam, & Scripturam, dicat mihi, quæ est sacra Scriptura, & ego respondeam, est illa, quam proponit Ecclesia; & si iterum petat, quæ est Ecclesia, & ego respondeam, est illa, de qua loquitur Scriptura; sunt enim vtraque hæc ignota, & sic manifestus circulus committeretur. At si Turca vnum illorum crederet, scilicet Ecclesiam, absque vitio circuli rectè responderem, est illa, quam proponit Ecclesia. Inter nos autem, & hæreticos vnū pro certo habetur, scilicet sacra Scriptura, licet ipsi aliquas illius partes non recipiant; rectè igitur absque vitio circuli possumus probare ad hominē veritates Catholicas contra ipsos, & quæ sit Ecclesia, per Scripturas: ex instituto autem Catholici firmam tenent continuatam Ecclesie successionem ab Apostolis, & à Christo per firmissimas traditiones: quæ re credita, & quæ sit diuina Scriptura, & omnium litem, & controuersiarum terminus facile habetur, quia hæc à vera Christi Ecclesia dependent; at hæretici nō sic; quia tantum Scripturam cognoscunt Iudicem, & extrâ Scripturam omnia abijciunt; si autem queratur ab illis, vnde scitis, quod hæc sit Scriptura diuina? non possunt respondere per traditiones, quas vniuersæ Mundi Ecclesie ab Apostolis edoctæ, temper retinuerunt: quia traditiones negant: vt plurimum respondent, quod spiritus priuatus docet illos; sed quomodo possunt scire, quod ille sit spiritus bonus, cum etiâ diabolus transformet se in Angelū lucis, vt inquit Apostolus 2. Cor. 11. & vnde accipiunt hæc doctrinam de priuato spiritu? Respondent ex Scripturis. & quis dicit illas Scripturas esse diuinas? priuatus spiritus; igitur in circulis, & in tenebris ambulans, & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.

Doctrina Sectariorum est Turcis Babel.

Stante autē hac sana doctrina; cū Sectarij Symbolū fidei, & Scripturas admittant; vnde notas veræ Ecclesie sumpsimus: cū probauerimus Romanā Ecclesiam esse Vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam; aperte illam verā Ecclesiam Christi esse demonstrabimus; & consequenter ceteras hominū congregationes hæreticorum Sectas, & Synagogas satanæ existerē; & illas quatuor notas veræ Christi Ecclesie esse propria signa, nec ipsi Sectarij negare auli sunt. Nam nulla iniquorū hominū Secta Vna, Sancta, Catholica, & Apostolica esse potest; sed tantum vera Ecclesia Dei. O ingēs veritatis iubar; est enim hæc speciosior sole, & omni disputatione stellarum. excluduntur ab illa omnes Sectarij, & includuntur Catholici, de quibus Isaias 26. ait: *Aperite portas, & ingredietur gens iusta, custodiens veritatem.* Nunc igitur quod firmissima fundamenta stabiliuimus, notas scilicet Ecclesie patefaciendo, descendamus ad singulare certamen; & quales sint illi,

cum quibus disputamus, indicabimus.

Tertia Conclusio. Tantum Ecclesia Romana est vna; alie congregationes non habent hanc vnitatem. Probat hęc Conclusio. Vnitas Ecclesie illa est, de qua Paulus ad Ephes. 4. dicit: *Solus seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* & infra: *Vna spes, vna fides, vnus Dominus, vnum baptisma: donec accurramus omnes in vnitatem fidei.* Et ad Tit. 1. *Secundum communem fidem.* & 1. Cor. 1. *Vt idipsum dicatis omnes, & nō sint in vobis schismata, sicut autem perfecti in eodē sensu, & in eadē sententia.* Sed tantum Romana Ecclesia est huiusmodi, & non ceteræ Congregationes hominū; ergo tantum Ecclesia Romana est vera Ecclesia, & non aliæ. Minor probatur primò, quoad secundam partem: omnis antiquis hæresibus ver. gr. Arrianis, qui etiam diuisi fuerunt ad inuicem, alij enim erant Arriani, alij semi-Arriani, & inter Pelagianos, alij Pelagiani, & semi-Pelagiani alij, &c. accipiamus hæreticos huius temporis, ver. gr. Lutheranos, Calvinistas, & Anabaptistas: hi præcipue constituunt diuersas Sectas, quarum vna alteri est infensa, & pugnant ad inuicē sicut pugnant nobiscum. pluries enim Caluianus affirmat Lutherū errasse: ipsi dicant, & an hoc verum sit, inimici nostri sint iudices. de Anabaptistis aperte dicunt reprobos esse; nec esse Christi Ecclesiam, Lutherani, & Calvinistæ inter se diuisissimi sunt; quia, propter varia cognomina tortiti sunt, puri Lutherani, Luthero-Siādriani; semi-Lutherani; Luthero-Zuingliani; ante-Lutherani; Luthero-Papiltæ; Miricani; Osiādriani; Stancariani; Plessingeri; Muschulani; & Melanctonicis; omnes diuersimodè explicant Scripturam, & diuersimodè credunt; & vt prolixitate fugiam, adducam exemplum tantū de Eucharistia in præsentia; alij dicunt, Corpus Christi adesse, alij inesse, alij subesse, alij cum pane, & alij sine pane, alij circa panē; & illorū alij qui ministrat Eucharistiam Latino idiomate, alij vulgari, alij Græco; veste seculari induti alij, alij Ecclesiastico vtuntur apparatu. innumeræ autē sunt diuersitates, quas omnibus in rebus inter se habet; ergo inter illos non est Vnitas fidei: non eundē sententiam, & sententiam habent, non fidei cōmunitatem, non idipsum dicunt omnes, vt docuit Apostolus. Sed dicet aliqui. Calvinistæ tamen habent vnitatem. Contra, falsissimū est hoc, nam & Calvinistæ in plures opiniones diuisi sunt. sumatur ver. gr. articulus Eucharistie, & ecce diuersitas; nam aliqui dicunt eos qui Eucharistiam sumunt tantum panē accipere, & manducare; alij autē Corpus Christi, sed imputatiue tantum; & alij Corpus Christi sumere per os fidei putant; ergo inter eos non est vnitatem, de qua Apostolus, & fidei Symbolum loquitur; & per consequens nec Ecclesia Christi, & quod nunquam vnitatem in Sectaris apparuerit, ex processu Sectarum, & illarum origine hoc vult quicquid cognoscere poterit. Lutherus cepit prædicare, & Sectam suam æstruere anno Domini 1525. Post septem annos surrexit Zuinglius, qui Lutheri immutauit doctrinam: post alios duos annos venerunt Anabaptistæ, & diuersissimam doctrinam addiderunt: quo tempore Sectariorum Lutheri diuersas, & variis expositiones inueniunt; adeo quod discordes omnino sint: & post quatuor alios annos surrexit Caluinus, qui omnes præcedentes doctrinas damnauit; & suam ab illis valde diuersam composuit; & eadem tempestate, surrexerunt Libertini in Gallia, Puritani in Anglia, Trinitarij in Polonia, & Samosatheni in Transilvania. O perniciosa misera? quid dicemus de vnitatem fidei, si in vna eadēq; domo vir ab vxore dilentit, & paterq; à filiis

Ecclesia Romana est tantum Vna.

Sectarij sunt inter se diuisi & aliter aliter est hostis.

Nunc

Nunc probatur minor, quoad primam partem, scilicet Ecclesiam Romanam hac fidei unitate gaudere; sed sic fulget hac veritas, ut probatione non indigeat; nam cum sit diffusa per totum orbem terrarum; tamen uniformiter credit sicut Sancta Apostolica Sedes Petri docet; est igitur terra labij vnus, habet igitur unitatem fidei. Veniant Catholici ex omnibus mundi partibus, & interrogentur de fide: omnes vno ore, & vnanimis idē respōdebunt; omnibus patet.

Quarta Conclusio. Ecclesia Romana est Sancta: alie Congregationes nullam habent sanctitatem. Probatur. Illa Congregatio est Sancta, quæ sanctitatem, & perfectionem profitemur, & augmentum illius per virtutes expetit, ut probatum est in declaratione eiusdem particulæ; at nulla congregatio hominum id habet præter Ecclesiam Romanam; ergo nulla præter Ecclesiam Romanam est Sancta. Prima pars minoris probatur. Ille profitemur sanctitatem, & augmentum illius acquirit secundum Psalm. 83. *Ibunt de virtute in virtutem*; qui non tantum fidem credendo retinet, sed fidem, quæ per charitatem operatur, & ea facit, quæ fides præcipit; iuxta Ioan. cap. 15. *Vos amici mei estis si feceritis, quæ præcipio vobis. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* & Iacob. 1. *Patientia opus perfectum habet.* & cap. 3. *Qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* & 2. Corin. 12. *Virtus in infirmitate perficitur.* Lucæ 18. *Qui se humiliat exaltabitur.* Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*; & alibi pluries in Scripturis similia habentur. Sed Sectarij hoc non admittunt; quia solam fidem sufficere ad sanctitatem dicunt; ergo illorum congregatio non est sancta, imo prophana; cum ipsi doceant, omnia scelera perpetrare malum non esse, & solam fidem sufficere ad salutem; nec virtutes, & opera Christi imitari pro posse necessarium esse teneant. Præterea nec præcepta, nec consilia Euangelij cognoscunt, nec seruant ea, per quæ fidelis fit sanctus, & perfectus; ergo nulla Secta potest esse, nec fieri sancta. Et hæc est potissima ratio, quare in his, qui ab Ecclesia Romana exierunt per hæresim, nulla fulget sanctitas; ut olim in partibus illorum magna sanctitate multos vixisse, ex verisimis historijs constat. At è contra Romana Ecclesia cum prædicta doceat, & profiteatur, suos fideles filios sanctificat, & viros quamplurimos eximia sanctitate præclaros in omni sæculo gignit; idque tam perspicuum est, ut quantumcumque protenuantes Sectarij hoc obtenebrare conentur, nequaquam possint.

Quinta Conclusio. Nulla hominum Congregatio dici potest Catholica præter Ecclesiam Romanam. Probatur. Illa est Ecclesia Catholica, quæ per vniuersum mundum plantari debuit, ut dictum, & probatum est superius, & vniuersa Scriptura docet; at nulla præter Romanam plantata est per vniuersum mundum; ergo nulla præter Romanam Ecclesia est Catholica. Minor probatur. Nam constat ex illis quatuor primis Concilijs Generalibus, scilicet Nicæno, Constantino-politano, Ephesino, & Calcedonenſi, quæ Sectarij non abiciunt, quod Episcopi ex omnibus mundi partibus congregati fuerunt, & vna cum Pontifice Romano, quem caput totius Ecclesie semper cognouerunt; Catholicam fidem aduersus varios hæreticos vnanimiter declarauerunt; quod etiam per subsequētia sæcula factum esse apertissimè legitur; & nolentes volentes, etiam omnes Sectarij nouerunt; ergo Ecclesia Romana cum fuerit, & sit in vniuerso orbe, est

Ecclesia Catholica; hoc autem ipsa luce clarus est. Vnde sic subinfero. At Sectæ, cum quibus disputamus in toto Orbe, nunquam fuerunt, nec de factis sunt, cum vigeant tantum in aliquibus Prouincijs Aquilonaribus, nec aliquando erunt, cum Ecclesia senescat, & non de nouo incipiat crescere; ergo ly catholica, de illis verificari non potest. Hoc argumentum amice Lector, omnes Sectarios confringit, & obtundit; nec habent refugium; quia Ecclesia, prout omnes Scripturæ clamant, per vniuersum Orbem dilatari debuit.

Hinc est quod Sectarij proximis annis iam elapsis suas hæreses in Oriente propagare anhelabant, cognoscentes hoc nomen Catholicum eis nullatenus competere posse. hac de causa occulta calliditate, vnionem quandam circa Religionem cum quodam Cyrillo Lucari damnatæ memoriæ Constantinopolitane Ecclesie Antistite, confingere tentauerunt; quam tamen in conspectu omnium Deo adiuuante, cum in prædicta Vrbe Vicarius essem, deiecti atque prostrati.

Rationes, quas tunc in medium attuli, & in præsentem compendiose narrabo, vnde pius lector rei veritatem dignoscere optimè poterit; hæc sunt. Orientales, & Australes Ecclesie habent Missæ Sacrificium, & realem præsentiam Christi Corporis, & Sanguinia sub speciebus panis & vini firmiter credunt; septem esse Ecclesie Sacramenta: Intercessionem Sanctorum; Imagines, & cultum illarum: signum Crucis, & illius venerationem: Missas pro Defunctis: perpetuam, & illibatam B. Marie virginitatem: diuersitatem præmij in Regno beatitudinis, iuxta diuersitatem meritorum: Quadragesimas ac ieiunia: necessitatem benè operandi: Conciliorum, Patriarcharum, Episcoporum, ac minorum Sacerdotum auctoritatem, & potestatem: obedientiam illis debitam à Laicis: Statum perfectum Religiosorum: Vota claustralium: Sacros ordines: omnes Scripturas, quas Canonice tenet Sancta Mater Ecclesia Romana; necessitatem traditionum; Scripturam sacram non iudicem controuersiarum, sed normam tantum iudicandi; & alia multa tenent, credunt & firmiter confitentur sicut semper à tempore Apostolorum acceperunt, crediderunt, & firmissime vsque ad sanguinis effusionem confessi sunt. Sectarij autem hæc omnia negant, nec credunt; quam vnionem, vel Concordiam poterant Sectarij cum Orientalibus, & Australibus Ecclesijs habere, vel componere? quæ omnia cum ex instituto in prædicta Ciuitate diuulgauerim de vanitate Sectariorum, ac falsitate subfannauerunt; omnes vno ore nunquam phantasticas opiniones Sectariorum in illis partibus vixisse dixerunt. Videat igitur pius Lector si hoc nomen Catholicum alicui conuenire poterit, præterquam Sanctissimæ Romanæ Ecclesie; cuius intacta fides vbique locorum, etiam in Indijs Orientalibus, & Occidentalibus promulgata, ac stabilita cernitur, iuxta omnium prophetarum stabile promissum.

Sexta Conclusio. Nullus hominum cætus potest dici Apostolicus, sed tantum Romana Ecclesia. Probatur. Illa est Ecclesia Apostolica, quæ ab Apostolis fundata, ab illis per continuatam successionem descendit; sed tantum Ecclesia Romana est huiusmodi; ergo tantum Ecclesia Romana est Apostolica. Minor probatur, nimis manifesta est continuata successio Pontificum à Petro vsque ad præsentem diem; ita ut mentis cõpos hoc negare non valeat; vbi autem continuatur Sacerdotiũ, cõtinuatur etiã doctrina; hac ratione Paul. ad Ephes. 4.

Ecclesia Romana est sancta, & non alie hominum cõgregationes ei cõgruunt.

Sectarij excludit omnes virtutes, & bona opera.

Tantum Romana Ecclesia est Catholica.

Sectarij desiderabant Genos pervertere.

Nulla vnio potest esse inter Græcos & Sectarios, nisi chimerica.

Tantum Romana Ecclesia est Apostolica.

Pastores, & Doctores simul posuit, & Malach. 2. *Inserroga Sacerdotem legem*; ergo Romana Ecclesia est Apostolica: fortissimum, & leniatum argumentum Catholicorum est hoc. Nunc autem à Sectarijs nostri temporis interrogemus secundum dictum Tertulliani lib. de præscript. hæret. *Qui estis vos*, inquit, *enat, & quando venistis? ubi tamdiu latuistis?* & Optatus lib. 2. contra Parmenianum ait: *Vestra Cathedra originem ostendite, qui vobis vultis Sanctam Ecclesiam vindicare*. Vnde igitur venistis, ò Calvinista? respondere poterunt, Calvinum esse ipsorum Patrem, nec priorem habere; vnde datur status & vos, ò Lutherani, vnde existis? respondent, à Luthero; quis est iste Lutherus? vnde venit? non habet antesignanum, quia erat Regularis in Ecclesia Romana: itaque Apostata fuit; & sic de cæteris Sectis. Videant igitur si poterunt, sicut Romana Ecclesia, per viam Regiam ascendere vsque ad Petrum, & vsque ad Christum filium Dei. Sectæ autem quando coeperint optime scimus, & à quibus, & qua de causa.

Occurrus sectariorum inanis.

Respondent, semper fuisse aliquos, qui opiniones Sectarum crediderunt, ita vt Lutheranismus, & Calvinismus apud aliquos fuerit, sed incognito modo: & per multa sæcula Ecclesiam visam non fuisse, & demum apparuisse: ita Calvinus in præfat. Inst.

Contra: Ecclesia non potest esse inuisibilis, vt iam demonstratum est. Secundò, quis illis hæc annuntiavit? vnde hoc sciunt? qui fuerunt isti? habitabant in speluncis? Ipsi neminem ostendere poterunt; vt ipsi met fatentur, eo quòd incogniti fuerint; ergo imaginariam excogitationem somniauerunt: sed audiant sententiam Domini dicentis Deut. 13. *Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur: quia loquutus est, vt vos auerteret à Domino Deo vestro*. enimvero illorum peruersa responsio est blasphemia: ratio est, quia Synagogam, quæ est ancilla, super Ecclesiam Christi extollunt. nam de Synagoga probatur aliqua apostasia, sed per breue tempus; illam enim Deus non dereliquit; de Ecclesia autem, quæ est sponsa Christi (de cuius amplitudine, & gloria magna Scriptura sacra testatur) per multa sæcula eam latuisse, & euauisse, affirmant; sed quid mirum? qualis doctor, talis & doctrina.

Quia veteres Patres, vt infra dicemus, hoc solidissimo argumento semper vsi sunt; scilicet, continua successione Cathedre ab Apostolis vsque ad præsens: videns Calvinus lib. 4. Inst. cap. 2. rei euentiam, in iuxta morem, & modestiã suam, Patres omnes parui facit, eosq; varijs contumelijs afficit, dicens: Quanti hanc successione fecerint Ireneus, Tertullianus, Origenes, Augustinus, & alij. & subdit: friuola sunt ista, & planè ludibria. homo iste veterum testimonia doctissimorum virorum respuit: cognoscat lector hominis huius inane ingenium; qui hac occasione aperte doctrinam suam nouiter confictam, & temporis apostasie initium habuisse ostendit, quia veterum Patrum testimonium non habet; imò antiquæ Ecclesie Catholice doctrinam irridet.

Et omnes præmissas notas de Sancta Romana Ecclesia verificari probatur testimonijs Conciliorum; nam in quatuor primis Synodis Generalibus sæpissimè Ecclesia Romana Vna, Sancta, Catholica, & Apostolica nominatur, sicut circa illa versatis patet: & præcipue in Concilio Chalcedonensi, vbi frequenter legitur, *Beatissimo atque Apostolico vno Catholica Ecclesia Papa Leonis. Sanctissimo, & vniuersali Archiepiscopo, & Patriarcha magna Roma Leonis, &c.*

Tertiò probatur Patrum auctoritatibus. Rufinus lib. 2. hist. Eccles. cap. 9. loquens de Gregorio Nazianzeno, & Basilio, inquit; *Sibi Dei intelligentiam non ex propria presumptione, sed ab antiquioribus Sacerdotibus postulabans, quod ipsos ex Ecclesiastica successione eam intelligens regulam suscepisse constaret.*

Ireneus aduersus hæreses lib. 3. cap. 3. & 4. post numeratam successionem Pontificum à Petro vsque ad Eleutherium tunc viuentem, subdit; *Hæc ordinatione, ac successione, ea, qua est ab Apostolis in Ecclesia tradita, & veritatis præcognitio, peruenit vsque ad nos.*

Tertullianus aduersus hæreticos, inquit de hæreticis: *Edant origines Ecclesiarum suarum: evolvant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initiis decurrentem; Vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, aut Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseverauerit, habuerit auctorem, & antecessorem: hoc enim modo Ecclesia Apostolica referunt, sicut Ecclesia Smirnearum Polycarpum à Ioanne collocatum refert: Romanorum Clementem à Petro edic.*

Cyprianus lib. 2. epist. 12. de Apostolica successione discurrens, subdit. *Et hæc vna ratio Ecclesia Catholica à quibusdam confictis, & simulatis conuersionibus est dignoscenda.*

Hieron. aduersus Lucifer. tom. 2. ait. *In ea Ecclesia nobis est permanenda, qua ab Apostolis fundata usque in diem hanc successione durat. & loquitur de Ecclesia Romana.*

Augustinus contra epist. fundam. cap. 4. tom. 6. *In Ecclesia me tenet, ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui præcedas omnes suas post resurrectionem Dominus commendauit usque ad præsentem Episcopatum: successio Sacerdotum.* deinde subdit. *O infelix anima, cui te committis? cur non potius te subdis Euangelica auctoritati, ab ipsis Apostolorum temporibus usque ad hæc nostra per successiones legitimas commendata?*

Optatus Mileuitanus ad Parmenianitas. *Vestra Cathedra vos originem reddite: qui vobis vultis Sanctam Ecclesiam vindicare.*

Conclusum est igitur aduersus Sectarios, Romanam Ecclesiam, prout etiam est mater, & caput omnium particularium Ecclesiarum illi subordinatarum, esse Vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam; & consequenter ipsam esse Ecclesiam Christi: quid igitur erunt aliæ Sectæ, & congregationes hominum; quæ ab illa dissentiant? ipsi met dicant: ipsi sint Iudices. Ecce nudati sunt Sectarij, sicut Hebraei tempore apostasie in deserto: vt legitur Exod. 32. *Spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat.* quapropter eis annunciare possumus, quod Aug. Manicheis dicebat lib. vno de Cant. nouo cap. 6. tom. 9. *Manifesta est ignominia vestra, nudata est turpido vestra.* Itaque aperte cognoscere poterunt eorum Sectas esse tantum conuersiones, & conspirationes contra Romam, & Pontificem Romanum Pastorem vniuersalis Ecclesie.

Nunc verò audiamus illos, qui contra primam conclusionem sic obijciunt. Ioan. 10. *Oves meæ vocem meam audiunt*: ergo ibi est Ecclesia, vbi auditur verbum Dei. & ad Ephes. 5. *Mundans nam lavacro aquæ in verbo visæ*: ergo vbicunque est verbum mundans, ibi est Ecclesia.

Respondeo obiectiones istas, nec præcillis, nec contra nos aliquid concludere: concedimus enim, quod ibi est Ecclesia, vbi auditur verbum Dei, & vbi est verbum mundans, ibi est Ecclesia: sed quid inde, & quomodo possunt inferre; ergo sacra prædicatio verbi

Testimonium Sanctorum Doctorum antiquorum.

Index

vbi Dei est nota Ecclesiaz? negatur hæc sequela; nam ex alio capite debent ostendere inter illos sinceram prædicationem Verbi esse; nam omnis Secta, cum multæ sint, se habere sinceram prædicationem Verbi docet: & sic prædicatio Verbi non notificat Ecclesiam. Videant igitur aduersarij, quod rationes inanes, & nullius roboris ad suas opiniones probandas adducunt.

Obijcit Caluinus lib. 4. cap. 1. §. 9. Matth. 18. *Vbi duo, vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum.* & Ioan. 10. *Illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est.* & cap. 15. *Vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis.* & ad Rom. 1. *Euangelium vritatis est. Dei in salutem omnium ostendit.* ergo prædicatio sincera verbi est vera nota Ecclesiaz.

O verè subtilis argumentatio? sicut si quis diceret, Euangelium est causa salutis: ergo homines currunt, quomodo enim inferri potest ex allegatis auctoritatibus, prædicationem verbi notam Ecclesiaz existere, & ratione primæ auctoritatis nihil concludunt; nam omnis Secta hæreticorum opposita docens, putat se congregare in nomine Christi, illum inuocando: ergo omnis Secta esset Ecclesia, non esset igitur vna; quod falsum esse etiam ipsi fatentur. Ad secundam concedimus, eos qui receperunt sermonem Dei, & seruant illum, Deos esse nuncupatiuè, quatenus sunt adoptati pro hæreditate beatitudinis; at adhuc probare debent, eos sincerum sermonem Dei retinere, cum vnaquæque Secta illum habere putat. Quod etiam ad alia loca prælegata dicitur, debent igitur aliundè probare, legitimè scilicet Euangelij, & Scripturæ inter eos esse; idè prædicatio Verbi Dei non est nota Ecclesiaz, quia non notificat illam.

Obijciunt contra vltimam conclusionem: Si veritas Ecclesiaz ex successione interrupta probatur, cum hæc non reperitur in Ecclesijs Aſiæ, & Aegypti, & totius Aſiæ, consequens est successionem ad probandam veritatem Ecclesiaz sufficientem non esse.

Hoc argumentum licet sit Caluini lib. 4. Inst. cap. 2. §. 2. & 3. tamèn potiùs eorum, qui syllogismos componere, & Dialecticam discunt, mihi videtur, nam peccat in forma, & materia, sequela non descendit ab antecedente, nec antecedens conclusionem nostram impugnat. Dicit in Ecclesijs præcitatis non inueniri successionem Episcoporum: quando id verum esset, sequeretur illas veras Ecclesias non esse, & cum in Romana Ecclesia inueniatur, ipsam esse veram Christi Ecclesiam. sciant ergo Sectarij, Episcopos, & Patres Ecclesiarum particularium, quæ sūt partes, & membra Ecclesiaz Romanæ, & vniuersalis, ad probandam veritatem Ecclesiaz, ostendere continuam successionem Episcoporum suorum prædecessorum olim non attendisse: sed tantum successionem continuam Romanorum Pontificum considerasse: quia ab Ecclesia Romana cognoscunt se in doctrina ab Apostolis tradita permanere, à qua omnis potestas & iurisdicctio emanat. Possent autem multæ Ecclesiaz particulares hanc successionem aperire, vt Hierosolymitana, præcipuè ante schisma, vsque ad Iacobum Apostolum. Alexandrina vsque ad Marcum Euangelistam. Smirnenſis à Polycarpo, Ioannis Apostoli Discipulo, &c. Sed sufficit illis in Romana Ecclesia, à qua tanquam à capite omnes pendet, id inspicere; à qua si aliqua particularis Ecclesia deficit, statim cessat esse Apostolica, ratione doctrinæ, & sit Apostolica.

Secundò obijcit Caluinus. In Ecclesijs Græcorum adhuc seruat ur successio, & tamen secundum Roma-

nos illæ non sunt veræ Ecclesiaz; ergo successio Episcoporum non est vera nota.

Respondeo, Græcorum Ecclesias ratione successionis continuatæ vsque ad Apostolos per Episcopos, partes Ecclesiaz Christi, aperte cognosci: At quia carent vnitæte, quæ est alia nota, propter schisma, & errant circa processione[m] Spiritus sancti, vt etiam Sectarij fatentur, idè veræ Ecclesiaz membra, & partes esse cessauerunt: quia à Cathedra Petri abierunt, in aliquibus fidei articulis, falsam profitendo doctrinam: & ex hoc capite factæ sunt falsæ, nec amplius vsque nunc sunt partes, & membra Ecclesiaz Romanæ, Catholicæ, & Apostolicæ; ideoque argumentum nihil concludit; quia si successio solitariè sumatur, non est sufficiens nota ad ostendendam veram Christi Ecclesiam; nam requiritur etiam alia nota, quæ est vnitætas fidei. Adde quod ex hoc capite, & quantum pertinet ad hanc notam particularem, Ecclesiaz Græcorum cognoscuntur veræ Ecclesiaz, scilicet particulares, & membra vniuersalis Ecclesiaz, cuius caput visibile est Ecclesia Romana: licet de facto non sint ex defectu alterius notæ, quæ est vnitætas. itaque saluatur optime semper munus cuiuscumque notæ.

Tertiò obijciunt. Veteres Patres, qui ex successione Pontificum ostendunt Ecclesiam, id legitimè fecerunt, quia constabat eo tempore fidem non fuisse mutatam in Ecclesia Romana; at nunc contrarium constat, quia Ecclesia per multa sæcula euauit, & incognita fuit, & incognita extabant, sed incogniti. ergo nota successio non est vera nota.

Præsens argumentum, seu potiùs figmentum nihil veritatem conuenit; nam aperte constat, omnia, quæcumque in præſenti credit, & docet Sancta Romana Ecclesia, esse antiquissimam, & Apostolicam doctrinam conspire: idè sic veritatem Catholicæ fidei per Scripturas, & Patrum, ac Conciliorum auctoritatem probamus, vt in omnibus conclusionibus patet: Sectarij è contra illos negant, & illudunt: igitur ipsæ ab antiqua, & Apostolica doctrina defecerunt, & Nouatores comprehenduntur. quod autem vident, Ecclesiam euauisse, & in aliquibus particularibus incognitis remanisse: hoc est voluntarium, assumptum. vnde hoc sciunt, si fuerunt incogniti? Verè Sectarij sunt Synagoga Satanæ; ratio est, quia sicut nunc Hebræi dicunt, adhuc se habere Regnum, & Sacerdotium, sed incognitum, & absconditum in montibus Caspijs in partibus Scithiæ, quod nemo potest accedere: ita Sectarij, Ecclesiam incognitam fuisse per multa sæcula, affirmant; neque tamen locum indicare poterunt vbi fuerit abscondita; ergo non sunt partes Ecclesiaz Christi, sed Synagoga Hebræorum.

Quartò obijcit Caluinus lib. 4. Inst. cap. 2. Non est verus successor Petri, qui vitam illius non imitatur: quid valet successio, nisi imitatio etiam coniuncta sit? & cap. 1. ait. Errant qui putant Ecclesiam, vbi non est vitæ puritas. Romanus Pontifex non est imitator Petri; ergo neque successor.

Accedant Logici, & quam inane sophisma hoc sit, iudicent: verè ex odio, quod contra Romanam Ecclesiam Caluinus habebat, aliquando delirabat. In primis ipse contra Anabaptistas asserit, Ecclesiam non requirere, neque recipere perfectionem ex operibus: nunc autem factus est Anabaptista, & dicit, quod ibi est Ecclesia, vbi est operum perfectio; & quia Romani Pontifices non sunt, vt ipse dicit, perfecti in operibus, idè non sunt Petri successores. quid vobis videtur de homine isto? dummodo maledicat Ecclesiaz Romanæ,

Græcorum Ecclesiaz ex defectu vnitatis fidei, quæ à Petri Cathedra cognoscere debet defecerunt.


Sensus successio-
nis ab Apostolis
aperitur, & docet-
ur Sectarij.


Catholici semper
probant veritatem,
quam tenent per
conspirationem
cum fide primiti-
ua Ecclesiaz.

A sanctitate ope-
rum, ad iurisdic-
tionem & salus
inanis.

Romana, putat se subtiliter discurrere. Respondeo igitur huic inani fallaciae, saltare à perfectione, & sanctitate operum, ad iurisdictionem, nihil valere; sunt enim haec nimis disparata: non enim quicumque Iudex, vel Princeps, quia erit perfectior alio, ideo maiorem alio habebit iurisdictionem: sicut qui Pater fortis est nigri, vel albi coloris, fortis nili fuerit etiam nigri, vel albi coloris, non accipiet hereditatem Patris sui. quid valeret huiusmodi argumentatio? sic in casu: Petrus erat Apostolus in gratia confirmatus, erat excellens in sanctitate; & ex alio capite Ecclesiae Principatum, & iurisdictionem vniuersalem pascendi oves Christi habebat; at non sequitur illius successorem, in Ecclesiae Principatu, & in iurisdictione fideles pascendi, Apostolum in gratia confirma-

tum, gratiam miraculorum habentem, & in eodem gradu sanctitatis, ac perfectionis esse debere: quia illa in principio Ecclesiae, erant necessaria, erant enim Apostoli primi Ecclesiae Fundatores: vnusquisque secundum gratiam, quam acceperat: nunc autem Ecclesia creuit, & seruit, satis est illi eius caput visibile eandem potestatem, & iurisdictionem in ordine ad omnes fideles regendos, seu pascendos, sicut Petrus habuit, possidere; nam in hoc tantum succedunt Petro, Romani Pontifices, sicut suo loco in disputationibus de primatu Petri, & de Romano Pontifice dicemus. Præterquamquod omnes Summi Pontifices, sicut sunt semper ætate maturiores; sic prudentia, virtutibus, bonitate, ac sancta voluntate, diligentique cura super oves Christi, pollens.





LIBER SECVNDVS.
DE SVMMO PONTIFICE
CAPITE ET VNIVERSALI
PASTORE
MILITANTIS ECCLESIAE.



DISPVATIO PRIMA.

*An Christus Dominus Petro tantum,
& non ceteris Apostolis dederit
vniuersalis Ecclesiae prima-
tum, ac principatum.*



DORIE Saluatoris Nostri Dei iniquus amulus, & humani generis perniciosissimus hostis Diabolus; tali odio, tantaque rabie Ecclesiam Christi persequitur, quod licet illam à Terra auferre impossibile esse, certò sciat: tamen eam extinguere,

& proinde Mundum varijs hæresibus, & erroribus cæcæ reddere, & obscurum, tentare non cessat, vel ut ex multis Prouincijs illam saltem excludat, omnè adhibet astutiam. Sed quæ aptior via ad id obtinendum, quam à grege Christi auferre Pastorem, ut deinde veniat, & oves disperdat: seu militiæ Christianæ opprimere Ducem, & acineps omnibus militibus præ vilissimis mancipijs potitur? Hinc est quod per omnes hæreticos, qui Satanæ sunt ministri, primatum, potestatem ac dignitatem Summi Pontificis oppugnant, spernere, & contumelijs oborari præsumit: cumque nullum locum in Ecclesia habere, imò extirpandum affirmare impudentissimè audeat: ut postea varias chimeras opiniones superfeminare, & facili sit negotium: nam ablato à grege Pastore, lupis læciuere super oves, illasque conculcare, nulla difficultas. Quapropter omni diligentia, & ordine in hac materia procedendum est, ut aperte quisque rei veritatem, & Sectariorum infelicem astutiam, ac voluntariam cecitatem dignoscere valeat.

Solent Doctores hic disputare, quod sit optimum regimen, an scilicet Monarchicum, an Aristocraticum, vel Democraticum: vnde postea colligunt, cuius generis sit Ecclesiae regimen. Ego autem, ut verum fatear, videri esse hanc disputationem, sed non simpliciter necessariam, affirmabam quia licet certum sit, quicquid dicant Sectarij, Monarchicum regimen ceteris præstantius esse, at tamen quod Deus statuit spectandum est. multa enim quæ meliora fuissent Deus operari potuit, quæ tamen inferioris conditionis sunt fecit: sic à pari, licet Monarchia sit nobilior, potuisset tamen Deus simplicem Aristocratiam in Ecclesia sua instituire. Itaque congruentia hæc de meliori regimine, primatum Petri, & Romani Pontificis eius successoris efficaciter non concludit: eo vel maxime, quia aliandè validissimas rationes, & auctoritates ad id probandum habemus: & Deum sic statuisse firmissimè continet. at tamen super huiusmodi re breuiter discurremus.

Ratio de nobilitate speciei regiminis non est efficax in hac materia.

Tres autem sunt simplices formæ regiminis, scilicet Monarchia, Aristocratia, & Democratia: quæ quia inter se permisceri possunt, plures regiminis formæ oriuntur, & præcipue ea quæ in Ecclesia reperitur, mixta scilicet ex Monarchia, Aristocratia, & Democratia; & hac stante hominum conditione, vtilior ac nobilior existit omnibus alijs: nam cum vnus omnibus vbique præesse immediate non possit, per alios subditos regere, & pascere debet; qui si ita amouibiles à regimine fuerint ad nutum Monarchæ; adeo quod respectu illius regiminis nullum habeant perpetuum ius, ut accidit in Turcarum Imperio; non erit valdè gratum; quia illud regimen plus amatur, cuius multi participes esse possunt; quod tunc diligentius, & maiori dilectione tenetur, & conseruatur, cum ita perpetuum illud ius se possessum quisque cognoscit quod

Triplex est forma regiminis.

Cur diabolus Summi Pontificis potestatem per hæreticos impugnet

Quo dicitur regimē
militis sit praefan-
dior.

quod non accidit in Monarchia simplici. Aristocrati-
cam autem regimen non est adeo bonum, nec fir-
mum, cum sit plurimum optimatum, qui inter se sunt
pares; quamobrem dissensiones facile inde oriuntur.
Hinc Philosophus lib. 12. Metaph. ait. *Pluralitas prin-
cipiorum, & principatum mala.* Et experientia id do-
cet ex his, quae Romanae Reipublicae eucnerant, tē-
pore quo in ea vixit Aristocratiā; quod ipsimet cog-
noscentes, aliquando Dictatorem, qui Monarcha
erat, eo tempore, quo tali fungebatur officio, creare
necessitate urgente, cogebantur; ut versatis in vete-
rum historijs patet. Democraticum verò regimen
infimum est; ac ipsimum, cum omnes ius admini-
strandj habeant æquiter, ut testatur Plato in Politi-
co vltimè medium; est enim materia seditionū, & cau-
sa ruinae: quid enim boni in Vulgi arbitrio contineri
potest? idcirco natura docet ad vnum transferendum
esse dominium, vel saltem ad paucos; ad tumultus vi-
tandos, & ordinatè viuendum.

In Ecclesia est
regimen.

In Ecclesia autem esse regimen necessariò asseren-
dum est, quia cœtus est hominum, qui ordinatè vine-
re debent: hoc autem absque regimine aliquo fieri
non potest. Idque sæpissimè Scriptura sacra testa-
tur. Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo
vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam
Dei.* & Ioan. vlt. *Pasce oves meas.* & alibi frequen-
ter. Hoc autem regimen, ut à Deo statutum fuit,
Monarchicum est, temperatum tamen cum Aristoc-
ratia, & Democratia. Et non esse purè Democrati-
cum patet, quia in Democratico, magistratus à plebe
potestatem sumit, & ab eadem puniri, & deponi po-
test; pastores autem Ecclesiae vltimè à plebe potestatem
accepisse, aut ab illa depositos, vel aliquando punitos
fuisse, nunquam legitur in Scripturā, nec apud histo-
ricos: imo totum oppositum: nam Apostoli à Chri-
sto auctoritatem, & Episcopi ab Apostolis acceperunt,
& sic deinde à Papa successiue vsque in hodiernū
diem: vnde Paulus Christianæ plebi ad Hebr.
13. sic præcipit; *Obedite præpositis vestris, &c.* & Act.
20. inquit, quod *Spiritus sanctus posuit Episcopos re-
gere Ecclesiam Dei.*

Regimen Eccle-
siae non est De-
mocraticum.

Non est purum
Aristocraticum.

Neque est purum Aristocraticum: quia Optima-
tes Ecclesiae, ut sunt Episcopi, nisi Monarcham super
se haberent, vnde potestatem sumunt, & cuius cor-
reptioni subiacent, debuissent aliquando communi
consensu aliquem magistratum constituere, ut ea quæ
continuo expediunt Vniuersitati Ecclesiae, decerneret,
& iudicaret; quia optimates, ut tales, cum sint inter se
pares, nemo errantem aliquem illorum corrigere va-
leret: Nec singulis mensibus, vel annis posset vniuer-
sa Ecclesia in Concilij congregari ad sumilia remedia
exhibenda. At quia omnes, ut infra probabimus, ab
vno dependent, qui est Petri successor, & vniuersalis
Ecclesiae pastor, inde patebit regimen Ecclesiae non
esse purum Aristocraticum; sed Monarchicum, mix-
tum cum Aristocratiā; quia sub Pontifice sunt mul-
ti Optimates, scilicet Episcopi, & Archiepiscopi, cæ-
terique Prælati, qui ius perpetuum habent in regimi-
ne Ecclesiae. Et cum Democratia; quia quasi omnes
de plebe ad dignitatem prælationis vocari possunt;
multique ius habent nominandi, & deputandi Pasto-
rem suum, licet non tribuendi illis auctoritatem, &
iurisdictionem, vel ordinem. Hæc breuiter de specie-
bus regiminis dicta sint.

Regimen Eccle-
siae est Monarchi-
cum, mixtum est
Aristocratiā, &
Democratia.

Nunc autem Monarchicum regimen positum fuisse
à Christo Domino in Ecclesia sua demonstrandum
erit: quod idem est ac affirmare, ipsum Dominum

Petro tantum, & non cæteris Apostolis, Ecclesiae vni-
uersalis principatum tribuisse; seu Petrum tantum
totius Ecclesiae caput, & principem loco Christi, ab
eodem fuisse constitutum. Et loquimur in præsentem
de potestate spirituali in ordine ad salutem æternam
consequendam, ut inferius suo loco dicemus, cum de
qualitate Pontificiæ potestatis discurremus; nam de
temporali potestate, cuius finis est pax ciuilis, & sa-
cularis vtilitas, erit particularis Tractatus: ponitur ita-
que hæc conclusio.

Præterea est Petrus
etiam Apostolorum
caput.

Ecclesiae vniuersalis principatus, & regimen, datus
fuit à Christo Domino tantum Petro, & non cæteris
Apostolis. Probatur primò, ex firma promissione,
eidem à Christo Domino exhibita, quæ legitur Mat-
th. 16. *Beatus es Simon Bariona, quia caro: & sanguis
non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in calis est: Et
ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram
adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prouale-
bunt aduersus eam: & tibi dabo claves Regni Calorum;
& quodcumque solueris super terram, eris solutum, & in
Calis.* Ex quibus patet primò Christum Dominum
tantum cum persona Petri singulariter, & non cum
omnibus Apostolis loquutum esse; ratio est, quia Pe-
trus erat filius Ionæ, & non cæteri Apostoli; nam Iy,
Bar, Hebræum vocabulū est, Latine significat filium:
vnde Diuina prouidentia factum cernimus, ad cau-
laciones Sectariorum conterendas, nomen patris Pe-
tri appositum fuisse: & reuera ibi Petri persona tali-
bus conditionibus describitur, quibus à Notarijs, seu
scribis, qui contractum aliquem componunt, descri-
bi solent, nam ponitur nomen proprium, & deinde
nomen patris.

Præterea, nomen Petri nemini Apostolorum ap-
propriatum est sicut Simoni, ergo manifestum est
Christum Dominum cum singulari persona Petri, &
non cum Apostolis tunc loquutum fuisse. Cum autē
dicunt Sectarij, quod de fide circa Christi diuinitatem
hic factus sit sermo; ineptissimè loquuntur: quia fides
non est filia Ionæ, sed Simon. Secundò, nomen Pe-
tri seu lapidis, Simoni in perpetuum appropriatum
est, & non fidei. Et ipse filius Ionæ, postea dictus, &
nominatus fuit Petrus, ita ut illius proprium nomen
extiterit. Vnde Concl. Calced. Act. 3: Petrum pet-
ram, & crepidinam Ecclesiae Catholice appellat: er-
go contra expressum sensum Euangelij est, asserere,
de fide ibi esse loquutum, vel omnibus, & non tantum
Petro dictum fuisse.

Nomen petri seu
lapidis, tantum
Simoni impositum
fuit.

Nunc igitur videamus quid persone Petri Chri-
stus Dominus promiserit. Sequitur: *Super hanc pe-
tram edificabo Ecclesiam meam.* Et est notandum,
quod licet nos legamus in sexto Latino, *Tu es Petrus;*
id factum fuit, quia illi dictum est, qui est generis
masculini: at Hebraicè, & Siniacè, quæ idiomate
Christus Dominus loquebatur, legitur, *Tu es cepha;*
id est petra; hinc est illam replicationem, & *super hanc
petram,* etiam de persona Petri intelligi. Quod igitur
promittit persone Petri quod super illum ædificabit
Ecclesiam suam. Modus iste loquendi metaphoricus
est; est enim quædam similitudo; quia sicut omne
ædificium innixum est super fundamentum, ita vni-
uersalis Ecclesia persone Petri, & potestati illi à Chri-
sto traditæ, innixitur; quibus ablatis omnis Ecclesia
rueret, sicut ablato fundamento, domus destruitur.
Et sequitur; *Tibi dabo claves Regni Calorum;* semper
enim loquitur cum singulari persona Petri; nam dicit
tibi dabo, & non vobis; & quid dabit? claves: scilicet
Regiam potestatem, seu principatum; sic enim legi-
tur

Cur Simoni dicitur
Petrum & non
petrus.

Quid sit edificatio
Ecclesiam super
Petrum.

Claves quid significent.

Matth. 22. *dabo clavem domus David super humerum tuum.* id est principatum & potestatem; nam paulo ante Propheta dixerat; *& potestatem tuam dabo in manus eius;* est enim metaphora, quis sicut ille, qui habet clavem domus, est dominus illius; quia potest in illam intrare, & alios intrmittere, vel excludere; ita Petrus dominium vniuersalis Ecclesie possidet. Et sequitur, *quodcumque ligaueris, &c.* verba hæc supremam potestatem leges ferendi, dirigendi, coercendi, &c. apertissime inuoluunt. nam principes non ligant homines funibus, sed modo prædicto. Patet itaque Christum Dominum firmissimè singulari personæ Petri Ecclesie vniuersalis regimen, & principatum promississe, sensatis patet.

Ligare & soluere, quid significet.

Nunc autem de facto ei hoc fuisse concessum, quod prius illi fuerat promissum probabimus. Nam Christus Dominus post resurrectionem suam, antequam ad caelos ascenderet, loquens cum discipulis suis, loquens cap. vii. Petrum præ cæteris alloquutus fuit dixitque illi. *Simon Ioannis diligis me plus huiusmodi? id est, o Simon fili Ionæ diligis me plusquam cæteri Apostoli, ac discipuli? Dicit ei, etiam Domine tu scis, quia amo te, dicit ei: Pasce agnos meos. dicit ei iterum. Simon Ioannis diligis me? ait illi. etiam Domine, tu scis, quia amo te. dicit ei. Pasce agnos meos. dicit ei tertio. Simon Ioannis amas me? contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio. amas me? & dixit ei, Domine tu omnia nostis, tu scis, quia amo te: dicit ei: Pasce oues meas. Sed quid significet illud, *Pasce oues meas*, ex alijs Scripturæ locis intelligemus; ubi inuenimus idem esse pascere, homines quam regere, dirigere, & principatum super eos habere; vt patet ex epist. 1. Petri 5. *Pascite, qui in vobis est gregem Dei, providentes non carnaliter, sed spontaneè, secundum Deum:* ubi pascere sine dubio regimè, seu gubernationem significat: quæ ne sit violenta, subdit: *non dominantes in Cleris.* sic etiam 2. Regum 5. legitur, *Dominum Dauidi dixisse. Tu pasces populum meum Israel, &c.* *tu eris dux super Israel.* & cap. 7. habetur: *Nunquid loquens loquutus sum ad unam de tribus Israel, cui præcepi, ut pasceret populum meum Israel?* & statim hoc declarat perca, quæ subdit: *Ego tuis te. da pasceis sequentem greges, ut esset dux super populum Israel.* ergo Pastor hominum idem est, quod princeps illorum. Et Dominum tantum Petro hanc potestatem dedisse patet; quia à Petro tantum requiritur amorem præcipuum super alios, ergo quando subfert *Pasce oues meas*, omnibus esse loquutum intelligi non debet: nam datur proportio inter antecedens, & consequens; etenim si dixerit fortè, vis diligèntior esse in meo seruitio super omnes seruos meos, & ille affirmet, & ego subinteram, accipe igitur claves horrei, & cellarij mei; si aliquis dicat tunc, me æqualiter omnibus seruis eodem modo claves prædictas, dedisse, insipiens erit: sic à pari. Adde quod Petrus tantum contristatus est: & ille solum vocabatur filius Ioannis, seu Ionæ. Et illi tantum dixit, *Cum sederis ad dexteram meam, &c.* ergo illi tantum dixit, *Pasce oues meas.* res est manifesta.*

Quandò et factò Saluator conuulsit Petrus supremam potestatem super Bedeam.

1. Petrus quid significet.

Subscriptum epistolæ.

Huic argumento validissimo, & inexpugnabili omnes Sectarij respondent, per illa verba, *Pasce oues meas* Christum Dominum Petro tantum potestatem prædicandi verbum Dei dedisse, & nihil aliud: Eo quod prædicatio est cibus animarum; sed hæc responsio est verè inepta, & inanis: nam quædò Dauid dixit Deus, *Tu pasces populum meum Israel:* non fecit eum prædicatorem verbi Dei, sed Regem, & Principem vniuersum illum constituit: sic à pari. Præterea Christi

us Dominus Petro id tribuit, quod ante promiserat: Matth. 16. vt dictum est supra: at id quod promiserat, scilicet potestatem ligandi, soluendi, &c. de prædicatione verbi Dei intelligi non potest, vt legenti patet, ergo ineptissima est hæc responsio, & sanè puerilis. Præterea hanc potestatem prædicandi Dominus, æqualiter omnibus Apostolis dederat Ioan. 20. *Sicut misit me Pater, & ego misit vos.* & Matth. 28. *Euntes ergo docete omnes gentes, &c.* vt quid ergo à Petro requirere tanta diligentia amorem præcipuum supra cæteros, si tantum potestatem prædicandi æqualem eum alijs dare voluisset, cum præterea illam simul cum cæteris iam accepisset? O cæci Sectarij offenditis in moes.

Secundò, probatur Conclusio per id, quod legitur Lucæ 12. postquam Christus docuit Apostolos modum, quo qui est superior, cum minoribus se gerere debet: subdit: *Simon, ecce Satanai expetuit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autem rogam pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquandò conuersus confirma fratres tuos.* quibus verbis nimis apertè patet Petrum fuisse cæteris Apostolis prælatum, nam illi onus confirmandi in fide alios Apostolos iniunxit, quos licet Spiritus sanctus docere deberet, tamen sub confirmatione, & doctrina Petri omnes subijcit. etenim eodem modo, quo Petro præcipit, vt alios confirmet, etiam alijs, vt doceri, & confirmari fiant mandat: & de rebus fidei loquitur, quod magis interest. & locus iste est magni momenti: nam præcipit Petro, vt circa fidem fratres suos confirmare debeat: putà Apostolos, & fideles, & consequenter cæteris Apostolis, & fidelibus, vt illū tanquā magistrū infallibilè cognoscant præcipit ergo Petrus erat super omnes capus, Princeps, & magister.

Petrus omnes Apostolos confirmare debet in fide.

Tertiò probatur, per mutationem nominis factam in illo; hoc enim sine grandi mysterio fieri non potuit. nam in Scripturis sacris cum legimus Deum alicui mutasse nomen, tunc eidem maximam contulisse dignitatè, & honorè eximium, constat. sic de Abraham legitur Gen. 27. qui primò Abram, deindè Abraham à Deo dictus est eo, quod pater multitudinis gentium per fidem futurus erat, ex quo Christus secundum carnem erat nasciturus, scilicet ex B. Virgine, quæ ab Abraham traxit originem. sic Iacob Gen. 32. vocatus est Israel post luctum habitam cum Angelo. sic Christus filiorum Zebedi nomen mutauit, eos Boanerges, idest filios tonitrui, vocando; quos deindè post Petrum multum honorauit: nam illos assumpsit testes suæ transfigurationis & passionis suæ instantè, eos ad orationem secum duxit. Cui autem Christus imposuerit Simon mirabile nomen, scilicet Petrus, quod tantum de eodè Christo dictum est, *Lapis angularis, & lapidem, quem reprobauerunt ædificantes,* Psal. 117. *Petra autem erat Christus* 1. Cor. 10. *Lapis offensiuus, & petro scandali:* Mat. 8. *abscessus est lapis de monte sine manibus:* Dan. c. 2. & alibi pluries, quid hoc significet, & Sectarij? Christus dat Simoni suum nomen, ergo facit illum vicarium suum, ergo dat illi vires suas; seuprincipem, & vniuersalem Ecclesie militantis pastorem constituit; velint nolint Sectarij.

Mutatio nominis facta à Deo magnam mysterium includit.

Quartò, probatur ex exercitio huius supremæ potestatis concessæ: nam post Ascensionem Christi, vt habetur in Act. cap. 1. Petrus eligendum esse aliquem, qui in Apostolorum locum Iudæ proditoris teneret de creuit: sic enim dicitur ibi: *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit: Vni fratres oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, &c.* & subdit *oportet ergo ex his viri, qui uisitati sunt congregati in omni separe, &c.* vnde ipsū esse caput & prin-

Petrus exercitio manus Pastoris vniuersalis.

DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA

et principem totius Ecclesie, quae ibi erat congregata, aperuissimè colligitur: nam ibi legitur: *Eras autem turba hominum simul ferè centum viginti.*

Quintò probatur per quasdam prerogativas Petri, super ceteros Apostolos collatas: quae simul super Petrum vniuersalis Ecclesie principem constitutum fuisse demonstrant. Nam quaecumque in Euangelio nomina Apostolorum recensentur, semper primo loco ponitur Petrus, licet Andreas primò à Christo ad Apostolatam vocatus fuerit, & senior fuerit; vt scribit Epiphanius heresi si. Secunda est ex reuelatione, & confessione mylterij Incarnationis, & Diuinitatis Christi, tanquam illi, qui fratres suos in fide semper cõfirmare debebat: vt legitur Matth. 16. *Tu es Christus filius Dei viuis, &c. Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, &c.* Tertia est, quia Christus resurgens, primò Petro apparuit, vt colligitur ex illo Lucæ 24. *Surrexist Dominus verè, & apparuit Simoni.* & 1. Cor. 15. *Quia resurrexist tertia die secundum Scripturas, & quia visus est Cepha, & post hoc vndecim, deinde & mihi, &c.* Quarta, quia Petrus post acceptum Spiritum sanctum primus omnium promulgat Euangelium, & in prima illa prædicatione tria millia hominum conuertit, vt legitur in Act. cap. 2. Quinta, quia primus inter Apostolos miracula fecit: Act. 3. quando claudum hominem sanum reddidit, licet tunc cum Ioanne, Apostolo simul esset. Sexta, cum Act. cap. 5. Ananiam, & Saphirã tanquam supremus iudex, verbo suo puniuit. Septima, quia Act. 10. primus gentibus Euangelium prædicare cepit: Sicut omnium primus Iudæis prædicare inchoauerat, vt ipsemet testatur Act. 15. reuelauit enim illi Deus, antequam Cornelius intraret ad eum, per vas plenum animalibus immundis è cælo immissum, Gentibus euangelizandum esse. Et quamuis Act. 8. Philippus Eunuchum Regine Æthiopum baptizasset, tamen ille non erat gentilis, sed profelytus, idest conuersus ad fidem Hebræorum; patet quia legebat librum Isaiæ, & venerat adorare in Ierusalem. Et licet etiam Paulus Act. 9. verbum Dei gentilibus loqueretur, & disputaret cum Græcis; tamen nemini euangelizabat nisi Iudæis, qui Græci dicebantur, quia in Græcia nati fuerant. & hoc patet, quia Petrus, qui primò hoc fecit, interrogatus fuit, quasi rem nouam fecisset, & indecentem. Octaua, quia pro Petro constituto in carcere, Act. 12. vniuersa Ecclesia orabat; quod non fecit pro Stephano, & pro Iacobo in eodem discrimine constitutis; quia aliud est minora membra, & aliud caput perdere. Nona est, quia in Concil. Act. 15. Petrus primus loquitur, & omnes eius sententiam sequuntur; licet Iacobus, qui ibi manebat, esset Episcopus Ierusalem. Decima illa est, quae legitur Marc. ultimo, cum Angelus mulieribus visitantibus sepulchram apparuit; illisque dixit: *Resurrexist, non est hic: ecce locus ubi posuerunt eum: sed ite, dicite discipulis eius, & Petro.* Notandum est, quod nomen Petri excipitur, & exprimitur; ceterorum autem nomina non apparent. Ex his igitur prerogatiuis Petrum supra ceteros Apostolos à Christo Domino primatum recepisse colligitur; quapropter tanquam vniuersalis Ecclesie vrbis principis, omnibus in rebus prelatusecnerit.

Sextò, probatur testimonio quatuor primorum Generalium Conciliorum; & primò ex Can. 3. Concil. Sardicenis Generalis, quod dicitur appendix Concilij Niceni: vbi Patres cognouerunt appellatio-

nes fieri debere ad Romanum Pontificem, tanquam supremo Iudici, ad honorandam memoriam S. Petri, quod nec sequeretur, nec consonus esset sermo, nisi Petrus Apostol. & vniuersalis Eccl. fuisse Princeps.

Secundò, ex Conc. Ephesino Act. 2. vbi coram tribus Patribus Philippus presbyter Legatus Apostolicæ Sedis dixit: *Gratias agimus sancta Synodo, quod lateris sancti, beatusque Papa nostri reuerentia, sancto cantus, sancti vestri vocibus, sancto vestro capiti exhibueris; nõ enim ignorat vestra Beatitudo, totum fidei, & etiã Apostolorum caput esse B. Apostolum Petrum, &c.*

Et Act. 3. postquam lecta fuit depositio Nestorij, instantibus Legatis Apostolicæ Sedis; Philippus presbyter, & Legatus dixit. *Omnibus sacula notum est; quod Sanctus, & Beatissimus Petrus Apostolorum Princeps, & caput, fideique columna, & Ecclesia Catholica fundamentum à Domino nostro Iesu Christo clauis Regni accepit, soluendique ac ligandi peccata, potestas ipsi data est; qui ad hoc usque tempus, & semper in suis successoribus viuis, & iudicium exerceat.*

Tertiò, ex Concil. Chalced. Act. 3. cum lata esset sententia damnationis contra Dioscorum; Paschasius Legatus Apostolicæ Sedis, scilicet S. Leonis Papæ, argumentibus omnibus Patribus, dixit: *Sanctissimus, & beatissimus Archiepiscopus magna, & seniorum Romanæ Leo, per nos, & per presentem Sanctam Synodum, unã cum ter beatissimo, & omni laude digno B. Petro Apostolo, qui est petra, & crepulo Catholica Ecclesia, & recta fidei fundamentum, nodante eum tam Episcopatum dignitate, &c.* ex quibus locis patet Sanctam Dei Catholicam Ecclesiam, quæ antiquo tempore fuit, hanc veritatem tenuisse, firmiterque credidisse: qui igitur ab hac veritate recedit, ipsum à fide antiquæ Ecclesie Dei apostatare, manifestum est.

Septimò, probatur testimonio Veterum Patrum, seu Doctorum. Ambrosius in exposit. epist. ad Galat. tom. 3. inquit de Paulo: *Dignam fuit ut cuperet videre Petrum, qui primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam Ecclesiarum.* Et hb. 10. in Lucam cap. 24. inquit: *Dominus nõ tubit abas, qui interrogatus non vsi disceret, sed, ut doceret, quem edendum in Calum amoris sui nobis vobis Vicarium relinquebat.*

Chrylost. hom. 87. super Ioan. tom. 3. ait. *Quod autem maxime Diuini nobis amorem cõcibus, est proximi dilectio, quam à Petro Christus excipit: nam cum finem tibi fecisset, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioan. ni diligis me plus huius? dicit ei: etiam Domine, nõ scio quia amo te. dicit ei: Pasce agnos meos. Quid tandem alijs omisiss de his dicitur Petrum assatur? Quod vrbis Apostolorum, & Princeps, & vertex ipsius carnis; propterea & Paulus omni prouit alios visurum ascendit. Et in 2. hb. tom. 3. super Act. Apost. to. 3. super illud, Exurgens Petrus in medio discipulorũ, ait: *Quam est feruor quæ agnoscat creditũ à Christo gregẽ? quia in hoc ebor Princeps est! & ubique primus omnium incipio loqui.**

August. tom. 9. num. 83. litt. H. inquit: *Quis enim nesciat primus Apostolorum esse Beatissimum Petrum? & lib. 2. cap. 1. de Baptismo tom. 7. inquit: Puto quod sine vlla sua carnalia Cyriacus Episcopus Petro Apostolo comparatur, quantum attinet ad martyrii gloriam: ceterum magis reueri debeo, ne in Petrum carnalia sine existam. Quid enim nescit illum Apostolatus principatum cuiuslibet Episcopatus praeferendum? Sed & si distat castitatem gratia, vna est tamen martyrii gloria.*

Hieron. in comment. super Amos c. 4. to. 5. vocat Petrum, Principem Apostolorum. & in commentarijs super

Andreas Apostolus fuit senior Petrus.

In multis prerogatiuis Petrus cognoscitur omnium Princeps.

Testimonium solumne primitiuæ Ecclesie Catholice.

super Psal. 115. tom. 7. inquit: *Hanc Pſalmum de poſi- ſione Chriſti referunt, quando omnes Dominum reli- querunt, in tantum ut Petrus quoque, qui Apoſtolorum ſui princeps, negaverit.*

Origenes in cap. 6. ad Rom. ait: *Petro cum ſumma verum de poſitu omniſi tradiderit, & ſuper ipſum, & elus ſuper terram, fundaretur Eccleſia, nullius conſeſſio, ſortibus alterius ab eo, niſi charitatis, exigitur.*

Baſilius ſerm. de Dei iudicio, de Petro ſic ait: *Ille beatus, qui ceteris praelatus diſcipulis ſuis, cui claves Re- gni caeleſtis commiſſa, &c.*

Tertullianus lib. de praſcriptionib. haeret. inquit: *Nihil latius. Petrum adſcenda Eccleſia petrum dictum, claves Regni Calorum conſequutum, & ſolvendis, & al- ligandis in Calis, & in terris poteſtatem, &c.*

Theophylactus in cap. 22. Lucæ, ſuper illud, *Conſi- ma fratros vros, ait: Plenus huius intellectus u eſt, quia de habeo, ut principem diſcipulorum, poſtquam negato me ſtenueris, & ad penitentiam veneris, conſirma ceteros, hoc enim decet te, qui poſt me Eccleſia petra es, & fun- damentum.*

Gregorius hom. 2. r. inter 40. lit. S. ait: *Qua in re conſiderandum eſt, cur omnipotens Deus, cuiusquem cū- ſa Eccleſia praefera diſpoſueras, ancilla vocem petri- meſcere, & ſeipſum negare permiſiſ; quod ammirabile magna actum eſſe pietatis diſpenſatione cognoviſimus, ut is qui futurus eras Paſtor Eccleſia, in ſua culpa diſceres qualiter alijs miſereri debuiſſet. & lib. 4. epiſt. 76. lit. H. ait: *Ecce Petrus claves Regni Caeleſtis accipit, pote- ſtas ei ligandi, & ſolvendis tribuitur, &c. & paulo antea dixerat: Cunctis Euangelium ſcientibus liquet, quod vo- ce Dominica, ſancto, & omnium Apoſtolorum Principi Petro Apoſtolo totius Eccleſia cura commiſſa eſt.**

Patres hæc ſcripſerunt non noua componentes, quia ſanctorum Patrum noua excogitare conſuetudo non fuit: nec cum diuerſas orbis Provincias coluerint concordēs fuiſſent: cum diuerſa ſint hominum inge- nis: ea itaque confirmabant, quæ tunc vniuerſalis Eccleſia Chriſti credebat. ergo antiqua Eccleſia Catholica ita credit: ergo Eccleſia Romana, quæ idem credit, & docet, eſt Eccleſia Catholica; igitur oppoſi- tum defendentes ſunt hæretici. Nec valet occurrere, ſacram Scripturam antiquam eſſe, & Apoſtolicam, eoſque illam ſectari. Inanis enim eſt huiusmodi oc- curſus, quia non de veritate ſacræ Scripturæ; ſed de illius intelligentia diſſerimus: quæ cum poſſit eſſe multiplex, ut experientia ſemper docuit, ob varias Sectas, olim ortas, quantum vnaqueque, ſacræ Scri- pturæ ſenſum pro ſe traxit; quæ ſit illa, quam antiqua Eccleſia Dei habuit, quaerimus. Nos itaque per vni- forme antiquorum Patrum teſtimonium hanc fuiſſe, quam nunc credit, & docet ſancta Romana Eccleſia, demonſtramus, & ſic illam eſſe Eccleſiam Catholicam, & conſequenter ceteras adunationes, Sectas eſſe, ac Synagogas perditorum hominum, aperimus: cum contra Eccleſiam non ſit ſalus.

Argumenta autem illorum contra Petri, & Roma- ni Pontificii primatum, quamplurima ſunt, ſed pla- ne ridicula, & inepta; ut certiffimè vir ſenſatus aper- te cognoſcat, non à ratione, ſed ab hæretica prauitate ea emanare. Vnde non omnia, cum futile ſit paginas huiusmodi ineptijs implere, ſed illa tantum, quæ ali- quid probare videntur, adducam.

Prima obiectio eſt: Omne corpus, ne monſtruoſi ſit, vnum debet habere caput: Eccleſia autem eſt vnum corpus, ut legitur ad Ephel. 1. *Et omnia ſubieciti ſub pe-*

ribus eius, & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſum. ergo vnum debet habere caput: ſed Chriſtus eſt caput Eccleſia, ergo non Petrus.

Verò Sectariorum argumenta idem fidei Catholice conferunt, quod obiectioes, quæ aſſertuntur in ſcholis contra veritates ſpeculatiuas, ſunt enim conſe- vt magis veritas explicetur, & ſtabilitur, & ſi ad aperte cognoſcitur. illas obiectioes eſſe tacite & oc- gitateſ proſine prædicto; ſicut ſancti viri cognoſcunt Sectariorum ſyllogiſmos eſſe tantum ad prauitate he- reticam expoliendam, & circumtegendam adiuuandos.

Nam quis putabit nos Petrum Chriſto principali Ec- cleſia caput æquare? & quis non cognoſcet, quod ſicut Rex ſit ſupremū caput ſuorum Regnorum, tamen in parti- culari regno. Prorex erit etiā caput, ſed ſubordinatū; non primariū ſed vicariū. Præterea Chriſtus dicitur Caput corporis Eccleſia per ſimilitudinē, ſicut Eccleſia metaphorice dicitur Corpus; quia ſicut patet, non eſt verè corpus, ſicut corpus hominis. Caput autem verū, & naturale hominis, dupliciter hominē regit: primo per internū influxū, nam ex illo fluunt ſpiritus in om- nes corporis partes: ſecundo per extrinſecā directionē, ut ei organa potentiariū in eo ſint, omnia meſt adiu- git, ut dicitur, & non cæco modo ſuis ſingulis mune- ribus. Ita à pari, Chriſtus Dominus, qui eſt caput Ec- cleſia, dum in terris conuerſabatur, vtrumque regimen aſſumpſit: internum, quo ſuos per gratiā ſancti Spi- ritus dirigebat; & externum, quo eoiſde docebat, rege- bat, monēbat, corrigebat, & reprehēdebat, ac arguebat.

Primi regimen eſt illi proprium, & ſæper retinet: ſe- cundum communicauit Petro; eo quod ille aſcēſurus in caelum, futurus non eſſet in terris per præſentia natu- rale, & ſic ei munere fungi non poterat; vnde vicariū Caput neceſſario conſtituere debebat, ſicut de facto in- ſtituit; quod niſi inſtituiſſet, certè ad regimen Eccleſia externum exercendum deberet ipſe per aliquas horas diei in terras deſcendere, & deinde in caelum redire; quia ad ſedandas controuerſias, & tollenda ſchiſmata, Eccleſia ſupremo principe indiget, ſicut omnis Reſ- pub. vel Regnum, neceſſario caput vnum requirit; & omnis nauis vnū nauclerum: & hoc ſanis patet. Et cū dicunt: ergo Eccleſia eſt biceps, nam duo capita ha- bet, Chriſtum, & Petrum. Reſpondeo, quod eodem modo eſt biceps, ſicut ver. gr. Regnum Sicilia, quod habet Regem, & Proregē propter abſentiam Regis; ſic in facto, Eccleſia ob Chriſti abſentiam corporale, Vicarium illius habet. in quo ſenſu concedimus Ec- cleſiam duo capita tenere, ſed ſubordinata; primum, principale, & abſolutum; & ſecundum miniſteriale, & ſubordinatum: nam inquit Apoſtolus 1. Cor. 4. *Sic nos eſiſtunt homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpen- ſatores myſteriorum Dei.* Imo hoc modo Petrus cum Chriſto integrant vnum caput, ſicut Prorex cum Re- gem vnum principem.

Secunda obiectio. Paulus 1. Cor. 3. inquit: *Funda- mentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus.* & de Chriſto dicitur in Scriptura, quod eſt lapis angularis, & petra, &c. ergo hoc Petro non competit, cum ſit proprium Chriſti, & nullo modo poteſt dici petra, & fundamentū Ecceſia.

Hæc obiectio immediatè eſt contra Chriſti Do- minum; nam ipſe dedit Simonī nomen petra, quod Chriſto per ſe eōpetit. Igitur ob Chriſti doctrinæ de- ſenſionē, dico quod hæc obiectio cōcluderet, ſi Petrus alterius Eccleſia, quæ Eccleſia Chriſti eſſe petram, & fundamentum doceremus; a deo quod nouam Eccleſiam diſtingam, & diuerſam à Chriſti Eccleſia fundare,

Effectus eorum, quæ Sectarij obij- ciunt, quis ſit.

Caput Eccleſia duplex, primariū & Vicarium.

Necceſſitas Summi Paſtoris in Eccle- ſia militat.

Ratio eſſentia- apud viros ſa- pientes.

Sectarij immēdi- tē impugnant Chri- ſtum Dominum.

voluisset, nam hoc Paulus verbis illis docuit, neminem scilicet alteram Ecclesiam fundare, posse, in qua salus sit. at nos non ita credimus, nec affirmamus; sed Christum petram, & fundamentum, primum, & absolutum, Petrum verò fundamentum, & petram secundariam, vicariam, & relativam ad Christum dicimus: nam de Christo legitur Ioannis 1. *Ego sum lux mundi*; & tamen Matth. 5. dixit Apostolus: *Vos estis lux mundi*. de ipso legitur Ioan. 10. *Ego sum pastor bonus*; & tamen Ioannis 17. dixit: *Pasce oves meas*. ergo plures Christi; non sequitur: quia quod dictum est de Christo principaliter, absolute, & per se, communicatum est illis secundario, relative, ministerialiter, & dependenter.

Tertia obiectio. Paulus ad Rom. 12. ait quod *multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra*. ergo omnes fideles à Christo sumus membra, & nullum datur Caput, seu Vicarius Christi.

O infelix astutia? cognoscat amicus Lector Sectarios inanibus rationibus ductos, plebis multitudinem decipere, & perdere. Apostolus apertissime de omnibus fidelibus in ordine ad Christum loquitur, quia dicit: *Omnes unum corpus sumus in Christo*. in quo sensu concedimus Petrum esse nobis similem, quia non dicimus illum caput esse Christi, sed Ecclesie militantis; Christi autem membrum subiectum, sicut & nos. Præterea Apostolus dicit, *Si singuli autem alter alterius membra*. Verè ineptissima est hæc sequela, quam hinc Sectarij colligunt, ergo Petrus est similis nobis, & non est caput Ecclesie; nam caput etiam est membrum cæterorum membrorum; & cætera membra dicunt ordinem ad caput; & omnia membra dicunt ordinem ad invicem: ideo Caput multorum membrorum est caput: & sicut non sequitur, ergo caput licet sit membrum, non præeminet super cætera membra, ut principalior pars; ita à pari, Petrus est membrum corporis Ecclesie, sed principale membrum sicut est caput, præeminens omnibus fidelibus.

Quarta obiectio. Sicut caput, & reliqua membra hominis constituunt unum corpus integrum naturale, ita Christus, & Ecclesia constituunt unum integrum corpus mysticum, quod constat ex capite, & membris: ergo omnes, præter Christum, qui caput est, sunt membra corporis Ecclesie, ergo nullus præter Christum est caput Ecclesie.

Respondeo, exempla non currere quatuor pedibus, sicut Asina Balaam: nam si esset omnimoda similitudo inter corpus naturale, & mysticum, deberet corpus mysticum semper habere Christum sensibilibiter præsentem, sicut caput semper est corpori naturali coniunctum; hoc autem non fit, quia Christus nunc est nobis invisibilis, & *sedet ad dexteram maiestatis in excelsis*. In hoc itaque non currit paritas inter corpus naturale, & mysticum; quia corpus naturale, dempto capite, perit; Corpus mysticum remota sensibili præsentia Christi capitis sui, non destruitur. paritas autem in hoc præcipue consistit, quia sicut impossibile est corpus absque capite vivere, sic quia Ecclesia corpus sensibile est, nisi habeat etiam sensibile caput, scilicet Christi Vicarium, nec propter schismata, & hæreses, quæ ab isto iustissimo iudice, auferri non possent, nec extirpari; & per consequens non esset amplius Ecclesia. Hac igitur ratione aliud visibile, sed vicarium caput instituit, quod in ordine ad Christum est id, quod & cæteri fideles, in ordine autem ad fideles est caput, & princeps: quod de corpore naturali verificari nequit, nam dempto proprio ca-

pite, aliud vice illius, ex cera, ligno, vel cucurbita, poni non potest.

Quinta obiectio. Christus est *Sacerdos in æternum*, Psal. 109. Ergo non est necesse dare illi successorem, quia dato Vicario, & successore non est Sacerdos in æternum, seu non haberet perpetuum Sacerdotium: quod est contra Apostolum ad Heb. 7. dicentem sic: *Christus autem eo quod maneat in æternum sempiternum, habet Sacerdotium*. non dedit igitur Petro talè primatū.

O nobile argumentum; scrutemur subtilitatem. Rex est perpetuus Dominus Regni, ergo si discedat non potest cõtinuere Proregem: certè subtilis sequela. Seu dicamus sic: Sacerdotium Christi non cessabit sicut Sacerdotium Aaronicum: de quo Paulus ad Hebr. cap. 7. ait: *Translatio Sacerdotio necesse est ut & legem translatio fiat*. (nam hic est sensus illius Scripturæ) ergo non potest habere in terris Vicarium sui Sacerdotij, negatur consequentia. Hoc debent discernere Sectarij, quod aliud est Vicarius: aliud successor in regimine, Successor succedit in parigradu, & æquali potestate, ut successor in Imperio, & Regno: Vicarius autè non sic, quia minister est, & delegatā habet potestatem, quæ est Regis proprij. Concedimus Christi non habere successorem in Sacerdotio, & Pontificatu: sed negamus eum non dedisse Vicariū. Quapropter fides Catholica docet Petrum esse Vicarium, & non successorem Christi, Papam verò successorem Petri.

Sexta obiectio. Ioan. 14. *Parachismus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vobis docebit omnia, & suggeret vobis omnia quacumque dixerero vobis.* & cap. 16. *Si non abiero, Parachismus non veniet ad vos si autem abiero, mittam eum ad vos: ex quo patet, quod Spiritus sanctus missus est, ut esset loco Christi, & esset Vicarius Christi: ergo talis Vicariatus non fuit Petro, sed Spiritui sancto datus, quia idem officium duobus non confertur.*

Argumentum planè ridiculum. numquid per Sectarios Spiritus sanctus erit etiam Archipresbyter, vel Plebanus? nam à Sectarijs dicitur Vicarius. O cœcitatē! O malitiam! Vicarius est minor illo, cuius est Vicarius: sequitur igitur, quod Spiritus sanctus sit minor Christo; quod est hæresis Macedoniana, damnata in secunda Synodo Generali. Præterea licet gratia, & spiritualia dona approprientur Spiritui sancto, tamen à tota Trinitate pendent in genere causæ efficientis, quia sunt à voluntate Divina, quæ est vna in tribus: donum igitur datum Apostolis est à tribus Personis, & sic omnes tres Personæ huiusmodi Vicariatum obtinissent: & si sumatur Christus, ut Deus est, tunc Deus esset Vicarius Dei, & idem esset Dominus, & Vicarius Domini. Si sumatur Christus, ut homo est, tunc Deus esset Vicarius hominis, quod blasphemum est. *Iy, quem mittet Pater in nomine meo, ubi vis argumenti consistere videtur; idem est, ac interrogante, & petente; quia Christus advocatus est non sicut apud Patrem: vel ob meritum meum, sicut legitur Ioan. 14. Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, &c. Respondet, si Spiritus sanctus esset perpetuus Christi Vicarius, continuo idem manus sensibilibiter exercere deberet: quia esset Vicarius super Ecclesiam quæ est visibilis, ac sensibilis; hoc autem non fit: Vicarius igitur iste in persona Spiritus sancti evanuit.*

Septima obiectio. Christus Ecclesiam suam parimodo commendavit Petro, sicut cæteris Apostolis nam omnibus dixit, *Sicut me misit Pater, & ego mitto vos, item, Euntes docete omnes gentes*. de qua æqualitate inquit Cyprianus in tractatu de simplicitate

Successor, & Vicarius valde differunt.

Obiectio Sectariorum conclusio blasphemiam.

Quid sit Spiritus sanctus mitti in nomine Christi.

Quod membrum Ecclesie sit Petrus

Exempla non currunt quatuor pedibus.

Vetustas inter Corpus naturale, & Corpus mysticum Ecclesie.

Petrorum: *Hoc erant utique & ceteri Apostoli, quod fuit Petrus; pari consortio præsidi, & honoris, & potestatis; sed exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesia una monstretur.* Ergo Petrus non est Apostolorum princeps.

Respondeo, quod cum dicimus Petrum Principem esse Apostolorum, & vniuersalis Ecclesiae; non dicimus Petro tantum potestatem prædicandi, docendi, & baptizandi, de quibus loquitur Scriptura præallegata, datam fuisse; quia talis potestas æqualiter omnibus tradita fuit, cum per vniuersum mundum sonus illorum exire deberet; sed loquimur de potestate iurisdictionis, & regiminis, quam illi vt singulari personæ Christus contulit, vt probatum est. Apostolis enim complura munera commissa fuerunt, scilicet munus prædicandi Euangelium per vniuersum mundum, munus Sacerdotij, munus Episcopatus, munus dimittendi peccata in foro interno, munus miraculorum, munus linguarum, munus sanctitatis, & similia; quia hæc Apostolis fuerunt communia, non valet inferre, ergo omnes erant eiusdem potestatis, & iurisdictionis cum Petro; nam si dixerō: ego sum Doctor, ego sum Prædicator, ego sum Musicus sicut erat talis princeps, ergo habeo eandem potestatem, & iurisdictionem sicut ille, qui est princeps, falsum inferam; nam ego sum Ordinis Medicantium Sancti Francisci, & ille dominatur multis Ciuitatibus, & Prouincijs. aliud enim est loqui de iurisdictione dominij, & aliud de donis, & virtutibus, & similibus: ita in casu, in præcitate donis Apostoli fuerunt æquales: in iurisdictione autem, & potestate regiminis Petrus tantum est princeps, velint nolint Sectarij.

Octaua obiectio. Si Petrus à Christo talem principatum obtinisset, illum quandoque exercuisset. at nunquam exercuit, ergo signum est, quod illum nunquam habuit. Minor probatur ex hoc, quod omnes Apostoli instituerunt primos Diaconos, Act. 6. Secundo, quia Apostoli miserunt Petrum, & Ioannem in Samariam, ergo Petrus non erat super Apostolos, sed ad illorum arbitrium mittebatur, Act. 8. Tertio, quia Paulus, & Barnabas detulerunt quæstiones de circumcissione, non ad solum Petrum, sed ad omnes Apostolos, & Seniores; ad solum autem Petrum deferre debuissent, si ille fuisset supremus Ecclesiae princeps, & iudex controuersiarum.

Respondeo, hoc esse proprium Sectariorum; quæ veritatem ostendunt dissimulare, & ea sumere, vbi cauillationes faciendi habetur materia; nam exercitiū Primatus Petri in Scripturis sanctis manifestè habetur Act. 1. quando solum propria auctoritate conuocauit omnes Apostolos, & discipulos, pro electione noui Apostoli loco Iudæ proditoris. Cum primus promulgauit Euangelium in Hierusalem, Act. 2. Quando primus prædicauit gentibus Euangelium, eique primum Deus hoc faciendum reuelauit. Cum primus in Concilio Hierosolymitano protulit sententiam suam quam omnes sunt sequuti, licet Iacobus, qui Episcopus erat Hierus. ibi adesset: Hæc Sectarij tacent. Illa autem, quæ obijciunt facillè soluuntur, nam de facto præsentate Pontifice in multis generatibus Concilijs, ipse cum Episcopis multa decreuit, non sequitur tamè, omnes Episcopos æqualem potestatem cum Papa habere: nec hoc Catholici Episcopi dicunt, qui cum illo multa decernunt. Vcl quia Rex cum suis consilijs simul aliquid statuit pro salute Regni; non sequitur, ergo Consiliarij habent æqualem potestatem cum Rege, ita à pari, quia Petrus, & ceteri Apostoli iudi-

uerunt Diaconos, non sequitur omnes Apostolos in omnibus potestatem Petri retinere; nam tunc Petrus liberè id operari voluit cum Apostolorum consensu, quod absque illis exequi potuisset. Vnde Chrysost. Hom. 3. in Act. Apostolorum cap. 1. tom. 3. ait: *Quid? an non licebat Petro eligere? licebat, & quidem maxime. Verù id non fecit, ne cui uideretur gratificari.*

Ad secundum, scilicet de missione Petri, & Ioannis, dico illam missionem non fuisse præceptiuam, sed consultiuam; quemadmodum Consiliarij mittunt Imperatorem ad bellum, eo quod expediat pro Regno. Vt enim Samaria augmentum, & maiorem stabilitatem circa Christi fidem acciperet, Apostoli Petro persuaserunt, vt ipse tanquam omnium princeps accederet; vt Samantari magis in fide firmarentur.

Ad tertium, quod circumcissionis quæstio non fuit delata ad solum Petrum; id nullius momenti est; quia sicut nunc Ecclesia Catholica Concilia pro decisione alicuius quæstionis celebrat: & tamen omnes Episcopos esse æquales Papæ non affirmat; sic eo tempore, expediebat, vt omnis Ecclesia veritatem rei discerneret, & omnes cum Petro adunarentur, vt veritatem illam deindè vniuerso mundo prædicarent. Paulus autem, & Barnabas non tantum Petro id annunciare voluerunt, sed omni Ecclesiae, quæ erat in Hierusalem, vt vniuersæ Ecclesiae notum fieret; & non vt Petri primatui detraherent.

Nona obiectio: Ad Gal. cap. 2. legitur, Paulum in faciem Petri restitisse, quia reprehensibilis erat; at si Petrus fuisset caput Ecclesiae, Paulus fuisset arrogas, quod non est dicendum: ergo Petrus non erat caput Ecclesiae.

Locus iste potius concludit contra Sectarios, quæ contra nos; vt inferius patebit. Fatemur enim Petrum errasse, non tamen in fide, quia sic errare non poterat, iuxta Christi promissum: *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: Lucæ 22.* sed in conuersatione, & correctione, quia incautè simulabat Iudaismum; & ne offenderet Iudæos, offendebat Gentiles conuersos ad fidem. Vnde Apostolus dixit: *Situ cum Iudæis se gentiliter viuas, & non Iudæis, quomodo Gentes cogis iudicare?* nam statutum erat obseruantiam Legis Moisaicæ ad Euangelium non pertinere. Hac ratione dicebat Paulus: Tu Petrus Iudæus es, & non seruas amplius Legem Iudæorum, sed gentiliter viuas; id est, sicut illi Gentiles, qui Christiani facti sunt, qui Legem Moysis seruare non debent; quomodo cogis Gentes, qui Hebræi non sunt, Hebræorum Legem seruare in hoc? quia Petrus non in omnibus Legem Moysis seruandam dicebat, seu simulabat; sed tantum in mensa, & comestione ciborum, quos lex Moysis interdixit: nam dicebat Apostolus: *Præterquam quam uenirent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat: cum autem uenissent, subtraherebat, & segregabat se, timens eos, qui ex circumcissione erant.* id est, timens Iudæos conuersos offendere, & scandalizare, ne à fide declinarent. Ne autem Gentiles conuersi offenderentur in hoc: Paulus Petrum reprehendit super huiusmodi simulationem. Sed quomodo Sectarij colligunt ex hoc, quod Petrus non erat Apostolorum Princeps? nam Dauid fuit reprehensus à Ioab 2. Reg. 19. non sequitur, ergo Dauid non habuit primatum Regni; quia licet inferioribus superiores reuerenter corrigere. neque Paulus fuit arrogas, quia zelo, & charitate id fecit: finis enim in moralibus opus bonum, vel malum constituit. Ratio autem quare Paulus sic audacter loquatur ad Galatas, quod in faciem restiterit Petro, est, quia Galatæ, vt ex

Duplex missio, præceptiua, & consultiua.

Ratio cur non ad solum Petrum quæstio de Circumcissione delata fuerit.

Cur Paulus in faciem Petri restiterit, ea uis aperitur.

Potestas Petri, & aliorum Apostolorum quomodo sit eadem, & differentia.

Astutia Sectariorum principum.

Irreuerentiam superbia Petri potestatis ubi legatur.

vt ex ipsa epistola Apostoli colligitur, & vt Patres cõmuniter exponunt, & præcipuè Aug. Paulum non esse Christi Apostolum, sicut cæteri asserunt, eo quia post Christi Ascensionem talis factus fuerat. Paulus autem, vt suæ doctrinæ auctoritatem tribueret, & vt ostenderet se Apostolum esse sicut cæteri, pro magna re habuit, Petrum correxisse promulgare. Vnde hinc colligo potius primatum Petri: vt si quis negaret aliquem Regis Consiliarium, & ministrum esse, sicut cæteri eiusdem Regis ministri: ille ad suam potestatem probandam, si diceret, ego aliquando ita consului Regi, vt illum monuerim, quod non bene operabatur; tunc seipsum Consiliarium, & Regis supremam potestatem simul ostenderet. ita in casu; Paulus à Galatis negatur Apostolus cæteris æqualis; & ille vt se Apostolum ostenderet, se aliquando reprehendisse Petrum manifestat: vnde & suum Apostolatam, & simul Petri primatum apertè demonstrat. discant Sectarij.

Decima obiectio. Lucæ 22. legitur; *Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dominus autem respondit: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator.* Super quæ verba Calvinus lib. 4. instit. cap. 20. §. 7. inquit: Hanc vanam eorum ambitionem vt comperceret Dominus, eorum ministerium non esse regnis simile docuit, in quibus inter cæteros vnus eminet.

Caluini ingenium hinc cognosce amice Lector: nam Scriptura prædicta hunc sensum habet: ver. gr. si quis dixerit Regi Galliarum: Regnum tuum non fit sicut Regnum Turcarum, neque regas subditos, sicut Turcarum tyrannus; & aliquis deinde subinferat, ergo Rex Galliarum non est Rex, vel ergo in Gallia non debet esse Rex: inanis absque dubio esset huiusmodi sequela. ita à pari. Christus dicit, Qui inter vos vos maior est, & præcessor; en igitur, quod inter Apostolos datur maior, & præcessor, seu Princeps, & caput; quem deinde monet, vt non dominetur more Gentilium, more tyrannico, sicut Reges Gentiles, ac Idololatæ, qui Regna administrant præcipiètes subditis sicut mancipijs, & seruis: vnde quando, quæ sunt iusta distribuunt, putant gratis illa conferre: vnde benefici dici volunt. Vos autem, inquit, non sic, sed cum charitate, & mansuetudine; & seipsum præbuit exemplum, qui absque dubio Rex regum erat, & tamen, inquit, *Sicut ego non veni ministrari, sed ministrare.* Et Ioan. 13. dicebat: *Vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim.* Itaque monet illos, vt utilitatem subditorum intendant, & præcipuè is, qui inter eos maior, & præcessor futurus erat. quomodo igitur Calvinus infert Ecclesiam principem, & caput non habere? ineptissimè; nam ibidem Lucæ 22. *Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator.*

Vndecima obiectio. Apostolus ad Ephes. 4. Ecclesiasticam Hierarchiam describens, quam Christus in terris post Ascensionem suam reliquit, ait: *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores:* & non dixit primum quidem, vnum Summum Pontificem, deinde Episcopos, Parochos, &c. & sequitur, *Vnus Dominus, vna Fides, &c.* & non dixit, *Vnus Pontifex Maximus, &c.* & deinde: *Vni cuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi:* & non dixit, *Vni data est plenitudo*

potestatis, & vt vices Christi gerat; sed data est singularis sua portio: ita arguit Calvinus lib. 4. instit. cap. 6. §. 1.

Respondeo, Apostolum his verbis ea omnia dixisse, quæ Calvinus negat, sed tunc in genere, & implicitè; & non in specie, & explicitè; nam inter Apostolos includitur Petrus, & omnes Summi Pontifices eius successores; & hac ratione à sacris Concilijs Generalibus, & Patribus semper, vt manifestum est, vni Apostolici dicti sunt, & Sedes Romana Apostolica dicitur; cuius potestas in primitiua Ecclesia delegata erat omnibus Apostolis, vt commodè fidem in vniuerso Orbe disseminarent; quæ tamen Petro tantum erat ordinaria; & vt talis, Petri successoribus remansit. Per ly Pastores, & Doctores intelliguntur Episcopi, quorum munus est pascere, & docere. sequentibus verbis Apostolus varia Spiritus sancti dona, & charismata descripsit, & non ordinem potestatis, & iurisdictionis. Præterea, quis docuit Calvinum ab auctoritate negatiua aliquid concludere? ibi Apostolus hoc tacuit: quod gratis pro nunc concedo, sicut solet sæpè Scriptura aliquid alicubi tacere, & alibi idem exprimere; non valet autem inferre, ergo non datur in Ecclesia Summus Pontifex, & eo magis, quia tibi habetur, vt Ioan. vlt. *Simon Ioannis dilige me plus his? Pasce oues meas.* & Matth. 16. *Tibi dabo claves Regni Calorum, &c.*

XII. obiectio. Ecclesia nullibi dicitur corpus Petri, sed corpus Christi: signum evidens est, quod tantum Christus est caput illius, & non Petrus.

Respondeo, cum Christus sit caput absolutum, & principale, & Petrus tantum ministeriale, & subordinatum: iuxta illud Apostoli 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores* &c. idè à principali, & absoluto principe, & capite Ecclesiæ, & non à subordinato, & Vicario eiusdem, denominationem fieri debere: & sic non sequitur Petrum Christi Vicarium, & Ecclesiæ caput non esse: quia si de principali contendant, concedimus; nam non æquamus Petrum Christo Domino, sed tantum Vicarium ab ipso ordinatum illum cognoscimus.

XIII. obiectio. Origenes tract. 1. super Matth. ait: *Petra est omnis, qui imitator est Christi, & super omni eiusmodi petra edificatur Ecclesia Dei:* ergo non intelligitur de Petro, sed de fidelibus, & fide, quod super illam fundata sit Ecclesia Dei.

Respondeo, Origenem mysticè tunc loqui, nec literaliter locum illum exposuisse: sed similitudinariè asserere, quod petra est omnis, qui imitator est Christi; & super omnem eiusmodi petram edificatur Ecclesia Dei, quatenus omnis, qui credit, est pars componens corpus Ecclesiæ: iuxta quem sensum super omnem credentem fundari Ecclesiam concedimus, sicut omnis species in suis ponitur indiuiduis: negamus autem potestatem regendi Ecclesiam omnibus æque inesse tunc docuisse: nam si omnes Pastores, vbi oues? Adde quod alibi, scilicet hom. 5. in Exod. iuxta litteram hunc locum exponens; inquit: *Vide, magno illi Ecclesia fundamento, & petra solidissima, super quam Christus fundauit Ecclesiam, quid dicatur à Domino: Modica fides quare dubitasti?* Sed cur Sectarij nunc omnes fideles petram esse volunt, cum neque de Petro hoc singulariter concedant, indecens esse dicentes? Sed satis est illis tantum in veritatem irruere more cæcorum. Præterea, de fide hoc intelligi nequit, eam scilicet petram esse: quia fides non est filia Ionæ, sed Simon; Simoni autem dixit: *Tu es petra:* tu, inquit, bar-

Exemplum valde apertum.

Sectarij vel nō capiunt sensum Scripturarum, vel manifestè illum detrahunt.

Locus applicatus ad negatiuam non est probatus.

Petrus est caput Ecclesiæ subordinatum, & ministeriale, non principale, & absolute.

Ineptis Sectarij.

Bar-Jona; filius Iona; es petra; igitur Persona Simon dicitur: Tu es petra, & non fidei.

XIV. Obiectio. Si super Petrum, & non potius super fidei confessionem, fundata esset Ecclesia, statim perisset, quia post verba predicta statim legitur, Petrus de passione Domini male sensit, idcirco Matth. 16. dicitur ei, Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapi, qua Dei sunt. Et deinde Christum negavit, Matth. 26.

Respondeo, tunc Petrum promissionem tantum Pontificatus, & non possessionem accepisse: quia Christus dixerat, dabo, & fundabo Ecclesiam; possessionem autem actualem post Christi resurrectionem recepisse, Ioan. vit. Pasci oves meas. Nam aliquando postea errasse non comprehenditur. Præterea dum Christus morabatur in terra, Vicarium munus suum assumere opus non erat: quia post Christi Ascensionem erat exequendum; unde deinceps Spiritus sancti gratia Petrus factus est idoneus minister. Hoc tamen notandum est, Petrum cum Christum negavit, circa fidem non errasse, quia illum non cognovisset, non autem filium Dei non esse affirmavit: erravit tamen contra charitatem, quia fuit defectus amoris, & dilectionis: nihil ergo concludunt Sectarij.

XV. Obiectio. Etiam si super Petrum ædificetur Ecclesia, non sequitur, ergo Petrus est rector Ecclesie: sicut si super fidem fundetur Ecclesia, non sequitur, ergo fides est rector Ecclesie.

Respondeo, huiusmodi loquendi modum metaphoricum esse, ut patet; nam fundamentum, & ædificium proprie dicitur de domibus, vel turribus, &c. similitudinarie de Ecclesia, & ministris illius. Unde sensus est, quod sicut ædificium pendet à fundamento, ita uniuersa Ecclesia à doctrina Christi, quæ per Petrum, & successores suos declaratur, atque infallibili veritate prædicatur, quomodo autem aliquis potest esse fundamentum Ecclesie, nisi eam regendo, & docendo? inexcogitabilis enim est alius modus. Si autem talia verba totaliter hæc non expriment, ut ipsi putant; sequitur Textus Quodcumque ligaueris super terram, &c. quibus verbis potestas regiminis satis superque exprimitur. Cum infertur, si super fidem fundetur Ecclesia, non sequitur, ergo fides est rector Ecclesie; negatur paritas: quia ly ædificatio est metaphorica, vadiatum est, quæ de Petro cum sit Homo, cuius est regere, & iudicare, optimè verificatur: de fide autem, quæ est accidens animæ inhaerens, intelligi nequit; quia iudex, & rector debet esse idoneus ad iudicium exercendum, qualis non est fides, sicut in præfata.

XVI. Obiectio. Omnes Apostoli dicuntur fundamenta Ecclesie, patet ex Apoc. 2.1. & Psal. 68. Fundamenta eius in montibus sanctis: id est in Apostolis, ut exponit Augustinus. Ergo nihil singulari, & proprium datum est Petro.

Respondeo, Apostolos fundamenta Ecclesie nuncupari, quia illam per prædicationem in uniuerso mundo fundarunt, & in hoc æquales fuisse, ostendimus: at in ratione regendi Ecclesiam, & pascendi oves Christi; Petrum super omnes plenariam iurisdictionem habuisse affirmamus, ut Euangelium docet, & superius dictum est. Ideo illa sequela, ergo nihil singulare datum est Petro, inanis est, & falsa. Omnis enim iurisdic-tio in Apostolis erat subordinata Petro, sicut de facto omnis iurisdic-tio Episcoporum, qui Apostolica succedunt, Summo Pontifici, qui Petro succedit, est subordinata, & hoc fuit semper in Ecclesia ab iniuriosis que, hinc itaque in fundanda Ecclesia per prædicationem,

signa, & prodigia; Apostoli fuerunt æquales, ut citata Scriptura docet; in iurisdictione pascendi, & regendi oves Christi, Petrus fuit Princeps, & Pastor vniuersalis.

XVII. Obiectio. Petro dictum est à Domino. Kade post me Satana, non sapi, qua Dei sunt: hæc non conueniunt illi, cui Pater reuelauit secreta caelestis, & qui clauis Regni Cælorum accepit: ergo non in persona propria, sed in persona Ecclesie audiuit reuelationem caelestem, & clauis Regni Cælorum accepit.

Respondere huic insipide obiectioni facile est; nam Petro tunc tantum promissio Pontificatus facta fuerat, nec erat adhuc perfectus in scientia, & charitate, ut post Ascensionem Christi, & post acceptum Spiritum sanctum fuit: idcirco nulla est repugnantia, quod ex reuelatione hunc articulum fidei, de diuinitate Christi, perfecte nouerit, & postea Domino ne occidi, & crucifigi sineret à Iudeis persuaderet; nam redemptionem mundi per mortem Christi perficiendam esse, nec dum Apostoli perfecte nouerant: Erat hoc verbum absconditum ab eis, & non intellegebant, quæ dicebantur. Lucæ 18. Dominus enim paulum Apostolos, qui rudes erant, perfectos reddebat. Vbi est igitur hæc repugnantia? potest enim quis super ynam questionem de diuinis esse doctus, & non super aliam; nec eo tempore fuit inoportunum, quia tunc Petrus Pontificatum exercere non debuit, sed post Ascensionem; quapropter voluit Dominus, licet non totaliter, tamen secundum partem, eos per Spiritum sanctum ante Ascensionem perficerent legitur Ioan. 20. Insufflatus, & dixit: Accipite Spiritum sanctum, quia statim post ascensionem suam, ne Ecclesia absque visibili capite maneret, Petrus munus suum exequi debuit; idcirco quæ ante Pentecostem, Petrus, licet rudis prædicator, Apostolis super Scripturam David, pro electione Matthie ad Apostolatam doctè sermocinatus est. Itaque hoc Lutheri sophisma nihil concludit.

XVIII. Obiectio. Petrus non tantum pro se, sed nomine omnium Apostolorum dixit: Tu es Christus, fides Dei viuis. ergo Petrus nomine omnium accepit clauis Regni, nihil ergo Petro particulariter datum est.

Respondeo, assumptum esse falsum, & immediate contra Christum Dominum, qui dixit: Beatus es Simon fili Iona, quia Pater meus reuelauit tibi; & non dixit, reuelauit omnibus. Apostoli verò tunc silentio tantum huic fidei articulo consensum præbuerunt: Petrus enim, ut singularis persona illam confessionem dedit, nam adhuc non erat Apostolorum Princeps, cur ipse nomine omnium respondere debebat, cum Andreas Apostolus senior illo esset, ut superius dictum est: si aliquis dixerit, ipsum pro omnibus respondisse, quod illi hoc fuerit impositum, intelligi non debet: sed hæc ratione certum, quia ceteri silentio consenserunt: hinc sequitur illi singulariter datum esse, Tui dabo clauis, &c. sicut post resurrectionem illi singulariter talis potestas exhibitæ fuit, Ioan. vit. Simon Ioannis diligit me plus his: Pasci oves meas, Præterea, etiam si nomine omnium respondisset, tamen non repugnat, ut illi singulariter hæc suprema potestas data fuerit: exempli gratia si plures Magnates Imperatorem salutarerent, & vnus tantum loqueretur, & salutationem, vel aliquam Imperatoris laudem proponeret; posset tamen rationabiliter Imperator illum tantum Protegerem constituere, qui loquutus fuit, & non alios: sic à pari, licet nomine omnium Apostolorum Petrus loquutus esset, poterat tamen Christus Dominus Petro tantum, qui respondit Principatum

Reges Petri non fuit error, in sed.

Quomodo Petrus sit fundamentum Ecclesie.

Quomodo Apostoli fundamenta Regni dicuntur.

Iurisdic-tio Apostolorum erat subordinata Petro, sicut iurisdic-tio Episcoporum Romano Pontifici.

Quæ ratione saluator ante Ascensionem in Cælo dedit Spiritum sanctum Apostolis.

Petrus non fuit Princeps Apostolorum ante Christi resurrectionem.

Exemplo factis quæ queruntur obiectio

estatum tribuere; & non ceteris, sicut de facto exhibuit: quia Saluator Petro, vt filio Ionæ, & singulari personæ. *Tibi dabo clauas. &c.* & Matth. 16. *Pascite oues meas.* Ioan. vlt. pronuntiatum est.

XIX. Obiectio. Clauos promittuntur Petro non, vt est filius Ionæ, sed vt est celestis Patris auditor, at non constat, quis singulariter diuinam vocem, & fidem audiat, sicut de Ecclesia in communi; ergo clauos non Petro, sed Ecclesie in communi datæ sunt.

Ecce Lutherum, cuius est hæc obiectio, qui iterum per antra, & cauernas pergit more Talparum, Ecclesiam abscondere anhelans, quia dicit nemo scit, quis vocem Dei audiat. vnde respondeo, quod si spectetur formalis ratio concessionis Pontificatus, falsa est maior propositio; nam Deus Pontificatum Petro iam dare decreuerat: quia tamen tunc reuelationem ei singulariter de Christi Diuinitate traditam confessus est; Christus Dominus, tali occasione accepta, præfatam dignitatem ei promissit; cum subdit Lutherus. at non constat, quis Diuinam vocem audiat; hoc blasphemum est; nam Christus dicit Patrem Simoni Petro reuelasse, & Lutherus non constare, quæ singularis persona sit vocis Diuinæ auditor affirmat. quod vterius si verum esset, de Apostolis, de Discipulis, de antiquis Patribus, qui in Concilijs fidem declarauerunt, dubitare liceret, & sic omnia tenebris obuoluerentur. Quando infert, ergo Ecclesie in communi datæ sunt clauos; hoc dupliciter intelligi potest, vel quod omnis fidelis præfatas clauos possideat; & hoc vanum est; nam omnis fidelis esset caput Ecclesie, & Pastor, vbi essent, & cætera membra? vel quod Ecclesie datæ sint, à singularibus tamen personis, qui Petri successores eliguntur, administrandæ; & sic concedo. & in hoc sensu obiectio redditur inanis.

XX. Obiectio. D. Paulus in epistol. ad Romanos cap. 4. ait: Quomodo Abraham reputata est fides ad iustitiam, eodem modo omnibus, qui crediderint reputandam esse fidem ad iustitiam; ergo eodem modo, si quia Petrus confessus est Christum filium Dei viui accepit clauos, certè omnes fideles, qui Christum confitentur habent clauos. & subdit Lutherus hoc argumentum esse simile argumento Pauli ad Romanos nec posse refelli, nisi etiam illud Pauli refellatur.

Respondet huic obiectio Cardinal. Caietan. vt refert Cardinal. Bellarm. lib. 1. de Summo Pontifice, hoc argumentum esse simile formæ, sed dissimilis materiz; ac propterea nihil concludere; quia fides natura sua ducit ad iustitiam, nisi cætera desint, quæ requiruntur: at confessio fidei non ducit natura sua ad clauos accipiendas; nam cum potuisset pluribus modis retribuere Petri confessioni, placuit Christo dono Clauum hoc facere; & patet exemplo Abraham, qui per fidem etiam factus est Pater multarum gentium, tamen nõ omnis fidelis fit Pater multarum gentium, quia fides non dicit ordinem per se ad paternitatem, sed per accidens; per se autem dicit ordinem ad iustificationem, &c. Optima responsio. Ego autem aliam responsionem superaddo. cum inquit, quia Petrus confessus est Christum filium Dei, accepit clauos: nego hanc esse rationem, quia etiam si Petrus non respondisset, adhuc factus esset Summus Pontifex; sed bene fuit occasio; nam illa occasione cum de fide rectè loquutus est, tunc supremum iudicium in rebus fidei, & vniuersæ Ecclesie regimen ei promissit, ideoque cum Christus subdit: *Es ego dico tibi, &c.* idem est ac si afferuisset: & ego hac occasione totius Ecclesie principatum tibi polliceor: ideo illa paritas, vel

sequela; scilicet, ergo omnis, qui confitetur fidem accipit clauos, inanis est; quia ratio formalis cur Pontificatus Petro datus fuit, antiquum decretum Dei extitit, illa autem confessio diuinitatis Christi causa manifestationis prædicti decreti tantum fuit: & eo maxime, quia confiteri fidem non ducit ad Pontificatum seu regimen vniuersalis Ecclesie, sicut ad præmium beatitudinis.

Confirmatur responsio, quia cum Pontificatum ei actu exhibuit, non dixit, credis me esse Filium Dei, sed diligis me plus his; ergo illa confessio fidei non fuit causa propria promotionis Pontificatus, quia iterum cum actu dictum est, illam repetiisset, fuit ergo simplex occasio, ideoque falsissima est illa causalis, quia Petrus confessus est Christum, ideo accepit clauos: & consequenter falsum est cum dicitur ergo omnes fideles, qui Christum confitentur habent clauos sicut Petrus: argumentum itaque Lutheri summa industria excogitatum inane factum est, & vacuum.

XXI. Obiectio. Aut moriente Petro manserunt in Ecclesia clauos; aut cum Petro perierunt; si primum ergo Ecclesie datæ fuerant; si secundum, ergo non amplius possunt nunc homines solui, & ligari. Item alio modo, vel cum eligitur Pontifex adfert seculum clauos, vel non. si primum, ergo erat Pontifex antequam fieret. si secundum vnde ergo habet clauos, numquid ab aliquo Angelo deferuntur ei de celo, an potius accipit ab Ecclesia, cui ab initio traditæ sunt à Salvatore.

O pauperuli Sectarij tam allucinati estis, vt huiusmodi argumenta puerilia esse non cognoscatis? Cum dicitis, nunquid clauos ab Angelo deferuntur ei de celo? hic modus loquendi supponit clauos Ecclesie clauos materiales esse, tanquam si pro aperienda cella vinaria, & promptuario data fuissent. Respondeo igitur, moriente Petro, & pontifice clauos formaliter, seu supremam illam potestatem super Ecclesiam in Ecclesia non manere, scilicet in multitudine fidelium, quia non est de iure gentium: adeo quod liberè populus à se ad vnum transferat hanc potestatem; sicut accidit in principibus temporibus instituendis: sed in Christi Domini voluntate seruari. Cum autem electores Pontificis aliquos pro Pontifice eligant, tunc à Christo potestatem, & clauos non nouos, sed antiqua traditione, & decreto recipere dicimus, quando petunt, quis clauos de nouo portet an sit Angelus, &c. inepta est huiusmodi interrogatio; siquidem aliquid materiale super Pontificem electum afferre opus non est: sed tantum, quod Christus Dominus in celo approbet, quod Pontifex in terra decernit, & iudicat: & de fide docens, Deus se illi assistat, vt errare non possit.

XXII. Obiectio. Clauos Regni Cælorum non datur, sed promittuntur, Matth. 16. datur autem Ioanis 20. vbi dicitur: *Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccatus &c.* & Matth. 18. *Quocumque alligaueritis super terram, &c.* ergo si omnibus dantur omnibus fuerunt promissæ, & non Petro tantum.

Respondeo, verum esse, Matth. 16. clauos promitti, & non dari; cum infert: sed dantur Matth. 18. & Ioan. 20. negatur: falsum enim est illammet potestatem supremam conferri; quæ tunc tantum collata fuit, cum Saluator Ioan. vlt. Petro singulariter dixit, *Pascite oues meas*; sicut singulariter ei hoc idem promissum fuerat. Tunc autem, scilicet Ioan. 20. potestas absoluedi à peccatis collata fuit: & Matth. 18. potestas peccatores iudicandi in foro fori, costque ex-

Confessio fidei est causa propria promotionis non exhibitionis Pontificatus.

Sede vacante clauos Ecclesie vbi nam sint.

Lutherus Verba Christi contradicit.

Iniquum absurdum descondere ex dictis Lutheri.

In quo sensu omnia Ecclesia accipit clauos Regni Cælorum.

Vnde in Christi non est causa obediendi Pontifici.

Cur omnibus A-
postolis aliquan-
do Saluator dixe-
rit, quicumque
figuerit, &c.

communicandi, ut patet in textu citato: sed dependen-
ter à Petro, cui vni Ecclesie suae regimen promi-
serat, sicut postmodum commisit. Cum enim Chri-
stus Dominus pro vniuersi Orbis conuersione, non
tantum Petrum, sed omnes Apostolos missurus esset,
potestatem praefatam eis conferre voluit: quam etiam
nunc omnes Catholici Episcopi ad particulares Ec-
clesias regendas possident. Et sicut nunc non sequi-
tur omnes Episcopos Papae subordinatos non esse,
sic à pari non sequitur ceteros Apostolos Petro sub-
ordinatos non fuisse, licet illis dictum sit, *Quaecumque
alligaueris super terram, &c.*

Vigesima tertia Obiectio. Cyprianus libro de
simplic. Praelatorum docet non alia de causa clau-
es scorsim Petro datas fuisse, quae postea omnibus datae
sunt, quam ut vnitas Ecclesiae significaretur. Cuius
verba sunt haec. *Hoc erant vniue, & ceteri Apo-
stoli, quod fuit, & Petrus pari consortio prae-
diti, & honoris, & potestatis, sed exordium ab vnitate pro-
fiscitur, & primatus Petro datur, ut Ecclesia vna
monstraretur.*

Respondeo Cyprianum, idem quod nos dicimus
docere. nam etiam Catholici, Apostolos pari modo
Apostolatam, & potestatem Ecclesiam fundandi, &
Euangelium praedicandi, à peccatis absoluendi, &
cetera huiusmodi habuisse fatentur: & Petro tantum,
vt vnitas Ecclesiae seruetur, primatum traditum
fuisse. Ergo si primatus Petro tantum datur, vt Cy-
prianus docet: potestas iurisdictionis ad fideles pa-
scendos non erat aequalis: quid ex Cypriano clarius?
Et cum Hilar. lib. 6. de Trinit. ait, omnes Aposto-
los clauas accepisse, veritatem docet; sed non in eo-
dem gradu: quia omnes Petro erant subiecti: sicut de
facto omnes Episcopi Ecclesiae clauas habent, sed nõ
eodem modo sicut Papa. Similiter cum Augustinus
tract. 50. in Ioannem inquit, Petrum cum clauas ac-
cepit Ecclesiam sanctam significasse; monet non
tantum Petrum clauas Ecclesiae habere, adeo quod il-
lo mortuo, & praefata potestas perierit: sed Ecclesiam
in successoribus illius clauas recepisse, docet. at ho-
rum omnium nihil est contra nos.

Vigesima quarta Obiectio. Si praedictis verbis:
Tibi dabo clauas, &c. primatus fuisset Petro datus,
vel promissus, Apostoli deinceps, *quis eorum videretur
esse maior*: non dubitassent: vt legitur Matth. 18.
Marci 9. Luc. 9. Vel Christus saltem respondisset:
nolite vterius litigare, nam Petrum constitui Princi-
pem. at hoc factum non est, ergo verba illa non per-
tinent ad primatum.

Respondeo negando sequelam maioris, nam
Apostoli antequam à Spiritu sancto perfecti red-
derentur, rudes erant, & multa eis dicebantur à
Christo Domino, quae tamen non intelligebant,
quapropter dixit Ioannis 14. *Cum venerit Paraclis-
tus, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis om-
nia quaecumque dixerò vobis.* Et dato quod sensum
percepissent, quia tamen promissio, & non exhi-
bitio fuerat, adhuc dubitare, & conqueri pote-
rant, quia & ceteri idem desiderabant: ideo falsa
est sequela maioris. Praeterea Christus respon-
dit, *qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui
praecessor est sicut ministrator*; En aperta confirma-
tio primatus, quem inter Apostolos in Petro con-
stituerat. nam docet praecessorem, & principem
humilem, & benignum esse debere: & sic consolatus

est eos, ne primatum Petri aegre ferrent.

Vigesima quinta Obiectio. Augustinus lib. de
Agone Christiano cap. 30. ait: *Cum Petro dicitur,
omnibus dicitur, Amas me, Pasce oues meas.* Et
Chryostomus lib. 2. de Sacerdotio persuadens Ba-
silio, vt Episcopatum, qui offerebatur susciperet,
ait: *Tum ostensurum Basilium eximiam suam dile-
ctionem in Christum, si pascat eius gregem: cum
scriptum sit. Si diligis me pasce oues meas.* Ergo
non solum Petro, sed omnibus Episcopis dictum
est; *Pasce oues meas.*

Respondeo praedictos Patres minores Pastores
Summo Pontifici, seu Petro non aequare: sed,
cum illi etiam particularium Ecclesiarum sint Pa-
stores docere eos formam accipere debere à Pe-
tro, à quo Deus amorem praecipuum requisit:
ideoque omnem Pastorem licet Petro subordina-
tum, praecipuum amorem erga Deum habere de-
bere, vt deinceps diligenter oues Christi pascat;
& sicut omnis Episcopus est Pastor, ita formam,
Petro à Christo propositam ab vnoquoque ser-
uandam esse: quod autem tunc Petro tantum
Dominus loquutus sit; patet quia Petrus tantum
contristatus est; & ille vocabatur tantum Simon
Ioannis; & illi tantum dixit: *Cum serueris alius
cinget te, &c.* Vt legitur Ioannis ultimo, ergo il-
li tantum dixit: *Pasce oues meas* in ordine ad vni-
uersam Ecclesiam: quod deinde moraliter mino-
ribus pastoribus applicetur respectu particularium
Ecclesiarum Petro subordinatarum; hoc illius pri-
matui non contradicit, vt patet.

Vigesima sexta Obiectio. Pascere significat ci-
bum praebere, ac ministrare, & non praesse,
quod ab inferioribus fieri potest, ergo per hoc
verbum, *Pasce*, Petrus non constituitur Praesul,
sed potius seruus Christianorum. Praeterea si per
haec verba constitutus est Papa, sequeretur non
esse Pontifices illos, qui non diligunt Deum, &
non pasunt populum; quia potestas haec, amorem
praecipuum erga Deum supponit, ergo vbi non
est amor Dei non est talis potestas. ita Lutherus
lib. de potestate Papae.

Respondeo Lutheranis ineptijs Christum Do-
minum per illud verbum, *Pasce oues meas*: Pe-
trum praefectum culinae, & promptuarij, vel da-
piferum non constituisse, vt Lutherus dicit. nam
Dauid, cui dictum est, *Tu pasce populum meum
Israel*: dapifer tunc electus non fuit: quia ly *Pa-
sce*, dictum est per similitudinem; nam qui Pa-
stor est, oues dirigit, & coercet, illasque, si er-
rauerint, punit; & similiter Pastor semper vtili-
tatem ouium procurat, sic Rector Ecclesiae, &c.
Sicut igitur Dauid fuit verissimus Rex populi Is-
rael, cui dictum est: *Tu pasces populum meum
Israel*. ita Petrus, & Pontifex realiter Princeps, &
Caput militantis Ecclesiae existit.

Ad secundam objectionem dico, praecipuum
dilectionem non requiri ad habendam potestatem
simpliciter; sed ad illam dignè, & meritorie exe-
quendam; sicut si Rex negligenter Regnum gu-
bernet, non sequeretur Regem non esse, sed
negligentem Regem; ita in calu; Pastor qui non
habet amorem praecipuum erga Christum, est Pa-
stor, sed piger. est igitur dilectio congruens, sed
non necessaria simpliciter, ratione potestatis obti-
nendae

Forma pascendi
gregem Christi
Petro, tradita ab
omnibus Pastori-
bus subordinatis
tenenda est.

Apostoli clauas
regni non eo mo-
do, & gradu sicut
Petrus obtinue-
runt.

Pascere gregem
Christi, quid si-
gnificet.

Quod sit munus
Pastoris.

Dilectio Dei pra-
cipua non est sim-
pliciter necessaria
ratione potestatis
obtinendae super
oues Christi.

50. DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA.

nendæ, & habendæ.

Vigesima septima Obiectio. Apostolus ad Galatas nullam agnoscit subiectionem ad Petrum, aut Iacotum, & Ioannem: quibus, inquit, neque ad horam cessimus subiectionis. Item: qui viabantur esse aliquid, nulla mihi mandata dederunt. Item nihil mihi contulerunt. Item dextram dederunt societatis: ergo nullus erat primatus Petri super Apostolos.

Respondeo ad primum præcitatum locum Scripturæ, quem vel ex malitia, vel ex ignorantia Sectarij non intellexerunt. Nam vt ibi manifestè legitur, inquit Apostolus. *Sed neque Titus, qui mecum erat cum esset Gentilis compulsus est circumcidi, sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent: quibus neque ad horam cessimus subiectione, vt veritas Euangelij permaneat apud vos: dicit igitur Apostolus, sententiæ illorum, qui falsi fratres erant, & Legem Moysis simul cum Euangelio vigere docebant se noluisse subijcere: non loquitur autem de Apostolis; quia Apostoli non erant falsi fratres. & deinde immediatè de Apostolis subdit, quos à prædictis sciungit; *Ab ijs autem, qui videbantur aliquid esse, quales aliquando fuerint, nihil mea interest, mihi enim nihil contulerunt.* ratio cur ita dixit Paulus est, quia ipsius doctrina impugnabatur à Galatis dicentibus ipsum non esse, Apostolum sicut cæteri, quos Christus in terris manens, instituerat, ipse doctrinæ suæ veritatem, & integritatem defendens, vt Galatæ eam non abijcerent; inquit, Petrum & cæteros Apostolos nihil doctrinæ ei dedisse, quia à Christo eam reuelatam acceperat; hæc igitur ratione sic Apostolus ad Galatas scribere cepit: *Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem, &c.* & paulò post. *Notum enim vobis facio, fratres, Euangelium, quod Euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.* Hic igitur non de iurisdictione, & regimine, sed de veritate doctrinæ, & scientiæ differitur. quam absque dubio talem in Paulo cognoscimus, vt præceptore non indigeret: quia illum plenissimè Christus docuerat.*

Ad illud, *Qui videbantur esse aliquid nulla mihi mandata dederunt*, nunquam in præcitata Scriptura talia dicuntur: Vnde Sectarij corruptores factæ Scripturæ comprehenduntur. sic autem ibi legitur: *Sed qui videbantur esse aliquid nihil contulerunt: id est nihil doctrinæ, & scientiæ; quia talia à Christo immediatè receperat; nec Apostolatam ab hominibus sumpserat, licet Euangelium illi reuelatum à Deo, cum Petro communicauerit: nam superius dixerat. Ascendi autem secundum reuelationem, & contulicium illis Euangelium, quod prædico in Gentibus, ne forsè in vanum currerem, aut cucurrissem.*

Ad illud, *dextras dederunt mihi*: dico quòd significat pacem, & concordiam, vnde Chrysostomus exponens hæc verba inquit: *O prudentiam eximiam: O concordia demonstrationem irrefutabilem: ostendit, & illorum doctrinam ipsius esse, &*

ipsius doctrinam illorum esse. sicut etiam 1. Machab. 13. dare dextras pacem stabilire, significat; vt ibi videre est.

Vigesima octaua Obiectio. Petro creditum est Euangelium Circumcisionis, id est prædicare populo Iudæorum, & paulo Euangelium præputij, id est prædicare gentibus, vt legitur ad Galatas cap. 2. ergo Petri Apostolatus nihil pertinet ad nos, quippè, qui Gentes sumus.

Cum Sectarij iactent se esse in Scripturis sacris veritatos, mirum est cur non legerint Petrum Act. 20. Cornelio, & domui eius, licet Gentiles essent, prædicasse. & Act. 15. in Concilio Apostolorum, & Seniorum dixisse: *Vri fratres vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere.* & Matth. vlt. Christum omnibus mandasse: *Euntes ergo docete omnes Gentes: illumque primum Antiochiæ in Syria, & deinceps Romæ, vt loco suo demonstrabitur sedem suam posuisse: & dato quod fuerint in Babylone, vt ipsi dicunt: tamen Ciuitates Gentilium erant. & Paulum etiam Iudæis Euangelizasse, vt legitur Act. 13. & cap. 14. 17. 18. & 28. Quid igitur dicent Sectarij? volebant se à Petri Apostolatu subtrahere: sed fugitiui, & parentibus inobedientes comprehensi sunt. omnibus enim Apostolis indifferenter Iudæis, & Gentibus prædicare licebat: sed Petrus curam præcipuam Iudæorum sumpsit; quia cum Christus, missus esset ad oues, quæ perierunt Domus Israel, Matth. 15. ipse, vt Christi Vicarius præcipuum eiusdem populi regimen suscipere voluit, sicut Paulus particulare onus Gentes conuertendi assumpsit tamen vtrique, vtrumque facere non erat prohibitum; cum de facto ita fecerint; sic etiam exponit Hieron. hunc locum à Sectarijs citatum, nam ad hoc, vt citius, & commodius Apostoli Euangelium vniuerso mundo prædicarent, Nationes sibi partiti sunt: at hoc Petri primatui non contradicit.*

Vigesima nona Obiectio. Act. 11. Petrus reprehenditur à discipulis, quod Gentibus Euangelizaret, ergo ad eius ouile non pertinebant Gentiles.

Hæc argumenta tantum, ad rusticos idiotas decipiendos valent: sed cur Sectarij huiusmodi ineptias Doctoribus Catholicis proponunt? Quia discipulorum aliqui ex Iudæis ad fidem nouiter conuersi, an liceret Gentibus euangelizare, disceptabant, vnde à Petro causam huius nouitatis petebant; quomodo valet inferre, ad Petrum Gentiles non pertinere? Nam antè reuelationem Petro factam de Gentium conuersione, seu de tempore prædicandi Euangelium Gentibus, non tantum ad Petrum, sed neque ad alios Apostolos spectabat; & hæc ratio fuit cur discipulorum aliqui ex Iudæis dicerent Petro, *Quare intrasti ad viros præputium habentes, & manducaisti cum illis?* & quia Petrus visionem præhabita narravit subdens. *Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credimus in Dominum Iesum Christum, ego quia eram, qui possem prohibere Deum? tacuerunt & glorificauerunt Deum dicentes: ergo & Gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam.* Idèd qui Petrum interrogauerunt, talia

Finis seu intentio Pauli scribentis ad Galatas aperitur.

Cur Paulus dicat se esse Apostolum, non ab nominibus neque per hominem.

Sectarij sac Scripturæ corruptores comprehenduntur

Dare dextras, quid significat.

Sectarij parentibus inobedientes sunt.

Cur Petrus curæ præcipuam prædicandi Euangelium Iudæis, sumpsit.

Cur fideles à Petro causam conuersionis Gentium petierunt.

tafia audientes acquieuerunt, & illius statuto, & decreto obedientiam præstiterunt, & hæc omnia manifesta sunt omnibus, textum præcitatae Scripturæ legentibus. sed Sectarij, vt plures rationes pro se habere ostentent, omnia quæcunque possunt peruertere, coacervant, & nobis obijciunt.

Trigesima Obiectio est Magdeburgensium Centuria 1. lib. 2. cap. 10. vbi probant Petrum multoties errasse, & id factum esse ne Petro supremam potestatem super Ecclesiam tribueremus; at obiectio inanis est, & puerilis, quæ non Petri potestatem offendit, sed bene eorum odium aduersus Sanctum Petrum ostendit. Nam etsi Petrus ex nimio ardore, & inordinato amore erga Christum, & aliquandò ex negligentia errauit, antequam à Spiritu sancto perficeretur, & illius ruditas tolleretur, hoc quid nocet potestati, quam Deus vltimò ei contulit, quandò ascensus erat ad Patrem? Præterea Gregor. hom. 21. in Euang. inquit: *Considerandum nobis est cur Omnipotens Deus eum, quem cuncta Ecclesia præferre disposuerat, ancilla vocem pertumescere, & se ipsum negare permisit. Quod nimirum magna altum esse pietatis dispensatione cognoscimus, ut is qui futurus erat Pastor Ecclesie, in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset.*

Trigesima prima Obiectio. Lucæ 9. legitur sic. *Conuocatis autem duodecim Apostolis dedit illis virtutem, & potestatem super omnia demonia, & ut languores curarent, & misit illos prædicare Regnum Dei, & sanare infirmos.* hic non apparet Petri primatus, sed potestas Apostolorum æqualis cernitur, nullum enim legitur discrimen inter illos. ergo primatus Petri est contra sacram Scripturam.

Hæc obiectio est ineptissima: nam tunc Saluator Apostolos ad prædicandum Regnum Dei, & Euangelium, & sanandos infirmos delegauit: ergo erant æqualis iurisdictionis, ergo Plato currit. Si dixero, ego sum Doctor, & prædicator, & Pater Generalis est Doctor, & Prædicator, ergo habeo eandem iurisdictionem in regimine Religionis, & in potestate iurisdictionis sicut Pater Generalis; nihil concluderem, nec aliquid hic modus sillogizandi valeret; sic à pari: Saluator æqualiter Apostolis potestatem prædicandi, & miracula operandi tribuit, ergo etiam æqualem iurisdictionem: negatur ista inanis consequentia. Cum Christus Dominus de iurisdictionis potestate loquutus est, dixit Petro singulariter, *Tu vocaberis Cephas: id est lapis, & petra, & nomen Ionæ patris sui commemorauit, vt ostenderet tantum illi, vt singulari personæ, præfatam potestatem dedisse; quia ceteri Apostoli non fuerunt filij Ionæ, nec Petri fuerunt germani; eique dixit: Quodcumque ligaueris super terram, &c. & Ioan. vlt. Diligis me plus his? Pasce agnos, & oues meas, vt satis dictum est supra.*

Trigesima secunda Obiectio. Apostolatus est dignitas cæteris dignitatibus maior in Ecclesia Christi: vt legitur 1. Cor. 12. *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores, &c.* Sed omnes duodecim fuerunt æqualiter Apostoli, ergo etiam æquales in potestate; ergo Petrus non fuit Princeps Apostolorum, vnde legitur in Act. cap. 4. quòd Barnabas cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum, & non dixit ad pedes Petri tantum, quia Princeps erat Apostolorum: ergo omnes Apostoli erant æqualis potestatis, ac iurisdictionis.

Respondeo Apostoli nomen Græcum esse, Latine nunciium seu legatum significare: cum igitur omnes

Apostoli æqualiter ad prædicandum Regnum Dei; & signa, ac prodigia operanda missi fuerint, vt legitur 2. Cor. 12. in hoc sensu omnes fuerunt æquales, id est eodem modo ad prædicandum Euangelium, & Ecclesiam Dei fundandam missi; itaque fuerunt Apostoli pares in potestate ordinis, & Apostolatus, sed nõ sequitur, quòd etiam pares fuerint in iurisdictione; quia ipsemet Saluator, qui duodecim nominauit Apostolos, vt legitur Lucæ cap. 6. eisque dixit Matth. vlt. *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, &c.* dixit etiam Petro singulariter: *Tu vocaberis Petra, seu lapis, tibi dabo clauas Regni caelorum. Pasce agnos, & oues meas,* quod nequaquam omnibus dictum est.

Sed adhuc duo soluenda sunt, quæ in obiectioe proponuntur, primum est Apostolatum præstantiorem dignitatem cæteris esse in Ecclesia. Secundum: quòd Barnabas pretium agri antè pedes omnium Apostolorum, & non solius Petri posuit. ad primum dico Apostolatum priorem gradum in Ecclesia esse, in ordine ad alios inferiores gradus, puta Prophetarum, Doctorum, seu Prædicatorum, &c. vt docet Apostolus loco citato, sed non respectu Vicariatus Christi, qui habetur Matth. 16. *Tu es Petrus, seu lapis, quòd de Christo tantum dicitur: vt pluries dictum est; Tibi dabo clauas Regni caelorum, id est Ecclesie. Quodcumque ligaueris, &c. & Ioan. vlt. Pasce oues meas, præterea quòd Apostolus ait 1. Corint. 12. posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos: sumit Apostolatum genericè, quatenus omnia, quæ singulis Apostolis donata fuerunt complectitur: non distinguit autem tunc inter Apostolos; nec discutit, nec docet an Apostoli inter se fuerint pares: non valet itaque inde inferre, Apostolos æqualis fuisse iurisdictionis. Ad secundam dico, Barnabam pretium agri ad pedes Apostolorum posuisse, tamen ex hoc non sequi Petrum non esse Apostolorum principem. Sicut si quis causam suam coram Rege, & Baronibus Regni exponeret, non sequeretur Barones æqualis potestatis sic cum Rege. Apostoli tunc temporis simul, & vnanimiter omnia prospiciebant, curabant, & ministrabant, quæ ad cultum Dei, augmentum Ecclesie, & salutem animarum spectabant: saluo tamen Petri primatu: qui in solemnioribus actionibus elucet, & manifestè cognoscitur: vt superius dictum est.*

Trigesima tertia Obiectio. Act. cap. 5. Concilium Iudeorum dum prohibuit promulgationem Euangelij æqualiter omnibus Apostolis eam interdixit: & legitur sic. *Et conuocantes Apostolos, caps denunciauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos.* Si Petrus fuisset Princeps Apostolorum sufficeret, vt vocasset Petrum, qui si primatum habuisset, poterat deinde cæteris hoc idem prohibere; ergo tunc ignorabatur huiusmodi primatus, quia scilicet nullus erat, sed erant omnes Apostoli æquales.

Respondeo, huic ineptissimæ obiectioe, totum argumentum nos libenter concedere: at cum dicunt tunc huiusmodi primatum ignorari: verum esse apud Synagogam Iudeorum, sed non apud Apostolos, ceterosque fideles nouiter conuersos dicimus; vnde qui nunc primatum Petri ignorare volunt, se eiusdem esse Synagogas sciant. Præterea, etiam si Synagoga nouisset Petrum esse Apostolorum principem, nihil tamen obstarèt primatu, omnes Apostolos ad Concilium simul vocare; quia Iudæi omnes Apostolos interficere volebant idèd omnes simul vocati sunt, & quòd

Munus Apostolatus fuit omnibus Apostolis æquale, & commune, non autem potestas iurisdictionis.

Quis gradus, & quæ dignitas sit maior in Ecclesia

Pretium agri posuit ante pedes omnium Apostolorum Petri primatum non obtrudit.

Ex ineptia obiectioe iniquitas Sectariorum patet.

Inanis est modus sillogizandi Sectariorum.

quod ita sit, ex textu illius Scripturae. *Exurgens autem princeps Sacerdotum, & omnes, qui cum illa erant (quae est haeresis Sadduceorum) repleti sunt zelo, & iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica, &c.* igitur omnes simul Apostolos ideo vocauerunt, quia omnes interficere cupiebant. inanis est ergo talis obiectio.

Trigesima quarta Obiectio. August. lib. 1. Retract. cap. 21. retractat, quod dixerit super Petrum fuisse Ecclesiam aedificatam, quia super Christum constructa fuit. ergo tunc Saluator non loquutus est cum Petro secundum Augustini doctrinam.

Respondeo August. nequaquam ibi, quae dixerat, reprobare, sed ad praedictam expositionem addendo inquit, *harum duarum sententiarum, quae sit probabilior eligas lector;* & hoc dixit, ut quisque aduerneret, & omnes moneret, ut legenti patebit, Saluatorem esse primum Ecclesiae fundamentum, & petram, Simonem autem esse secundariam, & Vicariam petram, non Christi successorem, sed tantum illius Vicarium. Neque enim indecens est, ut Petrus sit petra Ecclesiae, & fidei, non tamen primaria, & absoluta, sed subordinata, & Vicaria: nam de facto decisiones in rebus fidei ad cathedram Petri spectant: in hoc igitur sensu ipse est fidei petra, & Ecclesia super illum fundata est.

Tandem in gratiam Sectariorum hunc syllogismum conficio. Qui non est sub regimine Petri non est ovis Christi: iuxta dictum Saluatoris Ioan. cap. 21. *Pascite oves meas.* Sed Sectarij, cum quibus disputamus, nolunt esse sub regimine Petri, ergo Sectarij non sunt oves Christi. quales igitur sint, ipsi vident.

Verba Augustini explicantur.

Ratio efficax ostendens Sectarios extra Ecclesiam Christi esse.

DISPUTATIO II.

An Romanus Pontifex sit Petri successor in regimine vniuersalis Ecclesiae.

Cum demonstratum sit Petrum, & Apostolorum, & totius Ecclesiae Principem a Domino constitutum fuisse: nunc Romanum Pontificem in eadem potestate, ac iurisdictione succedere illiusque legitimam heredem esse, probandum erit: idque maiori studio, ac diligentia, sicut maiorj impetu, ac furore a Sectarijs haec veritas impugnatur. Hinc enim omnis haec orta dicitur, ex inobedientia scilicet erga Romanum Pontificem. Vnde Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad Cornelium Pontificem loquens de schismate Novatianorum, qui Cornelio Pontifici non obtemperabant, ait: *Naque enim aliunde haereses oborta sunt, aut schismata, quam inde, quod Sacerdoti Deo non obtemperatur, nec vni in Ecclesia ad tempus Saeculos, & ad certum tempus vice Christi cogitatus. Cum si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa: nam aduersus Sacerdotum Collegium quidquam moueret.* Barum enim Sectarijs refert, an Petrus fuerit princeps Apostolorum: hoc enim libentissime concederent, et de facto Caluinus facit lib. 4. instit. cap. 9. §. 8. Verum, inquit, ut de Petro illis concedam, quod petunt, non est tamen causa, cur ex singulari exemplo vniuersalem faciat regulam, &c. Sed quia inde inferunt Romanum Pontificem esse Petri successorem, & vniuersalis Ecclesiae Pastorem. hinc est quod in varias inepias proruperunt: asserentes Petrum Apostolorum principem non fuisse; Romanum nunquam fuisse nec Romae Episcopum extitisse, nec ibidem

mortuum, nec successorem reliquisse. & quae similia sunt euertere quaerunt, noua eorum somnia antiquis testimonijs anteponentes, & omnia in dubium reuocantes, ut suos perniciosos errores populi persuadere valeant. Sed mugiat, frematque mare, haeresum procellae irruant, & persecutionum venti efflent: Petri autem nauis nequaquam summergetur; licet saepe saepius fluctuare cogatur. quapropter non tantum falsas, sed iniquas eorum opiniones esse, ostendemus.

Prima Conclusio. Petrus Apostolus Romam venit, ibique Episcopus sedit, & tandem martyrio coronatus, obiit. Haec conclusio est ita euidentis, ut oppositum affirmare sit vanitas manifesta. Nam omnes Patres, omnes Doctores, & Scriptorum cuiuscunque saeculi post Christum, ita semper affirmauerunt, adeo ut Caluinus ipse lib. 4. instit. cap. 6. §. 15. postquam in dubium reuocare hanc veritatem tentauit, dicat. Tamen propter Scriptorum consensum non pugno, quin illic mortuus fuerit, sed Episcopus fuisse, praesertim longo tempore, persuaderi nequeo.

Sed quod ita fuerit patet primo testimonio communi omnium Patrum, ac doctorum, quorum tamen aliquos tantum referam, quia hoc non negant Sectarij; & hi antiquissimi sunt, qui Catalogum recentissimae Episcoporum Romanorum, primo loco posuerunt Petrum. ita Ireneus lib. 3. cap. 3. Tertullian. lib. de praescript. haeretico. cap. 32. & Cyprian. lib. 4. epist. 1. Hi autem, homines fuerunt primitiuae Ecclesiae.

Secundo probatur auctoritate generalium Conciliorum, & praecipue primorum quatuor. Ex Concilio Niceno 1. vbi tres Legati Siluestri Papae cum 318. Episcopis fuerunt: qui cum ea, quae ibidem sanctitas fuerunt a Siluestro Papa confirmari petierint: omnes monent, Petrum Episcopum Romae fuisse ibique martyrio coronatum, ita faciendum docuisse; non enim aliunde id poterat ortum ducere. Ex Can. 3. Concilij Sardicenis, quod dicitur appendix Concilij Niceni, vbi fuerunt Episcopi 356. habetur appellationes omnium Episcoporum Romano Pontifici ad honorandam memoriam Petri Apostoli, fieri debere.

Ex edicto Theodosij tempore Damasi Papae, sub quo Concilium primum Constant. & secundum Generale, celebratum fuit, sanctum apparet; quod vniuersae Gentes eam fidem tenere debent, quae de Patre, & Filij, & Spiritus sancti vna Diuinitate, ab Apostolo Petro, Romanus tradita, Damasus Pontifex praedicabat.

Ex Act. 2. Concilij Ephesini habetur, quod Philippus Presbyter Legatus Romani Pontificis vniuersae Synodo verba sequentia dixerit. *Gratias agimus sanctae Synodo, quod litteris sancti beatique Papa nostri recitatis, sanctos canones, sanctis vestris vocibus, sancto veritate totius fidei, vel etiam Apostolorum capite, esse beatum Apostolum Petrum. & ex Act. 3. eundem Philippum Presbyterum, & Legatum dixisse similiter habetur. Omnibus saeculis notum est, quod Sanctus, & Beatissimus Petrus Apostolorum Princeps, & Caput, fideique Columna, & Ecclesia Catholica fundamensum, a Domino Nostro Iesu Christo claves Regni accepit, soluendique ac ligandi peccata potestas ipsi data est, quae ad hoc usque tempus in suis successoribus fuit, & iudicium exercet, Idem isaque secundum ordinem successorum est locum tenens, Sanctus, & Beatissimus Papa noster Celestinus Episcopus, &c.* Quod verum non esset, nisi Petrus Romae fuisset Episcopus, ibique mortuus sedem suam non posuisset; non enim alia ratione Romanus

Testimonium primitiuae Ecclesiae.

Solemne testimonium veritatis Catholicae.

Origo omnis haeresis quae sit.

Cur Sectarij Petri primatum impugnent.

sanctus Pontifex succedit Petro, & Vniuersalis Eccle-
siaz Pastor exiit.

Ex Concil. Gener. 4. scilicet Calcedon. in Episto-
la Petri Rauennatis Episcopi ad Euthichem, quæ in
Actis legitur, vbi illum hortabatur, vt Pontifici Ro-
mano obediret sic habetur: *Quoniam Beatus Petrus,*
quis in propria sede, & iuuat, & praesidet, praestat qua-
rentibus fides veritatem.

Act. 2. postquam lecta fuit Epistola Leonis Papæ
coram sancta Synodo, quæ erat ex 630. Episcopis, ex
varijs mundi partibus congregatis, vna voce dictum
est: *Petrus per Leonem loquutus est.* quod verum non
esset, nisi Petrus Romæ mortuus esset, ibique sedem
suam non posuisset, cui successerat Leo prædictus.

Act. 3. habetur Paschasium Legatum Apostolicæ
Sedis Sancti Leonis in pronuncianda sententia contra
Dioscorum sic loquutum esse. *Sanctissimus, & Bea-*
 tissimus Archiepiscopus magna, & senioris Roma Leo,
 pax nos, & per presentem sanctam Synodum vna cum
 ter beatissimo, & omni laude digno Beato Petro Aposto-
 lo, qui est petra, & crepido Catholica Ecclesia, & retha
 fidei fundamentum, iudauit eum tam Episcopatus di-
 gnitate, quam etiam omni Sacerdotali alicuius myste-
 rio; &c.

In epistola totius Synodi ad Marcianum Impera-
torem sic dicitur: *Et Romana Ecclesia Papam ad vi-*
 ctorem preparauit, doctrinis eum vndique per omnia
 veritatem accingens; & quem admodum feruenti affectu
 Petrus, & hic affectu sermone deartans, &c.

Et in Epistola eiusdem Synodi ad Leonem Papam
sic legitur. *Fidem, veluti auro textam casenam, ex ue-*
 ste Christi, & præcepta legislatoris venientem, usque ad
 nos ipse seruasti: vocis beati Petri omnibus constitutus in
 serpres, eius fides beatificationem super omnes adducens,
 &c. & his similia in omnibus Concilijs Generalibus,
Sequentibus sæculis celebratis sæpè leguntur.

Cum igitur sic esse certissime conitet, & ab omni-
bus Patribus, Doctoribus, & Scriptoribus, sic testa-
tum fuisse sit manifestum, ab initio Ecclesiaz vsque
nunc; quomodo Sectarij negare ausi sint, quod vni-
uersalis Ecclesia, & vniuersus orbis semper indubita-
tum habuit; non possum non mirari, si quim, qui no-
bis succedent homines, quæ nunc temporis sunt nega-
rent, licet innumeros, & apertissimos sacros, & so-
lemnes testes haberent, qualis error esset illorum? ita
de vobis Sectarijs philosophandum est. si enim Ro-
mæ non sunt sanctissima Apostolorum corpora, quo
in loco iacent? Sanctorum Reliquiæ semper à fide-
libus veneratæ fuerunt, Corpora autem Petri, & Pau-
li cur incognita mansissent? Deus miseratur vultu
super huiusmodi ineptias.

Secunda Conclusio. Romanus Pontifex est legit-
imus successor Petri in regimine Vniuersalis Eccle-
siaz. Probatum: Petrus fuit princeps Apostolorum, &
Pastor Vniuersalis Ecclesiaz, ergo pari modo erit Ro-
manus Pontifex Pastor, & Princeps vniuersalis Eccle-
siaz. Antec. probatum est in disput. antec. & conce-
ditur à Caluino lib. 4. institut. cap. 9. §. 9. & 11. *De*
 Petro, inquit, concedam fuisse illum Apostolorum prin-
 cipem, sed non est causa cur ex singulari experientia vni-
 uersalem faciant regulam.

Sequela duplicem partem includit, prima est quod
Ecclesia debet semper habere vnum summum Pon-
tificem; secunda, quod talis sit Romanus Episcopus.
Prima pars probatur: Ecclesia est Regnum ex Dan.
cap. 2. *In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus*
 cæli Regnum, quod in æternum non dissipabitur, & Re-

gnum eius alteri populo non tradetur, quod hoc regnum
in Ecclesia, patet etiam apud Sectarios. Hinc est quod,
Christus Dominus de Ecclesia sua sepius dicebat:
simile est Regnum Calorum sagena, &c. ergo semper
habere debet vniuersum regimen, sed tempore Apo-
stolorum fuit monarchicum, cum Petro vices suas Chri-
stus conuulerit; ergo semper eodem modo futurum
est, scilicet monarchicè regendum, nempe ab vno, qui
totius Ecclesiaz sit Pastor, nulla enim apparet ratio
post mortem Petri hoc regimen in aliud specie diuer-
sum, scilicet in Aristocraticum: quod est plurium opti-
matum, vel Democraticum, quod pariter est totius
populi, commutandum esse.

Præterea vel tale regimen monarchicum in primi-
tiua Ecclesia fuit ex pena, vel ex dono, vel ex debito
boni regiminis: non ex poena, quia nulla erat in pri-
mitiua Ecclesia tanta grauis culpa, quod talem poenam
pati deberet. si ex dono; nulla apparet causa, cur Ec-
clesia tali dono priuanda esset; cum Ecclesia sit sem-
per eodem modo sponsa Christi dilecta vsque ad con-
summationem sæculi. si ex debito boni regiminis, si-
cut de facto est; ergo eodem modo semper debet Ec-
clesia speciem boni regiminis tenere, nec ratio appa-
ret, cur Christus bonum regimen in Ecclesia, tantum
pro aliquo tempore, & non pro semper statuere vo-
luerit; & eo magis, quia Apostoli Spiritu sancto pleni
erant: dicente Paulo ad Rom. 8. *Sed & nos ipsi pri-*
 mitias spiritus habentes, &c. & fideles seruentiores in
charitate tunc temporis erant, quam nunc; si igitur
tunc temporis, quia bonum, & congruum erat, vnum
supremum Ecclesiaz pastorem constituit; multo ma-
gis hoc idem pro sequenti tempore statuere debuit:
quia refrigerat charitas multorum, & plura schismata,
& hæreses disseminantur; maior igitur necessitas vnius
principis in Ecclesia post Apostolos exiit, quam
Apostolorum tempore fuerit; vt patet.

Si more solito Sectarij dixerint, hoc in Scriptura
non haberi eo quia loq. vlt. Petro dictum est *Pasce*
 oues meas; & non legatur hoc idem pro successoribus,
Dico quod hæc est puerilis, & inanis instantia. Neque
enim Christus, docens Apostolos, vt prædicarent
verbum eius, baptizarent, & quamplura facerent quæ
Christiana fides præcipit, dixit vobis dico, & succes-
soribus vestris; & tamen Ecclesia legitime ea omnia
fecit, & actu exercet; quia subintelligitur: nam Ec-
clesia non debebat cum Apostolis sepeliri, & statim
corrupti: ergo à pari, licet non dixerit Petro tibi
dico, & successoribus tuis, subintelligitur: etenim sicut
Ecclesia est eiusdem speciei cum primitiua, non enim
est alia Ecclesia in præfenti diuersa à prima; ita idem
ordo semper seruandus erat. Ratio autem quare
Scriptura hoc non retulit, quædo S. Petrum successo-
rem eiusdem potestatis, mandato Domini, instituit;
est quia Historia Canonica noui testamenti vsque
ad mortem Petri non peruenit, vt patet in Actis Apo-
stolorum. Ex Scripturæ principijs tamen elicitur, eo
quia Ecclesia Christi erat perpetuo duratura; & cum
Petrus non semper victurus esset, sequitur necessario,
quod futura esset longa personarum series ad idem
conseruandum. Nihil hac vgritate euentius.

Responder Caluinus loco citato, quod vnus inter
Apostolos summus fuit, quia pauci erant numero;
ad regendum tamen Orbem terrarum, nemo vnus
sufficit. Ineptissime. Nam tempore Apostolorum
Ecclesia creuit in vniuerso terrarum Orbe, vt testa-
tur Apostolus ad Rom. 15. *Ita ut ab Hierusalem per*
 circuectum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium
 Christi.

Regimen Eccle-
siaz, vt est institu-
tū à Christo, nec
mutatum est, nec
mutari potest.

Quod dictum est
Petro in ordine
ad pascedas oues
Christi, dictum
est etiam succes-
soribus Petri, &
cur.

Inanis fuga Cal-
uini.

64
65
66

Cecitas Sectario-
rum.

Romanus Ponti-
fex seu Episcopus
est legitimus suc-
cessor Petri in re-
gimine vniuersa-
lis Ecclesiaz.

Ecclesia est Re-
gnum.

Christi. Et quia principes terrarum erant infideles, primatus Petri liberè per totum mundum tunc exerceri nequibat, & tamen tunc non repugnabat supremus primatus Petri, ergo multo magis nec modo repugnabit, cum possit liberè illud munus exerceri. Præterea, sicut tunc Vniuersæ Ecclesiæ regebantur à Petro medijs Apostolis: vt patet de Ioanne super Ephesum; De Andrea super Achaïam; De Bartholomæo super Armeniam, &c. Et tamen hoc primatui Petri non repugnabat; ergo in præsentî, & post obitum Apostolorum, licet particulares Ecclesiæ per Episcopos regantur, primatus Summi Pontificis non repugnat. Potest itaque vnus auxilio plurium sibi subordinatorum, totum orbem terrarum regere, sicut Imperator vniuersum Imperium medijs ducibus, & baronibus gubernat.

Et subdit Caluinus loco citato §. II. *Alterum illi largiar, sic constitutum in Petro Ecclesia primatum, ut perpetua successione semper maneret: quod nunquam apud sanos homines obtimebunt. Vnde tamen eminentem sedem Roma ita collocatam, ut quicumque sit Vrbis illius Episcopus, Orbi vniuerso præsideat. & postea. Cur non Antiochena Ecclesia primatum sibi iure vendicat?*

Ecce Caluinus, quod factus est liberalis donator, & largitor munerum. Probatur igitur quod stante successione primatus, Episcopus Romanus, & non Antiochenus sit Petri successor; & simul probabitur secunda pars primæ sequelæ superius positæ. Constat ex primis quatuor Generalibus Concilijs, Episcopum Antiochiæ nunquam primum locum inter omnes Episcopos obtinuisse. Nam Can. 6. Concil. Nicæni primi, primum locum post Romanum Episcopum habet Alexandrinus. In Conc. Constant. primo, secundo in ordine: post Romanum Episcopum, primum locum obtinuit Episcopus Constantinopolitanus; & tandem in sequentibus Synodis statutum est, quod ordo Ecclesiarum talis sit: post Romanum Episcopum primus sit Constantinop. secundus Alexandrinus, Tertius Antiochenus, & quartus Hierosolymitanus. Cum antiquissimi Patres in principio Ecclesiæ ita docuerint, ergo pro certo habuerunt Petrum sedem suam non Antiochiæ, nec in Hierusalem posuisse; si tunc certo constabat tempore immediato post Apostolos, vnde exiit Caluinus cæterique Sectarij his nostris temporibus, decursis iam mille, & quingentis annis, vt oppositum docere audeant? ergo cum nō sit Antiochenus, nec Hierosolymitanus quis nam erit? assignetur ab aduersarijs; dormiant, & excitentur, & enarrent somma sua, videbimus quem nam alium annuntiabunt præter Episcopum Romanum: cum omnibus sæculis à principio nascentis Ecclesiæ semper sit ita creditum, & apertissimè cognitum; Miror Sectariorum pertinaciam. si amore veritatis hæc in medium Caluinus attulisset, saltem Episcopo Antiocheno, vel Hierosolymitano obedientiam exhibuisset: illumque tanquam primum veneratus esset: sed quia aliter res se habet, omnes pari modo conculcat. Hinc Sectatores mentem illius percipere poterunt, si voluerint.

Secundò probatur Conclusio. Ratio naturalis efficacissimè ostendit exercitum vnum habere Ducem; gregem vnum Pastorem; multos Barones, & Duces vnum Imperatorem: Regnum vnum Regem: multos Parochos vnum Episcopum; sed Ecclesia est *Cæstrorum acies ordinata*, Cant. 6. est Regnum: simile est Regnum Calorum. Matth. 12. 25. & Regnum quod in æternum non dissipabitur, Dan. 2. Vnum Ouis 10a. 10.

pascite qui in vobis est gregem 1. Petri 5. & hæc omnia vsque ad consummationem sæculi durabunt, Matth. ult. ergo vsque ad conluminationem mundi, Ecclesia debet habere vnum supremum Pastorem, Regem, Episcopum, & Ducem vniuersalem vsque dum finiatur sæculum. Velit nolit Satanus.

Tertiò probatur. Ratio naturalis efficacissimè demonstrat illud regimen esse mancum, malum, vitiosum. quod non habet facilem dispositionem, viam & ordinem ad seditiones, corruptiones, rebelliones, & cætera huiusmodi, quæ Regnum destruunt remouendas: sed si Ecclesia assidue ex diuina institutione vnum supremum Principem, & Pastorem, viam destruendi schismata, seditiones, hæreses, & cætera huiusmodi non haberet: ergo esset Regnū mancum, vitiosum, & malè dispositum, & inordinatum, & sic Christus non fuisset prudens & edificator Domus Ecclesiæ, & insipiens fuisset Architectus; de quo Apostolus 1. Cor. 3. *Sicut sapiens Architectus fundamentum posuit*. Minor probatur, nam hæresis Arrii ita occupauerat orbem terrarum, vt plures numero essent Episcopi Arriani, quam Catholici; verè tunc cum in Concilijs maior esset hæreticorum numerus, quomodò veritas potuisset definirî? at quia Summus Pontifex Pastor vniuersalis Ecclesiæ supremam potestatem falsæ calcandi, & veritatem defendendi, & Episcopos hæreticos damnandi habebat: id exequutum fuit. & sic à pari dicendum est pro omni hæresi, & schismate conterendis. Quapropter Hieron. lib. 1. cōtra Iouin. inquit. *Inter duodecim vnus eligitur, ut Capite constituto schismatis tolleretur occasio*. Ergo naturalis ratio homines sensatos cogit ad credendum, firmiterque tenendum, Christum Dominum sic ordinasse Ecclesiam suam, vt de facto cernitur, sub vnius scilicet Pastoris Vniuersalis regimine.

Quartò probatur. Omnes Patres ab initio Ecclesiæ vsque nunc successiuè semper ita crediderunt, quemadmodum Apostoli, & antiquissimi Christiani docuerunt, & omnia Generalia Concilia supracitata pro probatione primæ Conclusionis, hanc firmissimam veritatem pariter docent. Vnde habentur tot Pontificū dispensationes, Leges, Censuræ, punitiones super Orientalibus, & Occidentales homines, tam de plebe, quam de Regibus, Imperatoribus, & alijs Principibus, & Patriarchis, vt omnibus constat etiam apud Sectarios: ergo impossibile est rem aliter se habere.

Quintò probatur. Postquam Apostoli cæterique primitiua Ecclesiæ ministri ex hac vita migrauerunt, eorum potestas, & ministerium in Ecclesia remansit, vt pascere fideles, Sacramentorum administratio, & cætera huiusmodi, ergo pari modo mortuo Petro, eius suprema potestas in successoribus remanere debuit: vtrumque enim necessarium est, vt probatum est supra.

Restat nūc, vt obiectiones Sectariorum soluamus; Qui autem contra prædictam veritatem Catholicam scripserunt, hi sunt. Guglielmus Wiclephi præceptor; ex Waldensibus, lib. 2. doctrinæ fidei artic. 1. cap. 7. Nilus Thesalonicensis Episcopus libro aduersus primatum Papæ, Lutherus libro de potestate Papæ, Synodus Smalchaldica in libro eiusdem argumenti. Caluinus lib. 4. instit. cap. 6. & 7. Magdeburgenses in singulis Centurijs ad finem cap. 7. Vdalricus Velenus Lutheranus in libro suo per totum. Et Illiricus libro contra primatum Papæ.

Prima Obiectio contra primam Conclusionem. Si Petrus aliquando Romæ fuisset Scriptura testimonium redderet, sed nullibi habetur, ergo signum est, quod

Regnum quod non habet facilem viam destruendi seditiones, & rebelliones, & mæcum.

Consuetudo antiqua, & perpetua testimonium est veritatis.

Ministerii Apostolorum manet in Ecclesia post obitum illorum.

Episcopus Antiochiæ post Petrum nunquam habuit primatum necessarii legitur.

Iniquitas Caluini & manifesta.

Ratio naturalis veritatem Catholicam ostendit.

quod nunquam Romæ fuit, quia autem papistæ dicunt, quod Petrus mentionem fecit Romæ in fine, suæ primæ Epistolæ, cum dixit: *Saluat vos Ecclesia in Babylone collecta, & Marcus filius meus, &c.* Contra nam vera Babylon duplex tantum fuit, vna apud Assyrios, altera apud Ægyptum, quæ nunc dicitur Cærum; ex quo sequitur Petrum ex Assyria, vel ex Ægypto, non ex Italia scripsisse, cum ex Babylone scripsit. Si autem nomine Babylonis intelligunt Romam, ut etiam apud Ioannem Apoc. 18. Ergo rectè faciunt, qui recedunt à Romana Ecclesia, nam legitur ibidem: *Cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorum, & custodia cuiusvis spiritus immundi, &c.* & subdit: *Exite de illa populus meus, ne sitis participes delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis.*

Verissimè prædictus discursus libellus est infamatorius, cuius finis non est veritas, sed temeraria calumnia, non enim mihi persuadeo, Sectarios tam rudi ingenio esse, ut huius rei veritatem cognoscere non valeant. nam in primis licet in scriptura Petrum Romæ sedisse, non haberetur, nihil tamen obstat, quia multa ipsi tenent, quæ Scripturæ non narrat; at tamen Scriptura huiusmodi rem apertè commemorat; cū scilicet ipse Petrus dixerit: *Saluat vos Ecclesia in Babylone collecta*: nam Roma dicta est Babylone mylticè, ut patet etiam in Apoc. ubi super septem colles describitur: quod de Roma tantum verificari potest, ut patet, ita omni sæculo Patres communitè intellexerunt nemine excepto. non tamen Roma Christiana, sed Roma pagana, ethnica, quæ tunc omnium gentium seruebat erroribus, quæ ruitura erat, ut de facto vna cum imperio, quod habebat, ruit: ut cernitur: nam Gothi, Wandali, Hunni, & Longobardi, Romam destruxerunt: non sequitur autem, ergo recedendum est ab Ecclesia Romana, est enim hic saltus voluntarius; nam aliud est Romanum Imperium, & aliud Romana Ecclesia. sicut quia antequam Germania reciperet fidem Christi, erat habitatio demoniorum, non valet in præsentem inferre, ergo etiam nunc Germania, in ea parte ubi est fides catholica, est habitatio demoniorum: ita à pari. Vnde Hieron. lib. 2. contra Iovin. propè finem sic de Roma asserit. *Ad te loquar, qua scriptam in fronte blasphemiam, Christi confessione delesti.* Et cum legitur, *exite de illa populus meus, &c.* pro eo tempore, quo multa pati debuit, destruendaque erat, intelligi debet: idè sequitur, *ne de plagis eius accipiatis*, quæ in pœnam delictorum in paganismo commissorum Romæ danda erant. Post autem illud tempus, quando Romanum Imperium desolatum fuit, & Romana Ciuitas combusta, nulla amplius plaga apparuit post Verberationem. ciues enim Romani pacificè vixerunt, & viuunt.

Secunda Obiectio. Scriptores antiqui, qui scribunt Petrum Romam venisse non consentiunt: nam Orosius scribit venisse in principio regni Claudij. Hieron. dicit anno secundo Claudij: Falciculus temporum dicit anno quarto eiusdem Claudij: Passionale de vitis Sanctorum dicit anno 13. Claudij. Similiter in numerandis Petri successoribus etiam varietas inuenitur, nam Tertull. de præscript. & Hieron. in cap. 5. 2. Isaiæ post Petrum ponunt Clementem, alij ponunt Linum, deinde Clementem, ut Optatus lib. 2. contra Parmenianum; & August. in epist. 165. alij post Petrum ponunt Linum, & Cletum, siue Anacleum, & tandem Clementem, ut Iren. lib. 3. cap. 3. Eusebius in Chronico. Epiphani. hæresi 27. discordia

enim auctorum argumentum est falsitatis.

Respondeo sufficientissimum esse, ut constet de facto, quod scilicet Petrus Romam venerit; variatio aliqua temporis non officit, quia discordia scriptorum non est circa factum, idè factum non infirmant; sed est de tempore, tempus itaque præcipuum in dubium vertitur: quod parum refert. Ad secundam instantiam scilicet. Quis fuerit immediatus Petri successor, Linus, vel Clemens: dico quod hoc negotium non obscurat potestatem successiuam Petri in Romanis Episcopis, quam nos probare intendimus; sed qui fuerit prior; & dato quod hoc apertè non constaret, nihil tamen inde inferrent, nisi quia quis fuerit immediatus successor ignoraretur, non autem Petrum successorem non habuisse: longus enim saltus est ex hoc illud inferre: & libenter saltauit Velenus, qui hæc obijcit, quia cum cæteris Sectarijs auferre Ecclesiæ Romanæ primatum anhelabat; *Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum*: Prou. 1. tamen ut Epiphanius scribit hæresi 27. & sententia veterum, Clemens pontificatum ex humilitate recusauit: quem postea rogatus à fratribus, iterum assumpsit: ideoque nunc prior Lino legitur, & nunc posterior. si autem scriptores de modo, & tempore, non sunt concordēs; de facti veritate nullus tamen dubitauit, & hoc est quod volumus. Obiectio itaque nihil contra nos concludit.

Tertia Obiectio ex Veleno, Caluino, & Magdeburg. Petrus non potuit Romam venire ante 18. annum, nam cum fieret Concil. Hierosol. Acto. 15. adhuc erat Petrus in Iudæa: factum est autem illud Concil. anno 18. à Passione Domini, ut colligit Hieron. cap. 2. ad Galat. nam Paulus post annos tres à conuersione sua venit in Hierusal. videre Petrum Galat. 1. deinde post annos 14. redijt in Hierusal. ad Concil. Galat. 2. quibus si addas vnum annum, qui fluxit à Passione Domini vsque ad Conuersionem Pauli, fient anni 18. Addè quod Petrus dicitur fuisse quinque annis in Iudæa, deinde septem annis Antiochiæ, tum multis annis alijs in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithinia. nec enim vno die poterat in tot locis prædicare, ergo saltem 18. anni fluxerunt antequam Romam Petrus venire posset. Dicitur autem Petrum sedisse Romæ annis 25. ita Damasus, Eusebius, & alij. ergo superuixit vsque ad annum 43. à Passione Domini. sed tunc iam mortuus erat Nero, imò & Galba, Otho, & Vitellius, & imperabat Vespasianus, ergo tempore Vespasiani Petrus obiit, sed Vespasianus fuit mitissimus Imperator, nec vllos Christianos Romæ occidit, ut omnes testantur, & præcipuè Tertull. cap. 5. Apologetici. ergo Petrus alibi obiit, quam Romæ.

Misereor super huiusmodi homines, qui velut araneæ ad telam componendam pro muscis capiendis; valde fatigauerunt: sed ventus veritatis efflat, & telæ aranearum euanescent. Vnde breuiter respondeo, quod Petrus quando quinque annis dicitur mansisse in Iudæa sicut non sequitur, quod semper in eodem loco manserit; sic quando septem annis dicitur sedisse Antiochiæ, non semper in illa ciuitate stetit, sed vicinas prouincias peragravit; quia opus erat fidem vbi que promulgare; igitur eodem tempore, quo Episcopatum Antiochiæ tenuit ire potuit in vicinas prouincias, scilicet in Pontum, Asiam, Galatiam, Cappadociam, & Bithiniam, inde post aliquos annos redijt Hierosol. deinde anno secundo Claudij Romam venit; ibique Episcopatum itabiliuit, cum iam Antiochiæ alij præficeret; & talem Episcopatum tenuit annis

Tempus & non factum vertitur in dubium.

Saltus Sectariorum ineptus.

Aliud est Romanum Imperium, aliud Romana Ecclesia. Aliud Roma pagana, aliud Roma Christiana.

Petrus licet sedē posuerit primò Antiochiæ, secundo Romæ, sepe tamen ibat ad vicinas Ciuitates, p. edicinas Regni Dei.

annis pluribus. sed eo tempore non semper mansit Romæ, nam vt legitur in Act. Apostolorum cap. 18. Claudius iussit omnes Iudæos discedere à Roma, & illa occasione Petrus cum Iudæus esset, discedere à Roma coactus fuit, vbi duobus annis fuerat, & redijt in Hierus. quod cum audissent ij, qui erant Antiochiæ, miserunt ad eum Paulum, & Barnabam, & tunc factum est Concil. Hierosol. mortuo autem Claudio redijt Petrus Romam, quandò Paulus ad Galat. ait: Petrum in Hierus. anno tertio à sua conuersione, & quarto à morte Christi Domini vidisse, id factum est eo tempore, quo Petrus in Iudæa fuit, antequam Antiochiam peteret. cum autem in eadem epistola Paulus ait, post 14. annos illum iterum vidisse in Hierus. id est post Couersionem Pauli, qui erat annus à Passione Christi quintusdecimus, hoc accidit, quia post annum secundum sui Episcopatus Romæ, qui erat quartus Claudij, vna cum Hebræis Roma eiectus fuit, & tanto tempore extra Romam fuit, donec Paulus illum iterum videris. Hinc est quod nulla apparet rei contradictio. nec aliquid sequitur de his, quæ Sectarij obiecerunt. & quod tempore Neronis Iudæi Romæ manere poterant, patet Actor. vlt. vbi Paulus eo tempore Iudæis Romæ prædicauit.

Quarta Obiectio. Paulus scribens ad Romanos multos iubet salutari cap. vlt. Petri autem non meminit, ergo Petrus nunquam Romæ fuit.

Respondeo Paulum ad Romanos eo tempore, quo Romæ non erat Petrus scripsisse, vt superius dictum est: sicut cum scripsit ad Ephesios, non meminit Ioannis Apostoli, quia ibi non erat; nec tamen sequitur Ioannem ibi aliquando non fuisse. tunc enim Paulus ad Romanos scripsit cum ibat in Hierus. vt ipse testatur cap. 15. eo tempore Petrus non erat Romæ, nec aliquis Iudæorum.

Quinta Obiectio. Ambrosius in cap. 16. ad Romanos, dicit Narcissum, quem Paulus iubet salutari fuisse Romanum Presbyterum; at Presbyter, & Episcopus idem sunt apud Paulum, ergo iste Narcissus erat Episcopus Romanus, ergo non fuit Petrus primus Episcopus Romæ.

Respondeo Narcissum Romanum presbyterum, sed non Romanum Episcopum extitisse: omnis enim Episcopus est presbyter, sed non è contra. & licet aliquando idem significare videantur, tamen respectu alicuius ministerij, sed non omnium intelligi debet: nam Apostolus 1. Tim. 5. ait, *Aduersus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* hic presbyter non pro Episcopo, sed pro simplici Sacerdote accipitur. ratio est, quia Timotheus erat Episcopus, & Episcopo soli cæteros Episcopos iudicare non licet; benè autem simplices presbyteros. Hinc colligant Sectarij Petrum, antequam ab Vrbe discederet, iussu Claudij, multos Gentiles ad Christi fidem Romæ conuertisse, presbyterosque ibi ordinasse, vt Sacramenta fidelibus, seu Romanis ad fidem conuersis, administrarent.

Sexta Obiectio. Si viuente Claudio, qui Iudæos expulerat ab vrbe, scripta est à Paulo epistola ad Romanos, non iussisset Iudæos aliquos Romæ salutari, non enim videtur credibile, Claudio viuente, Iudæos ad Vrbe redire potuisse.

Respondet D. Card. Bellar. lib. 2. de Rom. Pontifice cap. 7. nullam esse implicantiã, quod post annu, Iudæorum aliqui, ob negotia peragenda Romam redierint. At ego respondeo non colligi ex epistola Pauli, vt ibi videre est, quod illi, quibus salutationem

direxit, fuerint Iudæi, nam ibi cap. 36. nulla fit mentio Iudæorum; nomina enim illa erant omni nationi communia. & licet Paulus super quæstionem Gentium, & Iudæorum, ibidem habitam, discurrat; poterat tamen illa quæstio fuisse antequam Claudius à Roma Iudæos eiecisset; qui Hierosolymam pergentes, Paulo talem quæstionem facillè narrauerunt; vnde Paulus super huiusmodi rem Romanis scribere voluit. etenim vt legitur Act. 18. Paulus pergens in Hierus. inuenit Corinthi Aquilam, & Priscillam Iudæos, qui nuper ex Vrbe venerant, pulsati à Claudio, idque fuit antequam Paulus ad Romanos scriberet, verisimile est quod prædicti Iudæi Paulo quæcunque Romæ acciderant narrauerint, qua occasione Paulus prædictam Epistolam ad Romanos scripserit; & licet legatur ibi, salutate Aquilam, & Priscam; hoc non officit, multi enim eodè, & simili nomine appellatur.

Septima Obiectio. Paulus è Roma scripsit ad Philippenses, nam cap. vlt. inquit. *Salutant vos omnes sancti, maxime qui de Cæsaris domo sunt.* & ad Tim. 2. cap. vlt. mentionem facit de Lino, qui deinde Petri successor scribitur. & ad Hebr. cap. vlt. inquit: *salutant vos de Italia fratres.* & adhuc plures epistolas inde scripsit. Cum fuerit occasio loquendi de Petro, nunquam tamen de illo mentionem fecit. Et non tantum ex prædictis epistolis non habetur Petrum Romæ fuisse, sed apertè indicatur non fuisse: nam ad Philipp. 2. dicitur de his, qui Romæ erant: *Omnes querunt, quæ sua sunt,* & ad Coloss. vlt. *Salutat vos Aristarcus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, & Iesus, qui dicitur Iustus hi soli sunt adiutores mei in Regno Dei.* & 2. Tim. 4. *In prima mea defensione nemo mihi assistit, sed omnes me dereliquerunt.* At si Petrus Romæ fuisset, de illo hæc omnia verificari nequirent; illum enim Paulus exciperet, quia iniuriam fecisset Petro.

Respondet D. Card. Bell. loco supra citato cap. 8. licet Paulus non meminerit Petri, tamen non sequi Romæ tunc non esse: sicut quia Mattheus non scribit in Euangelio Christum Circumcisum, non sequi Christum Circumcisum non fuisse. & in loco illo ad Coloss. vlt. *Hi soli sunt adiutores mei in Regno Dei,* tantum de suis domesticis, qui ei ministrare soliti erant fermocinari, & ad illud, *omnes querunt quæ sua sunt:* inquit, esse figuram intellectionis; nec de omnibus absolute loqui, sed vt plurimum; quia secum erat Timotheus, qui certè non quærebat, quæ sua erant. ad illud *nemo mihi assistit, sed omnes me dereliquerunt,* ait: loqui de quibusdam nobilibus Romanis, qui potuissent pro se adire Cæsarem, sed metu Tyranni id non fecerant.

Secundo respondet eo tempore, quo Paulus Romam peruenit, & prædictas epistolas scripsit, Petrum Romæ non fuisse, & quod licet ibi sedem suam possidet, tamen sæpissimè extra Urbem manebat, quia in pluribus locis Ecclesias cõstituebat, vt notauit Epiph. hæresi 27. & hac ratione Petrum sibi coadiutores Linum, & Cletum assumpsisse, vt in sua absentia Romæ Episcopalia munera exercerent. & de eodem Lino Paulum loqui 2. ad Tim. cap. vlt. His tamen admisis respondeo Pauli silentium de Petro, Petrum Romæ non fuisse non inferre, sed potius Petrum esse Summum Pontificem, seu Principem Apostolorum ostendere: nam non decebat, vt Paulus scribens ad particulares personas, vel Ecclesias, diceret: salutate vos Petrus Apostolus, de inferioribus sibi, pluries hoc fecisse legimus, de æqualibus autem nequaquam.

Ergo

Paulus scripsit ad Romanos super quæstionem iam perhibitam inter ipsos, & Iudæos, qui tunc Romæ morabantur.

Omnis Episcopus est Presbyter, sed non è contra, & ex doctrina Pauli colligitur.

Petrus, dum Romæ Episcopus fuit non semper mansit in Vrbe. Nam Petrus in Hierus traditus est, vt mihi constat, Petrum ibidem Euangelium prædicasse; Cuius autem hæc prope Urbem sua est.

ergo multo minus de Petro, qui Princeps erat Apostolorum; nec opus erat, ut dum Paulus aliquorum negligentiam notabat, Petrum exciperet; nam quis mentis compos dubitare poterat de diligentia Petri? Tandem ad maiorem confirmationem eorum, quæ dixit D. Card. Bellarm. dico Paulum prædictas Epistolas, ut verisimile est, statim ut Romam venit, scripsisse paucis scilicet decurtis diebus, & tunc Petrum facile in vicinas Ciuitates euangelizando Regnum Dei accessisse. Nam, quæ obijciunt Sectarij, sunt tantum excogitata coniecturæ, possumus igitur etiam per coniecturas respondere, dum coniecturas obijciunt.

Octaua Obiectio. Ambrosius serm. 67. de Petro, & Paulo; *Vna die, vno in loco, vnus tyranni tolerauere sententiam.* at Linus in passionibus Petri, & Pauli dicit eos nec eodem tempore passos, nec eodem loco, nec eodem tyranno iubente. Præterea Iosephus, qui tempore Neronis vixit, scripsit Romæ historiam de bello Iudaico, & in ea meminit interfectorum à Nerone, & tamen non meminit Petri, quem certè non omisit, si verè à Nerone occisus fuisset: fuit enim Iosephus Christianorum amicus, & libenter data occasione ipsorum meminit: scribit enim de morte Christi lib. 18. antiquit. & Ioannis Baptistæ & Iacobi lib. 20. Adde quod Petrus erat senex quando Paulus erat adolescens, nam post Passionem Domini Paulus vocatur adolescens Act. 7. quo tempore Petrus iam vxorem habuerat, & tanquam annosissimus omnium Apostolorum, primus habebatur, & tamen Paulus ad senectutem etiam peruenit, ut ipse scribit in epistola ad Philemonem; ergo non est verisimile eos vno tempore obiisse.

Respondeo huiusmodi ineptijs, ex eisdem Sectarijs; nam Velenus inquit, historiam Lini esse confictam, nec veritatem narrare; cum ita sit, cur nobis illam obijcit? Ad illud de Iosepho, quod hæc non scripsit, dico quod est inanis syllogizatio; Iosephus enim noluit talia scribere, quia libellum suum Romano Imperatori dicauit, nec enim in huiusmodi materia illum offendere voluit. Sed quid valet hic modus arguendi? Sortes hoc non dixit; Pl to hoc non dixit, ergo sic non fuit: ergo sortes currit. Vndè optimè D. Cardin. Bellarm. contra Velenum sic arguit. Tu Velenus uicis Petrum occisum fuisse, Hierosolymis iussu Anani Pontificis Iudæorum, cur Iosephus, qui lib. 20. Antiquit. scribit gesta illius Anani, & quos homines occiderit, & tamen non meminit Petri, qui caput erat facilius? Velenus igitur, incidit in foveam quam fecit.

Ad illud quod Petrus erat senex, & Paulus adolescens; & quod cum Paulus senex mortuus fuerit, non est possibile simul cum Petro obiisse; est inquam puerilis coniectura; nam Paulus mortis tempore poterat esse 60. annorum, & Petrus 80. Quando autem Petrus vocatus fuit à Christo Domino, constat fortiter, & robustè Nauiculam rexisse, piscatum fuisse, & opera laboriosa operatum esse. Vndè Lucæ 5. legitur: *præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.* non erat igitur tam annosus cum Paulus erat adolescens. quæ autem repugnanti est duos simul mori, quorum vnus sit 60. & alter 80. vel 85. annorum? & hac ratione Petrus ab initio senex, & Paulus cum barba nigri coloris, picti fuerunt, ut Petrum seniore esse, & Paulum non fuisse, tam senem, cum martyrio coronatus fuit, innuerent.

Nona Obiectio. Scriptura, & Patres apertè docent Petrum, & Paulum Hierosolymis non Romæ: à Scribis, & Pharizæis, non ab Imperatoribus Romanis occisos: Nam Matth. 23. Dominus ait. *Eccè ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetur, & crucifigetur, & ex illis flagellabitur in Synagogis vestris.* In quem locum Chrylottomus, inquit. *Intelligit Apostolos, & qui cum Apostolis fuerunt.* & Hieronym. in hunc eundem locum ait: *Obserua iuxta Apostolum varia esse dona Discipulorum Christi, alios prophetas, qui ventura prædicabant, alios sapientes, qui nouerunt quando debeant proferre sermonem, alios scribas in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est Stephanus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagellatus in Actibus Apostolorum Discipuli.* Item Nicolaus Lyranus in hunc locum inquit, *Ex eis occidetur sicut Iacobum fratrem Ioannis Actor. 12. & Stephanum Act. 7. & multos alios crucifigetur, & Petrum, & Andream fratrem eius, &c.*

Respondeo, quod si sensus præcitæ Scripturæ talis esset qualis à Veleno describitur, omnes Apostoli in Hierusalem debuissent occidi: & sic in omnem terram Apostoli ad Regnum Dei euangelizandum non exiissent; & omnes historiarum, quæ oppositum docent, ruerent. sensus igitur est, eorum multos, qui ad fidem Christi disseminandam à Spiritu sancto in Iudæam erant mittendi, varijs mortis generibus afficiendos esse; ut de facto Stephanus lapidatus est Act. 7. & Iacobus maior ibidem occisus Act. 12. & Iacobus minor similiter in Hierusal. occisus fuit, ut scribit Iosephus lib. 20. Antiquit. cap. 16. & similiter Simon, qui fuit Episcopus Hierusalem, post Iacobum Apostolum à Iudæis crucifixus est: ut scribit Eusebius in Chronico; & sic Patres intelligendi sunt, iuxta eundem Scripturæ sensum, cum Velenus infert, ergo etiam Petrus crucifixus est in Hierusalem, falsa est huiusmodi consequentia: nec Lyranus hoc affirmat, quia tunc mortem Petri tantum considerauit sub illo verbo crucifigetur, & non locum ubi crucifixus est, sed quam inanis, & insipida sit hæc obiectio, patet prudentibus.

Contra secundam Conclusionem prima Obiectio. Si idè Romæ est Pontificatus, quia Petrus Summus Pontifex ibi obiit, ergo Sedes Pontificatus Iudaici debuit semper esse in deserto, quia ibi Moyses, & Aaron Pontificatum gerentes, mortui sunt, & Sedes Pontificalis Hierosolymis esse deberet, quia ibi Christus Summus Pontifex obiit.

Respondeo illam causalem, scilicet, quod idè Romanus Pontifex succedit Petro, quia ibi mortuus fuit, falsam esse. nam Catholici hanc rationem adducunt: quia scilicet Petrus Episcopatum Romæ sumpsit, Antiocheno alteri assignato: & cum Apostolis, ipse Christus Dominus, quæ facienda erant reuelaret, ut legitur 2. Petri 1. *Sicut Dominus reuelauit mihi.* non est credendum absque præcipuò Domini præcepto factum esse, ut Petrus Romæ sedem supremam stabiliret; hinc est quod ratio Caluini euanescit. Moyses autem, & Aaron Sedem Pontificiam in deserto non posuerunt; nullibi enim hoc legitur; siquidem populus ille tunc peregrinus erat, & Hierusalem mandato Domini erat possessurus. At Christus Dominus, ut patet in Euangelio.

H vices

Inanis syllogizatio Seditiosorum.

Lyranus considerauit mortem Petri, & non locum ubi mortuus est.

Totus cum vocatus fuit ad Apostolorum, non erat vixit senex.

Petrus Romæ sedem suam posuit, non sine Diuina voluntate, & præcepto.

vices suas commisit Petro, cui non præcepit, vt in Hierul. sedem figeret; imò ludæis ruinam comminatus est, Luca 19. *Hierul. Hierul. qua occidis prophetas, &c. Ecce relinquetur domus vestra deserta.* & Matth. 21. *auferetur à vobis Regnum Dei.* Et in Cõcilijs Generalibus antiquis nunquam primum locum habuit Episcopus Hierul. idè cum Petro vices suas dedit, considerandum est, vbi Petrus reuelante Domino sedem posuerit, sicut omnibus sæculis omnes Romæ illam posuisse cognouerunt. Hinc fit, quod recedentes à Romana Sede, recedunt pariter à Petro, & à Christo, qui illi vices suas dedit. & fiunt Apostata, quales sunt omnes Sectarij, cum quibus disputamus. quorum perditio mihi maximè displicet. Vtinam conuertantur, & saluentur.

Episcopus Hierul. le nullibi habuit primum locum.

Recedentes à Romana Sede, per inobedientiam, recedunt à Petro, & à Christo Domino.

Secunda Obiectio. Priuilegium hoc de primatu totius Ecclesiæ, vel est locale, vel personale, vel mixtum: si primum, ergo cum semel fuerit concessum Antiochiæ, non potest ab ea tolli, etiam si inde Petrus recesserit, & alibi mortuus sit. Si secundum, ergo nihil ad locum: igitur maius ius non habet Roma in Pontificatu, quam quæcunque alia Ciuitas. Si tertium, ergo non sufficit aliquem esse Romanum Episcopum, ad hoc vt aliquis habeat primatum, nam si est priuilegium partim locale, partim personale, non datur loco nisi pro tẽpore. quo in eo est talis persona, idest Petrus.

Petrus statuit immutabiliter, quod Episcopus Romæ sit Pastor vniuersalis Ecclesiæ, & sibi successor.

Respondeo esse personale; per successionem tamen vltique ad consummationem sæculi. cum Caluinus infert, ergo nullum ius habet Roma super Pontificatum, negatur consequentia; quia Petrus statuit, vt apertissimè constat, Romanam Ecclesiam Petri successorem eligere debere; hinc est, quod Pontifex vbiunque fuerit, vel Romæ, vel extrà Italiam, semper erit Summus Pontifex, dummodo ab Ecclesia Romana fuerit electus; & quia Petrus Episcopatum Romæ particularem tenuit, dum vixit, & quem Romæ Episcopum præfecit, illum supremi Pontificatus possessorem statuit; hinc fit, omnes Summos Pontifices ad Petri methodum seruandam, Episcopos particulares Urbis Romæ; & omnes Episcopos eiusdem Urbis, Summos Pontifices etiam esse debere: nec talem ordinem eos posse immutare dicimus, quia vt superius notauimus, rem tanti momenti, non absque præcepto, & reuelatione Domini, Petrum statuisse, dicendum est.

Tertia Obiectio. Si Romanus Pontifex, quia succedit Petro, est primus Episcopus; secundus debet esse Ephesinus, vbi sedit Ioannes; tertius Hierosolymitanus, vbi Iacobus, &c. At videmus secundum fuisse Alexandrinum, qui nulli Apostolo successit; Ephesinum autem nullum ex primis locis tenere, ergo res aliter se habet.

Respondeo argumentum hoc esse inane, & vacuũ, quia ineptissimè concludit. nam vnus fuit à Christo constitutus supremus Ecclesiæ pastor, scilicet Petrus; cæterorum Apostolorum potestas, dempta legatione Apostolatus, erat tantum simpliciter Episcopalis; idè omnes Episcopi Apostolis, sicut Ephesinus, & alij succedunt: cum autem pastor vniuersalis maiorem iurisdictionem vni Episcopo, quam alteri, sicut expedire videtur, communicare valeat: vt de facto Summi Pontifices Patriarchales sedes instituyendo fecerunt: idè sequitur, dignitatem Ecclesiarum à sede Petri, vndè omnis iurisdictione emanat, & non aliundè dependere. hoc autem Caluinus bene nouerat; sed odium excæcauit illum, & ambitio, vt ta-

Apostolorum potestas, de mpta legatione Apostolatus, est simpliciter Episcopalis.

les obiectiones componeret ad populos, ne Romanæ Ecclesiæ obedirent seducendos.

Quarta Obiectio. Si omnia quæ Petro dicta sunt intelliguntur etiam dicta successoribus, ergo fateri debent Romani Pontifices, se omnes esse Satanas: nam sic dictum est Petro Matth. 16. *Vade post me Satana, & ter me negabis.*

Respondeo hanc obiectionem similem illis esse, quas in scholis iuuenes de ente rationis differentes, & de chimæris componunt. cur Caluinum huiusmodi ineptias pueriles scribere, & obijcere non puduit? Si omnia, quæ dicta sunt Petro, de successoribus verificarentur; lequeretur omnes Pontifices ter Christum negare debere, & in Cruce animam Deo reddere, ponere in dexteram nauigij rete, piscari; & cætera huiusmodi: hoc autem vanum est, ne dicam insanum, affirmare; idè dico in his omnibus Petro Romanos Pontifices succedere, quæ illi in ordine ad regimen Ecclesiæ, & non circa particulares defectus, quos Petrus, tunc piscator habuit, dicta fuerunt.

Ha tantum, quæ Petro dicta sunt in ordine ad regimen Ecclesiæ dicta intelliguntur successoribus illius.

Quinta Obiectio ex Nilo. Romanus Episcopus dicitur primus, quia secundus ab ipso est Constantinopolitanus, tertius Alexandrinus, quartus Antiochenus, quintus Hierosolymitanus: at non dicitur primus, & secundus de superiore, & inferiore, sed de his tantum, qui sunt eiusdem ordinis, & dignitatis. Non enim Romanus Episcopus dicitur primus ratione Tusculani, aut Tyburtini, qui ei subiecti sunt.

Respondeo præfatum ordinem inter Patriarchas non in ordine ad Romanum Pontificem positum fuisse, vt ex serie Conciliorum Generalium constat; sed inter ipsosmet Patriarchas. Nam quia Ecclesia Alexandrina cæteras antecedeat; Patres in Concil. Constantinop. primo, voluerunt contentiente Romano Pontifice, vt Episcopus Constantinopol. post Romanum Pontificem primum locum teneret, scilicet super Patriarcham Alexandria; non fiebat autem comparatio cum Pontifice Romano, vt ex verbis illius Canonis constat, qui est tertius in ordine: sic enim ait. *Constantinopolitana Ciuitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum, propter quod sit nona Roma; patet igitur, quod comparatio erat tantum in ordine ad Alexandrinam, & alias particulares Ecclesias: aliter Patres dixissent Constantiopol. Episcopum secundum locum obtinere debuiffe: hoc autem non dixerunt, sed primum locum nominarunt, quia in huiusmodi rebus, nemo Romano Pontifici, cum sit omnium caput, potest comparari: Vndè quatuor dicti sunt Patriarchæ, vt plurimum; & non quinque, cum autem in quinta Synodo Græci Romanum Pontificem aliquando Patriarcham nominauerunt; tunc illum, vt curam habet immediatam super Occidentis Prouincias considerabant. Vndè Romanus Põtifex tripliciter sumi potest, vt Romanus Episcopus; vt Patriarcha multarum Prouinciarum; & vt Summus Pontifex: id est caput, & Episcopus vniuersalis Ecclesiæ; vt Episcopus, Archiepiscopus, & Patriarcha, iurisdictionem aliquam in Diocesisbus Orientis, quatuor prædictis Patriarchis immediatè subiectis non exercet; sed bene, vt Summus Pontifex, & Ecclesiæ vniuersalis Pastor, & Caput. Itaque priuilegium Ecclesiæ Constantinopolitanæ in ordine ad Ecclesiam Romanam datum non fuit, respectu cuius omnis Ecclesia subdita est, vt ouis Pastori, de iure diuino, & inalterabili ordine: sed in ordine ad Alexandrinam, vt patet ex verbis citati Canonis. vanũ est igitur per talẽ canonẽ, & per*

Sensus tertij Canonis scẽdæ Synodi quis sit.

Episcopus Urbis tripliciter considerari potest.

& per similia statuta contrà primatum Romani Pōtificis insurgere : quia error est ex inaduertentia , vel ex malitia , & odio .

Sexta Obiectio . Sexta Synodus Can. 36. renouat Constitut. secundæ , & quartæ Synodi , quæ Episcopo Constantinop. paria priuilegia tribuerunt cum his , quæ habet Episcopus Romanus , ergo Romanus Episcopus non est maior auctoritate , ac dignitate Episcopo Constantin. & proindè non potest esse Petri successor , nec omnibus Episcopis præesse .

Sexta Synodus nullos fecit canones .

Respondeo Canones sextæ Synodi veræ , tales ineptias non continere ; nam sexta Synodus celebrata sub Agathone Papa , & Constan. IV. Imperatore , nullos fecit Canones . Græci autem post aliquot annos tales Canones condiderunt , & addiderunt : vt in initio dictorum Canonum , & etiam ex confessione Tharaj Episcopi Constantin. in 8. Synodo , Act. 4. manifestè apparet cum autem sint Canones particularis Synodi ; quam potestatem talis Synodus huiusmodi leges condendi habebat ? Quia autem inquit Canonem tertium secundæ Synodi restituere voluisse : dico superfluum id esse , quia ibi Episcopo Constantinop. primus locus respectu Episcopi Alexandr. conceditur , & talem locum iam de facto obtinebat . Ad illud de pari priuilegio cum Episcopo Romano , quod Anatolius monstruosè Act. vlt. Concil. Chalc. obtinere tentauit ; ipsi sciunt quæ ibi leguntur ; quid Leo Papa Anatolio , Vniuersæ Synodo , & Marciano Imperatori , de eorum inordinata ambitione discurrens pronunciauerit . Quæ autem Leo Papa Marciano Imperatori de hac ambitione Anatolij Episcopi Constantinop. scripsit , hæc sunt , & post Acta eiusdè quartæ Synodi habentur . *Cum secundum suam consecrationis auctores eius iniuria turbarent , benigniores circa ipsum , quam iustiores esse volumus , quo perturbationes omnes , qua operante diabolo fuerant excitata , adhibitis remedijs leniremus . qua illum modestum magis , quam immoderatum facere debuerunt . Qui etiam si præcipuis meritis , optimoque iudicio legitime fuisset , ac solemniter ordinatus , contra reuerentiam tamen Canonum paternorum , contra sancti Spiritus instituta , contra antiquitatis exempla , nullus posset suffragijs adiuuari . Apud Christianum , & verè Religiosum Principem loquor . multum Anatolius Episcopus proprio detrahit merito , si illicito crescere optat augmento . Habeat , sicut optamus , Constantinopolitana Civitas gloriam suam , ac protegente dextra Dei , diuturno Clementia vestra fruatur Imperio : alia tamen ratio est rerum secularium , alia diuinarum . nec præter illam petram , quam Dominus in fundamento posuit , stabilis erit ulla constructio . propria perdit , qui indebita concupiscit ; satis sit prædicto , quod vestra pietatis auxilio , & mei fauoris assensu , Episcopatum tanta urbis obtinuit : non dedignetur civitatè , quam Apostolicam non potest facere sedem , nec ullo speret modo , quod per aliorum possit offensiones augeri . Neque sibi astimes licuisse , quod Antiochena Ecclesia , sine ullo exemplo , contra statuta Canonum , Episcopum ordinare præsumpsit , quod nos amore reparanda fidei , & pacis studio retractare cessauimus . abstineat ergo ab Ecclesiasticarum iniuria regularum , & illicitos declinet excessus , ne se ab vniuersali Ecclesia , dum inimica patientat , abscondat . & cesset ab hac præsumptione , & c . Cum igitur Legati Papæ ibi non cōsenserint , nec Papa talem monstruositatem approbauerit , cur Nilus , & qui cum eo sunt , illos Canones appellant ? nec sancta Synodus ausa est talia Leoni Papæ scribere ; quia tale desiderium Anatolij Luciferianū erat . Sed prob*

Desiderium Anatolij Episc. Conc. à Leone Papa arguitur , & corripitur .

dolor , iam sunt fere anni 200. quod huiusmodi ambitionis finis tragicus apparuit .

Septima Obiectio . Si Romanus Pontifex , quia primus Patriarcharum est , imperium habet in secundum , id est in Constantinop. igitur pari ratione Constant. quia est secundus , imperium habet in Alexandrinum , qui est tertius , & Alexandrinus in Antiochenum , & Antiochenus in Hierosolymitanum . at nulla consuetudo hoc admittit , ergo aliter dicendum erit .

Responsio est facilis , nam Romanus Pontifex non quia est primus Patriarcha habet imperiū super alios , vt obiectio falso supponit sed ; quia est Sūmus Pontifex , & Christi Vicarius : vt Patriarcha , nō habet ius super orientales ceteris Patriarchis subiectos , sicut nec Patriarchæ imperium super ceteros Archiepiscopos obtinent , quia ipse est primus Archiepiscopus ; sed quia est Patriarcha . talem habens iurisdictionem delegatam . miror Nili debilitatem in talibus obiectiunculis eructandis , quibus in suis erroribus ligatur .

Octaua Obiectio . Romanus Episcopus non ordinat Patriarchas , quemadmodum Patriarchæ suos ordinat Metropolitanos , & Metropolitanos suos Episcopos , ergo non ita præest Patriarchis , vt illi Metropolitanis , & Metropolitanis Episcopis .

Respondeo negandò sequelam , ratio negationis est , quia Pontifex tales ordinationes , pro maiore comoditate , aliquibus Archiepiscopis vicinioribus commisit , quod ad suum libitum statuere poterat : tamen per litteras illos confirmabat ; vt patet exemplo Anatolij Episcopi Constantinop. vt in epist. 5. Leonis ad Marcianum Imperat. apparet , & de Flauiano constat nunquam Antiochenam Ecclesiam obtinere potuisse donec Episcopus Romanus illum confirmauerit . Præterea dato quod Romanus Pontifex videns Græcorum tardam ac negligentem obedientiam , Patriarchas ab alijs ordinari permiserit : hoc tamen primatui , & potestati suæ non officit . & cum suprema potestas Papæ sit in actis Conciliorum Generalium , quæ Latini , & Græci simul celebrauerunt , nimis manifesta : cur illam in dubium reuocant ? nam Pontifex Romanus est super omnes Patriarchas , eo modo quo iudex superior est eo , qui iudicatur ; vt deponens eo , qui deponitur : vt potestate excommunicans , excommunicato : vt ex epistolis Cælestini ad Cyrillum , & Nestorium , & alios , quæ habentur in Actis tertie Synodi apertissimè constat . Et per quartam Synodum Papa est superior Constant. vt caput membro , vt radius illustrans corpore illustrato ; vt vineæ custos à Salvatore constitutus , per sextam Synodum Papa est Constantin. Episcopo superior , vt medicus ægroto , sanitatem Ecclesiæ largiens ; vt Pontificalissimus Apostolicæ summitatis Antistes Episcopis minimis ; vt in prophonético ad Constant. Imperat. præfata Synodus fatetur ; vbi Georgius Constant. aderat , & Theophanes Antiochenus . odium & carnalis amulatio etiam res manifestas in dubium vertere cogit .

Nona Obiectio . Nicæna Synodus Can. 6. assignauit omnibus Patriarchis suas regiones . Romano tradidit Occidentem : Alexandrino Ægyptum , Lybiam , & Pentapolim : Antiocheno Syriam , & Mesopotamiam , ergo Romanus Pontifex non omnia debet regere , nec alijs Patriarchis imperare .

Respondeo hoc argumentum retorquendo contra Nilum sic . Sextus Canon Concil. Nicæni de Romano Pōtifice nihil aliud dicit nisi hoc . *Quoniam & Romano Episcopo id est consuetum . & diocæses assignan-*

Electio Patriarcharum confirmari debet à Summo Pōtifice .

Ex Generalibus , & antiquis Concilijs discrimen inter Papam , & Patriarchas colligitur .

Sensus legitimus sexti Canonis primi Concilij Nicæni , hic est .

signantur Alexandrino, & Antiocheno: Romano autem nihil assignatur, igitur cum illud fuerit primum Generale Concilium, euidens est à Christo, & à Petro Romano Pontificem primatum habuisse; nam vbi, & à quo totius Occidentis regimen obtinuit? ibi enim nihil ei datur: ergo supponitur primatum illum habere à Salvatore; vt Patres Concilij Chalcedonensis in epist. Synodica ad Leonem Papam sic fatentur. *Cui vinea custodia commissa est à Salvatore.* Vnde sensus illorum verborum est, quia talis consuetudo ab Episcopo Romano posita fuit, & hinc patet eius suprema potestas: quia ipse constituerat Patriarchas. res est manifestata.

Cum autem Nilus infert, ergo Romanus Episcopus non omnia regere debet; immediatè concedo: quia Patriarchæ regunt suas Dioceses; mediatè nego: quia à Christo constitutus est Pastor vniuersalis Ecclesiæ: vnde omnes pascere debet, sed diuersimodè. Hinc est quod Christus dixit Petro *Pasce agnos*, scilicet plebem; & *pasce oves*, id est cæteros Pastores, & Principes; ita Ambrosius in Commem. super Lucam cap. 23.

Quid significet, *Pasce agnos*. Et *pasce oves*.

Decima Obiectio. Zosimus Papa ab Africanis per Legatos petijt, vt tres Canones Nicæni Concilij executioni mandarent; vnum de appellationibus Episcoporum ad Romanum Pontificem. Alterum de appellationibus Presbyterorum, & minorum Clericorum ad Episcopos vicinos. Tertium de non eundo ad comitatum: id est ne Episcopi Afri ad aulam Imperatoris irent. Africanis his mandatis acceptis: Concilium Nationale 217. Episcoporum coegerunt, & Pontifici Bonifacio, qui Zosimo iam mortuo successerat, se non inuenire eos Canones in Nicæno Concilio responderunt. propterea se scripturos ad Patriarchas Orientis, Constantinop. & Alexandr. vt ad se approbata exemplaria Nicæni Concilij transmittant, interim se eos Canones seruatuos, salua diligenti inspectione approbatorum exemplarium. Venerunt autem à Cyrillo Alexandrino, & Actico Constantinop. exemplaria Nicæni Concilij, & inter alios hi tres Canones inuenti non fuerunt, sed tantum illi viginti, qui in historia Ruffini lib. 10. cap. 6. habentur, quam etiam historiam Cyrillus in epistola ad Africanos citat.

Cum igitur Africanis in exemplaribus ad se missis illos Canones non inuenissent Cælestino Papæ, qui Bonifacio successerat scripserunt, vt quandoquidem in Nicæno Concilio illi Canones non inueniebantur, deinceps non facile admitteret appellantes ex Africa. Hæc habentur in Conc. 6. Carthaginensi; & in illis duabus epistolis. Quid autem Pontifex responderit, ibi non habetur.

Super hanc historiam Illiricus, & Magdeburgenses præter maledicta, & contumelias, duo componunt argumenta. Primum est. Si iure Diuino Papa est summus Iudex totius Ecclesiæ, quare Pontifices non ex iure Diuino, sed ex Conc. Nicæno ius suum de appellationibus ad Sedem Apostolicam, confirmare nituntur? Et cur tot Catholici, sanctiq; Patres Charthaginensis Concilij ius illud admittere nolunt, nisi in Concilio Nicæno reperiatur?

Respondeo, non per omnia decreta Conciliorum quæ prius non erant decerni. nam aliquandò id quod statuitur prius erat; sed declaratur, & aperitur: vt patet de consubstantialitate filij Dei, de qua in Concilio Nicæno sancitum est. Patres autem non dederunt filio Dei consubstantialitatem, quam prius non ha-

bebat, sed declarauerunt semper filium fuisse consubstantialem Patri. ita de potestate Summi Pontificis affirmandum erit. Licet de appellationibus disceptatum fuerit, eidemque tale ius concessum: non tamen sequitur id prius iure Diuino non habuisse, sed sic esse declaratum fuit. Quia autem suprema potestas Papæ multa sub se continet iura: salua eius potestate, potest in dubium reuocari, an ius hoc particulare appellationum habeat: Eo magis quia regimen Ecclesiæ non est purè monarchicum, sed mixtum cum Aristocratiâ; habent enim optimates, scilicet Episcopi, sua iura ordinaria, licet cum subordinatione ad Ecclesiæ caput, qui est Romanus Pontifex. An id in suo iure includeretur disceptatum fuit in Concilio Nicæno, seu Sardicensi, quod est appendix Concilii Nicæni. Cum igitur Papa Canonibus Concilij ad ius suum probandum vtitur, id facit, vt sic esse, vt amplius dubitari non possit doceat: & etiâ vt facilius minus suæ potestatis executionem obtineat, quod approbatum à Concilio apparet: absque suspitione usurpatæ potestatis manet, & ab omnibus seruatur. Quia verissima doctrina stante, omnia machinamenta, mendacia, ac maledicta Sectariorum ruunt. Patres igitur Africanis an ita esset cognoscere voluerunt: semper tamen habita reuerentia per epistolas ad Summum Pontificem. Vnde non præcipitanter petitionem Pontificis abiecerunt, sed reuerenter vsque ad rei declarationem seruauerunt. Hoc discant Sectarij.

Secunda autem Obiectio, vnde decima in ordine est. Zosimus, Bonifacius, & Cælestinus Romani Pontifices ius appellationum ad Apostolicam Sedem ex Concilio Nicæno probare voluerunt; at discussa causâ fallarij, & corruptores Nicænorum Canonum deprehensi sunt. ergo nec iure humano, nec Diuino ad eorum iudicium prouocari potest.

Respondeo præfatos Pontifices Canones Concilij Sardicensis, Canones Concilij Nicæni nuncupasse, quia Concilium Sardicense etiam apud Græcos, appendix Concilij Nicæni dicitur. Patres Africanis hoc non aduerterunt, ideoque ab Orientalibus tantum Canones Concilij Nicæni, & non Sardicensis petierunt: in quibus cum præcitatos Canones non inuenissent, se deceptos fuisse opinati sunt. Pontifices autem Romani pro eodem Concilio Nicæno, & Sardicense habentes, quia paulò post celebratum fuit, & ad eundem finem, scilicet ad Catholicam fidem, contra Arrianos confirmandam: iure Canones Concilij Generalis Sardicensis, Canones Concilij Nicæni dixerunt. Acticus autem, & Cyrillus non Canones Concilij Sardicensis, quos vsque in præsentem diem Græci retinent, sed tantum Canones Concilij Nicæni miserunt, & hinc talis error ortum duxit. hoc tamen non officit. Præterea si Romanus Pontifex eos addidisset, Græci tales Canones nunquam habuissent, nec in præsentem haberent; at oppositum constat, ergo euidens est voluntariam additionem Romani Pontificis, vt Sectarij putant non fuisse. Patres Africanis postea in epistola ad Bonifacium Papam, & in altera ad Cælestinum, subiectionem Apostolicæ Sedi manifestissime professi sunt; vt legenti patebit, & S. Augustinus Bonifacio Papæ subiectus, & coniunctissimus fuit, vt patet ex initio primi libri aduersus duas epistolas Pelagianorum ad eundem Bonifacium: & in epist. 261. ad Cælestinum Papam. Hinc patet mendacem fuisse Illiricum, asserentem August. cum collegis suis, Romanos Pontifices tanquam fallarios, & corruptores damnasse. Præterquamquod post illud

Cur Can. Concilij Sardicæ dicantur Canon. Con. Nicæni.

Secreta Synodorum aliquando deinceps non declarant, & rem prius existentem confirmant.

istud Concil. Carthag. Leo Papa epist. 87. ad Episcopos Prouinciarum Mauritaniarum in Africa scripsit illos commonefaciens, se Lupicino Episcopo communionem reddidisse, eo quod ad ipsum ex Africa appellasset, & etiam misisse Potentium Legatum, qui vice sua res Africæ cognosceret; igitur id non fuit ab illo Concil. Carthagin. prius celebrato prohibitum: & constat insuper Patres in huiusmodi negotio sententiam mutasse, postquam Canones Concilij Sardicensis præmanibus habuerunt; qui Canones usque in præsentem diem conseruantur, & apud Græcos etiam habentur.

Duodecima Obiectio. Ideo per vos Petrus cognoscitur Vicarius Christi, quia obtinuit nomen Petri, seu lapidis, quod de Christo legitur proprium. Psal. 117. *Lapidem quem reprobauerunt adificantes.* & Isaïæ cap. 8. & 28. *Lapis offensionis, & petra scandali duabus domibus Israel.* & I. Cor. cap. 10. *Petra autem erat Christus.* Sed cæteri Romani Pontifices à principio non vocati sunt Petrus; sed Linus, Clemens, Anacletus, &c. imò nullus vnquam Romanorum Pontificum vocatus est Petrus, ergo signum est à principio cognouisse Romanos Episcopos super vniuersam Ecclesiam, sicut dicunt de Petro non habuisse primatum.

Respondeo ideò Petrum fuisse Vicarium Christi, quia sic Christus statuit, & decreuit, primò promittens Matth. 16. *Tibi dabo clauas Regni Cælorum, quodcumque ligaueris super terram, &c.* & postea actu tribuens Ioan. vlt. *Pasce agnos meos, & oves meas.* Quo stante decreto Dei id accessit tanquam congruum, & conueniens, mutatio scilicet proprii nominis, & illius nominis exhibitio, cuius vices in terris post ipsum gerere debebat, nempe Christi Domini Nostri, qui est petra, & lapis angularis. Quod autem successores Petri idem nomen non assumpserint, non inde prouenit, quia Petro non succedunt in eadem numero potestate; est enim potius hæc scholarium, quam Doctorum coniectura. id autem ab initio congruit, vt rei institutio manifestaretur; in futurum autem satis fuit hoc per æquivalentia nomina notificare, puta Summi Pontificis, Sedis Apostolicæ, &c. huiusmodi. Præterea cum opus fuit in Actis publicis, etiam nomen Petri legitur omnibus Summis Pontificibus appropriatum; sic enim legitur in Concil. Ephesino Act. 3. *Omnibus sæculis notum est quod Sanctus, & Beatissimus Petrus Apostolorum Princeps, & Caput, fideique columna, & Ecclesia Catholica fundamentum, à Domino Nostro Iesu Christo Clauas Regni accepit, solvendi que, ac ligandi peccata potestas ipsi data est, qui ad hoc usque tempus, & semper in suis successoribus uiuit, & iudicium exercet. Huius itaque secundum ordinem successor, & locum tenens Sanctus, & Beatissimus Papa noster Cælestinus Episcopus, nos ipsius presentiam supplentes ad hanc sanctam Synodum misit.* En quod Cælestinus ibi cum Petro, re, & nomine vnitus legitur, & hoc idem Act. 3. Concil. Chalced. habetur. *Sanctissimus, & Beatissimus Archiepiscopus Magna, & Senioris Romæ Leo per nos, & per presentem sanctam Synodum una cum ter beatissimo, & omni laude digno Beato Petro Apostolo, qui est petra, & crepido Catholica Ecclesia, & recta fidei fundamentum nudauit eum tam Episcopatus dignitate, quam etiam, & ab omni Sacerdotale alienauit ministerio.* Et tertia parte eiusdem Concil. Chalced. in epistola vniuersalis Synodi ad Marcianum Imperatorem legitur. *Vndè nobis impenetrabilem in omni errore propugnatorem Deus prouidit, & Romana Ecclesia Papam ad victoriam*

Ratio cur Petrus fuit Vicarius Christi.

Aliquando nomen Petri datum est cæteris Summis Pontificibus successoribus illius.

preparauit, doctrinis eum undique per omnia veritatibus accingens, ut quemadmodum feruens affectu Petrus, & hic affectu feruentiore decertans omnem ad Deum sensum, intelligentiamque peraucat. Et in epistola eiusdem Synodi ad Leonem Papam legitur. *Fidem veluti auro textam catenam, ex veste Christi, & præcepto Legislatoris venientem usque ad nos se seruasti, vocis beati Petri omnibus constitutus interpret, eius fidei beatificationem super omnes adducens, &c.* Et infra de iniquitate Dioscori, dicitur. *Et post hæc omnia, insuper, & contra ipsum, cui vinea custodia à Salvatore commissa est, extendit insaniam, id est contra tuam Apostolicam Sanctitatem: & excommunicationem meditatus est contra te, qui corpus Ecclesie vnire festinas.* Inatus igitur ex omni capite est hæc obiectio.

Decima tertia Obiectio. Can. 3. Conc. Nicæni, seu Sardicensis habetur decretum, quod appellationes Episcoporum fiant Pontifici Romano ad honorandam memoriam Sancti Petri, ergo non habet de iure Diuino tale ius, seu primatum; ergo illum si nunc habet, à Concilio Ecclesie habet post trecentos annos à Christo, falsum est igitur Episcopum Romanum à principio diuino iure super vniuersalem Ecclesiam primatum habuisse.

Respondeo, quod hæc obiectio sic concludit. Patres Concilij Nicæni decreuerunt filium Dei esse consubstantialem Patri; ergo ab initio filius non habuit hanc consubstantialitatem. Valet ne hoc argumentum? haud sanè. quia ab æterno filius Dei est Patri consubstantialis. Concilium Nicænum hoc definiendo nil noui posuit in Deo; sed decreto suo id, vt fide necessariò tenendum manifestauit; oppositam verò erroneum, & hæreticum esse docuit, & statuit: ita à pari. Concilium Sardicense, quod est appendix Concilij Nicæni, appellationes fieri debere ad Romanum Pontificem statuit, non vt rem nouam, & iure Diuino non præceptam ac firmatam; quia sic fuit ab initio, & semper; vt legitur in epistolis decretalibus antiquorum Pontificum, qui Petri Cathedram tenuerunt, tempore quo Ecclesiam Ethnicis Imperatores persequebantur. Sed quod iure diuino faciendum, erat nouo decreto corroborare, & declarare voluerunt. Adde, Concilium Sardicense non de nouo concessisse Pontifici Romano ius appellationum, manifestum fit, quia in eodem Concilio Hosius Legatus Papæ ab initio vt iudex, & primus omnia proponebat, vt legenti patebit. si hoc semper ab initio Ecclesie non fuisset, vndè Hosius Legatus Papæ, antequam Canones de appellatione fierent, hoc ius sibi asseruebat? res est manifesta.

Concilium Sardicense non statuit appellationes ad Summum Pontificem itaquam rem nouam, sed potius declarauit iustitiam talis actus.

DISPUTATIO III.

An Romanus Pontifex sit supremus iudex controuersiarum fidei, & morum.

PRÆSENS disputatio in duplici sensu agitari potest. Primus est, an Pontifex extra Concilium Generale, seu non adunato Concilio Generali, sit iudex infallibilis in rebus fidei, vel errare possit. Secundus, an vna cum Concilio Generali id præstare valeat. iuxta priorem in sequenti libro resoluatur; est enim inter Doctores Catholicos super huiusmodi rebus non leuis quæstio. Secundum posteriorem verò, vt hic discutietur, & resoluetur, is est inter Catholicos & Secta-

Duplex est sensus huius disputationis.

Debetur hæc disputatio Catholicis & Secta-

& Sectarios; nam Lutherus liber de Cõcilijs, & Calvinus lib. 4. institut. cap. 7. §. 28. & cap. 9. §. 9. & omnes huius temporis Hæretici, Romanum Pontificem, etiam vna cum Generali Concilio, errare posse; & de facto errasse asserunt. Vndè sacram Scripturam iudicem controuersiarum, & non Ecclesiam cognoscunt oppositum autem semper docuit Catholica Ecclesia, vt infra patebit.

Quod autem discernendum, ac iudicandum est, duplicis generis esse potest; vel vniuersale, quod habeat rationem regulæ, & iuris; vel particulare, quod habeat rationem facti, pendens ab humana, & particulari informatione, ac relatione: verb. gr. An fortes munus suum exercere idoneus sit: an Plato alicuius culpæ reus, vel conscius fuerit, & cætera huiusmodi. Veritas catholica docet circa primum, Ecclesiam, ex Spiritus sancti assistentia, infallibile, ac indeuicibile iudicium habere; quia est munus cathedræ: at circa secundum errare posse, concedit.

Ecclesia non potest nouum articulum fidei componere.

Et quia de potestate iudicandi, fidei, & morum controuersias hic agimus; aduertendum est Ecclesiã nouum articulum fidei componere non posse: non enim ideò aliqua propositio erit hæretica, quia Ecclesia sic definiuit: sed quia Catholice fidei, à Deo reuelatæ repugnat, & opponitur: nec ideò aliqua propositio erit de fide, quia Summus Pontifex, vel Ecclesia ita decreuit; sed quia est à Deo reuelata: quod colligitur, vel ex Scriptura, vel ex traditione, Ecclesiæ vniuersali, ab Apostolis exhibita; Ecclesia autem declarat tantum illud esse de fide, & illud hæreticum, non tanquam rem nouam; cum fides semper eadem fuerit, & oppositum semper fuerit hæreticum; sed superueniente occasione, Ecclesia declarat, deducit, & manifestat, quod prius non erat expressum, ac manifestum; si enim talis propositio prius non fuisset Catholica, Ecclesia illam Catholicam facere nequiret: non potest igitur Ecclesia nouum articulum fidei docere, vt ineptè aliqui Canonistarum affirmant. poterat tamen antè iudicium Ecclesiæ quisquam aliter discurrere super huiusmodi propositionem, præter notam hæresis: coquòd nõ esset manifesta de fide, quod post iudicium Ecclesiæ non licet. Non enim Patres Concil. Nicæni dederunt filio Dei consubstantialitatem, quam prius non habebat, cum illam ab æterno habuerit, sed sic esse declarauerunt: & oppositum sentire, hæreticum esse: eodem modo in reliquis articulis fidei philosophandum est: ex quo sequitur, iudicium, & dictionem Summi Pontificis, & Conciliorum in rebus fidei, & moribus esse potius declaratiuum, quam constitutum: licet vtrumque secundum præfatum sensum dici possit; nam propter nostrum affirmare, vel negare, res non est vera, vel falsa. Veritas enim, & falsitas non à voluntario hominis iudicio pendet; sed ex re ipsa; vt patet, quibus prænotatis, ac præmissis, ponitur subsequens Conclusio.

Vnica Conclusio. Ecclesia est iudex controuersiarum fidei, & morum. Sacra autem Scriptura simul cum traditionibus nequit esse iudex; sed norma seu regula iudicandi. Conclusio habet tres partes, vt patet. Prima pars probatur. Ecclesia non est deterioris conditionis Synagoga: sed sic est quod illa habebat in Hierusalem Summum Sacerdotem, qui iudicium infallibile super controuersias legis exercebat, vt patet Deut. 17. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse prespexeris, &c. Qui autem superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, &c. morietur homo*

Ecclesia nobilitate conditionis est Synagoga.

ille, &c. Ergo multò magis Ecclesia Summum Sacerdotem, qui infallibile iudicium proferat, habere debet: cum lites quamplurimæ in fide, & moribus orientur, vt experientia patet. Aliter enim, nec controuersiarum vnquam terminus poneretur; vt accidit inter Sectarios, qui nolunt habere iudicem: Et Ecclesiæ regimen defectuosum esset; cum non haberet, vndè concordiam, & pacem in fide, & moribus componere posset.

Secundò probatur ex praxi noui testamenti. Orta est tempore Apostolorum controuersia, an lex Moysis seruanda esset simul cum Euangelio. tunc Apostoli licet optimè intelligerent Scripturas veteris testamenti, vndè hanc veritatem definire poterant, & illas in medium asserre; tamen ipsi iudicare voluerunt: vt patet Act. 15. Ergo Ecclesia est iudex controuersiarum, & non sacra Scriptura. Et hoc omnibus sæculis vsque ad hæc nostra tempora factum est.

Secunda pars Conclusionis probatur. Iudex in aliqua causa debet apertè proferre sententiam, vt illæ litigantes perfectè, & clarè percipiant, adeoquò redantur inexcusabiles, si acquiescere noluerint; aliter iudex non erit sufficiens, nec sententia erit valida. At sacra Scriptura nequit hoc præstare ergo sacra Scriptura nequit esse iudex controuersiarum. Maior est per se nota. nam dato opposito nullius controuersie daretur decisio. Minor probatur, sacra Scriptura difficilis est, & obscura, vt mente, & voluntate sanis patet. Vndè Act. 8. dixit Eunuchus Regine Æthiopum Philippo interroganti, *Putas, intelligis, quæ legis?* (legebat autem librum Isaie) & *quomodo possum nisi aliquis ostenderit mihi?* & 2. Petri cap. vlt. sic legitur: *Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quedam aspicua intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauant ad suam ipsorum perditionem.* Et experientia etiam patet: nam Lutherani, & Calvinistæ, Anabaptistæ, & omnes Sectarij assidue inter se litigant, & vnuiusque Scripturam suæ opinioni adaptat, si autem Scriptura est facilis, vt apertam sententiam proferat, cur litigant? Vel ergo sunt furiosi; vel Scriptura est obscura, nec officio iudicis fungi potest. Vnum ex duobus eligant, oportet. Præterea sacra Scriptura est breuis, paucis verbis plurima complectens, de altissimis rebus tractans, & multa inter se apparent contraria: Exempli gratia Exodi 20. *Ego Deus Zeletes visitans peccata patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem.* & Ezech. 18. *Filius non portabit iniquitatem patris: sed anima, quæ peccauerit ipsa morietur.* Vndè necessariæ cognoscuntur tot Patrum, & Doctorum expositiones, vt omnilegenti patet, ergo non est sic aperta, vt omnes controuersias dirimere valeat.

Sacra Scriptura nequit esse iudex controuersiarum sed tantum norma iudicandi.

Secundò probatur. Iudex verus, & sufficiens debet idoneus esse ad omnes controuersias legis, quæ accidunt, dirimendas: at hoc nequit sacra Scriptura, ergo nequit esse iudex. Minor probatur. De numero librorum Canonice nihil loquitur Scriptura. quot sint Sacramenta. Et cur Baptismus dicatur Sacramentum, & non lotio pedum, nullibi legitur, Lutherus definit Sacramentum lib. de captiuit. Babyl. cap. vlt. quod sit promissio signo externo annexa. hoc autem in Scriptura non habetur. An Hæretici sint rebaptizandi, & aliæ similes controuersie ex Scriptura solui non possunt: ergo Scriptura nequit esse iudex.

Aliqua sunt quæ erant, & in Script. sacris non habentur.

Tertia

Traditiones Apo-
stolicæ sunt etiam
norma iudicandi.

Tertia pars Conclusionis probatur, scilicet quod Scriptura cum traditionibus sit norma iudicandi, Probatur 2. Tim. 3. *Omnis Scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, & arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in iustitia, ut perfectus sis homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Ioan. 5. *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illa sunt, quæ testimonium perhibent de me.* & Act. 17. *Hi autem erant nobiliores eorum, qui sunt Thessalonica, qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc uia se haberent.* Et ex modo loquendi constat, quod ipsa sit tantum norma, & non iudex; quia, inquit, *utilis est*, & quod testimonium perhibet: iudex autem non est tantum testis, & utilis: sed necessarius: qui auctoritatiuè, & apertè ditem dirimere debet; ut patet. Quod etiam traditiones sint norma iudicandi, Probatur ex hoc, quod sunt necessariae. 2. Thess. 2. *Itaque, fratres, stete & tenete traditiones, quas didicistis, siuè per sermonem, siuè per epistolam.* Præterea omnes Apostoli Ecclesiam docuerunt ore tenus, & non omnes scripserunt; ergo tales particulares Ecclesie traditiones, quas tales Apostoli reliquerunt, seruare debent: sicut & ea quæ scripta sunt à cæteris Apostolis.

Traditiones sunt
necessariæ.

Præterea, Ecclesia vniuersalis retinet Symbolum Apostolorum, & in scriptura non habetur, sed per traditiones tantum illud accepit; ut patet etiam apud Sectarios, cum quibus disputamus. Similiter, librorum Canonicorum numerum nulla scriptura manifestat; ergo traditiones sunt necessariae. Quod Baptismus, & Eucharistia Sacramenta dici debeant, Scriptura non aperit, sed traditio. Quod infantes sint baptizandi antè adultam ætatem: & alia multa, quæ etiã Sectarij tenent, Scriptura non docet: ergo cum vniuersa Ecclesia à Solis Ortu, vsque ad Occasum hæc habeat; ab Apostolis ea accepisse, necessariò fatendū est. iuxta Regulam August. lib. 4. de Baptif. To. 7. *Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilij institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.* Sunt igitur necessariae traditiones. Sed iudicis officium exhibere nequeunt, ut patet, & satis probatum est: ergo sunt norma, & regula iudicandi, quia in supernaturalibus rebus, medijs regulis, & doctrinis supernaturalibus, nobis datis, & traditis, procedere debemus.

Testimonium so-
lennè anti quita-
tis.

Probatur nunc Conclusio testimonio firmissimo vniuersalis Ecclesie. Orta est olim hæresis Arij, quis illam iudicauit controuersiam? Nata est hæresis Macedonij, quis litibus finem dedit? Accidit error Nestorij, quis illum à Catholica fide Apostatam esse statuit? Euthichetis, & Dioscori blasphema opinio pullulabat: quis eos iuste damnauit? Ecclesia fuit. O Sectarij? *Interroga Patres tuos, & dicent tibi: maiores tuos, & docebunt te.* Scrutamini Catholicæ Ecclesie antiquam doctrinam, & illa docebit vos omnem veritatem. Vndè in Conc. Chalced. Act. 1. dicente Legato Apostolicæ Sedis coram Patribus de Dioscoro: *Quia cum personam iudicandi non haberet, præsumpsit, & Synodum ausus est facere sine auctoritate Sedis Apostolicæ: quod nunquam licuit nunquam factum est:* Senatus Legato Apostolicæ Sedis, ait: *Si iudicium obtines personam, non ut accusator debes prosequi.* Audite Sectarij, quod 600. Patres, & Senatus Imperialis, qui ibi erant, iudicem controuersiarum homines Ecclesie ministros, & non Scripturam cognoscebant. quæ utique est optima iudicandi norma, sed iudicis munus assumere nequaquam potest.

Ecclesia est iudex
controuersiarum.

Probatur etiam Sanctorum veterum Patrum testimonio. August. lib. 1. de moribus Ecclesie Catholicæ cap. 30. Tom. 1. de Ecclesia totius sapientie. magistra sic inquit. *Tu Ecclesia doces Reges prospicere populis, mones populos se subdere Regibus, quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reuerentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus disciplina, quibus obiurgatio, quibus supplicium sedulo doces, &c.*

Testimonium ve-
terum Sanctorum
Patrum.

Athanasius in epist. ad solitariam vitam agentes, contra Constantium Imperatorem Arrianum sic ait. *Quando à condito auro auditum est, quod iudicium Ecclesia auctoritatem suam ab Imperatore accepit? aut quando nunquam hoc pro iudicio agnatum est? Multa iudicia Ecclesia habita sunt, plurima antea Synodi fuerunt, &c.*

Hieronym. in epistol. ad Damasum Tom. 3. ait: *Discerne, si placet, obsecro: non timeba tres hypostasas dicere, si iubetis, &c.*

Ambrosius epist. 13. ad Imperatorem Valentinianum iuniorem apertissimè longo sermone hoc idem testatur. Sed quid opus est Patrum sententias adducere, cum à principio nascentis Ecclesie, vsque nunc, semper, & continuè sacra Concilia fidei, & morum controuersias iudicasse manifestè constet? Si autem omnibus sæculis hoc ius Ecclesia habuit. cur modernos Sectarios vniuersalem Ecclesiam repræhendere, & suas nouas fabulas, venerandæ antiquitati antepone non pudet?

Nunc ad Sectariorum obiectiones. Lutherus in Præfat. assert. suorum articulorum, & Calvin. lib. 4. institut. cap. 9. §. 8. 12. & 13. & omnes huius temporis hæretici, sacram Scripturam esse iudicem controuersiarum, simul cum priuato spiritu, quo quis illas legit, & scrutatur: & nullo modo ad Ecclesiam iudicium illarum spectare, opinatur.

Prima Obiectio. Isa. 54. *Dabo vniuersos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis filiis tuis.* ergo Ecclesia non est iudex controuersiarum, sed spiritus priuatus fidelium.

O miseriam Sectariorum! Si sensus huius scripturæ ille esset, neque Scriptura sacra esset necessaria, quia priuatus spiritus omnes doceret interiùs, nec aliquis fideles post baptismum docere deberet, quia spiritus priuatus illos instrueret, ut quid prædicantes illorum, plebem docent Lutheri, & Caluini nouam doctrinam? ut quid laborant in scholis, ut iuuenes erudiant?

Homines isti more cæcorum veritatem Catholicam oppugnant, & hoc illis sufficit: nec sentiunt huius Scripturæ expositionem, etiam contra illos pugnare. Sensus igitur est, quod olim Deus per prophetas populum suum scilicet Synagogam docuit: Sed Ecclesiam ipsam Dominus docere volebat, vnde Barruch. cap. 3. *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* & Apostolus ad Hebr. 1. *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, &c.* Præterea cum anima ad credendum, sperandum, amandum, & benè operandum à gratia Spiritus sancti excitetur, & huiusmodi gratiæ cum maiorem abundantiam habeat Ecclesia, quam Synagoga; sequitur ad differentiam Hebræorum filios Ecclesie dici doctos à Domino, scilicet excitatos, & ductos ad rectè credendum, & benè operandum à Domino.

Sectarij more cæ-
corum contra ve-
ritatem Catholice
irruunt.

Secunda Obiectio. Isa. 8. *Ad legem magis, & ad testi-*

64 DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA

testimonium, quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis manicina lux. ergo ad Scripturam tanquã ad iudicem recurrere debemus.

Respondeo negando sequelam iuxta sensum illorum, ergo ad Scripturam debemus recurrere, tanquã ad iudicem nego; tanquam ad regulam iudicandi, & cognoscendi, concedo. & patet ex verbis immediate sequentibus. *Quod si non dixerint iuxta verbum hoc*: ecce quod aliquis, seu aliqui iudicare debent, sed iuxta verbum Dei, id est iuxta talem normam, & regulam. Præterea ad legem, & testimonium. ergo lex est iudex, negatur; quia pari modo sequitur, ergo lex est norma, & regula iudicandi. non enim sequelam, quam ipsi eliciunt, inde probare vnquam poterunt. Adde quod Propheta tunc loquutus est de Synagoga, quam reprehendit, quia à phitonibus, & incantatoribus veritatem futurorum quærebat, vt legenti præfatum locum Isaię patebit; eamque monet, vt veritatem non à phitonibus quærat, sed ad legem magis, & ad testimonium recurrat, non fit ergo ibi fermo de potestate iudicandi super fidei controuersias. constat enim, quod mandato Domini Deut. 17. Summus Sacerdos erat iudex controuersiarum in Synagoga, ergo lex non erat iudex, sed tantum norma, nam super eandem causam duo iudices esse nequeunt, eodem tempore.

Tertia Obiectio. Ioan. 5. *Scrutamini Scripturas, & illa sunt, quæ testimonium perhibent de me*. ergo Christus docet nos debere recurrere ad Scripturas tanquam ad iudicem controuersiarum.

Testis non dicitur iudex.

Respondeo ex ipso textu Scripturæ; nam testis non est iudex, nec iudex est testis; sed coram iudice adducitur testis, vt iudex veram possit proferre sententiam; Sectarij igitur proponunt rationes, quæ eorum ineptas opiniones impugnant. cum igitur Scriptura sit tantum testimonium; certè non erit iudex, sed regula iudicandi. Præterea *Scrutamini Scripturas*, ergo Scriptura est iudex, negatur sequela. benè autem sequitur, ergo Scriptura est norma, & regula iudicandi. & hoc concedimus.

Quarta Obiectio. Act. 17. *Quotidie scrutantes Scripturas si hac ita se haberent*. ergo cum Beroen. ses doctrinam Pauli Apostoli examineret per Scripturam, signum est quod sacra Scriptura est iudex: debemus nos illorum exemplum imitari, & omnibus in rebus sacra Scripturam pro iudice habere.

Respondeo Paulum ibi præsentibus Iudæis fidem Christi Beroenses docuisse: at quia eius aduentus, & opera in veteri Scriptura prædicta fuerunt, Iudæi an ex Scripturis doctrina illa Pauli deduceretur, examinare voluerunt: sed quomodo sequitur, ergo Scriptura est iudex controuersiarum? aduentus Messie, & opera eius, nõ erant sub iudice, sed in Prophetis, & Scripturis tanquam testibus, nec ab hominum iudicio pendebant, sicut controuersie, quæ circa legem seu fidem oriuntur. aliud igitur est scrutari Scripturam cum quæritur, an aliquid in illa sit, seu reperitur. & aliud est quærire an sensus Scripturæ sit hic, vel ille. hoc secundum ab externo iudice necessario pendet, quia tunc Scriptura est sub iudice, ideo nequit tunc esse iudex, & iudicatura; illud primum ab aliquo iudice non pendet, sed ex testimonio tantum ipsius Scripturæ; quia tunc solum testimonium Scripturæ quæritur. De morte, & Passione Christi Iudæi nunquam perfectam notitiam habuerunt, aliquibus exceptis; vt plurimum Regnum Christi futurum esse temporale putabant: prædicante autem Paulo

Christi fidem, & Prophetarum testimonia adducen-
te; quasi rem nouam audirent, mirati sunt, & an testimonia allata à Paulo, vera essent, inspicere voluerunt; quod etiam nunc temporis fidelibus licet; scilicet, an testimonia sacra Scripturæ, quæ citantur, in illa reperiantur. cum ergo Sectarij inferunt, ergo Scriptura est iudex controuersiarum, ineptissime concludunt. tantum sequitur, ergo sacra Scripturæ volumen testatur, an verè sint Scripturæ loca, quæ à Doctõribus ore tenus citantur.

Iudæi, vt plurimum Regnum Christi, temporale vel seculari futurum esse, existimauerunt.

Quinta Obiectio. Iudex controuersiarum fidei debet esse infallibilis, qui errare non possit. Constat autem Scripturam esse infallibilem; & ex alia parte patet homines non esse infallibiles, sed mendaces: iuxta illud Psalmi, *Omnis homo mendax*. & ad Rom. 3. *Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax*. Pontifex autem, homo est, & Ecclesia est hominum congregatio; ergo Pontifex, & Ecclesia sunt mendaces, & consequenter non possunt esse iudices controuersiarum.

Hæc Obiectio optimè ostendit Lutherum cum Lutheranis, & Caluinum cum Caluinistis cæterisque Sectarijs, esse mendacissimos; ratio illorum est: quia homines sunt, nam illi non sunt Angeli, sed homines; sed omnis homo est mendax; ergo & ipsi, qui sunt Nouatores, mendacissimi sunt. Peto ab illis: Moyses, Prophetæ, Apostoli, & Euangelistæ, qui homines fuerunt, sunt ne mendaces? Respondere debent Sectarij, qui sacram Scripturam venerantur, quod non; aliter quæ scripserunt mendacia essent; quod est blasphemum. Sed quæro cur illi, cum homines sint, non sunt mendaces? aliter respondere non possunt, nisi delirare voluerint; id factum esse ex Spiritus sancti assistentia. Sed sic est, quod multæ, post Apostolos, ortæ sunt controuersie; quæ ex Scriptura definiri nequeunt; quia de talibus obscurè loquitur; patet enim apud Sectarios, qui sibi inuicem contrariantur; nec enim ex Scriptura aliquando decisionem litis habere potuerunt. ergo Pontifex, & Ecclesia debet in his Spiritus sancti assistentiam habere, vt opportunam veritatem docere valeant; aliter Regnum Christi esset mancum, & defectiuum; vel Christus ipse, vel Apostoli de Calo deicenderent, tali occasione deberent, ad lites fidelium componendas. At apertissime constat, quod tunc Spiritus sanctus Ecclesie suæ assistit: quemadmodum Christus Dominus promisit, Ioan. 15. *Mittam vobis à Patre Spiritum veritatis. Porta inferi non praualebunt*. Matth. 16. *Ero vobiscum usque ad consummationem sæculi*. Matth. vlt. *Ecclesia est columna, & firmamentum veritatis*. 1. Tim. 3. Vnde tunc Ecclesie multi ob specialem Spiritus sancti assistentiam dicuntur Dij: *Ego dixi Dij estis, & Deus stetit in Synagoga Deorum in medio autem Deos diiudicauit*. Psa. 81. *Quoniam Dij fortes terra vehementer eleuati sunt*. Psa. 46. dicuntur Angeli Di: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est*. Malachie cap. 2. sequitur ergo, quod præter hæc causam, Pontifex, & Ecclesia possunt errare, vt homines sunt; in decidendis autem controuersijs, cum Dij sint nuncupatiue, & Angeli, ob Spiritus sancti gratiam, errare minimè valent: cum sint legitime congregati, iuxta formam præfixam à Salvatore nostro, & ab Apostolis Act. 15.

Cur Ministri Ecclesie errare non possint, dum iudicant.

Ministri Ecclesie dicuntur Dij, & cæc.

Sexta Obiectio. Hierem. 31. *Dabo legem meam in cordibus eorum, & in corde eorum scribam eam, & non docebis ultra vir proximum suum dicens: Cognosce Deum*.

Dominum, omnes enim sciens me, à minimo eorum, usque ad maximum eorum; ergo non est opus iudice controuersiarum, quia Dominus docebit nos.

Hæc scriptura sic interpretata, æquè impugnat nos, & illos: nam disputamus, quis sit iudex controuersiarum, Ecclesia vel Scriptura; & ipsi nunc neutram earum esse probare conantur: ex quo sequeretur nullam Scripturam esse necessariam, nec illorum prædicantes ampliùs illorum plebem, doctrinam Caluini, vel Lutheri docere debere. Hæc tamen omnia, etiam secundum ipsos falsa sunt. quærendus est igitur verus sensus huius Scripturæ, qui talis est. Dabo legem id est Euangeliũ, non sicut legem Moysis, in tabulis Lapideis: sed scribam illam in cordibus Apostolorum per virtutem Spiritus sancti, & replebitur terra scientia Domini, itaut vnusquisque Deum Vnum Trinumque esse cognoscat. ipsumque hominem factum esse; & cætera huiusmodi; & notitia de Deo, & supernaturalibus rebus non erit sic obscura, & imperfecta, vt tempore Synagogæ; sed clara, & aperta, itaut etiam pueri, & adulescentes fidelium, altissima mysteria Dei præ manibus habituri sint: vt patet de facto in vniuersa Ecclesia. Quod etiam prædicatus est Isaias cap. 11. his verbis. *Repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operentes.* Et hunc esse sensum huius Scripturæ, prudens Lector verba, quæ antecedunt ea, quæ Sectarij obiecerunt perpendens, facillè cognoscat. *Ecce dies venient dicit Dominus: & feriam domum Israel, & domum Iuda factus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manus eorum, vt educerem eos de terra Egypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus: sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus. dabo legem meam in visceribus eorum, &c.* Itaque ibi tantum discrimen ponitur circa modum, quo lex Moysis data fuit, nempe in duabus tabulis Lapideis scripta; & modum, quo Deus legem Euangelicam per aduentum Spiritus sancti in die Pentecostes in cordibus Discipulorum describere volebat. non sequitur igitur nullam in Populo Christiano controuersiam de fide nascituram, & inter fideles iudicem controuersiarum non futurum. nam de facto patet oppositum; cum multæ sint hæreses, & lites; vel ergo Propheta mentitus est; quod est blasphemum: vel sensus præfatæ Scripturæ non est ille, quem ipsi putant. Sed quem nos damus, sicut de facto est: & sic omnia concordant: & obiectio inanis rediditur.

Septima Obiectio Matth. 23. *Vos autem nolite vocari Rabbi, Vnus est enim magister uester Christus, ergo non datur in Ecclesia vnus Doctor, & iudex in rebus fidei.*

Respondeo ex Sancto Bonaventura in opusculo ad Magistrum innominatum. ibi pompam, & fastum magistrerij prohiberi, & non officium; vnde inquit: *Damno pomposum, sed commendo studiosum, nam illi competit ex officio docere Euangelium Iesu Christi: aliter errasset Paulus, qui in 2. ad Tim. cap. 1. vocat se magistrum gentium, nam quis posset Paulo obijcere, cur dicit te magistrum, cum Christus dixeris, quod vnus est magister Christus? Sed responderet, quod non prohibuis officium, sed pompam, & fastum pharisæicum.*

Octaua Obiectio. Ioann. 5. *Ego testimonium ab homine non accipio.* ergo nec verbum Dei accipit testimonium à verbo hominis, sed Pontifex, & Concilium homines sunt: ergo Scripturæ non egent testimonio illorum, sed ex se sufficientes sunt ad lites dirimendas.

Respondeo Christum Dominum Hebræos docuisse, se humano testimonio, vt filius Dei manifestaretur non indigere, quia à Patre testimonium omnipotentia habebat, eo quia miracula operabatur, quæ testimonium suæ diuinitatis sufficienter exhibebant. vnde sequitur. *Opera qua ego facio testimonium perhibent de me, quia Pater misit me; alter sibi contradiceret, quia subdit: Scrusamini illa sunt, qua testimonium perhibent de me; igitur Iudæis tale testimonium Scripturarum assumere opuserat, Christo autem nequaquam, nec enim indigebat: quia opera eius illum sufficientissimè manifestabant. itaque nos tantum hominum testimonium de Christo sumere debemus (etenim Ioannes Baptista testimonium dedit veritati) & Apostolis dixit Saluator. Actor. 1. Eritis mihi testes in Hierusal. & in omni Iudæa vsque ad vltimum terræ, &c. & hoc modo Scripturæ concordant: sed quomodo sequitur ergo iudex controuersiarum, quæ circa fidem oriuntur, propter Sectarios, qui fidem peruertere querunt dari non debet? ineptissima sequela: vt legenti patet; nam aliud est affirmare nos testimonium Scripturarum accipere oportere, & aliud quis sit iudex, cum dubia super Scripturas oriuntur. vt superius dictum est. præterea Christus non accipit testimonium ab homine, vt se manifestet; ergo nec Scriptura accipit testimonium ab Ecclesia, ita vt sensus illius non sit sub iudicio Ecclesiæ, negatur consequentia: nulla enim proportio adest inter antecedens, & consequens, more Sectariorum solito.*

Nona Obiectio. Ioan. 7. *Si quis voluerit voluntatem eius facere, qui misit me, cognoscat de doctrina mea utrum ex Deo sit.* ergo præter spiritum dilectionis Dei, non requiritur aliud magisterium ad Scripturas intelligendas.

Respondeo, quod verba Christi Ioan. 7. hæc sunt: *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina utrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar.* Vnde manifestè patet, Christum pro tunc tantum Hebræis formam ad cognoscendum an doctrina eius esset diuina, vel hominum adinuentio, & nihil aliud voluisse innuere. nam cum Christi Domini præcepta rationabilissima sint, & charitate plena, & longè ab humana vilitate, facillè quisque cognoscat, non ex humana inuentione, sed à Deo esse, si ipsamet Christi præcepta executioni mandet: non loquitur autem de interpretatione Scripturarum, & de iudicio super loca Scripturæ obscura, vt patet: quapropter consequentia voluntaria est, & nullius valoris.

Decimum Argumentum 1. Corint. 2. *Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.* Ergo ad spirituales homines interpretatio Scripturarum, & non ad Papam aut Concilia pertinet.

Respondeo, Apostolum ibi de homine animali, qui secundum legem carnalem viuit; & de homine spirituali, qui secundum legem Christi operatur;

Sectarij proponit obiectiones, quæ eosmet impugnant

Discrimen inter Legem Moysi, & Legem Euangelicam in modo, quo data fuit.

Saluator, ad sui manifestationem, testimonium miraculorum accepit,

sermocinari. ait enim. *Animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere: & deinde intert; spiritualis autem iudicat omnia.* itaque sensus est, quod carnalis Homo, qui extra legem Christi operatur, non potest intelligere nec sensum Christi, nec sensum Christianae legis percipere: sed homo spiritualis utique, qui Christi spiritum habet, & eius legem seruat, & ipse, à nemine iudicatur; quia sensum quem ipse interiori, de spiritualibus rebus retinet, nemo penetrare potest: ex quo apparet ineptissimam esse sequelam; ergo ad Papam controuersias iudicare non spectat: quia Papa, & Concilij Patres homines spirituales sunt. prætereà, & si homo aliquis spiritualis sensum legis Diuinæ percipiat, ad illum tamen specialiter iudicare spectat iudicè, cui Dominus ipse ouium omnium curam commisit: & cui dixit: *Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum, & in Calo,* Matth. 16. qui autem de factio tali munere gaudet, qualis est Papa, & Concilium, per Spiritus sancti assistentiam in controuersijs fidei decidendis homo spiritualis est, & dicitur.

Vndecima obiectio. 1. Cor. 12. *Alij operatio virtutum, alij Prophetia, alij interpretatio sermonum, &c.* ergo illi debent hoc munus exercere, quibus datum est; & non Papa, vel Concilium.

Huiusmodi rationes potius puerorum, quam Theologorum discursus mihi videntur; nam primò nulli iudicium controuersiarum, & interpretandi facultatem concedere volunt: eo quod sacra Scriptura ex se ipsa sit manifesta; postea per spiritum priuatū illam quemcumque interpretari posse, nec opus esse externo doctore, nunc autem, illos interpretari oportere quibus datum est, affirmant: & non Papam, vel Concilium. verè super Sectariorum cœcitatē, & ineptias misereor. Sensus igitur huius Scripturæ est, fidelium plurimos præcipuum donum interpretandi Scripturas à Deo obtinere, vt fuerunt Sancti Patres, quos sæpè citamus: non tamen sequitur, illis controuersiarum decisionem iudicè contingere; sed his tantum, quibus Dominus tale munus commisit. multi enim ad regendum Imperium, & Principatum sunt idonei, quibus tamen hoc ius non datur; ita in casu. multi à Deo habent donum interpretandi Scripturas, illasque percipiendi; non tamen omnes iurisdictionē decidendi controuersias possident. Et quia Sectarij quorundam Prophetarum veteris testamenti exemplum proponunt, quos Deus ex populo excitauit; fuit Amos qui cum esset Pastor ouium à Deo factus est Propheta: Dico hoc exemplum ad rem non facere: quia aliud est futura prædicere, quod donum, Deus extraordinariè cuiusque voluerit concedit: & aliud est esse iudicem controuersiarum, & si aliquando in Synagoga, vt legitur in libro Iudicum, Deus Iudices suscitauit, hoc tamen non est transferendum ad Ecclesiam, cui Christus semel pro semper, Pastorem vniuersalem tradidit. Neque ex casu particulari legem vniuersalem valet inferre, quia Coruus attulit cibum Eliæ 3. Regum 17. non sequitur omni tempore cibum à Coruis nos expectare debere. Adde, quod licet Deus Prophetas ad futura prædicenda, & populum intruendum excitaret, non tamen à Summo Sacerdote ius iudicandi controuersias auferebat: vt legitur Deut. 17. sic à pari; licet aliqui particulares spiritum habeant interpretandi Scripturas; hoc tamen munus iudicè controuersijs de-

cidendi à Summo Pastore Ecclesiæ non aufertur. imò retorqueo hoc argumentum. Et si Prophetæ excitarentur à Deo, tamen ius iudicandi à Sacerdotibus Deut. 17. non auferebatur, ergo à pari, licet aliqui particulares munus habeant à Deo interpretandi, non tamen à Summo Sacerdote hoc munus iudicè iudicandi tolli potest.

Duodecima Obiectio. 1. Thessal. 5. ait Apostolus, *Omnia probate, quod bonum est tenete; & 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint.* ergo etiam Concilij, & Papæ sententia probanda, & examinanda est. & inferunt ex his locis iniuste libros Sectariorum prohiberi, quia Paulus dicit, *Omnia probate.*

Respondeo, quod si sensus præfatæ Scripturæ talis esset, sequeretur Paulum, & Ioannem omnibus examinandi etiam ipsorum doctrinam, & Euangelium, quod prædicabant facultatem dedisse, quod blasphemum est: iuxta illud Apostoli ad Galat. 1. *Sed licet nos, aut Angelus de Calo, euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit: vnde patet quam distortum sensum Sectarij ad suam ipsorum perditionem scripturis tribuant.* Apostolus ibi de diuersis Spiritus sancti donis alloquens, Thess. ait. *Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete: ab omni specie malo abstinete vos.* monet enim illos, vt omnia dona Dei probent, & experiantur, & quod bonum est pro protectu spirituali teneant. quando inferunt: ergo Papæ, & Concilij sententia in controuersijs fidei, & morum examinanda est: falsa est consequentia; modus iste syllogizandi est inanis, & ineptus. Nam si quis diceret munera, quæ vobis Rex donauit probate, & quod magis vobis prodest tenete, ergo licet nobis examinare sententiam iudicis Ciuitatis, quem Princeps constituit. quis huiusmodi ineptias non irrideret? ita in casu. Ad illud: *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* dixerat enim Ioannes: *Quoniam multi pseudopropheta exierunt in mundum: idcirco subdit; Nolite omni spiritui credere, sed probate.* id est, quia aliquis pseudopropheta, nempe Hæreticus quandoque nouam doctrinam superfeminare exhibit: probate an illa doctrina ex Deo sit, & probate spiritus, an ex Deo sint. & subinfert: *In hoc cognoscatur spiritus Dei: omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in Carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus, qui solus Iesum ex Deo non est.* igitur Ioannes primitiuos Christianos monet ne se ab hæreticis seducere permittat. Huiusmodi autem seductores inquit Ioannes indè cognoscetis, si Christum, vel eius doctrinam impugnent, & blasphement. nullus enim negat, fideles omnes facile an aliquis prædicator hæreses annunciet, discernere posse: attamen sicut illis tunc doctrinam Ioannis examinare non licebat, quia erat ordinarius Pastor illorum, & Doctor infallibilis, per præcipuam Spiritus sancti assistentiam; ita in præfenti, doctrinam Conciliorum, & Summi Pontificis dubiè examinare non licet: quia sunt Doctores Ecclesiæ infallibiles, cum iudicè doceant, ob Spiritus sancti præcipuam assistentiam; vt ipse firmiter promisit: & probatum fuit lib. 1. disput. 5. Ioannes itaque non de Apostolorum doctrina loquebatur, sed exterorum.

Retorquetur obiectio contra Sectarios.

Ecclesia Pastores in decidendis fidei, & morum controuersijs, homines spirituales dicuntur.

Ineptias controuersiarum Sectariorum.

Aliud est esse Prophetam, & aliud esse iudicem controuersiarum.

Doctrina Apostolorum, & Ecclesiarum cum veneratione recipi debet, & non in dubium poni, an scilicet vera sit.

Sic

Sic in presenti non de doctrina Apostolicę Sedis, quę illis succedit intelligi debet, sed de extris, scilicet de Lutero, Caluino, Maumetho, & similibus pseudo-prophetis. Ad illud quod inferunt, licere libros Hæreticorum legere, respondeo. cum primò apparent, vtique probandos, & discutiendos esse, vt de facto fit: quando autem examinati fuerunt, & exploratas hæreses eos continere constat, tunc igni sunt commendandj.

Decima tertia Obiectio. 1. Ioan. 2. *Non necesse habetis, ut aliquis doceat vos, sed vnctio docet vos de omnibus.* ergo non indigemus iudicio Papę, & Conciliorum.

Respondeo, docendo Sectarios intelligentiam Scripturarum: eosque monendo, quod si tantum vnctio, scilicet grati interior fideles doceret, sequeretur sacram Scripturam, quę non est vnctio, non esse necessariam: quod est contrà ipsos: neque Pastores, & Doctores, quos secundum Apostolum, Deus Ecclesię tribuit vtique ad consummationem sæculi. Ephes. 4. requirentur: nec ipsi prædicantes habere, nec Lutero, & Caluino, sed tantum vnctioni, quę omnia docet credere deberent. non est igitur hic huius Scripturę sensus. cur sic præcipitanter, o Sectarij, Scripturas accipitis, & illas nobis obijcitis, eas potius contra vos clamare non adueritis? Ioannes igitur fidelibus loquebatur, qui in fide erant perfecti, & dona Spiritus sancti perfectè possidebant; eosque denuò commonefacit Antichristum venturum esse, multosque Antichristos iam extare, scilicet in figura illius, qui venturus est; & subdit, *sed vos vnctionem habetis à Sancto, & nostis omnia*, id est, vos etiam perfectè instructi in fide, & iam donis Spiritus sancti muniti: & vt quis vos doceat non est necesse. Loquitur ergo Ioannes de fidelibus ad quos scribebat, & non de omnibus, vt quisque perpendere poterit. at non sequitur ergo in controuersijs iudicio Papę, & Conciliorum non indigemus: hoc est extra sensum Ioannis; sicut non sequeretur, si quis diceret: Patres Franciscani sunt primi sententiarum periti, & non indigent magistro. ergo nullus homo indiget magistro, & præceptore; vel Patres Franciscani sunt ad primum sententiarum periti, ergo non indigent præceptore super secundum sententiarum. sed dicent Sectarij: Nos dicimus vnctionem sacrę Scripturę intelligentiam nos docere, & necessitatem sacrę Scripturę cognoscimus, sed ad illam percipiendam Papę, & Conciliorum interpretatione non indigere. Contrà, si vnctio docet vos sacrę Scripturę intelligentiam, ergo non esset necesse vestros prædicantes populum instruere, quia vnctio doceret illos. Præterea cur inter vos sunt lites, & diuersę Scripturarum intelligentiæ? nam Lutherani, Calvinistę, Anabaptistę sunt ad inuicem infensissimi. imò inter Lutheranos, & Caluistas, vt alibi diximus diuersissimę opiniones, & Scripturarum intelligentiæ sunt; ergo si vnctio doceret vos, lites cessarent: non est enim Deus dissensionis, sed pacis: 1. Corin. 14. *Nec Spiritus sanctus opposita, & contraria docet. igitur sensum huius vnctionis vos Sectarij non habetis.*

Decima quarta Obiectio. Apostolus ad Ephes. cap. 2. ait: *Estis cines Sanctorum, & domestici Dei superadificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum.* at si Scripturę intelligentia penderet à Papa, vel à Concilijs, fundamentum nostrum esset magis super Papam, & Concilia, quam

super Spiritum sanctum, qui loquutus est per Apostolos, & Prophetas.

Respondeo interrogando Sectarios. Cum Christus sit fundamentum Ecclesię 1. Corin. 3. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* & cum Christus sit Episcopus Ecclesię: iuxta illud 1. Petri 2. *Accessistis ad Pastorem, & Episcopum animum uestrarum.* & cum Christus sit lux mundi 1. annis 8. *Ego sum lux Mundi.* Cur de Apostolis affirmare licet, quod sint fundamentum Ecclesię, ad Ephes. 2. cur Apostoli dicuntur etiam Episcopi Actor. 1. *Et Episcopatum eius accipiat alter?* Cur etiam Apostoli sunt lux, Matth. 5. *Vos estis lux Mundi.* Si Christus est Pastor Ioannis 10. *Ego sum Pastor bonus.* Cur Petro dixit Ioannis 17. *Pasce oves meas.* & 1. Petri 5. *Pascite qui in vobis gregem, est, &c.* Dilcite igitur Sectarij, quod ad intelligendum Scripturas, oportet aliquando illius verba distinguere. Vnde in presenti, quę diximus dupliciter intelligi possunt; vel principaliter, & absolute, vel ministerialiter, & dependenter: Christus est supremus Pastor, Episcopus, & lux Mundi, & fundamentum Ecclesię absolute, principale, & independens. Apostoli autem dependenter, & ministerialiter: iuxta illud Apostoli 1. Corin. 4. *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Qua itante verissima doctrina, nunc venio ad obiectionem illorum. Ad minorem illius Syllogismi. At si Scripturę intelligentia penderet à Papa, & Concilijs, fundamentum nostrum esset super Papam, & Concilia, dico quòd si penderet à Papa tanquam ab auctore Scripturę, sicut à Spiritu sancto dependet, qui loquutus est per Apostolos, verum esset; at quia tantum tanquam ab interprete infalibili in rebus dubijs, ex dono Christi descendit: ideo non sequitur magis super Papam, quam super Spiritum sanctum fundari. interpretatio autem, & iudicium in rebus dubijs Ecclesię innitur, quę hac ratione dicitur 1. Tim. 3. *Columna, & firmamentum veritatis.* & in hoc sensu non excludendo Apostolos, & Prophetas, dico fundamentum secundarium dependens, & ministeriale Ecclesię, & totius fidei, Papam exitere (hac enim ratione dictum est Petro, *super hanc petram adificabo Ecclesiam meam*) primarium autem, & absolute Deum esse seu Christum Iesum.

Decima quinta Obiectio. Si Pontifex iudicat de Scripturis, sequitur Pontificem, seu Concilium esse supra Scripturam. & si Scripturę sensus sine Pontifice, vel Concilio non est authenticus, sequitur verbum Dei accipere robur, & firmitatem à verbo hominum.

Respondeo Pontificem non sic iudicare Scripturas, vt illas abiciat, & recipiat, & interpretatur ad libitum, vt Sectarij opinantur: cum minimum iota sacrę Scripturę in magna veneratione sit apud Papam: nec iactat se esse super Scripturam; quę est Verbum Dei, & doctrina reuelata: Nec dicitur illius iudex formaliter, sed tantum materialiter. Verbi gratia, datur Scriptura, quę est verbum Dei; quę dum est cognita, & recepta ab Ecclesia, vt Canonica, Papa, non iudicat de illa dicendo, damno hanc partem Scripturę, & hanc admitto; sed omnem Scripturam Canonicam quę veneratur.

Scriptura quas obijciunt Sectarij, contra eos clamant

Docentur Sectarij modum intelligentiæ Scripturam.

Papa est fundamentum Ecclesię dependens, & ministeriale.

Sed accedit, quòd Doctores aliquandò super sensum alicuius Scripturæ litigent; tunc Papa, quis sit sensus legitimus illius Scripturæ decernit; iudicium igitur non fit super Scripturam, sed super Doctores litigantes; & super illorum interpretationem; neque tunc redditur Scriptura firmior aut verior, sed benè interpretatio illius. Et quia Ecclesia libros Scripturæ sacræ Canonicos declarat, tunc ex traditionibus Apostolicis veritatem accipit, & ab antiquis Patribus, qui post Apostolos floruerunt: illorum doctrinam insuper examinat, & potestate, quam à Christo accepit, docet doctrinam illorum librorum esse sanam, & Catholicam. etenim si hanc potestatem Ecclesia Dei non haberet, Hæretici plures ex illis addere, vel minuere possent: nec remedium, haberemus ad falsos excludendos, & veros cognoscendos. Ecclesia autem pro omni tempore est eadem, & eandem semper habet potestatem. quod ergo antiquitus operata est, hoc & moderno tempore operari potest. Hinc etiam solutio alterius habetur obiectionis: dicunt enim quod si ita esset, fides nostra penderet à debilissimo fundamento, scilicet, ab hominum iudicio. Quibus dicimus fidem à reuelante Deo, & Christo filio eius, non ab hominibus, neque à Papa, neque à Concilio descendere; sed quia multi pseudoprophetæ oriuntur, quales fuerunt Lutherus, & Calvinus, & fidem peruertunt, & Scripturam, ideo Ecclesia potestate, sibi à Deo tradita, iudicat opiniones illas esse hæreticas, & veritatem Catholicam declarat. non sequitur igitur fidem verbo hominis inniti, neque nos vnquã talia diximus. Vndè Papa custos fidei dicitur, ne lupina hæreticorum opinio gregem Christi penetret, & non compositor, & auctor fidei.

Modus quo vtitur Ecclesia in cognoscendis Scripturis Canonicis.

Potestas Ecclesie omni tempore est eadem.

Papa dicitur custos fidei in 3. synodo Generali.

Decima sexta Obiectio. Controuersia erat inter Phariseos, & Sedduceos de resurrectione mortuorum, vt legitur Marci 12. Et accedentes ad Saluatorem pro resolutione, respondit: *Erratis non scientes Scripturas, neque virtutem Dei.* docuit enim: Scripturam esse iudicem controuersiarum, ergo error est asserere Romanum Pontificem, & Ecclesiam esse iudicem controuersiarum, cum Saluator hoc esse munus Scripturæ doceat.

Respondeo, ex hoc facto totum oppositum concludi, quomodò enim potest esse iudex, qui à litigantibus non percipitur? Iudæi si cognouissent Scripturam esse iudicem, ad Saluatorem vt litem dirimeret non accessissent: nec Deus dixisset, Deut. 17. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram; & iudicium intra portas tuas uideris uerba uariari: surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus: Veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore: quaresque ab eis, qui indicabunt iudicij veritatem, & facies quòdcumque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius: sequerisque sententiam eorum.* Quid igitur dicendum est? Saluator dixit: *Erratis non scientes Scripturas,* ergo Scriptura est iudex, falsa sequela: ergo est norma, & regula iudicandi; hoc verum est: & hoc dixit Saluator.

Iudæi non dicebant Scripturam esse iudicem controuersiarum.

Decima septima Obiectio: Apostolus controuersiam habebat cum Galatis de cessatione legalium, vt legitur in epistola ad Galatas, & volens Apostolus veritatem ostendere, dicit cap. 4. *Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam, & filium eius, non enim hæretus filius ancilla cum filio libera. itaque fratres non sumus ancilla filij, sed libera, qua libertate Christus vos*

liberauit: en quod appellat ad Scripturam tanquam ad iudicem.

Respondeo, Apostolum seipsum ostendere iudicem super eam litē de cessatione legalium; dicit enim, *Paulus Apostolus Iesu Christi, non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum, &c. & postea. Si quis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. & : Notum enim uobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem, &c.* Et deinde auctoritatiuè decidit litem dicens cap. 5. *Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit, &c.* Reddens autem rationem suæ doctrinæ exponit mysterium Scripturæ de Agar ancilla cum filio suo, quæ Synagogam figurauit, & de Sara, & Isaac, qui fuerunt typus Ecclesiæ; & explicans Ecclesiæ eminentiorem gloriam super Synagogam, inquit, *Sed quid dicit Scriptura? ejice ancillam, & filium eius:* non dicit, quod Scriptura sit iudex, sed quod illa docet Ecclesiam Synagogam præcedere, sicut Sara Agar Ancillam. accipit itaque testimonium sacræ Scripturæ, vt se rectè iudicare, & docere ostendat. ideo sequela illa, ergo Scriptura est iudex, & tota pariter Obiectio, est ineptissima.

Paulus nō cognoscit Scripturam vt iudicem, sed vt testimonium ueritatis, quam ipse indicat & docet.

Decima octaua Obiectio. 1. Thess. cap. 5. Apostolus docens Thessalonicenses, quod *qui benè præsumunt presbyteri duplici honore digni sunt, maxime qui laborant in uerbo, & doctrina,* statim subdit de iudice huius ueritatis sic, dicit enim Scriptura: *Non alligabis os boni trituranti.* Apostolus cognoscit Scripturam pro iudice, errant ergo, qui Papam, & Ecclesiā iudices controuersiarum faciunt.

Huic insipidæ obiectioni respondeo; Apostolum accipere tantum testimonium sacræ Scripturæ, ipsum autem Iudicis officio fungi. nam ipse docet, prædicat, monet, arguit, &c. vt ibi patet per totum, & etiã in alijs epistolis, sicut testatur in prima ad Tim. cap. 2. dicens: *In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, doctor gentium, in fide, & ueritate. Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira, & disceptatione, &c.* Falsa est igitur illa propositio, statim subdit de iudice huius ueritatis: dicit enim Scriptura, &c. Verum est autem, quod illam, vt testimonium ueritatis, & normam, ac regulam docendi protulit.

DISPUTATIO IV.

An Summus Pontifex sit supra Concilium Generale.

A MPLISSIMAM Summi Pontificis potestatem, ac iurisdictionem super uniuersalem Ecclesiam esse, ita olim indubitatum apud omnes fuit; vt eam, non tantum sparsim sumptam, uerum simul in Generali Concilio actu congregatam, illius supremo moderamini subiacere quisque iure crediderit. Sed ò tempora, ò mores! nouissimis, vt ita dicam, temporibus; tribus de causis opposita, & sediciose sententiæ originem, & apparentem probabilitatem habere cepit. Prima fuit anno Domini 1409. cum Gregorius XII. & Benedictus XIII. eadem tempore Summi Pontificis munus exercebant. tunc enim Cardinales utriusque partis, Pisis se congregauerunt, & disputare cœperunt: An liceret iniunctis Pontificibus Gene-

Causa cur hæc ueritate posita sit indubium.

Generale Concilium conuocare, & illos deponere. Secunda fuit anno Domini 1414. quando lo. XXIII. qui ex tribus Pontificibus, tunc temporis exilientibus, solus in Concilium Constantiense accesserat, nescio qua ratione ductus, Concilium deinde reliquit & clam noctis tempore aufugit. Et quia Concilium absque Pontifice remanserat, disputare cœpit, an esset supra Pontificem, eumque posset licet, ac iure deponere. Tertia fuit anno Domini 1439. tempore Concilij Basileensis; nam quia Eugenius Papa præfatum Concilium iam inchoatum dissoluere voluit, Patres tunc disputare cœperunt, an tenerentur parere Pontifici, vel e contra Pontifex, tempore Concilij, teneretur Concilio obedire.

His igitur de causis orta est præfens disputatio, quæ hunc sensum facit. An congregato Concilio, Papa adhuc sit Caput, & Pastor supremus illius: An verò tunc potestas Papæ transeat in Concilium, & Papa pro eo tempore sit Generali Concilio subiectus. Et licet Concilium Lateranense sub Leone X. hanc controuersiam definierit: quia tamen multi in dubiū reuocantes, an illud Concilium fuerit Generale, præfens disputatio vsque ad hodiernam diem inter Doctores Catholicos agitur.

Itaque pro parte opposita sunt: Cardinalis Cameracensis. Ioannes Gerlon. Iacobus Almainus in suis tractatibus de potestate Ecclesiæ. Nicolaus Cusanus in tractatu de consonantia Canonica lib. 2. cap. vlt. Panormitanus in cap. significasti, extra de electione, & ibidem magister eius Cardinalis Florentinus, & ex Doctoribus Parisiensibus, quamplurimi. Hi firmissimè tenent Concilium esse supra Pontificem: ita vt comparare Papam cum Concilio sit comparare partem cum suo toto. Ex alia parte multi defendunt Summum Pontificem ita esse supra Concilium, vt neque possit se subijcere eius sententiæ, si fuerit coactiua. Ita omnes Doctores Scholastici, vt Albertus, S. Bonauen. S. Thom. Richardus, & alij in 4. distint. 19. vbi de Clauibus Ecclesiæ agitur, sed per modum transeūtis, potius quam ex professo hanc disputationem percurrunt. Ex instituto autem hanc controuersiam tractant S. Antoninus par. 3. tit. 2. 2. cap. 10. §. 4. Summæ Historialis, & par. 2. tit. 3. cap. 11. Summæ Theologicæ. Cardinalis de Turrecremata lib. 2. capit. 93. & 104. in sua Summa de Ecclesia. Aluarus Pelagius de Planctu Ecclesiæ lib. 1. art. 6. Cardinalis Dominicus Iacobatus lib. 10. de Concil. art. 7. Cardinalis Caietanus in tractatu de Comparat. Papæ, & Concil. & in apologia pro tractatu prædicto. Franciscus Ferrariensis lib. 4. contra Gentes cap. 76. & Cardinalis Bellarminus de Concilijs, & Ecclesia.

Cum verò præfens disputatio pergrauis sit, ac magni momenti; accuratè, pro viribus, non vagè ex varijs rationibus hinc inde collectis huius rei veritatem inquirere decreui, sed ex re ipsa: nempe ex ipsis Generalibus Concilijs actu congregatis; & illis præcipuè, quæ Latini, & Græci vnanimiter celebrauerunt antiquitatis. Hanc autem aptiorem viam esse omnibus plenius satisfaciendum, ni fallor, quisque mecum affirmabit. Quis enim negabit Papam esse supra Concilium Generale, si expressè viderit Græcos, qui Pontificiæ potestati inuicem subiacent, hoc antiquitatis docuisse, & verbis ac factis hoc idem professos esse? Quæ siui itaque, sciscitatus sum præfata Concilia, & reuera inueni, vt infra probabo, exploratum errorem esse, & ab Ecclesia damnandum.

Concilium Generale esse supra Summum Pontificem affirmare; adeoquod talis opinio non longè distet ab hæresi. Ad huius igitur veritatis manifestationem, ponitur sublequens conclusio.

Vnica Conclusio. Summus Pontifex est supra Concilium Generale, adeoquod Caput, Iudex, Pater, & Princeps Concilij iure appellandus est. Probat, Iudex, corrector, & moderator, superior est iudicatio, correpto, & moderato: Sed Pontifex est Iudex, corrector, & moderator omnium Conciliorum: ergo est supra omne Concilium. Maior est euident. Minor probatur, de facto patet, quod iudicauit, & damnauit Concilium Ephesinum secundum cum Dioscuro Patriarcha Alexandrino. Concilium Ariminense: de quo S. Basilius in epistola ad Athanasium, quæ est 52. scribit, quod rogandus erat Romanus Episcopus, vt homines mitteret in Græciam, qui eius nomine Concilium Ariminense damnet.

Irritauit vltimam actionem Concilij Chalcedonensis super priuilegia concessa Episcopo Constantinopolitano. Vnde Leo Papa in epist. 55. ad Pulcheriam inquit: *Confessiones Episcoporum Canonum, apud Nicæam conditorum, regulis repugnantes, in irritum mittimus, & per auctoritatem B. Petri Apostoli generalis prorsus definitione, cassamus.*

Concilium Constantinopolitan. sub Iustiano II. & aliud sub Leone Isauro. Et aliud sub Constantino Copronimo. & alia plura. & in ipso Concilio actu congregato, Papa vel per se, vel per Legatos, vt Concilij Iudex sedet. patet actione prima Concilij Chalcedonensis per id quod Senatus, Paschasio Apostolicæ Sedis Legato, de iniquitate Dioscori loquenti, dixit. *Si Iudicis obstitis personam, non vt accusator debes prosequi.* Ergo Papa est directus, & immediatus Iudex Concilij, aliter illa irritare non posset. sed ad hoc faciendum aliud Generale Concilium congregare necesse esset, nec ibidem iudicalem sententiam dare valeret; cum tamen oppositum apertissimè constet.

Quod autem Papa sit moderator Conciliorum, patet ex Concilio Ephesino primo, Generalitertio, Act. 2. in qua legitur Celestinum Papam omnibus Patribus, seu Episcopis in Concilio simul actu congregatis, iubere, eosque commonefacere, vt quod antè ipse definierat, & statuerat, exequantur. Cui omnes Episcopi responderunt. *Hoc iustum iudicium. Celestino custodi fidei, sancta Synodus gratias agit.* Ecce quod Concilium Pontifici tanquam suo iudici, ac moderatori obedire debet. Et Act. 2. Concilij Chalcedonensis, Senatus dicens omnibus Patribus, seu Episcopis, quod ab illis dõteri vult fidei veritatem, & audiuit commune responsum. *Super his forma data est à Sanctissimo Archiepiscopo Romana Urbis. & sequemur eum, & omnes epistola eius subscripsimus.* ergo Pontifex est moderator Concilij.

Et Act. 4. Octauæ Synodi Generalis, Patres actu in Concilio congregati dixerunt; Photium Patriarcham non esse Ignatum, quia sic Sedes Apostolica iudicabat. Et Legati Papæ ejci foras quemdam Episcopum, qui Photio communicauerat præceperunt. Cognoscant igitur, oppositum opinantes, potestatem iudicariam Sedis Apostolicæ, etiam coram Concilio Generali: Ergo Papa est Iudex, moderator, & corrector Conciliorum Generalium, & consequenter supra illa.

Secundò probatur Conclusio. Id quod nihil valet nisi

Papa est iudex, corrector, & moderator Conciliorum.

Papa vel per se, vel per Legatos suos, sedet in Concilio, vt iudex.

Sensus huius disputationis hic est

Disquisitio inter Doctores Catholicos

Opposita sententia proxima est hæresi.

nisi ab aliquo confirmetur, non est superius, sed inferius illo, à quo confirmationem expectat; aliter nõ esset necessaria talis confirmatio: Sed Concilium Generale nihil valet nisi confirmetur à Papa, ergo Concilium Generale non est superius, sed subiectum Papæ. Minor patet ex continua praxi Ecclesiæ à Concilio Nicæno, vsque ad vltimum, quod fuit Tridentinum: idque est satis manifestum.

Tertio probatur. Qui habet potestatem dispensandi legem est supra legem, sed Papa habet talem potestatem super Concilia (decretis de fide exceptis, quæ immutabilia sunt; cum à Deo reuelante veritas fidei pendeat.) Ergo est supra Concilia. Maior est euidens: Minor probatur præcipue per epistolam Basilij Imperatoris Orientis, quæ habetur post vltimam Actionem octauæ Synodi; hic enim scripsit Adriano Papæ, rogans eum nomine Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani, vt dispenset super aliquos sequaces Photij, quia valde vtilis erant. de qua re etiã ipse Ignatius Patriarcha scripsit ad Papam, vt ibi legitur, petēs dispensationem super Canones, qui prædicta prohibebant. Ergo Papa habet potestatem super Concilia. Et patet etiam per id quod Act. 2. septimæ Synodi legitur, vbi habetur in Epistola Adriani Papæ ad Tarasium Episcopum Constantinopolitanum, Papam idè illum recipere, vt Patriarcham, cum contrà Canones ex Laico ordine immediatè acceptus esset, quia illum bonum Catholicum nouerat. Papa igitur in hoc negotio Canones Concilij Generalis dissoluit. at nisi esset directè, & immediatus Princeps Concilij, quoniam modo posset super illius decreta dispensare? sequitur ergo necessariò Papam supremam potestatem supra Concilia habere.

Hinc manifestè error aperitur aduersariorum, qui vt suam opinionem defendere possint: dicunt Papam omnium Ecclesiarum particularium Caput, & Pastorem esse si sparsim, & separatim sumantur: nõ autem tempore, quo simul sunt congregatæ. Et quod tunc Ecclesia accipit formam quamdam Corporis: & tota potestas, quæ erat sparsa in varijs membris, ibi vnitur: itaut tunc comparare Papam cum Concilio Generali sit comparare partem cum suo toto. Ego vt verum fatear, huiusmodi Viros, quos eruditos ex his, quæ scripserunt noui, miror quomodo in tam exploratos errores proruperint: nonnè viderunt in omnibus Concilijs Generalibus, & præcipue quæ Latini, cum Græcis celebrauerunt, quod dum actu congregata erant, à Papa, & eius Legatis docebantur, moderabantur, corripiebantur, & iudicabantur? sed schisma quod tunc temporis exagitabat Ecclesiam, eos in talem erroneam sententiam induxit. Probatur igitur Ecclesiam Summo Pontifici, cum actu in Concilio est congregata, & simul vnita sic subesse, sicut quando sparsim sedet quisque scilicet in sua diocesi.

Actione secunda Concilij Ephesini legitur Papam Concilio actu congregato præcepisse, vt quod ipse prius statuerat exequeretur: & Patres reuerenter obedientiam exhibuerunt dicentes: *Hoc iustum iudicium. Et surgentes omnes vna voce laudes Deo in honore Romani Pontificis cecinerunt. Quamobrem Philippus Presbyter Legatus Papæ dixit. Gratias agimus Sanctæ Synodo, quod literis Sancti Beatique Papæ Nostri recitatis, Sanctos canentes, Sanctus vestris Vocibus, Sancto vestro capiti exhibueritis, &c.*

Et in Epistola, quam Cælestinus scripsit ad Nestorium, qua illum anathemate ferit: subdit, quod talem formam iudicij, & statuti, vult vt Concilium

exequatur. sicut de facto exequutum est.

Actione prima, Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, & Papæ Legatus dixit, quod coactus per epistolam Cælestini Papæ Nettorius ab eo Sacerdotio, & Episcopatu spoliandus erat, & ita factum est.

Actione quarta luuenalem Episcopum Hierusalē sic dixisse legitur. Ioannes Episcopus Antiochiæ debebat statim ad sanctam Synodum accedere, seque purgare propter Apostolicam Sedem Magnæ Romæ ibi confidentem. nullibi igitur hucusque potestas Concilij, seu Ecclesiæ simul vnita super Romanum Pontificem superior apparet. oppositum vtiq; scilicet suprema potestas Papæ super omnia Concilia, & super vniuersam Ecclesiã simul sumptam, & actu congregatam. nam illi præcipit, vt sua statuta exequatur; nec aliquando aliquis respondit, taceat Romanus Pontifex, nunc quod Ecclesia est actu congregata, quia nobis subijcitur. ergo inaudita, & verè erronea, & scandalosa est talis opinio.

Ex Concilio quarto Generali Chalcedonensi. In prima parte habetur Epistola Sancti Leonis Papæ, & Synodi Romæ coactæ ad Theodosium: in qua ipsi iudicasse, & irritasse Concilium Ephesinum secundum, causa Dioscori falsatum manifestat.

Actione prima, Paschasium Papæ Legatum sic fari coepisse legitur. *Beatissimi, ac Apostolici Viri Papa Urbis Roma, quæ est caput omnium Ecclesiarum, præcepta habemus præ manibus, quibus census inter loquendum, vt præcipere dignatus est eius Apostolatus, vt Dioscorus Alexandrinus Episcopus non sedeat in Concilio, sed audendus: intrumittatur: Hoc nos obseruare necesse est.* En igitur quod Papa, vt superior Concilio, illi præcipit quæ seruari debet. Etenim si Papæ auctoritas tunc transfret in Concilium, Papa non potuisset talia proferre, & mandare. ò rem luce clariorè.

Actione secunda, sancta Synodus Senatui Imperiali, qui præsenferat, formam missam à Leone Papa seruandam esse à Concilio proclamauit.

Actione tertia plures libelli vniuersali Concilio contrà Dioscorum dati fuerunt, quorum titulus erat. *Sanctissimo, ac Dei amantissimo, vniuersali Archiepiscopo, & Patriarcha Magnæ Romæ Leonis, & Sanctæ, & vniuersali Synodo, &c.* Si Papa non esset Caput, Iudex, Princeps, & Pastor Ecclesiæ cum est simul vnita, & si tunc Papa esset illi subiectus; vt quid opus erat recipere libellos præfatos ita inscriptos, vt aperte quisque Patrum intelligeret Leonem Papam, qui tantum per Legatos, ibi præsenferat, vniuersali Concilio antepositum esse tamquam Principem, & Caput?

In qua eadem Actione prolata fuit sententia contrà Dioscorum, à Paschasino Legato Leonis Papæ: his verbis. *Sanctissimus, ac Beatissimus Archiepiscopus Magnæ, & Senioris Romæ Leo per nos, & per præsentem Sanctam Synodum, vna cum ter Beatissimo, & omni laude digno Beato Petro Apostolo, qui est petra, & crepido Catholica Ecclesia, & recta fidei fundamentum, nudauit eum tam Episcopatus dignitate, quam etiam ab omni Sacerdotali alienauit ministerio, &c.* Testimonium hoc euidentissimè ostendit Papam totius Ecclesiæ in Concilio Generali vnita, esse caput, & Pastorem, eodem modo, quo est illius Princeps, cum in Concilio non est simul vnita; quia si potestas Papæ transfret in Concilium, Leonem Papam Dioscorum Episcopatu, & Sacerdotio spoliassit; asserere non licuisset.

Et in Epistola vniuersæ Synodi ad Leonem Papam, omnes Patres sic dixisse conspicitur. *Vocis Beati Petri*

Concilium Generale nihil valet, nisi confirmetur à Papa.

Papa habet supremam potestatem supra Concilia.

Opposita sententia, peracta in antiquis Concilijs, cognoscitur non & scandalosa.

Patres Concilij Chalcedonensis intellexerunt Leonem Papam, esse Caput, & moderatorem Concilij.

Papa præcepit Concilio Ephesino.

Locus hic specialiter sentum antiquorum Patrum in hac occasione.

Locus hic deiecit
oppositam sententiam.

tri omnibus constitutus interpres, eius fidei beatificationem super omnes adducens. Ex postea: Tu quidem nobis, sicut membris Caput præeris; in his qui tuas vices gerebant, benevolentiam præferens, &c. Et tandem, Rogamus igitur, & tuis decretis nostrum honora iudicium, & sicut nos capiti in bonis adiecimus consonantiam, sic & summis tuis, filijs quod decet adimpleat. Quid clarius dici potest! Ecce quod Generale Concilium Papam pro suo capite, & firmitatem illius totaliter à Papa pendere cognoscit: & omnes Patres simul congregati se Summi Pontificis filios appellant. Ergo Papa eandem habet potestatem super Ecclesiam unitam in Concilio, sicut habet super illam, quando est sparsim posita.

Et in sexta Synodo Act. 8. habetur Episcopum Præfatos, nomine totius Concilij, de Agathone Papa pronunciasse, ipsum esse Patrem Synodi, & ea quæ dictavit tamquam ex Spiritu sancto dictata per os Sancti, & Beatissimi Principis Apostolorum Petri recipienda esse. Et in prosphonetico ad Imperatorem, Patres Papam Agathonem Apostolicæ Summitatis Pontificalissimum Antistitem, Sanctissimum Patrem Synodi, & Summum Papam dicunt. Deinceps Sancta Synodus eidem Papæ Agathonem literas misit, eumque Verticem Summum Apostolorum, & illorum Venerabile, & Sacrum Caput nominat. Et tandem dicit. *Quam nostram Synodicam determinationem, ut iterum per honorabilia vestra rescripta confirmetis, Vestram oramus Paternam Sanctitatem.*

Ex octava Synodo, Act. 4. Patres, ut obedientes decreto Summi Pontificis, Photium damnasse, & in hac eadem Synodo per totum, hoc idem aperte profiteri manifestum est. Ergo Concilium quod est Ecclesia simul unita semper Papam pro suo legitimo capite, Principe, & Pastore, & moderatore, ac correptor, cognouit, & venerata est. Et hoc idem in sequentibus Concilijs Generalibus apertissime colligitur. Quod breuitatis causa omitto, cum satis hucusque constat; eo quod Græcos, hanc veritatem nouisse, & seruasse probauerim; qui supremam potestatem Romani Pontificis, non libenter venerantur, ut experientia, & illius Nationis tragicus finis docet.

Aliud fundamentum
aduersarij

Aliud fundamentum aduersarij pro huiusmodi scandalosa opinione defendenda assumunt; potestatem scilicet Papæ immediatè esse in Ecclesia asserentes, & instrumentaliter tantum in Summo Pontifice reperiri, eamque ab Ecclesia accipere. quidam verò, quod à Christo illam accipiat, sed hac ratione tantum, quia Ecclesia non potest semper esse simul congregata; & dant exemplum de Duce Venetiarum, & de ministro Generali alicuius Religionis, & Ordinis: Nam Dux inquit, non est super Senatum simul collectum, & Generalis minister, licet sit super omnes Religiosos, non tamen est super Capitulum Generale simul unitum, immò, illi parere debet, non imperare. Quæ doctrina (præfatis exemplis allatis exceptis) pace illorum, temeritatis notam vitare non potest: imò sapit hæresim. Nam ex his quæ ordinatè diximus in prima, & secunda disputatione huius libri, apertissime constat ex Euangelio; ex omnibus Generalibus Concilijs: Et ex Sanctorum Patrum communi sententia; Petrum immediatè à Christo Domino Pastorem, & Principem totius gregis Christi constitutum fuisse: & regimen Ecclesiæ Monarchicum esse ex diuina institutione. idcirco exemplum de Duce Venetiarum, & Generali ministro Religionum non facit ad rem, quia ibi est Regimen Aristoc

craticum, scilicet plurium optimatum, sicut etiam potest Papam Concilia moderari, iudicare, damnare, dispensare, punire, &c. Quod stante illorum falsa opinione fieri nequiret, etiam si dicerent Concilia non tantum superiora, sed æqualis potestatis esse cum Papa: nam par in parem non habet potestatem, neque par in parem dici potest caput aliquando quod præsit.

Præterea si Concilium Generale congregatum habet Papæ potestatem, ut quid præsentiam Legatorum Papæ petit? ut quid ab illo confirmationem expectat? ut quid primus sedet, si tunc illius potestas transit ad Ecclesiam congregatam? sunt nugæ, & ineptiæ tales opiniones. Semper enim Ecclesia est vna, & vnus Grex, & vnum Ouile, vel Episcopi sunt simul, vel degant in eorum Dioccesibus: si Papa est Pastor, & Caput Ecclesiæ, cum non est in aliqua domo, seu Ecclesia congregata, cur non quando est simul unita? est enim hæc intellectualis voluntaria abstractio. Præterea tunc etiam sunt oues Christi, cum sunt simul congregati, non enim desinunt esse, oues, ergo sunt sub Petro, cui à Christo omnes commissa fuerunt.

Tandem adhuc tribus argumentis falsitatem huius opinionis probo. Primum est: Ecclesia Congregata in Concilijs dicitur Corpus Christi mysticum, quod absque dubio est visibile, ergo debet habere caput visibile, tale autem esse non potest nisi Summus Pontifex, ergo Summus Pontifex est caput, & Princeps Conciliorum. Antecedens, ubi vis argumenti sita est, quod scilicet Concilium sit Corpus Christi, probatur ex Epistola Synodali Concilij Chalcedonenis ad Leonem Papam, in qua sic habetur. *Nobis quidem tu sicut Caput præeris in his, qui tuas vices gerebant, &c.* & deinde loquendo de iniquitate Dioscori dicunt; *post hac omnia in super, & contra ipsum, cui vinea custodia à Salvatore commissa est extendit insaniam, id est contra tuam Apostolicam sanctitatem, & excommunicationem meditatus est contra te, qui Corpus Ecclesiæ vniuersæ festinas.* Ecce quod Ecclesia in Concilio congregata est Corpus, & Papa est Caput, & Custos de mandato Salvatoris nostri.

Et sexta Synodus, in Epistola Generali, quam Papæ Agathonem scripsit, illum Venerabile, & Sacrum Caput dicit. Ergo Papa semper habet rationem capitis, & Ecclesia etiam congregata in Concilio, habet rationem Corporis; nam Caput dicit ordinem ad Corpus, & Corpus ad Caput.

Secundum Argumentum est. Qui habet rationem filij, subditus, & subiectus est ei, qui habet rationem Patris: sed Concilium Generale, simul unitum, habet rationem filij, & Papa respectu illius habet rationem Patris, ergo Concilium Generale est subiectum Summo Pontifici. Minor probatur ex prosphonetico, seu sermone acclamatorio, quem sexta Synodus scripsit Imperatori, ubi Papam Patrem Synodi, & Summum Papam vocat. & in epistola quartæ Synodi Generalis ad Papam, inquit. *Rogamus igitur, decreto tuo nostrum honora iudicium, & sicut nos capiti in bonis adiecimus consonantiam, sic & summis tuis filijs quod decet adimpleat.* Hinc manifestè sequitur Summum Pontificem nec Concilio, nec ulli hominum, etiam si ipse voluerit, subesse non posse, quia non potest derogare iure Diuino, per quod ipse constitutus est, iudex, Princeps, Supremus Pastor, Caput, & Pater Vniuersalis Ecclesiæ. Potest tamen Papa si necesse fuerit Concilio iudicium discretiuium, seu informatiuium

Concilium dicitur
Corpus Ecclesiæ,
& Papa dicitur
Caput illius.

Papa est Pater Concilij.

Papa potest committere iudicium sui discretiuium, sed non coactiui.

Euangelium docet regim a Ecclesiæ esse monarchicum.

matium tantum super se committere, ad hoc, ut veritas alicuius facti manifesta fiat; ut factum est à Sixto III. Leone III. Leone IV. & alijs, qui cum accusati fuissent in Concilio Episcoporum; ut veritas discerneretur, causam illis commiserunt. nunquam tamen Concilia sententiam coactiuam contra præfatos Pontifices pronunciauerunt.

Tertium Argumentum. Petrus ut singularis persona, & consequenter Romanus Pontifex, Constitutus est Caput, Princeps, & fundamentum vniuersalis Ecclesie: Ergo nullus præter notam erroris, potest illum aliquando Ecclesie subiectum, & subditum constituere. Antecedens patet lippis, & tonsoribus, & satis probatum est in disputatione prima, & secunda huius libri, scripturis, rationibus, Conciliorum, & Sanctorum Patrum sententijs. Nam Petro singulariter dictum est: *Pasce oves meas*: Ioannis ultimo, & illi filio Ionæ singulariter impositum est nomen lapidis, seu petreæ; & factus est fundamentum totius Ecclesie: quomodo igitur poterit aliquando non esse caput, Princeps, & fundamentum? & quis illum qui à Christo statutus est Princeps, poterit facere subditum, & subiectum? verè huiusmodi opinio hæresi est valde proxima.

Et confirmatur hæc veritas. Nam potestas Petri, & Romani Pontificis, est eadem quod potestas Christi, cum Vicarius illius sit; sed Christus habet à Patre hanc potestatem, & Petrus, & Pontifex à Christo: Ergo eius potestas nullo modo depedit ab Ecclesia. etenim Ecclesia non elegit Christum, sed Christum Ecclesiam. vnde dicebat Ioan. 5. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*. Romanus autem Pontifex, licet nominetur ab Electoribus, qui sunt Cardinales; tamen quia succedit Petro, & est Vicarius Christi, Christum representat (sicut omnis Vicarius suum Episcopum) qui non ab hominibus ius, potestatem, & principatum accepit, sed à Deo Patre.

Et ex his omnibus hæc sequela necessariò descendit, nec Cardinales, nec Imperatorem, nec Reges (extra tempus schismatis, cum scilicet plures personæ Pontificatum gerunt) citare, & congregare posse Concilium Generale; quia ut probatum est, Summus Pontifex omni tempore est supremus Princeps, Pastor, Iudex, ac Moderator Vniuersæ Ecclesie, vel ipsa simul sumatur, & actu sit congregata; vel sparsim existat, quisque scilicet in sua Diocesi. Et etiam quia nunquam factum fuit, imò nec aliquando licuit, quemadmodum Actor. 1. Concilij Chalcedonensis Paschalinus, Legatus Leonis Papæ, his verbis testatus est: *Beatissimi atque Apostolici viri Papa Urbis Roma, quæ est Caput omnium Ecclesiarum præcepta habemus præ manibus, quisquis censuit interloquendum, ut præcipere dignatus est eius Apostolatus, ut Dioscorus Alexandrinorum Episcopus non sedeat in Concilio, sed audiendus intromittatur. Hoc nos obseruare necesse est. Si ergo præcipit vestra magnificentia aut ille egrediatur, aut nos eximus*. Quibus in Græco translatis, Iudices, & Senatus dixerunt. *Quid obijciatur Dioscoro?* Respondit Legatus. *Quia cum personam iudicandi non haberet, præsumpsit, & Synodum ausus est facere sine auctoritate Sedis Apostolica, quod nunquam licuit, nunquam factum est*. Et deinde Dioscorus, ut reus, in hoc præcipue conuictus, damnatus fuit, quia prohibuit ne epistola Papæ legeretur, & illius Legatos non recepit. Et in actis omnium Conciliorum, sic manifestè patet, ut hoc rationibus ostendere idem sit, ac Solem lucere, syllogismis velle probare.

Sed contra hanc veritatem arguunt Aduersarij, qui oppositam tuentur sententiam, & primò sic. Omne totum est maius sua parte, sed Papa est pars Concilij, sicut Caput est pars Corporis: nam Papa tripliciter dicitur Caput, primò totius Ecclesie, vnde dicitur Summus Pontifex, secundò respectu Ecclesie Romanæ, vnde appellatur Romanus Pontifex, tertio est Caput Concilij: ergo totum Concilium est maius Papa, & consequenter auctoritas totius Concilij est maior auctoritate Papæ. Vnde Hieron. ad Euandrum inquit; *Si auctoritas quaritur Orbis, maior est Vrbe*.

Respondeo, quod si hæc ratio valeret, sequeretur Ecclesiam esse supra Christum Dominum; quia ipsa est Corpus, & Christus est Caput, ut docet Apostolus ad Colossenses: dicens. *Christus est Caput Corporis Ecclesia*. Sed hoc est blasphemum, ergo & hæc aduersariorum sententia similiter. Itaque totum est maius sua parte secundum quantitatem molis, sed non secundum quantitatem virtutis; nam voluntas est vna animæ potentia, & tamen ratione dominij. Cum sit Regina in Regno animæ, imperat vniuersis potentijs: Et Caput minus est Corpore secundum quantitatem molis, sed verissimè secundum virtutem, est maius toto corpore; quia totum Corpus regit, & dirigit. Ita in casu, Papa est pars Corporis Ecclesie, si sumatur Ecclesia secundum quantitatem numeralem, & extensiuam, sed si virtus seu iurisdicção spectetur, est maior vniuersa Ecclesia: quia ab ipso emanat omnis iurisdicção; nec Concilium aliquando validum erat, nisi cum à Papa confirmatum fuit.

Ad illud Hieronymi, Respondetur, quod non loquitur de potestate iurisdictionis, sed de auctoritate consuetudinis, quæ tantò maior est, quantò à pluribus tenetur; & ita esse patet, quia Hieronymus ibi loquitur contra consuetudinem, quæ in Vrbe Roma regnabat, dum quidam Diaconi Presbyteros præcedebant, ob quam consuetudinem aliqui Diaconi per Orbem occasionem præferendi se presbyteris suis sumebant: cum tamen in Orbe alia esset consuetudo. Vnde Hieronymus, tali ratione, firmiorem esse consuetudinem, ut Presbyteri Diaconos præcedant, affirmat. In Vrbe tamen aliqui Diaconi iure Presbyteros simplices præcedebant ob amplissimam iurisdictionem, quam Sedes Apostolica illis communicauerat: ut de facto sunt nunc temporis Diaconi Cardinales, qui etiam Episcopos præcedunt: quia sunt Coadiutores primæ Sedis, & à Papa assumpti in partem sollicitudinis, quam super Christianorum Orbem tenet. & sic faciunt aliquo modo vnum aggregatione cum Papa. Irrationabiliter igitur aliqui Diaconi in Orbe pari modo Presbyteris se præferre volebant: idque reprehendit Hieronymus: sed ad id impugandum assumit tunc tantum ius consuetudinarium totius Orbis.

Secunda Obiectio. In Concilio Constantiensi sess. 4. dicitur quod Vniuersale Concilium Vniuersalem Ecclesiam representans, potestatem à Christo immediatè habet. Idem probatur ex gestis in octaua Synodo; vbi Patres Concilij, damnantes Photium, dixerunt. *Photium resistentem, & inobedientem huic Vniuersali Synodo repulimus, & anathematizauimus, atque à tota Catholica, & Apostolica Ecclesia fecimus alienum, per datam nobis potestatem in Spiritu sancto à primo, & magno Pontifice nostro, & Deo Liberatore, & Salvatore cunctorum*. Et patet, quia Christus Dominus dixit Apostolis Matth. 18. *Quæcumque ligaueritis*

Cur Diaconi Cardinales præcedant Episcopos

Petrus & Romanus Pontifex, ut singularis persona est Caput Ecclesie militantis.

Potestas Petri, & Romani Pontificis est potestas Christi.

Nemo, præter Papam, potest citare Concilium generale.

neris super terram, &c. Ergo Potestas Concilij non dependet à Papa, sed immediatè à Christo, & consequenter est supra Papam.

Respondeo verum esse, quod Christus dedit Ecclesie facultatem celebrandi Concilium: cuius potestas vique est à Christo, sicut omnis spiritualis potestas, quæ non est de iure humano, & gentium; tamen dependenter à Papa, cui omnium commisit curam, dicens, Ioan. vlt. *Pasce agnos, & oves meas.* Hinc est quod ad solum Papam congregare, moderari, & approbare Concilium, ad hoc vt illius ius legitimum sit spectat. Quando autem inferunt: ergo potestas Concilij non dependet à Papa, vel est maior potestate Papæ; vnde quæso descendit hæc sequela? verè improporcionata est antecedenti; nam Sacerdos habet potestatem à Christo consecrandi; non sequitur, tamen Sacerdotem Episcopo subordinatum, & subditum non esse, cum ab eo talem potestatem Diuinam, & supernaturalem acceperit. ita in casu Episcopi iure Diuino possunt congregari in Concilio, & habent ius definitiuum: iuxta illud Matth. 18. *Quicumque ligaueritis, &c.* tamen dependenter à Petro, & Summo Pontifice, à quo potestatem acceperunt, & cui omnium commissa est cura.

Sed dicunt. Concil. Const. sess. 4. definiuit Concilium Generale habere à Christo immediatam auctoritatem, cui omnes obedire tenentur, etiam si Papalis dignitatis existant. ergo omnimodè Concilium est supra Papam.

Respondeo ex verbiseiusdem Concilij sess. 4. quæ talia sunt. *Et primo quod ipsa Synodus in Spiritu sancto congregata legitime Generale Concilium faciens, Ecclesiam Catholicam Militantem representans, potestatem à Christo immediate habet: cui quilibet cuiuscumque status, vel dignitatis, etiam si Papalis existat, obedire tenetur, in his quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti Schismatis, & reformationem Generalem Ecclesia Dei, in Capite, & in membris.* Patet igitur quod non loquitur vniuersaliter de omnibus Concilijs Generalibus, sed tantum de Constantiense; & pro eo tantum tempore, cum Schisma in Ecclesia reperitur. tunc enim rationi valdè consonum censetur, quod Ecclesia ius habeat inuestigandi, & iudicandi quis sit legitimus Pastor: extra tamen casum præfatum Concilij Generale subest Summo Põtifici, cuius est illud moderari, & corrigere, si oporteat: vt pluries tactum cernimus, & superius dictum est. Sed ad maiore enervationem illius particulæ, scilicet quod Concilium habet à Christo immediatè potestatem, dico quod hoc potest dupliciter intelligi; primò quod ita à Christo Episcopis data sit, vt non subiaceant Petro, & successoribus eius: & hoc erroneum est, quia singulari personæ Petri commisit regimen non tantum plebis, quæ sub metaphora Agni exprimitur, Ioan. cap. vlt. *Pasce agnos meos;* sed etiam Episcoporum, & Apostolorum vt Disput. 1. probatum est; & ibidem sub metaphora ouium exprimitur, cum dicitur. *Pasce oves meas.* & Lucæ 22. *& in aliquando conuersus confirma fratres tuos:* id est Apostolos. Secundò, quod ita sit à Christo, ita vt non sit de iure gentium, nec a populo oriatur, vt potestas temporalium Principum, de qua infra dicemus; & hoc verum est, quia a Salvatore tale statutum, & talis potestas prouenit: sed non sequitur, quod sit supra Papam, quia sic data est illis, vt Petri moderationi subiaceat; nam vniuersæ Ecclesie Petrum Pastorem fecit, vt Euangelium docet; & ipse tenet locum Saluatoris, qui est Caput, & Summus Pastor

vniuersæ Ecclesie, quæ est Corpus eius: non sequitur itaque Concilium esse supra Papam.

Tertia Obiectio. Gregorius Papa in registro lib. 4. cap. 92. scribens Episcopo Constantin. circa finem, post allegatam auctoritatem illam Euangelij, *si peccauerit in te frater tuus,* Matth. 18. ait. *Ego itaq. per responsales meos semel, & bis, verbis humilibus hoc quod in tota Ecclesia peccatur, corrumpere studui: nunc per me scribo quicquid facere humiliter debui, non omisi: sed si in mea correptione despiciar, restat vt Ecclesiam debeam adhibere.* Ecce quod ipsemet Papa denūciat Ecclesie: ergo ad eam tamquam ad maiorem recurrere velle ostendit. Præterea Matth. 18. Christus Dominus ait: *si peccauerit in te frater tuus, vade & corripere eum inerte, & ipsum solum, &c.* & tandem inquit, *dice Ecclesie,* & deinde subdit: *Amen dico vobis. Quicumque ligaueritis super terram, &c.* ergo Ecclesia, seu Concilium est vltimum tribunal iudicij, & consequenter ipsum erit supra Papam.

Respondeo Gregorium ordinem seruasse fraternæ correptionis: & cum dicit se vltimò Ecclesiam adhibere velle, indè falsò, & indirectè colligit Concilium esse supra Papam. nam quando Gregorius, & quilibet Papa adhibet Ecclesiam, non excludit seipsum, qui Caput est Ecclesie, & supremus iudex; sed Ecclesiam adhibet ad maiorem hominis malefici confusionem ac ruborem; & ad maiorem actus solemnitatem; & vt omnibus iudicium rectum esse constet, ac extensiuè magis ratum. sicut si Rex, qui potest solus reum iudicare, omnes consiliarios adhibeat, non sequitur Concilium illorum maioris esse auctoritatis, & vltimum tribunal: sed solum magis solemnè, & eodem modo intelligitur locus Matth. 18. præcitatus. nam cum dicitur, *Dice Ecclesie;* ab Ecclesia non excluditur Papa, cum sit Caput illius, igitur Concilium esse supra Papam nullo modo sequitur. Adde, quod cum Saluator dixit, *si peccauerit in te frater tuus, &c.* loquitur omnibus fidelibus, eos correptionem fraternam, quæ fit extra tribunal iudicij, docens. si autem frater non emendatur, inquit Saluator, *dice Ecclesie,* id est Pastoribus Ecclesie; quia illi iuridicè delinquentem punient. & hanc potestatem tales puniendi, docet Saluator Ecclesie Pastores a Deo habere. non fit itaque hic sermo, & comparatio inter Papam, & Concilia Ecclesie; quia ad tales mulctandos sufficiunt Pastores in suis diocesibus; nec opus est congregare Concilium, & Pastores simul conuenire; & dato quod propter hoc simul conueniant, Petrus tamen in successoribus suis semper remanet Caput Ecclesie vltimum, etiam actu congregatæ; nihil ergo continet hic locus contra veritatem, quam propugnauimus: vt patet.

Quarta Obiectio. Tex. Papæ Zozimi in cap. contra decreta 25. quæst. 1. ait. *Contra decreta Patrum condere aliquid, vel mutare, nec huus quidem seais potest auctoritas.* Ergo ex hoc necessariò sequitur Concilia, & eorum decreta maioris esse auctoritatis, quam Papæ. & Tex. in cap. confidimus: dicit vniuersiuique Synodi constitutum, nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere, quam primam. Ergo Papa tenetur seruare statuta a Sanctis Patribus edita, & per consequens est Generali Concilio inferior.

Respondet optimè huic obiectioni Cardinalis Iacobatus lib. 10. de Concilij artic. 7. intelligi debere de statutis concernentibus fidem, & de his, quæ sunt de iure Diuino; in reliquis Papæ dispensare,

Potestas Ecclesie ad celebranda Concilia dependet à Papa.

Concilium generale tempore Schismatis, est supra Papam.

Potestas Concilij generalis dependet à Papa.

Iudicium Papæ cum Concilio generali est magis solemnè.

Papa nō est super
canones antiquos
circa Catholicam
fidem.

& mutare posse secundum temporum oportunitatem; ut antiqua, & continuata consuetudo docet; & de facto executum esse superius ipse ostendi. non sequitur autem Concilium esse supra Papam.

Quinta Obiectio. Papa potest errare si solus quæ ad fidem spectant decernat: sed Concilium non potest errare, quia Ecclesiam repræsentat, *quæ est cælestis, & firmamentum veritatis.* 1. Tim. 3. Vnde Christus dicitur desponsatus Ecclesiæ in sempiternum, Osee 2. eo quod nunquam fidem dimittet usque ad consummationem sæculi. Ergo Concilium, quod est vniuersalis Ecclesia repræsentatiuè, est superius Papa, cum illud tantum habeat doctrinam infallibilem.

Etiam si Papa errare posset docendo ext. à Concilio non tamen sequitur quod Concilium esse supra Papam

Respondeo, hoc argumentum solutionem alterius quæstionis petere. attamen ad magis conuincendum dico, quod dato, & non concesso, Papam in rebus fidei absque Generali Concilio errare posse, tamen ex hoc non concluditur Concilium esse supra Papam: ratio est, quia tota firmitas Concilij pendet à Papa: nam Concilium absque Papa errare potest, ut experientia docuit. Errauit enim Concilium Chalcedonense Actor. vlt. quando absentibus Papa Legatis aliquos Canones condidit, quos Leo Papa irritauit: similiter Concilium Ephesinum secundum, cum Dioscuro errauit: Concilium Ariminense, & alia nonnulla errauerunt: infallibilitas igitur iudicij penderet particulariter ab vtraquæ parte, sed magis principaliter à Papa; in quo vltenus, & amplius, restat plenitudo omnis iurisdictionis super Ecclesiâ: itaque gratis concessa pro nunc illa propositione, quæ tamen falsa est, Papam scilicet extra Concilium errare posse docendo; non tamen obtinent, quod desiderant.

Resistere, non in ferri superioritatem, sed tantum defensionem.

Sexta Obiectio. Si Concilium non esset supra Papam, sequeretur quod si Papa subuerteret statum vniuersalis Ecclesiæ, & ipsam Ecclesiam notorie scandalizaret, nullus posset Papam compescere, & Ecclesiæ remedium adhibere, consequens est absurdum, ergo & antecedens.

Respondeo negando sequelam maioris; nam in tali casu concedimus Concilium Generale, vel Collegium Cardinalium Papam reprimere posse, ut factum est in Concilio Constantensi contra Ioannem XXIII. non sequitur tamen Concilium esse supra Papam. Nam vel tunc Papa erraret circa fidem, & feret hæreticus, & tunc paret Papam esse deponendum per Canonem si Papa Distin. 40. si circa alia præter fidem, dummodo sit aliquid graue, & enorme, potest Concilium, vel Collegium Cardinalium resistere: quia vim vi repellere licet, non sequitur tamen, Concilium esse supra Papam: quia posse resistere, non intert superioritatem, sed tantum defensionem.

Canon est princeps cum edinet fidei, & morum doctrinam, quia est doctrina Diuina.

Septima Obiectio. In Act. 8. Synodi habetur, Zachariam Episcopum contra sententias Nicolai, & Aoriani Summorum Pontificum dixisse: quod Canon Princeps est, & quod contra illum agentes nihil faciunt, idque decet. Cum verò extra hunc quispia facit, siue Papa Nicolaus, siue alius, non acquiescimus: ergo videtur, quod Concilium sit supra Papam.

Respondeo negando sequelam, nam Canon Princeps est, cum edinet fidei, vel morum doctrinam, vel aliquid aliud ad ædificationem Corporis Ecclesiæ de iure, Diuino continet: potestas autem Ecclesiæ cum non sit supra ius Diuinum, sed tantum ad ædificationem,

& non ad destructionem. Consequens est quod nec Papa, nec Concilium Generale super tales Canones potestatem habeat, quia doctrina Christi Domini mutari, & alterari nequit, non sequitur tamen, Concilium esse supra Papam: sed tantum doctrinam fidei, & morum supra illum esse, quod ut verissimum concedimus, quia eodem modo est etiam supra Concilium Generale, & quoscumque.

Plures adhuc rationes Pars aduersa pro se adducit: sed quia nullius sunt roboris ac momenti, ad prolixitatem vitandam, illas omitto: has autem, quæ alicuius firmitatis videntur, proponere tantum, & refellere volui.

DISPUTATIO V.

An Summus Pontifex habeat ius condendæ leges, ac potestatem coactiuam pro illarum executione.

D V P L E X est potestas in genere; temporalis, cuius finis primò intentus est pax ciuili, & huius sæculi felicitas: de qua in præsentem non differemus; & spiritualis, cuius finis vltimus est salus æterna, & cælestis Beatitudo: & hæc duplex est. ordinis vna, & iurisdictionis altera. potestas orationis non est potestas superioris in subditos, sed ius offerendi Deo sacrificia, & fidelibus Sacramenta administrandi, & omnia quæ sanctificationem interunt. de qua hic nõ tractabimus. Potestas verò iurisdictionis etiam duplex est; prima dicit respectum ad forum internum, & conscientiæ, quæ iure Diuino constituit Sacerdotes iudices animarum; de qua in Sacramento Pœnitentiæ discurremus. Secunda dicit respectum ad externum regimen Ecclesiæ, quatenus ipsa est hominum adunatio, & Respublica quæ necessariò indiget aliquo supremo magistratu, ad hoc ut ordinatè se habeat: & de hac erit sermo in præsentem: & quia satis demonstratum est Romanum Pontificem primatum tenere super omnem Ecclesiam: nunc disputandum erit, an ille habeat facultatem leges ferendi, & potestatem contringendi fideles, ad illas leges seruandas.

Duplex potestas distinguitur genericè; temporalis, & spiritualis.

Potestas spiritualis duplex est; ordinis, & iurisdictionis.

Potestas iurisdictionis duplex est.

Omnes huius temporis hæretici, & præcipuè Lutherus lib. de captiuitate Babylonica capite de Baptismo. Caluinus lib. 4. instit. cap. 10. 11. & 12. & olim Marsilius de Padua in lib. Defensorem pacis. Ioannes Vicleffus, & Ioannes Muls, ut legitur in Concilio Constantensi Sess. 8. Christum Dominum nullam potestatem Ecclesiæ suæ dedisse leges ferendi, quæ fideles in conscientia obligarent, sed tantum potestatem administrandi Sacramenta, & Verbum Dei prædicandi opinantur. addunt tamen moderni Sectarij, Episcopos, & Papam posse aliquem ritum constitutere; verbi gratia, qua die, & hora eundem sit ad Ecclesiam: à quibus Scriptura sit legenda, & cætera huiusmodi; quæ tamen in conscientia non obligent; sed eo vique tendant, ut tantum valeant ad transgressores hortandos, monendos, & repræbendendos, & aliquos excommunicandos, id est a consortio fidelium separandos, dummodo Vniuersæ Ecclesiæ placuerit. quam hæresim sequuti sunt Reges Anglorum, dum asserunt ministros Ecclesiæ nullam potestatem, præter administrationem Sacramen-

Opiniones Sectariorum.

amentorum, & prædicationem Verbi Dei retinere. reliqua autem omnia spectare ad Principes temporales, ac Magistratus Sæculares; nullam igitur cognoscunt in Ecclesia iurisdictionem præter eam, quam Principes temporales habent.

Ad defensionem autem Catholicæ veritatis in præsentia materia, supponimus, quod lex debet esse iusta, ut scilicet commune bonum inferat seu intendat, nec præcipiatur malum, & prohibeatur bonum; aliter nullius roboris esset, & præcipue, quæ ponitur ab Ecclesia; cuius potestas per Apostol. 2. Corinth. 10. est in ædificationem tantum, & non in destructionem. Necessitas autem legis humanæ oritur ex hoc, quod lex Divina nõ de omnibus particularibus, indicat ac decernit, ideoque per Pastores multa decernenda reliquit, tum vt suaviter modo hominibus accommodato, omnia ordinarentur: tum quia omnia in particulari determinari non poterant; vt essent immutabilia: cum omnia non omni tempore expediant, nec omnibus nationibus omnia æquè accommodari possunt. Etenim Synagoga, cum in vnica Natione, & in vnica Orbis Prouincia; puta Palestina ipsa circumscriberetur, particulares leges per Moysen explicitè datæ fuerunt. Ecclesia autem cum per totum Orbem diffundenda esset, & multas Nationes complecti deberet, quibus leges morales vniformiter imponi non possunt; consequens fuit, vt Ecclesiæ Pastoribus suprema potestas leges ferendi concederetur: vt de facto data est, & intrâ probabimus. & hac de causa lex humana est necessaria; quæ tamen non fit merè voluntariè, sed à Legislatore ex Lege Diuina, & Lege Naturali, quasi ex proprijs principijs deducitur.

Prima Conclusio. Summus Pontifex habet ius præcipiendi, & condendi leges in Ecclesia. Probatur Matth. 18. vbi Christus Dominus dixit Petro, & consequenter successoribus illius, vsque ad consummationem sæculi, vt suo loco probatum est. *Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in calis, & quodcumque solueris super terram erit solutum & in calis.* Et Matth. 18. dixit omnibus Apostolis, quibus succedunt Episcopi: qui proportionaliter in suis diocesis, vel cum sunt in Concilio simul congregati, habent eandem potestatem leges ferendi, licet Petro, & Summo Pontifici subordinatam. *Amen dico vobis quacumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in calis, &c.* Si per hanc metaphoram ligandi, & soluendi, potestas præcipiendi, & leges ferendi non intelligitur, quid nam intelligi potest? forte Christus Dominus instituit Apostolos ligatores sarcinarum; vel illos fecit funarios, vel satellites, vt maleficos homines ligarent, & iudici ad torquendum adducerent? discite Sectarij. Principes non ligant funibus, sed legibus. Sed dices pro Sectarijs, tunc dedit potestatem remittendi, & retinendi peccata, non leges ferendi. Ineptissimè, & inaniter. Primò, quia omnes Sectarij non cognoscunt in Ecclesia hanc potestatem, quomodo ergo nunc ad fugiendam veritatis efficaciam, illam concedunt? Secundò, quia potestas remittendi, & retinendi peccata alibi data est, nempe post resurrectionem Ioannis 20. vbi expressè de tali potestate dixit. *Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Ergo de potestate alterius generis loquutus fuit Matth. 16. & 18. cum dixit Petro: *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* & omni-

bus Ecclesiæ Pastoribus: *Quodcumque ligaueritis super terram.* non negamus tamen hanc potestatem habesse tunc inclusam, vt speciem in suo genere: in quo sensu talem potestatem aliquandò Patres explicauerunt, licet non dixerint, seu illam non restrinxerint tantum ad munus hoc particulare remittendi peccata, vt Sectarij faciunt. Tertio, Saluator dixit generalissimè: *Quodcumque ligaueris super terram.* & non dixit hoc tantum, vel illud. Quis ergo es tu homo, qui respondeas Deo, & coarctare audeas, quod Deus amplè concedit? ò miser Sectarij, durum est vobis contra stimulum calcitrare; Petri potestas impugnari potest, expugnari non potest. *Porta inferi non preualebunt aduersus eam.* Matt. 16.

Secundò probatur. Ioann. vlt. vbi Christus Dominus Petro dixit: *Pasce agnos meos, & pasce oves meas;* eodem modo, quo Dauid dictum est 2. Reg. 5. *Tu pasces Populum meum Israel.* At Rex Dauid accepit per hæc verba etiã potestatem leges ferendi in suo Regno: ergo pari modo Petrus, & Papa in Vniuersali Ecclesia; seruata tamen disparitate; quia Petri potestas est spiritualis, super omnem Ecclesiam; id est super omnes fideles; & non politica, seu temporalis. Vndè hoc argumentum ita concludit, Regi Dauidi, qui fuit Rex temporalis; per verbum illud, *Tu pasces populum meum Israel:* data fuit etiã potestas leges ferendi; quam omnis Rex habet in suo Regno, ergo à pari, Petro, qui est Rex spiritualis, per verbum illud, *Pasce oves meas,* data est etiã illi potestas leges spirituales ferendi super omnem Ecclesiam, seu super omnes fideles.

Tertio probatur. Summus Sacerdos Synagoga potestatem præcipiendi habebat, vt patet Deut. 17. *Qui superbiuerit nolens obedire Sacerdotis imperio, ex decreto iudicis, morietur homo ille.* Ergo multò magis Summus Sacerdos, qui visibiliter pacit Ecclesiam. Sequela probatur primò, quia quod dixit ordinem, decorem, & perfectionem in Synagoga, quæ fuit Ancilla; non est auferendum ab Ecclesia Christi, quæ est Sponsa, hoc autem ita se habet, quia optimum est gubernari bonis legibus: ergo, &c. Secundò quia vt dictum est, in lege veteri, vt patet in libris Moysis, multæ habentur leges particulares, & multe habentur explicitè: in Euangelio autem tantum quedam principia vniuersalia habentur: & circa particularia nullum legitur decretum: ergo necessaria est in Rectore Ecclesiæ huiusmodi potestas, sensatis patet. Etenim, *Vir sensatus credit Legi Dei, & lex illi fidelis.* Eccli. cap. 33.

Quartò probatur Act. 15. vbi Apostoli Congregato Concilio, legem statuunt de lege Moysis sepelienda, & alijs quibusdam; de quibus inquit Lucas eodem Capite, quod *Paulus perambulabat Syriam, & Cylciam confirmans Ecclesias: præcipiens custodire præcepta Apostolorum, & Seniorum.* & cap. 16. legitur. *Cum autem pertransirent Ciuitates, tradebant eu custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis, Senioribus, qui erant Hierosolymis.* Quid clarius dici potest? nam inquit præcepta Apostolorum, & decreta ab Apostolis; ergo datur in Ecclesia ius, præcepta, & decreta faciendi. eadem enim est Ecclesia tunc, nunc, & vsque ad consummationem sæculi.

Præterea in Epistola Synodica, quam Apostoli dederunt Gentibus dixerunt. *Visum est Spiritu sancto, & nobis, nihil ultra vobis imponere oneris, &c.* ergo habebant potestatem imponendi onera, & aliud onus.

Lex si fuerit iniusta, obligat, si iniusta, non tenet.

Necessitas humanarum legum vnde oritur.

Vnde lex humana deducatur.

Papa habet à Deo potestatem leges ferendi.

Principes non ligant funibus, sed legibus.

Ecclesia impugnari potest, expugnari non potest.

In verbo Pasce includitur etiam potestas leges ferendi.

Quod dixit deo rem, & ordinem in Synagoga, non est auferendum ab Ecclesia.

Apostoli dederunt leges Ecclesiæ.

Sed quid est imponere onus nisi præcipere, & leges ferre? nam Matth. 23. Christus Dominus dixit, *super Cathedram Moysi, &c. alligant enim omnia grana, & importabilia, & imponunt in humeros hominum.* Hoc autem erat mandata, & præcepta populis exhibere, ut patet; ergo Ecclesiz Rectores, & Pastores à Christo hanc potestatem acceperunt.

Quintò probatur. Paulus Apostolus 1. Tim. 3. statuit, ne Episcopus sit bigamus. ait enim: *Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, &c. & 1. Cor. 11. quod mulieres velato capite orent propter Angelos.* Et 1. Tim. 5. *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, qua fuerit unius viri uxor, &c. & subdit: Adversus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus, seu tribus testibus.* & infra: *Præcipio tibi coram Deo, ut serves mandatum, &c. Divitis huius sæculi præcipe, non subleone sapere, &c.* Ergo si Paulus, & Timotheus leges fidelibus statuunt, cur non Petrus, & Papa, & illorum successores? immò multò magis, quia illi dictum est, *Quodcumque ligaveris super Terram, &c.*

Sextò probatur Conciliorum omnium Generalium auctoritate, quæ à principio nascentis Ecclesiz, usque ad hæc nostra tempora celebrata fuerunt. in quibus omnibus multi Canones, & regulæ seu leges cernuntur, ita ut superfluum sit longam illorum seriem hic apponere; cum Catholicis, & Sectariis hoc sit optimè notum. Quid dicent Sectarij? nam semper in Ecclesia omni sæculo id factum cernitur; ergo indubitatum esse debet talem potestatem in Rectoribus Ecclesiz seu Pastoribus esse debere, dicent fortasse, eos errasse, & quomodo fieri potest, quod in principio Ecclesia talem errorem uniuersaliter habuerit, cum ubique Terrarum Concilia celebrata fuerint? cur Sectarios Uniuersalem Ecclesiam reprehendere, & suas novas fabulas, quas superseminant, ut veras promulgare non pudet?

Secunda Conclusio. Summus Pontifex in condendis legibus potest obligare fideles in conscientia: & transgressores iudicialiter punire. Probatur prima pars Conclusionis, scilicet quod potest fideles obligare in conscientia. Quæcumque in Cælo statuuntur, decernuntur, ac præcipiuntur, obligant homines in conscientia: nam huiusmodi decretis nõ obedire pessimum est crimen: at quæcumque Summus Pontifex Successor Petri, & Christi Iesu Vicarius præcipit in ædificationem Ecclesiz, in Cælo ratificantur, & pari modo præcipiuntur, & decernuntur; ergo quicquid præcipit Summus Pontifex in ædificationem Ecclesiz, obligat in conscientia. Maior est per se nota: minor probatur Matth. 16. *Quodcumque ligaveris super Terram erit ligatum, & in Cælo: & quodcumque solueris super Terram erit solutum, & in Cælo.* Unde Hieron. super illud Matth. 18. *Quæcumque ligaueris, &c. inquit: potestatem tribuit Apostolus, ut intelligat, qui à talibus damnantur humanam sententiam, Diuina sententia roborari.*

Secundò probatur ex epist. ad Roman. 13. *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistit ipsi sibi damnationem acquirit.* & subdit: *ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Sed Petrus, & Papa est potestas: ergo propter conscientiam parendum est illis. quod idem est quod in conscientia ligare, possunt. Minor probatur 2. Cor. 10. *Nam & si amplius aliquid gloriatum fuerit de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus, &c. & 2. Cor. 13. Ut non pra-*

sentur durius agam secundum potestatem, quam dedit mihi Dominus, &c. Ergo Pastor Ecclesiz potestatem habet.

Tertiò probatur. 1. Cor. 11. ubi ait Apostolus: *Laudo autem vos fratres, quod per omnia meos memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Præcepta autem necessariam obedientiam inferunt subditorum: Ergo Pastor Ecclesiz fideles legibus, & præceptis, in conscientia obligare potest.

Secunda pars Conclusionis probatur ex 1. Cor. 4. ubi Apostolus Corinthijs sic comminatus fuit: *Tantumquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam, Veniam autem ad vos cito, si Dominus voluerit: & cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem. Nam enim in sermone est Regnum Dei, sed in virtute. Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? aperte igitur docet Pastores Ecclesiz puniendi, & coercendi inobediētes legibus, & præceptis potestatem habere, ut patet.*

Respondet huic argumento Petrus Martyr in Comment. 1. ad Cor. cap. 3. dari in Ecclesia virgam ad puniendum, sed illam non tantum in vno homine, sed in omnibus fidelibus simul reperiri, quia 1. Cor. 5. Paulus hac virga utens contra incestuosum, inquit, *Congregatis vobis, & meo spiritu.*

Sed Petrus iste falsus martyr seu testis inuenitur cum hæc responsio manifestè sit contra præcitatum Scripturam. Sic enim inquit: *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicavi, ut præsens.* Apostolus igitur inquit, quod ipse singulariter iudicauit, & non dicit iudicauimus. & quid iudicauit? *Tradere scilicet huiusmodi Satana.* quando subinfert: *congregatis vobis:* non affirmat quod etiam ad illos iudicare spectabat, sed intelligitur, vobis presentibus, coram vobis: quia iudicium non fit in abscondito, sed coram alijs. Et confirmatur hoc; nam Apostolus in 1. ad Tim. cap. 1. ait. *Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee secundum præcedentes in te prophetas, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt: ex quibus est Hymeneus, & Alexander: quos tradidi Satana, ut discant nõ blasphemare.* Ecce quod Apostolus solus vsus fuit virga contra Hymeneum, & Alexandrum; quia inquit, *tradidi Satana:* & non dicit, *quos tradidimus.* & 2. Cor. 13. ait. *Prædixi, & prædico, ut præsens, & nunc absens, ijs qui ante peccauerunt, & ceteris omnibus, quoniam si venero iterum non parcam. non dixit non parcemus, sed singulariter, non parcam, & subdit. Ideo hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.* ex modo igitur loquendi patet in illo hanc potestatem iudicandi, & puniendi, & non in cœtu fidelium existere, ut martyr iste falsò martyrizat.

Secundò probatur ex 1. Tim. cap. 5. *Adversus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant.* Verè hoc loco Apostolus aperitissimè docet Episcopum, qualis erat Timotheus, proprium tribunal possidere, in quo in foro fori iudicium exercere debet. omnibus sanæ mentis patet.

Tertiò probatur ex 2. ad Thess. cap. vlt. ubi Apostolus ait. *Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate: & ne commisceamini cum illo, ut confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite*

Quid sit imponere onus.

Paulus dedit leges Ecclesiz.

Ratio efficax apud sentatos homines.

Pastor Ecclesiz est potestas.

Paulus minister Corinthijs.

Paulus docet Episcopum habere tribunal iudicij.

corripite ut fratrem. En apertum testimonium, quod Paulus iudicialiter prefatos reos, ac inobedientes punit.

Quartò probatur Act. 5. vbi Petrus Apostolus, va legentibus patet; verbo suo, tanquam supremus Iudex, Ananiam punit, & Saphiram; quia illi mentiti sunt ob fraudatum pretium agri.

Quintò probatur ex 2. Corin. 10. vbi Apostolus ait. *Arma militie nostra non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionemmunitionum: & subdit: In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam.* & infra. *Nam & si amplius aliquid gloriam fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in adificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam.*

Sextò probatur efficacissima ratione: Ecclesia est Regnum, vt Christus Dominus pluries testatus est. *Simile est Regnum Calorum, & c. & Dan. 2. Suscubabit Deus Cali Regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & c. & alibi pluries.* Habet autem hoc Regnum Christi, Regem seu Pastorem, cui dixit, *Pasce oves meas.* Ioan. vlt. & Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram, & c. & quia Regnum Ecclesie durabit, usque ad consummationem seculi, consequenter in illa futurus est ordo, & successio Pastorum; vt dictum est Disp. 11. presentis libri, Pastores autem Ecclesie habent potestatem directiuam, scilicet docendi, arguendi, monendi, hortandi: vt Vniuersa Scriptura, & præcipue Pauli Apostoli Epistolæ clamant. quæ sana doctrina stante, sic argumentor. Omnis potestas directiua inseparabilis est à coerciua, seu coactiua, ex Arist. lib. 1. Ethicorum cap. vlt. nam vanum esset in Principe ponere tantum potestatem directiuam scilicet præcipiendi; & ab eodem potestatem puniendi reos transgressores mandatorum, & inobedientes auferre: esset enim huiusmodi Rex mancus, imperfectus, & verè ridiculus. Sed Petrus, & successores, & ceteri Ecclesie Pastores habent à Christo Domino potestatem directiuam super Ecclesiam; nam illi dictum est: *Pasce oves meas.* & 1. Pet. 5. *Pascite qui in vobis est gregem Dei providentes non coactè, sed spontaneè, & c. & Act. 20. Attendite vobis, & universo gregi, in quo Spiritus sanctus posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Ergo etiam potestatem coerciuam, & coactiuam.*

Septimò probatur testimonio firmissimo Sacrorum Conciliorum. Nam à 1. Concil. usque ad vltimum, patet semper Pastores Ecclesie obligare fideles in conscientia intellexisse, & contradicentes iudicialiter punire. sic Patres Concilij Niceni 318. Viginti Canones ediderunt additis pœnis pro transgressoribus. Patres Concilij Sardiceni 356. quod Concilium dicitur appendix Concilij Niceni, alios 20. Canones. Concilium Constantinopolitanum 150. Patrum 4. Canones. Concilium Ephelinum 200. Patrum, 6. Canones, licet aliqui dicant octo, ponentes pro septimo Canone professionem, & determinationem circa Carisum; & pro octauo, decretum circa Episcopos Cypri. Concilium Chalcedonen. 600. Patrum, non tantum 30. Canones fecit: sed Actor. 4. Patres leges Ecclesie esse supra leges Imperatorum docuerunt. Nam Senatus Imperialis, qui erat præfens in causa Episcopi Tyri, & Episcopi Beriti, leges Cuius citare volens; Sancta Synodus vna voce clamauit. *Contra Canones Ecclesia nihil pragmaticum valet: Regula Patrum teneant.* Vnde comprobatur eit hac occasione à Sancta Synodo, eadem Actione; consentientibus Iudicibus, & Senatu, Canones Ecclesie

semper obseruandos esse: & leges cœules nihil teneri, cum Sacris Canonibus Ecclesie contradicunt, & eodem modo in cæteris Concilijs. igitur Sectarij oppositum docere audent? futuri quippe excogitatio, quæ ad ignem aeternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius: ducit, quales sunt Sectarij, qui aduersus Ecclesiam Dei, maledicta scripserunt.

Probatur vltimò Patrum auctoritatibus. Chryso. Hom. 22. super 2. Cor. 10. Tom. 4. ait: *Ad hoc potentiam accepimus, vt adificemus, quod si quis oblectetur, & dimices: atque ita affectus sit ut nulla ratione sanari possit, tum demum altera quoque facultate utamur, eum diruentes, ac prostermentes.*

Theophilactus super eundem locum 2. Corin. 10. ait. *In promptu habemus penam, & vltionem.*

Augustinus Epist. 50. litt. F. Tom. 2. ait. *Si Ecclesia vera ipsa est, qua persecutionem patitur, non qua facit, querant ab Apostolo, quam Ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancilla. Liberam quippe matrem nostram Cælestem Hierusalem, id est veram Dei Ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam, qua affligebat ancillam. & infra: Si boni, & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant esse in psalmo vocem, vbi legitur. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant?*

Gregor. lib. 1. Epist. 27. *Si ea de quibus vehementer Deus offenditur, insequi vel ulcisci differimus: ad irascendum utique Diuinitatis patientiam prouocamus, & c. & alibi frequenter.*

Ambrosius in Commen. super Epist. 2. ad Cor. cap. 10. Tom. 3. inquit. *Oras enim vt tales illos inueniat, ne cogatur irasci, sed vt requiescat cum eis. & infra. vt vindicet in eos, qui sub nomine Christi agentes, non obaudiunt, vt corrigantur, in quibus reprehenduntur. & infra. Sicut enim Imperator per milites suos vindicat suum Regnum: ita & Saluator per nos seruas suas defendit vniuersi Dei professionem, & disciplinam. & super illa verba Apostoli. Sed ipsi in vobis, & c. inquit. Ostendit enim potestatem, de qua si gloriari velles, non illum puderes, quæ data est illi à Domino. Sed huc sic illa vitur, vt non gloriatur nisi in profectu credentium, corripiens constanter vitiosos, vt gloriatur in salute illorum, vt potestas data saluti proficiat, non elationi.*

Nunc ad chimericas Sectariorum adinventiones. Qui sic primò obijciunt contrà primam Conclusionem. Deut. 4. *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* & cap. 12. *Quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino: non addas quicquam neque minus.* Si ergo Deus præcepit Synagoga ne aliquod præceptum adderet ad ea, quæ Testamentum vetus continebat, multo magis Christianis prohiberetur, ne quid addant Euangelio, quod Veteri Testamento est longè perfectius.

Respondeo præcitata verba pro Hebræis tantum dicta fuisse, ratio est, quia populus ille à Moyse habuit omnia explicitè, vt libros Moysi legenti patebit; nec Sacerdoti Hebræorum aliquando dictum fuit: *Quodcumque ligaueris super terram, & c. & Pasce oves meas.* ideo nihil mutare poterat, at in nouo Testamento totum oppositum: multa implicitè continentur, quæ explicari, & declarari debent à Pastoribus Ecclesie, quibus à Christo Domino, huiusmodi potestas collata est. exempli gratia. Ieiunium in Euangelio habetur bonum, & vtile esse: & à Christianis seruandum, vt legitur Matth. 17. *Hoc autem genus non*

Ecclesia est Regnum.

Potestas directiua inseparabilis est à coerciua.

Ratio efficax.

Ecclesia semper leges suas tenet deo.

Contra Canones Ecclesie nihil pragmaticum valet.

Testimonium veterum Sanctorum Patrum.

Sacerdotium Ecclesie longè perfectius est, quam Sacer. otio Synagoga.

78 DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA

ieiunium propo-
nitur in lege
uangelica.

Necessitas leges
ferendi in Eccle-
sia aperitur.

Seclarij conclu-
dunt blasphemiam.

Uetus Apostolus
fuit Legislator,
regulus Apostola-
rum.

non eicitur nisi per orationem, & ieiunium. Lucæ 2. de Anna Profetisa. & hac vidua usque ad annos octoginta a quatuor: quæ non discedebat de templo ieiunans, & obsecrationibus seruans nocte, ac die. Matth. 6. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lana, ne videaris hominibus ieiunans, & cap. 9. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. & 2. Cor. 6. Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, & c. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, & c. in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, & c. Sed quando: & quomodo: non habetur. De Eucharistia Sacramento: & de Sacrificio Missæ, cum ipse præceperit. Hac quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. & de tempore, & numero nihil præscripsit: necessarium sequitur, vel ad ordinem seruandum: vel ad negligentes stimulandos: vt tempus, & numerus per firmissimas leges stabiliri debeat ab illis, quibus ipse dixit. Quæcumque ligaueris super terram erunt ligata, & in caelo: & pari modo cum Apostolus iuxta mandatum Christi dicat 1. Cor. 9. ita & Dominus ordinauit is, qui Euangelium annuncians, de Euangelio vivere. Modus autem, & quantitas non definiatur: debet necessario Pastor Ecclesiæ, iuxta Nationum consuetudines talia definire: vt fideles non ad libitum, sed necessitate coacti obedire debeant, & Ministris Ecclesiæ necessaria ministrare, & decimas soluere. & cætera huiusmodi. Cum igitur Christus Dominus hanc potestatem Ecclesiæ dederit, & non Synagoga, Sectarij in hoc Ecclesiam arguentes, Christum Dominum reprehendunt, quod id concedere non debuisset. nil igitur concludunt Sectarij præter turpem blasphemiam.

Secunda Obiectio. Isaia 33. legitur. Dominus Index noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster. quæ verba æquivalent huic propositioni: Dominus solus est Iudex, Legifer, & Rex noster. Vnde Iacobus cap. 4. Vnus est Legislator, & Index, qui potest perdere, & saluare. Ergo Summus Pontifex, & Ecclesia non habet potestatem leges ferendi, sed tantum Deus.

Respondeo, quod absque dubio Dominus est legifer noster: & quod vnus est Legislator Deus. Vnde illa lex est firmissima, ac vera, quæ à Deo est. ipse autem hanc legem fidelibus seruandam proposuit, Matth. 16. Quodcumque ligaueris super terram, & c. & cap. 18. Quodcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo, & c. Et dedit nobis sacram Scripturam, & doctrinam fidei reuelauit; quibus median- tibus Ecclesiæ Pastores iusta decernunt, & leges instituunt: non voluntariè, & proprio capite sed secundum Diuina, ac supernaturalia præcepta. Vnde omnes leges sunt à Deo: sed mediate, scilicet mediantibus Ecclesiæ Pastoribus, ac Rectoribus: Nam Apostoli homines fuerunt, & non Deus: & tamen leges dederunt aliquas; quas Dominus immediate non præcepit, ait enim Paulus 1. Corin. 7. Ijs autem, qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus: Vxorẽ à Viro non discedere: & deinde infert; Nam cateris, ego dico, non Dominus. Si quis frater Vxorẽ habet infidelẽ, & hac consentit habitare cum illo, non dimittat illam. & si qua mulier fidelis habet virum infidelẽ, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Ecce quod Apostolus leges fert, & dicit; ego præcipio, non Dominus. & deinde ait. De Virginitate autem præceptum Domini non habeo,

consilium autem do, & c. & deinde. Igitur & qui matrimonio iungit Virginitatem suam bene facit, & qui non iungit melius facit, & c. & sequitur: Beatior autem eris si sic permanseris, secundum meum consilium. Vel ergo Paulus errauit leges ferendo: quod erroneum est asserere; vel dicendum, quod Ecclesia à Christo hanc potestatem acceperit. Sequitur igitur sensum Isaia, & Iacobi esse; quod Deus est Legislator primarius, & independens, ac absolutus: & quod Pontifex est Legislator dependens subordinatus, declarans, & eliciens particulares leges ex generalibus legibus, quas Christus Dominus Ecclesiæ præscripsit: quemadmodum Paulus Apostolus; & alij fecerunt.

Tertia Obiectio. Dominus per Isaia cap. 29. ait. Eo quod appropinquas populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me: cor autem eius longè est à me, & stauerunt me mandato hominis, ac doctrinis: ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic, miracula grandis, & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Ex quibus patet Dominum conqueri, cultum suum in mandatis hominum seruandis, constitutum esse. & Matth. 15. Christus dixit. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. & deinde. Si ne causa autem colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. & Marci 7. In vanum autem colunt docentes doctrinas, & præcepta hominum: relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptismata vrceorum, & calicum, & alia similia his facistis multa. & dicebat illis. Bene irritum facistis præceptum Dei, vt traditionem vestram seruetis.

Respondeo per verba sequentia Saluatoris nostri, optimè sensum præcitarum Scripturarum colligi; ait enim. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. relinquentes enim mandatum Dei tenetis traditionem hominum, baptismata vrceorum, & calicum. triplex enim erat culpa Hebræorum in huiusmodi re. prima, quia ipsis leges ferre erat prohibitum; omnia enim à Moyse habuerunt explicitè, ideo aliquid addere non debebant: non enim Synagoga. Sacerdoti dictum erat: Quodcumque ligaueris super terram, & c. Secunda quia ea statuebant, quæ cum Diuina Lege pugnabant. nam Christus Dominus Mar. 7. ait. Moses enim dixit, Honora Patrem tuum, & Matrem tuam: & qui maledixerit Patri, vel Matri morte moriatur; vos autem dicitis, si dixerit Homo Patri, & Matri. Corban (quod est donum) quodcumque ex me tibi profuerit, & ultra non dimisitit eum, quicquam facere Patri suo aut Matri: rescindentes Verbum Dei per traditionem vestram. Tertia, quia quædam vana, & leuia, ac inutilia instituebant: vt baptismata calicum, & vrceorũ; scilicet, vas primò purgandum esse aqua, quam illo vtendum; Hominem antè prandium, primò lauare manus suas debere: & cætera huiusmodi. Hæc autem non faciunt ad rem: nam Ecclesia huiusmodi ineptas leges, traditiones, & mandata non tribuit, vt faciebant Hebræi: qui dupliciter errabant: primò, quia leges dabant, cum à Deo potestatem sacras leges ferendi non haberent, secundò, quia ineptias, vel pessima mandata dabant, quæ cum Diuinis legibus pugnabant. Hoc autem non facit Ecclesia; nam sanctissimas leges, & Canones exhibet, iuxta potestatem firmissimam, quam Deus ei expressè dedit: vt legitur in Euangelio. Non enim hoc fuit Ecclesiæ prohibitum, sicut Synagoga: imò apertissimè concessum: vt superius dictum est. nam firmiter Saluator promissit quod, quæ ipsi in Terris

Tertis statuerunt, firmata, & rata in Cælis procul dubio fuissent. Itaque argumentum hoc contra Hebræos, & non contra Catholicos militat.

Quarta Obiectio. 2. Corin. 3. *Vbi spiritus Domini, ibi libertas.* & ad Gal. 4. *Non sumus Ancilla filij, sed libera, qua libertate Christus nos liberavit.* & Cap. 5. *state & nolite iterum iugo seruitutis contineri.* Ex quibus constat, quod Christiani sunt liberi à mādatis Hominū, ergo non subiacēt legibus Pontificis.

Respondeo, hoc argumentum ita concludere, ver. gr. Populus Israel liberatus fuit à seruitute Pharaonis, ergo subesse legibus Moysis non debebat. vel fortes est liber à Tyrannide Turcarum, ergo non debet subesse legibus Christianorum Principum. Verè non est hic modus arguendi; sed potius saltandi, more locustarum. Nam omni legenti patet, Apostolum ad Corin. loqui tantum de libertate à peccati, & Dæmonis seruitute: de qua Apostolus ad Rom. 6. inquit; *liberati à peccato serui facti estis iustitiæ.* ad Galatas de iugo legis Mosaicæ sermocinari, de qua Act. 15. Petrus dixit. *Quid tentati imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec nos, nec Patres nostri portare potuimus?* Nam insensati Galatæ simul cum Euangelio, legem Moysis seruare volebant; Apostolus autem contra illos acriter inuehitur; infirmitatem veteris legis exponens; & Synagogam Agar Ancillæ, Ecclesiam autem Saræ, quæ fuit Sponsa, & libera assimilans. Grauis enim erat lex Moysis: vt diximus lib. 1. disp. 6. & continebat 613. præcepta. Vnde Apostolus de libertate, seu liberatione ab illa lege per Euangelium eos monebat; & stultum esse iterum seruitutem illius legis assumere docebat; quomodo ergo sequitur, quod etiam liberi sumus à lege Evangelicæ, & à legibus Ecclesiæ? certè ineptissima sequela. Præterea lex vetus fuit à Deo, licet per Moysen Populus illam receperit ministerio Angelorum, idcirco Apostolus ad Gal. 3. ait. *Propter transgressiones posita est lex, ordinata per Angelos in manu mediatoris.* non valet igitur interre, tumus liberi à lege Veteri, ergo sumus liberi à mādatis Hominum; quia illa non erat humanum mandatum, sed Diuinum. & posita tali libertate, poterat nos per nouum Testamentum, etiam Humano mandato obligare; licet leges Pontificiæ non sint humanæ, nisi immediate, & proximè: quatenus per Hominem exhibentur, & declarantur. mediatè autem sunt à Deo, non tantum quia illas Deus in Cælo ratificat, ac confirmat: sed quia Ecclesia illas ex Diuinis legibus, & Scripturis, vbi generales regulæ, vt plurimum tantum habentur deducit.

Quinta Obiectio. Si Deus nos obligare legibus Pōtificijs voluisset, onus magis graue nobis imposuisset, quam illud antiquæ legis, quod Iudæi portauerunt. Vnde magis expediens fuisse videtur, vt legem Moysis seruaremus, quam multitudinem Canonum, & aliarum legum, quas Pontifices posuerunt: nam leges Christianorum sunt decuplò plures, quam fuerint illæ Iudæorum: vt patet conferenti volumina Juris Canonis, & tomos Conciliorum cum Pentateucho Moysis. & confirmatur testimonio Augustini, qui Epist. 119. cap. 19. Ecclesiasticos Ritus temerè introductos, damnat; dicens. *Ipsum Religionem quam paucissimis, & manifestissimis celebrationum Sacramentis, misericordia Dei liberam esse voluit, seruilibus oneribus premans: ut tolerabilior sit cōditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint: legibus tamen sacris, non humanis præsumptionibus*

subiunguntur. Quibus verbis subiungit Calvinus lib. 4. instit. cap. 10. §. 13. Si in sæculum nostrum incidisset Sanctus ille vir, quibus querelis deplorasset eam, quæ nunc est seruitutem? nam & numerus est decuplo maior, & singuli apices centuplò rigidius, quam tunc exiguntur. ita fieri solet, vbi semel peruersi isti Legislatores imperium occuparunt; nullum finem iubendi, & vetandi faciunt: donec ad extremum morositatis perueniunt. Quis prima fronte hæc verba Caluiniana percipiens, hominem zelotem fuisse, & iustam esse suam querelam non affirmaret? sed audiat pius Lector zelum istius absque scientia, cum Apostolus ad Rom. 10. de huiusmodi hominibus dicat. *Testimonium enim perhibeo illis, quod amulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.*

Quapropter Respondeo cum Cardinal. Bellarmino lib. 4. de Rom. Pontifice cap. 18. quod inter legem Moysis, & leges Pontificias, nulla potest fieri comparatio nec in numero, nec in rigore. Nam leges absolute impositæ omnibus Christianis vix quatuor reperiuntur: scilicet de seruandis festis, de seruandis ieiunijs, de confessione singulis annis semel facienda, & de sacra Communionè sumenda in Paschate. Cæteræ omnes quibus pleni sunt tomus Conciliorum, & libri iuris Canonici, vel non sunt leges, sed admonitiones, vel piz institutiones, sine obligatione ad culpam; quales sunt plurimi ritus Chruanorum. Nec enim peccant, qui citrà contemptum, vel non recitant Angelicam Salutationem ter in die, vel non sumunt ramum oliuæ in die Palmarum, vel non aspergunt se aqua lustrali, cum Templum ingrediuntur, vel non tundunt pectus tempore Sacrificij, &c. Vel sunt leges conditionales, id est illis impositæ, qui volunt ad Sacros Ordines admitti, vt de castibatu. Hæc autem nõ agraunt Ecclesiam, cum nemo teneatur fieri Clericus, vel Monachus; vel sunt Regulæ præscriptæ solis iudicibus Ecclesiasticis, vt eas sequantur in causis dijudicandis; vel sunt Censuræ, & poenæ latæ in eos, qui ius Diuinum violant: sine quibus disciplina nullo modo conseruari potest. Vel sunt explicationes dogmatum fidei, aut iuris Diuini, quæ non humanum, nec nouum onus fidelibus imponunt. At è contra leges Moysæ omnibus, & singulis Iudæis impositæ erant 613. quarum multæ etiam Corporalem mortem minabantur. leges autè Ecclesiæ sunt potius Diuinæ, quam humanæ: Nam iure Diuino tenemur aliquod tempus dedicare cultui Dei, & aliquandò ieiunare, confiteri, & communicare. itaque Pontifices solum determinauerunt tempora. Vnde si quæ est difficultas in his legibus, magis referenda est in ius Diuinum, quam humanum; & præcipuè circa confessionis præceptum, quod habetur omnium durissimum.

Deinde de terminatio temporis festorum, & ieiuniorum, à Pontificibus facta, nisi istam obligationem habet. Nam ad ieiunia non obligantur, nisi qui possunt; vnde excipiuntur Pueri, Senes, & ægroti, &c. Similiter in festis tenemur à seruilibus operibus abstinere, & Missam audire, sed cum multis exceptionibus; nam non debent cessare opera necessaria, vel valdè vtilia humanis corporibus: vt Medicorum, Pharmacopolarum, Coquorum, &c. per rationem, qui impeditus iusta de causa Missæ non interfuit, non iudicatur deliquisse, at Iudæi adeo seuerè tenebantur in Sabbatis vacare, vt ne ignem quidem accendere possent, vel cibos coquere. & quidam, qui solū ligna collegerat die Sabbati, iussu Dñi lapidatus fuit n. 15.

Verbis

Quæ si libertas
Euangelij.

Leges Ecclesiæ
sunt diuinæ.

Discrimen inter
legem Moysis, &
leges Ecclesiæ.

Poenæ, & graui-
tas legū Ecclesiæ

Calvinus malitiosè abusus est verbi à Augustini.

Verbis autem Augustini malitiosè Calvinus abusus est, ille enim non conquiritur de ritibus à Pontificibus institutis; sed, de quibusdam ritibus particularibus vulgi, & hominum rudium: qui paulatim obtinebant vñ legis: qui quandò nimium crescunt, deberent Episcoporum auctoritate tolli, & abrogari. *Omnia, inquit, & alia quæ neque sanctarum Scripturarum auctoritatibus continentur: neque in Concilijs Episcoporum statuta inveniuntur: neque consuetudine uniuersa Ecclesia roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix, aut omninò nunquam inueniri possint causæ, quas in eis instituendis homines sequuti sunt: ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione, rescanda, existimo. Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen Religionem quam paucissimis, &c.* Patet igitur Augustinum omninò seruare velle leges, quas Episcopi in Concilijs statuerunt, vel uniuersæ Ecclesiæ consuetudo roborauit; eiusmodi autem sunt omnes illæ, quas nos Ecclesiasticas leges appellamus: nec enim in tomis Conciliorum, vel in voluminibus iuris Canonici seruarentur, si non ab Episcopis, sed à priuatis hominibus latæ fuissent.

Contrà secundam Conclusionem sic obijcit Calvinus. Apostolus 1. Corint. 7. inquit: *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.* in hoc loco Paulus nõ præcepit fidelibus ne sint serui aliorum fidelium: nam ad Ephes. 6. ait, *serui obedite Dominis carnalibus, cum timore, & tremore.* & in 1. ad Cor. 7. ait. *Seruus vocatus es, non sit tibi cura: sed si potes fieri liber, magis utere.* Id est etiam si possis liberari, melius tibi est, vt seruas, & vtaris conditione seruili ad conseruandam humilitatem. Ergo Paulus prohibet tantum seruire hominibus cum timore peccati, & anxietate Conscientiæ, sicut soli Deo seruiendum est. non potest igitur quilibet fidelis obligari in Conscientia.

Respondeo, quod Apostolus per *ly Hominum* intelligit infideles, & prohibet seruitutem fidelium erga infideles; ratio est quia paulò superius dixerat. *Quid si infidelis discedis, discedat: non enim seruus nisi subiectus est frater, aut soror in huiusmodi: in pace autem vocauit nos Deus.* Nam ex eo quod Dominus est infidelis, poterit oriri impedimentum aliquod circa obseruantiam eorum, quæ fides præcipit. Si autem hæc expositio non placuerit, sequentem sumant.

Seruus hominibus, quæ inducit ad peccatum, prohibetur.

Apostolus ait, *pretio empti estis*; quod nam pretium est hoc? non aliud quam Sanguis Christi Domini; sed à quibus nos redemit Christus? à seruitute peccati, & corruptionis: nolite fieri serui Hominum, qui vos ad peccatum inducunt; vel in his rebus, quæ operari non licet absquæ culpa; nam sæpè serui, vt Dominis placeant, prompto animo etiam illicita, exequuntur, hoc autem prohibet Apostolus. & hæc secunda expositio elicitur ex Chrysostomo in 1. Corint. 7. ex quo sequitur Calvinus sequelam voluntariam euasuisse.

Secunda Obiectio. Conscientia pertinet tantum ad forum Dei: ipse enim est, qui scrutatur renes, & corda; ergo homines non possunt obligari in conscientia. & confirmat hoc argumentum sic. Homo non potest si hominem damnare ad inferos, ergo non potest homo obligare fidelem ad legem seruandam sub pena mortis æternæ. Ridiculum enim esset si quis obligaret ad pœnam, quam postea non posset inferre.

Respondeo negando antecedens, nam est contra Verbum Christi Domini, qui Ioan. 20. ait: *Quorum*

remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Ecce quod hominum Conscientia Ecclesiæ ministris est subiecta, & ad illos pertinet. Quandò dicit, quia Deus est, qui scrutatur renes, & corda; ineptissimè loquitur; nam Deus penetrat secreta cordium, & omnia quæ in homine sunt, etiam si homo illa non aperiat; quomodo quæso sequitur, quod Conscientia pertinet tantum ad forum Dei, excludendo iudicium ministrorum Ecclesiæ, quibus homines possunt liberè secreta cordium aperire? & deindè concludit, ergo Homines non possunt obligari in conscientia. ergo sortes currit. Vnde descendit ista sequela, quæ dilatat ab antecedenti sicut Occasus, ab Ortu?

Ad confirmationem dico, quod potestas Ecclesiæ non est merè humana, sed de iure Diuino: imo ius, quod profertur ab Ecclesia confirmatur in Cælo à Deo; & hoc modo præceptum, seu lex Ecclesiæ est, quodammodo lex Dei, seu Diuina. sicut igitur comminatio æternæ mortis inobseruantibus legem Ecclesiæ fit auctoritate Dei: ita exhibitio, & inflictio pœnæ fit deindè potestate Diuina, cui per inobseruantiam legis fit iniuria. nam ipse dixit Lucæ 10. *Qui vos spernit: & qui vos audit me audit.* & hoc modo ministri Ecclesiæ inferunt mediata pœnam æternam.

Per inobseruantiam legum Ecclesiæ fit Deo iniuria.

Tertia Obiectio. Peccatum ex Augustino lib. 22. contra Faustum cap. 27. *Est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam Dei.* Ergo tantum transgressio legis Dei, & non hominum est peccatum. similiter ex Ambrosio lib. de Paradiso cap. 8. *Peccatum, inquit, est prauaricatio legis Diuinae,* ergo leges Humanæ non obligant in conscientia.

Respondeo leges Ecclesiæ esse etiam leges Diuinas: primò quia à Deo confirmantur in Cælo iuxta illud Matth. 16. *Quodcumque ligaueris, erunt ligata & in Cælo, &c.* Secundò, quia quæcumque Ecclesia præcipit, ex lege Diuina deducuntur, & aliquæ circumstantiæ tantum apponuntur: vt de tempore, & loco; scilicet quandò orandum, ieiunandum, pœnitendum, audienda missa, & cetera similia: quæ tamen omnia à Deo, & Christo Iesu manifestata fuerunt: ideò sequitur legum transgressionem esse peccaminosam, dignam æternam pœnam, eoquod leges prædictæ sint æternæ, & Diuine, cum sint quasi Conclusiones ex illis deductæ.

Leges Ecclesiæ dicuntur diuinae.

DISPUTATIO VI.

An Romanus Pontifex habeat potestatem, & iurisdictionem spiritualem, super Principes Sæculi.

SENSUS præsentis disputationis est, an Principes temporales cuiuscumque gradus, vel conditionis fuerint, Summo Pontifici in spiritualibus subijciantur. Omnes huius temporis Hæretici, vna cum Marfilio Paduano in lib. Defensorem pacis, firmiter omnem potestatem, ac iurisdictionem Ecclesiæ esse penes Principes temporales: nec illos alicui Homini in temporalibus, nequè in spiritualibus esse subiectos: ita Calvinus lib. 4. instit. cap. 11. §. 8. vsquè ad 14. Petrus Martyr in cap. 13. ad Rom. Brentius

Sensus huius disputationis a præteritis.

in

in Prologomenis contra Petrum à Soto. Magdeburgenses Centur. 1. lib. 2. cap. 4. col. 439. & Centur. 8. 9. 10. & 11. cap. 10. & omnes Protestantes cum Regibus Angliæ. Doctores autem Catholici communiter, iuxta Evangelium, Summum Pontificem esse patrem, ac Dominum in spiritualibus omnium Principum cuiuscumque dignitatis fuerint, eoque illi esse simpliciter subiectos docent, pro qua veritate confirmanda quatuor ponimus conclusiones.

Principes Christiani sunt oues Christi Petro subiecti

Prima Conclusio. Omnis Princeps temporalis, si Christianus fuerit est subiectus, & subditus Summo Pontifici; seu Summus Pótifex est supremus Pastor, & spiritualis pater omnium Principum Christianorū. Probatur: satis ex dictis constat Summum Pontificem esse Caput, & Pastorem totius Ecclesiæ visibilis, at Reges fideles sunt partes, & mēbra Ecclesiæ, & oues Christi: ergo sunt sub potestate illius. & confirmatur hæc ratio. Omnis homo, vel est extrā Ecclesiam Christi, vel est pars, & membrum illius: non enim datur medium: Ergo Princeps fidelis erit intrā Ecclesiam, & illius membrum, & pars: & consequenter subditus illi, qui Caput est Ecclesiæ visibilis: & cui dictum est Ioann. vlt. *Pasce agnos meos, & pasce oues meas*. Præterea, non repugnat Principi Christiana fides: ergo non repugnat ei subesse Summo Pastori omnium Christianorum. Antec. patet. Nam aliter Deus esset acceptator personarum; nisi legem dedisset, quæ unicuique pro æterna felicitate acquirenda conueniret: Deus enim non delectatur in perditione viuentium. Sed *vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. 1. Tim. 2. delectaretur autem, si omnibus non conueniret Evangelium, quod solum est causa salutis; & nisi vnusquisque posset esse membrum Ecclesiæ, intrā quam salus tantum reperitur: ergo non repugnat Principibus Christiana fides: & consequenter nec subiectio ad Summum Pastorem omnium fidelium.

Exemplum Constantini Romani Imperatoris.

Probatur exemplo Constantini Magni, quem Deus cum administratione Imperij ad Christianam humilitatem, & fidem seruandam mirabiliter vocauit. & patet quanta reuerentia, & humilitate se Siluestro Papæ, & Generali Concilio Nicæno subiectū fecit: vt legitur in Actis eiusdem Synodi, quæ in Tomis Conciliorum habentur.

Imperatores cognoscunt se esse Ecclesiæ Pastores subiectos.

Et in 1. par. Concil. Ephes. Epistola Theodosij, & Valentini Imperatoris ad Synodum, quæ iam Ephesi congregata erat habetur, in qua dicitur, quod comes Candidianus mittebatur, vt Sanctæ Synodo adesset, sed ea lege, & conditione, vt cum quæstionibus, & controuersijs, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil commune habeat, eo quod nefas sit, quod qui Sanctissimorum Episcoporum Catalogo ascriptus non est, Ecclesiasticis negotijs, & consultationibus sese immisceat: sed tantum missum esse ad ea, quæ turbationem causare possunt tollenda. Ergo Imperator optimè nouerat in his, quæ ad Diuinam Legem pertinent, Generali Concilio, & consequenter Summo Pontifici, qui per Legatos præsidebat, se esse subiectum. Et Act. 6. Concil. Chalcedon. cum primò Marcianus Imperator Concilio adfuit, dixit Sanctæ Synodo: se exemplo Constantini Magni venisse ad Synodum, ad fidem tuendam; & non ad aliquam potentiam exercendam. & cum quasdam leges sancire vellet; scilicet, vt nullus Monasterium ædificet, contradicente Episcopo; nequè in possessione, contradicente Domino possessionis; & vt omnes Monachi subiecti sint Episcopis. vt nullus Ecclesiasticus in

domibus secularibus, rerum seu possessionem curam accipiat, adeout Procurator fiat. & vt Clericus vnus Ecclesiæ pro Clerico ab alia Ecclesia assumi nō possit: dixit. Quædam capitula sunt, quæ ad honorem vestræ reuerentiæ, vobis seruauimus; decorum esse, iudicantes, à vobis hæc regulariter potius formari per Synodum, quam nostra lege sanciri. Ecce quod Imperator asserere non audet se superiorem esse Concilio in legibus ferendis; sed Ecclesiæ subditum, & subiectum se esse cognoscit.

Et in 3. par. eiusdem Concil. Chalced. Epistola Leonis Papæ ad Marcianum Imperatorem in causa Anatolij Episcopi Constantinopolitani habetur, in qua Imperatorem filium suum appellat, & ait de Anatolio. *Multum Anasolus Episcopus proprio detractus merito, si illicito crescere optat augmento, Habeat sicut optamus Constantinopolitana Ciuitas gloriam suā, ac protegente dextera Dei, diuturno clementia vestra fruatur Imperio: alia tamen est ratio rerum secularium, alia Diuinarum; nec præter illam petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit vlla constructio; propria perdit, qui indebita concupiscit, &c.* Et in Epistolis, quæ sibi ad inuicem Imperator, & Romanus Pontifex dabant, legitur Imperatorem Apostolicæ Sedis filium esse, & Pontificem Patrem illius; superfluum autem est hæc omnia recensere. Horum primorum Conciliorum Generalium, tantum aliqua testimonia accipere volui, ad Sectarios euidenter conuincendos, eisque apertè demonstrandum, antiquam Ecclesiam, non aliter credidisse, quam nunc Romana Ecclesia docet.

Probatur tandem Sanctorum Patrum, ac Doctorum auctoritate. Gregorius Nazianzenus Orat. 17. ad Populum, timore percussus, ait. *Quid autem vos Principes, & Præfecti? ad vos enim nostra se conuertit Oratio: & infra: An me liberè loquentem a quo animo feretis? nam vos quoque lex Christi Imperio meo, ac throno subijcit, Imperium enim nos quoque gerimus, addo etiam præstantius, ac perfectius: nisi verò æquum est spiritum carni fasces submittere. & Calestra terrenis credere.* Chrylostom. Hom. 33. in Matth. tom. 2. inquit: *Sine quis Dux militia sit, siue Præfectus, siue Princeps diademate coronatus, indigne autem accedat, prohibe, maiorem illo potestatem habes. Propterea vos Deus hoc insignis honore, vt talia discernatis. Hoc Vestra dignitas.* Ambr. lib. de dignitate Sacerd. cap. 2. ait. Regum colla submitti pedibus Sacerdotum. Et in Orat. 1. contra Auxentium ait. *Imperator bonus, intrā Ecclesiam, non supra Ecclesiam est. bonus enim Imperator querit auxilium Ecclesia non refutat. Hac vt humiliter dicimus, ita constanter exponimus.*

Augustin. lib. 1. de moribus Ecclesiæ Catholicæ cap. 30. tom. 1. de Ecclesia totius sapientiæ magistra, sic ait: *Tu Ecclesia doces Reges prospicere Populis, moneas Populos subdere Regibus, quibus honor debeatur, &c.* At qui docet procul dubio maior est Discipulo, qui docetur.

Damascen. Orat. 2. de Imaginibus ait. *Christus non commisit Ecclesiam Regibus, & Imperatoribus: sed Episcopis, & Pastoribus.*

Secunda Conclusio. Principes infideles non sunt Summo Pontifici subiecti. Probatur, Petro, & Successoribus eius tantum oues Christi Domini commissa sunt. Ioan. vlt. *Pasce agnos meos, & oues meas.* at infideles nō sunt oues, nec agni, quia nō sunt de ouili Christi: ergo nō sunt Petro, & successoribus subiecti.

Principes seculares fideles sunt si-
li Sum. Pon.

Testimonium veterum Sanctorum Patrum.

Principes infideles non sunt Pape subiecti.

Secundò probatur. Infideles nullo modo ab Ecclesia iudicari possunt, ergo non sunt Ecclesie subditi. Antecedens probatur 1. Cor. 5. *Quid enim mihi de ijs, qui foris sunt iudicare? nonne de ijs, qui intus sunt vos iudicatis? nam eos, qui foris sunt Deus iudicabit.*

Tertiò probatur. Summus Pontifex est Caput Ecclesie visibilis: at infideles non pertinent ad Ecclesiam, nec sunt illius partes, & membra: ergo infideles nullo modo Summo Pontifici subijciuntur.

Quartò probatur. Summo Pontifici tantum datur sunt claves Regni Cælorum, scilicet Ecclesie; iuxta verissimam, propriam, & communem expositionem Gregorij Papæ Hom. 12. in Euangelia. ubi ait. *Sed sciendum nobis est, quod sæpe in sacro eloquio, Regnum Cælorum præsentis temporis Ecclesia dicitur, &c.* Sed infideles non sunt de Regno Cælorum, nempe de Ecclesia: ergo non subiunguntur Summo Pontifici. Si autem Principes infideles Regna Christianorum, & bona Ecclesie occupauerint, vel si aliquos Christianos subditos teneant, quos tyrannicè regant; vel à fide apostatare cogant, tunc virgæ Summi Pontificis subijciuntur, & Pontifex arma Christianorum Principum congregare tenetur, ad iniuriam Dei, & Ecclesie vindicandam, suasque oves tuendas, quod etiam ius naturæ docet.

Tertia Conclusio. Actiones, & Leges Principis temporalis, subiectæ sunt Summi Pontificis moderamini: ita ut possit talia dirigere, & etiam impedire, si Legibus sacris Ecclesie aduersentur.

Probatur. Omnis lex inferior regulatur, moderatur, & dirigitur à lege superiori, sed lex Ciuilis est inferior Lege Ecclesiastica: ergo regulatur, moderatur, & dirigitur ab illa. Maior patet. nam in moralibus omnia ordinata esse debent, & ad vnum tendere; est enim Ecclesia vnum Corpus, & omnia vni capiti, & principio debent esse subordinata. Minor probatur lex Ciuilis, bonum temporale, & pacem Ciuilem intendit: lex verò Pontificia cultum Dei, & æternam felicitatē respicit: ergo lex Ciuilis est inferior, & subiecta legi Pontificie. Quis enim fidelium, videns leges aliquas ciuiles legibus sacris, & Ecclesiasticis, seu Pontificis repugnare; quæ cõfirmatæ sunt in Cælis, si fuerit sanæ mentis, & conscientie, illas tunc nihil tenere, seu valere non iudicabit. Leges autem Ecclesie stabiles, ac firmas semper fore, illasque reuerenter seruandas tamquam in Cælis sancitas atque confirmatas: Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram eris ligatum, & in Cælis, &c.* Nullus negare debet, nec potest.

Probatur insigni testimonio Concilij Chalcedonensis Act. 5. Oblata fuerat ab Episcopo Tyri, & ab Episcopo Beriti, supplicatio ad Imperatorem, quæ supplicatio delata est ad Concilium, & ad decernendum circa illam. Senatus Imperialis leges ciuiles citare volens: Sancta Synodus respondit. *Contrà Canones Ecclesia nihil pragmaticum valebit, Regulæ Patrum teneant.* & sic sancitum est.

Et Act. 6. Marcianus Imperator aliquas leges sanctæ Synodo constituendas proposuit, ut firmiores essent. ait enim. *Quadam capitula sunt, quæ ad honorem Vestra Reuerentia vobis seruauimus, decorum esse iudicantes, à vobis hac regulariter potius formari per Synodum quam nostra lege sanciri.* ex quo apparet leges temporales Legibus Ecclesie, seu Pontificis esse subiectas, leges autem Ecclesie legibus Imperialibus, & ceterorum Principum nobiliores esse.

Vndè Augustinus lib. de libero arbitrio tom. 7: de Humanis, ac Sacris Legibus discurrens, ait. *Respondeo, dummodo illud inconcussum teneas, quod apertissime iam ratio demonstrauit, eos qui temporali lege viuunt, non esse posse æterna liberos, vnde omnia quæ iusta sunt iusteque variantur, exprimi diximus: eos vero qui legi æternæ per bonam voluntatem inhaerent, temporalis legis non indigere: satis, ut apparet, intelligis. & paulo post. Quid deinde censes legem temporalem iubere, nisi ut hac, quæ ad tempus nostra dici possunt, quando eis homines cupiditate inhaerent, eo iure possideant, quo pax & societas humana seruetur: quanta in his rebus seruari potest? ea sunt autem primo, hoc Corpus, & eius quæ vocantur bona: ut integra valetudo, acumen sensuum, &c. ad extremum pecunia, &c. Horum omnium, quæ admodum lex illa, sua cuique distribuat, difficile & longum est explicare: & planè ad id quod proposuimus non necessarium. Satis est enim videre non ultra porrigi huius legis potestatem in iudicando, quam ut hac, vel aliquid horum adimat, atque auferat ei, quem punit, vel metu coercent. ergo & ad id quod vult torquet, ac retorquet miserorum animos, quibus regendis accommodata est. Dum enim hac emittere timens; tenent in his utendis quemdam modum aptum vinculo Cuiusmodi, qualis ex huiusmodi hominibus constitui potest. Hinc patet leges temporalium Principum correctioni, & moderamini, ac directioni Ecclesiasticæ potestatis, & sacrorum Canonum debere esse subiectas: cum sint tantum circa mundana, caduca, & parui momenti: Et Gregorius Epistola 61. ad Mauritium Imperatorem, illius legem iniustam; ut miles in monasterio non suscipiatur; ut contrariam Diuinæ Legi, & Ecclesiasticæ disciplinæ irritat, & cassat, quomodo autem hoc fieri potuisset, nisi leges Imperiales Summo Pontifici essent subiectæ?*

Quarta Conclusio. Summus Pontifex potest esse Princeps politicus, si Regna illi donentur, vel ab aliqua Natione electus fuerit in Regem. Probatur ex utroque testamēto, in veteri enim legimus Gen. 14. & ad Heb. 7. quod Melchisedech fuit Rex, & Pontifex, vndè textus Gen. sic habet. *At vero Melchisedech Rex salem proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei Altissimi, benedixit ei, & ait, &c.* Moyses fuit Rex. Exod. 18. & alibi: & fuit Sacerdos, ut dicitur in Psalm. 98. *Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius.* Heli 1. Regum cap. 1. Iudex fuit politicus, & spiritualis super Hebræos. Patet etiam ex libris Machabeorum, Iudam, Ionatham, Simonem, Ioannem, & alios, Sacerdotes, & Principes temporales fuisse.

Præterea potestas temporalis, & spiritualis non sunt contrariæ, nec contradictoriæ, sed subordinatæ; & vtræque bonum, & laudabilem finem habet: ergo vtræque in eadem persona non repugnat.

Probatur ex nouo Testamento. 1. Cor. 6. ait Apostolus, *Sacralia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico, sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum?* ex hoc autem valet sic arguere à minori ad maius. si secundum Apostolum contemptibilis, qui est in Ecclesia, potest secularia iudicia tenere; ergo multo magis Summus Pontifex, qui maiorem habet prouidentiam, prudentiam, & ministros non paucos, quibus potestatem talem potest delegare, & committere.

Nunc ad obiectiones Sectariorum. Contrà primam Conclusionem sic obijciunt. In Testamento Veteri Summus Sacerdos erat subditus Regi temporali:

Vndè

Testimonium veterum sanctorum Patrum.

Principes infideles aliquando puniri possunt à Papa.

Leges Principum secularium subiacent Pape potestati.

Testimonium sanctæ Synod. Chalcedonensis.

Vnde 2. Regnum 5. Dauid Regi dictum est: *Tu pascas Populum meum Israel*. Ergo etiam in nouo Testamento, sicut docet Paulus Apostolus ad Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*. & paulo post ait. *Nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali, &c. non enim sine causa gladium portat*. Vnde patet eum de Principe temporali, qui gladio utitur fermocinari.

Respondeo negando consequentiam: quicquid sit de antecedenti pro nunc: etenim certum est in controuersis legis Summum Sacerdotem Synagogæ, supra regem fuisse: nam illum Deus supremum Iudicem constituerat Deut. 17. At ex eo quod in Veteri Testamento res disputabilis sit; non tamen eadem ratione transire quique debet ad Iesu Christi Vicarium, & Summum Sacerdotem Euangelicæ legis, inanis quippè est huiusmodi saltus. Nam Summus Sacerdos Iudæorum tantum controuersias legis dirimere debebat: nec erat Pastor, & Pater Synagogæ, nec illi vices suas commiserat Deus; nequè dixerat ei. *Pasce oves meas*; nec *Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in Cælis*: nec de illis, & de Sacerdotio Leuitico dixerat Isaias cap. 49. *Et erunt Reges nutrix tuæ, & Regina nutrix tua*: id est ministri; & serui: quia sequitur immediatè. *Vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum ligent*. & cap. 60. ubi manifestè de gloria Ecclesiæ Christi; quæ in ministris illius elucet loquitur, inquit. *Et aperientur porta sua in ueter die ac nocte non cludentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, & Reges earum adducantur. Gens enim, & Regnum, quod non seruiert tibi peribit: & Gentes solitudo uastabuntur. Gloria Libani ad te ueniet, abies & buxus, & pinus simul adornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. Et uenient ad te curus filij eorum, qui humiliauerunt te: et adorabunt uestigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi: et uocabunt te Civitatem Domini, Sion Sancta Israel*. Vanum est ergo arguere à Summo Sacerdote Synagogæ ad uniuersalem Pastorem Ecclesiæ. quid est autem Summum Pontificem subijcere Regibus temporibus: nisi etiam Christum Filium Dei, sub uirga Principum Sæcularum collocare? nam Summus Pontifex hic in terris, vices Christi, in regimine uniuersalis Ecclesiæ gerit. Christus autem Pilato non fuit subiectus; nam dixit Ioan. 15. *Non haberes in me ullam potestatem, nisi tibi datus esset de super*. Scilicet si specialem à Deo Patre permissionem non accepisses, ut Redemptionis opus perficeretur, nullam haberes super me potestatem. Non enim potestas temporalium Principum est de super, seu diuina, & de iure Diuino immediatè, sed de iure gentium, ut patet. Adde quod si ex eo Rex Dauid super omnes constitutus fuit, quia dictum est illi; *Tu pascas Populum meum Israel*. in nouo autem Testamento dictum est Petro, & successoribus eius: *Pasce agnos, et pasce oves meas*. Ergo ex hoc colligitur omnes fideles Summo Pontifici subiectos esse; non autem Summum Pontificem Regibus temporalibus esse subiectum. Cum autem Apostolus ad Romanos dicit, *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*. de omnibus Laicis, & non de Petro, nec de Paulo, qui ea docuit, intelligi debet. tunc enim fideles docebat fidem & Christi legem, rebellionem à temporalibus Principibus non permittere, sed in rebus ciuilibus subiectionem percipere. non collocat autem Summum Sacerdotem, & Ecclesiæ Ministros

sub pedibus Regum, ut pertinaciter aduersarij opinantur.

Multa exempla afferunt aduersarij; & præcipuè Angli, ad probandum Regem esse omnibus superiorum, etiam in spiritualibus, at quia sunt Veteris Testamenti nihil probant: Nam ad illos magis conuincendos, gratis pro nunc concedo pro tempore; Synagogæ id verum esse, nego autem in nouo Testamento rem eodem modo se habere. rationes superius in medium attuli, quas nunquam poterunt expugnare.

Contra quartam Conclusionem arguit Caluinus lib. 4. instit. cap. 11. §. 8. Matth. 20. *Reges gentium dominantur eorum: Vos autem non sic*. Subdit autem Caluinus, significat enim Dominus non modò Pastoris officium distinctum esse ab officio Principis: sed res esse magis separatas, quam ut in unum hominem coire queant. Nam quod Moyles utrumque simul sustinuit, primum rarior miraculo factum est: deinde fuit temporarium, donec res melius componerentur; ubi autem certa forma à Domino præscribitur, ciuilibus gubernatio ei relinquitur; Sacerdotium imbetur fratri resignare, & meritò, est enim supra naturam, ut vnus homo utriusque oneri sufficiat: hæc Caluinus.

Respondeo Christum Dominum tunc de Regimine spirituali, quod directè competit ministris Ecclesiæ loquutum fuisse: & docet illud suauè, eo modo quo solent Patres regere filios esse debere, quam obrem locus citatus Conclusionem nostram non impugnat: & nullo modo probat utramque potestatem in vnâ personam coire nequere; ut prudentibus patet. Ad glossam autem Caluianam: Dico semper Moysem Sacerdotem fuisse, & nunquam Sacerdotiū dimittisse. Nam Nu. 20. tanquam Pontifex Eleazar: filium Aaron consecrauit: ergo licet Aaron sanctus esset Sacerdotio, ipse Sacerdotium non reliquit. Præterea Melchisedech, Heli, & Machabei, de plano, & ordinario, utroque munere functi sunt. Et tandem dico quod si ratio illa aliquid probaret, tantum illud esse magis congruum, sed non quod totaliter repugnet, ostenderet.

Secunda Obiectio. Lucæ 12. *O Homo quis me cõfessus iudicem aut dimisorem inter uos?* Ergo Dominus munus iudicandi de temporalibus, tanquam non cõsentaneum muneri Prædicatoris, & ministri Verbi Dei reiecit. licet etiam Apostoli Act. 6. dixerunt: *Non est æquum nos relinquere Verbum Dei, & ministrare mensis*. qui autem est Princeps, non potest hæc munera reijcere.

Respondeo Christum Dominum, ut alibi diximus, & patet in textu docuisse per responsionem, quam cuidam de turba dedit, qui petierat, ut Dominus iuberet fratri suo, ut secum hæreditatem diuideret: se non assumpsisse dominium temporale quod iure ordinario ab hominibus emanat: estque de iure gentium; & hac ratione dixisse: *quis me constituit iudicem*; quia potior ratio, quæ constituit Regem, est ei cõsensus Populi, & Regni: itaque Christus tantum hoc docet, ipsum scilicet Regem temporalem non esse, quia nulla Natio, & nullus Populus, cum super se talem constituerat. at non dicit tale iudicium, seu ius exercere ipsi repugnare. sed ideò non debere, dicebat: quia nemo illum ad tale ius exercendum elegerat, Vnde quæso Caluinus colligit, id Christum dixisse, quia consentaneum non erat? voluntarie, & inani-

Iam saltus à Sacerdote veteris Testamenti, ad Iesu Christi Vicarium & uana proportio

Gloria Ecclesiæ quanta sit.

Idem est subiectio Papam Principibus secularibus quam Christum Regem Regum, per quem facta sunt omnia, illis subditum constituit.

Christus non fuit iure subiectus Pilato.

Christus non prohibuit regimen Apostolis, sed suauè, & paternum regimen præcepit

Saluator docet se non esse iudicem in causis secularibus.

inaniter illud deducit. Ad illud Act. 6. dico Apostolos illud onus non reliquisse, sed alijs tanquam adiutoribus commississe; nam legimus Apostolos deinde curam pro fidelium necessitatibus suscepisse, & patet ad Galat. 2. vbi inquit Apostolus. *Tantum ut pauperum memores essemus: quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.* ideoque à pari posse Summum Pontificem curam secularis gubernationis suorum Regnorum alijs demandare; hac tamen conditione, quod in rebus alicuius ponderis, ipse prospiciat.

Tertia Obiectio. S. Bernar. lib. 2. de Confid. ait; *Apostolis interdicitur dominari: ergo tu, & tibi usurpare aude, aut dominans Apostolatam, aut Apostolicam dominatum. forma Apostolica hac est, interdicitur dominatio: indicitur ministratio.*

Respondeo cum Cardinali Bellarmino lib. 5. de Rom. Pontif. cap. 10. Bernardum loqui de Pontifice, vt Pontifex est; & secundum id quod habet ex Christi institutione; nam paulò ante dixerat: *Esse ut alia quacumque ratione hac tibi ostendat, sed non Apostolico iure: nec enim tibi ille dare, quod non habuit potuit, & c.* itaque dicit Pontificem, vt Pastor est ouibus dominari non debere, sed illas pascere vt Pater; si tamen fuerit super aliquos, etiam Princeps politicus: tunc illis, vt talis, potest dominari: sicut ipse Bernardus asserit.

Quarta Obiectio. S. Gregor. Papalib. 4. epist. 44. percussit anathemate Episcopum si more fiscalis alicui agro titulum imprimat.

Respondere facile est. Nam tunc Summus Pontifex aliquid more Principum temporalium, non possidebat, sed tantum eo modo, quo ciues priuati agros & possessiones tenent; qua de causa tunc non licebat more fiscali absolute, & potestatiue tollere agros, & c. sed coram Iudice via iurium humanorum redimere, debebat.

Quinta Obiectio. 2. Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus.* Princeps autem politicus non potest non implicare se negotijs secularibus. Ergo Summus Pontifex non potest etiam Princeps secularis, & temporalis.

Respondeo, quod negotia secularia sunt duplicis generis, quaedam sunt quæ multam industriam, & curam requirunt, vt sunt mercaturæ, lucra, & cætera huiusmodi: quæ sine magna sollicitudine, labore, & cura exerceri nequeunt: & hæc repugnant Ecclesie Pastori, idè secundum Canones sunt illis prohibita. Quaedam autem sunt, quæ tantum curam, & diligentiam inferunt circa Ciuitatem, & Ciuium salutem temporalem, vt quietam vitam agant; vt bonis præmia, & malis poenæ inferantur. & hæc non repugnant Summo Pontifici, nec inferioribus Pastoribus; imò secundum Diuinam dispositionem iuxta temporum varietatem talia sunt illis necessaria: vt suprema Ecclesie potestas liberè exerceatur. coartat enim quòd multi sunt inobedientes Ecclesiasticæ potestati, qui ob timorem poenæ tamen obediunt. Apostolus prohibet negotia secularia primi generis, non autem posterioris, quæ cæteris possunt committi: vt dictum est supra.

Nō omnia negotia secularia sunt ministris Ecclesie prohibita.

DISPVATIO VII.

Quod Romano Pontifici, temerè, & impudenter, Antichristi nomen imponatur ab Hæreticis.

EO peruenit Sectariorum furiosa insania, vt non tantum Fidem Catholicam dimittere, & a Summo Pontifice inobediendo escedere, iuxta rabidum consilium Hæresiarcharum, voluerint; sed ad excusandam, & varijs coloribus oblinendam eorum apostasiam; inauditam, peruersam, atque inquam chimæram, aduersus Iesu Christi Vicarium, excogitauerint: ipsum scilicet esse Christianæ Fidei hostem, ac desertorem, imò ipsum Antichristum. & more meretricio hic agunt, quæ cum honestis mulieribus si aliquandò altercationem habeant; nè cum veritate, illis meretricia infamia obijciatur; illicò eis crimen illud obijciunt. Quis etenim secundum rei veritatem typum gerit Antichristi, nisi Sectarij? qui vt inquit Apostolus 2. Tim. 3. homines sunt se ipsos amantes, & c. Sed hæc non libenter obijcio, testis mihi est Deus. Opto potius in Christo Iesu, vt illuminentur, & Catholicam Fidem, quam Patres illorum habuerunt, recipiant: vt salui fiant in die Domini Nostri Iesu Christi: & cognoscant, se doctrinam illorum tenere; qui ex ira, & odio, ex dignitatibus non obtentis, freno laxato ad omnia scelera, desperantes, in tales insanas adinventiones proruperunt. Sed his omnibus ad veritatis manifestissimam dilucidationem veniemus; & Romanum Pontificem non esse Antichristum, septem rationibus demonstrabimus.

Sectarij, more meretricio, hic agunt.

Sectarij sunt signa Antichristi.

Vnica Conclusio. Antichristi nomen, & res, nullatenus Summo Pontifici competit. Probatur primò, ex vi nominis Antichristi. Antichristus formaliter, & in suo rigore, hominem qui est contra Christum, scilicet qui impugnat, negat, & soluit Christum significat, iuxta illud Ioan. 1. *Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non consentunt Iesum Christum venisse in carne: hic est seductor, & Antichristus.* & Epist. 1. cap. 4. *Omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus.* Sed Romanus Pontifex non est huiusmodi, ergo nullo modo est Antichristus. Maior patet ex Augustinus, qui tractatu de Antichristo tom. 9. ait. *De Antichristo scire volentes, primo notabitis quare sic vocatus sit. Ideo scilicet quia Christo in cunctis contrarius erit: & Christo contraria faciet. Christus venit humilis, ille veniet superbus: Christus venit humiles erigere, peccatores iustificare: ille contra, humiles deiciet, peccatores magnificabit, impios exaltabit: semperque vitia, quæ sunt contraria virtutibus, docebit. Legem Evangelicam dissipabit, demonum culturam in mundo renouabit, vel renouabit. Gloriam vanam querens, Omnipotentem Deum se nominabit.* Minor probatur, Summus Pontifex Christum Dominum adorat, reueretur, & veneratur, illius indignum seruum se nominat, Canones antiquorum Conciliorum de Christi Diuinitate, maiestate, ac dispensatione diligentissime custodit, & docet; non esse aliud nomen sub Cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri, constantissime prædicat, & quæcumque ipse docuit, omni diligentia exequen-

Quid sit Antichristus secundum nomen.

Papa est pro Christo, non autem contra Christum.



exequenda cominonefacit : ergo non est cōtra Christum, non soluit Christum, non negat Christum, ergo non est Anti-christus. imò si aliquis Christum blasphemauerit, & obstinatè in blasphemia perseueraverit, debita correptione adhibita, iudici seculari puniendum tradit; quomodo ergo est cōtra Christum? si Sectarij, pro inuestiganda veritate, disputarent: hæc illis ratio sufficeret; sed quia veritatem circumtegere, obtaurilare, seu obscurare querunt: hac de causa plures rationes ad maiorem rei euentiam in mediū afferam.

Secundò probatur. Anti-christus erit vna numero persona: ergo vanum est illum cum Romano Pontificatu coniungere, cum plures successiue fuerint Summi Pontifices; & erunt vsque ad consummationem sæculi. Ante: probatur ex 2. Thessal. cap. 2. in qua sic Apostolus ait. *Rogamus autem vos fratres, per Aduentum Domini Nostri Iesu Christi, & nostra Congregationis in ipsam: ut non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missa, quasi imbeci dies Domini. Ne quis vos seducat vilo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur; ut in Templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Non resurgetis, quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? & nunc quid detineat scitis, ut reuelatur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat. & tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione Auentus sui cum: Cuius est Auentus secundum operationem Satanae, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis vsq; qui pereunt.* Patet igitur Apostolum, qui de Anti-christo hic loquitur etiam secundum Sectariorum expositionem, ipsum vnum hominem, & vnā personam futuram affirmare: nam singulariter dicit. *Homo peccati, qui aduersatur, extollitur, & in Templo sedebit, cuius aduentus est, &c.* Cum igitur Apostolus dicat, vnum singularem hominem; cur Sectarij plures homines intelligunt? Sed dicunt Danielem de quatuor monarchijs sub nomine quatuor bestiarum singularium loqui, & tamen sub singulis bestijs, plures Reges contineri. inepta comparatio, quia ibi Propheta proprietates illorum Regnorum circumseribit, & metaphoricè loquitur. possunt autem plures vnica metaphora describi; at hic non sub metaphora, sed nudè, ac litteraliter vnum hominem, singularem delineat: itaque paritas nihil valet, est enim fuga miserorum. nec valet obijcere, in 1. Ioan. 2. dici, quod *Anti-christi multi facti sunt*: & quod idè sub illo vno homine plures personæ contineantur. quia Apostolus loco citato, apertè docet plures esse in mysterio, & figuram illius vnici, qui formaliter est Anti-christus, nam inquit. *Et nunc quid detineat scitis, ut reuelatur in suo tempore. nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat*: Ecce quod de Romano Imperio affirmat, ipsum mysterium, & figuram illius gerere, qui verè, & propriè vnus vnus vaticinatus est Anti-christus, itaque iuxta Apostoli doctrinam plures sunt figura illius, qui propriè, & singulariter prædictus est Anti-christus, extremo sæculi tempore venturus, propè secundum Aduentum Domini; vt Apostolus superius annuit; & vnus personaliter est ille, qui for-

maliter est Anti-christus. Ergo iniqua fictio est Summum Pontificem esse Anti-christum affirmare.

Tertiò probatur. Anti-christus non veniet nisi post totalem Romani Imperij desolationem; at hucusque illud non est desolatum, licet declinatum; ergo Anti-christus non venit, & consequenter Papa non est Anti-christus. Maior probatur ex 2. Thess. cap. 2. nuper citata. *Quoniam nisi venerit discessio primum; scilicet inobedientia, & rebellio Romano Imperio, & sequitur. Non resurgetis, quod cum adhuc essem apud vos hæc dicebam vobis? quia Apostolus non est ausus manifestè euersionem Romani Imperij annunciare, quæ tamen octenus ihsa peruerat, & sequitur. Et nunc quid detineat scitis, ut reuelatur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis. id est infidelitas, & persecutio Romani Imperij mysticè illum repræsentat. Tantum ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat; id est vt destruat Romanum Imperium, & sequitur. Et tunc reuelabitur ille iniquus, &c.* scilicet illo destructo, tempore suo veniet Anti-christus. ita exponunt communiter omnes Patres, tam Græci, quam Latini: vt optimè etiam notat D. Cardinalis Bellarm. lib. 3. de Roman. Pontifice, cap. 5.

Quod autem Romanum Imperium hucusque non sit desolatum, patet per id, quod Diuina prouidentia factum est. nam cum Orientis Imperium per Turcas destruendum esset. Anno Domini 800. translatum est Romanum Imperium ab Oriente, in Occidentem: & Carolo Magno collatum fuit, & hucusque apud Germanos perseuerat: nec obstat, quod Roma non subest Imperio, & idè non sit Romanum Imperium; vel ex eo quod Imperator Romæ non sedeat, idè Imperator Romanorum non sit; quia antiquitus multi fuerunt Romani Imperatores ante annos 800. qui tamen Romæ non sederunt; sufficit enim ius, vel titulus iure possessus: hac enim ratione Imperator præcedit multos Reges, etiam ipse potentiores; quia Imperator est verus Romanorum Imperator. Vidè quando prædicta Imperij translatio facta fuit; vt ratam, & legitimam illam receperunt, & venerati sunt omnes Principes terræ, Orientales, & Occidentales: imò ipse Imperator Orientis, Persæ, Arabes, &c. vt notat Otho. Frisigenensis lib. 5. cap. 3. Itaque, vt inquit Chrysostomus in epist. 2. ad Thess. quando è medio sublatum fuerit Imperium Romanum, tunc Anti-christus veniet: at nunc sublatum non est: ergo non venit. impia, & inanis igitur est Sectariorum excogitatio dum Papam esse Anti-christum, affirmant.

Quartò probatur. Tempore Anti-christi, Henoch, & Elias contra illum spiritualiter pugnabunt; prædicabunt, & multa signa facient; & tandem ab illo in Hierusalem occidentur: hæc omnia nunquam facta sunt: Ergo Anti-christus non venit, & Papa non est Anti-christus. Maior probatur Malachiæ 4. *Ecce ego mitam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & conuerteret corda Patrum ad filios, & corda filiorum ad Patres eorum.* Eccl. 48. legitur de Eia: *Qui recepit oses in turbam ignis, & turbine equorum ignorum. qui misit spiritus ex 18 turbis temporum, lenire iracundiam Domini, & conuincere Patres ad filium, & restituere tribus facias. & capi eum Enoch placuit Deo, & translatus est. Par ad filium, vt det Gentibus penitentiam. Mach. 1. 7. Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Apoc. 11. Et dabo duobus tabulis uiuens, & prophes ab eis diebus mille annis*

Anti-christus veniet post totalem desolationem Romani Imperij.

Anti-christus est vnus numero persona.

Inepta comparatio Sectariorum.

Anti-christi multi sunt signa.

Henoch, & Elias pugnabunt cōtra Anti-christum.

centis sexaginta amicti saccis . & infra : *Hi habent potestatem claudendi Calum, ne pluat diebus prophetie ipsorum; & potestatem habent super aquas conuertendas eas in sanguinem : & percutere terram omni plaga quotiescumque voluerint . & cum finierint testimonium suum, bestia, qua ascendit de abyssu, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magna, qua vocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus: ubi & Dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, & Populis, & linguis, & gentibus, Corpora eorum per tres dies, & dimidium : & Corpora eorum non fient poni in monumentis : & inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iucundabuntur, & munera mutent inuicem, quoniam hi duo propheta cruciauerunt eos, qui habitabant super terram. Et post dies tres, & dimidium spiritus uisa à Deo intravit in eos : & steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de Cælo dicentem eis, Ascendite huc. Et ascenderunt in Calum in nube, & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terramotus magnus, & decima pars Ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terramotu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo Cæli. Patet igitur ex his, quod tempore Antichristi, venient hi duo Prophete scilicet Henoch, & Elias, & cum illo spiritualiter pugnabunt.*

Sed Sectarij aliter volunt præfatas Scripturas interpretari, & verè inanes, & ineptissimas expositiones somniant. in primis dicunt has Scripturas non secundum litteram intelligendas esse de Henoch, & Elia, sed mysticum sensum à Scriptura excludunt; tantum litteralem in illa cognoscentes, nunc alias acceperunt, & ad expositiones non mylticas, sed chimericas pergentes, dicunt in primis per Henoch, & Eliam, Lutherū, Zuinglium, & ceteros Sectarios intelligendos esse: ita Theodorus Bibliander in Chronico tab. 14. & Cythreus in Comment. super hunc locum Apocal. sed quam fit hoc inane patet; quia de Elia, & Henoch, vt superius diximus legitur, quod venient conuertere Iudæos: scilicet restituere tribus Iacob, &c. Sectarij autem nullos Iudæos conuertunt; sed tantum partem Catholicorum corruerunt.

De illis dicitur, quod amicti saccis, scilicet pœnitentiæ, prophetabunt, &c. de Sectarijs hoc affirmari nequit, quia saccum pœnitentiæ abijciunt, imo illum damnant: & Lutherus à sacco apostatauit; & cum castitatem vouisset, accepit mulierem, & crapulabatur cum facetijs, &c. Et sequitur. *Hi habent potestatem claudendi Calum ne pluat diebus prophetie ipsorum.* hoc autem nunquam factum est: quia semper pluit tempore suo, quando Lutherus vixit, & deinceps, vsque in hodiernum diem, & sequitur. *Et potestatem habent super aquas, conuertendas eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga:* nunquam tamen Sectarij habuerunt talem potestatem; & vnusquisque omnia, quæ de Henoch, & Elia prædicta sunt perpendere potest, & nequaquam de illis intelligi posse cognoscat. Vnicam tantum similitudinem inter vtramque partem reperire potui: quia sicut Elia in curru igneo raptus est in Paradisum: sic è conuerso Sectariorum Capitanei, tanquam Catholicæ fidei desertores, in ignem æternum comburendi, damnati sunt.

Alij dicunt illos duos testes esse duo testamenta, verissimè expedit Sectarios sacram Scripturam iuxta mysticum sensum non exponere; quia si huiusmodi expositiones in medium afferrent; illam subjectum

fcurrillum, & ineptiarum, ac fabularum facerent. De illis duobus hominibus, fidei testibus tempore Antichristi, dicit Apocal. loco cit. quod Corpora illorum iacebunt mortua in medio plateæ Ciuitatis, vbi Dominus illorum crucifixus est, scilicet Hierusalem; & quod tribus diebus insepulta iacebunt, & præcipiente Domino resurgent; quod primò prohibebunt pluuiam, & cætera huiusmodi, at hoc totaliter de duobus testamentis dici repugnat: vt patet. Et deinde sic subdit. *Cum finierint testimonium suum, bestia qua ascendit de abyssu faciet aduersum eos bellum.* dicant Sectarij, quando duo testamenta finient testimonium suum, nisi cum consummatione sæculi? & quia subiungit: *Et audierunt vocem magnam de Cælo dicentem eis, Ascendite huc. Et ascenderunt in Calum in nube, & viderunt illos inimici eorum.* Sequeretur stante illorum expositione, duo testamenta non esse amplius in terra, sed videntibus nobis in Cælo ascendisse, & vocem magnam audisse: igitur duo testamenta aures haberent, & audita voce de terra ad Cælos accessissent, certè, quia vetulæ Sectariorum etiam super sacram Scripturam fermocinantur (tanquam Astinus ad Ilyram) illarum aliquas, tales expositiones subtilissimas in medium protulisse puto.

Alij somniant, verba citata Malachie Prophete, pro primo Christi aduentu intelligi, & eo maxime, quia Christus Dominus de Ioanne dixit Matth. 17. *Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum: sed fecerunt in eo quacumque voluerunt: sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. & cap. 11. Omnes enim propheta, & lex, vsque ad Ioannem prophetauerunt. & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est.* sed non aduertunt Malachiam litteraliter de primo Christi aduentu minimè loqui: quæ ille non dies horribilis, sed dies pacis fuit: sicut horribilis secundus Christi aduentus ad iudicandum erit, nec animaduertunt Ioannem non vt personam Elie: sed in spiritu, & virtute Elie apparuisse: Lucæ 1. quod Christus ipse docuit Matth. 17. nam sic ibi legitur. *Et interrogauerunt eum discipuli dicentes: Quid ergo scriba dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? at ille respondens ait eis, Elias quidem venturus est, & restituet omnia.* Ecce quod de persona Elie inquit Saluator eum venturum esse; nam de Ioanne verificari nequit; quia venerat, & iam mortuus erat, & ab Herode fuerat occisus, & sequitur. *Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, &c.* tunc autem de mystico Elia; scilicet de Ioanne, qui venit in spiritu, & virtute Elie: loquutus fuit. Addo quod de Ioanne Baptista ea verificari non possunt, quæ scilicet superius de Henoch, & Elia narrauimus, vt tanis patet; ergo impossibile est loca illa Malachie, & Apocal. de Ioanne Baptista intelligi posse.

Et Catholica Ecclesia olim sic tenuit, ac docuit. Sic Tertull. lib. contra Iudæos cap. 2. & lib. de Anim. cap. 50. & lib. de Resurrect. carnis cap. 58. Ireneus lib. 4. cap. 30. Epiph. contra hæres. 64. Hieron. ep. 148. Marcellam, & epist. 61. ad Pammac. August. de peccat. merit. & remiss. cap. 3. & lib. 9. super Genes. cap. 6. Ambr. lib. de Parad. cap. 3. & lib. 1. de Abel cap. 2. & alibi. Greg. lib. 9. moral. cap. 3. & sic Cypr. in lib. de montib. Syna, & Syon, non longè ab initio. Sectarij igitur, contra sensum sacre Scripturæ, & contra antiquitatis doctrinam oppositum tenent.

Quintò probatur. Antichristus acerbissimum bellum contra fideles mouebit; & armis vniuersum mundum

Expositio mystica
ca Sectariorum
inepta.

Incepit Sectario-
rum

Ioannes fuit Elias
in spiritu, & virtute

Sectarij opponi-
tur testimonium
antiquitatis.

mundum turbabit : & Regnum illius non durabit nisi mensib. 42. Ergo asserere Summum Pontificem esse Antichristum, est iniqua calumnia: cum ille durauerit à principio nascentis Ecclesie, & durabit vsq; ad consummationem sæculi. Antecedens probatur. Dan. 11. vbi exactè acerbissimum illius bellū describitur. *Et mittet manū suam in terras, & Terra Aegypti, non effugies, & dominabitur thesaurorū auri, & argenti: & in omnibus pretiosis Aegypti, per Lybiam quoque, & Aethiopiā transibit; & fama turbabit eum ab Oriente, & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna, ut conteras, & interficiat plurimos. & figet tabernaculum suum Apadno, inter Mariā, super Montem iychytum, & sanctum: & veniet vsque ad summam eius: & nemo auxiliabitur ei.* & deindè cap. 12. dicitur, quòd tunc *veniet tempus quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse ceperunt vsque ad tempus illud.* iuxta illud Matth. 24. *Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi, neque erit, & immediatè consummatio sæculi sic describitur. Et multi de his, qui dormiunt in terra puluere, euigilabunt; alij in vitam æternam, & alij in opprobriū, ut videant semper.* & Ezech. 38. & 39. bellum Antichristi sœuissimum describit: ut ibi quisque videre poterit.

Quod autem Regnum illius tantum sit tribus annis cum dimidio permanfurum, probatur Apoc. 11. *Et Ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.* & cap. 13. *Et data est ei potestas facere menses quadraginta duos, iuxta Saluatoris Nostri doctrinam Matth. 24. Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro; sed propter electos breuiabuntur.* & Dan. 12. *Et à tempore, cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducentis nonaginta.* *Beatus qui expectat, & peruenit vsquè ad dies mille trecentos trigintaquinque.* Diuersitas autem circa numerum dierum, nihil veritati nocet: quia Propheta de varijs operibus tūc exequendis infra illud tempus, ut videre est in textu sermocinatur. Hęc autem omnia de Romano Pontifice quomodò verificari poterunt? quando enim cum exercitu Aethiopiā, Lybiā, & Aegyptum peragravit? Quomodò fixit tabernaculum suum in Apadno, qui est locus inter montem Syon, & Tabor? & si Roma etiam in præsentī, & post receptum Euangelium Christi secundum Sectarios est Babylon, quomodò dicitur Ciuitas Sancta: quia dicitur in Apoc. 11. *& Ciuitatem Sanctam calcabunt.* Verè nugæ, & ineptiæ, sunt huiusmodi machinamenta. nec numerus dierum pro annis intelligi potest, quia Apoc. inquit *mensibus quadraginta duobus.* mensis autem in Sacra Scriptura semper pro vnico cursu Lunæ sumitur, qui triginta diebus expletur.

Sextò probatur. Antichristus à Iudæis pro Christo assumetur, eritque circumcisus, aliter non reciperetur ab illis. ergo Summus Pontifex non est Antichristus, quia à Iudæis pro Messia non recipitur. Antic. probatur. Ioann. 5. vbi Dominus de Iudæis ait. *Ego ueni in nomine Patris mei, & non recepistis me, si alius uenerit in nomine suo illū recipietis.* de Antichristo hic Dominum loquutum fuisse probatur, quia ille ueniet in nomine suo, iuxta illud 2. Thess. 2. quia ostendit se tanquam sit Deus. cæteri pseudoprophete non in nomine suo, sed nomine alterius uenerunt. Nam Maomethus se fuisse promulgatorem Legis Diuinæ, & non Deum promulgauit, & nemo pseudo-propheta ostendit se tanquam fuerit Deus: ergo tunc de Antichristo loquutus fuit dicens à Iudæis recipi-

dum esse, quod de Papa verificari nequit, ut patet.

Septimò probatur. Antichristus Satanæ adiutorio mirabilia operabitur. iuxta illud 2. Thess. 2. *Cuius est aduentus secundum operationem Satanae, in omni uirtute, & signis, & prodigijs mendacibus.* ita ut iuxta Ioan. Apoc. 13. ignem faciet de Cælo descendere in cōspectu hominum. Vndè Dominus in Euangelio Matth. 24. inquit. *Dabunt signa, & prodigia magna, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.* Sed nūquam Summus Pontifex talia operatus est; quando enim ignem in terram descendere fecit? nec talia potest iure Pontificatus: ergo illum esse Antichristum affirmare, impium est.

Sed accedant Sectariorum somnia, & blasphemie: quibus, Summum Pontificem esse Antichristum, minimè probant; sed illorum potiùs impudentiam, & odium patefaciunt. Omnes Sectarij in hac blasphemia consentiunt; ita Calvin. lib. 4. Instit. cap. 7. §. 23. & alibi pluries. Luther. lib. de captiuit. Babil. & continuè ubiquè. Magdeburg. Cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 434. Illyric. lib. de Primatu Ministri Angliæ, ut videre est apud Suarez contrā Sectam Anglicanam, lib. 5. Et Sectarij omnes, quotquot super huiusmodi rem scripserunt.

Prima Obiectio. Antic. 2. Thess. cap. 2. extolletur supra omne id quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se, tanquā sit Deus. sed talis est Papa, quia facit se Principem rerum Diuinarum, & in templo Dei sedet, & adoratur, ergo est Antichristus.

O miseri Sectarij, qui huiusmodi nugæ, & ineptias ideo excogitatis, ut scilicet uestram inobedentiā à Summo Pontifice, & uestram apostasiam à Catholica fide excusaretis. Papa non sedet in templo, ut ostendat se esse Deum: cum Dei, & Christi Iesu se indignum, ac seruum humillimum, profiteatur; sed ibi sedet, ut Caput Ecclesie uisibilis: ut supremus Pastor; cui Christus dixit Ioan. ult. *Pasce oves meas;* ut ille cui Matth. 16. dictum est. *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælo: & quodcumque solueris, &c.* Nequè Pontifex extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur; nam ille omnia quæ Dei sunt imò ipsos Sanctos Cælorum scilicet B. V. Apostolos, & alios ueneratur, verè Antichristus non sic operabitur, quia omnia detestabitur, & Sancta conculcabit, ut superius dictum est. Papa itaque non est Antichristus.

Secunda Obiectio. Papa defecit à fide Christi, quia defendit Purgatorium; inuocationē Sanctorum; Sacrificium Missæ: & similia quæ Christus non docuit: ergo est Antichristus.

Respondeo negando assumptum; nam Papa est Custos fidei; ut scribebat Leo Papa ad Concilium Chalcedonen. *Sciatis me Canonum Ecclesia esse Custodem.* & Sancta Synodus Ephesina Generalis tertia de Cælestino Papa Act. 1. sic pronunciauit. *Cælestino Custodi fidei Sancta Synodus gratias agit.* iurè igitur defendit Purgatorium, Inuocationem Sanctorum, Sacrificium Missæ, & cætera quæ fides docet: ut suo loco dicemus. Vndè meliùs, ac uerius sic Syllogizandum esset. Sectarij defecerunt à fide: ergo sunt typus seu figura, & præcursores Antichristi. & hoc procul dubio est verum. Det Dominus misericordiam, ut conuertantur.

Tertia Obiectio. Antichristus faciet falsa miracula, 2. Thess. 2. *In omni uirtute, & signis, & prodigijs mendacibus.* Sed Papa Laureti apud statuam Beate

Antichristus operabitur miracula falsa.

Papa nō sedet in templo, ut Deus, sed ut Vicarius Christi, & seruus eius.

Papa est custos fidei.

Antichristi Regni durabit mensibus 42.

Bellum acerbissimū mouebit Antichristus.

Bellum Antichristi non potest de Papa verificari.

Antichristus recipietur à Iudæis pro Christo. eritque circumcisus.

Virginis, & alibi, fingit miracula. ergo est Antichristus.

Respondeo quod Laurenti Papa non facit miracula, sed Deus ibi ea operatur: nam Papa sedet Romæ; Sectarij probare deberent Papam miracula, quæ de Antichristo leguntur operari: scilicet quod ignem de Cælo descendere faciat, & quod imago bestiarum loquatur Apocal. 13. at hoc de Papa probare non possunt, nec iure affirmare, sed tantum somnare.

Quarta Obiectio. Apocal. 17. describitur Roma, ut mulier, quæ sedet super Bestiam, quæ portat eam quæ habet capita septem, & cornua decem. & subdit, *Et hic est sensus. Qui habet sapientiam. Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, & Reges septem sunt.* & tandem. *Mulier quam vidisti, est Civitas magna, quæ habet Regnum super Reges terræ.* ergo qui sedet Romæ, & dominatur est Antichristus: nam Ioannes apertè ibidem asseruit, quod mulier habet in fronte nomen scriptum: *Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terra.*

Respondeo Ioannem utique tunc de Roma loqui, sed non de Roma postquam Christianam fidem recepit; sed cum idola colebat. Nam Ioannes ibidem ait. *Et vidi mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrum Iesu.* Manifestum est Romam, quæ trecentis annis Christi fidem extinguere tentavit, innumerabiles Christianos occidisse, quo tempore imperium habebat super uniuersam terram; & idololatram colebat. si autem Roma omni tempore Babylon diceretur, sequeretur tot sanctos Pontifices, & Sacerdotes Dei, qui ibi fuerunt etiam Antichristos fuisse; hoc autem falsum est etiam secundum Sectarios, qui Antichristum post quingentos annos à Christo regnare cæpisse affirmant. Præterea etiam de Constantinopolitana Vrbe intelligi potest; nam postquam Rex Turcarum illam possidere cæpit, verè facta est Babylon cum ibi assidue Christiana fides blasphemetur; quæ Civitas etiam super septem Colles situata est. & eo maxime quia propè mare civitas illa posita esse videtur, de qua Ioannes loco citato loquitur; nam cap. 18. ait. *Veh veh Civitas illa magna in qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari, de pretijs eius.* & sequitur. *Et sustulit vnus Angelus lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare dicens: Hoc impetu mittetur Babylon Civitas illa magna: & vltra iam non inuenietur.* & subdit Ioannes; in eadem Civitate mercedem esse mancipiorum & animarum hominum. Verissime Romæ homines

non venduntur more Brutorum, sicut publicè nunc in Vrbe Constantinopolitana; quæ Turcarum dominio subiacet fieri solet; vt ipse proprijs oculis vidi. sequitur ergo cum, qui in præfata Civitate regnat Antichristum non personaliter, sed præcursorem, & figuram illius esse, de quo Scripturæ mirabilia prænuntiant. itaque si pro ea muliere, Romam accipere volunt; Romam idololatram, quæ post Ioannem trecentis annis Christi fidem crudeliter persequuta est; si verò Urbem Constantinopolis, pro hoc tempore, quo à Turcarum Tyranno occupatur, intelligant.

Quinta Obiectio. Antichristus imprimet subditis characterem Apocal. 13. *Et faciet omnes pusillas, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos, habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis: & ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem.* at Papa sic facit, quia præcipit Vnctionem christiatis in fronte; professionem fidei Romanæ. iuramentum fidelitatis: Vnctionem Sacerdotalem; inclinationes ad statuas; & panem consecratum. Ergo est Antichristus.


Respondeo quod cum quis benè bibit, & vino flammantes, ac rutilantes habet oculos: tunc facile decipitur; & putat, vel somniat se aliquid videre, quod, ab eo quod est, valdè differt. ita in casu Sectariorum aliqui postquam benè biberunt; Catholicos qui in illis partibus habitant, obuiam habuerunt, & quia fortasse gladium, vel baculum; vel rapum habebant in manibus, characterem esse putauerunt, & sic decepti sunt. O miserabiles Sectarij, cur vosmetipsos ad vestram perditionem decipitis? quando aut quomodo Catholici, qui Summo Pontifici obediunt, characterem in fronte, vel in manibus habent? & quando Papa ne quis emere, vel vendere possit nisi habeat characterem præcepit, cum in conspectu Pontificis Romæ multi vendant, & emant, qui sunt Iudæi; & multi Christiani, qui Sacramentum confirmationis non receperunt? Nec vnctio Sacerdotalis omnibus datur, nec ad emendum, & vendendum requiritur. & iuramentum fidelitatis pauci sunt, qui exhibent; nec professio fidei alicubi imprimitur, & pauci illam sciunt, imò nequè audierunt: nec ista omnia sunt omnibus communia: scilicet *pusillis & magnis, diuitibus & pauperibus, liberis, & seruis*, vt ait Ioannes loco citato. Nec inclinatio ad statuas, in fronte; aut manu imprimitur. Deus misereatur vestri super huiusmodi insanias; & illuminet corda vestra, & intelligentias vestras.

Roma idololatrica & Babylon non autem Roma Christiana.

Civitas Sectariorum quam sit.

Ioannes Apocal. in re. ligi potest de Vrbe Constantinopolitana.





LIBER TERTIVS.
DE SVMMO PONTIFICE
VNA CVM ECCLESIA
IN CONCILIIIS CONGREGATA.



DISPV TATIO PRIMA.

Quid, & quocumque sit Concilium: de illius origine, utilitate, ac necessitate.



CONCILIVM, vel dicitur à conciliando scilicet opposita. Vel à conuocando, eo quia multi in vnum conuocantur, vel quomodocumque; vt hic attinet, cœtum multorum de Religione tractantium significat. Et quia hoc quadrupliciter

fieri potest, scilicet cum omnes congregantur; secundò cum vna Natio tantum, Tertio quando vna Prouincia solum, & quartò si vna Diœcesis. Hinc est quod Concilium quadruplex est. Generale, Nationale, Prouinciale, & Diœcesanum.

Primum à Cardinali de Turrecremata in tractatu de potestate Papæ lib. 3. cap. 5. sic definitur. est congregatio maiorum Prælatorum Ecclesiæ, auctoritate Romani Pontificis specialiter conuocata ad aliquid communi intentione solemniter tractandum in Religione Christiana, Papa in ipso Concilio præsidente, vel alio loco eius. Et secundum Cardinalem Iacobatum lib. 1. de Concilijs. Est congregatio Prælatorum ex vniuerso Orbe, & aliarum personarum, auctoritate, & de voluntate Papæ conuocatarum ad aliquid communi intentione, communiter tractandum in Religione Christiana, Papa præsidente, vel alio loco eius; & aliquando Christi, siue ipsiusmet Concilij auctoritate suffulta. Hanc ultimam particulam posuit pro tempore, quo sedes vacaret, vel Papa esset hæreticus, & Concilium conuocare nollit in quo tunc Papa non præsideret. Sicut etiam fieri potest tempore Schismatis, si eodem tempore plures, Summi Pontificis munus acciperent. Concilium Nationale, est congregatio omnium, vel plurium Archiepiscoporum,

& Episcoporum vnus Regni ad eundem finem, quibus aliquis Patriarcha, vel Primas præest. vt fuerunt quædam Concilia Romana, Africana, Toletana, &c. Concilium Prouinciale est cœtus omnium, vel plurium Episcoporum vnus Prouinciæ, quibus præest Archiepiscopus, seu Metropolitanus. Concilium verò Diœcesanum, quod improprie dicitur Concilium, quia vnus tantum ibi adest, scilicet Episcopus, qui ius decisiuum in controuersijs fidei, & morum tenet est congregatio minorum Sacerdotum, quibus præsidet Episcopus.

Concilia autem ab ipsis Apostolis originem acceperunt; nam Actorum cap. 15. apertissime legitur, orta controuersia super legalia, Apostolos, & Seniores, conuenisse. & legalia non esse amplius seruanda decreuisse; idque ab omnibus fidelibus tenendum, præcepisse. quòd autem ex iure Diuino Concilium originem duxerit, manifestum est, quia Apostoli ibi statim Concilium pro rebus fidei definiendis, absque eo quod discuterent, quæ via tenenda esset pro illius controuersie decisione collegerant: sequitur igitur Apostolos à Christo Domino pro tali casu hoc præceptum, seu remedium habuisse, prout ex illo loco Matth. 18. elicitur. *Amen dico vobis, quacumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo, & quacumque solueritis super terram, erunt soluta & in Cælo. & si sequitur. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in Cælo est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Ex his enim manifestum est à Christo Domino institutionem Conciliorum descendisse.

Utilitates autem, quas inferunt Concilia, & causæ ob quas ipsa celebranda sunt, plures existunt: prima, extirpatio hæresum, quæ dum communi consensu, examinantur, & damnantur, communi consensu, quisque deindè à sua Diœcesi illas eradicat, & omni diligentia rejicit. Secunda, est reformatio generalis abusuum, & vitiorum, quæ ex humana fragilitate in-

Concilium vadit dicitur.

Concilium quadruplex est.

Concilium quid sit.

Apostoli primi fuerunt, qui Concilia celebrauerunt.

Institutio Conciliorum à Christo Domino facta.

Quas & quæ utilitates inferunt Concilia.

ter fideles inducuntur; & eadem ratione facilius extirpantur. Tertia, ablatio schismatum: nam si aliquando contingat ob hominum peccata plures Summos Pontifices simul esse in Ecclesia, Concilium Generale, causam iure examinando, remedium affert. Quarta, depositio Summi Pontificis, si ut Doctor particularis fuerit hæreticus; tunc enim Concilium Generale potest illum ab officio deponere. Quinta, si in electione Summi Pontificis orta fuerit grauis cõtrouersia inter Cardinales, ut non faciliè, an electio legitima fuerit, cognosci possit: Sexta, si Romanus Pontifex fiat Tyrannus incorrigibilis: tunc Concilium generale ad illum monendum, & corrigendum congregandum erit. Septima, depositio Imperatoris si hæreticus, vel hostis Ecclesie Catholice, & Pontificie potestatis conculcator fieret, ut tribus vicibus factum legimus; scilicet contra Leonem III. Iconomachum, à Gregorio III. Contra Henricum IV. à Gregorio VII. Contra Fridericum II. ab Innocentio VII. Octaua, ad resistendum communibus viribus Christiane Reipublice hostibus, quales sunt Saraceni, Hæretici, & omnes Principes infideles. Quando autem prædictæ causæ celebrandi Generale Concilium tantum congruitatem, & quando necessitatem dicant prudentum consilio relinquuntur: nam actus morales ex circumstantijs maximè pendunt; aliquando enim Collegium Cardinalium ad remedia exhibenda, & prædictas utilitates conferendas sufficiens esse: interdum autem Concilium Generale necessarium esse contingere potest.

Vnica tantum superest grauis difficultas, quæ diligenti discussione indiget: an scilicet in decidendis cõtrouersijs fidei Concilium generale sit necessarium simpliciter; an solus Papa, vel ipse cum Ecclesia Romana sufficiat. quod idem est, ac inuestigare, an Summus Pontifex absque Concilio Generali in rebus fidei iudicandis, ac decidendis errare valeat. Pro cuius resolutione duas pono Conclusiones.

Prima Conclusio. Summus Pontifex etiam extra Generale Concilium, seu non adunato Concilio generali, est infallibilis iudex cõtrouersiarum fidei, & morum. Probatur, Regimen Ecclesie, in doctrina fidei, & morum, quæ ad æternam salutem ducit præcipue consistit; non enim alia ratione Christus Dominus pro Petro ne deficeret fides eius, Lucæ 22. orauit, nisi quia fratres confirmare debebat. Nam pro regimine circa corporalia, seu temporalia, tam diligenter orare, non erat opus. Et pro Petro tantum tunc orasse patet, quia singulariter cum illo loquitur dicens. *Simon, Simon: Vnde Bernardus epist. 190. ad Innoc. inquit. Dignum namque arbitror ibi potissimum reseruari damna fides ubi non possit fides sentire defectum, cui enim alteri sedi doctum est aliquando, ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua? sed hoc fuit singulariter Petro commissum, ut demonstratum est lib. 2. Disp. 1. & 2. ergo ille, in successoribus suis, debet, & potest sufficienter tales cõtrouersias definire. Minor probatur. Ioan. vit. *Pasce oues meas*, Ergo cum Petrus tantum sit supremus Pastor ad ipsum vniuersum gregem diuina, ac infallibili doctrina pascere spectat.*

Secundò probatur. Si Summus Pontifex non esset cõtrouersiarum iudex infallibilis, sequeretur ipsum non esse verum Pastorem, sed insufficientem, & mæcum. consequens est falsissimum (cum Christus illi oues, & agnos, scilicet Prælatos, & subditos, Clericos quoscumque, & Laicos commendauerit, & sub cura illius posuerit, nam bis dixit, *Pasce agnos meos*:

& semel, *Pasce oues meas*) ergo & antecedens. Probatur prima sequela maioris. Nam ille dicitur Pastor mancus, & insufficientis, qui omnia, quæ ad oues pascendas requiruntur, exhibere & præstare nequit; talis esset Summus Pontifex, admissa opposita sententia; ergo esset Pastor insufficientis. Probatur minor: quia cum principalior pars Pastoris Ecclesie sit sanè administrare doctrinam, si Summus Pontifex hoc infallibiliter præstare nequiret, verè insufficientissimus esset. & hoc Diuinæ prouidentie derogare, manifestum est. imò esset turpi iniuria sedem Petri inficere; ut patet.

Tertiò probatur. Contrà Catholicam fidem est, asserere Christum Dominum non tantum Petro, sed & omnibus Apostolis dixisse Matth. 16. *Tu es Petrus & super hanc petram fundabo Ecclesiam meam, &c.* Ut dictum est lib. 2. disp. 1. ergo Petrus, & successoribus eius debent, & sufficientissimè omnes cõtrouersias dirimere possunt. sequè patet: Tamen probatur: Præcipua potestas Pontificis in docendo, dirigendo, & coercendo Populum Christianum in ordine ad supernaturalem beatitudinem consistit. Sed hæc fuit tantum Petro, & successoribus eius concessa, ergo ipse solus hoc infallibiliter præstare potest.

Quartò probatur. Tota firmitas Catholicæ fidei in Apostolica Sede Petri consistit: nam hac ratione nomen Petre illi Christus Dominus contulit: & hinc est quod Concilia Generalia sine illius auctoritate, & confirmatione non tenent; & de facto plurima Concilia eadem Sedes dampnauit; ut alibi diximus: ergo ad Romanum Pontificem iure Diuino omnes fidei, & morum cõtrouersias iudicare spectat: sicut cum pluries hoc fecisse; de facto constat. nam opiniones Pelagij, Priscilliani, Iouiniani, Vigilantij, & similibus, Romanus Pontifex non adunato Generali Concilio hæreticas fuisse declarauit; & pro talibus ab Ecclesia vniuersali habitæ fuerunt.

Quintò probatur, ex Concilio Generali 3. scilicet Ephesino in Epistola Cyrilli Patriarche Alexandrini ad Cælestinum Summum Pontificem, in qua Cyrillus scribit, ab ipso se expectare sententiam, an cum Nestorio communicandum esset: nec illum, tanquam hæreticum, absque iudicio, & sententia Papæ vitare posse. Cyrillus igitur Patriarcha Alexandrinus vir sanctitate, & doctrina egregius, ad Papam iudicium cõtrouersiarum spectare manifestat.

Et Act. 2. eiusdem Synodi generalis, Philippus Presbyter, & Apostolica Sedis Legatus dixit. *Santissimus Papa noster Cælestinus Sedis Apostolica Episcopus, iubet sancta Synodo, ut que ab eo statuta sunt exequantur. & sancta Synodus respondit. Hoc iussu iudicium. Cælestino custodi fides sancta Synodus gratias agit. Et Proiectus etiam Papæ Legatus dixit. Auditis quod Cælestinus sanctitatem vestram commonefacit, ut exequatur id quod antea iam ipse definire dignatus erat. & Firmus Cæzare Cappadocie Episcopus dixit: Apostolica, & sancta Sedes Cælestini Sanctissima Episcopi per litteras, quas scripsit ad Religiosissimos Episcopos, Cyrillum Alexandrinum, Iuuenalem Hierosolymitanum, & Rufinum Thessalonicensem, nec non ad sanctas Constantinopolis, & Antiochia Ecclesias, de presentis negotio, iam sententiam, & regulam præscripsit, & formam illam executioni mandauimus, Canonum, & Apostolicum iudicium proferentes. Deinde Philippus Presbyter Legatus Apostolicæ Sedis dixit: Gratias agimus sancta Synodo, quod litteris Sancti Beati que Papa nostri rescriptis, sanctos canones, sanctis vestris*

Afferere supremam Petri potestatem omnibus Apostolis fuisse concessam est contra fidem.

Tota firmitas fidei consistit in Sede Petri.

Testimonium Cælestini Concilii generalium.

Summus Pontifex etiam non adunato Concilio generali est infallibilis iudex, & Doctor in doctrina fidei, & morum.

Papa non esse verus Pastor nisi esset doctor infallibilis.

oibus, sancta vestra capiti exhibueritis, non enim ignorat vestra Beatitudo totius fides, vel etiam Apostolorum caput esse beatum Apostolum Petrum. Hunc patet Propriam etiam Concilij Generalis esse doctorem, & Generale Concilium sententiam, & iudicium Papæ exequi debere. certè ab hac firmissima veritate nemo potest fugere: cum vniuersa Ecclesia ab antiquo tempore sic docuerit.

Et in 1. par. Concil. Chalc. Epistola Leonis Papæ ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum habetur, in qua de tali re, quæ ad fidem pertinet, statim cum certum facere debuisset pronunciat; & vt quam primum ea, quæ gesta sunt transmitteret, vt quæ debet iudicare possit, & quæ recta sunt sua auctoritate muniantur, & c. Ergo iudicium controuersiarum fidei ad Pontificem Romanum pertinere extrâ Concilium generale certissimè constat.

Et in Epistola Petri Episcopi Rauennatis, quæ in eodem loco habetur, legitur ad Euthichem scripsisse, vt Pontifici Romano obediret; quoniam, inquit, *Beatus Petrus, qui in propria sede, & vivit, & præsidet, præstat querentibus fides veritatem.* Et subdit. *Nos enim pro studio pacis, & fides, extrâ consensum Romana Ciuitatis Episcopi, causas fidei audire non possumus.*

Idemque legitur in epistola Valentiniani, & Marciani ad Leonem Papam, & in alia, similiter epistola Marciani Imperatoris, vbi suprema potestas Papæ in conuocatione Concilij, & in iudicando super fidei controuersias continetur.

Tandem confirmatur hæc veritas per illud, quod legitur Act. 10. & 11. Nam solus Petrus Euangelium Gentibus prædicandum esse statuit: & omnes sententiam Petri amplexi fuerunt, & etiam quia 300. annis Ecclesia nunquam Concilium Generale celebravit, & tamen nihil tunc in ordine ad spirituale regimen defuit. Etenim Pontifices adhibitis sacerdotibus Romanæ Ecclesiæ (qui Cardinales vocati sunt, & magnæ sunt dignitatis, & potestatis, quia coadiutores sunt primæ Sedis) quæ necessaria erant, statuerunt, & declarauerunt.

Secunda Conclusio, Summus Pontifex de congruo in iudicandis fidei, & morum controuersijs, generale Concilium congregare debet, vel si aliquando non expedit, plurimos, qui prælatione, & doctrina præstantiores sunt, adhibere debet. Probatur exemplo Apostolorum. Orta enim controuersia de circumsione, & lege Act. 15. Apostoli Concilium conuocauerunt, vt patet ibi. Præterea, licet Apostolica Cathedra de veritate fidei seruanda vsque ad consummationem sæculi promissionem firmissimam habeat: tamen expedit, & congruum est, vt omnem humanam diligentiam adhibeat. tunc autem adhibetur, cum plures doctissimos viros ad veritatem diiudicandam, seu ad consulendum assumit. & præcipuè cum accidit, vt Summus Pontifex potius prudentia, & bonitate polleat, quam scientia. sæpè enim contingit, vt ex Cardinalibus aliquis, qui ad Pontificatum assumitur, potius in iuris prudentia, & in rebus agendis, quam in sacra Theologia, & sacrarum Scripturarum interpretatione versatus sit: tunc præcipuè in huiusmodi rebus doctissimorum virorum consilium adhibere debet: non quod firmitas veritatis ex humana industria procedat, sed quia omnibus in rebus humana diligentiam non debemus excludere: sicut de facto semper Summi Pontifices adhibuerunt. Nec absque necessitate supernaturalem concursum Dei

expectare debemus, cum natura viribus, quæ necessaria sunt, obtinere valeamus. Ideò non solo suo iudicio fidere, sed omnia naturalia media exhibere debet, & tunc directionem Diuinam, & Spiritus sancti assistentiam, præstolari decet.

Præterea, aliquod potest esse in Ecclesia controuersum, pro cuius exacta cognitione, & prudenti resolutione, traditiones, & consuetudines omnium Ecclesiarum participari examinandæ essent; ergo Concilium generale necessarium aliquando cognoscitur, cum omnes Episcopi, vel maior pars omnium Episcoporum tunc conueniant.

Sed contra hanc veritatem sunt ferè omnes Græci huius temporis, vt me experientia docuit: & ex Catholicis Latinis nonnulli, præcipuè ex Parisiensibus Doctoribus, Gerson, & Almainus in libris de potestate Ecclesiæ. Alphonsus de Castro contra hæreses lib. 1. cap. 4. 6. & 8. Et Adrianus VI. Papa in questione de Confirmatione; hi omnes iudicij firmitatem in rebus fidei, tantum in Concilio Generali cognoscunt: & Papam, non tantum in questionibus alicuius facti particularis decidendis, quæ ex hominum informatione pendent; & vt Doctorem particularem; verum etiam in rebus fidei docendis extrâ Concilium, seu non congregato Concilio, etiam tanquam ex Cathedra, errare posse affirmant. Rationes seu obiectiones, quas prædicti Doctores adducunt, hæc sunt.

Prima Obiectio. Apostoli super rem de fide Concilium congregauerunt: Actorum cap. 15. Ergo cum Petrus solus id definire noluerit, euidenter est ad fidei controuersias decidendas Concilium generale esse simpliciter necessarium.

Respondeo negando sequelam. Nam Petrus Act. 10. & 11. aliam similem controuersiam solus soluit: & gentibus Euangelizandum esse docuit: & obediuerunt omnes. Præterea Concilium adunauit non necessitate coactus; patet, quia ipse ob Spiritus sancti assistentiam errare non poterat, absque enim, vt quis putet, cum, vel cæteros solitarie consideratos errare potuisset: nam quæ scripserunt in dubium reuocari possent, at hoc opinari blasphemum est. igitur Petrus non necessitate coactus, sed ob maiorem rei solemnitatem Concilium conuocauit, sicut cum Imperator aliquid solemniter decernere intendit, Barones, & quamplures consiliarios adiungit, quod tamen ipse solus decidere posset. Itaque Act. 15. congregati sunt omnes, vt modo magis congruo, res definiretur, & ne humana diligentia excluderetur; quæ est, vt pluribus viris adhibitis veritas scrutetur, at tamen solum sufficientem non fuisse, non sequitur.

Secunda Obiectio. Fideles audacter petierunt à Petro Act. 11. tur gentibus Euangelizaret, Et Patres Concilij Chalced. attentè scrutati sunt epistolam Sancti Leonis Papæ ad illos missam in materia fidei. Ergo euidenter est eos in huiusmodi decretis errare posse; aliis scrutatio illa inanis, & superflua fuisse.

Respondeo negando sequelam. Iure autem, quæ citata sunt examinare voluerunt, non quia errare poterant, sed quia omnibus in rebus humanam diligentiam non debemus abijcere: sed humano, & discursiuo modo vti debemus: rationales enim sumus; ideò Petrus Ecclesiæ Ministris dicebat: *Paras rationem reddere de ea qua in vobis est fides: sed deinceps obedire, & silere opus est.* & quòd ita sit, patet ex hoc eodem loco Act. 11: nam Petrus docendo errare non poterat, quia sic Saluator dixit Lucæ 22. *Ego rogans pro te, Petre, vt non destruas fidem tuam. & tu aliquando conuer-*

Petrus non necessitate coactus Concilium congregauit.

Quod sit munus Cardinalium.

Congruum est in fide, & morum controuersijs decidendis Papam congregare Concilium generale.

Petrus interrogatus est, vt causam rei periret, non vt cognosceret an errasset, quia errare non poterat.

conuersus confirmat fratres tuos. Ergo cum facta Petri examinare uoluerunt id non fecerunt; quia cum errasse dubitauerunt; sed tantum ut causam omnibus, cur sic fecerat aperiret: & hoc omnibus licet, qui rationales sumus, & rerum causas cognoscere debemus. hac itaque ratione, Petrum sciscitati sunt, & Patres Concilij Chalced. Epistolam Leonis examinare uoluerunt.

Tertia Obiectio. Lex non debet ferri super aliquid quod impossibile. sed Ecclesia legem statuit, quod si Papa fiat hæreticus, deponendus est: ergo possibile est Papam fieri hæreticum. Minor probatur ex Canone si Papa. dist. 40. & ex Concil. 5. sub Simmaco: & alibi.

Respondeo Canones de Papa docente tanquam ex Cathedra minime loqui. Sed de illo, ut est particularis Doctor, qui ut sic potest librum etiam componere, ut fecit Innocentius III. qui interrogatus à Parisiensibus cuius auctoritatis esset liber ille, id est an ut Papa tunc docuerit, vel ut particularis Doctor ex proprio iudicio, & non iuxta Ecclesie Regulas præscriptas, vel deducendo auctoritatiuè ex scriptura, & traditionibus decisionem alicuius controuersie fidei, tanquam ex Cathedra, & proprio iure. Respondit, ut cætera volumina Doctorum. itaque ex hoc capite contra Conclusionem nihil probatur. & quia qui oppositæ sunt sententiae hanc distinctionem esse voluntariam, seu logicalem affirmant, & considerare Papam, ut Papam, & ut Doctorem particularem, uanum esse: Dico ipsos in hoc facto multum errare, quia manifestum est, multos Summos Pontifices uaria opera in lucem dedisse, & ut Doctores disputasse cæterosque doctores contra illos arguisse; & tamen tunc illi nec, ut Pontifices docuerunt, nec ut Pontifices impugnantur. idè realissime aliquando Pontifex, ut Pontifex, & interdum, ut particularis Doctor operatur. sicut etiam cum se simplici Sacerdoti in Sacramento Pœnitentiæ subijcit tunc non, ut Pontifex est, sed ut particularis persona Sacerdotis iudicio subest.

Quarta Obiectio. Si Papa posset infallibili ueritate, fidei controuersias absque Concilio Generali decidere, ergo Concilia non sunt necessaria, & frustra celebrantur.

Respondeo negando sequelam; ratio est, quia licet Papa id absque Concilio Generali præstare ualeat tamen in rebus magni momenti uniuersale Concilium congregare debet, ut traditiones omnium Ecclesiarum eodem tempore si necesse fuerit, audiantur, Secundò ut pro ueritate stabilienda humanam diligentiam adhibeat: diligentia autem humana est, ut plures simul aliquid decernant, Tertiò, ut post absolutum Concilium eodem tempore, & facilius per uniuersam Ecclesiam ueritas definita promulgetur, & seruetur, & error abijciatur, & eradicetur, Quartò, ut Papa modo magis suauis, uniuersam Ecclesiam doceat: modus enim magis acceptus, est, si uniuersos Ecclesiarum Pastores conuocet, ut Pastoralis munere, & iure utatur, Quintò quia ibi Principes, vel illorum Oratores conueniunt, qui indulgentiam, & laborem pro ueritate stabilienda considerantes, libentius eorum temporale potestatem pro ueritate promulganda, & erroribus repellendis applicabunt: itaque conuocare Concilium est valde congruum, sed non simpliciter necessarium.

Quinta Obiectio. Si solius Papæ iudicium in decidendis fidei controuersijs esset infallibile, sequeretur quod, qui illi in talibus resistit, esset hæreticus; at oppositum constat, quia Cyprianus resistit Stephano

Papæ deficiente hæreticos non rebaptizandos, ut patet ex epistola Cypriani ad Pompeium, nec huius facti pœnitentia constat. Ergo saltem Cyprianus fuit sententiæ, quod solus Papa in huiusmodi rebus non sufficiat.

Huic obiectioni Doctores multa dicunt, ut Cyprianum defendant. Ego etiam huiusmodi rem perpendi, & dico Cyprianum peccasse, & inobedientiæ & irreuerentiæ notam uitare non posse. Sed quid inde? quod græde negotium est hoc? Marcellinus peccauit, idolis thus adhibendo, quod peius est; pœnituit, & Sanctus Martyr existit. Petrus negauit Christum, fleuit amarè, & Deo charissimus est. Sancti qui nunc in Cælis habitant, dum in terris militabant, errare poterant (aliquibus, ex Dei dono præcipuo, exceptis) si pœnitentia Cypriani non constat in scriptis, dico non omnia quæ acciderunt, scripta fuisse. Vndè August. lib. 2. de Baptismo contra Donatistas per totum, sed præcipuè cap. 5. tom. 7. Cypriani pœnitentiam defendit; & nunquam ab Ecclesia separatum esse, sed semper unionem, & charitatem tenuisse affirmat. Vndè, inquit, qui cum illo in præfato Concilio fuerunt, non dicti sunt Cyprianistæ, sicut dicuntur Donatistæ à Donato, ex quo constat, & sit nota pœnitentia Cypriani; quia ut Augustinus subdit, Cyprianus obstinatè illam opinionem non defendit; & id probat ex his, quæ in principio illius Concilij habentur. Culpa igitur Cypriani fuit, quod Stephano Papæ non reuerenter, sed contumeliosè scripsit; cum autem Augustinus in eodem libro doceat, huius questionis solutionem ab uniuersa Ecclesia, id est à Concilio Generali pendere, rationem, & responsionem ipsemet præbet, ut scilicet Apostolicæ traditiones cognoscerentur, & res ex his, quæ Apostoli docuerunt definiri possent hoc autem Papæ auctoritati non opponitur. Qui plura super huiusmodi rem scire desiderat, legat Augustinum loco citato per totum. Hæc autem quæ diximus obiectionem nullius roboris esse satis ostendunt.

Sextò Obiectio. Concilium Aphricanum in Epistola ad Calistinum Papam, inquit, iudicium Concilij Prouincialis, maioris firmitatis esse, solius Papæ iudicio, sed constat, quod Concilium Prouinciale potest errare, ergo & Papa.

Respondeo Concilium de iudicio in rebus fidei non loqui, sed super factum particulare circa damnationem, vel liberationem alicuius à pœna temporalis: quod cum ab humano testimonio pendeat, ubi plures erunt testes, ut est in Concilio Prouinciali, ueritas facti, an aliqui scilicet absoluedi sint, vel damnandi, magis manifesta fiet, quam si solus Papa tunc iudicet: idquè dictum est, quia quamplures Clerici ex Aphrica ad Summum Pontificem extra causam fidei appellabant, Episcopi autem Aphricani super hanc rem quærebantur, dicentes eos super huiusmodi causas uerjorem, & firmiorem sententiam dare posse, quia ueritas facti ibi notior fieri poterat: itaque in rebus facti concedimus, posse alios melius Papa iudicare, at hoc argumentum nostram Conclusionem non impugnat, quia nos de rebus fidei loquimur.

Septima Obiectio est Alphonsi de Castro lib. 1. c. 4. Liberius Papa fuit Arrianus, ut Athanasius scribit in epistola ad solitariam vitam agentes, & Hieronymus in Chronico, & in Cathalogo Scriptorum in Fortunatiano, & Damasus in uita Liberij, & quamplures Pontifices sunt indocti, nec Papatus facit hominem à fide indeuibilem, ergo iudicium infallibile super

Papa potest fieri hæreticus ut particularis Doctor, sed non ut docens ex Cathedra, & tum liberè directionem Dei non repellit.

Congregare Concilium generale est valde congruum sed non simpliciter necessarium.

Cyprianus etiam inobediendo Stephano Papa: sed pœnituit.

In rebus facti qui liber de reo in sin Diocesi potest certior esse Papa, at nos non loquimur de rebus facti.

super fidei controuersias non potest esse in solo Papa, sed tantum in Concilio Generali.

Respondeo, hoc argumentum, quod à pterisque difficile habetur nihil contra nos concludere. Nam dicimus Papam non posse errare cum docet vt Pontifex, & vt Pastor Ecclesie: non autem vt particularis homo est. Nam Marcellinus timore perterritus idola coluit; actus tamen ille nihil nostræ Conclusioni nocet; nam tunc non docuit idololatriam, quia eo tempore non operatus est vt Papa, nec docuit Ecclesiam nec controuersias fidei, & morum tunc iudicauit: sed vt particularis persona, ex humana fragilitate, thus idolis obtulit. Tunc autem dicimus Spiritum Sanctum Papæ assistere, ne falsum docere possit, cum docet Ecclesiam, vt Pastor illius est, fidei controuersias decidens. Nam etiam Summus Sacerdos veteris Testamenti, vt dictum est lib. 1. disp. 6. à fide deuiare poterat; non tamen sequitur dum fidelis erat, & cum controuersias legis iuxta proprium munus iudicabat, errare potuisse; nam cum Deus Iudæos minaciter obstrinxisset, vt Sacerdoti iudicanti obedirent; specialiter illi assistere tenebatur, vt verum indicaret; quia Deus non potest nos ad falsum credendum obligare. hoc enim Diuinæ sapientie, ac bonitati derogat cum ipse sit veritas infallibilis. Quod autem Liberius sententiam damnationis Athanasij subscripserit, & quare; testimonium firmissimum eiusdem Athanasij habemus cui multum in hac credendum est cum ipse, tunc; pro eadem causa multa passus sit, & ab eodem Liberio damnatus fuerit, non tamen ob Catholicam fidem, quam defendebat; sed ob crimina ei ab Arriano imputata; ipse autem loco nuper citato asserit Liberium inuitum, ob exilium tardio affectum, & minis coactum, talia fecisse; quod autem sit per minas, & terrores, nihil tenet; nec tunc Cathedra docet, & hoc est valde notandum; quia aliud est errare ex minis, terrore, & timore; & aliud ex munere aliquid liberè pro veritatis manifestatione falsò iudicare; primo modo Cathedra non docet, ideo Deus illi assistere non tenetur. secundo modo Cathedra docet; quapropter Deus illi assistit, ne Ecclesia sua in errorem incurrat. Vnde hæc sit Regula vniuersalis in huiusmodi negotio. Papam liberè absque coactione docentem Ecclesiam ex munere, nunquam errasse, nec errare posse, vt diximus de Summo Sacerdote Synagogæ lib. 1. disp. 6. sed vt particularis Persona est ex metu, & terrore, vtique errasse, ac errare posse. Et licet Sectarij ex aliquibus historijs hoc probare tentauerint; tamen potius fabulas, quam historicam veritatem narrant. Hoc autem adijciam, quod ex aliquibus Concilijs generalibus, quæ Græci, & Latini simul celebrauerunt, Pontificem Romanum errore infamabilem esse docemur, & intelligimus. vt pluries in disputationibus superioribus diximus. Concilium autem simul collectum multa continet testimonia, ex alio capite quidam scriptores oppositum narrare videntur: Cui magis credendum? Cui est præstanda fides? prudens Lector dicat. Si Hieronymus Papam extrà Concilium docentem errare potuisse existimasset, Damaso non scripisset, *Obsecro ut mihi litteris suis siue ascendarum, siue descendarum trium hypostaseo detur auctoritas, si habetis.* nec Augustinus, & ceteri Patres, vt superius diximus, fidei firmitatem ex Romana Cathedra collegissent, si Papa, qui in illa sedet, errare docendo posset.

Ad illud quod multi Pontifices sunt indocti: dico iudicium infallibile Summi Pontificis non ab huma-

na industria, sed ex Spiritus sancti dono pendere, pro quo Christus Patrem orauit, iuxta illud Lucæ 22. *Rogamus pro te Petre, ut non deficiat fides tua.* ratione tamen humanæ industriz, dico hac de causa omni tempore Romanos Pontifices secum eruditissimos viros habuisse, vt in huiusmodi negotijs etiam humanam diligentiam adhiberent. Cum tandem subdit Papatum hominem indeuiabilem à fide non constituere. Respondeo Papatum vtique Papam, vt Papam (cum scilicet docet, & controuersias fidei, & morum iudicat, vt Pastor) indeuiabilem à fide, efficere si autem illum extrà tale tempus à fide indeuiabilem faciat non pugnos; quod prius dixi, satis est.

Octaua Obiectio. Honorius primus, Papa, fuit hereticus Monothelita, vt patet ex sexta Synodo Act. 13. vbi damnatur Honorius tanquam hereticus, & eius Epistolæ comburuntur. ex septima Synodo Act. vii. vbi dicitur Anathema Honorio, Sergio, Cyro, omnibusq; monothelitæ ex Octaua Synodo Act. 7. vbi legitur, & probatur epistola Concilij Romani sub Adriano II. in qua Concilium, & Pontifex affirmant Honorium post mortem à Concil. 6. quia de hæresi accusatus fuerat iudicatum fuisse. Et ex Epistola Agathonis Papæ ad Constantinum Imperatorem, quæ habetur Act. 4. sextæ Synodi; vbi legitur Anathema Honorio tanquam monothelitæ. & hæc obiectio est maior omnibus, quæ contrà veritatem possunt adduci; sequitur ergo Papam extrà Conciliū errare posse docendo, quia in errore Honorius Papa comprehenditur.

Respondeo, & simpliciter nego Honorium Papam, eiusdem fuisse opinionis cum Monothelitis. Res autem sic se habuit. Cyrus Alexandrinus Episcopus, & Sophronius Episcopus Hierusalem varijs sententijs conflictabantur; hic prædicabat duas Christi operationes, & ille negabat. Cyrus consulit Sergium Constantinopolitanum, & ambo Honorium Romanum; Honorius autem materiam hæc Schismatis, & hæresis extinguere volens, docuit in Christo duas esse voluntates, sed talibus verbis vsus est, quibus vtramque opinionem ad bonum sensum reducere putauit; at res aliter euenit, quia Monothelitæ illic pro se Honorium traxerunt, & alij ex aduerso. Anathema Honorio dixerunt. Verba autem Honorij hæc sunt. *Vtrasque naturas in vno Christo vnitate naturalis copulatas cum alterius communiōe operantes atque operatrices confiteri debemus: & Diuinam quidem quæ Dei sunt operantem, & humanam quæ carnis sunt exequentem.* Et postea subdit: *Ne autem diuinarum operationum vocabulo offensi Nestorianos sectantes nos vesana sapere arbitrentur: aut certe si rursus vnā operationem fatendam esse censuerimus, stultam Eustuchianistarum attonitis auribus demeritiam fateri patemur.* vt autem litem extingueret subdit in epist. 2. *Auferentes ergo scandalum nouella adinventionis, non nos oportet vnā, vel duas operationes desinientes prædicare: sed pro vna quæ quidam dicunt operatione oportet nos vnū operatorem Christum Dominum in vtrisque naturis veridicè confiteri: & pro duabus operationibus ablato gemina operationis vocabulo ipsas potius duas naturas, id est Diuinitatis, & carnis assumptam in vna Persona Vnigeniti Filij Dei inconfusè, indiuise atque inconvertibiliter nobiscum prædicare propria operantes.* & deinde loquens de voluntate humanæ subdit: *Vnde & vnā voluntatem fatemur Domini Nostri Iesu Christi, quia profecto à Diuinitate assumpta est nostri natura non culpa, illa profecto, quæ ante peccatum creata est, non quæ post præuaricationem*

Papa, si aliquando non est Theologus Theologorum præstantissimorum multitudine adhibet.

Obiectio magis ponderis.

Quæ dixit Honorius taliter pronuntiat, oppositæ conciliari sententia.

Quod sit per minas, & terrores, seu coactum nullius inducit, nec in iudicium nocet.

vicinationem vitata: quibus verbis inclinationem carnis post casum Adæ, quæ voluntas dici solet, à Christo excludit. idè dixit *unam voluntatem fatemur*. scilicet in eius humanitate præcise spectata. itaque Honorius pro Cyro unam voluntatem in formalitate naturæ humanæ docebat; & pro Sophronio duas operationes prædicabat: & sic utramque opinionem conciliare existimavit; & ne schisma, & hæresis oriretur, remedium attulisse putavit: at res aliter se habuit; cum enim epistolæ illæ ad manus Cyri, & Monothelitarum peruenissent, illic Honorium Papam iuxta eorum mentem decidisse vociferati sunt. & exijt fama hæc per vniuersas Regiones illas, quapropter Patres sextæ Synodi nec verba Honorij diligenter perpendentes, nec eius Epistolæ examinantes Anathema contra Honorium dixerunt. addito inordinato plurimorum desiderio Romanam Cathedrâ humiliandi, qui hanc occasionem omittere minimè voluerunt, quam per aliqua sæcula queritauerant, vt Romano Pontifici non subesse debere aliquo iure affirmare potuissent, eo magis, quia eorum Patriarchæ hac hæresi infecti fuerant, solatium extimauerunt in hac re socios habere penates. Verè cum ordinatim Acta Conciliorum perpendissem, & quæ Græci in Concilio Chalcedonensi, & quæ sequentibus temporibus tentauerant nouissem, vt ad rem Honorij descendi, illic huius difficultatis solutionem ex modo procedendi Græcorum præcognita æmulatione eorum, cognoui.

Sed dices, cur Legati talia permisissent, si notum erat Papam errare non posse, & cur Honorij epistolæ diligentius examinandas esse non pronunciauerunt?

Respondeo id non fecisse ne maior tumultus, & seditio oriretur ne reætæ fidei impediretur; definitio, & schisma iam ortum sepeliretur, at huiusmodi consensus an sit excusatione dignus, prudentum iudicio relinquatur, quia puctus hic de infallibili iudicio Apostolicæ Sedis in rebus fidei est magni momenti. itaque ad maius malum vitandum Legati Apostolicæ Sedis tacerunt, & Anathema contra Honorium dici permisissent.

Quod autem Honorij opinionis monothelitarum non fuerit testantur S. Maximus in dialogo contra Pyrrum. Teophanes Iaurus in Historia, quam citat Onuphrius, & Emanuel Callea in libro, quæ scripsit pro Latinis contra Græcos. Et Rhotius Græcus, hostis Romanæ Ecclesiæ in libello de septem Synodis in sexta Synodo fuisse damnatos Cyrum, Sergium, Pyrrum, Paulum, &c. affirmat at de Honorio talia non asserit; quod si fuisset, verisimè ille qui hostis erat Papæ, hoc non tacuisset. Similiter Zonaras in vita Constantini IV. & Paulus Diaconus in vita eiusdem Constantini, & ex Latinis Anastasius Bibliothecarius, Blondus lib. 9. Decadis primæ Nauclerus, Sabellicus, Platina, & alij. imò Honorium Sanctum Pontificem fuisse affirmant, & Synodus Romana, quæ celebrata est sub Martino I. qui fuit etiam Martyr, damnauit nominatim, Sergium, Cyrum, Pyrrum, & Paulum: Honorij autem non meminit, & cum illi essent Sanctissimi Episcopi, & præcipuè Martinus Papa, veritatem certè non tacuissent.

Huic autem Argumento Cardinalis de Turrecremata respondet lib. 2. de Eccl. cap. 93. Patres sextæ Synodi Honorium damnasse, sed ex falsa informatione; & proinde errasse, quia Generale Concilium in quæstionibus facti errare potest; idè quod ex falsis rumoribus, & non intellectis litteris Honorij Patres deceptos fuisse, & quod epistolæ Honorij, Ioannes IV.

Martinus I. Agatho, & Nicolaus I. & Concilium Romanum sub Martino melius perceperunt, quam Græci, qui in sexta Synodo fuerunt.

Ad dubium: Cur Legati Papæ non reclamauerunt, cum Honorium damnari intellexerunt. Respondet, pro bono pacis non fecisse, ne reætæ fidei definitio impediretur, & vt schisma tolleretur, quod 60. annis perdurauerat, & quia experientia nouerant Græcos, dum eorum Patriarchas damnatos, & non Honorium audiebant, tumultum ex citare paratos esse: idè tacuisse. Et septimam Synodum deindè sequutam esse errorem facti sextæ Synodi. & subdit Adrianum cum Synodo Romana Honorium fuisse hæreticum non affirmare; sed ab Orientalibus tantum ei anathema proclamatum fuisse, & omnes qui Honorio anathema tunc vel sequenti tempore dixerunt, errorem facti, sextæ Synodi sequutos esse.

Sectarij autem maiori impetu in præfatas Conclusiones irruunt, asserentes non tantum Papam, sed & vniuersalem Ecclesiam errasse de facto, vt diximus lib. 1. disp. 5. sed prout huc spectat, Lutherus in lib. de Concilijs. Calvinus lib. 4. instit. cap. 7. §. 28. & Magdeburgenses Cent. 2. lib. 2. cum omnibus sequacibus Summum Pontificem nullum ius in fidei controuersijs decidendis habere affirmant; quorum obiectiones iam superius lib. 1. disp. 5. solutæ sunt: hic tantum illarum aliquas afferemus quibus aliquos Summos Pontifices errasse, ostendere conantur, at non omnes quas habent narrabimus cum inanes sint, & ineptæ. sed eas tantum, quæ aliqua ratione prolata apparent.

Prima Obiectio. Zepherinus Papa iuxta Tertull. lib. contra praxeam, doctrinam Montani approbauit. Vnde Rhenanus in annotationibus ad Tertullianum in margine ibi ponit. Episcopus Romanus Montanizat. hæresis autem Montani à prioribus Pontificibus damnata erat.

Respondeo casum Tertulliani, egregio ingenio viri, vt eius opera testantur, verè magnam tentationem in Ecclesia fuisse; sapiens itaque factus est insipiens, scilicet hæreticus Montanista; quo tempore, Zepherinum Papam suum errorem confirmasse falso affirmant; sed maiori mentis inopia Magdeburgenses sunt, dum ad impugnandam veritatem tali vtuntur testimonio. facile enim est, vt eruditè notat Cardin. Bellar. lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 8. Montanistas illorum doctrinam esse Catholicam, & falso accusari Zepherino persuasisse: sed illam Zepherinum approbasse, imaginarij est.

Secunda Obiectio. Felix secundus Arrianus fuit, nam Hieronymus in Catalogo Scriptorum in Acaëcio, sic ait. *In tantum autem sub Constantio Imperatore clarus, vt in Liberij locum, Roma Felicem Arrianum Episcopum constitueret.* Et Liberius Papa eodem tempore hæresi Arrianæ subscripsit, pro qua exul erat à Roma, ergo Sedes Petri hæresi infecta fuit, & per consequens iudicium fidei infallibile non habet.

Respondeo ex hoc facto veritatem doctrinæ Saluatoris Nostri manifestam fieri, qui Lucæ 22. Petro dixit. *Simon, Simon, ecce Satanas expetuit vos, vt tribaret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Etenim Satan non tantum omni tempore, quo hæresis Arrij vigit, sed tempore Felicis, & Liberij, maiori impetu Sedem Apostolicam tribauit, res autem ita se habuit; vt Rufinus lib. 10. histor. capit. 22. scribit cum Hieron. in Chron. ann. 351. & 362. Nam Liberius Papa ob Catholicam fidem ab Vrbe

Responsio Card.
de Turrecrem.

Liberius, & Felix
legitimi Pape fue-
runt, sed non eo-
dem tempore.

Vrbe pulsus fuerat, clerus autem iurauerat se alium Pontificem nunquam ipso viuentem electurum. at Arrianorum auxilio Felix Diaconus eo tempore creatus fuit Papa; quapropter cum Arrianis communicabat, non tamen hæresim Arrij profitebatur; tunc autem Felix verus Pontifex non erat, quia Liberius vivebat. at post biennium Liberius exilio impatiens subscripsit damnationem Athanasij confirmando; & quia Athanasius pro Catholica fide certabat, Liberius licet Arrij hæresim professus non esset, tamen interpretatiue ex hoc Arrianus fuisse videbatur. quamobrem clerus Romanus deposito Liberio ad Felicem se contulit, quem cum Catholicum cognosceret, pro legitimo Pontifice cum tunc habere cepit; & tunc verus Pontifex fuit, & eo tempore coacto Concilio, Constantium Imperatorem, & Valentem, & Ursacium Episcopos, cum quibus Liberius pacem habuerat, hæreticos esse iudicauit quibus peractis Liberius Rotnam reuersus est, & auxilio Arrianorum Felicem expulit, eum ærumnis varijs confectus, vel capite cæsus, obiit: & hoc modo vterque fuit verus Pontifex, & Felix, vt martyr, & Papa in Romano Pontificali scribitur. Liberius autem, quia à clero Romano Catholicus cognitus est, vt Pontifex receptus fuit. ex quibus sequitur Petri Sedem nunquam hæresim docuisse, imò mira Dei prouidentia ex tot Satanæ cribrationibus, per ea quæ diximus, illesam cõseruatam fuisse, cernimus.

Plures Põtifices Sectarij erroris accusant, sed inaniter, & falso; Lectori breuitatis gratia hoc satis sit, Pontifices quos adducunt, vel cum non fuerint legitimi Pontifices, velut homines priuatis, & non docentes tanquam ex Cathedra, sed minis, & terroribus ductos errasse, vel sunt meræ calumniæ, & imposturæ; vt pluries diximus. Cathedra autem in sua libera potestate posita nunquam errauit, solemniter docendo, nec oppositum ostendere aliquis vnquam poterit. Hoc tamen dulcant Sectarij, ea quæ in hac materia, obijciunt, non Pontificum errores, sed Satanæ cribrationes tantum exultere, iuxta illud Lucæ 22. *Simon, Simon, ecce Satanas expetuit vos, vt cribraret sicut triticum.*

Cathedra in sua libertate posita, nunquam errauit.

DISPUTATIO II.

*Cui Concilium iurè congregare contingat
Pape, an Imperatori.*

QVALIS, & quanta fuerit Sectariorum bilis aduersus Christi Iesu Vicarium, & Summum Pontificem, ex his quæ scripserunt, satis percipitur: iuxta Saluatoris Nostri regulam Matth. 7. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* dixerat enim Matth. 22. *Quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo: & tamen etiam, quæ Dei sunt contra Christi sententiam Sectarij Cæsari offerunt, & proprium ius ab illo auferunt, quod filius Dei ei concessit: Ioan. cap. vlt. *Pasce agnos meos, & oves meas.* & Matt. 16. *Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in Cælis, & quodcumque solueris super terram erit solutum & in Cælis.* & Lucæ 22. *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* peruertunt igitur Christi doctrinam, & more latronum illum proprio iure spoliare conantur.*

Sectarij latronum munus assumunt.

Itaque Lutherus lib. de Concil. pag. 58. & Caluinus lib. 4. instit. cap. 7. §. 8. cum illorum sequacibus, ad Imperatorem conuocare, seu indicare Concilia spectare affirmant. ex aduerso autem omnes Catholici, non ad Imperatorem, nec ad Principem aliquem temporalem, sed ad illum cui à Deo commissæ est cura ouium suarum, scilicet ad Summum Pontificem id spectare docent; hæc autem controuersia ad Concilia particularia non extenditur, cum de Concilijs Generalibus hoc Sectarij tantum affirmant. quamobrem pro controuersia decisione, quæ immediatè sequuntur adijcimus.

Vnica Conclusio. Ad Summum Pontificem tantum Generale Concilium indicere, & congregare spectat. Probatur. Ad illum spectat congregare Concilium, quod non nisi pro salute gregis Christi celebratur, cui totius gregis commissæ est cura; sed talis est Summus Pontifex, & non Imperator, nec quilibet temporalis Princeps: ergo ad illum, & non ad alium spectat congregare Concilium. Maior est per se nota: nam nemo debet manum ponere in alienam messem. Minor probatur. Ioan. vlt. *Pasce agnos, & oves meas.* hoc autem non Cæsari, imò nec ipsis Angelis commissum est, qui mysteria fidei, & quæ ab Ecclesia decernuntur, ab ipsa Ecclesia percipere debent; iuxta illud Apostoli ad Ephes. 3. *Vt innotescat Principatibus, & Potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.*

Ad Summum Pontificem spectat tantum Concilium generale congregare.

Secundo probatur. Finis potestatis secularis est pax ciuilis, & salus temporalis; vt pluries dictum est. Et è contrà finis potestatis spiritualis, & Ecclesiasticæ est salus æterna, & omne quod ad finem præfatum ordinem dicit: In Concilio autem non temporalia, sed tantum spiritualia negotia tractantur, quæ ad salutem æternam dirigunt, ergo nullo modo ad Principes temporales pertinet congregare Concilium.

Finis temporalis potestatis non est nisi pax ciuilis.

Tertio probatur. Imperator, & quilibet Princeps Christianus est ovis Christi; & Petrus tantum cum successoribus suis est Pastor, ergo nullum ius habet super Pastorem, & illius munus, sed in tali genere, illi subiacet, vt ovis Pastori suo.

Quarto probatur. Imperator à multis sæculis non dominatur nisi in aliquibus Regnis particularibus, & non in vniuerso orbe: Ergo non posset Episcopus ex toto orbe congregare, quia illi obsequi prohiberentur, cum illorum Dioceses alijs Principibus sint subditæ, ergo nunquam Concilium Generale celebrari posset. Præterea si aliquando Rempublicam Christianam Principibus fidelibus carere cõtingeret, tamen potestate congregandi Concilium non priuaretur. Ergo aliunde præfatum ius, pendet nempe à visibili Capite Ecclesiæ.

Omnis Princeps temporalis est Ovis Christi sub Pastore Ecclesiæ.

Quinto probatur. Ex antiquissimo Canone, qui à Beato Marcello Papa in Epistola ad Episcopos Prouincie Antiochie Apostolicus dicitur; quem Canonem Concilium Nicæ. 1. renouauit, vt Alexandrina Synodus in Epistola ad Felicem, & Iulius I. in Epistola ad Episcopos Orientales asserunt. Canon autem est. *Quod Præter Romani Pontificis sententiam Concilium celebrari nequit.* Quod de cæteris Patriarchis nunquam legitur.

Testimoniū primitiue Ecclesiæ.

Et 1. par. Concl. Ephes. in Epistola Theodosij, & Valentiniani Imperator. ad Synodum, quæ iam congregata erat habetur, quod mittebatur Comes Candidianus, vt ad esset Sanctæ Synodo, sed ea lege, & conditione, vt cum quæstionibus, & controuersijs, quæ circà fidei dogmata incidunt, nihil commu-

Testimonium solemnæ Cõc. Eph.

N

nc

ne haberet; eo quòd nefas esset, vt qui Sanctissimorum Episcoporum Catalogo adscriptus non est, Ecclesiasticis negotijs, & consultationibus se immisceat: sed tantum ad ea, quæ turbationem cauere possunt, tollenda. Ecce quod Imperator ab antiquo tempore nullam potestatem circa Synodi celebrationem, & tractatum se habere cognouit; ergo nec pro illo potestatiuè, & proprio iure adunando; vt ratio ipsa ostendit; nam qui ius diffinitiuum non habet in Concilio, nec ius, & iurisdictionem habet in coadunatione illius.

In vltimo secundæ Synodi Constantinopolitanz primæ, habetur Epistola, quam vniuersalis Synodus scripsit ad Occidentem, in qua Concilium conuocatum esse per litteras Damasi Papæ asseritur.

Act. 1. Concil. Chalced. Paschasinus Sedis Apostolicæ Legatus dixit: *Beatissimi atque Apostolici viri Papa Urbis Roma, quæ est Caput omnium Ecclesiarum præcepta habemus præ manibus, quibus censui interloquendum, vt præcipere dignatus est eius Apostolatus, vt Dioscorus Alexandrinus Episcopus non sedeat in Concilio, sed audiendus intromittatur: Hoc nos observare necesse est.* Iudices, & Senatus dixerunt: *Quod obicitur Dioscoro? Respondit Legatus: Quia cum personam iudicandi non haberet, presumpsit, & Synodum ausus est facere sine auctoritate Sedis Apostolicæ, quod nunquam licuit, nunquam factum est.*

In 1. par. eiusdem Concil. Chalced. habetur Epistola Marciani Imperatoris ad Leonem Papam, vbi expressè fatetur, ad Papam solum spectare Concilium congregare.

Et quia eadem Synodus, & Niceæ celebranda, indicta erat; Imperator ad Sanctam Synodum scripsit rogando, & non præcipiendo, vt Chalcedone se transferret.

Testimonia cæterorum Conciliorum omitto Amice Lector, quia vt lib. 1. disp. 1. dictum est, ad magis conuincendos Sectarios, illorum tantum vniuersalis Ecclesiæ Conciliorum doctrinam, quæ primis quingentis annis viguit, in medium afferam; vt Romanæ Ecclesiæ huius temporis doctrinam, eandem esse cum illa, quam olim Ecclesia Dei habuit ab initio manifestum fiat: & consequenter, quæ ipsi sentiunt noua esse signa, & adiuuentiones, omnibus aperiantur.

Sextò probatur. Veterum Doctorum auctoritate. Athanasius in Epistola ad solitariam vitam agentes, ait: *Quando vnquam iudicium Ecclesia ab Imperatore auctoritatem habuit?*

Damasenus Oratione secunda de Imaginibus, ait: *Christus non commisit Ecclesiam Regibus, & Imperatoribus, sed Episcopis, & Pastoribus.*

Ambrosius lib. 5. Epistolarum in Oratione de Basilicis tradendis, versus finem Tom. 5. *Solumus, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. tribus Cæsaris est, non negatur. Ecclesia Dei est, non debet vtiq; Cæsari addici, quia ius Cæsaris non potest esse Dei templum, quod cum honorificentia Imperatorum dictum nemo potest negare. Quid honorificentius quam vt Imperator Ecclesia filius esse dicatur: quod cum dicitur sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est. Bonus enim Imperator querit auxilium Ecclesiæ, non refusat.*

Et Epist. 32. ad Valentinum Augultum: ait. *In causa fides Episcopi solent de Imperatoribus Christianis iudicare, non Imperatores de Episcopis.*

Chrylost. Hom. 4. super Itaiam Tom. 1. inquit.

Quamquam admirandus videtur chronus Regius, tamè rerum terrenarum administrationem sortitus est, nec præter potestatem hanc præterea quidquam habet auctoritatis.

Patres hæc scripserunt non noua componentes quia Sanctorum Patrum noua excogitare consuetudo non fuit: nec cum diuersas Orbis Prouincias coluerint concordēs fuissent, cum diuersa sint hominum ingenia; ea itaque confirmabant, quæ tunc vniuersalis Christi Ecclesia credebatur; ergo antiqua Ecclesia Catholica ita credidit, ergo Ecclesia Romana, quæ idem credit, & docet, est Ecclesia Catholica, igitur oppositum defendentes sunt hæretici.

Nec occurrere iuuat sacram Scripturam antiquam esse, & Apostolicam, eosque illam Sectari: inanis est enim huiusmodi occurfus, quia non de veritate sacræ Scripturæ, sed de illius intelligentia differimus: quæ cum possit esse multiplex, vt experientia semper docuit, ob varias Sectas olim ortas, quarum vnaquæque sacræ Scripturæ sensum pro se traxit, & trahit: quæ sit illa, quam antiqua Ecclesia Dei habuit querimus. Nos itaque per vniiforme antiquorum Patrum testimonium, hanc fuisse, quam nunc credit, & docet Sancta Romana Ecclesia demonstramus: & sicillam esse Catholicam Ecclesiam, & consequenter cæteras aduersiones extrâ illam Sectas esse, ac Synagogas perditorum hominum aperimus: cum extrâ Ecclesiam non sit salus.

Nunc ad obiectiones Sectariorum. Prima Obiectio. Prima Generalia Concilia ab Imperatoribus indicta fuerunt, & non à Pontificibus, ergo signum, & euidens est, hoc munus proprium Imperatorum, & non Pontificum esse. Antec. probatur. De Concilio Nicæno, 1. scribit Ruffinus lib. 10. Histor. cap. 1. Constantinum illud conuocasse. Sardicense ab Imperatore Constantino indictum esse asserit Theodoretus lib. 2. cap. 4. De Constantinop. 1. scribit Theodoret. lib. 5. Histor. cap. 9. à Theodosio seniore fuisse indictum. De Ephes. 1. scribit Euagrius lib. 1. cap. 2. Histor. à Theodosio iuniore congregatum fuisse. Chalcedonense à Martiano Imperatore impetratum scribit S. Leo Epist. 43. Huius igitur obiectionis sequela immediata est, ergo ad oues spectat congregare Pastores, Ergo ad Nauim spectat regere Nautas.

Quapropter Respondeo quod tempore antiquo Romani Imperatores cum penè vniuerso Orbi dominarentur, & consequenter varias, ac dissimiles nationes possiderent, ne conuentus aliquis, vel congregatio alicubi fieret absquæ Imperatoris licentia prohibuerunt, ne, seditionibus, & rebellionibus daretur occasio l. 1. ff. de Collegijs illicitis. & l. Conuenticula. C. de Episcopis, & Presbyteris. hæc igitur ratione Pontifices medijs Imperatoribus Concilia indicebant, vt Imperatores tuti de seditionibus, propriam interponerent auctoritatem, & Cuiusmodi aliquam pro adunatione Concilij concederent, & etiam vt sumptibus Imperatoris, Episcopi ad locum Concilij ducerentur, & ibidem quæ ad vitam sunt necessaria ministrarentur: his igitur de causis, Concilia ab Imperatoribus promulgabantur, sed non potestate coactiua adunabantur, & hoc citati Doctores affirmant. Quod autem Summi Pontifices Concilia indicerent, & sine illorū licentia, & auctoritate nunquam celebrata fuerint, patet per ea quæ pro conclusionis confirmatione superius diximus.

Secunda Obiectio. Leo I. Epist. 24. ad Theodotium

Ratio magnæ efficacis apud fœderatos.

Quod munus antiquitus Imperatores in adunatione Conciliorum exercebant.

Testimonium Sanctorum Doctorū antiquorum.

sium Augustum supplicat Imperatori, ut iubeat intra Italiam Prouinciale Concilium conuocari, ergo multo magis ad Imperatorem spectabit Concilium Generale congregare.

Respondeo negando antecedens: nam Leo Papa Generale Concilium, quod Chalcedone celebratum fuit desiderabat, ut in Italia celebraretur, nec de Prouinciali Concilio talia scripsit; sed expressè de Concilio Generali locutus est. Præterea Leo simul cum sancta Synodò Prouinciali Romæ congregata, scripsit ad Theodosium super huiusmodi rem, quomodo ergo Concilium Prouinciale congregare desiderabat si iam congregatum erat? Adde quod non scripsit, ut Imperator Concilium indiceret, sed ut suam auctoritatem, & potestatem ad hoc, ut in Italia congregaretur, interponeret, & nihil aliud.

Tertia Obiectio. Primis trecentis annis antequam Imperatores Romanorum Christiani fierent, nunquã Concilia Generalia celebrata fuerunt: Ergo signum est ad Imperatores cõgregare illa spectare, quia cum effectus non datur, signum est quod causa propria non adfuerit.

O subtilis argumentatio! Sicut si aliquis diceret, in carcere constitutus, vel captiuus per Ciuitatem, vel ad vineam ire non permittitur, ergo signum est quod non habent pedes, vel quod non sunt homines, sed lapides; valeret ne huiusmodi Syllogismus? ita in casu, nam Imperatores Ethnici captiuam ducebant Ecclesiam, illamque gratis perlequebantur; mirum non est si eos simul congregari interdicebant; & eo magis quia tunc Ecclesiã non expediebat; quia tales cõgregationes si Imperatoribus Ethnicis denunciata fuissent, facile omnes capitis damnaissent; seditionem aliquam, vel coniurationem timentes: non sequitur autem, ergo Papa potestatem absque Imperatoris Concilium celebrandi non habebat. Imò retorqueo hoc argumentum contra ipsos; etiam si Imperatores Christianam fidem non suscepissent: tempore hæresum non est diceptum ad eas extirpandas Concilium celebrare non licuisse: ergo Imperator ad congregandum legitimum Concilium non requiritur. Autē patet, quia aliter affirmando Regimen Ecclesiæ a Christo institutum vitiosum esset, ac insufficient.

Quarta Obiectio. Hieron. lib. 2. Apologia contra Rufinum de quodam Concilio loquens ait. *Dic quis Imperator hanc Synodam iussit conuocari?* Ergo Hieronymus tenet Concilium, ad hoc ut sit legitimum, ab Imperatore indici debere.

Respondeo Hieronymum non loqui de iure conuocandi Concilia, sed de factò tantum; quia eo tempore Summi Pontifices medijs Imperatoribus Concilia indicebant; nunquam enim inuenietur Imperatores contradicentibus Pontificibus, vel illis non consentientibus, Concilia legitima congregasse: idēque dixit à quo Imperatore, id est, quo medio Imperatore; talis Synodus est conuocata? nam Concilia absoluta potestate Imperatorum nunquam congregatum fuit, sed illorum tantum adhortatione, ministerio, petitione, obsequio, defensione, & adiutorio. Unde dicitur in illis præfata potestas instrumentalis; & non principalis: qualis est in Summis Pontificibus, ad quos Imperatores pro aduocatione Concilij studebant non præcipientes, sed obsequentes, sed consentientes; vel necessitatem Concilium celebrandi proponentes: & non aliter.

DISPUTATIO III.

Quæ Persona ad constituendum Concilium requiratur.

CVM præcipuus hæresiarum finis, Apostolicam Sedem, & Romanam Ecclesiam humiliate, & calumniari, extiterit; consequens est, ut ea omnia, quæ illi ex munere proprio contingunt, non tantum omnibus de plebe, sed si possibile esset, nec repugnaret, etiam pecoribus communia esse, necessario affirmare debeant. O perueritatem Hæresiarum! O Sectariorum cæcitatem! nec ex Scripturis sacris cognoscere volunt fidelium aliquos esse, oues pascendas, quibus Apostolus ad Hebr. 13. inquit: *Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruersant quasi rationem pro animabus vestris reddaturi:* & aliquos Pastores, & Doctores, qui omnes dirigere, & docere debent, quibus dicitur 1. Petri 2. *Pascite qui in vobis est gregem Dei providentes, non coactè, sed spontaneè secundum Deum.* & Actor. 20. *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* & 1. Cor. 11. *Pasce oves meas:* Sed omnes Laicos, qui sacram Scripturam nouerunt, in Concilio habere ius decisionum, affirmare non dubitant. ita Lutherus in lib. de Concilij par. 2. pag. 264. Protestantes in lib. quem dederunt cur ad Concil. Trident. non accesserunt; (quia scilicet Summus Pontifex illud indixerat, & non Imperator, & secundò quia suffragium decisionum tantum Cardinales, Episcopi, Abbates, & Generales Ordinum habuerunt. cum debuissent omnes Laici docti idem ius habere) & Magdeburgenses Centur. 1. lib. 2. cap. 9. col. 548. Brentius autem in Confessione Wittenbergensi cap. de Concilij, Concilium Ecclesiæ tantum ex electis, & pijs constare debere affirmat: & cum illo omnes Sectarij hoc idem asserunt, qui Ecclesiam, quæ veram fidem docere potest, tantum ex electis constare delirant: ut sunt Calvinus, & illi quos lib. 1. disp. 1. recensimus: Catholica autem sententia est eos tantum ius præfatum habere, quibus cura oues pascendi commissa est; quales sunt Cardinales, qui primi, ac Supremi Pastoris coadiutores sunt, in partem illius sollicitudinis assumpti: & omnes Episcopi, qui sunt ordinarij Pastores; & ex privilegio omnes Abbates, & Generales Ordinum, quorum oues habent, & spirituales subditos. Principes autem non ad disceptandum de fide necessarios esse, sed tantum ad Concilium tuendum, & ut consilij Canonum; proteruos ac inobedientes deinde temporali gladio puniant.

Prima Conclusio. Concilium non potest esse tantum Electorum Congregatio. Probatum electi in hac præfata vita ignorantur, nec quisque poterit illos scire, & cognoscere; iuxta illud Eccles. 9. *Nemo scit dies obitui sui, vel an dies dignus sit, sed omnia in futurum seruantur tibi.* Ergo nunquam posset congregari Concilium. Confirmatur hæc ratio. Concilium debet intimari, & personis particularibus denunciari; at electos nemo cognoscit, ut etiam Sectarij dicunt: Ergo nullus Concilium denunciare valeret; & reuera Sectarij in hac re, vel ludere, & iocare volunt, vel delirant.

Cur primis 300. annis generalia Concilia celebrata non fuerint.

Opiniones & inepitæ Sectariorum.

Veritas Catholica

Concilium nō est tantum prædestinatorum Congregatio.

Principes temporales nullum ius habent in Concilio.

Secunda Conclusio. Principes temporales nullum ius habent decidendi in Concilio. Probatur: temporale regnum respicit tantum, quae saecularia sunt, & ad vite presentis felicitatem atque tranquillitatem sunt necessaria. Ergo ad illos non spectat, quae sunt spiritualia, & alterius ordinis, iuxta illud. Nemo ponat manum in messem alienam.

Secundo probatur. Omnis iurisdictio Principum temporalium est de iure gentium: potestas autem spiritualis est de iure Diuino; ergo nullatenus in Principum potestate, spiritualis potestas includitur, & continetur.

Tertio probatur. Illi tenentur, & possunt ius aliquod in rebus fidei habere, qui fidelium in spiritualibus curam tenent, eosque pascere debent, & illorum Deo rationem reddere. Sed hoc munus non Principibus temporalibus, sed alijs personis, scilicet Episcopis commissum fuit; ergo Episcopi tantum hoc munus habent, & non temporales Principes. Minor probatur Ioan. vlt. *Pasce agnos, & oves meos.* Act. 20. *Attendite vobis, & universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* & ad Hebr. 13. *Obedite Praepositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim peruiolant quasi rationem de animabus vestris reddaturi:* at haec temporalibus Principibus non sunt dicta.

Quarto probatur. Apostolis dictum est Matt. 18. *Quaecumque ligaueritis super terram erunt ligata, & in Calis, & quaecumque solueritis super terram erunt soluta & in Calis,* at Principes temporales non succedunt Apostolis, sicut Episcopi; ergo Principes temporales huiusmodi facultate non gaudent.

Quinto probatur antiquo testimonio Theodosij iunioris in Epistola ad Ephesinam Synodum, in qua scribit se Comitum Candidianum, vt ad sit sanctae Synodo mittere, sed ea lege, & conditione, vt cum quaestionibus, & controuersijs, quae circa fidei dogmata incidunt, nihil commune habeat: & subdit nefas esse, vt qui Sanctorum Episcoporum Cathalogus ascriptus non est, Et clesiasticis negotijs, & consultationibus sese immisceat; sed eum tantum ad ea, quae turbationem causare possunt tollenda delegasse.

Act. 2. Concil. Chalced. Senatus sanctae Synodo dixit, vt absque vilo timore vllaque inimicitia, recte fidem exponeret: quia ad illos cura animarum suarum, & omnium spectabat, & quod doceri ab illis sanctam veritatem fidei cupiebat.

Act. 6. Cum Marcianus Imperator ad Synodum accessit, dixit exemplo Constantini Magni Synoda ad fidem tuendam, & non ad aliquam potentiam exercendam presentem esse, subdiditque. *Quaedam capitula sunt, quae ad honorem vestrae reuerentiae vobis seruauimus, decorum esse iudicantes a vobis haec regulariter potius formari per Synodum, quam nostra lege sanciri.* Ecce quod Imperator suam potestatem a iure Episcoporum in Concilio longè distare, manifestat.

Et 3. par. eiusdem Synodi habetur Epistola Leonis Papae ad Marcianum Imperatorem, in qua sic legitur. *Habeat, sicut optamus, Constantianopolitana Civitas gloriam suam, ac protegente dextera Dei, diuturno clementia vestra fruatur. Imperatoralia tamen est ratio rerum saecularium, alia Diuinarum: nec prae illa petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit vlla constructio.*

Testimonium aliquorum Patrum

Sexto probatur testimonio Sanctorum Doctorum, quos in praecedenti disputatione citauimus.

Tertia Conclusio. Plebs Christiana nullum ius

habet in Concilio. Probatur. Ad oves non spectat docere, & pascere, sed doceri, & pasci. at Plebs est grex, & ovis, ergo ad illos docere, & pascere non pertinet: quod munus in Concilio Pastores exercent. Maior probatur ex Apostolo ad Hebr. 13. *Obedite praepositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim peruiolant, quasi rationem de animabus vestris reddaturi.* & Malachiz cap. 2. *Labia Sacerdotum custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Plebs autem non possidet Sacerdotium, nam non omnis Christianus est Pastor, & Sacerdos, quia si quilibet esset Pastor, vbi oves? si quisque esset Sacerdos, vbi illi pro quibus Sacerdos offerre debet? Vnde Dominus per Isaiam cap. 66. postquam missionem Apostolorum, & conuersionem Gentium praedixit; illis verbis. *Et ponam in eis signum, & mutam ex eis, qui saluati fuerint ad Gentes in Mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam; In Italiam, Graciam, ad Insulas longe ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam: & annuntiabunt gloriam meam Gentibus.* subdit. *Et assumam ex eis in Sacerdotes, & Levitas: dicit Dominus.* Constat ergo quosdam tantum ex fidelibus ad munus Sacerdotale assumendos esse. Ergo ad Plebem doceri, & pasci spectat, & non interesse Concilio, ad iudicandum, & docendum, cum omnes non sint Sacerdotes, & Pastores.

Plebs Christiana nullum ius habet in Concilio.

Secundo probatur. Ad illos spectat Concilium celebrare, quibus Ecclesiam regere contingit. at hoc Plebi interdicitur, ergo Plebi Concilio se immanere vetitum est. Maior patet, quia Concilium potestatem regendi, docendi, & pascendi populum Christianum habet, Minor probatur. Act. 20. *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* & ad Ephes. 4. *Et ipse deus quosdam quidem Apostolos, alios autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in aedificationem Corporis Christi, &c.* Ergo cum hoc munus sit proprium Pastorum, proculdubio ouibus est interdictum, alias idem respectu eiusdem esset omnis, & Pastor, quod implicat.

Tertio probatur ex Conc. Chalced. Act. 1. Cum enim multi Laici, & Monachi pro Dioscuro in Concilium ingressi essent, sancta Synodus dixit. *Mitte seras super suas, Concilium Episcoporum est, & a prima Concilia ab Ecclesia celebrata, usque ad vltimum, nunquam Plebs ius definitiuum obtinuit, sed tantum Episcopi illud habuerunt.* Euidens igitur est quod ab Apostolis sic Ecclesia edocta fuit. iuxta illud August. Epist. 118. Tom. 2. *Illam autem qua non scripta, sed tradita custodimus, qua quidem toto terrarum Orbe obsequantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri, sicut quod Domini Passio, & Resurrectio, & Ascensio in Caelum, vniuersaria solemnitate celebrantur, & si quae aliud tale occurrerit, quod seruetur ab vniuersa, quacumque se diffundat Ecclesia: & deinde habet. Insolentissima insania est, displicere, an faciendum sit, quod tota per Orbem frequens Ecclesia. Et lib. 4. de Baptis. Tom. 7. inquit. *Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilij institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum reuocari creditur.**

Testimonium solenne Conc. Ch.

Hoc idem est doctrina Apostolorum.

Quarta Conclusio. Ad Concilium conuocandi sunt omnes, qui ouium Christi sunt Pastores quales sunt Episcopi, probatur. Ad illos spectat fidem in Plebem celebrandam.

Pastores ouium Christi conuocandi sunt ad Concilium celebrandum.

tegram custodire, & salutem fidelium per morum reformationem iure curare (quod in Concilio solēniter exequitur) qui sunt ouium seu plebis Pastores; sed tales sunt Episcopi, ergo ad illos spectat Concilio interesse, res est clara.

Secundò probatur. Pro salute Reipublicæ temporalis illi præcipuam curam gerere debent ex munere, qui sunt Primates, & ministri illius. Ergo à pari in Republica spirituali, qualis est Ecclesia, illi ex munere difficultates definire, & seditiones extinguere debent, qui sunt Præsules, & Principes in illa: sed tales tantum sunt Episcopi, & Ecclesiæ Prælati, ergo ad illos spectat tantum interesse Concilio. Minor probatur ex 1. ad Tim. cap. 3. *Si quis autem domus sue præfuisse uoluerit, quomodo Ecclesia Dei diligentiam habebit.* Ex loquitur de Episcopis, qui diligenter Ecclesiæ studere debent. & cap. 4. ait Apostolus: *Præcipe hæc, & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat.* & cap. 5. inquit. *Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint.* & infra. *Qui bene præsumt Presbyteri duples honore digni habeantur: maxime qui laborant in uerbo, & doctrina. Aduersus Presbyterum accusationem uolere recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant.* & cap. 6. *Diuisibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, &c.* Manifestum enim est, Timotheum Episcopum fuisse, & ut talem hanc potestatem habuisse. & ad Titum 1. *Huius rei gratia reliquiste Creta, ut ea qua deserta corrigas, & constituas per Ciuitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi.* & infra: *Oportet enim Episcopum sine crimine esse, &c. Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.* & infra: *Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide.* & cap. 2. *Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.* Constat igitur omnia munera prædicta, quæ in Concilio solēniter exequuntur, Episcopalia esse: ergo tantum ad Episcopos, & Ecclesiæ Præsules ex munere interesse Concilio spectat. Vnde Hilarius in Commentarijs super Matth. cap. 26. in fine, inquit. *Quis uerus est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? Quamquam in commune nos ad indefessam uigilantiam curam adhortetur: specialem tamen populi Principibus, id est Episcopis, in expectatione aduentusque suo sollicitudinem mandat. Hunc enim seruum fidelem atque prudentem præpositum familia significat, commoda atque utilitates commissi sibi populi curandam, &c.*

Tertiò probatur ex continua praxi, & consuetudine Ecclesiæ Catholicæ, quæ optima est Diuini mandati interpret. etenim à primo Concilio, usque ad uicimum, ut superius diximus, tantum Episcopi cum Legatis Apostolicæ Sedis Concilia celebrauerunt; & nullus præter Episcopos ius definitiuum ibi unquam obtinuit, ut quisque in omnibus Concilijs spectare poterit: ergo euidens est, & nimis manifestum, ad illos tantum hoc pertinere. nec possibile est Ecclesiæ Catholicam ab initio errasse, quæ nunquam errare potest. nam affirmare Ecclesiæ aliquando errasse insania est: ut uo loco probauimus. Sed illam etiam ab initio, & cum prima Concilia celebravit in errorem incidisse opinari, impudentia est, & apostolica blasphemia.

Ad Sectariorum obiectiones. Prima Obiectio. Concilium generale repræsentat uniuersam Ecclesiā, ergo ibi homines ex omni genere adesse debent; scilicet Principes, Episcopi, Presbyteri, Clerici, & Lai-

ci. aliter non erit generale.

Respondedo hoc argumentum ad hoc, ut bene concludat, sic ordinari debere, Concilium Generale repræsentat uniuersam Ecclesiā, ergo Pastores omnium Ecclesiarum, uel ex omnibus Nationibus conuocari debent, quia Episcopi debent plebem instruere, ideoque debent in Concilio conuenire, ad hoc ut quid sit docendum cognoscant. Præterea debent esse omnes, distinguo, ad idem munus exequendum, & nego; ad diuersa munera, iuxta cuiusque statum, & concedo. Verbi gratia, Principes uel Concilium defendant: Homines docti, licet non Episcopi, ad disputandum, & examinandum. Multi Laici ad inseruiendum, uel ad audiendum: uel ad munus Notarij exercendum. uel alio modo. Sed Pastores tanquam ex munere, & iure proprio; cum illis ouium cura commissa fuerit. Maiorem huius obiectionis enerationem habebis, optimè Lector, in solutione tertiz obiectionis, quæ secundum ordinem sequitur.

Secunda Obiectio. In Concilio Apostolorum, non tantum Apostoli, sed etiam Presbyteri, & Laici adfuerunt: ergo in omni Concilio non est aliter exequendum, sed forma Apostolorum est tenenda. Antecedens probatur Act. 15. *Conueneruntque Apostoli & Seniores uidere de uerbo hoc.* & infra: *Tunc placuit Apostolis, & Senioribus, cum omni Ecclesia, eligere uiros ex eis, &c.* Ergo tunc etiam Laici conueniebant in Concilio.

Respondedo hanc Scripturam optimè, quæ diximus probare, nec aliquid pro illis concludere: nam textus sic habet. *Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum, qui crediderunt, dicentes: Quia oportet circumcidere eos: præcipere quoque seruare legem Moysi.* *Conueneruntque Apostoli, & Seniores uidere de uerbo hoc.* *Cum autem magna conquisitio fieret. Surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, uos scitis quoniam ab antiquis diebus, Deus in nobis elegit per eos meum audiregens uerbum Euangelij, & credere, &c.* Ecce quod ad disceptandum, & super hanc controuersiam iudicandum tantum Apostoli, & Seniores conueniunt, scilicet ex munere, & iure proprio. Postquam autem Petrus sententiam protulit, sequitur textus: *Tacuit autem omnis multitudo, & audiebat Barnabam, & Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa, & prodigia in Gentibus per eos.* Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus dicens. *Viri fratres audite me, Simon narrauit, &c.* At prædictam multitudinem tantum Presbyterorum, & Episcoporum, & non Laicorum extitisse intelligi debet, quia in principio eisdem cap. 15. legitur cum Paulo, & Barnaba multos descendisse in Hierusalem ad Apostolos, & Presbyteros: super additis autem Apostolis, & alijs Presbyteris, qui erant in Hierusalem præculdubio constituebant multitudinem: textus enim sic habet. *Et quidam descendentes de Iudæa docebant fratres, quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi non potestis saluari. facta ergo seditione non minima. Paulo, & Barnaba aduersus illos, statuerunt ut ascenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apostolos, & Presbyteros in Hierusalem super hac questione.* itaque hucusque non constat Laicos ius aliquod habuisse in Concilio; quia qui cum Paulo, & Barnaba uenerant, facile erant Presbyteri, quia tunc Apostoli doctiores et fide libus conuersis constituebant Presbyteros, uel Episcopos. & eo magis, quia cum Presbyteris talis disputatio, cum ceteros docere deberent magis conueiebat, ut Paulus, Timotheum, & Titum monet. Sed

Concilium docet
ideoq; ij ad quos
docere spectat, cō
uenire debent.

Quæ solēniter
sunt in Concilijs
Apostolis Episco-
pis committit.

Consuetudo est
legum interpreta.

Sed dicent Sectarij: post conclusionem Concilij dicitur in textu. *Tunc placuit Apostolis, & Senioribus cum omni Ecclesia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba, Judam qui cognominabatur Barsabas, & Silam, viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum. Apostoli, & Seniores fratres his qui sunt Antiochia, & Syria, & Cilicia fratribus ex gentibus, salutem.* Respondeo illud, placuit, tantum beneplacitum, laudem sententiæ prolata, & non ius definiendi insinuare. verissimè hic non legitur Laicos talem controuersiam iudicasse. & probatur quod Laici non iudicauerint, sed tantum per ly, placuit; beneplacitum, & laudem insinuari. quia Concilium deinde Synodicam dedit Epistolam, cuius titulus est: *Apostoli, & Seniores fratres, his qui sunt Antiochia, &c.* En quod non dicit Apostoli, Seniores fratres, & omnis Ecclesia; ergo ubi proprium, & legitimum ius requirebatur nulla fit mentio Laicorum, & omnis fidelium plebis. itaque præsens Scriptura veritatem Catholicam optimè confirmat, & per consequens Sectariorum opinionem damnat.

Si autem per Presbyteros, simplices Sacerdotes, & non Episcopos intelligere voluerint: dico quod sicut in præfenti, Episcopi hanc potestatem in Concilio illis delegare valent, vt factum fuisse in Concilij Generalibus sæpè legimus: nam in Chalcedonensi Concilio interfuerunt simplices Presbyteri, tenentes locum Episcoporum: ver. grat. Eusebius, & Constantinus Presbyteri tenentes locum Anastasij Episcopi Niceæ; & Eusebius Presbyter tenens locum Maccarij Episcopi Laodiceæ, Syriæ; & Porfirius Archidiaconus agens vices Vranij Episcopi Emisæ Phenicis Libani; & Octavius Presbyter tenens locum Ioannis Episcopi Arceæ; & alibi pluries. ita tunc Apostoli, & vicinarum Ciuitatum Episcopi, tempore primitiue Ecclesiæ poterant idem ius simplicibus Sacerdotibus delegasse. possunt igitur illi interesse Concilio; non iure ordinario, sed ab habente ordinariam iurisdictionem delegato. igitur ex nullo capite Sectarij ius definiendi in Concilio etiam ad Laicos, vel iure ordinario ad simplices Presbyteros spectare, colligere possunt.

Tertia Obiectio. Causa fidei est communis etiam Laicis, ergo etiam Laici vocandi sunt ad suam causam pertractandam. Hoc argumentum sic concludit. In Comitij Regni salus communis pertractatur, ergo etiam pastores pecorum, sutores, mulieres, & pueri vocandi sunt, quia illorum causa, & salus discutitur. valet ne hoc argumentum? nihil. quia sufficiunt Barones, & omnes ministri Regni, qui totum Regnum representant, & diligenter super ea, quæ ad salutem Regni pertinent omni tempore vacant; sicut è contra cæteri de plebe, alia munera exercent. sic in casu, illi vocandi sunt quibus cura animarum contingit; & qui in rebus fidei pertractandis sunt instructi, ad quod Sutores, & Pictores in Concilio sibi de pane conquando tractaretur, vel de suendis crepitis, certe illos congregare necesse esset; sed quia de salute animarum, per integritatem fidei, & morum causa discutitur; illi vocandi sunt, quibus illarum cura commissa est. & hæc est ratio, cur Deus in Scripturis sanctis, & præcipue Ezech. 34. de malis Pastoribus populi sui acriter conuocatur dicens. *Vobis Pastoribus Israel, qui pascebatis semetipsos, non agros. & Pastoribus pascebatis? hæc comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consoli dastis, & quod agrotum non sanastis, quod con-*

fractum est non alligastis, & quod abiectum est, non re-duxistis: & quod perierat non quasistis: sed enim austeritate imperabatis eis, & cum potentia, & dispersa sunt Oves mea, eo quod non esset Pastor, & facta sunt in deuoracionem omnium bestiarum agris; & dispersa sunt, &c. Si ad Pastores ex munere proprio cura animarum, & veram doctrinam cognoscere, illamque populis exhibere, & falsam abijcere non pertineret; illos Deus super hoc accusare, & punire non posset, quia dicerent; etiam ipsi idem ius, quod nos habemus possident sunt eiusdem iurisdictionis ac nos, non requiras igitur à nobis illorum animas. sed aliter res se habet: quia illi rationem Deo de ouibus sibi commissis reddere debent: euident igitur est, Pastores ex munere proprio in Concilio, ad vera, & vtiliora pascua inuestiganda, & non oues congregari debere. Res est manifesta.

Quarta Obiectio. Ex Gratiano 36. quæst. 2. Canon vlt. Hieronymi auctoritas sacra Scriptura auctoritate munita toti Concilio præiudicasse legitur: ex quo deducitur ad Concilium quoscumque doctores etiam si Laici fuerint conuocandos esse. & confirmatur. quia ideo Episcopi vocantur, quia cæteris doctiores existimantur, ergo si Laici Episcopis doctiores, vel æquè docti inueniantur; ad Concilium conuocari debent.

Respondeo Gratianum non de Concilio Generali, sed de Concilio particulari fuisse loquutum, de quo nullus Catholicus affirmat errare non posse, & aliquem Laicum aliquando illo Episcopo, qui ibi præest doctiorem non esse. Vnde ad sequelam illam, ergo quicumque docti vocandi sunt ad Concilium, etiam Laici. distinguo, ad disputandum, & ad iudicandum, vt ante definitionem fieri solet, & concedimus ad definitendum; & decidendum, & nego; quia hoc est proprium munus eorum, qui sunt Principes in Ecclesia, habentes Ecclesiasticam iurisdictionem. Præterea Hieronymus non erat Laicus, sed Presbyter Antiochenæ Ecclesiæ. Ad confirmationem, nego assumptum, scilicet ideo Episcopos vocari, quia docti sunt; sed quia Pastores, & Principes in spiritualibus sunt; quod autem debeant esse docti, concedimus; doctrina enim est necessaria conditio, quia non debemus omnibus in rebus humanam diligentiam excludere: sed dato quod in Ecclesia, & in Concilio non essent aliquando homines doctrina præstantiores (quod nunquam accidit, loquendo præcipue de generalibus Concilijs) Deus tunc specialem concursu Ecclesiæ suæ assistere teneretur ne errare posset; quia sic illi proniuit, vt pluries demonstratum est.

Quinta Obiectio. Ambrosius in Epist. 32. aduersus de Auxentio Arriano inquit ad populum. *Sed Ausentius certus habet ignaros vos esse fidei, vestrum est fidei examen.* ergo etiam ad Laicos examen fidei spectat. Respondeo quod tempore Arrianorum, aliquando Episcopi in Ecclesia cum hæreticis disputabant, vt populus veritatem Catholicam veram esse ac firmam, Arrianorum autem infirmam, & falsam melius perciperet. Auxentius autem Arrianus, talem congressum cum Ambrosio coram populo in Ecclesia habere solebat: ideo inquit ille vestrum refugit examen, non quod populus decidendo, quæ esset melior doctrina iudicaret, sed quia vnusquisque à se ipso scire discerebat, & Catholicam fidem verissimam esse, Arrianorum autem falsissimam discernerebat. & hoc Ambrosius ipse sic in eadè Epistola exponit; vt quid igitur Sectarij ad suas ineptias probandas talia assumunt?

In Concilio Apostolorum Laici nullum ius habuerunt, nec exercebant.

Hic fit sermo de Concilio particulari, non de Concilio generali.

Quia Deus conuocatur de malis Pastoribus sequitur, quod Pastoribus sit gregis Christi, docere, & curare.

munt? Sed idem illis contingit, quod his qui in voraginem, vel aliquod rapidum flumen corruerunt; vt aquas supernatent, ne summergantur, & pereant; spinas acutissimas, vel etiam serpentem arriperent, si illis occurreret: sic aduersarij cum quibus disputamus cum in desperationem Lutheranam, vel Caluiniā se præcipites dederint, ad superliniendam, & excusandam propriam cæcitatem, omnia quæ possunt assumere ad Catholicos impugnandos, & si ineptissime, illicò assumunt. Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. & Vobis Sectarijs optimè conuenit quod sapiens immediatè infert: nempè: *ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moluntur fraudes contra animas suas.* Prouerb. cap. 1. Det vobis Dominus misericordiam.

DISPUTATIO IV.

Quot Episcopi ad Generale Concilium celebrandum requirantur: & an sententia, & decisiones illorum, fideles ad illas firmiter tenendas, ac seruandas obligent.

CVM Episcopi sint Optimates, & Principes in Ecclesia Catholica, & in præsentem quærat, quot illorum Concilio interesse debeant, proculdubio omnes simul conuenire debere, ad hoc vt Synodus iure Generalis dici possit, plerique existimabunt. non enim videtur alia adesse differentia inter Concilium nationale, & Generale, nisi quia in nationali, tantum Episcopi vnus nationis, conueniunt; & in Generali, omnium nationum Episcopi, vbi Catholica fides viget, vt adsint oportet, res tamen aliter se habet; cum neque præsentia Summi Pontificis præcisè considerata illud generale constituat: cum multæ Synodi Romæ coram Pontifice celebratæ fuerint, quæ tamen non Generales, sed nationales, vel Prouinciales extiterunt, vt pluries diximus, aliundè igitur ratio constitutiva, & distinctiua Concilij Generalis petenda est, cum nequè à numero Episcoporum, nequè à præsentia Papæ eliciatur.

Si quis autem dixerit in sexta Synodo Act. 6. definitum fuisse Concilio Generali quatuor Patriarchas, vel per se, vel per Legatos adesse debere scilicet: Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum. Dico neque hanc esse potissimam rationem, quia id decere statutum est; non autem esse simpliciter necessarium. Nam posset aliquis illorum renuere, & ad Concilium non accedere, vel tyrannicè impediri à Principibus laicis, & tamen his non obstantibus, Synodus posset ex alio capite esse Generalis. Præterea tertia Synodus Generalis, scilicet Ephesina, Nestorium Patriarcham Constantinopolitanum damnauit. & quarta Synodus Generalis, nempè Chalcedonensis, sine Patriarcha Alexandrino omnia stabiluit: attamen ambo Generalia fuerunt. In re autem huiusmodi multatvltata dicunt; mea autem sententia est, rationem constitutiuam Concilij Generalis assensum esse Episcoporum omnium Prouinciarum, vbi fides Catholica viget; ipsi Concilio, vel per illorum præsentiam, vel per litteras manifestum; vt pluries factum esse cernimus; nam cum Concilia Generalia celebrata

fuerunt, tunc vel aliqui fuerunt ex Occidente præsertes, licet cum consensu totius Occidentis, qui Summo Pontifici præstitus fuerat: vel nullus: sed solus communis assensus per Summi Pontificis diploma traditus, vt factum est in secunda Synodo, in qua Papæ Legati non fuerunt, sed tantum per litteras Papæ cum omnibus Occidentis Episcopis consensum præbuit; vt ipsa Synodus in Epistola, quam Damasus Papæ, & Occidentalibus Episcopis vltimò dedit, testatur, hac enim ratione ipse Damasus Romæ ad idem concludendum multos congregauerat Episcopos. Itaque Cõcilium, vel sit magnæ, vel moderatæ multitudinis, tunc Generale dicitur, cum post Summi Pontificis assensum, citationem, deputationem, & iussionem, omnium Episcoporum ex Catholicis Prouincijs, seu nationibus consensum, ac firmam voluntatem, seu concursum habuerit. Qua stante doctrina, omnis difficultas euanescit, si scilicet quis examinare voluerit omnia Concilia, & dubitare de aliquibus, an sint Generalia; quòd Episcopi ex omnibus Catholicis nationibus non adfuerint: nam licet personaliter ex omnibus nationibus aliqui præsertes non fuerint, attamen per Legatos Apostolicæ Sedis, omnium consensus apparebat: vt omnium Synodorum serie quisque videre poterit. Hoc insuper indubitatum esse debet, quòd in Concilio Generali, Episcoporum multitudo requiritur. & quo maior ipsa fuerit, magis solemne, & celebre Concilium existet.

Hinc est, quòd licet in Concilio Nicæn. 1. generali, ex Occidente tantum duo Presbyteri de Italia: vnus Episcopus ex Gallia, vnus de Hispania, & vnus ex Africa conuenerint. In Concilio Constantinop. 1. secundo Generali, nullus ex Occidente fuerit: in Concilio Ephes. 1. Generali, in ordine tertio, tres tantum Legati Apostolicæ Sedis ex Italia, & etiam Epistola Capreoli Episcopi Carthaginensis (in qua scribebat S. Augustinum ex hac vita migrasse, idèoque iuxta Imperatoris mentem ad Synodum non accessisse, subdens, se non dubitare quin Nestorius anathemate percutiendus esset, cum Sedes Apostolica, & Sacerdotum vnitas illius opiniones opprimeret) & in Concilio 4. Generali scilicet Chalcedonensi, ex Occidente tantum Legati Leonis Papæ interfuerint: tamen quia secum consensum omnium Episcoporum Occidentalium Ecclesiarum habebant, iure Generalia dicebantur; & de facto dicuntur. & sic deinceps in sequentibus Synodis factum fuisse constat.

Quantum ad 2. par. huius disputationis, an scilicet decisiones, & iudicia Episcoporum necessariò a fidelibus seruari debeant, vel tantum valeant illorum decisiones, sicut cæterorum Doctorum iudicia, & sententia, idè quòd potius consultationes dici debeant, quam præcepta: lis est inter Catholicos, & Sectarios: nam Lutherus in assert. artic. 29. & apud Cochleum in 500. articulis art. 115. cum omnibus Lutheranis, & Caluinus lib. 4. instit. cap. 9. §. 8. cum omnibus Caluinitis Concilium tantum suffragium Consultiuum habere opinantur; adeò quòd vnicuique Acta Conciliorum examinare liceat, & ea iuxta placitum, recipere vel abijcere; & sacram Scripturam suffragium decisionum tantum habere dicunt, pro veritatis autem Catholice dilucidatione ponitur hæc.

Conclusio: Concilium Generale habet iudicium, & suffragium decisionum in controuersijs fidei, itaut illius decreta, & leges à fidelibus necessariò seruari debeant. Probatur: Omnis Respubl. quæ non habet Prætorium in quo controuersiæ ita definiantur, vt quisque:

Concilium generale requirit multitudinem.

Vnde ratio constitutiva Concilij generalis sumenda sit.

An statuta Conciliorum necessariò seruanda sint.

Sectarij negant.

Sententia Auditoris.

Decisiones Conciliorum sunt præcepta.

quisque obedire teneatur, est imperfecta, tendens ad destructionem per discordias, & dissidia; ut naturæ lumen ostendit: sed Christi Ecclesia est Respublica ordinatissima, de qua legitur Cant. 6. *Terribilis ut Castrorum acies ordinata.* quæ stabit usque ad consummationem sæculi, Matth. cap. ult. Ergo ex institutione Christi non caret prætorio, ubi controuersiz omnes, quæ oriuntur circa Diuinam Legem, ita definiuntur, ut quisque acquiescere, & obedire teneatur. Maior est nota ex terminis. Minor similiter, Conclusio igitur est necessariò vera. sensatis patet.

Et confirmatur per id, quod Deus in Synagoga instituit. manifestum enim est in veteri lege iudicialia expressa, & celebrata, & omnia singulariter tradita fuisse; at tamen Deus in illa Repub. necessarium esse spirituale prætorium cognoscens, Deut. 17. sic statuit. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram & lepram, & iudicium intra portas tuas uideris uerba uariari: surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus: Veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies quodcumque dixerint, qui præsumt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius: sequerisque sententiam eorum: nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Qui autem superbiert nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Deo tuo, & decreto Iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israël.* Ergo multò magis, vel saltem a pari, Christum Dominum in Ecclesia sua Prætorium instituisse oportet, ubi omnes controuersiz, quæ inter fideles oriuntur decidi debeant.

Sed dicent Sectarij. Ostende nobis ex sacra Scriptura Deum tale, vel simile Prætorium in Ecclesia instituisse. Respondeo apertissimè in Euangelio, & in Actis Apostolicis haberi. nam Ioan. ult. Petro dictum est, *Pasce agnos, & oues meas:* non enim tunc Deus fecit Petrum Pastorem caprarum, sed principem fidelium, ut suo loco dictum est. & Matth. 16. *Tibi dabo clauis Regni Cælorum. id est uniuersæ Ecclesiæ. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælis, & quodcumque solueris super terram erit solutum & in Cælis:* vel ergo Sectarij iuxta verum sensum Scripturæ, quem semper habuit uniuersalis Ecclesia, tunc potestatem iudicandi leges ferendi, & sententiandi Petro dedisse affirmare debent: vel illi fecisse lunarium, ut boues, & oues ligaret, eodemque tempore, etiam boues, & oues in Cælo ligari, promulgent. O miseri Sectarij quorsum tenditis? & Matth. 18. omnibus Apostolis, & Ecclesiæ ministris simul dixit. *Quacumque ligaueritis super terram erunt ligata & in Cælo, & quacumque solueritis super terram erunt soluta & in Cælo.* Et Act. 15. & 16. Apostolus pertransiens multas Ciuitates, & terras præcipiebat custodire dogmata, quæ erant statuta ab Apostolis in Concilio Hierosolymitano. & notanter dicitur præcipiebat statuta, seu præcepta, ad differentiam rerum, quæ ut consilia tribuuntur, & non inferunt necessitatem ad illa seruanda.

Sed adhuc instant Sectarij & dicunt. Nos habemus sacram Scripturam, illa sit iudex, nolumus stare hominum iudicio. Scriptura sufficit.

Contra: etiam Synagoga Scripturam sacram tenebat, imò in iudicialibus præcipue valde apertam, & manifestam: & tamen Prætorium Sacerdotum Deus instituit; quia impossibile est inter homines contro-

uersas in temporalibus, & in spiritualibus non oriri. Sed audite Sectarij si sacra Scriptura sufficit, & est iudex, cur vos Lutherani ad inuicem super intelligentiam Scripturarum litigatis? cur idem non sapitis cum Caluinistis, & Anabaptistis? & illi cur uobis non consentiunt, & per multos, & multos annos contenditis, & iudicio sacræ Scripturæ non acquiescitis? ipsi iuxta illorum arbitrium, & vos secundum uestrum iudicare opinamini, vel ergo Scriptura non est Prætorium iudicij, seu non potest esse iudex, vel vos deliratis: vnum ex his duobus eligatis, oportet.

Secundò probatur. Stante Sectariorum sententia, vnicuique statuta Conciliorum in dubium reuocare liceret, & sic uniuersa Fidei, & morum doctrina, quæ ab antiquis Concilijs declarata, & firmata fuit, rueret. nam Arriani, & cæteri hæretici Scripturis sacris, hæreses illas tuebantur: & sic in præsentem omnem Secta vigeret, cum illæ iam fuerint in igne sepultæ. & Ecclesia varijs esset opinionibus plena atque confusa. O Babylon, Babylon Sectariorum, & Hæreticorum, impia mater fornicationum, seu Apostasiæ, quæ Ecclesiam Christi sponsam confundere tentas. *Quis poterit habitare de uobis cum igne deuorante? quis habitabit ex uobis cum ardoribus sempiternis.* Isa. c. 33.

Tertio probatur. Doctrina Christi, & Apostolorum fideles obstringit: sed quæ in Concilijs statuuntur ex doctrina Christi, vel Apostolorum deducuntur, ergo fideles ea seruare, & exequi tenentur. Minor patet ex praxi Conciliorum; nam Patres tunc temporis ex Scriptura sacra, & Patrum sententijs ea, quæ controuersabantur deduxerunt. Maior etiam patet, etenim si Christi, & Apostolorum doctrinæ obedire non tenemur, cui nam parere debemus?

Quartò probatur testimonio firmissimo Uniuersalis Ecclesiæ ab antiquo tempore usque ad hodiernum diem. etenim Patres contrasacientibus ea quæ Concilium definebat semper anathema, id est separationem à Corpore Ecclesiæ, & consequenter æternæ mortis pœnam minabantur. iidemque Patres, qui definebant, sic scribebant: *Ego N. definiens subscripsi.* & è contra Sectarij nouissimis temporibus de Concilijs aliter sentiunt, imò ad scurrilitates illa reducunt. nam Lutherus lib. de Concijs, loquens de Concilio Apostolorum Act. 15. nihil valere dixit, quia Apostoli ibi dicunt. *Visum est enim Spiritui sancto, & nobis nihil ultra imponere uobis oneris, quam hac necessaria, ut abstinatis uos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.* id est à sacrificijs, quæ Gentes Dæmonibus, & idolis offerebant, idcirco ait Lutherus, si tale Concilium obligaret, magna calamitas esset non uelci deinde capreis, leporebus, ceruis, cuniculis, anseribus, turdis, cæterisque auiculis, & lucanicis alijsque farciminibus, & iuculis etiam quibusdam, quæ non solum pipere cõdiuntur, sed etiam eorundem animalium sanguine, vel liquido tinguntur, vel crasso, & coagulato infarciuntur. ideoque subdit Concilium non obligare, nec Apostolis obediendum esse. Quid tibi uidetur amice Lector?

Quintò probatur Patrum, seu Sanctorum Doctorum auctoritate. August. Epist. ad Ianuarium, & est 118. Tom. 2. ait. *Illæ quæ non sunt scriptæ, sed traditæ custodimus, quæ quidem toto terrarum Orbe seruantur, autur intelligi, uel ipsis Apostolis, uel plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesijs saluberrima auctoritas commendata, & statuta retineri, &c.*

Et lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 4. Tom. 7. inquit. *Nec nos ipsi tale quid auderemus asserere.*

Omnis Respubl. necessariò habet prætorium decem.

Synagoga illud habuit, licet iudicialia essent ualde explicita.

Occursus Sectariorum: refellitur.

Sectarij incidunt in foueam, quam fecerunt.

Opiniones Sectariorum cõponunt Rebel.

Doctrina Conciliorum est doctrina Christi & Apostolorum.

Testimonium Uniuersæ Ecclesiæ antiquæ.

Testimonium Sanctorum Doctorum antiquorum.

ferere, nisi vniuersalis Ecclesia concordissima auctoritate firmata, cui & ipse, id est Cyprianus, sine dubio cederet, si iam illo tempore questionis huius veritas eliquata et declarata per plenarium Conciliū, solidaretur. si enim Petrum laudat, et prædicat ab uno posteriore collega patienter concorditerque correptum, quanto ipse citius cum Concilio Prouincia suæ, vniuersi orbis auctoritati patefacta veritate cessisset?

Et lib. 1. de Baptismo eodem Tom. 7. ait: *Iam ne videar humanis argumentis id agere, quoniam quomodocumque huius obscuritas prioribus Ecclesia temporibus ante schisma Donati, magnos viros, et magna charitate præditos Patres Episcopos, ita inter se compulsi, salua pace, disceptare atque fluctuare: ut diu in quibusque suis regionibus diuersa statuta mutauerint, donec plenario totius orbis Concilio, quod saluberrimè sentiebatur, etiam remotis dubitationibus, firmaretur.*

Et in eodem lib. 2. de Baptismo ait. *Et ipsa Concilia, quæ per singulas regiones, vel prouincias fiunt, plenariorum Conciliorum auctoritati, quæ fiunt ex vniuerso Orbe Christiano sine vllis ambagibus cedere. Ipsaque plenaria sæpè priora posterioribus emendari, cum aliquo experimento verum aperitur, quod clausum erat, et cognoscitur quod iacebat, sine vlllo typo sacrilega superbia, sine vlla inflata ceruice arrogantia, sine vlla contensione luida inuidia, cum sancta humilitate, cum pace Catholica, cum charitate Christiana.*

Ididorus lib. 6. Ethymologiarum cap. 16. Sed et si qua sunt Concilia, quæ sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatē, omni manent stabilia vigore.

Ambrosius lib. 1. de fide cap. 9. Tom. 4. dixit Arrianam hæresim in Concilio Nicæno, non humana sententia, sed Diuina, fuisse damnatam. *Accepisti, ait, Sancte Imperator eos, qui talia asserunt iure esse damnatos, non humana industria, non compositione aliqua, sed 318. Episcopi ad Concilium conuenerunt.*

Cyrillus Alexandrinus in Epistola Synodica Concilij Ephesini ait. *Hæc sapere sumus edocti à Sanctis Apostolis, et Euangelistis, et ab omni Scriptura diuinitus inspirata, nec non et à Beatis Patrum Confessionibus veritate subnixis: his omnibus, et tuam religionem concordare, et præter aliquem dolorem consentire iam conuenit.* dicebat de Nestorio.

Gregorius Papa Tom. 2. lib. 1. Epistolarum Epistol. 10. inquit. *Execuentes maligni homines turbauerunt animas vestras non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, astruentes quod aliquid de Sancta Chalce donensi Synodo pia memoria Iustini temporibus sit imminutum, quam omni fide omnique deuotione veneramus: Et sic quatuor Synodos sancta Vniuersalis Ecclesia sicut quatuor libros Sancti Euangelij recipimus. & intra: Anathematisamus autem si quis ex assinatione fidei, quæ in eadem Synodo prolata est aliquid imminuere præsumit, vel quasi corrigendo eius sensum mutare: sed sicut illic prolata est per omnia custodimus.*

Superest nunc, vt Sectariorum obiectiones soluamus, & refellamus. Prima Obiectio. Si Conciliorum decreta obligarent, sequeretur Paulum Apostolum mortaliter peccasse, consequens est falsum, ergo & antecedens. Sequela Maioris probatur: Nam Paulus Act. 16. Timotheum circumcidit post celebratū Concilium Apollolorum Act. 15. in quo statutum fuerat veterem legem non esse amplius seruandam. Respondeo huic obiectioni per ea quæ eruditè Au-

gustinus, & Hieronymus per Epistolas longo tempore disputarunt super illud Apolloli ad Galatas, quod in faciem restitit Petro. vt videre est in Epistola Augustini ad Hieron. quæ est 19. Tom. 2. vbi habetur Paulum Timotheum circumcidisse, ne Iudæis, & maxime cognationi eius maternæ sic, qui ex gentibus in Christum crederant detestari circumcisionem ostēderent, sicut idololatria detestanda est; cum lex Moyfis sit à Deo, & Idololatria à Satana. & hoc Paulus operari coactus fuit, quia imputatum illi fuerat, quæ admodum Hierosolymis fuerat à Iacobo Apollolo admonitus, quod discessionem doceret à Moyse: *Quod vique nefas est, inquit Augustinus, vt credentes in Christum discendantur à Propheta Christi, tanquæ eius doctrinam detestantes, atque damnantes; de quo ipse Christus dicit: si crederetis Moyse, crederetis & mihi; de me enim ille scripsit. Attende enim, obsecro, verba Iacobi. Vides, inquit, frater quod milia sunt in Iudæa, qui crediderunt in Christum, & hi omnes annulatores sunt legis. audierunt autem de te, quia discessionem doces à Moyse, eorum qui per gentes sunt Iudeorum, dicens, non debere eos circumcidere filios suos, nequæ secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vique oportet conuenire multitudinem, audierunt enim te superuenisse: hoc ergo fac quod tibi dicimus: sunt nobis viri quatuor votum habentes super se, his assumptis sanctifica te cum ipsis, & impende in eo, vt radant capita, & sciant omnes, quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed sequeris, & ipse custodiens legem: de gentibus autem, qui crediderunt, nos mandauimus nihil eiusmodi seruare illos, nisi vt se obseruent ab idolis, immolato, & à sanguine, & à fornicatione. Non vt opinor, obscurum est, & Iacobum hoc ideo monuisse, vt scirent falsa esse, quæ de illo audierant, ij qui cum in Christum ex Iudæis credidissent, tamen annulatores erant legis, ne per doctrinam Christi velut sacrilega, nec Deo mandante conscripta damnari putarentur, quæ per Moysen Patribus fuerunt ministrata: hoc enim de Paulo iactauerunt, non illi qui intelligebant, quo animo à Iudæis fidelibus obseruauerunt ista deberent, propter commendandam sanctæ auctoritatem Diuinam, & sacramentorum illorum Prophetiam sanctitatem, non propter adipsius salutem, quæ iam in Christo reuelabatur, & per Baptismi Sacramentum ministrabatur. Sed illi hoc de Paulo sperarant, qui sic ea volebant obseruari tanquam sine his in Euangelio salus credentibus esse non posset, ipsum enim senserant vehemensissimum gratia prædicatorem, & intentioni eorum maxime aduersum, docentem non per illam hominem iustificari, sed per gratiam Iesu Christi, cuius prænuncianda causa illa umbra in lege mandata sunt: & ideo illi inuidiam, & persequutionem molientes concitare, tanquam inimicum legis mandatorumque diuinorum criminabantur, cuius falsæ criminacionis inuidiam congruentius deuitare non posset, quam vt ea ipse celebraret, quæ damnare tanquam sacrilega putabatur, atquæ illa ostēderet, nec Iudæos tunc ab eis tanquæ à nefarijs prohibendos, nec gentiles ad ea tanquam ad necessaria compellendos. & paulò post infert. Nequæ enim negamus in hac sententia fuisse iam Petrum in qua & Paulus fuit. Non itaque tunc eum, quid in eare verum esset docebat, sed eius simulationem, quæ gentes Iudæizare cogebantur, arguebat: non ob aliud, nisi quia sic illa omnia simulatoria gerebantur tanquam verum esset, quod illi dicebant, qui sine circumcissione præputij atquæ alijs obseruationibus umbra futurorum putabant credentes saluos esse non posse, & sequitur. Ergo et Timotheum circumcidit propterea ne Iudæis, et maxime cognationis*

Cur Paulus circumcidit Timotheum

DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA.

oia materna sic viderentur, qui ex gēibus, qui in Christum crediderant, detestari circumcissionem, sicut idololatriam detestanda est: cum illam Deus fieri praeceperit, hanc Sathanas persuaserat. Et Titum propterea non circumcidit, ne occasionem daret eis, qui sine circumcissione dicebant credentes saluos esse non posse, et ad deceptionem gentium hoc etiam Paulum sentire iactarent. Hæc Augustinus.

Hinc patet Paulū necessitate coactum, & ad bonum finem, statutum Concilij transgressum fuisse. Sed dicent Sectarij, ergo licet etiam nobis Conciliorum decreta ad libitum non seruire. Respondeo Apostolis hoc licitum fuisse, nam erant primi, Ecclesie fundatores, cum plenitudine potestatis, Ecclesia tunc erat primitiua, paulatim lex vetus sepeliri, & nõ violenter expelli debebat, quia à Deo accepta fuerat, & tandem ne Paulus impedimentum haberet prædicandi Euangelium, & ludæos lucrandi, pro tali tempore Timotheum circumcidere licuit: eo quia ex muliere Hebræa natus esset: at nunc impium est Patrū decreta violare.

Secunda Obiectio. Si Episcopi in Concilio essent iudices, & non tantum consiliarij, teneretur Papa maiorem partem Episcoporum sequi, at oppositum constat; nam Damasus irritauit Concilium Ariminense, vt legitur in Epistola Damasii ad Episcopos Illirici, & Leo cassauit, & in irritum misit vltimum decretū Concilij Chalcedonenfis super priuilegia concessa Episcopo Constantinop. & tamen maior pars Episcoporum consenserat.

Respondeo Episcopos vtique esse iudices in Concilio, sed Summo Pontifici subordinatos: adeo quod si ille dolum, & fraudem in iudicando cognoscat, iudicium irritare potest, & cum minori parte coniungi: vt accidit in Ariminensi Concilio, quando obscuritate Græci vocabuli, Episcopi Catholici decepti fuerunt. & pari modo in Concilio Chalcedonensi absētibz Papæ Legatis cum decreta aliqua ediderunt, vnde Legati, Act. vlt. eiusdem Concilij, de tali fraude conuicti sunt, nec consensum dederunt. Cæterum remota fraude, & dolo, Summus Pontifex maiorem partem semper est sequutus. Præterea, si opus fuerit, Pontifex poterit illorum iudicium irritare: nam tota firmitas Concilij pendet à Capite, cui dictum est Lucae 22. *Rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* nam absque consensu Apostolicæ Sedis Petri, nihil valet. Vnde Hieronymus, Augustino Epist. 11. Tom. 2. exponens illud ad Gal. 1. *Ascendi autem secundum reuelationem, & exposui eis Euangelium, quod prædicaueram gentes:* ait: *ostendens se non habuisse securitatem Euangelij prædicandi, nisi Petri, & qui cum eo erat fuisset sententia roboratum. statimque sequitur: separati autem ij, qui videbantur aliquid esse, ne forte in vanum currerem aut cucurrissem.*

Tertia Obiectio. Paphnutius apud Socratem lib. 3. cap. 8. & Sozomenum lib. 1. cap. 22. toti Concilio Nicæno, quod Sacerdotibus vsum vxorum prohibere voluit, liberè restitit, & præualuit; ergo Concilia non possunt statuere, & præcipere quid credendum, & tenendum sit. ita Lutherus art. 115. ex 500. apud Cochleum.

Respondeo hoc Argumentum ineptissimum esse, & inane, & hoc modo concludit: In Senatu Romano ver. gr. Quidam Senator omnibus alijs simul congregatis, dubitauit an hoc aliquid esset expediens; ergo Senatus non habet potestatem decernendi, & præ-

cipiendi super illud. quisque consideret quale Argumentum hoc esset. ita à pari, in Concilio Nicæno vnus Episcopus ita putauit faciendum, ergo vniuersitas Concilij non poterat oppositum iure statuere. Lutherus totaliter deditur facetijs, & conuiujs, artis discurrendi, & disputandi amplius non meminerat. Quapropter Respondeo Sectarijs, quod & si Paphnutius solus illius sententiæ fuisset, non sequitur tamen Concilium aliter non potuisse decernere: quia sententia vnus non obstat: & eo magis quia pro se sacram Scripturam non habebat, nam nullibi reperitur scriptum Sacerdotes vxoratos esse debere: & è contra consilium castitatis valde laudatur. nam Apostol. 1. Cor. 7. iubet coniugatos vacare ex consensu ad tempus ab opere nuptiarum, vt orationi instare possint. ex quo per bonam consequentiam deducit Hieronymus in cap. 1. ad Titum, & lib. 1. in Iouinianum, Paulum præcipere Episcopis, & alijs hominibus sacris, vt perpetuò à nuptiarum opere vacent, cum quotidie orationem frequentare debeant. & cap. 7. homo coniugatus diuisus est, scilicet partim Deo, & partim mundo, & vxori: vt ibi dicit Apostolus, at homo Deo sacratu non debet esse huiusmodi. iure igitur Concilium Nicænum statuit Can. 3. Episcopū, Presbyterum, vel Diaconum non tantum vxorem, habere non debere: sed nec domi aliquam mulierem, præter matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas personas, quæ suspicionem effugiunt. Præterea Socrates, & Sozomenus affirmant Paphnutium fuisse opinionis, & sententiæ vt vxores non interdicerentur illis qui iam actu erant vxorati, sed bene Sacerdotibus, & Monachis prohiberi debere, ne post sacros Ordines, vel professionem, vxores ducerent. Lutherus igitur hoc argumento more solito nihil concludit.

Lutherus post Apostolicam totaliter deditur veneti, & facetijs, artis disputandi oblitus fuit.

DISPUTATIO V.

Cui Generali Concilio præsidere iure contingat.

HVIVS controuersæ discussionem, amice, Lector ferè inuitus aggredior, sicut qui in stultorum domiciliam, ad negotiandum cum infanis, velit nolit, ingredi cogitur; nam statim mihi occurrunt Sectarij mendacissimi, varia somnia proferentes, & quæ apertissima sunt, ac manifesta, denegantes etenim Imperatorem Concilij præsidere iure debere, & nõ Romanum Pontificem, per se, vel suos Legatos; imò nunquam taliter factum fuisse, dura facie, & indomabili corde, affirmant. Verè miserabilis istorum conditio, & status! dummodò Romanam Ecclesiam impugnent, quocumque necesse fuerit, libenter more cæcorum, irruunt. Caluinus enim lib. 4. inst. cap. 5. 1. & 2. quinque proponit Concilia, quibus Romanus Pontifex non præfuit. Nicænum cui inquit, præfuit Athanasius. Quintum Generale cui præfuit Menas. Ephes. 2. cui præfuit Dioscorus. Carthagen. cui præfuit Aurelius licet Legati Pontificis adessent: & Aquilensi, cui Ambrosius præfedit. Quis super huiusmodi mendaces ineptias discurreret. Itaque vna cum cæteris huius temporis hæreticis prælidem Conciliorum, Imperatorem vel aliquem ab eo missum pronunciat: & nisi ipse aliquem miserit, ab ipsa Synodo debere constitui affirmant. descendamus igitur ad

Odium in Romanam Ecclesiam excelsit Sectarios.

Tota firmitas Concilij pendet à Cathedra Petri.

ad Conclusionem, ut zizaniam à tritico separemus, illamque igni commendemus.

Vnica Conclusio. Ad Romanum Pontificem iure Diuino præsidere Concilijs pertinet, vel immediate, vel per Legatos suos. Probat. Ille debet præsidere Concilio (ubi causa fidei, & salus animarum agit) qui à Deo est omnium constitutus Pastor, & cui dictum est, quodcumque ligaueris super terram, &c. Sed talis est Petrus cum successoribus suis, & non Imperator: ergo ad Petrum, & successores suos, & non ad Imperatorem spectat diuino iure præsidere Concilijs. Maior est euidens: aliter contra Dei mandatum res fieret. Minor probatur, Ioan. vii. dicitur Petro, *Pasce agnos, & oues meas.* & Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* Imperatori autem nusquam legimus in Euangelio hoc datum fuisse, nec pascere oues, nec quæcumque ligare. possunt autem in temporalibus, & secularibus rebus ligare, & maleficos tradere satellitibus ad comburendum, vel quocumque alio modo puniendum: sed circa spiritualia, illorum potestas non extenditur. etenim si sic etiã dominarentur, necesse non erat, ut Christus Dominus Petro, & successoribus præfatam potestatem dedisset. sed illis ut in futurum Principibus temporalibus, controuersias fidei explicantibus, obtemperarent præcepisset. & sic cum Imperator Romanorum Constantinus baptismum recepit, illi d. Summus Pontifex, & omnes Episcopi proprium munus renunciare debuissent: at oppositum constat. Ergo opinio Sectariorum est inanis.

Et probatur hoc praxi, & inductione. In primo generali Concilio Nicæno præsiderunt tres Legati Romani Pontificis, scilicet Nofius Episcopus Cordubæ: & Victor, & Vincentius Presbyteri Urbis Romæ: & non Imperator Constantinus, qui ultimo loco post Episcopos subscripsit, ut testatur Basilus Imperator in fine octauæ Synodi; qui autem præsidet, primo loco subscribit, ut semper Papæ Legati fecerunt. præterea Constantinus ab Episcopis se iudicari debere, eisque subiectum esse dixit: ita scribit Rufinus lib. 10. cap. 2. seditque in humiliori sede inter Episcopos: ita scribit Theodoretus lib. 1. Hist. cap. 7. Et Eusebius lib. 3. de vita Constantini. Quod autem Legati Pontificis fuerint præfides, patet ex Photio lib. de septem Synodis: ex Cedreno in Compendio Historiarum, qui Syluestrum Papam per suos Legatos Concilio Nicæno præfuisse affirmant.

In Secunda Synodo generali, quæ Constantinopoli celebrata fuit, nec Imperator, nec Romanus Pontifex præfuit, ratio est, quia Damasus desiderabat Romæ Concilium congregari, post celebratum Concilium Constantinopolitanum, & ut Romæ deindè plenissimum Concilium fieret: Orientales autem se excusauerunt, & in eandem sententiam, non præsentia corporali, sed animo cum Occidentalibus, quos Damasus Romæ congregauit conuenerunt: ideoque Nestarius Episcopus Constantinop. in eo Concilio præfedit tanquam illius Prouinciæ Primas: tamen eadem sancta Synodus Damaso Papæ, & Vniuersæ Synodo Romæ congregatæ, Epistolam dedit, quæ habetur post acta illius Concilij, in qua acerbissimam persequutionem Hæreticorum contra Catholicos Episcopos patefacit, & causam quare Concilium Constantinopoli celebratum fuerit aperit: & Concilium per litteras eiusdem Damasi congregatum fuisse testatur. omnia quæ ibi gesta sunt refert. & electionem Nestarij Episcopi Constant. simulter Episcopi

Antiocheni, & Hierosolymitani narrat; dicitque ut congratuletur, rogando eius Reuerentiam, &c.

In tertia Synodo generali Ephesi celebrata, non Imperator, sed Romanus Pontifex per suos Legatos, tanquam iudex, & Princeps præfuit. & quod ita sit, ordinatè quæcumque in dicta Synodo facta sunt, narro. In 1. par. Synodi habetur Epistola Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Cælestinum Papam, in qua scribit ab ipso se expectare sententiam, an cum Nestorio communicandum, nec ne. Cui Cælestinus Papa respondit, eique munus suum delegauit, & potestatem dedit, ut Nestorium à Sede Constantinop. eijceret, nisi post decem dies suam doctrinam anathematizaret: & tandem eundem Cyrillum Legatū suum præfecit (notet Lector Papæ potestatem) & onus Ecclesiam Constantinop. gubernandi ei commisit: anathematizauitque Nestorium: & illam formam statuti, ut Concilium exequeretur, mandauit.

Deindè habetur Epistola Theodosij Imperatoris, ad Synodum, quæ iam Ephesi congregata erat in qua dicit se mittere Comitem Candinianum, ut ad sanctæ Synodis ea tamen lege, & conditione, ut cum quæstionibus, & controuersijs, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quidquam commune habeat, & subdit, quod nefas est, ut qui Sanctissimorum Episcoporum Catalogo adscriptus nõ est, Ecclesiasticis negotijs, & consultationibus, sese immisceat: illum autem mittere ad ea tantum, quæ turbationem cauere possunt tollenda, testatur.

Act. 1. Synodi postquam causa Nestorij discussa fuerat, Cyrillus Papæ Legatus ait, quod Nestorius Sacerdotio priuandus erat ab vniuersa Synodo, quia sic sacri Canones, & Epistola Cælestini Papæ præcipiebant, & ita factum est. nomine autem Imperatoris nihil vnquam, nec discussum, nec decilum fuit.

Act. 2. peruenerunt Ephesum ab Vrbe tres Legati Cælestini Papæ, præter quos etiam eodem munere Cyrillus gaudebat. & illorum primus nomine, Philippus, sic loquutus fuit. *Quacumque per nos scripsit Sanctissimus Papa noster Cælestinus Sedes Apostolica Episcopus, iubete legi, ac inter Ecclesiasticos Commentarios referri, ut cognoscatis qualem omnium Ecclesiarum curam gerat. & iubet, ut quæ ab eo statuta sunt exequantur.* Sancta Synodus respondit: *Hoc iustum iudicium. Cælestino custodi fidei, Cælestino novo Paulo, sancta Synodus gratias agit.* Et Proiectus etiam Sedis Apolliticæ Legatus subdit. *Audistis quod Cælestinus sanctitatem vestram comonescit, ut exequatur id quod ante à iam ipse definire dignatus erat.* Et Firmus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus dixit: *Apostolica, & sancta Sedes Cælestini Sanctissimij Episcopi per litteras, quas scripsit ad Religiosissimos Episcopos Cyrillum Alexandrinum: Iuuenalem Hierosolymitanum: & Rufinum Thessalonicensem, nec non ad sanctas Constantinopolis, & Antiochia Ecclesias de præsentis negotio, iam sententiam, & regulam præscripsit, & formam illam executioni mandauimus, Canonicam, & Apostolicam iudicium proferentes.* Et omnes Episcopi deindè Deo cecinerunt laudes in honorem Romani Pontificis. quapropter Philippus Presbyter Legatus Papæ dixit. *Gratias agimus sanctæ Synodo, quod litteris sancti Beatique Papæ nostri recitatis, sanctos cantus, sanctis uestris uocibus, sancto uestro capite exhibueritis: non enim ignorat uestra Beatitudo, solius fides, uel etiam Apostolorum caput esse Beatum Apostolum Petrum.* Et tandem Epistola Synodi ad Cælestinum legitur, in qua illius iudicio committitur causa Patriarchæ Antiocheni,

Potestas Papæ super vniuersam Ecclesiam olim manifestata erat ubiq;

Romano Pontifici iure diuino præsidere Concilio generali contingit.

Praxis antiquæ Ecclesiæ ueritatè ostendit.

Papæ potestas hic fulget.

eheni, qui partes Nestorij susceperat, & ad Synodum comparere contempserat: & Patres Papam obsecrant vt contrā illum sententiam ferat. Hæc autem omnia non Imperatorem, sed Papam præsidem esse Concilij manifestant.

Imperator igitur nullum ius, nec exercitium habuit in Concilio, nisi ad defensionem illius, auxiliūq; ferendum, ad hoc vt illius decreta seruarentur, & quæ Synodus statuit executioni mandarentur; non est ergo Imperator Præses, & iudex, vt Sectarij opinantur.

In quarta Generali Synodo Chalcedonensi Leo Papa per quatuor Legatos, quos ipse misit, præfedit. & 1. par. eiusdem Synodi habetur Epistola Leonis Papæ ad Theodosium Imperatorem, monens eum Legatos ad Synodum vice sua misisse. Habetur etiam Epistola Valentiniani, & Marciani, ad Leonem Papam: cum Theodosius obiisset; & alia Epistola eiusdem Marciani legitur, in qua expressè auctoritas Papæ, pro congregando Concilio, & fidei controuersijs iudicandis est manifesta.

Act. 1. Paschasinus Legatus Papæ sic fari cœpit. *Beatissimi atque Apostolici viri Papa Urbis Roma, qua est Caput omnium Ecclesiarum præcepta habemus præ manibus, quibus censuit interloquendum, vt præcipere dignatus est eius Apostolatus, vt Dioscorus Alexandrinorum Episcopus, non sedeat in Concilio, sed audiendus intromittatur. Hoc nos obseruare necesse est. Senatus dixit. Quid obijcitur Dioscoro? Respondit Legatus: Quia cum personam iudicandi non haberet, præsumpsit, & Synodum ausus est facere sine auctoritate Sedis Apostolica, quod nunquam licuit, nunquam factum est. Et in examine Actorum Ephesi, Dioscorus conuictus fuit, & in hoc præcipue reus, quia ne legeretur Epistola Leonis Papæ, in qua manifestabantur illius Legati, quos miserat, prohibuit.*

Act. 3. Legatus Leonis Papæ, sic dixit. *Notum est sancta Synodo, Beatissimum Leonem nostram paruitatem huic sancto Concilio pro se præsidere præcepisse: ideoque necessarium est, hac qua in medium proferuntur per nostram interlocutionem disceptari, &c.*

Act. 6. in qua interfuit Imperator, sic ipse Synodū alloqui cœpit, primum Latine, postmodum Græcè. *Vbi primum Diuino iudicio ad Imperium sumus electi inter tantas necessitates Respub. nulla nos magis causa constrinxit, quam vt Orthodoxa, & vera fides Christiana, qua sancta atque pura est, indubitata omnium animis insisteret. & infra: Remotis itaque studijs, ablati patrocinijs, cessante amaritia, cunctis veritas innotescat. Nos enim ad fidem confirmandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo Religiosi Principis Constantini Synodo interesse volumus, ne vel ulterius populi prauis persuasionibus separentur. & postea. Sendum autem nostrum est, vt omnis populus per verā, & sanctam doctrinam unum sentiens, in eandem Religionem redeat, & veram Fidem Catholicam colat, quā secundum institutiones Patrum exponere cōcordantibus, & que animis Religio vestra festinet, quatenus sicut à Nicæna Synodo, usque ad proximum tempus erroribus amputatis, vera fides cunctis innotuit: ita & nunc per hanc sanctam Synodum remotis caliginibus, qua in his paucis annis, prauitate atque avaritia quorundam emeruisse videntur, perpetuo qua statuta fuerint, conseruentur. erit autem Diuina maiestatis id quod sancto animo fieri desideramus, in aeternum firmiter custodire.*

Et tandem habetur Epistola vniuersæ Synodi ad Leonem Papam, in qua sic Patres scripsisse legitur. *Tu quidem nobis, sicut membris Caput præ aras, in his*

qui tuum tenebant ordinem, beneuolentiam præferens. Imperatores ad ornandum decentissime præsiabant, &c.

In quinta Synodo, Collat. 1. legitur Epistola Eutichij Patriarchæ ad Vigilum Papam, in qua post multarum rerum narrationem, nomine vniuersæ Synodi petit, vt Concilio præsideat. eoquod Papa Constantinopoli morabatur eo tempore, non pro Synodo celebranda, sed ad ardua negotia cum Imperatore pertractanda.

In sexta Synodo hoc idem habetur: Historia autem illius hæc est. Creuerat in Oriente hæresis Monothelitarum quam obrem, Martinus I. Papa Concilium in Laterano centum, & quinque Episcoporum congregauit, & cum eo talem hæresim damnauit; at quia Constans Imperator tali hæresi infectus, id ægretulit; Martinum Pontificem primò per Olimpium Exarcum, deindè per Theodorum Calliopam capi iussit, & de facto captus fuit, & Constantinopolim perductus; quem deinceps in Chersonesum Imperator relegauit; vbi varijs incommodis affectus vitam finiuit: nec tamen multo tempore elapso, idem Imperator in balneo ab Andrea Troili filio iusto Dei iudicio occisus fuit. Cui cum Constantinus eius filius, cognomento Pognatus, Orthodoxæ Religionis amatissimus successisset, vt paternam maculam deleret, primò cum Dono Summo Pontifice, deindè cum Agathone eius successore de Generali Concilio Constantinopoli adunando, sub præsentia Legatorum Papæ egit: annuit Agatho, suamque adhibuit auctoritatem. Habita igitur Romæ Synodo centum, & viginti Episcoporum, quatuor Legatos Constantinopolim misit, datus ad Imperatorem, & Synodum egregijs eruditissimisque literis: & celebrata est Synodus præsentem Imperatorem non tanquā Iudice aut præside, quia nullam dedit sententiam, & vltimus omnium subscripsit, sed vt consentiente.

Quod etiam ex eiusdem Synodi progressu patet, nā in singulis actionibus Legati Papæ primi loquuntur, nominantur, & subscribunt, quod illicite fecissent præsentibus tribus Orientis Patriarchis, scilicet Georgio Constantinop. Macario Antiocheno, & Petro Alexandrino, si Papa per Legatos non præsedisset: qui autem primus est in definiendo, loquendo, proponendo, & subscribendo, ille præsidet; hæc autem omnia Papæ Legati fecerunt: vt ipsimet Sectarij in Actis Conciliorum videre poterunt: si autem huc quæ non viderunt, legant, & discant.

In septima Synodo apertissime constat, omnium Synodorum præsidem, Romanum Pontificem fuisse legant Sectarij Epistolam Gregorij Papæ, ad Leonem III. Imperatorem, ibique quæ differentia sit inter illum, & Romanum Pontificem cognoscent: & pari modo secundam eiusdem Epistolam, & Imperatoris eiusdem conditionem, eumque Ecclesie obedientem esse debere: & Papam totius Ecclesie arbitrum esse addiscet. celebrata igitur fuit hæc Synodus sub præsentia duorum Legatorum Adriani Papæ: Petri scilicet Archiepiscopi Petri, & Petri Presbyteri, Monachi & Abbatis Venerabilis Monasterij Sancti Sabæ Romæ. in qua Synodo nihil Imperatorem egisse legitur. Legati autem Papæ primi definiunt, & primi pro poluerunt.

Et licet Act. 1. huius Synodi sic legatur. *In nomine Domini, & Dominatoris Iesu Christi veri Dei nostri. Imperio pijsimorum, & amicorum Christi Domitorum nostrorum Constantini, & Irene matris eius, 8. anno consultatus eorum; 8. Kalendas Octobris, indictionis ij. Conu-*

Hæc historia legitur ante Acta eiusdem Synodi.

Imperator primò Latine, secundo Græcè loquutus est Concilio.

Conueniente Sancta, & Vniuersali Synodo, qua per Diuina gratiam, & piam sanctionem eorūdem Deo confirmatorum Imperatorum congregata est in Nicansium clara Metropoli Bithiniensium Prouincia, &c. Non tamen sequitur Imperatoris esse Concilium indicere, illique præsidere; nam eo tempore Imperatores ubique temporaliter dominabantur, & præcipue in Prouincijs illis vbi Concilia congregabantur, ideoque ad illum pro huiusmodi re confugiendum erat, eiusque voluntatem primò obtinere oportebat, ne scilicet Episcopos impediret, & quæ temporalis potestatis sunt, concederet: & etiam vt illius præsentia, ac potentia Hæreticos reprimeret, ac tumultuosas seditiones ortas, vel oriundas compelleret. non autem quod valor Concilij, & potestas, ab illo pendeat; cū hoc sit proprium munus illius cui omnium ouium commissa est cura, & non temporalium Principum.

In octaua Synodo patet Basiliū Imperatorem in principio pro coadunanda concorditer Synodo Adrianum Papam rogasse, vt factum est anno tertio Imperij eiusdem.

Act. 3. lecta est Epistola Basilij, ad Papam Nicolaum, in qua ipsum Caput Ecclesie, & Summum Pastorem appellat, rogans eum vt sanitatem tribuat Ecclesie Orientis. Si autem Imperatoris esset Concilium indicere eique præsidere, ipse sanitatem potuisset restituere, at aliter res se habet. Et in fine Concilij, Donatus Papæ Legatus, primus subscripsit, his verbis. *Ego Donatus Dei gratia Episcopus Ostiensis, locum obtinens Domini mei Adriani Vniuersalis Papæ huic Sanctæ, & Vniuersali Synodo præsidens, omnia qua superius leguntur promulgauit, & manu propria subscripsit.* Et Imperator Concilio etiam interfuit, & in fine, nec ad ipsum, nec ad quemcunque laicum spectare iudicium Ecclesiasticum, pluribus verbis testatus est, & post Patriarchas subscripsit, non vt definiens, sed vt consentiens, atque decreta Synodi suscipiens. Concilia autem Generalia, quæ sequuntur vsque ad 18. quæ in Occidente celebrata fuerunt, apertissime docent ad Summum Pontificem, & nullatenus ad Imperatorem Concilia indicere, & illis præsidere omnino spectare, igitur nec ratio, nec consuetudo fauet Sectarijs, sed è contra illos mendaces declarat.

Nunc ad illorum obiectiones. Prima Obiectio. Nicæno Concilio præfuit Athanasius. Quintæ Synodo præfuit Menas, Ephesino secundo præfuit Dioscorus. Chartaginensi præfuit Aurelius, etiam si adessent Legati Pontificis. Aquileiensi non Damasus, sed Ambrosius: ergo infert Calvinus, ad Papam non pertinet præsidere Concilij.

O pauperculi, & verè miserabiles Sectarij, cur nõ animaduertitis Hæresarchas vestros pseudopphetas, cum desperantes in tales errores proruperint, vos decipere, & illudere queritauisse? si homines estis scilicet, ex hoc tantum argumento optimè cognoscetis Calvinum Magistrum deceptorem, & hæresum factorem fuisse. discurremus ergo per singula, quæ obiecit. Nicæno præfuit Athanasius. vbi nam hoc habetur? in Actis Conciliorum, quæ Græci, & Latini, ac cæteræ nationes tenent, non legitur. imò tunc Athanasium vix Diaconum fuisse, & cum Alexandro Alexandria Episcopo ad præfatum Concilium accessisse, nec in Concilio sedisse, nec subscripsisse quisque testatur. ita Rufinus lib. 10. Histor. cap. 14. & Athanasius ipse in 2. Apologia. Quintæ Synodo præfuit Menas. interroga Patres tuos, o Caluine, & dicent tibi, & maiores tuos, & docebunt te, quod Menas

iam defunctus erat cum quinta Synodus celebrata fuit tempore Euthichij Episcopi Constantinop. qui Menæ immediatè successit; ita testantur Acta Conciliorum apud Græcos, & Latinos. fortasse Calvinus accessit ad Indos, & inuenit librum aliquem Indianum, ibique talia legit. Ephesino secundo præfuit Dioscorus. Legite Sectarij acta quartæ Synodi apud Græcos, vel Arabes, & Aegyptios, si Latinos accipere non vultis, & inuenietis Dioscorum, vt latronem temerarium, id violenter fecisse, & hac de causa Sacerdotio, & Episcopatu priuatum fuisse: & in æternum ab Ecclesia eiectum, & expulsū extitisse; Calvinus in hac causa amicos consimiles appellat. Carthaginensē sextum, cui præfuit Aurelius, etiam si adessent Legati Pontificis, dico illud Concilium non fuisse Generale, de quo loquimur, sed nationale, cui primas Prouinciæ præsidere debet, ideoque instantia est insulsa, & inepta. Legati non fuerunt missi, vt præsiderent, sed vt deputati pro aliquibus negotijs ibi pertractandis: quia igitur Legati Papæ ibi non præsiderunt, nec similibus Concilij præsidet: ideo talia Concilia non sunt tantæ auctoritatis, quantum sunt Concilia Generalia. Aquileiense, cui non Damasus, sed Ambrosius. dico nequè hoc Concilium fuisse generale, nam inter Concilia Generalia, nec in Oriente, nec in Occidente, sed tantum in cubiculo Caluini connumeratur. nequè Ambrosius Episcopus Mediolanensis, sed Valerianus Episcopus Aquileiense ei præfuit, vt in Actis apparet. Certè Calvinus fidelis Historicus, seu Annalium descriptor fuisset, sed non in hoc emispherio superiori, verum apud Antipodes vbi pumiliones muribus bellum indicunt, de illorum conditionibus ad libitum crassiora mendacia componere potuisset: at de huiusmodi negotijs omnibus notis, non licet.

Secundò obijciunt aliquas disputationes particulares ab Ecclesiasticis viris coram laico aliquo, vel illorum pluribus habitas. Quibus & similibus, Respondeo talia ad rem non esse. quia ex hoc non sequitur, laicum Concilio præsidere debere: quia aliud est solemniter rem discutere, ac decidere, vt decisio ab omnibus teneri debeat, quatenus est à legitimis Iudicibus exhibitæ: & aliud est loqui de particularibus disputationibus, quæ eo tempore, cum orbis totus varijs hæresibus fluctuabat, sæpe fiebant, ad hoc vt veritas omnibus manifesta fieret, & vnusquisque facillè Catholicos veraciores esse cognosceret. exempli gratia. si Clericorum aliquis cum Sectarijs disputaret, & aliquibus laicis disputationem audientibus imponeret, vt pro alijs, vel pro se, quam validiores sint rationes Catholicorum, & è contra nullius roboris obiectiones Sectariorum iudicarent: quid inde sequeretur, etiam laicis Concilij præsidere contingere, vel talem decisionem ab omni Ecclesia tenendam esse? haud sanè. dico igitur tempore antiquo aliquādo particulares disputationes cum Sectarijs ad maiorem illorum confusionem habere licuisse, vt omnibus notum esset hæreticos falsa tueri. Sed quia hinc Sectarij inferunt, ipsis quoque ubique disputare licere. Respondeo cum doctis licere, vt olim fuit in vsu; cū indoctis nequaquam: quia facillè decipi possunt. tamen ad terminandas lites, tribunal & prætorium, in quo iudicè omnis controuersia definitur dari debet, & tale est Concilium Ecclesie. qui sic non sentit, in Babylon se habitare ostendit, vbi perpetua confusio.

Tertio Obijciunt id quod Act. 6. Concilij Chalcedonensis legitur, cum Marcianus Imperator Synodo

Disputationes de hæc cur olim coram Laicis fiebat.

Calvinus si essent homines sensati, ex his mendacijs, manifestè cognosceret Calvinum hæreticum esse, & non à Deo delegatum, vt ipsi putant.

ITIO DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA.

do post multarum rerum decisionem per Patres interfuit: habita enim prius oratione, Chalcedoniam esse Metropolim sancit, eo quod in ipsa Conciliū Generale celebratum fuerat salua Nicomedia: propria dignitate. & quia sancta Synodus dixit. *Hoc iustum iudicium. supplicamus dimitte nos pie Imperator: & ipse respondit, post quatuor dies ibitis, sustinete adhuc: inferunt quod si pro soluenda Synodo Patres ab Imperatore licentiam petunt, illum praesedisse Concilio, manifestum fit.*

Concilium consensum Imperatoris petijt pro soluenda Synodo, quia illius sumptibus adunata erat, nec eo tempore licebat, ad rebellionem vitandas, absque Imperatoris licentia dietas, & quascunq; hominum congregaciones indicere, vel soluere.

Respondet negando consequentiam. nam non poterant plures diuersi ordinis Concilio praesidere: Legati Papae, vt praesidentes Concilij subscripserunt; Imperator ergo non praesedit, si enim ipse praesedisset, id Legatis non licuisset. Praeterea Imperator iam dixerat & declarauerat, se non vt Praesidem ad Concilium venisse, nec ad potentiam aliquam exercendam accessisse. ideoque dicendum est sanctam Synodum tantum consensum Imperatoris pro soluenda Synodo postulasse: nam ille proprijs sumptibus Conciliū congregari curauerat, & vt Synodi decreta seruarentur, suam potentiam exercere debebat; Patribus igitur Synodum soluere absque consensu Imperatoris non licebat; sequela autem illa: ergo Imperator Concilio praesit, voluntaria est, inanis, & vacua.

DISPUTATIO VI.

An Concilium à Pontifice confirmatum, in rebus fidei, errare valeat. & an illud firmitus sit sacra Scriptura.

CVM Lutherus, & Calvinus desperati homines, propriam apostasiam circūtegere aliquo modo voluerint, aptiorem viam ad id consequendum inueni. e non potuerunt, quam, vniuersam Ecclesiam sparsim sumptam, vel in Concilijs congregatam errare potuisse, & de facto errasse, affirmare: hac igitur ratione Ecclesiam euauisse, & in latebris de facto esse impiè proclamant. cuius opinionis iniquitas factis conculcata fuit lib. 1. disput. 5. tamen cum in praesenti, de Ecclesia simul congregata, nempe de Concilij, disputemus: & ipsa multipliciter adunari valeat, vel secundum totum, vt fit in Concilio Generali, vel secundum plures sui partes, vt in Concilijs Nationalibus, Prouincialibus, & Dioecesanjs; discutere opus est, quando hoc privilegio gaudeat, vt fit infallibilis doctrinae, & nullatenus errare valeat. & pro veritatis manifestatione, tres pono conclusiones.

Cur Sectarij Ecclesiam errasse opinentur.

Prima Conclusio. Omne Concilium, vel sit Generale, vel Nationale, vel Prouinciale, dummodò fiat Papae auctoritate, cum illius praesidentia, vel alterius loco eius, cum licentia, & praescriptione, vt de fidei controuersijs definiat, & iudicet errare non potest. Probat, vbi Christus Dominus in medio residet, & circa ea quae discutiuntur assistit, non potest esse error. Sed cuiusque Concilio de mandato Papae congregato cum ceteris praefatis conditionibus, Christus assistit: ergo in quocunque Concilio praedicto non potest esse error. Maior patet, nam impium est asserere Christum esse auctorem, & causam falsitatis. Minor probatur. Matth. 18. *Amen dico vobis quacumque alligaueritis super terram, erunt ligatae, & in Calo. & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in Calo.*

Quodcumque Concilium Papae auctoritate congregatum, errare non potest.

Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petuerint, fiet illis à Patre meo, qui in Calo est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Scrutemur autem, quid sit congregari in nomine Christi, & habebimus intentum. Quid enim hic significat nomen nisi auctoritatem, & praecipuum? verb. grat. salutate Franciscum nomine meo, vel si Prorex dicat, nomine Regis hoc edictum promulgo; id auctoritate Regis datum, & ex parte Regis intelligere oportet. Vel si Cardinalium aliquis nomine Papae aliquid praecipiat, ex parte Papae pronunciatum, & auctoritate illius intelligendum est. Congregari igitur in nomine Christi, est adunari ex commissione, & mandato Christi. Sed quia Christus nunc non manet in terris visibiliter, & naturali praesentia non gubernat Ecclesiam; congregari hic in terris in nomine Christi, est adunari ex commissione, mandato, & voluntate illius, qui in Ecclesia tenet locum Christi, & est Vicarius Christi, qualis est Romanus Pontifex successor Petri, cui dictum est, *Pasce agnos, & oves meas. Et tibi dabo claves Regni Galorum, id est vniuersae Ecclesiae principatum.* tunc autem Concilium in Christi nomine congregatur, cum indicente, & praecipiente Christi Vicario adunatur. Et Episcopi tunc congregati sunt in nomine Christi, cum Papa illos vocauit, & adunauit. & illiusque Concilium manet in nomine Christi congregatum, vsque dum Papa illud non dissoluit (Hinc collige errorem Concilij baulentis, quod contra Eugenium inturrexit) & illa decreta facta sunt in nomine Christi, & vera existunt, quae a Christi Vicario confirmantur, & cuiuscunque generis Concilia tunc errauerunt, vel errare possunt, cum nomine Papae non fiunt, & ab illo non confirmantur. ergo Concilium a Papa confirmatum errare non potest. & consequenter omne Concilium, qualecunque sit, cum congregatur in nomine Papae, in nomine Christi congregatur, nec errare potest.

Quid sit congregari in nomine Christi.

Secundo probatur. Ecclesia non potest errare, nec deficere, vt demonstratiue probatum est lib. 1. disput. 5. Ergo neque Concilia. Sequela probatur, quia Concilium est Ecclesia simul congregata, & in ea cauta praecipue, in qua nec errare, nec deficere potest.

Tertio probatur. Spiritus sanctus non potest errare. sed decreta Concilij legitimi, sunt à spiritu sancto. ergo non possunt esse erronea. Minor probatur Act. 15. vbi in Concilio ab Apostolis celebrato legitur. *Vsque est Spiritus sanctus & nobis; Nec valet occurrere tunc tantum Spiritum sanctum assistisse: iohannis enim est huiusmodi responsio: quia Matth. vlt. dixit. Et ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.* Matth. 16. *Porta inferi non preualebunt aduersus eam.* & temper Ecclesia est *Columna, & firmamentum veritatis:* 1. Tim. 3. Praeterea non minus est Ecclesia Christi nunc, quam in principio fuerit: si tempore necessitatis tunc Spiritus sanctus assistebat, cur non in praesenti, cum Ecclesia sit Christo desponsata in sempiternum: Olee cap. 2. ? Etenim si Spiritus sanctus Ecclesiam reliquisset, mendax Christus, & vniuersa Scriptura comprehenderetur, in qua legitur: *Ero vobiscum usque ad consummationem saeculi.* Dan. cap. 2. *Regnum quod in aeternum non auisipabitur.* Rogauit pro te Petre, vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Luc. 22. *Porta inferi non preualebunt aduersus eam.* Matth. 16. Ecclesia

Spiritus sanctus assistit Concilio legitimo in nomine Christi congregato.

Ecclesia Dei viuis est Columna, & firmamentum veritatis 1. Tim. 3. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem* : Ioan. 16.

Quartò probatur. Deus ad credendam falsitatem, & ad obediendum magistro mendaci, qui docendo errare possit nos obligare non potest. Sed ipse omnes fideles obligauit, vt Ecclesie obediunt, illamque sequantur : ergo illa docendo errare non poterit. Minor probatur Matth. 18. *Si Ecclesiam non audierit sit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus.* & ad Heb. vii. *Obedite praposis vestris, & subiaceite eis, ipsi enim persurgunt tanquam de animabus vestris rationem redduri.*

Quintò probatur testimonio sacrorum Conciliorum. Nam omnia contrà hæreticos definierunt fidei veritatem. Nicænum contrà Arrium. Constantinopolitanum contrà Macedonium. Ephelinum contrà Nestorium. Chalcedonenſe contrà Euthichem & Dioscorum. Si Concilia errare possent, nec Anathema Patres contrà inobedientes comminati essent, & omnes possent impunè illas hæretes, iam igni sepultas, iterum examinare : at hoc nunquam licuit ; ergo antiqua Ecclesia Concilia legitima errare non posse firmiter credit. Sectarij more solito oppositum docent, ergo id quod antiqua Christi Ecclesia tenebat, & docebat non credunt : ergo illorum doctrina est noua, igni commendanda.

Sextò probatur Sanctorum Doctorum sententijs, quæ in disp. 4. præsentis libri allatæ fuerunt. quibus hæc aurea verba Bernardi serm. 3. de Resurrect. super addam, contrà eos pronunciata, qui vniuersitati fidelium se opponunt. *Et qua maior superbia, inquit, quam ut vnus homo toti Congregationis iudicium suum præferat, tanquam ipse solus habeat spiritum Dei! idololatria scelus est nolle acquiescere, & quasi peccatum ariolandi repugnare. eant nunc, qui se facunt religiosiores alijs: Ecce arioli, & idololatra facti sunt, si non er; qui dixit hoc, plusquam sibi iuuicant esse credendum. Neque huic dissonat veritatis sermo: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.*

Secunda Conclusio. Quæcunque Concilia absquæ Summi Pontificis auctoritate indicta, vel celebrata, & contrà illius voluntatem regulata, errare possunt, & de facto errauerunt. Probatur primò experientia. Concilium Ariminenſe errauit. Concilium Ephes. 2. sub Dioscoro. Chalcedonenſe, in illa tantum actione quam absentibus Papæ Legatis habuerunt. Constantinopolitanum sub Leone III. & Concilium Basileense, & adhuc alia plura, vt patet.

Secundò probatur ratione. Firmitas Concilij a Petri auctoritate præcipuè dependet: Ergo illa remota Concilium errare potest. Anteced. probatur Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram fundabo Ecclesiam meam.* & Lucæ 22. *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Vnde Leo Papa in Epistola ad Marcianum Imperatorem, quæ habetur in 3. par. Concil. Chalcedon. ait: *Nec præter illam petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit vlla constructio.*

Tertia Conclusio. Sacra Scriptura à Catholicis iure Concilij anteponitur: licet Sectarij omnes, nos illam Concilij subijcere vociferentur: sed calumnia, est & impostura. Probatur: In omni Concilio cum aliqua fidei controuersia discutitur, Patres ad testimonia sacre Scripturæ, & ad veterum Patrum testimonia confugiunt, vt quisque in Actis Conciliorum

videre poterit, ergo decreta Conciliorum sacre Scripturæ submittimus.

Sectarij in hoc volunt ignorare veritatem, quia illorum primarius finis est, iure à Romana fide apostataſſe, ostendere; sed nituntur in cassum, & in vanum laborant; quia *nihil opertum, quod non reuelatur, & occultum quod non sciatur.* Audite Sectarij & discite. decreta Conciliorum ex sacra Scriptura, & Apostolicis traditionibus eliciuntur. Scriptura autem videtur quodammodo aliquandò examini Conciliorum subiaceere, sed in hoc sensu. est verb. gr. aliquis locus obscurus in illa, Sectarij locum illum peruertere volunt ad suam ipsorum perditionem; vt inquit Petrus 2. ep. cap. 3. *Sicut & charissimus frater noster Paulus secundam datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu, qua indocti, & instabiles deprauant, sicut & ceteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem.* Catholici autem Scripturam illam examinant, & legitimum sensum tradunt: quia Spiritus sanctus Ecclesie suæ assistit sicut Satanas conuenticulis hæreticorum præsto est: tunc sacra Scriptura non formaliter, sed materialiter tantum Concilio subest, formaliter autem solum explicatio illius Scripturæ Concilio subiacet. Vel si super aliquem Scripturæ librum dubitatio oriatur, an scilicet sit legitimus, verus & canonicus verb. gr. super libros Machabeorū: Sectarij negant libros illos esse Canonicos: Catholici affirmant: tunc libri illi examinantur à Concilio, & an sint Canonici inquit: eo tempore Scriptura sacra Concilio subest, quia antequam pro Canonica cognoscatur, examinatur. cum autem pro Canonica recipitur; tunc Concilium illam veneratur, nec amplius ei subiacet. Et vos, o Sectarij, si Anabaptistæ, qui vobiscum disputant, aliquam partem sacre Scripturæ veram non esse affirmarent? quale remedium offerretis? nam ex vna parte illi negarent, vos affirmaretis: tunc aliquo modo Scriptura vestra concertationi, & disputationi esset subiecta. sic in casu.

Præterea, nos dicimus, nuda tantum decreta Conciliorum ad fidem pertinere, & non disputationes & discursus, qui ibi antè, vel postea fiunt. in quo sensu intelligendus est Gregorius Papa, cum dixit quatuor prima Concilia tanquam quatuor Euangelia veneranda esse: id est ea tantum decreta, quæ pro declaratione Catholicæ Fidei ibi facta sunt, verb. grat. consubstantialitatem Filij Dei cum Patre. Diuinitatem Spiritus sancti unitatem Personæ in duplici natura Christi: & impermixtionem vtriusque naturæ in eodem Salvatore, at in sacra Scriptura, omnia verba, nec solum sententiæ ad fidem pertinent; longum igitur esse discrimen inter sacram Scripturam, & Concilia Generalia affirmant Catholici. impostura igitur est, cū dicitis Catholicos sacram Scripturam Concilij subijcere.

Accedant nunc Sectariorum obiectiones, quæ habentur ex Calumo lib. 4. intit. cap. 9. §. 3. ex Lutero lib. de Concilij par. 1. Brentio in Confessione, Wittenbergensi, cap. de Concilij. Herman. lib. 3. & alijs Sectarijs.

Prima Obiectio. Sacra Scriptura Pastores non tantum improbitatis, sed etiam ignorantie, & erroris arguit: Ergo ab ipsis cum in Concilij congregantur; exire non poterit iudicium rectum. Antecedens probatur Isaia 56. *Speculatores eius cæci omnes, neque quidquam nouerunt, omnes canes muti, nec valens latrare, iacentes dormiunt, & amant dormitionem.* & Pastores

Deus qui nos obligauit Ecclesiam obedire, tenetur ei assistere ne falsam doceat.

Testimonium fidei ex præsentibus antiqua Ecclesie.

Testimonium sanctorum veterum Doctorum.

Concilium Papæ auctoritate non roboratum errare potest.

Sacra Scriptura Concilij omnibus anteponenda est.

Quomodo Scriptura aliquandò videtur subiaceret Concilij.

Catholicos subiicere sacram Scripturam Concilij impostura est Sectariorum.

Stoves ipsi nihil sciunt, nec intelligunt. & Hierem. 6. *A Propheta usque ad Sacerdotem quisque scilicet mendacium.* & cap. 14. *Propheta mendacium prophetant in nomine meo.* & Ezech. 22. *Coniuratio Prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens, & qui rapit pradam, Sacerdotes eius violarunt legem meam, & prophanauerunt sancta mea.*

Secularis quæ He
regio bisentur.
a obis proponunt.

Respondeo ducendum esse Calvinum ad Synagogam Hebræorum, ut ibi aduersus Iudæos imposito sibi pileo flauis coloris, more illorum, possit hæc argumenta proponere: nam Prophetæ prædicti Synagogam, & non Ecclesiam arguebant. hoc præcipue patet in libro Hieremix, nam ipse aduersus multos pseudopphetas Israel disputabat, dicentes, Nabuchodonosor Hierusalem non expugnaturum, quod ipse contra affirmabat. & cap. sequenti ad Iudæos inquit: *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes templum Domini, templum Domini, templum Domini est, quoniam si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra, si feceritis iudicium inter virum, & proximum eius; aduenia, & pupillo, & vidua non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post Deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis, habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi Patribus vestris à saculo usque in saculo.* Manifestum est igitur, cum Synagoga, & non cum Ecclesia sermocinari, quæ non confidit in templo Salomonis, nec in Palestina habitare desiderat, quam Prouinciam Deus Hebræis habitandam dedit. Isaias pari modo cum Hebræis diserit, nam in eodem capite bis de die Sabbati seruanda colloquitur. similiter Ezechiel: nulla enim est ibi particula, quæ cum Christi Ecclesia ipsum sermocinari ostendat. si quis autem ad aliquos, qui sunt in Ecclesia, negligentes arguendos talibus verbis uti voluerit iuxta sensum mylticū, & moralem, licite poterit: at sensus mylticus huiusmodi, ad probanda dogmata non valet, sicut ad mores corrigendos est utilis.

Secunda Obiectio. Act. 20. *Scio quod post discessum meum intrabunt in vos lupi rapaces, non parcetes gregi; & ex vobis ipsis erunt, qui loquentur peruersa, ut adducant discipulos post se.* & Matth. 24. *Et multi pseudoppheta surgent, & seducunt multos: ergo non est credendum Episcopis, & Concilijs cum sint potius Seductores.*

Respondeo Apostolum omnes hæreticos, qui ab Ecclesia Catholica apostatauerunt, & sectas adunauerunt ibi describere: quales fuerunt Lutherus, & Calvinus, qui statu clericali deposito ad omnia scelerata proruperunt, & discipulos post se, id est Sectatores eorum adduxerunt. Episcopi autem, & Papa nunquam Sectas composuerunt, sed Christi Ecclesiam vniformiter semper rexerunt. Loquitur igitur Saluator Matth. 24. de hæreticis, qui de nouo surgunt; Pontifices autem non surgunt de nouo, cum semper fuerint.

Tertia Obiectio. Gregorius Nazianzenus in Epistola ad Procopium inquit: *Ego, si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, ut omnia Episcoporum Concilia fugiam, quoniam nullius Concilij finem latum fauoremque vido, nec quod depulsionem malorum potius, quam accessionem, & incrementum habuerint: ergo Concilium potest errare, imò de facto errauit.*

Respondeo virum sensatum ex his obiectionibus auctores illorum esse Sectarios optime noscere; quorum mos non est veritatem inuestigare, sed aliqua petulanter queritare, quæ illorum chimericas opinio-

nes tantum circumtegant. etenim vel ex ignorantia, vel ex malitia talia dixit Calvinus: at non ex ignorantia, quia ille doctus fuerat, licet sua doctrina abusus sit ad suam ipsius perditionem; igitur ex malitia; nam Gregorius de tempore, quod fluxit inter primum Concilium Generale, & secundum loquitur, quado hærefes Arrij in toto orbe adeo creuerant, ut maior pars Episcoporum esset hæretica: Vnde tunc non licebat, seu Concilia congregare non expediebat, quia Concilium Catholicam sententiam non protulisset, ea potissimum ratione, quia Arriani Sedem Apostolicam à qua robur sumit omne legitimum Concilium non sequebantur, sed persequebantur: iure igitur dixit Gregorius, nullius Concilij lætum faustumque finem vidisse; at non de Concilio Nicæno, & Sardicensi; sed de Ariminensi, Seleuciensi, Tjrensi, Mediolanensi, Syriensi, & alijs, quæ non Concilia fuerunt, sed conciliabula hereticorum Arrianorum sermonem facit. igitur Gregorius pro ceteris temporibus, & de legitimis Concilijs, quæ ab Apostolica Sede moderari debent. non fuit loquutus.

Gregorius loquitur de tempore Arrianorum.

Quarta Obiectio. August. lib. 3. contra Maximinum cap. 14. ait. *Nec ego Nicænum nec tu debes Ariminense tanquam prauascaturus proferre Concilium; nec ego huius auctoritate, nec tu illius detineris.* Ergo sequitur Concilia non obligare, quia errare possunt. Et lib. 2. de Baptismo cap. 3. inquit. *Concilia plenaria priora posterioribus emendari.* ex quibus verbis Hermannus lib. 4. cap. 16. Prologomenorum sic concludit. Si enim priora illa antiquissima emendatione indigent, quot erroribus scatebunt ista recentiora?

Respondeo Augustinum contra Maximinum Episcopum Arrianorum tunc disputare, qui Nicænum Concilium legitimum fuisse negabat, eique Conciliū Ariminense, in quo hæresis Arriana cum fraude approbata fuerat anteponebat. Augustinus autem tunc per Scripturas, & rationes cum Maximino disputabat, idcirco verba obiecta protulit. Et sensus est; non est opus in medium afferre Concilium Nicænum, & Ariminense, quia tu Nicænum non recipis, & ego Ariminense damno. In hac igitur controuersia, nec ego huius, nec tu illius auctoritate detineris. Et sanè contra legem disputandi fuisset, si per ea, quæ negantur, quod controuertitur probare voluisset. in reliquo Augustinus Concilium Nicænum veneratus est, illiusque decreta etiam scriptis aduersus Arrianos egregie defendit, ut patet.

Augustinus loquitur est ad hominē in causa, quam disputabat cum Episcopo Arriano

Ad illud, *Concilia plenaria priora posterioribus emendari*, vbi magnalia se inuenisse Sectarij dicunt, adeo quod inter illos sæpè verba prædicta audiantur. dico verba Augustini hæc esse. *Et ipsa Concilia, quæ per singulas regiones, vel Prouincias sunt, plenariorum Conciliorum auctoritati, quæ sunt ex vniuerso Orbe Christiano sine vllis ambagibus cedere, ipsaque plenaria sæpè priora posterioribus emendari, cum aliquo experimento rerum aperitur, quod clausum erat, & cognoscitur, quod latebat, sine vllis sacrelega superbia, sine vlla inflata ceruice arrogancia, sine vlla contentione linguæ inuidiæ, cum sancta humilitate, cum pace Catholica, cum charitate Christiana.*

Peto à vobis Sectarijs, quid est hoc quod experimento rerum aperitur? numquid fides? & à quo didicistis fidem ex experientia aperiri, quæ est doctrina Diuina reuelata? nunquid fides erit sicut ars medica, quæ experientia perficitur? non loquitur igitur Augustinus de emendatione super decreta fidei, ut omnibus; sed de emendatione super decreta morum,

Augustinus non loquitur de fidelitatis decretis, & explicationibus.

quæ

que mutari possunt iuxta temporum, locorum, & personarum diuersitatem, ut pluries in Concilijs laudabiliter factum est, & hoc est quod clausum aperitur, & experientia cognoscitur quod latebat.

Quinta Obiectio. Isidorus apud Gratianum disputat. 50. Can. Domino sancto. asserit cum Concilijs inter se dissentiant, standum esse antiquioribus magisque probatis, ergo Concilia inter se pugnant, & per consequens illorum aliqua errant.

Respondeo Concilium multiplex esse; Generale, Nationale, Prouinciale, & Diocesana. Isidorus non loquitur de Concilijs Generalibus, neque de illis que ab Apostolica Sede confirmata fuerunt, sed de Concilijs particularibus, que ad morum reformationem, & restaurationem Ecclesiasticæ disciplinæ, que ex humana fragilitate vitiatur, congregantur; que si aliquando in aliquibus pugnare videantur, circa ea scilicet, que ab antiquioribus traditionibus descendere debent; tunc, inquit Isidorus, standum esse antiquioribus; nempe circa morum, seu moralium consuetudinem.

Sexta Obiectio. Concilium Iudzorum errauit Ioan. 11. quia Christum damnauit: Vnde Caluinus sic ait. sed vnum exemplum, quod est præ omnibus memorabile, pro omnibus sufficiat. parturient motes certò: in eo Concilio, quod collegerunt Pontifices, & Pharisei Hierosolymis aduersus Christum, quid desideres quod ad externam speciem atinet? fit sollemnis conuocatio, præibat Summus Pontifex, totus Ordo Sacerdotalis assidebat: damnatur tamen Christus. ergo Concilium potest errare, & de facto errauit.

Respondeo, quod licitè affirmare possem, inter Concilium Synagogæ, & Ecclesiæ Synodos paritatem non currere, ut pluries lib. 1. dictum est; tamen ad Caluinianam perfidiam magis contereendam, dico hac de causa in prolotione sententiæ Caiphæ non errasse, & Spiritus sancti assistentiam habuisse. ait enim. *Expedi ut vnus moriatur homo pro populo ne tota gens pereat*: necessitatem mortis Christi pro humani generis salute tunc protulit, quamobrem Euangelista subdit, *Hoc autem à semetipso non dixit, sed omnis esset Pontifex anni illius prophetauit*. en igitur quod ratione Pontificatus, & præsentitæ in Concilio, Spiritus sancti instrumentum fuit.

Sed dicent. Caiphæ dixit Christum blasphemasse, certè tunc ipse blasphemauit, & non prophetauit. Respondeo Concilium illud legitimo modo congregatum non fuisse, quia tumultuarium fuit, medijs falsis, & seductis testibus: adeò quod constabat, ex inuidia adunatum esse: ideoque verba blasphemiarum prolata sunt. & hoc pro Catholica veritate maximè facit, quia licet illud Concilium illegitimum fuerit, tamen Deus saltem in principali sententia ibi pronuncianda, adesse voluit, ita ut veritas sub illis verbis includeretur. Præterea nullam dicimus esse paritatem inter illud Concilium Caiphæ, & Concilia Ecclesiæ, quia tunc Synagoga sepeliebatur per Christum prædicantem, cessabat igitur in illa ius congregandi legitima Concilia. Secundò tale Concilium extitit illegitimum, quia tumultuarium, & ex odio congregatum fuit: ideo conclusit blasphemiam; Concilia autem Ecclesiæ sunt per Spiritus sancti assistentiam adunata, iuxta sanctissimas regulas, &c.

Septima Obiectio. Concilium Apostolorum Act. 15. errauit, nam Petri sententia vera fuit de abrogatione legalium, & laudatur à Paulo in Epistola

ad Galatas. Iacobus autem mutauit Petri sententiam, quam tota Synodus sequuta est, nam dixit, & præcepit Gentes abstinere à sanguine, & suffocatis, quod idem est iudaizare; nam illæ sunt Iudzorum ceremoniæ, ergo illius Synodi sententia fuit mala, & falsa, ita Lutherus in assert. artic. 29. & per consequens Concilium errare potest.

Respondeo quod Lutherus anhelans, & affectans, ac vehementi concupiscentia furens, ut probare posset Ecclesiam errasse, eo quod Concilia ubi controuersæ dirimuntur, errauerint: pro minimo duxit in horrendam blasphemiam prorumpere, quod scilicet Concilium Apostolorum errauerit. ò iniquitatem! Sectariorum inaudita! Quamobrem pro veritatis dilucidatione docendi atque monendi sunt miserabiles Sectatores illius; controuersiam, pro cuius decisione illud Concilium congregatum erat, hanc fuisse: An lex Moysis necessariò simul cum Euangelio seruanda esset: sic legitur in Actis loco cit. *Surrexerunt autem quidam de heresi phariseorum, qui crediderunt seruare legem Moysi: cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere. Et qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum sicut, & nobis, & nihil discreuit inter nos, & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus? sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum, & illi. Tacuit autem omnis multitudo: & audiebant Barnabam, & Paulum, narrantes quanta Deus fecisset signa, & prodigia in gentibus per eos. Itaque Petrus apertissimè lauat legem Moysi non esse amplius seruandam, nec cum Euangelio simul obligare. & hoc statutum firmum erit in æternum. Postquam autem Petrus hæc statuit, Iacobus Apostolus sic subdit. *Viri fratres audite me. Simon narrauit quemadmodum primum Deus visitauit sumere ex gentibus populum nomini suo. Et huc concordant verba prophetarum, sicut scriptum est. Post hæc reuertar, & reedificabo tabernaculum David, quod decidit: & diruta eius reedificabo, & erigam illud: ut requirant ceteri hominum Dominum, & omnes gentes, super quas inuocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc. Notum à saculo est Domino opus suum, propter quod ego iudico non inquietari eos, qui ex gentibus conuertuntur ad Deum; ecce quod Iacobus pari modo iudicat gentes, quæ ad fidem conuertuntur, legem Moysi seruare non teneri: mentitur ergo Lutherus cum dicit Iacobum Apostolum Petri sententiam mutasse, & reiecisit. & sequitur Iacobus: *Sed scribere ad eos ut abstineant se à contaminationibus simulachrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine.***

& sensus est ut etiam inquit Augustinus lib. 32. contra Faustum cap. 13. Tom. 6. ex 613. præceptis quæ lex Moysi continet; hæc tantum iudicamus, ut ad tempus seruetis, ac teneatis; ut scilicet abstineteis à contaminationibus simulachrorum, & suffocatis, & sanguine, ne Iudæi ad fidem conuersi offendantur, & scandalizentur, quia talia valde abhorrent: ideoque, ut absque offendiculo vnum sitis in Christo, pro nunc abstinete vos ab huiusmodi rebus, iuxta illud Apostoli 1. Cor. 8. *Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, quasi idolothyrum manducant, & conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. Esca autem non*

Iacobus Apostolus in Cōc. Apost. nō opponitur decreto Petri Apostoli. sed addidit proponendo decretum vnum circa inoffensionem Iudzorum, ut vnū fierent cum Gentibus conuersis.

Non sit factio de deo.

Cōcilium tumultuarium nō rectè conuocatum non est legitimum.

non commendat Deo. Neque enim si manducauerimus, deficiemus. videte autem ne forte hac licentia vestra offendiculum fiat infirmis (idest in fide non perfectis) si enim quis viderit eum, qui habet scientiam in Idolo recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum idolothyta: & peribus infirmus in tua scientia frater. propter quem Christus mortuus est? sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizet fratrem meum non male abo carnem in eternum, ne fratrem meum scandalizet. Ecce quod ad tempus ne scandalizarentur incipientes, talia fuerunt prohibita ab Apostolis. interdicitur autem ibi expressè fornicatio, quia apud gentes simplex fornicatio nullis legibus prohibebatur, unde, quasi licita esset, exercebatur; hinc est quod Apostoli iterum iam datam inhibitionem de fornicatione, per Synodale decretum confirmauerunt. & hæc sententia Iacobi omnibus placuit, & Petro; & sic utrumque statutum est; primū scilicet quod lex Moysis simul cum Euangelio non erat seruanda. & hoc secundum quod Iacobus addidit, quod scilicet ne offenderentur Iudæi, & vt possent cum gentibus conuersis ad fidem, conuenire ad mensam, & conuersari, debebant se abstinere à supradictis ceremonialibus aliquibus, & leuibus. nunc autem cessauit occasio prædicta scandali, & consequenter etiam talium ceremonialium obseruatio defecit. fuit enim decretum morale, quod iuxta tempora diuersa, mutari potest, vt alibi diximus.

Octaua Obiectio est contra Concilium Nicænū, in quo triplicem errorem inueniri, conantur ostendere. primus est, quia in primo Canone, eos qui se castrauerunt pro Sacerdotio idoneos non esse docet, & in Canone tertio Sacerdotibus vxores prohibetur. secundus est, quia in Can. 11. militia damnatur; quam Ioannes Baptista approbat, Luca 3. dicens, *Estote contenti stipendijs vestris, & neminem concutiatis.* tertius est, quia Paulianos hæreticos rebaptizandos esse præcepit. quod etiam apud Concilium Ieonium ex lib. 7. Historiam Eusebij cap. 6. habetur. ita Lutherus in lib. de Concilijs, par. 1.

Respondeo Lutherum proculdubio solutionem huius obiectiois nouisse: sed vt suam desperationē aliquo modo circumliniret, præfatas ineptias excogitare, coactus fuit. dico igitur ad primum, & Lutheranos moneo, Canonem talem esse. *Si quis à medicis propter languorem defectus est, aut à barbaris abscissus, permanere debet in clero. si quis autem seipsum sanum abscidit, deponendus est à dignitate clericali, & tales nunquam ad dignitatem assumunt sunt.* itaque voluntarias castrationes interdicit eo quod, qui talia faciebant malè consilium Christi Matth. 19. intelligebant. nempe. *Es sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter Regnum Calorum; qui potest capere (puta hanc virtutem) capiat.* Et in pœnam talis actus, illis statutum clericalem iustè prohibet. hoc autem non opponitur tertio Canoni, in quo mulieres Sacerdotibus prohibentur: nam aliud est virilia sibi abscindere, & aliud à concubitu se abstinere. Ad secundum dico nunquam militiam ibi damnari. Canon enim talis est. *Qui verò per Dei gratiam vocati primo quidem ostenderunt fidem suam, deposito militia cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum reuersi sunt, vt & pecunias darent, & ambirent redire rursus ad militiam: isti decem annis sint inter penitentes. postquam triennio fuerint inter audientes, idest cathecumenos.* huius rei Hi-

storia est omnibus doctis manifesta, & ipse despectus Lutherus iam illam nonerat. res igitur ita se habent Imperatores Romanorum Idololatæ militibus cingulum aliquod tribuebant, quod erat signum honoris, & inde multa obtinebant privilegia: quia autem Christi fidem persequi læpè solebant, tunc ab omnibus Christianis, vt tale auferretur cingulum legem dederant; cumquæ fidelium multi illud spreuissent, & abiicissent, qui tamen deinde seducti, fidem negauerant, & cingulum iterum sumperant. Concilium his, qui tale scelus tempore persecutionum commiserant, pœnam hæc adiudicauit, vt qui inter persecutionum fidem negauerint, penitentiam decem annorum reciperet; qui autem pro reassumptione dicti militaris cinguli idem fecerint, tredecim annis penitentiam agerent. idque non tantum aperte legitur apud Eusebium lib. 8. Histor. cap. 4. & lib. 9. cap. 10. & Ruffinum lib. 10. Histor. cap. 32. & lib. 11. cap. 2. & Theodorum Balsamonem in commentarijs præfatorum Canonum; sed ex ipso textu patet; nam ibi de pœna, quæ lapsis in infidelitatem danda est, fit sermo.

Ad tertium scilicet de rebaptizatione Paulianistarum, & Cataphrignorum; dico Concilium id iure optimo statuisse cum illi Christum esse putum non minem falso sentirent: nec mysterium Trinitatis crederent; ergo illorum baptismus invalidus erat; quibus autem ad fidem Catholicam accesserant, nec rebaptizari debebant; cum malè baptizati fuissent. De Concilio Iconij, quod non est Generale, non potest agi an benè, vel malè desinerit. (ritus enim Concilia absquæ Summi Pontificis approbatione errare posse. Petrus enim est petra Ecclesie visibilis posita super illud fundamentum de quo Apollolus 1. Cor. 3. ait. *Fundamentum autem aliud nemo mittere potest præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.*) De eo magis, quia Concilia particularia potestatem iudicandi fidei controuersias non habent, cum ad morum reformationem tantum congregari debeant. Vnde, Sectarij in vanum laborant, cum Concilia particularia nobis obijciunt.

Nona Obiectio. Concilium Neocæsariense confirmatum à Leone IV. dist. 20. Can. de libellis, & receptum in Concilio Nicæno primo, vt habetur in Conc. Florentino sess. 7. prohibet secundas nuptias. ait enim. *Presbyterum conuiuium secundarum nuptiarum interesse non debere, maxime cum precipiatur secundis nuptijs penitentiam tribuere.* & tamen Apollolus 1. Cor. 7. secundas nuptias non damnat, dicens. *Si dormieris vir eius: liberata est, cui vult nubat, tantum in domino.*

Respondeo nunquam præfatum Concilium secundas nuptias damnare, sed tantum solemnitatem secundarum nuptiarum interdicerè: etenim cum secundæ nuptiæ sint multis laudabiles: viduitas autem magis commendabilis; iuxta illud Apolloli 1. Cor. 7. *Dico autem non nuptis, & viduis: bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. quod si non se continent, nubant. melius est enim nubere, quam vri.* & 1. Tim. 5. *viduas honora quæ vera viduæ sunt.* Hinc est quod Concilium secundarum nuptiarum solemnitatem iure prohibuit, & Presbyterum conuiuium non interesse debere, & huiusmodi solemnitatem celebrantibus penitentiam iniungere rationabiliter mandauit.

Decima Obiectio. Concilium Toletan. 1. Can. 17. ait. posse admitti ad communionem eum, qui concubinam habet modo non sit vxoratus. & hoc concilium

Simplex fornicatio apud Gentiles nullis legibus prohibebatur.

Paulianiste negabat mysterium Trinitatis, ideo cum fidei Catholicæ recipiebant iterum baptizari debebant, quia baptismus primò collatus validus non fuerat.

Concilium solemnitatem secundarum nuptiarum interdixit. & Presbytero contrafacienti penitentiam imposuit.

Prohibens statum clericalem his qui se spontè castrauerunt, & prohibere clero vxores non fuit contra-dictoria.

Concilium à Leone I. confirmatum fuit.

Huius obiectiōi communiter respondent Con-
cubinam antiquitus dupliciter sumi solere: primò
pro vxore sine dote, & solemnitate ducta; & de hac
loqui Concilium affirmant; quæ cum etiam esset legi-
timo matrimonio copulata, iure ad communionē,
qui eam tenebat recipiendus erat, dummodò non
duxisset vxorem, idest dummodò aliam primò cum
solemnitate non duxerit. Secundò pro muliere for-
nicariæ alicui coniuncta, de qua sæpè multis in locis
legitur, & præcipuè in Epistola eiusdem Leonis 92.
ad Rusticum Narbonensem cap. 4. in qua, concubi-
nam non esse verè vxorem, nequè coniunctionem
cum ea esse Sacramentum matrimonij aperte docet-
tur, huiusmodi rem, & ipse perpendi, & inde cogno-
ui, à matrimonio clandestino id originem traxisse.
tunc enim, vt plurimum mulier viro consentiebat,
nullis præmissis solemnitatibus, & sponsalibus; nec
præmissa dotis partitione, & assignatione simul ha-
bitabant: vnde quasi illegitima videbatur, & con-
cubinæ nomen fortiebatur; eo magis quia sæpè eue-
nit, vt vir illam impunè dimitteret, cum pactum,
quod inter illos fuerat, testibus coram Ecclesiastico
iudice probare non possent; nec satis aperte aliquan-
dò, an esset concubina fornicaria, vel concubina
matrimonio iuncta quisque cognoscere valeret, cō-
cilium igitur tales concubinarios ad sacram com-
munionem admitti posse fatetur, sed subintelligi de-
bet, dummodò talis concubina, vt vxor, perpetuò
simul cum viro sit habitatura, qua stante expositione,
obiectio ruit.

Vndecima Obiectio. Concilium Sardicense re-
ceptum fuit à Leone IV. dist. 20. Can. de libellis: &
tamen Beatus Augustinus lib. 3. contra Cresconium
cap. 34. dicit. *Disce quod nescis, Sardicense Concilium
Arrianorum fuit, quod totum iam diu est, vt habeamus
in manibus, maxime contra Athanasium Episcopum
Alexandrinum Catholicum, qui eorum errorem ex ipsa
Civitate ortum, præ cæteris acriter arguebat, & resel-
lebat.*

Respondeo Concilium Sardicense in duas partes
diuisum fuisse: prima pars fuit Occidentalium 300.
Episcoporum cum quibus erant duo Legati Iulij Pa-
pæ, scilicet Hosius, & Philoxenus. & hi fidem Ca-
tholicam confirmauerunt, & Athanasium restitu-
erunt. altera pars fuit septuaginta Episcoporum Ori-
entalium, qui simul conuenientes hæresim Arrianam
stabilierunt, & Athanasium damnauerunt. Augusti-
nus de his loquitur, non autem de primis. Et quòd
ita sit, patet ex verbis Augustini ibidem. ait enim.
*Sed Orientales quos modo nostros esse concedis, nō lasu-
isse hoc facinus dicis. neque vt hoc probes inferis prin-
cipium Epistola Concilij Sardicensis, ubi Donati Car-
thaginis Episcopi vestri nomen inuenitur adscriptum.
Quod ideo factum putas, & affirmas, quod videlicet
Orientalibus, qui de Concilio suo hac scripta miserunt;
facinus displicuerit traditorum, & ab eorum commu-
nitate retraxerunt, & propterea à Donato vestro commu-
nicabant. & infra. Non igitur mirum si illi heretici
Donatum sibi assidue tenuerunt, quos per totum or-
bem Catholica damnabat Ecclesia. quamquam nos sine
Civitasum nominibus Episcopos, ad quos ha littera data
sunt habeamus. Aut ergo aliquis Donatus fuit non in
Africa Episcopus, cui nomen Carthago à vestris est ad-
dita, aut vt dixi Africanam hæresim, Orientalis hæresis
sibi tenuit adiungere. & infra. Sed Deo gratias, quod
nec valuit, si tamen capta est illa conspiratio hæreticorum*

Orientalium, cum Afris hæreticis prauales, &c. Patet
igitur August. de parte, seu conciliabulo Orienta-
lium differere.

Duodecima Obiectio. Leo Papa Epist. 53. ad An-
atolium Episcopum Constantinop. & 54. ad Mar-
tianum Imperatorem, & 55. ad Pulcheriam, Syno-
dum Chalcedonensem legitimam fuisse affirmat, &
tamen illam ambitionis, & temeritatis arguit. Ergo
fuit sententiæ Concilium legitimum errare posse.

Respondeo Caluinum melius ex præcitatis episto-
lis supremam Papæ potestatem, quam ipse conculcat,
addicere potuisse; & sic nequaquam has petulantes
rationculas contra Catholicam veritatem exogitaf-
set. nam Concilium Generale legitimum errare non
potest, dummodò velit esse legitimum; quia autem
homines libertate non carent, & proinde legitimum
modum procedendi abijcere possunt tunc Deus re-
bus inordinatis assistere non tenetur. Patres ibi, ab-
sentibus Sedis Apostolicæ Legatis, illos Canones,
quos Leo damnat composuerunt; non erant ergo
Concilium, quia nulla congregatio extra Petri auium
est Concilium; si autem Patres, consentientibus Le-
gatis Papæ, de mandato illius talia decreuissent, tunc
Calvinus Concilium errasse iure probare posset; ar-
hoc nunquam probabit. mitur ergo in casum, vt
vltimam actionem Concilij Chalcedonensis Legati
patebit.

Decima tertia Obiectio. Concilium Arelatense,
secundum Can. 2. inquit. *Assumi aliquem ad Sacer-
dotium in vinculo coniugij constitutum, nisi fuerit præ-
missa conuersio, non oportet.* Ex quibus verbis duos er-
rores notat Hermannus. primus quòd non liceat sa-
cerdotibus vti suis vxoribus, cum id sit contra Con-
cilium Gangrense in cuius Can. 4. excommunicantur
ij, qui nolunt interesse sacrificio, quod à Presbytero
coniugato offertur; Concilium autem Gangrense
receptum est à Leone IV. dist. 20. Can. de libellis. &
etiam contra Concilium Nicænum, in quo appro-
bata est sententia Paphnutij, qui sacerdotes vxoribus
vti debere proposuerat, vt scribit Socrates lib. 1. cap.
8. Secundus error est in illa voce, *Conuersio*, nam
non conuertimur nisi à malo. Vnde hic damnatur
coniugium, & est hæresis damnata in Concilio Gan-
grensi Can. 1.

Respondeo Canonem Concilij Arelatensis opti-
mum esse, quod scilicet vxoratus non sit Sacerdos,
iuxta ritum quem Romana Ecclesia semper tenuit.
cum Hermannus affirmat, quod Concilio Gangren-
si opponitur, falsum dicit, quia Concilium Gangre-
se eos anathematizat, qui sic nuptias, & coniunctio-
nem maritalem damnabant, vt dicerent eum, qui
prius vxorem habuerat, & deinde illa defuncta factus
erat Sacerdos sacris Ordinibus indignum esse; ideo-
què sacrificio, quod tales Presbyteri, qui prius fuerat
vxorati offerebant, interesse nolebant. nulla igitur
adeft contradictio. Ad sententiam Paphnutij iam
superius satis dictum est. Ad illud de conuersione,
dico, quod non tantum à malo ad bonum quisque
conuerti dicitur, sed etiam à minus bono ad magis,
vel maius bonum: matrimonium bonum est; sed casti-
tas est melior, secundum doctrinam Apostoli 1.
Cor. 7.

Decima quarta Obiectio. Concilium Syrmien-
se videtur receptum, quia damnata est in eo hæresis
Photini, & tamen aperte in eo Concilio confirmata
est hæresis Arriana. ergo hoc Concilium errauit.

Respondeo, quod aliquando idem ex vno Capite
P 2 bonum,

Quid nomine con-
cubinæ olim in-
telligebant.

Augustinus lo-
quitur de parte
Episcoporum O-
rientalium, qui
Conciliabulum
fecerunt.

Patres Concilij
Chalced. absolu-
to ferè Concilio
absentibus Papæ
Legatis ea volue-
runt decernere
de episcopatu Cō-
stant. super quæ
redarguantur à
Leone.

Obiectio quæ
obiicit non per-
cepit.

Cōcilium Syrmienſe eſt particulare, & talia, quibus proprie non conuēgit de ſide decernere errare poſſunt, qui ſine Papa congregantur.

bonum, & ex alio capite malum conſiſtere poteſt; ver. gr. quando ſectarij ad inuicem pugnant, qui fabulas & ineptias impugnant, bene faciunt; quando autem fidem Catholicam calumniantur; tunc male faciunt. ita in cau. Concilium Syrmienſe damnauit Photinum, bene fecit. confirmauit hæreſim Arrij, male operatum eſt: ergo Concilium errauit, Concilium Syrmienſe, quod eſt particulare, concedo; ergo poteſt Concilium Generale legitimum errare, & ineptiſſima ſequela.

Decima quinta Obiectio. Concilium Laodicenſis Can. 1. ſtatuit, ut ſecundum indulgentiam reddatur communicatio ijs, qui ſecundis nuptijs iuncti ſunt. ſequitur ergo Concilium prius, communionem ab ijs, qui ſecundo uxorem duxerant abſtulit. Vnde illam reſtituere volebat, condonando peccatum, ſecundum ly indulgentiam.

Reſpondeo cum Cardinali Bellar. lib. 2. de Conc. cap. 8. aliquos Episcopos particulares indiſcretè id ſtatuiſſe; Concilium autem ne id fieret decreuiſſe. & ly ſecundum indulgentiam non condonare peccatum ſignificare, ſed minus bonum operari permittere; in quo ſenſu etiam Paulus 1. Cor. 7. ait, ſecundam indulgentiam. Vel loqui de illis, qui contra ritum Eccleſiæ, ſolemnitatem ſecundis nuptijs adhibuerunt, quod etiam eſt probabile.

Decima ſexta Obiectio. In ſexta Synodo multi falſi Canones inueniuntur; nam Can. 2. dicitur, Hæreticos rebaptizandos eſſe, quod tamen antea damnatum fuerat, à tempore Cypriani, qui huius erroris fuerat. & Can. 72. iudicantur irrita, & ſoluenda cōiugia Catholicorum cum hæreticis, &c. & tamen Adrianus I. in Epistoſa ad Tharſium, quæ eſt in ſecunda Actiōe ſeptimæ Synodi, tales Canones diuine, & legaliter prædicatos affirmat. item Nicolaus I. Epistoſa ad Michaelē. & Innocentius III. cap. 2. multis, extra de ztate ordinandorum. & ſeptima Synodus Act. 2. 3. 4. 5. & 6. his Canonibus vtiuntur.

Reſpondeo cum Card. Bellar. loc. cit. præfatorum Canonum pluriſimos falſos, & damnatos eſſe. & a nullo Concilio legitimo editos fuiſſe. patet hoc ex Tharſia in 7. Synodo Act. 4. vbi hos Canones non à 6. Synodo, quæ fuit ſub Agathone Papa, & Conſtant. Imperat. ſed poſt multos annos tempore Iulianiani II. Imperatoris à quadam Synodo editos fuiſſe Legati Papæ præſentes non fuerunt, nec auctoritate Papæ tale Concilium coactum fuerat. Ad verba Adrianani dicimus, Canonem illum 82. quem citat eſſe de picturis, illamque ſententiam pro tunc vtilem fuiſſe, quia de cultu Sanctarum Imaginum erat diſceptatio. Nicolaus autē, ait ſe citare illum Canonem eodem modo, quo Paulus Act. 17. verba Ethnicorum Poetarum citauit. Et Innocentius nihil definit de his Canonibus, ſed tantum vnum ex illis allegat: & licet nomine 6. Synodi illum produxerit; id fuit; quia tales Canones ſic communiter dicebantur, licet non ſint. In ſeptima Synodo tales Canones à particularibus inter diſputandum allegantur; tota autem Synodus illos non recepit: definitio autem Synodi habetur tantum Act. 7. vbi horum canonum nulla fit mentio.

Decima ſeptima Obiectio. Ex Hermannō lib. 3. prologomenorum cap. vlt. Caluino lib. 1. inſtit. cap. 11. §. 14. & lib. 4. cap. 9. §. 9. & Magdeburg. Cent. 8. cap. 9. 7. Synodus, quæ eſt Nicæna 2. pugnat cum duobus Concilijs, ſcilicet cum Conſtantinopolitano ſub Conſtantino Copronymo, & cum Francofordienſi ſub Carolo Magno: ergo ſeptima Synodus falſa

eſt, quæ tamen à Papa confirmata fuit.

Reſpondeo ſeptimam Synodum cum Conſtantinopolitano ſub Conſtantino Copronymo fuiſſe. Concilium legitimum, cum Conciliabulo utique pugnat; nam illud ſub Copronymo non habuit Papæ Legatos, nec alius auctoritatem, nec ceteros Patriarchas, vt quid dicitur hæc Concilium, quod proſertim Copronymus adunauit nobis obijciunt? ſi pro rebus militaribus, & negotijs politicis illud cogiſſet, audiremus illud, ſed quia pro Religione id fecit, ſciat quod falſum ponere in alienam meſſem nõ debebat.

Ad Synodum Francofordienſem, dico illam tantum pro damnatione Eliſandi, & Felicis, Episcoporum; qui Chriſtum Filium Dei adoptiuum, & non naturalem docebant congregatam fuiſſe. Quod autem ſeptimam Synodum damnauerit, dico ex Cardinali Baronio Anno 794. à quibusdam ſeptimam Synodum diffamatam fuiſſe, quod nec Papæ confirmationem haberet, & cultum Latriæ Imaginibus tribuendum ſtatuiſſet; quamobrem Episcopos quamplurimi, maximè ex Gallia, Græcis inſenſe, obſublatam ab illis Imperium, & continuas rebelliones à Romana Eccleſia, in damnationem præſatæ Synodi priorum perunt. At Legati Apoſtolicæ Sedis reclamauerunt. Carolus, vthæc vidit, ſalubre conſilium inijt; contra dicentes ſententias illas in vnum collegit, & eaſdem per Legatum Angilbertum Abbatem S. Ricardi ad Adrianum Romanum Pontificem miſit; quæ cum pluribus capitibus continerentur, Capitulares dicuntur. Ad quæ ſingula capita reſpondit Adrianus; ſequutus, vt ipſemet affirmat, prædeceſſorum doctrinam, & Eccleſiæ traditionem. Ex quibus Lector cognoſcat, Concilium à Papa confirmatum non errare, nec errare poſſe. cum autem Papæ Legati non conſentiunt, Concilium non eſt legitimum, nec tenet.

Sed inſtant, dicentes quatuor lib. Caroli Magni, qui in lucem prodierunt anno Domini 1549. ad eſſe: in quibus Carolum Magnum cultum Imaginum, & ſeptimam Synodum impugnatio legitur: eoſque in Concilio Francofordienſi receptos fuiſſe.

Reſpondeo huic inſtantiæ cum Cardinali Bellar. loco citato, tales libros non Caroli Magni, ſed alicuius hominis barbari, & imperiti eſſe. nam dicit Conſtantinopolim in Bithinia ſitam eſſe: & Conſtantinopoli Synodum celebratam pro Imaginibus fuiſſe cum tamè Nicæna in Bithinia id factum fuerit: & alias ineptias ponit. ac Carolus Magnus vir fuit acuti ingenij, peritus & prudens: & quis affirmare audebit Carolum Magnum talē Græcorum hæreſim contra Romanum Pontificem defendere voluiſſe? & quia in hoc eodem libro nomine Caroli prodito exploratum mendacium continetur, Patres ſcilicet Concilij Nicæni Euchariſtiam Imaginē Chriſti Corporis appellaiſſe, quod nunquam Patres dixerunt. Caluinus illic occaſionem calumniandi aſſumens inquit. Ceterum ne ſuo ſolemniter plaudite fabula careat, additur clauſula à Nicæno Concilio ſcilicet. Gaudeant, & exultent qui Chriſti habentes Imaginem ſacrificium illi offerunt. Hoc autem eſt inſipium mendacium. Nam Patres Nicæni Concilij nunquam talia dixerunt, imò adorationem non in ſuo rigore Imaginibus dederunt, ſed tantum honorariam, vt ibi habetur. nec præſatus liber nomen auctoris, nec impreſſoris, nec temporis, nec vbi, aut quomodo, aut à quo reperiſſus habet. Quid igitur de tali libro faciendum ſit, Amicus Lector decernat.

Decima octaua Obiectio. In Concilio Romano ſub

Concilium non ſtatuerat prius id quod tunc interdicit, ſed Episcopos particulares illud præceperat, quod Concilium prohibet.

8. in men. 11. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

sub Stephano septimo omnia acta Formosi Pape predecessori sui irritantur, deinde Concilium Ravenense sub Io. IX. acta Concilij sub Stephano cassavit, & acta Formosi approbavit. Hæc Concilia sunt inter se contraria, & utriusque Roman. Pontifex præfuit. Respondeo hanc ex illis istancis cribrationibus contra nanim Petri, quam Christus Dominus Lucæ 22. prædixit, vnam existere; hoc tamen quod obijciatur fidei veritati non nocet. Cuius rei, vt plena cognitio habeatur; sciendum quod Formosus Episcopus Portuensis à Ioanne VIII. deponitus, degradatus, & ad sortem laicorum redactus, ex Vrbe migrare, & insuper se nunquam ad Episcopatum redituro iurare coactus fuit. Ioanne mortuo, successore eius Marinus illum à iuramento incaute, vtrorsus, præstito absoluit, & Episcopatum restituit. Stephano Sexto mortuo, Formosus creatur Pontifex, & in Pontificatu nonnullos Sacerdotes, & Episcopos creat. Successor eius, post Bonifacium, Stephanus VII. vehementer contra illius memoriam insensus, quod Arnulphum Regem, qui in nonnullis processibus Romanorum crudeliter lænerat, Romam vocasset; publice in Concilio Episcoporum eum non legitimum fuisse Pontificem decreuit, eiusque acta irritauit, ordinatosque ab eo iterum ordinari iussit; ipsiusque Formosi corpus è sepulchro extraxit, eumque, tribus digitis quibus ordines contulerat mutilatis, tanquam sepultura indignum in Tyberim proijci mandauit. Collectaque Synodo, nefarium, impium, & detestabile facinus approbavit.

Quod Stephani decretum omnibus admodum displicuit: & ideo tres Pontifices ordine succedentes, Romanus I. Theodorus II. & Ioannes IX. conuocato alio Concilio Formosum inter supremos Pontifices legitime censuerunt, & Stephani Septimi sententiam tanquam perperam lætam, irritarunt. Ex quo fit definitionem Stephani, potius ex tribunali, quam è Cathedra, ratione cuius Pontifex infallibilitate gaudet, prodijisse. Nec dissidium hoc Marini, Romani, Theodori, & Ioannis contra Stephanum ad questionem fidei pertinuisse censetur, sed tantum ad facta, quædam particularia, in quibus falli, & fallere posse Pontificem, nemo est qui nesciat: ita optime Baronius ann. 891.

Decimanoa Obiectio. In Concilio Romano sub Nicolao II. definitum est, Corpus Christi sub speciebus panis in Sacramento Altaris tractari, & frangi manibus Sacerdotum, & fidelium dentibus atteri, vt dicitur in Canone, ego Berengarius. de Consecr. dist. 2. at hoc erroneum est, quia Christi Corpus est gloriosum, & impassibile: iuxta illud Apostoli ad Rom. 6. Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, & c. ergo illud Concilium errauit.

Respondeo verba ista dicta fuisse tantum ad significandum, & ad magis exprimendum, Corpus Christi ibi, vere, & realiter sub illis speciebus præfens existere; quod Berengarius negabat, dicens, panem esse tantum nudum signum, nec Corpus Christi continere: non autem quod dentibus proprie conteratur, quis enim mortuis compos talia affirmare audeat?

Vigesima Obiectio. Concilium Constantiense, & Basileense Concilium esse supra Papam statuerunt; & Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 11, oppositum decreuit, error igitur hic est manifestus.

Respondeo nullum errorem adesse, nam Constantiense loquitur in casu Schismatis, cum scilicet plures persone Pontificatum occupare simul, & se-

mel. & Lateranense loquitur extra tempus Schismatis, quia autem nonnulli Constantiense Concilium, etiam extra tempus Schismatis loquutum fuisse putauerunt, Concilium Lateranense ad eum errorem tollendum, hoc declarauit, De Concilio Basileense dico, quod eo tempore, quod talia profere ausum est, Conciliabulum esse cepit, ratio est, quia illud iam Eugenius Papa dissoluerat, vt alibi diximus: ideo obiectio nihil concludit.

Vigesima prima Obiectio, Concilium Lateranense sub Innocentio III. definiuit, tanquam fidei articulum, sub speciebus panis, & vini in Sacramento Altaris verum Corpus, & Sanguinem Christi continere; in Concilio autem Ephesino anathematizantur omnes nouum Symbolum proferentes, ergo Concilio Lateranensi id non licuit.

Miror cur Hermannus huiusmodi ineptias nobis obijciat? cum per huiusmodi fabulas, imposturas, & læuitatis notam vitare non possit. Concilium Ephesinum prohibuit aliud Symbolum, id est diuersum ab illo; explicationem autem articulorum fidei iuxta controuersias, quæ nouiter in Ecclesia à Sectarijs excitantur, prohibere non poterat; quia ab Ecclesia ius decidendi in controuersijs auferte non valuit, cum id à Christo habeat. quomodo ergo sequitur Concilium Lateranense veritatem Carnis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini suo decreto munire non posse? etenim cum articulus ille semper ab Ecclesia creditus fuerit. Concilium Lateranense non tanquam rem nouam, sed antiquam, voluit nouo decreto munire, ac custodire.

Vigesima secunda Obiectio. Concilium Constantiense sess. 13. excommunicauit omnes communicantes sub vtraque specie. Concilium autem Basileense id Boemis concessit, ergo quod vnum affirmat, aliud negat.

Respondeo, sequens Concilium super aliquid decretum præcedentis alterius Concilij absque contradictione aliqua iure dispensare posse: si in decretis fidei id factum esset, concluderet obiectio, quia fides vna semper est, immobilisque manet, & à Deo reuelante pendet: cætera decreta moralia iuxta temporum, ac nationum varietatem mutare, vel auferre licet præter fidei Catholicæ iacturam. sanis patet.

Vigesima tertia Obiectio. In quacumque hominum congregatione sæpe contingit, vt maior pars vincat meliorem, ergo in Concilijs Ecclesiæ vbi definiuntur omnia, iuxta maiorem suffragiorum numerum, facile erit, vt quod erroneum est, concludatur.

Respondeo, si de Conuiuijs fiat disceptatio, vel de expugnandis vrbibus, & similibus, vti quæ id contingere posse: in controuersijs autem fidei, nequaquam: nam stabilis est promissio Diuinæ assistentiæ super Ecclesiam suam in hac materia, vt satis dictum est lib. 1. di. 5. itaque paritas claudat.

Vigesima quarta Obiectio. Licet Concilia legitima errare non valeant, nullus tamen scire poterit, quodnam fuerit Concilium legitimum. Probatur, quia legitimum Concilium Episcoporum fidelium est. nemo tamen cognoscit an illi Episcopi, qui adfuerunt, fidem veram habuerint, & veram ordinationem.

Si hoc argumentum seu potius deliramentum valeret, sic etiam concludere deberet: ergo nemo scit, an contra Arrium, Macedonium, Nestorium, Euthichen, & alios hæreticos bene definitum fuerit; veniant igitur etiam illi Sectarij, & nobiscum vniatur, & com-

Conc. Ephes. explicationem vltimorum fidei in Ecclesia non interdixit, quia hoc non poterat.

Qui facit legem potest dispensare super legem in moralibus non de decretis fidei loquendo.

Papa extra munus Cathedra, vt homo potest peccare, & male operari ex odio, & inuidia, sicut tunc factum est.

Dicta fuerunt ad maiorem veritatis expressionem.

Secundum vniuersum Concilij appetit.

& componamus perfectam Babel, & saltemus, & bibamus, quia nemo scit, quis sit fidelis, apud quem sit veritas fidei: Ecclesia latet, & cætera.

O miseri, & miserabiles cæci, & diuino lumine nudi, quorsu tenditis? per antra per cauernas Auer- ni . repetam ne vobis, quod lib. 1. disp. 5. dixi? nequaquam: vos illuc mitto, & cuius generis sit huiusmodi blasphemia percipietis. Ecclesia illa est de qua Daniel cap. 2. ait. *Videbas ita donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & siccilibus, & comminuit eos. Lapis autem, qui percusserat statuam factus est mons magnus, & impleuit uniuersam terram.* & infra exponens Daniel visionem hanc ait. *In diebus autem Regnorum, illorum suscitabit Deus Cels Regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & Regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consumet uniuersa Regna hæc, & ipsum stabit in aeternum. Secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & as, & argentum, & aurum, Deus magnus ostendit Regi, quæ ventura sunt postea, & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius.* Ecclesia igitur creuit in montem magnum: & vos o Sectarij sic cæci estis, vt offendatis in montem? Dicitis forsitan, non negamus Ecclesiam. sed dico, dum illam absconditis, non solum illam negatis, sed chimericam illam facitis. Si Episcopos in Concilio an sint veri Episcopi, & fideles, & cæteros de plebe pariter an sint fideles pari modo per vos non cognoscimus: ubi erit igitur Ecclesia Christi? certe Sectarij vos insanitis. Episcopi in Concilio fidem Catholicam externè profitentur, ideo Ecclesiam Christi repræsentant: si quispiam illorum internam fidem non habeat, sibi soli nocebit; dum enim cum alijs illam coram omnibus profitetur, membrum erit Ecclesie, ac minister; & in ordine ad commune regimen Ecclesie à Deo dirigetur, quia ille Ecclesie suæ, quam proprio sanguine acquisiuit, ne à fide labatur prospicit. velit nolit Satanas cum Satellitibus suis.

Vigesima quinta Obiectio. In antiquis Concilijs conuenisse Episcopos ex multis Prouincijs, quæstionem propositam diligenter examinasse, subscripsisse, deinde spontè sua non aliqua vi externa coactos, & alia eiusdem generis fecisse, quæ requiruntur ad legitima Concilia, vnde nouimus nisi ex fide historico- rum? At historici, Diuinis exceptis, non rarè mentiantur, & certè firmam, & infallibilem fidem non faciunt, ergo Conciliorum decreta sunt omninò dubia.

Huic Babylonico argumento, quod Doctores diuersa dicant pro illius resolutione miratus sum; vt autem Sectarij, quid valet cognoscant; illos sic interrogo. Vnde estis vos, aut cuius estis filij? Respondent, sumus filij fortis, & Platonis, ver. gr. & sumus de tali, & tali Ciuitate. sed ego dicam, nego hoc; vos estis ex Indijs. quomodò hoc potestis probare. dicetis quia Conciues ita dicunt. at ego. Conciues vestri vos decipiunt, vel huiusmodi rei oblitus fuerunt.

O Sectariorum miseria! docendi sunt homines isti sicut pueri, qui prima elementa addiscunt. sed antequam ad solutionem descendam, adhuc aliud dubium proponam. Sacram Scripturam à Deo esse vnde nouistis? dicit aliquis nego hoc, nunquam Hebræi fuerunt in Palæstina: mare rubrum non transierunt, nec ab Ægyptiaca seruitute vindicati fuerunt. sunt fabulæ poetarum. Vnde scitis hoc? dicite o Sectarij! scio quid respondetis. vniuersus orbis sic affirmat, sic Patres nostri tradiderunt, vbi nam conuenit totus or-

bis ad talia componenda! ex totius orbis assensu sic esse sit euidens. vnde talia negans, humani generis conditionem peruertit, & penitus auferit. Cur Reges, & Respubl. historijs patrum suorum, quas seruant, sic adherent, cur aliter ea accidisse in dubium non reuocant? ratio est, quia homines sunt sensati, & quæ sunt vera, discernere minimè ignorant. Sic inquam Ecclesia, & Cathedra Petri, quæ legem Christi diuino mandato custodit, quæ Concilia statuerunt successiuè, & ordinatè seruauit; & Pastores, qui ex diuersis Regnis conuenerunt, ad diuersas regiones eadem scripta transtulerunt, & hoc modo eadem doctrina vbiquè seruatur, & custoditur; quomodo fieri potest, vt Prouinciæ, & nationes diuersæ idem ab antiquo retineant; & similes libros à Præcis se accepisse teneant, nisi realiter ita olim res fuerit? idem quippè est hoc in dubium ponere, quam vniuersum mundum stultorum hospitium esse, affirmare; sensus itaque, qui talia argumenta proponunt sunt expertes. Ad illud de historicis, quod aliquando falsa scripserunt, Respondeo, licet hoc rarè euenerit, eos nempe circa particularia errasse, tamen non in omnibus errauerunt. Sed quicquid sit de illis; dico aliud esse aliquid ex historicis particularibus obtinere, & aliud aliquid non tantum à Romana Cathedra, quod vtiquè sufficeret, iuxta Christi Domini doctrinam Lucæ 22. *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* sed ab omnibus Prouincijs, Regnis, Nationibus, & mundi partibus, vt quid sacrum habere. Vnde qui totum orbem errare in huiusmodi rebus affirmat, ea poena dignus esse videtur, quam Philosophus contra negantes experientiam assignat.

Vigesima sexta Obiectio. Concilium Constantinopol. tempore Nicolai I. errauit, & tamen ibi Legati Papæ aderant, & consenserant, vt patet ex Epistola Nicolai ad Patriarchas, & cæteros Episcopos Orientis, & ex Baronio anno 861. ergo Concilium, quomodocumque sumatur, errare poterit.

Respondeo huius rei historiam sic habere, vt apud Acta eiusdem Concilij legitur. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus, cum Bardam Patrium ab Ecclesia eiecisset ob vxoris repudium, & sub introducta cognatam; ab Imperatore ipso Barda persuadente, Episcopatu priuatus in exilium ductus fuit: qui Photium ex laico ordine, licet secularibus scientijs eruditum immediatè intrusit. hic videns Ciuitatem adhuc stare pro Ignatio, ministerio Bardæ Imperatori suauit, vt Concilium congregaret sibi adherentium Episcoporum, quo eundem Ignatium damnaret, vt hac arte Episcopos atque populum ab Ignatio auerteret. Vnde ad Nicolaum I. Pontificem scripsit, & ab illo Legatos petijt, vt Ecclesiam reformaret, & iconomachos ab Ecclesia rescinderet; intentio tamen illius erat vt Papæ auctoritate depositionem Ignatij, & suam institutionem stabiliret. Audiuit Legatos Photij Nicolaus Papa in Basilica S. Mariæ ad Præsep, non tamen ad communicationem cum reliquis Episcopis admisit, licet ad audientiam suscepisset. quibus auditis, petita Legatio statuitur, & Constantinopolim ad præfatam causam examinandam, & inuestigandam mittitur: Legatis mandans, ne antè suam sententiam cum Photio communicarent, vt Nicolaus ipse testatur in Epistola Encyclica ad omnes fideles. quæstionem verò de sacris Imaginibus exortam, & sapientius iudicatam, præcepit vt definirent. Et ad Michaelem Imperatorem litteras miræ doctrinæ misit. coacto deinde Concilio Constantin. 318. Episcoporum, & 72. falsis

Historia que tenetur pariter ab omnibus nationibus, & in omnibus mundi partibus, non potest non esse vera præcipue historia sacra, que ad salutem spectat.

Historia Orationis Synodi Generalis

Hæc Obiectio an malis est eorum, omnium propria, qui omnibus scribis se precipites dederunt, & omnia confundere tentat, quia Evangelium nullum reddere vellent, quod mala opera prohibet, & igne aeterni impij perdicat.


illis testibus seductis, & alioquin Ignatium ab exilio ducunt ad iudicium, & sententiam contra illam promulgant: Legati quoque Sedis Apostolicæ post multam accusationem, & contentionem varijs ministeriis, iniquæ sententiæ subscripserunt, legatus quoque iniquissime damnatus, degradatus, & ab omni Pontificis officio factus, Pius quoque compunctus, illumque velle anathemate ferire scripsit. Sed ille proteruus contra omnes insultare cepit, vniuersamque ciuitatem minus, vel minus contempsit. Adasim terim iusto Dei iudicio, cum Imperium ambiret, ab Imperatore occisus fuit. Deinde idem Imperator occisus, & tunc singulari in Imperio Basilius, qui à Sede Apostolica super reuerentiâ edoceri voluit, ad illam nuncios misit, vt agerent de coadunando Concilio Generali: vt factum est anno tertio Imperij eiusdem Basilij. Vnde patet Concilium præfactum inualidum fuisse, & qua ratione: nulli enim dubium est Concilium, nisi fuerit legitimum, & legitime procedat, errare posse. quod de Concilio legitimo probari nequit.


Vt autem melius huius rei veritas innotescat, sciendum quod Legati Papæ in Concilio Generali, vel habent Papæ instructionem, vel non habent. Si primò tunc illam sequendo, vna cum Patribus definendo, errare non poterunt: si secus fuerint, non vt Papæ Legati agunt, sed vt particulares personæ (nam in tantum dicuntur Legati Papæ in quantum Papæ sententiam proferunt, & repræsentant) & tunc Concilium absque Papa conficitur, ideoque nihil valet illius definitio, nec est veritatis infallibilis: & hoc modo errauit præcitatum Concilium Constantino-politani

Papæ Legati facientes quæ commissa eis non fuerint errare possunt.

in causa Phœniz, & in rebus alijs nullus error exiterit, cum fuerit quælibet facta. Si secundum non poterit Concilium legitime concludi, nisi patris patris sunt Apostolicæ Sedis significatum, & illius sententiæ expressiue vnde cum Legati in Concilio habent à Papâ, nisi in Concilio aliud debeat, potest absque noua Papæ sententiâ Concilium terminari, si autem aliquid aliud discussum, & definitum fuerit, Patres à Papâ assensum petere, & expectare debent, aliter quæ statuta sunt iure poterit irritare. Et quia quis posset obijcere, Concilium Generale legitime congregatum absque Papæ confirmatione, vniuersam Ecclesiam repræsentare, & idcirco non posse? Dico Concilium absque Papæ sententiâ esse vniuersalem Ecclesiam velut Corpus absque capite, quod est manuum, & nullius valens, & eo magis, quia firmus Ecclesiæ à Petro præcipue dependet, nam illi singulariter hac ratione nomen lapidis, seu petri, impositum est à Salvatore, non illi proprium nomen communicauit; etenim de Christo legitur lapis angularis, & petra, Psal. 117. & ad Ephes. 2. & 1. Petri 2. Nec quia Patres anathema contra eos, qui contrarium tenent his, quæ statuerunt, antequam confirmatio Papæ accedat proferunt, ideo autem talem confirmationem manifesta est veritas iudicij: quia tate anathema, antè Apostolicæ Sedis decretum, & voluntatem est conditionatum, & Patres tunc Papam cum illis consenturum supponunt, & licet explicitè id non dicatur, tamen implicitè, & virtualiter subintelligitur, quia Corpus Ecclesiæ omnem firmitatem à capite suscipit.

Decreta Con. Generalis absque Papæ confirmatione non tenent.





LIBER QVARTVS.
DE SACRIS PARTIBVS
ECCLESIAE MILITANTIS,
SCILICET CLERICIS,
MONACHIS, AC REGVLARIBVS.



DISPV TATIO PRIMA.

An membra, seu partes integrantes, & constituentes Ecclesiam Militantem, iure distinguantur in Clericos, & Laicos: quando caeperit haec distinctio: & quomodo inter se differant.

REMPUBLICAM aliquam quandoque fuisse, vt recta dispositione gauderet, nunquam me legisse memini, nisi ministros Religionis, alterius esse ordinis à ciuiliū rerum Praefectis, aperte cognouerit. Etenim sicut natura docet, caelestia à terrestribus, aeterna à temporalibus, spiritualia à corporalibus longè distare; sic eos, qui talia administrant, & praer manibus habent, sacrationes, ac ordinis magis venerabilis, & à caeteris distinctos esse manifestat. Deus ipse hoc testari dignatus est. Etenim populum Iudzorum sibi olim elegit; cui cum umbras futurorum bonorum, & quae diuinum redolebant cultum illi commisisset; illico nationis illius tribum vnā pro tali munere constituit, sacrauit, decorauit eidemque maiora priuilegia concessit, & haereditatem propriam appellare complacuit: Vnde à caeteris distinctam esse, atque diuersam, velut quid sacrum à nō sacro, & laico, vt Moyses scripsit, firmiter statuit. Sed quid, ordine spectabili magis decoratum, quam Ecclesia Dei? de qua Sapiens in Can. 6. ait. *Qua est ista, terribilis, vt castrorum acies ordinata?* Cuius aeternum Sacerdotium habet ipse filius Dei: Nonnè qui figurarum veritatem administrant, & longè praestantiora; eo magis eos, quibus talia conferunt, ordine, & honore ante-

cedunt? Sicut enim Ecclesia nobilior est Synagoga, vt monet Apostolus. 2. Corint. 3. *Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ut non possent intendere filij Israel in facie Moyses propter gloriam vultus eius, qua euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? nam si ministratio damnationis gloria est: multo magis abundat ministerium iustitia in gloria.* Sic à pari, dignitas eorum, qui Ecclesiae sunt ministri longè eminet super eos, qui Synagogae legalia exhibebant. Cumque illorum tribus à caeteris differret; & horum ordo praestantior alijs apparebit. sic enim decet, vt sacrum distet à laico, vt quid nobilibus à minus nobili: vt figuratum apparet 1. Reg. 21. Vbi Dauid ad Achimelech Sacerdotem ait. *Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inueneris; & respiciens Sacerdos ad Dauid, ait illi. Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum, si mundi sunt pueri in axillis à mulieribus.* Distant igitur à sacris quae laica existunt; sic & homines Diuino ministerio mancipati, alterius ordinis à laicis necessariò erunt. Odit autem Satanas Diuina, & ea quae ordinata sunt: cum Regnum illius diuisum sit, & confusissimum, vt inquit Saluator Lucæ 11. *Omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem, & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitur in Beelzebub eicere me daemona.* Hinc est quod praedicta confundere tētat, ac Dei ministros penitus exurpare: sed nititur in cassum.

Vt autem differentia inter clericum, & laicum, manifesta fiat, aduertendum quod clericos graecè, latinè dicitur fors; vnde clerici sortem Domini praefecerunt. At quia vocatio gentium ad Christianam fidem etiam dicitur fors; quia est donum Dei gratuitum; iuxta illud Apostoli ad Rom. 11. *Sine peniten-*

Omnia Respubl. bene disposita. ministros Religionis sacros cognoscit, ac distinctos à rerum ciuiliū Praefectis.

Duplex est fors,
& vocatio.

ta enim sunt dona, & vocatio Dei. & 2. Petr. 1. ijs qui
coequalem nobiscum sortiti sunt fidem, & ad Ephes. 1.
in quo nos sorte vocati sumus: hinc est quod duplex est
huiusmodi fors, & vocatio. prima ad Catholicam fi-
dem, seu ad Ecclesiam: secunda ad ministerium, &
dignitatem in illa. prima vocatio est communis, est-
que etiam laicorum: secunda est clericorum; quæ dis-
tinctio manifestè colligitur ex Isaiâ cap. vi. in quo sic
de vocatione gentium inquit. *Venio ut congregem cum
omnibus gentibus, & linguis; & venient, & videbunt
gloriam meam; & ponam in eis signum, & mutam ex
eis, qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Africam,
& Lydiam tendentes sagittam, in Italiam, & Graciâ,
ad insulas longè, ad eos, qui non audierunt de me, &
non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam
meam gentibus.* En prima vocatio ad fidem, scilicet
& ad Ecclesiam Christi; & hæc est fors communis
inter fideles, vt patet. Sed paulò inferius subdit. *Et
assumam ex eis in Sacerdotes, & Leuitas dicit Domi-
nus.* En secunda fors, & vocatio aliquorum ex fide-
libus ad dignitatem clericalem, de qua pariter Act. 1.
Petrus dixit. *Et sortitus est sortem ministerij huius.*
patet igitur ex præcitatis scripturis differentia inter
clericum, & laicum. clericus enim duplicem habet
vocationem, scilicet ad Ecclesiam per Christianam
Fidem, & ad gradum, & dignitatem, seu ministerium
in illa. Laicus verò, ille est, qui tantum potitur pri-
ma, seu vnica sorte, & vocatione. Et vt res melius
declaretur, dico, quod Ecclesia est Regnum, Chris-
tus Dominus est Rex spiritualis; at quia per naturalè
præsentiam à militante Ecclesia abest; Summus Pon-
tifex tenet locum illius. Clerici sunt ministri, & of-
ficiales Regis. Laici verò sunt populus, seu subditi in
ordine ad cælestia. Quibus præmissis, tres pono
Conclusiones.

Prima Conclusio. Membra Ecclesiæ militantis
iure distinguuntur in clericos, & laicos. Probatur. In
veteri testamento, qui Domino ministrabant, dice-
bantur clerici, & alterius, ac longè dignioris ordinis à
cæteris, qui Domino non ministrabant, & laici vo-
cabantur: Ergo à parietiam in nouo testamento, il-
li qui Domino ministrant clerici dicentur, ac ordinis
longè dignioris à plebe, quæ cum tali ministerio ca-
reat, laicorum cœtus appellabitur. Consequentia
patet: quia etiam in nouo testamento non omnes
Domino ministrant: differunt itaque ministri, à non
ministris. Antecedens vbi vis est argumenti, proba-
tur. Num. cap. 3. *Locutus est Dominus ad Moy-
sem, dicens; applica tribum Leui, & fac stare in
conspectu Aaron Sacerdotis, vt ministrent ei, & ex-
cubent, et obseruent, quicquid ad cultum pertinet mu-
tuandis coram tabernaculo testimonij, et custodiant
vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius. &
intra. Externus qui ad ministrandum accesserit, mo-
rietur. & postea. Eruntque Leuitæ mei. & cap.
8. Offeret Aaron Leuitas munus in conspectu Do-
mini à filijs Israel, vt seruiant in ministerio eius:
& paulò infra. *Statuesque Leuitas in conspectu Ao-
ron, et filiorum eius, et consecrabis oblatos Domi-
no, ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint
mei. & Deuteron. 10. Eo tempore separauit tri-
bum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini,
et staret coram eo in ministerio, ac benediceret in
nomine illius usque in presentem diem. Quamobrem
non habuit Leui partem, neque possessionem cum
fratribus suis: quia ipse Dominus possessio eius est,
sicut promisit ei Dominus Deus tuus. & Exod. 29.**

Filios quoque illius applicabis, et indues tunicis lineis
cingesque balteo: Aaron scilicet, et liberos eius, et
impones eis mitras, eruntque Sacerdotes mihi reli-
gione perpetua. Leuit. 14. Ita, et pro delicto ad Sa-
cerdotem pertinet hostia: sancta Sanctorum est: &
Deut. 17. *Qui autem superbiens nolens obedire Sa-
cerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino
Deo tuo, et decreto Iudicij, morietur homo ille, et
auferes malum de Israel.* Ex quibus locis manifestè
colligitur diuersitas ordinis, status, ac dignita-
tis clericorum à plebe, & laicis. & sicut panes
extra templum dicuntur laici. 1. Reg. 21. & pa-
nes Deo oblati dicuntur facti; eadem ratione ho-
mines, qui Deo non ministrant in templo; laici ap-
pellari debent.

Huic argumento respondere possent aduersarij
iuxta eorum principia, quod non valeat argumen-
tum à veteri ad nouum testamentum, eo quod
in veteri multa aliter se habuerint, quam in no-
uo fuerunt statuta: Itaque conceditur Sacerdotes
veteris testamenti fuisse à populo ordine, digni-
tate, ac ministerio distinctos, sed negatur de
nouo testamento, in quo omnes fideles sunt Sa-
cerdotes.

Contrà; Idem pro vtroque testamento sacra
Scriptura testatur, ergo nulla responsio. Anteced.
probatur per locum Isaiæ superius citatum, vbi
Sacerdotes, & Leuitæ noui testamenti dittinguun-
tur à cæteris de Ecclesia, & nobiliori vocatione,
& assumptione ad munus Sacerdotale eliguntur;
& locus ille apertissimè loquitur de Ecclesia, vt
ibi videre est.

Secundò probatur Conclusio sacrorum Conci-
liorum auctoritate. Ex Concilio Nicæno primo
manifestissimè huius rei veritas constat: nam in
primo Canone habetur quod: *Si quis a Medicis
propter languorem defectus est, aut à Barbaris ab-
scissus, permanere debet in clero: si qui autem seip-
sum sanum abscedit, deponendus est à dignitate cle-
ricali, et similes nunquam assumendi sunt ad talem di-
gnitatem.*

In secundo Canone, quod, Neophitus, & nouiter
conuersus ad fidem Christianam, non sit ad dignita-
tes Ecclesiasticas promouendus.

In tertio Canone. quod Episcopus Presbyter, vel
Diaconus, non debet habere domi mulieres nisi for-
tè, aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas
personas, quæ suspicionem effugiunt.

In quinto Canone, priuatum communionem ab
vno Episcopo, siue laicus sit, siue clericus, pro tali à
cæteris Episcopis haberi debere.

In Canone nono, quod Presbyteri indignè pro-
moti non recipiantur.

In Canone decimo. Clericum lapsum ordinatum
per ignorantiam, postea cognitum, deponendum esse.

In Canone decimo quarto, quod Diaconi non
præbeant. Corpus Christi Presbyteris cum sint illis
inferiores, imò quod non sedeant coram Sacerdotibus.

In Canone decimo quinto, quod Episcopus, vel
Presbyter, vel Diaconus non valet per ciuitates.

In Canone decimo sexto, quod Episcopus, vel
Presbyter, vel Diaconus, vel in quocunque Ecclesiasti-
co ordine positus, ab Ecclesia sua recedere nõ debet.

In Can. 17. quod si quis ausus fuerit aliquè ordina-
re, qui ad alterum pertinet Episcopum, absque con-
sensu proprij Episcopi irrita sit illa ordinatio.

Q In

Clericus duplicem
habet vocationem.

Exemplum quod
apertè ordinem
militantis Eccle-
siæ.

Ecclesia militans
distinguitur in
clericos, & laicos.

3 ymagi disti-
guantur in cleri-
cos, & laicos.

Occursus pro So-
cietate restitutus.

Testimonium pri-
miuæ Ecclesiæ.

Efficax ratio.

In Canone 18. Quod à clero siccandi sunt, qui vſuras, & mercationes exercent. Examinent igitur Sectarij ſomnia ſua, & conferant propriam doctrinam cum ea, quam antiquiſſima tenuit Eccleſia Dei, & cognoſcent an illi, vel nos ab antiqua Eccleſia diſtemus. Si dixerint, quod in his errauit Concilium Nicænum: ſermo erit iſiſmet loquentibus proportionatus: Nam vniuerſa Chriſti Eccleſia talia docuit, & 318. Epilcopi ſanctitate eximij, & Spiritu Dei pleni talia dixerunt, & vniuerſus occidens cum illis, qui orientales fuerunt optima, & iuſtiſſima eſſe, & Apoſtolorum doctrinæ conformia cognouerunt, quomodò ergo errare potuerunt? pudeat igitur Sectarios talia eruſtare, & aliter ſentire, & ſanctiſſimum, & antiquiſſimum Concilium conuiſari.

Ex Concilio generali Ephelino habetur Act. 3. Epilſtola vniuerſæ Synodi ad populum, & clèrum Conſtantinopolitanum; & multæ conſimiles epilſtolæ habentur ibidem in Concilio Ephelino, in quibus ſemper apparet hæc fidelium diſtinctio, ſcilicet in clericos, & laicos, ſeu populum.

Actione ſeptima. Canone quarto deponuntur omnes clerici Neltorium defendentes, & canone ſexto excommunicantur laici contraeuntes mandatis ſanctæ Synodi.

Ex Concilio generali Chalcedonenſi Act. 6. Canone 2. ex illiſtribus, quos Marcianus Imperator ſanctæ Synodo propoſuit, habetur: nullum Eccleſiaſticum in domibus ſæcularibus poſſeſſionum, &c. curam ſulcipere debere. In tertio Canone, quod clericus vnius Eccleſiæ non poſſit aſſumi pro clerico ab alia Eccleſia: ex quibus aperte patet diſtinctio membrorum Eccleſiæ in Eccleſiaſticos, ſeu clericos, & ſæculares, ſeu laicos.

Et Act. 15. can. 9. habetur, clericos non debere iudicari à ſæcularibus, ſed ab Epilcopo. Can. 21. quod clerici, aut laici accuſantes Epilcopos, aut clericos, &c. Can. 27. quod clerici raptores mulierum decidat à proprio gradu, & laici anathematizentur. Sempet igitur antiqua Eccleſia Dei, ita docuit, ſcilicet fideles in clericos, & laicos diſtingui, nouiſſimis autem temporibus quidam oppoſitum ſuperſeminare auſi ſunt: quid autem tenendum ſit: qui ratione vtitur, dicat.

Cuius autem generis homines iſti ſint, qui talia negant, vt maniſeſtum fiat, referam quæ Card. Bellar. lib. 1. de cleric. cap. 1. ſcribit: ait, enim. Quod enim hoc tempore Lutherus, & Caluinus aduerſus clericos clamant, idem olim Dathan, & Abiron aduerſus Sacerdotes Teſtamenti veteris clamabant. Sufficiat vobis, aiebant illi, Num. cap. 6. quod omnis multitudo ſanctorum eſt, & in iſtis eſt Dominus, cur eleuamini ſuper populum Domini? Quid verò Lutherus, & Caluinus dicunt? ſufficiat vobis, quod omnis Eccleſia clèrus, id eſt, hæc reditus Domini eſt, cur eleuamini ſuper laicos? cur ſoli vobis cleri vocabulum vſurpatis? At qualis exitum reperit contentio illa vterum ſchiſmaticorum? acerbum omnimò, & luctuoſum: ſiquidem, continuò, vt Scriptura eodem loco narrat, ad imperium Domini, qui ſchiſmata, & ſeditiones aduerſus inimicos ſuos terre non potest; *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos cum vxoribus, cum liberis eum tabernaculis, conciliſque opibus, deſcenderuntque unus in infernum operi homo, & perierunt de medio multitudinis.* Hæc videlicet, iuſtiſſima pœna illorum eſt, qui diuerſos in Eccleſia gradus, ordinemque pulcherrimum ab ipſa

Dei ſapientia conſtitutum confundere, ac perturbare nituntur; vt ad ea inferorum detrudantur loca, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Hæc Bellarminus.

Tandem probatur Concluſio Patrum auctoritate. Auguſt. lib. 1. Retract. cap. 37. tom. 1. laicos dicit fideles, qui Eccleſiæ non ſunt miniſtri. Et Serm. 37. ad fratres in Eremito tom. 10. ait. *Illud autem magis ad ſæculares, quam ad Sacerdotes pertinet, &c.* & l. 49. de Verbis Domini inquit, *Laicus enim, qui vult bene viuere, cum attenderit clericum malum, quid ſibi dicat? Dominus dixit, quæ dicunt facite, quæ faciunt, facere nolite.* Et alibi pluries Auguſt. fideles, in laicos, & clericos diſtinguit.

Teſtimonium veterum ſanctorum Patrum.

Chryſoſtom. hom. 40. ſuper caput Matth. 21. tom. 2. ait; *Et melior eſt laicus ante Deum poenitentiam agens, quam clericus permanens in peccato. Laicus enim in die Iudicij ſtolam Sacerdotalem accipiet, & à Deo chriſmate ungetur in Sacerdotium. Sacerdos autem peccator ſpoliabitur Sacerdotij dignitate, quam habuit, & erit inter hypocritas dicente Domino, &c.*

Ambr. lib. 2. Epilſtolarum Epilſt. 13. tom. 3. ait. *Quando audiſti, clementiſſime Imperator, in cauſa fidei, laicos de Epilcopo iudicaſſe? ita ergo quadam adulatione curuamur, vt Sacerdotali iuri ſimul inmemores, & quod Deus donauit mihi, hoc ipſe alijs putem eſſe credendum? Si docendus eſt Epilcopus à laico, quid ſequitur? Laicus ergo diſcretus, et Epilcopus audax, Epilcopus diſcat à laico. at certe ſi vel ſcripturarum ſeriem diuinarum, vel vetera tempora retractemus, quis eſt qui abnuat in cauſa fidei, in cauſa, inquam, fides Epilcopos ſolere de Imperatoribus Chriſtiani, non Imperatores de Epilcopo iudicare? Eri Deo ſauente etiam ſenectutis maturitate prouectior, et tunc de hoc cenſebis, qualis ille Epilcopus ſit, qui laici in Sacerdotale ſubſternit.*

Gregor. lib. 5. Epilſtolarum cap. 121. ait. *Prouiſurus ante omnia ne ad hoc conuulſes conuerſationis, ſeu meriti laici poſſona aſpirare præſumant, et in periculum ordinis tui, patris Epilcopatus, et Sacerdotij incurras, & alibi frequenter talia diſtinguit.*

Hieron. ſuper Ezech. lib. 14. cap. 48. tom. 4. *Vt ipſi quoque qui videntur laici, nec perueniſſe ad Sacerdotalem: et Leviticum gradum, tamen ſi operentur in Domini curia, queſcantur de ſancta terra, terra miſſa, terraque credentium, &c.*

Patres hæc ſcripſerunt, non noua componentes, quia ſanctorum Patrum noua excogitare conſuetudo non fuit; nec cum diuerſas orbis prouincias coluerint, fuiſſent concordēs; cum diuerſa ſint hominum ingenia: exponebant itaque, & confirmabant, quæ tunc vniuerſalis Chriſti Eccleſia credebat; ergo antiqua Eccleſia Catholica, ita credidit, igitur Eccleſia Romana, quæ idem credit, & docet eſt Eccleſia Catholica; idcirco oppoſitum defendentes ſunt hæretici.

Ratio efficax apud ſæculos viros

Nec valet occurrere ſacram Scripturam antiquam, & Apoſtolicam eſſe, eoſque illam ſectari: inanis eſt enim huiusmodi fuga, quia non de veritate ſacrae Scripturae, ſed de illius ſenſu, & intelligentia altercamur, quæ cum poſſit eſſe multiplex, vt experientia ſemper docuit, ab variis Sectas olim ortas, quarum vnaqueque ſacrae Scripturae ſenſum pro ſe traxit; quaerimus quæ ſit illa, quam antiqua Eccleſia Dei habuit. Nos itaque per vniuerſam antiquorum Patrum teſtimonium hanc fuiſſe, quam nunc credit, & docet ſancta Rom. Eccleſia demonſtramus, & ſic illa eſſe Ecclè-

Ecclesiam Catholicam ostendimus, & consequenter, ceteras adunationes extra illam, falsas esse, ac Synagogas perditorum hominum, cum extra Ecclesiam non sit salus.

Distinctio fidelis in clericos & laicos est de iure divino.

Secunda conclusio. Distinctio populi Dei in nouo testamento, in clericos & laicos, est de iure divino, Christus Dominus nullus ordinationis sit auctor. Probat. Quicumque Apostoli immediate docuerunt & constituerunt in Ecclesia, non est dicendum, quod sine speciali Christi Domini mandato talia praeceperint; & praecipue, quae ubique & illico ordinauerunt. Sed sic est, quod statim ubique constituerunt Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, eosque à plebe discreuerunt, tanquam praepositos, & subditos; pastores, & oues, & Episcopos, & presbiteros; ergo firmissimo mandato Christi Domini haec omnia constituta fuerunt, maior patet; nam spiritus sanctus docuit Apostolos, & quae Christus illis praecepit in memoriam illorum redegit iuxta illud Iohannis cap. 14. Paraclisum autem spiritus sanctus, quem misit pater in nomen patris, ille uos docebit omnia, quae ego suggeret uobis omnia, quaecumque dixerit uobis. Minor probatur, nam Apostoli statim quod gentes, vel Iudaeos ad fidem conuerterunt, aliquos ex illis Episcopos, Pastores, Presbyteros, & Diaconos; quibus ceterorum cura committebatur ordinauerunt, Act. 20. Attendite uobis, & uniuersae gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ad Titum cap. 1. Huius rei gratia relinquit Creta, ut ea quae desunt corrigas, & confirmas, per Cymasas Presbyteros, sicut & ego disposui tibi: & infra: Oportet enim Episcopum sanctae ecclesiae esse, sicut Dei dispensatorem. & cap. 1. Tim. 3. fidelis sermo. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Iacobus 5. Infirmatur quis in uobis, inducat Presbyteros Ecclesiae, & c. distinguitur Presbyteros Ecclesiae ab illis, qui sunt infirmi, puta à populo. Ad Philipp. cap. 1. Paulus, & Timotheus seruis Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum Episcopis, & Diaconibus. In aperta distinctio inter fideles simplices, qui tantum Sancto- rum nomine gaudent, & clericos ex quibus Episcoporum, & Diaconorum hic tantum mentionem fecit. 1. ad Tim. 5. Qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur. Ad Heb. ultimo. Obedite praepositis uestris, sicut & eis. Ipsi enim per uigilant, quasi rationem pro animabus uestris reddant. & 1. Petri. 5. Pastores qui in uobis est, gregem Dei, prouidentem non coacti, sed spontanea secundum Deum. Et 1. Cor. 9. Nescitis quod hi qui in Sacramento operantur, quae de Sacramento sunt edunt, & qui altari deseruiunt cum altari participent, & c. & Dominus ordinauit ut qui Euangelium annuntiant, de Euangelio uiuere; Ex quibus locis manifestissime colligitur fidelium quosdam iure Diuino, clericos, seu Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Praepositos, Pastores existere, ceteros autem laicos, seu oues, qui obedere, & audire tenentur, manere.

Constitutio in clericos & laicos est de iure diuino.

Ordinatio clericorum est de iure diuino.

quae Deo homo offeratur, & illius cultus, mancipatur exhiberi, per quas deinde tales ab alijs differunt, ut homines Deo sacri, à non sacris, seu laicis. Probat. Secunda particula, scilicet, quod differant ut superiores, & subditi. Ad Heb. ultimo. Obedite praepositis uestris, sicut & eis. Attendite uobis, & uniuersae gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Tertia particula probatur, scilicet, ut Pastores, & oues. 1. Petri 5. Pastores qui in uobis est gregem Dei, prouidentem non coacti, sed spontanea secundum Deum. Iohannis ultimo. Pastores gregis, & oues audite. Quarta particula probatur, ut 1. Cor. 4. Sic uos & filios, bonae uoluntatis ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic tam quatuor inder dispensatores ueritatis, scilicet, qui inueniuntur in Iacobus; Infirmatur quis in uobis, inducat Presbyteros Ecclesiae, & orent super eum; & ceteris. Iohannis ultimo. Dominus, ad Titum cap. 1. Oportet enim Episcopum sanctae ecclesiae esse, sicut Dei dispensatorem. & 1. Cor. 9. Dominus ordinauit ut qui Euangelium annuntiant, de Euangelio uiuere. & 1. Tim. 3. Qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo, & doctrina. Hoc tamen aduertendum, non quemlibet clericum omnium praedicta munera obtinere, sed diuersimode, secundum varios gradus, & officia, ut ex spectabili ordine Ecclesiae Catholicae perspicitur.

Accedant nunc obiectiones Sectariorum. Lutherus enim lib. 6. de Abroganda missa priuata par. 1. & Calvinus lib. 4. institut. cap. 4. §. 9. hanc distinctionem fidelium in clericos, & laicos abiiciunt, & omnes fideles aequales esse, probare contendunt. Prima obiectio. Clericus dicitur à clericos, quod latine, fors dicitur, itaque clericus idem est, ac ille qui forte aggregatus, & electus est. Sed sic est quod Paulus omnes fideles bono uocabulo appellat, ergo omnis fidelis, & Christianus est clericus: non datur igitur haec distinctio cleri, & laicorum, minor probatur; 2. Petri 1. qui conuocati nobiscum sortiti sunt fidem. & ad Ephas. 1. In qua etiam, & uos forte uocati sumus, praedestinati secundum praepositum eius, & cetera. & ad Coloss. 1. qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, & cetera.

Respondeo duplicem esse uocationem seu fidelium, sortem ad Christianam fidem, unam de qua concludit obiectio proposita; & hanc esse communem omnibus Catholicis concedo. Secundam uero ad ministerium, ordinem, & dignitatem in Ecclesia, de qua Petrus Act. 1. Et sortitus est sortem ministerij huius; & infra. Accipere locum ministerij huius; & Apostolatus, & dederunt sortes eis, & cetera. fors super Marthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis; & per hanc clericos à laicis differre affirmo, in quo sensu obiectio nihil probat, ut in principio praesentis disputationis fuse diximus.

Secunda obiectio, Apost. ad Gal. 3. Non est Iudaeus, neque Graecus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque femina, omnes enim uos unum estis in Christo Iesu. Ergo Christianus populus simplex debet esse, ubi nemo sit clericus, nemo laicus.

Respondeo Apostolum de unitate, & simplicitate fidelium respectu fidei ibi differere: nam prius dixerat. At ubi uenit fides, iam non sumus sub pedagogo. Omnes enim filij Dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu. quicumque enim in Christo baptizati estis,

Duplex est uocatio & locus fidelis.

Clerici & laici quomodo differant inter se.

...

usque, & hanc non induit. Non est Iudaus, neque Graecus, &c. Itaque Paulus de adoptione fidei, respectu cuius omnes sumus aequales, sive Graecus, sive Iudaeus, sive masculus, sive aemina, tantum loquitur, & non respectu ordinis; sicut enim si omnes essent pastores, & presbiteri, vel si ambae dices, ubi pastores? Si omnes Presbiteri, & ministri, quibus ministrabitur manifestum itaque est praesentem scripturam sensum.

Tercia Obiectio. Vniuersa Ecclesia communiter dicitur clericus, ergo in Ecclesia non datur talis distinctio in clericos, & laicos. Antecedens probatur. Petrus. *Pescus qui in vobis est grege[m] Dei promittens non coactis, sed spontaneis, neque turpis lucri gratia, sed volens arde, neque ut dominaretur illis sed forma facti grege[m] animo.* Ergo ex errore, impii traditione, & prauo affectu, ab honore cleri nominis, laici sunt exclusi.

Respondeo secundum D. Hieron. in epist. ad Nepotianum; Petrum per seclum vniuersam Ecclesiam non intellexisse sed eos tantum qui communiter clerici appellatur: & cum illi sint Pastores immediati subiecti, tanquam comministri, monet Petrus, ne Pastores clericos pascant desiderio dominandi, & laicos turpis lucri gratia. Ad maiorem autem obiectiois solutionem dico, quod si per clericum vniuersam Ecclesiam sumere volunt; de sorte respectu vocationis fidei, & non de sorte respectu ordinis, & ministerij, quae proprie dicitur fors, quae clericos constituit, vt superius diximus intelligi debet. quicquid igitur sit, Societarij intentum non obtinent, sed sufficienter docentur, atque monentur, vt errorem dimittant.

Quarta Obiectio. Omnes fideles sunt Sacerdotes, ergo non distinguuntur laici a clericis. Antec. probatur I. Petri 2. *Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobaturum, a Deo autem electum, & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viuus superaedificamini, domus spiritalis, Sacerdotium sanctum, & infra. Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, etc.*

Respondeo ex Ambrosio in Commentarijs super epist. ad Ephes. super illud. *Et ipse deus quosdam quidem Apostolos.* Petrum ideò omnes Christianos genus Sacerdotale appellare, quia non tantum ex vna tribu Sacerdotes nunc sunt, vt olim in Synagoga; sed ex omni populo assumi possunt, vt fit de factis, non autem quia omnes fideles acti sunt Sacerdotes, sed tantum potentia, & aptitudine. Praeterea dico, Petrum omnes fideles esse Sacerdotes minimè asserere: sed de dignitate, & honore populi Christiani sermonem faciens, (dixerat enim, *Vobis igitur honor credentibus*) Sacerdotij in illo existens puta in partibus laribus totius populi personis, commemorasse: licet enim fidelium aliqua pars tantum Sacerdotium possideat, honor autem illius, ad vniuersam Ecclesiam diffunditur, & commune est ornamentum; non sequitur igitur Sacerdotes a laicis non distingui, sed tantum praesentis dignitatis honorem etiam in illos, & in vniuersam Ecclesiam refundi, quibus stantibus argumentum concludit hoc modo. Honor Sacerdotij refunditur in vniuersum populum Christianum: quia ex eo Sacerdotes eliguntur, & vocantur, ergo quisque ex populo est Sacerdos; quid ineptius?

DISPUTATIO II.

An electio, vocatio, & ordinatio Clericorum spectet ad vniuersam Ecclesiam, vel ad Pastores illius.

Cum in precedenti disputatione demonstratum sit dari in Ecclesia clericos, seu ministros, qui a laicis differunt: nunc inquirendum est a quibus illorum electio, vocatio & ordinatio procedere debet; dupliciter enim hoc fieri potest, vel specialiter, vel regulariter; primo modo quando aliqui a Deo mancipantur absque hominum concursu, vt populum instruant, dirigant, vel coerceant, vt olim in veteri Testamento Moyses, & Prophetae, & in nouo, Apostoli extiterunt. Et quia populus discernere debet, an verè a Deo tales mittantur, ne in errorem inducantur, dedit illis potestatem miracula faciendi, vel spiritum futuram certitudinaliter praedicens, quibus se a Deo missos manifestè probabant; vt in veteri Testamento patet de Moyses, cui dixit Deus, Exod. cap. 4. *Quid est quod tenes in manu tua? respondit e virgam dixitque Dominus: Projice eam in terram: procecit, & versa est in colubrum, ita vt fugerit Moyses. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, et apprehende caudam eius: extendit, et tenuit, et factus est in virgam. Vt credant, inquit, quod apparuerit tibi Dominus Deus patrum suorum, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Iacob; Dixitque Dominus: Rursus: mite manum tuam in sinum tuum; Quam cum misisset in sinum, protulit leprosum mlar. vni; Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit, et protulit iterum, et erat similis carni reliqua. Si non crediderint, inquit, tibi, neque undierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus quidem his signis crediderint, neque undierint vocem tuam, sume aquam fluminis, et effunde eam super aridam, & quicquid haueris de flumino vertetur in sanguinem. De Prophetis Deuter. 18. legitur; *Quod si tacita cogitatione responderis: quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus est locutus? hoc habebis signum, quod in nomine Domini Prophetam ille praeduxerit, et non euerit: hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui prophetam confinxit, et idcirco non timebis eum.* Et in nouo Testamento pari modo Apostoli per miracula, legis Euangelicae veritatem manifestabant: vt legitur Act. 2. *Fiebat autem omni anime timor multa quoque prodigia, et signa per Apostolos in Hierosalem fiebant, et metus erat magnus in vniuersis; & cap. 5. Per manus autem Apostolorum fiebant signa, et prodigia multa in plebe, & 3. Cor. 12. Signa tamen Apostolorum mei facta sunt super vos in omni patientia in signis, et prodigijs, et virtutibus. Et ad Heb. 2. *Conestante Deo signis, et potentis, et varijs virtutibus, et Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.* Secundo modo, scilicet, regulariter; quando aliqui a Deo eliguntur medio tamen hominum concursu, & consensu; & hic diuersus est in nouo testamento ab eo, quem Synagoga habuit: nam in veteri testamento electio fiebat per carnalè successorem: etenim clerus erat ex vna tribu, scilicet Leui, & filij in hoc munere parentibus succedebant. Consecratio autem illorum, deinde ceteris ceremonijs, ac proprijs ritibus fiebat,**

Commerio possentis disputacionis cum antecessoribus.

Misso ministrorum dupliciter fieri potest.

Misso regulari ministrorum in nouo Testamento diuersa est a consecratione, quae fiebat in veteri.

Petrus loquitur de prima vocatione fidelium.

hoc factum est in Hierosolymis.

velegitur Exod. 29. Et Aurum, ac filios eius applicabis ad obtinendum tabernaculi vestimentis. Cumque laveris Patrem cum filiis suis aqua, indues Aurum vestimentis suis, id est, tunica, & superthoracis, & rationalis, quod confringes: balteo, & c. & infra. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingisque balteo: Aaron sicut, & liberos eius, & impones eis mitras: eruntque Sacerdotes in hereditate perpetua, & c. & Num. 8. Es loquens est Dominus ad Moysen dicens: Tolle Leuitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos, iuxta hunc ritum. Aspergantur aqua lustrationis, & tondentur omnes pilos carnis suae. Cumque laverint vestimenta sua, & mundati fuerint, tollent bouem, & c. In nouo autem Testamento omnia, scilicet, electio, ordinatio, & vocatio, seu missio ad Ecclesiae Pastores pertinet, licet electio aliquando concessa sit populis, vel Principibus: potestas tamen, seu iurisdictio, & consecratio, nullo modo laicis competere potest, sed ista tantum, qui in Ecclesia, munere pastoris funguntur, qui iurisditionem pascendi successiue acceperunt ab Apostolis, & a Christo Domino.

Ad Pastores Ecclesiae spectat regularis missio ministrorum.

Opinio Sectariorum de missione ministrorum.

Secundo vero circa regularem, & ordinariam electionem ministrorum Ecclesiae à Catholica veritate differunt: volunt enim Episcopos à populo iure, & Diuino ordinari, & eligi debere: ita Lutherus in lib. de potestate Papae, & Caluinus lib. 4. instit. cap. 3. §. 15. & omnes vtriusque sectatores. Sed ante Lutherum, & Caluinum Ioannes Viclef, & Ioannes Huss, ad Deum spectare Pastores Ecclesiae eligere, somnauerunt, eo quod solum praedestinati possint esse Episcopi, quos Deus tantum nouit: ita elicitur ex Concilio Constant. sess. 8. & 15. Ad veritatis autem confirmationem, & errorum confutationem, tres pono Conclusiones.

Ad Pastores Ecclesiae spectat regularis missio ministrorum.

Prima Conclusio. Ad Ecclesiae Pastores spectat iure diuino ordinatio, & missio ministrorum Ecclesiae, & non ad populum. Probat, continua praxis Ecclesiae à tempore Apostolorum vsque ad haec nostra tempora ita docet; ergo non est aliter sentiendum. Antecedens probatur Act. 14. Cumque euangelizassent (scilicet Paulus, & Barnabas) ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam confirmantes animas Discipulorum, exhortantesque ut permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei; & cum constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum ieiunationibus commendauerunt eos. Dominus, in quem crediderunt: patet igitur, quod ad Populum non spectat ordinatio ministrorum, nam Paulus, & Barnabas, & non populus Presbyteros constituerunt. & 1. ad Tim. 4. Noli negligere gratiam, qua in te est, qua data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum Presbyteri: seu Presbyterorum, seu Episcoporum, ut exponit Chrysostomus; nulla igitur hucusque apparet actio populi in electione ministrorum. & cap. 5. ait. manus cito nemini imposueris. Et Act. 6. Apostoli ordinauerunt Diaconos, sic enim legitur. Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt. Non est aequum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis bonae reputationis septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus, & c. Et elegerunt Stephanum, & Philip-pum, & Prochorum, & c. Hoc statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. manifestum est igitur ordinationem ministrorum ad populum non spectare.

Secundo probatur. Ad illum spectat ordinare ministros, cui contingit gregis salutem curare iure Diuino, at hoc munus non est Populi, sed Pastorum; ergo ad Pastores, & non ad Populum huiusmodi ordinatio spectat. Maior patet à pari: nam ad Ducem exercitus pertinet ministros eligere, quia totius exercitus salus illi commissa est. Minor probatur. Ioan. vlt. Pasce agnos, & oves meas, ad Heb. 13. Obedite praepositis vestris, & subiacete eis. ipsi enim permugulant, quasi rationem pro munibus vestris reddunt. Act. 20. Ascendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Quomodo enim potest, quis recte pascere gregem, nisi ipsi idoneos ministros ordinare, & delegare contingat?

Testimonium patrum Ecclesiae.

Tertio probatur auctoritate sanctorum Conciliorum. Ex Concilio Niceno 2. Can. 3. habetur, quod Episcopus debeat ordinari ab Episcopis Prouinciae, vel saltem à tribus, & omnium quae fiunt, firmitas Metropolitanò tribuatur Episcopo. Et Can. 17. dicitur. Si quis ausus fuerit aliquem ordinare, qui ad alterum pertinet Episcopum, absque consensu proprii Episcopi, irrita sit illa ordinatio.

Ex Concilio Sardicensi Can. 4. quod in locum Episcopi electi nullus assumatur, nisi per sententiam Romani Episcopi. Can. 6. quod ad Episcopi alicuius electionem metropolitanus debet omnes Episcopos suae prouinciae conuocare, & vna simul illi eligere.

Ex Concilio Ephesino Act. 7. habetur, quod Episcopi Cypri sanctae Synodo instabant contra Episcopum Antiochenum, ut nullum ius ei permitteretur eligendi, vel confirmandi Episcopos Insulae, quia nunquam fuerat in vsu à tempore Apostolorum; sed consuetudo erat, ut metropolitanus à Synodo Insulae eligeretur, & Episcopi à metropolitano. sancta Synodus decreuit, ut talis consuetudo semper maneat. Et ex antiquo Concilio 1. Laodic. Can. 13. habetur non esse permittendum turbis, electionem eorum facere, qui sunt ad Sacerdotium promouendi.

Testimonium veterum sanctorum Patrum.

Quarto probatur sanctorum Patrum auctoritate. August. in breuiulo collationum, collat. 3. dicit. 7. Cum aliud habeat Ecclesia Catholica consuetudo, ut non Numidia, sed propinquiores Episcopi Episcopum Ecclesiae Carthagensis ordinent, & c.

Chrysof. Hom. 13. super cap. 4. 1. ad Tim. 10. 4. ait. Cum impositione manuum Presbyteri ait. Non de Presbyteris hoc in loco, sed de Episcopis loquitur. Neque enim profecto Presbyteri ipsum ordinant.

Greg. lib. 5. Epistolar. Epist. 27. ad Candidum Episcopum de vrbe veteri maiore, ait. Propterea praesentibus vobis licentiam damus Epistolus monachos de monasterijs in tua paracia positos cum consensu Abbatum suis tollere, & Presbyteros ordinare. & infra. Si vero aliqua in eis culpa ceberis, qua has ad hunc ordinem canonica prohibitione prouehat non permittat, nullus vobis supplicatio, aut gratia persona surreptis, ut abbas habeatis manum imponere, & c. quod absit, hoc bonor, & illis parua, et vobis incipiat esse peccatum. Ergo antiqua Christi Ecclesia ita docebat, atque tenebat, sicut in praesenti docet, & tenet, ergo Sectariorum opiniones, nouae sunt adinventiones.

Ministri Sectariorum non sunt legitimi.

Secunda Conclusio. Ministri Lutherani, & Calviniani, & omnium Sectariorum, non sunt legitimi. Probat, vel illorum missio fuit extraordinaria, & specialis: vel regularis, & ordinaria: non prima; quia nulla dederunt signa, & prodigia, seu miracula, quibus ostenderent se à Deo fuisse specialiter missos, sic

126 DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA.

cur ipsi Sectarij notum est. Respondent Sectarij huic argumento, quod non sunt necessaria miracula, dum non afferitur noua doctrina: dicunt autem illorum doctrinam esse antiquam, & Apostolicam.

Contra, primo falsissimum est Sectarios non adduxisse nouam doctrinam: nam inauditas ineptias somniauerunt. Lutherus enim excogitauit infantem in exortismo habere actum fidei, & vsum rationis; liberum arbitrium esse titulum sine re. Corpus Christi esse ubique. Ecclesiam errare posse. omnes antiquos Patres errasse: nam in colloquijs mensalibus cap. 47, & 48. sic ait. Hieronymus nihil scripsit de vera fide. Nullum scio ex Doctoribus, cui neque infestus sum, ac Hieronymus; quia scribit de ieiunio, de delectu ciborum, de virginitate. Origenem iam dudum dixi deuotum. Chrysostomum nullo loco habeo, non est nisi loquaculus. Basilium nihil valet: totus est monachus; ne pilo quidem illum redimerem. Nihilcuro si mille Augustini, mille Cypriani contra me starent; & cetera huiusmodi; quid igitur his magis nouum in toto Christiano orbe. Caluinus vero ait, Christum in Cruce desperasse, & penas inferni sustinuisse cum damnatis, Deum esse causam malorum; & ceteras similes blasphemias.

Sed dato, & non concesso, eos doctrinam nouam non attulisse, nihilominus quia reuocabant, vt ipsi somniant, Ecclesiam ad pristinam veritatem, a qua deciderat; debent signum ostendere, quod a Deo mittebantur, & eo magis, quia alter alteri contradicit; etenim si Deus misisset Lutherum: cur misisset etiam Caluinum, qui Luthero opponitur? O miserabili Sectarij, sunt nugæ, sunt ineptiæ, & mentis coecitates, huiusmodi inuentiones.

Alij respondent vtique dedisse signa, & miracula; nam quod maius miraculum, inquirunt, quam tam brevi tempore hominum multitudinem conuertere?

Sed dico, quod hoc nullum est miraculum, sed effectus naturæ delitente, & corrupte, quæ magis amat, & libentius amplectitur carne alinum, seu carnalem libertatem, & licentiam, quam Quadragesimam, & carnis castigationem, abstinentiam, ceterasque Christianas virtutes, quæ omnia Sectarij abiecerunt, nam dicunt satis esse credere; & opera non esse necessaria ad salutem; Pastoribus Ecclesiæ non oportere subditos esse, nec illorum mandatis obedire, licet Paulus ad Hebr. vlt. dicat, *Obedite prepositis vestris*, & cetera similia; contra quæ tota Scriptura clamat, nam 1. Cor. 6. vitiosi Regnum Dei non possidebant, licet credant, Sectarij autem oppositum docent. Etenim Lutherus lib. de captiuit. Babyl. cap. de Euchar. ait. *Noua via potest homo cum Deo conuenire, aut agere, quam per fidem, opera ille nihil curat. tam diu est Christianus, ut non possit perire, etiam si velit, quæcumque male uiuat, nisi nolit credere.* Quid mirum si multum huiusmodi carnalem doctrinam sequuti fuerunt? miraculum vtique esset si breui tempore homines a talibus sectis ad Catholicam Ecclesiam redirent, in qua qui rectè viuere voluit, iuxta Christi præsentiam viam, & Apostolorum doctrinam, corpus castigare debent, illudque spiritui, ieiunijs, abstinentijs, alijsque pijs operibus, subigere; Pastoribus Ecclesiæ obedientiam, & honorem exhibere, humilitatem sectarij, castitatem æmulari, & cetera huiusmodi; quod autem fecerunt, nullum est miraculum; nisi turbarum seductio, & peruersio, atque corruptio.

Non secunda; scilicet missio regularis, & ordinarij; quia licet Lutherus fuerit Sacerdos regularis, & Cal-

uinus Sacerdos secularis; tamò vt tales missi fuerint non ad noua dogmata excogitanda, nec ad reuocanda; & oppositum docendum contra doctrinam illorum, qui eos miserunt; missi igitur illorum extra debatur ordinari ad ea exequenda, quæ ceteri Catholici, ac Romani Sacerdotes exercent, & non vicerunt; quia autem extra missionem operati sunt, non signa dederunt, quod à Deo missi fuerint, pseudo propheta comprehendantur; de quibus Matth. 24. dicitur. *Et multi pseudopropheta surgent, & seductores multos.*

Tertia Conclusio. Legitima electio ministrorum Ecclesiæ non est tantum circa prædestinatos, sed etiam reprobos, dum sunt Ecclesiæ membra. Hæc conclusio est contra phantasticam opinionem Ioannis Vicleffij, & Nulli, asserentium tantum prædestinatos fieri posse Ecclesiæ ministros, probatur, solus Deus cognouit prædestinatos, & electos, nos autem, possumus an odio, vel amore digni simus; iuxta illud Eccl. 9. *Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo utrum ambon, an indignus sit: sed omnia in futurum seruantur incertis;* ergo Deus, vel teneretur de celo descendere, vel alio quem mittere Angelum ad ministros nominandos, vel alio sensibili modo ostendere, quem in Ecclesiæ ministrum eligere debemus. Hæc autem non fit, vel ergo Deus repudiavit Ecclesiam suam, quod est blasphemum; cum per Oseam cap. 2. dixerit: *Sponsa mea, mihi in sempiternam;* vel non tantum prædestinati possunt esse ministri: Verissimè miror quomodo homines inueniantur tam inepti, & stulto peruersi, atque corrupti, vt in tales inanijs prorumpant.

Secundò probatur Conclusio ex facto ipsius Dei; nam Saul elegit 1. Reg. 10. in Regem, & tamen reprobus erat; Christus Dominus Iudam elegit Apostolum, & tamen reprobus fuit, de quo Ioan. 6. ait. *Nonne ego vos duodecim elegi, et vnus ex vobis diabolus est;* Et Apostol. Act. 6. elegerunt septem Diaconos, scilicet Stephanum, & Philippum, & Procorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum, & hic vltimus scilicet Nicolaus fuit deinde hæreticus, de quo legitur Apocal. 2. *Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolassarum, quæ et ego odi, ergo non attenditur in electione ministrorum, prædestinatio, vel reprobatio, cum hoc a nobis cognoscitur nequeat.*

Probatur tandem ex facto antiquæ Ecclesiæ; nam ex multis de clero exierunt hæreses, & schismata; iuxta illud Hierem. 23. *A propheta enim Hierusalem, egressa est pallio super omnem terram.* Antius clerici fuerat Ecclesiæ Alexandrinæ, Macedonius fuerat Episcopus, Nestorius similiter, Euthiches fuerat monachorum Archimandrita; Dioscorus Episcopus Alexandrinus, & sic de singulis, verissime qui eos ordinauerunt in clericos, & ministros Ecclesiæ, eos reprobos, & pessimos homines futuros esse non cognouerunt: attamen eo tempore, quo fuerunt Catholici, ab vniuersa Ecclesia, vt legitimi ministri habitabant.

Superest vt Sectariorum obiectiones soluamus. Prima obiectio, consta primam Conclusionem. Episcopus olim tempore Augustini a populo eligebatur, vt habetur in tom. 2. epist. 110. ergo non spectat ad summum Pontificem, vel ad alios Episcopos electo, & missio Episcoporum; & hoc pluries legitur; scilicet, ab antiquo tempore plebem sibi elegisse Pastorem.

Respon-

Legitima electio ministrorum Ecclesiæ non est tantum circa prædestinatos.

Electio est legitima ministrorum Ecclesiæ non est tantum circa prædestinatos.

Electio est legitima ministrorum Ecclesiæ non est tantum circa prædestinatos.

Occurrit Sectariorum refellitur.

Occurrit Sectariorum refellitur.

Mandatumque Sectariorum castis libertatem, quem Crucem Christi.

Ordinare & mittere pastores nullo modo spectat ad populum.

Respondeo ordinare & mittere pastores, nullo modo spectare ad populum, sed ad Ecclesiam Pastores: verum est quod suffragium populi aliquando in aliquibus Prouincijs accedebat; sed hoc tantum fuit vt populus testimonium daret probitatis illorum, vt libenter illos reciperet, & audiret. Hæc omnia patent ex Aug. loco citato: nam viuente Augustino Episcopo Hipponensi, cum esset senex, & infirmæ valetudinis, Eradium presbyterum sui successorem designauit, idque populo proposuit his verbis. Ergo ne aliquis de me queratur, voluntatem meam, quæ credo Dei esse, in omnium vestram notitiam profero: presbyterum Eradium mihi successorem volo. à populo acclamatum est, Deo gratias: Christo laudes dictum est viginti quatuor; Exaudi Christe; Augustino vita, dictum est sexies decies; & infra, à populo acclamatum est, Dignus, et iustus, est. Augustinus itaque dixit, successorem volo, ergo tantum consensus populi requirebatur, & nihil aliud, & talis actio fuit coram ipso Augustino, & duobus alijs Episcopis, scilicet Religiano, & Marsiniano, præsentibus Saturnino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Rustico, Lazaro, & Eradio, presbyteris; astante clero, & frequenti populo, itaque vt ibi videre est, à populo nil aliud requisitum fuit, nisi consensus per acclamationem, de cætero populus nullam actionem aliquando habuit in ordinatione, & missione Episcoporum.

Secunda obiectio. Claves Regni cælorum non soli Papæ, aut Episcopis, sed toti Ecclesie datæ sunt, vt Aug. exponit illud Matth. 16. Tibi dabo claves Regni cælorum, &c. Tractatu 124. in Ioannem. Præterea Matth. 18. toti multitudini dicitur. Quacunque alligaueritis super terram. illis enim hoc dicitur quibus superius dictum fuerat, Si peccauerit in te frater tuus, vade corripere eum, &c. At nomine clauium significatur omnis potestas Ecclesiastica, ergo tota multitudo fidelium potestatem habet à Christo eligendi, & vocandi, atque etiam ordinandi ministros.

Respondeo negando simpliciter, claves Regni cælorum eodem modo collatas fuisse Petro, sicut cæteris de Ecclesia; nam datæ sunt Simoni filio Ionæ, & non aliter, vt dictum est lib. 2. disp. 1. concedimus autem claves, quæ Petro plenariè datæ fuerunt; partialiter, & dependenter ab illo in cæteris Ecclesie ministris reperiri iuxta illorum munera, quæ in Ecclesia exercent, & quod ita sit, patet ex Aug. loco citato, nam inquit. Cum Ecclesia Petrus Apostolus propter Apostolatûs sui primatum gerebat figurata generalitate personam, & infra. quod ad ipsum proprie pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundantiore gratia vnus, idemque primus Apostolus. itaque Augustinus facit Petrum esse Apostolorum primum abundantiore gratia: cum autem subdit. Sed quando ei dictum est; tibi dabo claves Regni cælorum vniuersam significauit Ecclesiam, non loquitur, nec intelligit de iurisdictione regendi, quod eodem modo sit in vniuersa Ecclesia; sed de firmitate, & perpetuitate eiusdem; patet quia sequitur: Quæ in hoc sæculo diuina tentationibus voluit vmbribus, fluminibus, tempestatibusque quatitur, & non cadit, quoniam fundata est super petram, vnde & Petrus nomen accepit. Cum Augustinus de iurisdictione Ecclesie deinde ait: Ecclesia ergo que fundatur in Christo, claves ab eo Regni cælorum accepit in Petro, aperte asserit, omnem iurisdictionem, quæ est in Ecclesie ministris, pendere, & descendere à Petro,

tanquam à fonte, & capite visibilis Ecclesie.

Ad illud: Quacunque alligaueritis super terram. Quod omnibus dictum sit, falsissimum est: fuit enim hoc tantum Apostolis, & successoribus illorû, scilicet pastoribus dictum; & hoc ita esse prudens lector ex ordine verborum Christi optimè cognoscet: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripere eum inter te, & ipsum solum, si se audierit, lucratus eris fratrem tuum, si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum; quod si non audierit eos, dic Ecclesia: Hucusque pro omnibus fidelibus loquutus fuit, & sequitur; Si autem Ecclesiam non audierit: Quæ nam est hæc Ecclesia quæ audienda est? non vniuersa plebs, sed pastores, de quibus Apost. ad Heb. ultimo, ait. Obedite præpositis vestris, ipsi enim perui-gilant, &c. & Act. 20. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam suam, & 2. Tim. 4. Argue, obsecra, increpa, &c. Et de istis, & pro his deinde immediatè sequitur: Amen dico vobis quacunque alligaueritis super terram, erunt ligata, & in celo; & quacunque solueritis super terram, erunt soluta & in celo: Et non pro omnibus de Ecclesia, scilicet laicis: quapropter obiectio nihil concludit. Præterea ex hac obiectio-ne sequeretur, quod omnis fidelis esset Papa, Pastor, Episcopus, Sacerdos, &c. vbi ergo oues? Si omnes Superiores, vbi Subditi? Si omnes patres, vbi subditi, seu filij? Et sequelam huius obiectio-nis hanc esse, patet, quia omnibus fidelibus claves Ecclesie datas fuisse infer: & omnibus dictum esse, Quacunque alligaueritis super terram, etc. Et non tantum Petro, Apostolis, & Successoribus, quid ergo absurdus?

Tertia Obiectio. Ioannis 10. præcipit Dominus, vt non audiamus vocem alienorum. & Matth. 7. vt fugiamus falsos Prophetas; ait enim; Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et Paulus ad Gal. 1. anathema dicit, aliqui præter Euangelium annuntiantibus, ergo populus Christianus debet bonos pastores vocare, & querere, & perniciosos rejicere.

Respondeo populum vocem hæreticorum, & omnium qui Christi doctrinam peruertunt, vtique debere discernere, quod tunc dignè sit, eum eorum, quæ prius credebat, oppositum de nouo doceri audit, & ea quæ sunt Catholice fidei contraria prædicari à nouiter electis, & ordinatis Pastoribus percipit; tunc enim nos Catholici falsos Prophetas euicimus, qui sanam doctrinam non prædicant; Sed non sequitur, ergo ordinatio, & missio Pastorum, & ministrorum pertinet ad populum; qualescunque ad populum spectaret, autamen possent pastores à populo electi & ordinati falsam docere doctrinam: igitur si à populo eligantur, non inferitur eos falsum docere non posse: non est itaque hæc efficax ratio, vt illorum ordinatio debeat esse à populo, vt patet. Quod autem Paulus dicat: Sed licet nos, aut Angelus de celo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit & sicut prædicimus, et nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit. Tunc docuit Galatas, quæ legem Moylis simul cum Euangelio seruandam esse de nouo credebant; persuadentibus quibusdam de quibus idem Apostolus cap. 5. ait: Qui autem conturbat vos, peradhibe iudicium quicumque est ille, Ne doctrinam diuersam ab ea quam ipsos docuerat,

Claves Ecclesie non dantur soli Petro.

uerat, neque ab Angelo reciperent. Omnia hæc optime scimus, & pro his pugnamus. Sed quid inde? ergo ad populum spectat ordinare ministros Ecclesie, manifestum absurdum: Et dato ut diximus, quod ad populum id spectaret; non sequeretur pastores à populo electos deinde perueriam doctrinam prædicare non posse: ut fecit Nestorius Episcopus Constantinopolis, qui antequam eligeretur Episcopus presbyter erat, præditus facultate dicendi, & à Iorenfi strepitu alienus, ruditate, & oris pallore, ac macie, bonæ disciplinæ habens imaginem, quæ de causa ex Antiochia vocatus, omnium consensu Constantinopolis Episcopus electus fuit, & tamen deinde hæreses docere cœpit, negabat enim Christi diuinitatem, & Beatam Virginem non esse Dei genitricem, sed tantum Christi; in quo duas ponebat personas: & pari modo Dioscorus Episcopus Alexandrinus, ut patet in actis Concilij Chalcedonensis. Et quamplures alij. itaque nihil colligunt Sectarij, ex hac obiectione. misericuli, cum nullum habeant stabile fundamentum in scripturis, quæritant loca, & quicquid apparenter videtur esse pro illis, statim arripiunt. sed telas aranea texerunt. Isaia 59.

Quarta Obiectio. Episcopi non sunt Domini, sed ministri Ecclesie 1. Cor. 3. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. & 1. Petri 5. Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucris gratia, sed voluntariè, neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et Ecclesia est columna, et firmamentum veritatis. 1. Tim. 3. ergo summum tribunal est penes Ecclesiam, non penes Episcopos; ergo ad ipsam spectat eligere, & vocare ministros.

Minister dupliciter sumitur.

Respondeo, quod Sectarij nesciunt, de quibus affirmant, & ineptias concludunt. dicunt Episcopos non esse Dominos, sed ministros Ecclesie. Minister dupliciter sumitur, vel pro seruo mercenario, ut sunt illi qui obedire debent Dominis suis ad nutum, inter quos etiam connumerantur stabularij, coquinarij, mancipia, &c. Vel pro illis qui utilitatem populi curant regendo, & præsidendo, quales sunt Reges, & Principes, de quibus Philoſophus 1. Ethic. ait, utilitati populorum vacare debere. pastores Ecclesie sunt ministri, & serui, non primo modo, sed secundo. Petrus prohibuit tantum violentum dominium, cum dixit, Neque ut dominantes in cleris, sed non superioritatem simpliciter; nam dixit, Pascite qui in vobis est gregem Dei, non coacte, etc. Et quod ita sit, patet ad Heb. 13. populum scilicet Episcopis obedire debere & non e contra: ait enim: Obedite præpositis vestris, ipsi enim peruisigant, etc. & Act. 20. In quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Ad illud, quod Ecclesia est columna, & firmamentum veritatis; concedimus; sed hæc veritas pendet à pastoribus Ecclesie, & à primo Pastore, ad quos spectat ex munere docere: sicut ouibus, seu plebi doceri contingit; ergo summum tribunal est penes Ecclesiam, idest pastores Ecclesie, concedimus: penes Ecclesiam, idest plebem, negamus; nam plebs actu non obtinet officium pastons, & ut plurimum habet tantum fidem implicitam; ergo ad plebem spectat eligere, & vocare ministros negatur consequentia; est enim voluntaria.

Quinta Obiectio. Act. 1. Omnis Ecclesia, & non soli Apostoli elegerunt Matthiam, & Ioseph, qui vocabatur Barfabas, ut ex eis Deus vnum assumeret,

ergo ad vniuersam Ecclesiam pertinet electio pastorum, & Dei nutu fieri debet.

Respondeo, ex eo enim quod semel a Iana Balaà loquuta est, non debemus semper a Iana expectare consilium; quemadmodum inquit Augustinus contra eos, qui infantes dum baptizantur, vsum rationis habere docebant, eo quod vnus Iannes Baptista tale priuilegiu in sua sanctificatione ob Christi Domini præsentiam, tunc in castissimo immaculatæ Virginis vtero existentis, habuerit. ita in casu, ex turpi Iudæ proditoris morte vacabat locus inter Apostolos, quorum electio, quia non erat ordinaria, & regularis, ut est illa pastorum, & ministrorum post Apostolos, sed specialis & extraordinaria, ideo à Deo expectari debuit: hinc est quod ad voluntatem Dei cognoscendam, duos in medium protulerunt, Ioseph, & Matthiam: Deus autem vnum ex illis elegit, scilicet Matthiam. non valet autem hoc ad aliquid pro Sectarijs concludendum: quia alibi, ut superius dictum est, inuenimus pastores absque populi concursu ordinatos esse à cæteris pastoribus, ut in epistola ad Titum c. 1. & alibi quod autem omnis Ecclesia ibi adesset id fuit, non ex necessitate, sed ex cõgruentia, ut cognoscerent assistentiam, & prouidentiam Dei super Ecclesiam suam, & ut vnusquisque videret quis in locum Iudæ Apostolus recipiendus esset, erat enim Apostolatus res magni momenti, ideoque tunc omnis Ecclesia adfuit, non sequitur autem, semper in ordinationibus pastorum adesse debere; quia etiam Apostolorum tempore, ut superius diximus, tantum Ecclesie ministris hoc opus commissum fuit.

Misio Apostolorum fuit extraordinaria.

Sexta Obiectio. Act. 6. legitur multitudinem credentium Stephanum, & cæteros Diaconos eligisse: nam Apostoli dixerunt. Non est aquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus: nos vero orationi, & ministerio verbi instantes erimus, et placuit sermo coram omni multitudine, et elegerunt, etc. Ergo electio ministrorum Ecclesie ad populum pertinet.

Respondeo, tunc Diaconos etiam in ministerio quotidiano inservire debuisse, scilicet mensæ, circa prouisionem ciborum, & quia, ut ibidem legitur, factum erat murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod circa hoc ministerio ciborum despicerentur viduæ eorum: Apostoli ne viderentur alicui in hoc gratificari, dixerunt ut considerarent viros boni testimonij septem; & ita fecerunt: attamen illos statuerunt ante conspectu Apostoloru, eosque Apostoli & non populus ordinauerunt, dicit enim ibi Scriptura: Hos statuerunt ante conspectum Apostoloru, et orantes imposuerunt eis manus. Itaque illorum ordinatio non fuit à populo, sed ab Apostolis, licet tunc nominatio fuerit plebi concessa, sicut de facto nunc temporis etiam nonnullis Principibus conceditur, & permittitur.

Nominatio ministrorum potest esse à populo vel à Principibus.

Septima Obiectio. Act. 14. legitur de Paulo, & Barnaba sic. Et cum constituisset illis per singulas Ciuitates presbyteros, Quod Græcè, sic legitur, cum elegerent per suffragia per singulas ciuitates presbyteris: ergo Paulus, & Barnabas præfuerunt tantum electioni quæ à populo facta fuit; ad populum igitur spectat electio ministrorum.

Respondeo, & gratis pro nunc concedo, sensum præcitatæ scripturæ cum esse, quem ipsi putant, quod scilicet

scilicet per suffragia populi, Barnabas & Paulus presbyteros per civitates constituerunt. Hoc autem non probat, ad populum spectare missionem, & ordinationem pastorum, & ministrorum Ecclesie, sed tantum nominationem illorum: ut nunc temporis etiam in pluribus Regnis fit, & etiam ut populus testimonium daret probitatis illorum, ut libenter illos deinde audiret: & præterea id Apostoli iure, tunc temporis aliquando permittere debuerunt, ne scilicet populi putarent quod illos eligerent ob humanum commodum, vel alij de causis, ut Chrysostomus. Hom. 1. super acta Apostolorum de Petro in electione Matthie affirmat; sic enim; *Quid, an volebas ipse Petro eligere? volebas & quidem maximum: verum id nobis fecit ut tui videretur gratificari;* Tamen missio formaliter, & propriè, & ordinatio, & consecratio, & potestatis exhibitio non erat à populo, sed ab Apostolis, & post Apostolos à Summis Pontificibus, & cæteris Ecclesie pastoribus, quod per manuum impositionem fiebat; & quod ita sit, patet Act. 6. de septem diaconis, quos plebs tantum nominavit, & assignavit, sed Apostoli illos ordinarunt: dicitur enim ibi; *Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, &c.* & infra. *Hos constituerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus.* & 1. Tim. 4. *Noli negligere gratiam quam te est, qua data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij.* Idem presbyterorum, aut Episcoporum, in apertissima veritatis declaratio: patet enim ordinationem Timothei fuisse à presbyteris, seu Episcopis, ut Chrysostomus exponit: nam eo tempore septem Episcopi, presbyteri nominabantur; & e contra, presbyteri aliquando Episcopi dicti sunt; itaque concedimus electionem posse populis, vel Principibus concedi, ordinationem autem, & missionem, seu jurisdictionis exhibitionem, nequaquam, nihil igitur Sectarij pro se obtinere possunt:

Octava Obiectio. Cypr. lib. 1. epist. 40. *Propter quod plebs obsequens præceptis Domini, & Deum metuens à peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilega Sacerdotis sacrificia miscere, quando ipsi maximo habeat potestatem, vel eligendi dignas sacerdotum, vel indignos recusando, quod, & ipsum videtur de Divina auctoritate dependere, ut sacerdos plebe præsentis, sub omnium oculis delegatur, & dignus a quo datus publico iudicio, ac estimatus comprobatur, &c.*

Respondet huic argumento cum Card. Bellarm. lib. 1. de Clericis cap. 7. quod Cypr. non dicit descendere ex iure divino, ut Episcopus à populo eligatur, sed ab exempli divini, ut patet ex sequentibus: nam probare volens hoc descendere de Divina auctoritate, probat solim tribus exemplis Scripturæ: quia primò Eleazarum Nu. 20. coram populo ordinatus est, & similiter Matthiam Act. 1. & septem Diaconi Act. 6. exempla autem Scripturæ non faciunt rem esse de iure divino, sed præcepta Dei sunt que hoc faciunt. Nec Cypr. hoc loco aliquid tribuit populo aut electione sacerdotum, nisi ut ferant testimonium de vita, & moribus ordinandorum, quod etiam nunc servatur in Ecclesia Catholica. Dixit autem Cypr. populum habere potestatem eligendi, & suffragium ferendi, quia potest dicere si quid noverit boni, vel mali de ordinando, & sic testimonio suo efficere, ut eligatur, vel non eligatur. Itaque habet populus secundum Cypr.

sententiæ potestatem eligendi, & suffragandi per testimonium, non per cæcitate; in ore testimonio iudicis: nam dicit debere in Ecclesia eligi Episcopum quomodo Scriptura docet fuisse electum Eleazarum, ac Scriptura Nu. 20. dicit Eleazarum electum à Moyse, & nihil tribuit populo nisi coram eo fuisse electum Cypr. hoc explicans ait: *coram omni Synagoga iustos Deum constitutus Sacerdotem: id est iustus, & ostendit ordinationis Sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsentis, vel interrogatus malum crimina, vel bonum munus prædicentur; & infra, propter quod diligenter de traditum dicitur, & Apostolica observatione servandum est, & tenendum quod apud nos quoque; & ferè per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, Episcopus ipsam Provinciam præterea quoque conveniat, & Episcopus delegatur, plebe præsentis, qui singularum vitam plurimum noverit, ut unusquisque alium de omni conversatione perscrutetur.* Hæc Bellarmius.

Huic autem obiectio, & confirmibus, quæ à Sectarijs adduci possunt dico, quod ad constitutionem, Pastoris, seu Episcopi tria requiruntur, lectio, ordinatio, & missio, seu exhibitio actualis jurisdictionis super specialem populum. Secundum, & tertium, incommunicabile est plebi, & laicis, qui claves Ecclesie exercere nequeunt, quæ pastoribus, & non omnibus conceduntur; primum vero plebi, & principibus concedi potest, & de facto multum locum est in usu, & fuit ab antiquo tempore concessum: ratio est, quia electio non est adus clivium, cum nulla iura communicetur potestas: præterquam quod tunc fit quædam solennis consecratio bonæ famæ illius, qui Episcopatum ordinandus est. Non est autem de iure divino, ut falso dicunt Sectarij, sed de iure humano, quod à Papa, & Concilijs amoveri, & suscipi potest, si iuxta concursu plebis in tali electione tumultus, & odia contingat, ut de facto evenit, nam quid aliud statumere in electione, &cludatur, continuo quod habuerunt ad effectum, persequuntur. Hinc igitur Ecclesia totam consuetudinem multam in locis abditis. Quod utrumque eligendi in plebe non sit de iure divino, patet, quia si ita esset nunquam Episcopus absque voto plebis tui mixtur, ordinato legitur; imò nec Apostolis, quia quæ sunt de iure divino alterata sequuntur, et appositum constat in ordinatione Timothei, quæ tantum ab Episcopia sua ut legitur 1. Tim. 4. & post Apostolorum tempora, ut superius diximus, in prima conclusione. Restat igitur ut sit de iure humano quod per emergentes occasiones mutari potest, iuxta potestatem, quam Petro, & Successoribus, Christus Dominus concessit; Matth. 16. *Tibi dabo claves Regni cælorum, & quodcumque ligaveris super terram erit ligatum, & in cælis, &c.* Ex ista quoque veritate. *Pater agnus, & ovis meus.* Nec Sectarij hæc firmissimam doctrinam Catholicam suis obiectio nibus expugnant, imò nec impugnare poterunt, nisi arguis, & fabulis.

Missio ministrorum potest populo concedi, ordinatio & jurisdictionis exhibitio nequaquam.

Tria sunt circa Episcopum eligendum.

DISPUTATIO III.

An calihatus sit sacris ordinibus iure diuino vel humano annexus.

Cum consilium castitatis in Euangelio reperitur à Christo Domino fidelibus exhibitum, Matth. 19. *Sunt Eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter Regnum calorum: qui potest capere, putà hanc virtutem, capiat, & infra. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit.* Unde Paulus I. Cor. 7. *Dico autem non nuptis, & viduis: bonum est illis si sic permaneant sicut, & ego. & postea. Qui sine uxore est, sollicitus est qua Domini sumus quomodo placeat Deo, qui autem cum uxore est, sollicitus est qua sunt mundi, quomodo placeat uxori, et diuisus est; & infra. Qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, et qui non iungit melius facit.* Quæritur an id eodem modo laicis & clericis sit de consilio; vel clericis sit præceptum, quod necessario ratione status obliget illos, laicis verò nequaquam; an verò de iure diuino omnibus sit de consilio, & clericis Ecclesiastico hanc tantum sit de præcepto.

Statu eo necesse sit a peccato.

Secularij omnes conveniunt in hoc, quod Ecclesie ministri nullo iure calibatum sequare tenentur: ita olim Vigilantius, ut scribit Sanctus Hieronymus lib. contra eundem: & posterioribus temporibus Ioannes Vicleffus, ut refert Valdensis tom. 2. de Sacramentis cap. 128. & 129. Lutherus lib. de Abroganda missa priuata. Magdeburgenses Centuria 1. cap. 7. col. 389. Galuinus lib. 4. institut. cap. 12. §. 23. & illorum sequaces: quorum omnium rationes simul collectæ viximò soluentur. Græci autem in hac materia partim consentiunt, & partim à nobis differant; consentiunt, quia consilium castitatis cognoscunt, atque laudant; & Regularibus, & Monachis ex voto castitatis præceptum esse affirmant: dissentiunt autem, quia volunt ut clerici ante subdiaconatum uxores ducant, & simul cum illis cohabitent, nec à concubitu teneantur abstinere, nisi tempore vicis suæ; iuxta ritum veteris Testamenti. hic error cepit apud Græcos tempore Concilii Trullani, in quo Græci simul collecti in Palatio Imperatoris, quod Trullum dicebatur, 102. Canones composuerunt, & multas erroneas opiniones, docuerunt. Ecclesie Constantinopolitane æquales honores dederunt, ac Romanæ. Decretum Cypriani de rebaptizandis Hæreticis iam damnatum receperunt: Romanæ, & Occidentali Ecclesie leges aliquas præscripserunt. Canones Apostolorum 67. esse, dixerunt, cum Apostolica Sedes non quinque legitimos esse doceret; & Canon. 13. statuorunt ut subdiaconi, diaconi, & presbyteri à suis uxoribus ante sacros ordines susceptis non separarentur: & quia hoc Conciliabulum præcesserat sexta Synodus tempore Constantini Quarti celebrata, quæ nullos edidit Canones; ideoque Patres Græci, Canones Trullanos, Canones sextæ Synodi voluerunt appellare, ut robur in Ecclesia haberent; sed Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum; Videre hæc fusius poterit lector apud Baronium anno Domini 692.

Secundum igitur Catholica est, continentie votum ordinibus sacris esse conexum Diuino consilio, & Apostolico, ac Ecclesiastico præcepto, & in Ecclesia ab Apostolorum tempore sic fuisse seruatum, ita Romana Ecclesia optime docet, & omnes Catholici Doctores defendunt: & ut huiusmodi veritas magis eluceat, tres pono Conclusiones.

Secunda Sede sit Catholica.

Prima Conclusio. Continentia, & Castitas diuino iure est tantum de consilio. Probatum. Christus Dominus de castitate sermonem faciens. Matthe. 19. ait: *Et sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter Regnum calorum, qui potest capere capiat.* Unde manifestè patet hanc virtutem non præcepisse, sed tantum consuluisse; & infra: *Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.* Sicut igitur non est præceptum omnibus fidelibus, sed tantum consilium, ut relinquunt domum, fratres, sorores, patrem, & matrem, filios, aut agros, ut Christum perfectissimè sequantur, eodem modo etiam res se habet circa uxores. patet igitur quod Dominus castitatem non præcepit, sed tantum consuluit. Similiter Apostolus I. Cor. 7. de eadem virtute discurrens, ait. *Dico autem non nuptis, & viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego: & infra: Qui sine uxore est sollicitus est qua Domini sumus, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore est sollicitus est qua sunt mundi, quomodo placeat uxori et diuisus est.* & postea: *Qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, et qui non iungit melius facit; Ego. continentia, & castitas diuino iure est tantum de consilio non autem de præcepto.*

Continentia diuino iure est tantum de consilio.

Secunda Conclusio. Sacris ordinibus Apostolico, & Ecclesiastico præcepto calibatus est annexus; ita ut nullo modo liceat sacros ordines habentibus uxorem ducere. Probatum. ex Apost. ad Titum, cap. 1. *Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem non superbum, non iracundum, non uolentem, non peruersum, non turpis luctu rapinam: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum sanctum, continentem, etc.* Quibus si unibus, sic argumentos, præceptum est Episcopis: ut non sint iracundi, iracundi, peruersi, turpis luctu cupidi, sed hospitales, benigni, sobrii, iusti, & sancti; ergo pari modo præceptum est illis ut sint continentes: Nam Apostolus Episcopis necessitate hæc omnia uniformiter affirmat; sicut igitur quæ antecedunt sunt Episcopis de præcepto, sic quod consequitur, scilicet continentia, & castitas nam Apostolus discrimen inter prædicta non posuit.

Sacris ordinibus Apostolico & Ecclesiastico præcepto calibatus est annexus.

Secundo probatur. Præceptum est sacros ordines habentibus, ut sint solliciti, ac diligentes circa ea quæ sunt Dei; & diuini cultus, & quod in tali seruitio, ac famulari non sint diuisi, sed totaliter aduersati, ac dediti, ut docet Apostolus 2. Timothe. *Labor sicut bonus miles Christi Iesu, demeritis tuis Deo impleras se negotio secularibus; & ad Tit. cap. 1. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, esse, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, etc.* Ergo præceptum est illis ut seruent castitatem, & continentiam. Consequenter patet ex Apost. I. Cor. 7. *Qui sine uxore est sollicitus est qua Domini sumus; quomodo placeat Deo; qui cum uxore est, soli-*

Sacros ordines habentes debent esse indiuisi circa cultum diuinum.

Solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & dimissus est. Ergo præceptum est, sacros ordines habentibus, ut sint continentes, & vxoribus careant: quia cum vinculo matrimonij non possunt carere solitudine, quam non admittit status clericalis.

Tertio probatur ratione S. Hieronymi lib. 1. contra Iovinianum longè post medium. Apost. 1. Cor. docet fideles coniugatos sic, *Nolite fraudare invicem nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, sicut laicus, inquit Hieronymus, & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio conjugali.* Sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est; *Si semper orandum est, ergo semper carendum matrimonio.* Et super cap. 1. epist. ad Titum; idem Hieronymus inquit, *Si laicus imperatur, ut propter orationem abstinere se ab uxorum coitu, quid de Episcopo sentiendum est, qui quotidie pro suis, populique peccatis illibatas Deo oblaturus est victimas?* Sicut igitur præceptum est sacerdotibus, ut diuinis semper inseruiant, sic pari modo ut semper continentes maneant, & nunquam vxores ducant; res est clara.

Quarto probatur ex eo quod Apostoli perpetuam continentiam seruauerunt, ut patet Matth. 19. *Eccc nos reliquimus omnia, & sequimur te, quid ergo erit nobis?* Iesus autem dixit illis. *Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, &c. & postea; Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, &c. & 1. Cor. 7. Volo vos omnes esse sicut me ipsum. Dico autem non nuptis, & viduis: bonum est illis si sic permaneant sicut & ego.* Idque ex consilio Christi Domini ut patet Matth. 19. Nunc inuestigandum est, cur Apostoli perpetuam continentiam seruauerint: verè non ex alia causa, quique putare debet, nisi quia diuinis rebus semper vacare debebant: at idem omnino in sacris ordinibus constitutis accidit; cum quotidie debeant ministrare diuinis, ergo eodem modo debent perpetuam continentiam seruare.

Quinto probatur per figuras quæ in hac materia in veteri testamento præcesserunt: Nam sacerdotes veteris testamenti iure diuino continentia saltem ad tempus obstringebantur, dum scilicet in templo, vel tabernaculo ministrabant; & licet lex vetus nunc non obliget, tamen ratio non apparet cur illi qui figurarum & umbrarum ministri erant, pro eotempore quo ministrabant, ab usu matrimonij cessare, & castitatem, ac continentiam seruare debebant, & non ministri noui testamenti; cum veritatem, & non umbras, Eucharistiam, & non vitulorum carnes, administrarent. Antec. probatur Exodi 19. *Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum sanctificentur.* Id est abstineant ab vxoribus, nam superius legitur, *Descenditque Moyses de monte ad populum, & sanctificauit eum, cumque laussent vestimenta sua, ait ad eos: Estote parati in diem tertium, & no appropinquetis vxoribus vestris.* Et 1. Reg. 21. legitur. *Veni autem Dauid in Nobæ ad Achimelech sacerdotem, & obstupuit Achimelech eo quod venisset Dauid, & dixit. Quare in solus, & nullus est tecum? & ait Dauid ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermone, & dixit: Nemo sciat rem propter quam missus es à me, & tuismodi præcepta tibi dederim: nam, & pueris*

conduci in illum, & illum locum. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes da mihi, aut quid quid inueneris: & respondens sacerdos ad Dauid, ait illi; Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum, si mundi sunt pueri maxime à mulieribus: Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit: Ecce quidem si de mulieribus agitur: conuenimus ab heri, & nudius tertius, quando egrediebamur, & fuerunt uasa puerorum sancta. Patet igitur ad sanctificationem requiri continentiam à mulieribus, & laicos sanctificatum panem comedere non posse nisi præmissa tali sanctificatione, estque doctrina communis apud Hebræos vsque in hodiernum diem, quod sacerdotes tempore vicis suæ, cum scilicet Domino ministrabant, proprias domos relinquebant, & propè templum habitabant, quò vxores introducere non licebat, idque testatur Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum, & apertè colligitur etiam 1. Paralip. cap. 24. & Lucæ 1. At sacerdotes noui testamenti semper ex munere, & omni tempore Domino ministrant, ergo semper debent continentiam seruare, iure optimo igitur Apostoli, & Ecclesia ordinibus sacris cælibatum adiunxerunt.

Sexto probatur testimonio sacrorum Conciliorum, & primò per Canonem 27. Apostolorum, qui talis est. *Innuptis autem qui ad clerum promouiti sunt præcipimus, ut si uoluerint, uxores accipiant: sed lectores, cantoresque tantummodo.* Excluduntur igitur qui sacris ordinibus decorati sunt.

Ex Concilio Nicæno Can. tertio, habetur sic. *Ingradiuit per omnia magna Synodus, non Episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in claro est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas, qua suspiciones effugiunt.*

Ex Concilio Carthaginensi secundo, celebrato anno Domini 390. circa tempora Siricij Papæ: probato deinde à Leone Papa Quarto, cap. de libellis. dist. 20. Can. secundo, sic habetur. *Aurelius Episcopus dixit. Cum in præterito Concilio de continentia & castitatis moderamine tractaretur, gradus illi tres conscriptione quadam castitatis per consecrationes annexi sunt. Episcopos, inquam presbyteros, & diaconos ita placuit, ut concederet sacrosantos Antistites, & Dei Sacerdotes, nec non & Leuitas, vel qui Sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter, quod à Deo postulans, impetrare, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruasse antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Omnibus placet, ut Episcopi, presbyteri, & diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, pudicitia custodes, etiam ab vxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est, Placet, ut in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui ad eam deseruiunt.*

Ex Concilio Neocæsariensi cap. 1. *Presbyter si uxorem acceperit ab ordine deponatur, si vero fornicatus fuerit, vel adulterium perpetrauerit, amplius pelli debet, & ad penitentiam redigi.* Hoc Concilium celebratum fuit ante conuersionem Constantini Magni, & ante Concilium Nicænum, fuerunt 17. Episcopi, inter quos, vix quidam insignis Basilii nomine, Amalex Episcopus, qui sub Licinio Cæsare martyrio coronatus est, ut testatur Eusebius in chronicijs anno 320. & probatum deinde fuit à Leone IV. dist. 20. C. de libellis.

Ex Concilio Ancirano celebrato ante Concilium

R 2

Nicæ-

Ratio S. Hieronymi.

Apostoli fuerunt continentes.

Continentia clericorum figurata fuit

Ratio est cælibatus sic conueniens sacris ordinibus.

Testimoniū antiquum & solenne.

Nicænum post tempora Marcellini Papæ & à Leone IV. pariter probato, loco supra citato. Can. 10. *Diaconi quicumque cum ordiantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes velle se habere uxores, nec posse se continere, hi postea si ad nuptias venerint, maneat in ministerio propterea quod his Episcopus licentiam dederit. Quicumque sanè tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio, vel clericali cessare debent, laicam tantum recipientes communionem.* Ex hoc Canone patet continentiam non esse sacris ordinibus iure diuino annexam, sed humano; & quod Ecclesia possit dispensare.

Ecclesia potest dispensare super continentiam clericorum.

Ex Concilio Carthaginensi quinto à Leone IV. loco nuper citato probato cap. 3. habetur. *Præterea cum de quorundam clericorum, quavis erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit Episcopos, & presbyteros, & diaconos secundum priora statuta etiam ab uxoribus continere, quod nisi fecerint ab ecclesiastico remoueantur officio; ceteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuersamque Ecclesia consuetudinem observari debere.* Et deinceps in pluribus Concilijs idem statutum reperitur.

Probatur septimò Sanctorum Patrum testimonio. Ambrosius lib. 1. de officijs cap. 50. tom. 4. ait. *De castimonia autem quid loquar, quando una tantum, nec repetita permittitur copula? Et in ipso ergo coniugio lex est, non iterare coniugium, nec secundam coniugis sortiri coniunctionem; & postea. Inoffensum autem exhibendum, et immaculatum ministerium, nec ullo coniugali coitu violandum cognoscitis, qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni etiam ab ipso consortio coniugali sacri ministerij gratiam recepistis. quod eo non prateris, quia in plerisque abditiore locis cum ministerium gerens, vel etiam sacerdotium, filios susceperunt, & id tanquam usu veteri defendunt; quando per intervalla dierum sacrificium deferretur, & tamen certificabatur etiam populus per biduum, aut triduum, ut ad sacrificium purus accederet, ut in veteri testamento legimus; & lavabant vestimenta sua. Si in figura tanta observantia, quanta in veritate, &c. Gregorius in decretalibus tempore Mauritij Imperatoris tom. 2. inquit. *Si quis presbyter, vel diaconus duxerit uxorem anathema sit.* Hieronymus in Comment. super epist. ad Titum lib. vno cap. 1. tom. 6. ait. *Si autem laicis imperatur, ut propter orationem abstineant se ab uxorum coitu, quid de Episcopo sentiendum est, qui quotidie pro suis populique peccatis illabatur Deo oblaturus est victimas? Relegamus regum libros, & inueniemus sacerdotem Achimelech de panibus propositionis noluisse prius dare David, & pueris eius, nisi interrogaret utrum mundus essent pueri à muliere, non utique aliena, sed coniuge; & nisi eos audisset ab heri, & nudius tertius vacasse ab opere coniugali, nequaquam panes quos prius negauerat concessisset. Tantum interest inter propositionis panes, & Corpus Christi, quantum inter umbram, & corpora, inter imaginem, et veritatem, inter exemplaria futurorum; et ea ipsa quæ per exemplaria præfigurabantur. Quomodo itaque mansuetudo patientia, etc. præcipue debent esse in Episcopo, et inter cunctos laicos eminentia, sic et castitas propria, ut ita dixerim, pudicitia sacerdotalis, ut non solum ab opere se immundo absteat, sed etiam iactu oculi, et cogitationis errore mens Christi corpus consecrata sit libera.**

Testimonium veterum; Sanctorum Patrum.

Origenes Hom. 23. in lib. Numeri ait. *Vnde videtur mihi quod illius solus est offerre sacrificium, qui indefinitis, et perpetua se demouerit castitati.*

Chrysostomus Homil. 2. de patientia Iob. inquit: *Oportet omni profuso castitate sacerdotem ornatum esse.*

Augustinus ad fratres in Eremita serra 37. tom. 10. inquit. *Non decet clericum cum mulieribus sedere, vel fabulari, vel domum eius frequentare, ne suspicio mala inde progrediat. O quam vitio, & quam misere, & pusillanimum reputatur clericus qui frequenter cum mulieribus conuersatur. Insipiens valde est, & in expertus, qui mulierum amicitias procurat; & infra. O quam surpe est clericum à meretricis duci captiuum. Quæ enim adhæret meretrici, unum corpus efficitur; Et ideo scire debemus quod malum est fornicari. Nam si coniugium sacerdotibus prohibetur, quanto magis crimen fornicationis in nobis extimabitur. Ecce enim fratres, laici coniugatis ad tempus abstineri præcipitur, ut vacent orationi, & sacerdotem, quos Corpus Domini consecrare vniuersis oportet, concubinas in domo tenere non erubescant?*

Tertia Conclusio. Bigami Apostolico præcepto ad sacros ordines non debent admitti. probatur 1. Timoth. 3. *Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, &c. & infra. Diaconi sint unius uxoris viri, qui filijs suis bene præsent, & suis domibus. Sensus autem Apostoli est, quod utriusque non debuerint duas uxores habuisse, sed si quis unicam tantum habuerit uxorem, illa defuncta, poterat talis fieri clericus; Ratio est, quia duas uxores habuisse, signum est incontinentiæ: ad ministrandum autem Altari, continentia necessaria est; & quod sensus Apostoli talis sit, probatur ex alio loco simili, nempe ex 1. Timot. cap. 5. ubi de viduis ait: *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, qua fuerit unius viri uxor, in operibus bonis testimonium habens, &c.* Eodem namque modo dicitur de vidua, quod fuerit unius vxor, quam Episcopi, & Diaconi unius vxoris viri; sed de viduis nequit aliter intelligi, quam quod unum tantum habuerint, Ergo de Episcopis, & Diaconis quod unam habuerint uxorem. minor probatur: etenim mulieribus nunquam, & nullibi, nec aliquando fuit aliqua lege permissum, ut plures simul habeant viros non potest ergo aliter intelligi, nisi quod semel ducta fuerit in matrimonium, ut patet.*

Bigami Apostolico præcepto ad sacros ordines non debent admitti.

Secundò probatur Conclusio ex communi Ecclesiæ, & Patrum intelligentia: nullus enim aliquando inuentus est Catholicus Doctor, qui aliter præcitata Pauli verba explicauerit. ita docuit Augustinus lib. de bono coniugali cap. 18. Hieronymus in Comment. Epistol. ad Titum. Ambrosius lib. de dignitate Sacerdotali cap. quarto, Chrysostomus Homil. 2. in Epistol. ad Titum; Et ceteri omnes ut quisque videre poterit: ergo Patrum communis sententia fuit.

Nunc ad obiectiones Sectariorum, qui primò historijs probare nituntur, clericos primitiua Ecclesiæ vxoratos fuisse, & post multa sæcula id per Rom. Ecclesiam prohibitum fuisse, & præcipue Magdeburgenses; sed in vanum laborant, & mendacijs acerbè verberant: nam nullibi reperitur, quod in sacris ordinibus constitutus licitum fuerit uxorem ducere, minoribus autem clericis utique. Sed ne nos etiam verbis contendamus, ad illorum obiectiones descendamus. Ex multis igitur illorum omnium sermoci-

nationibus aliqua colliguntur argumenta, quae alicuius vigoris esse videntur quorum primum hoc est.

Apostolus 1. Corin. 7. ait. Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquae suum virum habeat: Ergo si clerici non habent donum continentiae, possunt uxorem ducere; eo vel maxime, quia continentia donum Dei est, quod non datur vnicuique iuxta illud Sap. 8. Es ut sciam quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus daret.

Respondeo Apostolorum non loqui de clericis, sed de laicis, qui si cognoverint donum continentiae, non possident, nec vires habere pro castitate servanda, debent uxorem ducere, & consilium castitatis, quod Apostolus dabat, omittere, ut videtur in textu, dixerat enim primo, Bonum est homini mulierem non tangere, & infra. Dico autem non nupti, & vidui bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego. Ad consequentiam, Ergo si clerici non habent donum continentiae, possunt uxorem ducere: dico quod clerici non debent, nec possunt sacros ordines suscipere, nisi fuerint in aetate adulta, ut donum continentiae se habere, & aliqua industria adhibita, circa hanc virtutem proficere posse, cognoverint. Hoc enim sufficit ad hoc ut aliquis votum castitatis aggredietur; nam nulla virtus ex humana fragilitate, absque difficultate acquiritur, & possidetur. ut Christus Dominus dixit Apostolo 2. Corin. cap. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Cum igitur ad carnales actus quisque se nimis inclinatum cognoscit, statum clericalem non assumat, vel non debet assumere; cum autem continentiae sensum habet, tunc poterit votum emittere; quo emisso, non licet amplius uxorem ducere, sed carnis utilitationibus per cibi, ac potus abstinentiam resistere quisque debet, & sic clericus eodem tempore duas perficit virtutes; castitatis, scilicet, & temperantiae circa cibum, & potum; per virtutes enim ad caelorum Regnum pergere debemus. idcirco Apostolus 2. Cor. 6. ait: Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, &c. Quemadmodum verbo, & opere, Christus cum Apostolis, Ecclesiam docuit.

Secunda Obiectio. Gen. 1. Dominus dixit. Crescite, & multiplicamini: Ergo coniugium est de iure diuino, & patet etiam, quod sit de iure naturae; quia homo naturaliter appetit generare. ius autem diuinum, & naturae nequit tolli humana aliqua lege; ergo male Ecclesia Romana calibatum clericis indixit. Confirmatur ratio. Nemo potest obligari ad non comendandum, quia esset ad destructionem individui, ergo nemo potest obligari ad non generandum, quia esset ad destructionem speciei.

Respondeo Patres, puta Tertull. lib. de monogamia ante medium, Cyprian. lib. de habitu Virginum, Hieron. lib. 1. in Iovinian. & August. de sancta virginitate cap. 9. ut notavit Card. Bellar. lib. 1. de clericis cap. 21. sic verba Genesis praecitata intelligere; scilicet tunc omnibus hominibus fuisse praecceptum, cum terra erat vacua, ut in principio creationis, & post diluuium fuit: nunc autem cum terra sit plena, Caelum est replendum, quod melius continendo, quam nubendo fit. Quibus tamen praemissis, obiectioni praedictae, sic ego respondeo. Prima ratio haec est. Crescite, & multiplicamini, ergo coniugium est de iure Diuino, concedo totum argumentum; Nam

Deus coniugium instituit, sed quando subinfertur, ergo unusquisque potest, vel debet uxorem ducere, negatur sequelam aliud est dicere crescite, & multiplicamini; & aliud quod quisque debeat uxorem ducere; etenim genus humanum multiplicari potest, licet alicui particulares uxorem non ducant, cum modo defuit plurimi, qui coniugium sequuntur, & quod talis sit sensus Scripturae, probatur ex Apost. 1. Cor. 7. vbi ait, Qui non vult melius facere, & dico autem nupti, & vidui bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego. Ergo si ly crescite, & multiplicamini, extenderetur ad singulos; ut Sectarij dicunt; nec Christus dixisset Matth. 19. Sani Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter Regnum caelorum, qui potest super eos papa, nec Paulus castitatem habebat. Oppositum autem constat, ideo illud crescite, & multiplicamini non obligat singulos, sed tantum matrimonij, & coniugij institutionem in hominibus praefert, & insinuat. Ad illud: Quod est de iure naturae non potest tolli, & quod generare est ius naturae, dicit quod non potest tolli in specie, sed bene in aliquibus individuis ob maius bonum, scilicet castitatem, quae ut diximus ex Apostolo, qui non vult melius facere, & si dicatur quod conservatio speciei est maius bonum: respondeo quod continentia in particularibus non destruit speciem, sed continentia communis non negat speciem, tempore necessitatis, ut species periret, vel si in minimo individuo numero redigeretur, tunc omnes ad coniugium obligatos esse. Sed deo gratias, non est opus talis formidare. poterit igitur quicumque voluerit, castitatis virtutem amplecti, & sic ad continentiam se obligare.

Ad confirmationem respondeo, quod utique sicut tenemur comedere, nihil aliud ducere perdat, ita etiam generare, ut species destruantur, & species non perdat, licet aliqua pars diuisi generati non vivat; quare etiam hoc munere inauguratur; & sic species amplissime conservatur. & ex alio capite continentia dicitur esse in templo Dei iuxta consilium Christi, & in Ecclesia praeciptum, fulget.

Tertia Obiectio. Sextus Canon Apostolorum habet. Episcopus, aut Presbyter uxorem propriam non quaquam obtinere relinquitur; ergo Apostolicae ordinibus calibatum non connerantur.

Respondet Humbert. Cardinal. in lib. contra Nicetam, & habetur haec responsio sub nomine Leonis IX. distin. 31. Can. Omnino, ut refert Card. Bellar. loco supracitato, Apostolos praecipisse ne uxorem abijcerent, quoad curam, & eorum, quae sunt necessaria ad victum humanum, sed non quoad thorum, & cohabitationem, ut etiam exposuit Concil. Trullan. Can. 98. vbi dicitur, quod uxor Episcopi debet in aliquo Monasterio degere, & providentia Episcopi viri sui, frui. Idem etiam habet Concil. Faronen. Can. 8. in quo legitur Episcopum coniugatum uxorem, vel sororem reputare debere, & eius curam gerere, absque tamen illa suspitione carnalis dominacionis; & subdit Bellarm. hunc Canonem pronomen esse graeca vox, cautionem significat, vbi factum ait Religionis, itaque sensus est; Episcopus, aut Presbyter nequaquam praetextu cautionis uxorem abijciat, sed si ne curam uxoris dimittat, eo praetextu, quod ab eis se continere tenentur.

Quarta Obiectio. 1. Tim. 4. Apostolus ait. In novissimis temporibus discedet, quidam a fide, & veritatem spiritibus erroris, & doctrinam Daemoniorum, in hypocrisis loquentium, in modum, & canonicam habentium suam

Crescite, & multiplicamini quomodo intelligatur.

Ad illud: Quod est de iure naturae non potest tolli, & quod generare est ius naturae, dicit quod non potest tolli in specie, sed bene in aliquibus individuis ob maius bonum, scilicet castitatem, quae ut diximus ex Apostolo, qui non vult melius facere, & si dicatur quod conservatio speciei est maius bonum: respondeo quod continentia in particularibus non destruit speciem, sed continentia communis non negat speciem, tempore necessitatis, ut species periret, vel si in minimo individuo numero redigeretur, tunc omnes ad coniugium obligatos esse.

Apostolus loquitur laicis tunc, & non clericis.

Virtus in certamine perficitur.

Uxor, quae continentiam ex consensu viri servat, viri vicium necessarium ministrare debet.

suam conscientiam, prohibentium nubere, &c. Ergo hæresis est prohibere nuptias: non potest igitur Ecclesia sacris ordinibus cælibatam conecdere.

Respondeo concedendo totum argumentum, excepta vltima sequela: nam Ecclesia nunquam prohibuit, nec damnauit nuptias, vt fecerunt Hæretici Marcionitz, & Manichei, sed tantum sacris ordinibus cælibatum adiunxit, ad quem statim neminem Ecclesia cogit, sed liberè potest quisque tali statuto adiungi, ideo vltima sequela nullatenus à proposito argumento descendit: quia aliud est prohibere matrimonium, seu coniugium, & aliud mandare, quod qui vult esse clericus debeat esse continens.

Sed dicit aliquis quod Apostolus ibi dicit: *non nuptiarum diebus*, ergo: non intellexit de Manicheis, &c. quia tales non fuerunt vltimis temporibus.

Respondeo quod per illud *non nuptiarum diebus*, bene potest intelligi de Manicheis nam hæc hæresis cepit 206. annis post martirium Apostoli, vel dicendum quod de Anabaptistis etiam intellexit: nam isti damnant matrimonium, cum more beluasum carnaliter cum omnibus mulieribus se commisceant, & vnaquæque mulier omnibus sit communis. Et tandem per *ly nouissima temporibus*, etas describitur quæ post Christum currit vsque ad consummationem sæculi, de qua idem Apostolus *1. Cor. 10. Nos sumus in quos fines sæculorum demeruerunt*, & *1. Ioan. 2. filio la nouissima hora est*, & *sicut audistis, quia Antichristus tunc venit*, & *vine Antichristi multi facti sunt*, unde *sæculum quia nouissima hora est*; igitur *ly in nouissimis diebus* in toto omne tempus, quod ab Apostolis vsque ad consummationem sæculi mediat. Præterea Ecclesia à principio hoc statuit, & non vltimis temporibus; ergo de Ecclesia nequit Paulus intelligi.

Sed instat Petrus Martyr lib. de cælibatu, & votis monasticis, vt Bellarmus refert cap. 26. quod August. lib. 2. de moribus Manicheorum cap. 28. in epist. 74. ad Dorotheum testatur Manicheos non prohibuisse nuptias in cælestis suis; qui erant apud eos quasi Sacerdotes, & Monachi; & tamen dicit eos notam ab Apostolo, cum ait doctrinam esse demoniorum, prohibitionem nuptiarum.

Respondeo, quod duplex erat in hac materia error Manicheorum. primus, quia mittebant tantum auditoribus vxorem habere, sed non laudabant matrimonium. Secundus quod illi, qui vxores habebant, non debebant filios generare, sed tempus contumeliosè obseruare, ne apum esset ad filios procreandos; vidè August. lib. 2. de moribus Manicheor. cap. 28. tom. 1. ait. *Hic non dubito vos esse clamatuos, immodicumque facturos, castitatem perfectam vos vehementer commendare atque laudare, non tamen nuptias prohibere: quandoquidem auditores nostri quorum apud nos seruumus est gradus, docere atque habere non prohibentur vxores. Quis enim magna vpeo, & magna indignatione dixerit, ego vos lenius interrogabo ad hunc modum. Nonne vos estis, qui filios gignere, eo quod anima ligetur. nec carne, quæ carnis putat esse peccatum, quam ipsum concubitum? Nonne vos estis, qui solebatis nos monere, vt quantum fieri posset obseruaremus tempus, quoad conceptum mulieris post genus abum viscerum purgationem apta esset, eoque tempore a concubitu temperaremur, ne carnis anima implicaretur? ex quo illud sequitur, ut non liberetur procreandorum causa, sed sananda libidinis habere conuigent censeatur. Nuptia autem vt ipsa nuptias cælibatulo atumans liberetur procreandorum causa audiamus famamque coniugum. Quisquis erga procrea-*

re liberos, quam concubere grauius dicit esse peccatum, prohibet vtiq; nuptias, & non iam vxorem, sed meretricem feminam fecit, quæ donatim sibi certis rebus, viro ad explendam eum libidinem iungitur. Si enim vxor est, matrimonium est, non autem matrimonium est vbi datur opera ne formaretur, non igitur vxor. quo circa nuptias prohibetur, nec ab hoc crimine, quod olim a Spiritu sancto de vobis predictum est, vlla vox ratione defenditur. Ex quibus patet, quod Petrus Martyr falso martyrizat, & nescit de quibus affirmat, ineptè enim comparat ritum Ecclesie Catholice cum moribus Manicheorum; etenim Ecclesia Catholica non tantum permittit, sed commendat matrimonium ob procreationem filiorum, illudque Sacramentum esse à Christo Domino institutum cognoscit. Manichei autem, aliquibus penitus inhihebant matrimonium, & tales dicebantur electi, & ceteris tantum permittebant mulieres ad explendam libidinem, quæ coniunctio non erat matrimonialis, sed potius brutalis. Præterea vt superius diximus Catholici nunquam, & nullibi prohibent nuptias, sed tantum statui clericali cælibatum coniunxerunt.

Contrà tertiam conclusionem adest Lutherus lib. de captiuit. Babyl. cap. de Sacramento ordinis, & in propositionibus de Bigamia Episcoporum, asserens licere Episcopis simul plures vxores habere, & Paulum in Timotheo prohibuisse Episcopo tantum scortationem. Calvinus autem in cap. 3. prioris ad Timotheum, & in cap. 1. Epistol. ad Titum, & Magdeburgenses Cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 451. & 452. asserunt prohibitum esse Episcopis plures simul habere vxores, licere autem successiue.

Prima Obiectio Lutheri. Apost. ad Titum, cap. 3. conditiones Episcopi numerans ait. *Si quis sine crimine est, vnus vxorū vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuria, aut non subditos*, ex quibus sic arguit. Apostolus præcipit, vt Episcopus eligatur irreprehensibilis, & sine crimine, & subdit Apostolus, quæ sint crimina, quibus carere debet Episcopus, & ait: *Vnus vxorū vir, filios habens fideles*, ergo vnus vxoris vir non significat monogamiam, quæ opponitur polygamiz plurium vxorum successiue, quæ nunquam fuit crimen, sed eam, quæ opponitur fornicationi, & adulterio, quæ sunt propriè crimina.

Respondeo, quod sermo ille Apostoli, *si quis sine crimine est vnus vxorū vir*: est distantiū, non copulatiū, ad eo quod sensus sit: ad hoc, vt aliquis fieri possit Episcopus debet crimine carere, & insuper vt sit continentiz amator, quod cognoscitur ex eo quod non sit bigamus, sed tantum vnus vxoris fuerit possessor; & sequitur, *filios habens fideles, non in accusatione luxuria*, id est signum erit continentiz eiusdem, si habeat etiam castos filios, & non crimine luxuriz reos, & obnoxios, qua verissima expositione stante iuxta doctrinam eiusdem Apostoli 1. Cor. 7. argumentum Lutheri ruit, est enim innixum carnalissimæ deprauationis sacræ Scripturæ more solito.

Secunda Obiectio. Paulus 1. Cor. 7. inter viduos se connumerat, & tamen cap. 9. inquit. *An non habemus potestatem sororem vxorem circumducendi sicut Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Ergo Paulus licet viduus esset, poterat vxorem ducere, non enim potuisset sororem, vxorem circumducere, si non potuisset eam prius ducere.

Respondeo huic mendaci, animali, atque carnali argumento, nunquam Paulum connumerasse se inter viduos, sic enim ait loco citato. *Dico autem non*

Ecclesia non prohibet nuptias, sed clericorum simul cælibatum adiungit.

non potestatem

cup

Anabaptiz etia ab Apostolo praeuideatur.

cup

non nuptis, & viduis: bonum est illis si se permanentes
 fons, & ego. Unde quæro elicitur Paulum fuisse vi-
 dum, ex utroque, an ex Scriptura? Sacra Scriptura,
 quam tantum vos Sectarij appellatis, traditiones, &
 historias omnino rejicientes, id non asserit, utroque
 nomen nominat Paulus, scilicet non nuptos, qui nun-
 quam habuerunt uxorem, & viduos qui uxores ha-
 buerunt; nos ex alijs locis Scripturæ eligitur Paulum
 nunquam uxorem habuisse; nam Paulus cum à Chris-
 to vocatus fuit ad Apostolorum, erat adolescens, ut
 legitur Act. 7. *Et est de posteris vestimentis sua se-
 cus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus*, patet au-
 tem non multo post Stephani lapidationem, Paulum
 à Domino vocatū fuisse: Cum esset igitur adolescens
 non est probabile, quod uxorem habuisset, & 1. Cor.
 7. ait, suadens cæteris fidelibus castitatem; *Volo enim
 omnes vos esse sicut meipsum, sed unusquisque proprium
 donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic.*
 & quia sequitur, *quod si non se continent, nubant*; Hinc
 cognoscitur quod desiderabat omnes illos non nubere,
 sed esse sicut & ipse erat continens, quia scilicet
 uxorem non duxerat. Et Paulum nunquam uxorem
 duxisse, affirmant Hieron. in Epist. ad Eustochium
 de Virginitate. Hilarius in Psalm. 127. August. lib.
 de gratia, & libero arbitrio cap. 4. Ephiaphan. hæresi-
 38. Valerium. Ambr. in cap. 7. primæ ad Corin.
 & in exhortatione ad Virgines. Tertull. in utroque
 lib. ad Uxorem. Chrysostomus, Theodoretus, &
 cæteri omnes excepto Clemente Alexandrino lib. 3.
 Stromatum circa medium, licet subdat eam ex con-
 sensu eiusdem post vocationem statim reliquisse.

Ad illud, *an non habemus potestatem, &c.* non di-
 citur sororem, uxorem circumducendi, sed *mulierem,
 sororem circumducendi*. Nam Apostolos aliquando
 quædam mulieres viduas, & continentis sequeban-
 tur, illis necessaria ministrantes, exemplo Domini, qui
 aliquando etiam deuote mulieres ministrauerunt,
 quæ humano victui erant necessaria, ut legitur Ioan.
 12. non debet autem intelligi de vxoribus iuxta glo-
 sam carnualitiam Sectarij: etenim si talis esset
 sensus Pauli, quod scilicet petuisset uxorem circum-
 ducere, sequeretur necessario cæteros Apostolos hoc
 fecisse, nam inquit sicut, & cæteri Apostoli, & fratres
 Domini, & Cephas. itaque Apostoli secum duxerunt
 uxores, & consequenter filijs procreauerunt. po-
 terant igitur etiam cytharæ portare, & saltare in pla-
 teis mox ioculationis. *O Sectarij, quis patris habi-
 tare de vobis sum ego deum an? aut quis habet aliquid
 vobis cum andoribus sempiternis? ut legitur Ios. 3.
 vos Euanglium ad ventris, & carnis comoda per-
 uertitis; verè animarum vestrarum perditio mihi ma-
 nimè displicet.*

DISPUTATIO IV.

*An clerici vniuersis bonis suis sit à sacris illatione
 temporalium Principum immunitis: & an
 iure naturali, & positiuo, seu an Ministris
 Regni Cælestium subditi sint. Ministris Re-
 gni carrent.*

ANTEQVAM ad resolutionem huius dis-
 putationis descendamus, videntium ac exami-
 pandum est quid sit immunitas, quid ius naturale,

& positiuum, ut inde quæ sunt falsa rejicerent, quæ
 sunt vera stabilire valeamus. Immunitas autem sit
 dum communem iuritarum acceptionem, nisi aliud
 demorat, quam exemptionem à iure rei, vel perso-
 nae ab obligatione communi. An verò immunitas, &
 libertas Ecclesiastica idem significant, negat Gaeta-
 nus in Summa, verbo immunitas: vult enim liberta-
 tem Ecclesiasticam importare solam exemptionem a
 personarum in se, & in bonis suis, immunitatem au-
 tem esse tantum circa locorum exemptionem; at Co-
 uar. d. cap. 20. lib. 2. Variar. in prin. idem significari
 per hos terminos affirmat: mea tamen sententia est,
 quod hi duo termini nempe immunitas, & libertas
 Ecclesiastica partim conueniant, & partim disconue-
 niant: conueniant, quatenus interunt carentiam sub-
 iectionis, & oneris; differant verò, quia immunitas
 dicit tantum passiuam carentiam subiectionis alicui,
 cui cæteri subdantur: libertas autem Ecclesiastica
 dicit carentiam impedimenti in actiua potestate; ra-
 tio est: quia libertas ex natura rei præferet principij
 liberum ex omni parte actiuum, ergo Ecclesiastica
 libertas est carentia subiectionis in actiua potestate.
 In præsentem autem disputationem non de libertate Ec-
 clesiastica tractabimus, cum de iurisdictione, & po-
 testate Ecclesiæ satis dictum sit lib. 2. sed tantum de
 immunitate personali clericorum, ac etiam bonorum
 eorundem.

Quid verò ius naturale positiuum sit dicendum
 est: ius enim in communi diuiditur in naturale, & po-
 sitiuum. Naturale est illud quod humanæ menti in-
 sistet ad discernendum honestum à turpi, sequendū,
 & fugiendum, ita Theologi communiter: nec est
 naturalis immunitio rei, quæ inest omnibus rebus, ut
 iurisperiti putant: est enim hæc impræpria, & nimis
 lata acceptio; cum etiam inanimata, & brutissima ha-
 beat inclinationes innatas, nec tamen habent leges,
 quæ creaturis rationalibus tantum conueniunt; Posi-
 tiuum verò, quod sic vocatur: quia extrâ mentem,
 & intellectum est à legislatore positum, & extrinse-
 cè promulgatum, est sermo ab aliqua prudentia, &
 mente profectus, apud vim habet ad cogendum, ita
 Arist. 1. Ethicor. cap. 9. & necessitas legis positivæ,
 vitæ naturalis, habetur ex hoc, quod ius naturale
 non omnia particularia dicit in ordine ad commu-
 nitatem, seu Synagoga, vel Ecclesiam; sicut etiam
 necessitas legis humanæ vitæ Diuinæ, optat ex eo
 quod lex Diuina nō de omnibus in particulari de-
 cernit, sed tantum quædam substantialia fundamenta
 huius spiritualis Reipubl. instituit: reliqua serendi-
 pendentia per Ratores reliquit, tunc ut suauiter modo
 magis hominibus accommodato ordinarentur, tum
 quia non poterant omnia in particulari determinari,
 ut essent immutabilia, cum omnia non omni tempo-
 re expediant, nec alijs omnibus nationibus ean-
 dem eodem modo possint conuenire circa moralia;
 sic hoc ius positiuum duplex est, Diuinum, & Hu-
 manum. Diuinum est quod à Deo immediate datur:
 sicut omnia in veteri testamento fuerunt iudicialia, mo-
 ralia, & ceremonialia, ut dictum est lib. 1. disp. 6. &
 in Testamento nouo, præcepta fidei, moralia, & Sa-
 cramentalia; ut suo loco explicabimus. Humanum
 verò, est dictamen hominis ab eius potestate, & pru-
 dentia proximè manans ab homine, quia omnis lex
 est à Deo primordialiter, quatenus vult talem ordi-
 nem in natura, & hoc modo intelligitur illud Prou. 8.
*Per me Reges regnant, & legum conseruatores iusta de-
 seruant, Per me Principes imperant, & Potentes dis-
 cernunt.*

Immunitas, & li-
 bertas Ecclesiasti-
 ca quomodo dif-
 ferant.

Ius quid sit &
 quomplex.

Origo iuris positi-
 ui quæ sit.

Ius positiuum du-
 plex est: & quid sit.

Paulus Apostolus
 nunquam uxorem
 duxit.

cursum insulam . & illud Sap. 6. Audite ergo Reges ; & intelligite, dicite Iudices finium terra, prabete aures nos, qui contemti multisuadines, & placeti vobis insurbis nationum : quoniam data est a Domino potestas vobis, & cursum ab Altissimo : immediate autem potestas Principum temporalium est a populo, quia est de iure gentium ; & prouenit ex hoc, quia scilicet homo est animal sociabile ; & cum alijs viuens, conseruet ciuitatem v.g. vel Prouinciam, quz necessario requirit Principem, & Gubernatorem, ad confusionem vitandam, & vt pramiantur boni, ac puniantur mali : nam Prouer. 11. Vbi non est Gubernator, populus corruat : necessario igitur ex natura dictamine, quod a Deo homini insitum fuit, omnis communitas, seu Regnum, debet sibi Principem eligere, cumque Deus omnes homines zquales fecerit, nisi ipse Regem elegerit, vt elegit Moysen, populus hoc ius habet, & de facto omnes Reges a populo Regiam potestatem cognoscere debent : nam immediate neminem a Deo electum fuisse in Regem temporalem in nouo Testamento inuenimus . Et quia omnis communitas ad duos fines precipuos dirigi potest, nempe ad felicitatem temporalem ; & zternam : hinc oritur distinctio iuris humani in Ciuile, & Ecclesiasticum . Primu dicitur ordinem ad regimen temporale tuendum, ac seruandum, & ad pacem, huiusque seculi felicitate, estque ab hominibus, & ex natura dictamine . Secundum dirigit hominem ad finem supernaturalem, estque a Deo immediate, qui expresse hanc contulit Petro, & successibus potestatem sub metaphora clauium, & sub metaphora ligandi, & soluendi, non funibus, sed legibus . Primum spectat ad Principes temporales, licet sub moderamine, & sub ordinatione ad Ecclesiasticam potestatem, quales sunt Papa, & Episcopi, respectu cuius iuris, omnis Princeps cuiuscunque gradus directus, & omnino est subditus Summo Pontifici sicut omis suo Pastori, vt diximus lib. 2. cap. 6.

Potestas Principi est de iure gentium

Origo iuris ciuilis & Ecclesiastici

Opinio Politicorum

Sententia Catholica

Nunc autem videbimus an humano, vel Diuino iure clericus sit a temporalium Principum iurisdictione immunis . Marfil. de Padua : Ioannes de Landano : Ioannes Capinus lib. 4. Intit. cap. 11. §. 3. ; Egidius Marit. in cap. 19. ad Roman. Brennus in prolegomenis, asserunt clericum in rebus non Ecclesiasticis esse omnino Principibus secularibus subiectum, sed non possibile esse concedere clero immunitatem aliquam, quz illos eximat a subiectione temporalium Principum, ac secularium Magistratum, in quorum iurisdictione degant . Ex opposito autem verissima, ac firmissima sententia Catholica esse debet, clericum omnino immunum esse a potestate laicorum Principum iure naturali, Diuino, & Pontificio, & iure etiam ciuili, sed vt consequens tantum antecedentia iura, & non insitum, ac precipiente .

Potior vero ratio, quz mouet aduersarios ad immunum clericum impugnandum, est lex naturalis, quz nullo positio iure delirui, seu dispensari potest, & per hanc probant, & clamant contra illam, & quod mihi mirum est, non inueni hucusque Doctores aliquos, qui probare expresse per eandem legem naturalem Catholicam veritatem, & oppositam falsitatem redarguere, ac rebellere tetrauerint . velut Iudas Machabeus, qui gladio Apollonij proprias Apollonij ciues expugnauit . 1. Mach. 3. Is gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnant in eo omnibus diebus . & tamen ipsa naturalis lex validissima est in hac materia pro Catholice veritatis probatione, videndum igitur

estis nomine Domini, qui de Ministris Ecclesie sum scilicet clericis, dixit Lucz 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit . & Psal. 104. Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis ualite magnari : Quid, & qualis sit lex nature ; vt inde deorsu firmiter colligamus neminem temporalium Principu super clericum aliquam habere potestatem .

Lex igitur naturalis non est natura ipsa rationalis, seu humana, sed est dictamen recte rationis ; seu sicut quzdam principia prima practica, quz Deus rationali nature insitit, quibus homo cognoscit bonum, & malum : hoc fugiendum esse, & illud sequendum . Vnde lex naturalis non consistit in acta, sed habitus cum scilicet sit habitus dictorum principiorum practicoru . Præcepta itaque legis nature illa sunt, quz ex se sunt iura omnibus hominibus vsu rationis expedita habentibus, li. et nutritis in syluis, v.g. Deus est amandus, quod tibi non vis fieri, alteri non feceris, & omnes conclusiones, quz immediate sequuntur : v.g. ergo non est furandum, ergo non adulterandum, ergo paritites, & benefactores honorandi, ergo non occidendum ; & cetera huiusmodi, quz quicumquam recipere ab alijs nollet ; nam nullus uellet, vt sibi fureretur, vt occideretur, inhonorari a filijs, a subditis, vel a beneficio affectis, ergo nec alijs talia debet inferre, & sic de omnibus conclusionibus, quz immediate sequuntur ex illo principio ; similiter, Principi est obediendum ; turbatores pacis sunt extirpandi ; bonum commune est particulari anteponendum ; & cetera huiusmodi, quorum rectitudo ex se patet, & manifesta est . Quz uero non immediate descendunt ex predictis principijs, non sunt de lege nature ; & hinc oritur necessitas legis positiz Diuinz, & Humanz . Ius igitur naturale illud est, quod manifeste docet aliquid esse tenendum, vel fugiendum ; & hæc lex naturalis est a Deo descripta in cordibus nostris, estque præceptiua, & obligatiua : obligat enim ad bonum faciendum ; & malum uitandum, quia lex naturalis est uere lex, sicut ceteræ leges, & Deus descripsit illam in cordibus, vt testatur, & non solum obligat quoad substantiam actus, sed etiam quoad circumstantias : v.g. quod libenter fiat, & obuios modo, & sine ; & talis obligatio formaliter oritur ex hoc alio principio, quia quicumque operandū est, bonè, & honestè est extequendum . Hinc est quod Deus iussit orbem terræ aquarum diuisio purissim Genes. 8. licet positum iussu Deo non haberet, quia legem naturalem non seruabat, & eodem ratione Apolloni ad Roman. 1. reprehendit Gentiles male operantes, contra scilicet, præcepta nature naturaliter notata enim, insensibilis enim ipse a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius ueritas, & Diuinitas, ita ut sine inexcusabile, quia cum cognouissent Deum non sicut Deum gloriosum acerrunt, aut gratias egerunt, sed euannerunt in cogitationibus suis, & obscurati sunt in sapientia eorum, & stultitiam se esse sapientes stulti facti sunt, &c. Notandum tamen quod Dei dictio debet a lege nature fieri, quia Deus est auctor nature, & talis est, quales haberi potest uiribus nature, non illa qualis oportet, & super omnia, quz prouenit a uoluntate suo suo Diuinz gratie, ratio est quia uoluntas non habet naturam, sed vires, quam intellectus, sed intellectus uiribus naturalibus potest cognoscere Deum tantum vt auctore nature, vt primam causam, & primum motorem : ergo uoluntas pari modo potest illum diligere, vt auctorem nature, & vt causam primam .

Lex nature quæ sit

Origo legis positiz diuinz, & humanæ

Cum

Lex naturæ in quibus consistit.

Cum itaque lex naturalis consistat in principiis practicis per se notis circa id quod est sequendum, vel fugiendum, sequitur necessariò, quod sit de se, & intrinsicè immutabilis, & indispensabilis; manente natura rationali eadem cum vlu rationis, & libertatis; fluit enim à principiis creaturæ rationalis, nam ex eo quod homo est creatura, Creatorem suum diligere debet. ex eo quod malum sibi non vult, nec fratribus suis desiderare, vel immittere debet. & sic de cæteris rebus sequendis, quæ ex se patent bona esse, & alijs fugiendis, quæ manifestè mala sunt, ac nociua. Aduertendum tamen est, quod licet præceptum non occidendi sit de lege naturæ, & tamen Iudex occidat, tunc non operatur contrà legem naturæ, eo quod detur aliud naturæ præceptum superius, & vtilius, scilicet, Pax est tenenda, & turbatores pacis extirpandi; & bonum commune est anteponendum particulari. & de hac lege naturæ, inquit Chrysof. Hom. in Psal. 48. tom. 1. *Quid ergo sit quod scriptum est, & quid sibi velut significare, audis. Scriptam legem nulli alicui dedit: naturalem enim intus habebant omnes personam quid sit bonum, quid secus. Cum homines enim Deus fingeret, simul etiam hoc illi indidit incorruptum iudicium, nempe vnusquisque suum conscientia calculu. Et Aug. lib. 2. de Sermon. Domini in mote cap. 5. tom. 4. inquit. Nam quando illi valent intelligere nullam esse animam quamuis peruersam, qua tamen vilo modo ratiocinari potest, in cuius conscientia non loquatur Deus? Quis enim scribit in cordibus hominum naturalem legem nisi Deus? de qua lege Apostolus ait Rom. 2. Cum enim gentes, qua legem non habent, naturaliter, qua legi sunt faciunt, hi legem habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, &c. Hęc igitur sunt, quæ Iurispræditi, & Theologi omnes de iure naturæ asserere valent: nec alia lex naturæ datur, nisi fortè de nouo venerit alia lex naturalis in orbem terrarum. Videamus ergò an lex naturæ pro nobis sit, vel pro Aduersarijs.*

Chrysof. & Aug. docet quid sit lex naturæ.

A iure naturæ clerus est immunus à iurisdictione temporalium Principum.

Prima Conclusio. Iure naturæ clerus est immunus à iurisdictione temporalium Principum: Probatur. Lumen naturæ docet Ministros Dei immedios necessariò reuerendos esse, & nullatenus spernendos, cum per illos Diuina, & æterna exhibeantur, & eo magis, quia in Sacerdotij functionibus Christum ipsum filium Dei, & æternum Sacerdotem repræsentant. Huius principij rectitudo est ita manifesta ex terminis, vt non indigeat aliqua probatione, nam si proponatur cuiusque etiam in syluis nutrito, illud rectissimum esse cognoscet. Sed sic est quod remota à clero immunitate à iurisdictione temporalis, remoueretur etiam reuerentia, ac veneratio, & maxima illi fieret iniuria; ergo lumen naturæ, seu lex naturæ, quod idem est, dicitur clerum tali immunitate potiri debere. Minor probatur. Si clerus non esset immunus à secularium Principum iurisdictione, posset per eosdem in carceribus includi, ad laica seruitia mancipari, ad militiam mitti, & ex eo, aliquos tabellarios constituere valerent, vel custodes equorum, omniaque mechanica opera illis committere, possent: id autem clero, & ipsi Deo, cuius sunt ministri, maxima esset ignominia; hoc ipsa natura docet, si rationalis fuerit. Et casus esse posset, quod clerici ministrarent Diuinis, & Regis præceptum accederet, vt ad militiam se accingeret, vel tabellarij munus assumerent, & sic sacra dimittere deberent. O nobilis lex naturalis? sed potiùs inanis, & reuera

Deo vltionum nimis iniuriola.

Secundò probatur. Lumen, & lex naturæ docet ministros Dei, parentes proprios, & temporales Principes non debere vilipendi, & affici ignominia; iuxta præceptum Domini, *Honora parentes*. quod licet sit de iure positiuo Diuino, tamen vt omnibus patet, est etiam de iure naturæ. At si clerus non esset immunus à temporali Principum potestate, vilipendium, ac ignominiam incurreret; ergo naturali lege clerus tali immunitate debet gaudere. Minor probatur experientia naturali: nam si clerus trahatur in iudicium laicorum, necessariò sequitur vilipendium, & ignominia Ecclesiasticæ dignitatis, & manifesta datur occasio vulgo clerum contemnendi, & consequente Deum, & fidei, ac Sacramentorum mysteria, quæ clerus ministrat; etenim dum vulgus rerum Diuinarum ministros vulgariter, & laicaliter videt reputatos, absque dubio ea, quæ per illos ministrantur, parum estimabit.

Honor parentum dicitur à lumine naturæ.

Tertiò probatur. Quodcumque oriri potest aliqua contumelia erga Diuinam maiestatem per aliquod ius, licet sit naturale, tunc illud cædit, & irritatur per aliud ius naturale altioris ordinis, & magis vniuersale. Sicut exempli gratia, *Non occides*, licet sit præceptum naturæ, tamen Iudici, & Regi iuxta legem naturæ licitum est malos occidere, ad seruandum aliud ius naturale magis vniuersale, scilicet; turbatores pacis, & Reipubl. sunt exterminandi, & bonum vniuersale anteponendum est particulari; ita à pari. Cum lex naturalis Diuinam legem offendit, non tenet ob aliam altiore legem naturæ, scilicet Deo Creatori non est danda aliqua offensa, & illius legi aliqua iniuria; hac de causa Apostoli contrà legem naturalem, per aliam naturalem legem superioris ordinis, statuerunt fideles primitiue Ecclesiæ debere constituere Iudicem suarum causarum aliquem ex fidelibus; & proprium, ac naturalem Principem, ommittere, eo quod esset Gentilis, & Idolatra; quia ex illo recurso ad iudicium Paganorum, oriri poterat Christianæ legis iniuria, quia Idololatæ Christianos odio habebant; & vilipendebant. Sed sic est, quod si clerus subiaceret secularibus Principibus, vilipendium cleri oriretur, & consequenter rerum Diuinarum, quæ ab illo ministrantur; ergo altiori præcepto iuris naturæ clerus redditur immunus à seculari iurisdictione. Quod autem ab Apostolis ita fuerit statutum patet 1. Corinth. 6. *Audes aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt, & si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis secularia? secularia igitur iudicia si habuerint contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico: sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles, &c.*

Ratio efficiat.

Potestas altioris ordinis nunquam subesse debet potestati ordinis inferioris.

Quartò probatur. Lumen naturæ docet Potestatem altioris, ac dignioris ordinis, non debere aliquandò subesse potestati ordinis inferioris; sed sic est quod clerus est dignioris, ac altioris potestatis super Principes seculares, velut Pastor super oues; ergo non debet aliquandò illi subesse, neque in causis temporalibus. Verè ineptissima res esset.

S

set, si hodie Rex ad tribunal Papæ vocaretur, & Prætor ad tribunal Episcopi, & cras è contra Papa citaretur ad tribunal Regis, & Episcopus ad tribunal Prætoris, & vndè quæso venit talis lex naturalis, quæ talia docet, optime Lector?

Ratio & caus.

Quintò probatur sic. Si immunitas à sæculari foro repugnaret clero de iure naturæ, vt aduersarij dicunt, sequeretur Paulum 1. Tim. cap. 5. errasse, cum Timotheo Episcopo præcepit, vt ipse iudicaret Presbyteros, ait enim: *Aduersus Presbyterum accusatio non nisi recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus*: consequens est blasphemum; ergo, & antecedens. Prima sequela probatur: quia lex naturæ indispensabilis est, ergo si iure naturæ clericus est subditus Principi temporali, Paulus hoc non poterat Timotheo Episcopo committere: at de facto commisit, ergo non est contra ius naturæ, sed iuri naturali conforme. Res est clara.

Sextò probatur. Lumen naturæ manifestè docet quod qui dignioris est gradus nunquam subijciatur eodem tempore illi, qui se est inferior, aliter dignitas vilesceret, licet esset superioritas, & inferioritas respectu diuersorum; sed clericus respectu omnium laicorum, etiam Principum, tenet locum digniorem, cum iure Diuino, & non iure gentium teneat ius pacendi, & ligandi, ac soluendi in ordine ad Diuina, & quandoque etiam in ordine ad terrena, vt suo loco diximus; ergo lumine naturæ patet clerum nunquam temporali potestati subijciendum esse, & reuerà exclamare cogor aduersus eos, qui iuri naturæ contrariam hanc immunitatem esse asserunt; quodnam lumen naturæ docet oues de suis pastoribus iudicare? & sal terræ, & lumen mundi illuminatis, & sanatis subesse in sæculari iudicio? & Ecclesiæ Patres in sæcularibus tribunalibus argui, & iudicari? & Patrum verenda à filijs discooperti? Expedi enim aduersarijs accuratijs, ac subtilijs hanc veritatem contemplari, quam talia eructare. Sed dicunt quod naturæ lumen non decet clericum dari, nec illius potestatem ostendit. Sed hæc responsio est reuerà inepta; & certissimè puto pace illorum, quod ex defecta cognitionis aliquando error huiusmodi ortum habuerit, & adhuc apud aliquos vigeat: non enim mihi videntur capere, quid sit lex naturæ. Dixi superius iuxta omnium sententiam, quod nil aliud est nisi dictamen rectæ rationis circa id quod ex se cognoscitur bonum, & sequendum, & malum, & fugiendum: natura autem humana licet lumine fidei supernaturali illuminetur: attamen naturali dictamine multa cognoscit operanda, & fugienda circa ea quæ manite stata, & reuelata fuerunt, non officit igitur illuminatio fidei integritati legis naturalis, sed remanet eadem; sicut si Deus aliquid de nouo crearet, quod antea fuisset incognitum, homo tamen lumine naturæ ex se multa cognosceret, qualiter scilicet operandum esset circa illud, quod de nouo ortum duxit; ita in casu. Stante natura humana, Deus in tempore suscitauit Regnum cælorum scilicet: Ecclesiam suam, vt primò promiserat per Prophetas suos, vt patet Dan. cap. 2. tunc homo per legem naturæ, seu lumine, & dictamine naturali, cognoscit qualiter se gerere debet circa ministros Regni illius; nullius igitur momenti est prædicta infantia: prudentibus patet.

Reuelatio de dignitate cleri, seu doctrina reuelata se tenet ex parte obiecti, & lumen seu dictamen luminis naturæ se tenet ex parte potentis.

Septimò probatur. Si contra ius naturale esset immunitas cleri: sequeretur Ecclesiam, seu Con-

cilia quandò illam declarauerunt, & præceperunt errasse; quia ius naturale nec lædere, nec dispensare licet: consequens est hæreticum: quia Ecclesia errare non potest, vt probatum est lib. 1. disput. 5. ergo etiam hæreticum est asserere immunitatem cleri à sæculari potestate esse contra ius naturæ, & consequenter irritam, & illicitam. Et adhuc clarius huius rei veritas patebit in solutione argumentorum oppositæ sententiæ. Quod autem immunitas cleri sit auctoritate Ecclesiæ firmata, patebit in probatione secundæ conclusionis.

Tandem pro maiori huius conclusionis confirmatione referam, quæ Hilarius Pictauiensis Episcopus cum Athanasio, Hosio, Paulino, & reliquis; Constantio Imperatori obiecit lib. ad eundem. *Provideat, inquit, clementia tua, vt ad omnes ubique iudices Prouinciarum, ad quos sola cura publicorum negotiorum pertinere debet, scribatur; ne posthac præsumant, atque vsurpens cognoscere causas clericorum, &c.* Ex quibus verbis constat non esse contra ius naturæ immunitatem cleri, iuxta præfatos Doctores: quia ius naturæ præteriri non potest; & Nicolaus Papa in Epistola ad Michaelem Imperatorem ait. *Hi quibus tantum humanis rebus, & non diuinis præesse permissum est, quomodo de his per quos diuina ministrantur iudicare præsumant, penitus ignoramus.*

Secunda Conclusio. Iure postiuo, Diuino; clericus est immunis à iurisdictione sæcularium Principum; & probatur primò de Summo Pontifice, qui est Pater, & caput cleri, & omnium, licet de facto sit Princeps temporalis nulli Regi subordinatus; tamen loquimur de possibili: si verbi gratia Roma esset sub Imperatoris dominio, vt olim fuit, tunc dico quod Summus Pontifex non esset Imperatori in temporali iurisdictione subiectus. Matth. 17. legitur sic: *Et cum venisset Iesus Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei, Magister vester non soluit didrachma? ait: etiam. Et cum intrasset in domum præuenit eum Iesus dicens. Quid tibi videtur Simon? Reges terra a quibus accipiunt tributum, vel censum? à filijs suis an ab alienis. Et ille dixit: ab alienis. Dixit illi Iesus. Ergo liberi sunt filij, vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens, da eis pro me, & te.* Multi multa dicunt, vt explicent verba Christi Domini, scilicet, *Reges terra a quibus accipiunt tributum a filijs, an ab alienis? ergo liberi sunt filij*: Nam quid Christus Dominus ex hoc modo loquendi vult inferre? Chrysostomus super hunc locum. Hom. 59. & Hilarius Can. 17. in Matthæum dicunt ex hoc Christum voluisse ostendere se filium Dei naturalem, & tali ratione liberum ab omnium iurisdictione. Augustinus verò lib. primo quæstion. Euangelicarum quæst. 13. mysticè exponit de filijs adoptiujs ex gratia liberis à seruitute peccati, & tributo dæmonis. Et Origenes similiter Homil. 4. in Matth. tom. 3. sed liceat etiam mihi sensum meum aperire: vndè dico ex vigore prædictæ Scripturæ sensum litteralem, & proprium hunc esse, vt patebit. Scilicet. *Reges terra a quibus accipiunt tributum a filijs an ab alienis*: Non à filijs putà naturalibus, & legi-

Iure postiuo diuino clericus est immunis à iurisdictione secularium Principum.

& legitimis, quia illi hæredes sunt Regni, & de iure illis Regnum contingit, & sunt Domini, ideo ait: *Ergo liberi sunt filij*, sed cur de se ipso, & Petro subiact; *Ut ergo non scandalizemus eos, solue pro me, & pro te*: necessariò enim sequitur, quod hic sit verus sensus, scilicet, cum ego, & tu omnium Regnorum Mundi hæreditatem habituri simus, iuxta illud Psal. 3. *Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos Terra*. non debemus tributa soluere; & hic mihi videtur verus huius litteræ sensus, iuxta illud Apostol. Roman. 8. *Si filij, & hæredes*. Sed dices ergo Christus assumpsit Regnum temporale eandemque potestatem Petro commisit, quod hucusque negauimus.

Respondeo, quod Christus non assumpsit Regnum temporale per se primò, & absolutè, Sed ratione Regni spiritualis, quod formaliter, & directè accepit, consequenter subiecit sibi omnem potestatem temporalem quoad directionem, & moderamen, & etiam si opus est, quoad punitionem: quia vt supremus Pastor potest temporales Principes corrigere, vt oves proprias sibi subiactas; & in hoc sensu nulla extat contradictio; sed vera huius Scripturæ expositio, ex quo sequitur Diuino iure Papam nulli sæculari potestati esse subiactum, sed Superiorem, Caput, & Pastorem, ac Principem; & hoc modo cæteri Apostoli intellexerunt verba Christi Domini, scilicet Petrum hæredem futurum omnium Regnorum Terræ modo explicato; nam statim interrogauerunt Christum, quis putas maior est in Regno Cælorum? idque exponit optimè Hieronymus super hunc locum. ait enim. *Post inuentum staterem, post tributa reddita, quid sibi vult Apostolorum repentina interrogatio? quia viderant pro Petro, & Domino idem tributum redditum, ex æqualitate pretij; arbitrati sunt. Petrum omnibus Apostolis esse Prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus; Quo facto stante, sic argumentor. Christus Dominus apertè declarat se non esse subiactum temporali potestati; nam inquit: vt autem non scandalizemus eos, &c. Ergo tantum Christus Dominus voluit tributum Regi soluere ad euitandum scandalum, & tumulum; ne scilicet putarent se Regnum illud temporale assumere velle; remoto igitur tali scandalo, non est tali iuri subiactus; res est manifesta: nam tributum infert subiactiõnem Principi, & subiactio infert tributum: & ex hoc capite sequitur, quod Petrus, & Summus Pontifex tali immunitate gaudet; Probatur. Quia absente Christo visibiliter ab Ecclesia militante, Petrus, & Papa, supplet locum eius; ergo debet huiusmodi immunitatem habere. Præterea eisdem verbis Christus Dominus declarat etiam Petrum esse immunem: nam inquit, *vt autem non scandalizemus eos, & deinde, solue pro me, & pro te*, itaque ex verbis Christi, Petrus etiam soluere debuit tributum tantum ad euitandum scandalum; ergo iure Diuino, Petrus seu Papa immunis est à temporalium Principum iurisdictione.*

Secundò probatur. Nullus inferior habet potestatem in suum Superiorem, sed Papa iure Diuino est Superior omnibus potestatibus temporalibus, ergo non subest illorum iurisdictioni. minor patet, quia iure Diuino est Pastor ouium, & habet clauas Regni Cælorum, scilicet totius Ecclesiæ; sed dicent Papam esse Superiorem Principibus tantum in spiritualibus, & nõ in temporalibus; quia Christus assumpsit tantum Regnum spirituale. Contrà, Potestas temporalis Princi-

pum subiacta est moderamini Pontificio, itaut illam irritare possit, si regulis, & iuribus Ecclesiasticis opponatur, vt suo loco demonstrauimus, scilicet lib. 2. disp. 4. ergo Papa est superior Principibus temporalibus quomodocunque sumatur, & consequenter nullo modo illis potest esse subiactus. Et confirmatur ex Concilio Romano sub Siluestro Can. 20. *Nemo, inquit, iudicabit primam sedem, quoniam omnes sedes a prima sede iustitiam desiderant temperari; neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque a Regibus, neque a Populo Iudex iudicabitur*, & loquitur Concilium de potestate etiam temporali.

Probatur nunc conclusio, quoad corpus cleri, scilicet omnem clerum esse à temporalium Principum iurisdictione immunem iure Diuino, sed est primò breuiter aduertendum. Quod sicut de iure naturæ dicuntur etiam conclusiones, quæ immediatè sequuntur ex primis principijs legis naturalis, vt superius diximus; ita de iure Diuino dicuntur etiam ea quæ deducuntur immediatè ex Diuinis mandatis expressis, vnde sic valet inferre. Ideò Petrus est de iure Diuino immunis ab omnium Principum iurisdictione, etiam si in aliena ditione temporali degeret, quia à Deo constitutus est Pastor Ecclesiæ suæ; sed etiam clerus est particeps eiusdem Potestatis in pascendo, & in ordine ad clauas Ecclesiæ, cum subordinatione tamè ad Petrum, ergo etiam particeps est immunitatis, quæ Petro Christus contulit vt superius diximus. Minor probatur. quia Christus ipse dixit Apostolis, & consequenter clero, qui illorum muneris succedit, seruata tamen clericorum status, & ordinis differentia; *Quacunque alligaueritis super terram, erunt ligata, & in calo, & quacunque solueritis super terram, erunt soluta, & in calo*. Matth. 18. *Es sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittantur eis, & quorum retinueritis retenta sunt*. Ioan. 20. vnde Petrus in Epist. 1. cap. 5. clero dixit. *Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coacte; sed spontaneè secundum Deum, neque turpi lucri gratia, sed voluntariè, &c.* Et Apostolus in Actis cap. 20. *Attendite vobis, & universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisistis sanguine suo*. Ergo clerus iure Diuino est particeps dignitatis, ac potestatis Petri, & consequenter immunitatis illius.

Secundò probatur sic. Clerus iure Diuino est Iudex conscientiarum omnium temporalium Principum; ergo iure Diuino est immunis ab illorum iurisdictione. Sequela probatur. nam implicat idem esse subiactum, & Principem in eodem loco; sed respondebunt, quod est respectu diuersarum rerum; nam Principes sunt subiacti in spiritualibus, & superiores in temporalibus, ideoque nulla plicantia.

Contra. Implicantia, de qua loquimur est moralis, idem autem est in moralibus dicere implicat; & inordinatum est. Nunc sic argumentor. Christus non dedit Ecclesiæ suæ inordinatas, & ineptas regulas; inordinatum autem valdè est quod ille, qui est superior altioris ordinis, puta in ordine ad Diuina fiat deinde subditus, & comparere debeat in Prætorio eius, qui sibi est spiritualiter subiactus, & illi obedire si aliquid præcipiat. Deus enim non potest huiusmodi ineptias statuisse; ergo in Diuina institutione cleri habetur tanquam necessaria sequela institutio immunitatis, & exemptionis ab illis respectu quorum constitutus est Pastor, & Pater.

Omnis clerus eodem iure est immunis à sæculari potestate.

Soluitur soluit tributum ad vitandū scandalum, & non vt iuris.

Clerus est iudex conscientiarum Principum sæcularium.

Clerus super clericos habet iure diuino prætorium

Tertiò probatur. Clerus super clericos iure Diuino habet ciuile Prætorium, & tribunal, ergo iure diuino est immunis à Prætorio secularium. Sequela patet; nam nullus in eadem causa subiacere debet duobus prætorijs differentibus, & disparatis. Antecedens probatur ex Apost. 1. ad Tim. cap. 5. *Aduersus Presbyterum accusationem noli recipere nisi sub duobus, aut tribus testibus. peccantes coram omnibus arguas, & ceteris timorem habeant.* Timotheus enim erat Episcopus, & apud illum iubet Apostolus causas clericorum discipulari, ergo iure Diuino clerus est immunis à prætorio secularium Principum.

Dignitas cleri est de iure diuino.

Quartò probatur. Dignitas cleri est de iure Diuino, vt patet Psal. 104. *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis uestris nolite malignari, & Malach. cap. 2. Labia Sacerdotum custodiant scientiam, & legem requirunt de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* & Num. 3. *Eruntque Leuita mei.* Et cap. 18. dicitur traditi in donum Domino, & hac de causa Iosue 13. ipse Dominus dicitur possessio Leuitarum, & ualet arguere in hac materia à veteri ad nouum testamentum, à minori ad maius: quia digniores sunt Sacerdotes noui Testamenti, quam veteris: illi enim umbras, & virulorum carnes, & isti veritatem, & Christum filium Dei offerunt, & habent ampliorem potestatem pascendi, ligandi, & soluendi, quam illi non habebant; ergo iure Diuino debent esse immunes à secularibus Principibus. Sequela probatur. Nam nihil aptius, & magis correspondens illorum dignitati, quam immunitas à vulgari, & laicorum onere, ac subiectione; est ergo immunitas cleri de iure Diuino velut quid necessarid consequens ab illo.

Testimonium patet in iure diuino.

Quintò probatur auctoritate Clementis Papæ I. qui post Petrum, vt ipse scribit ad Iacobum fratrem Domini Epist. 1. Pontificatum gessit, & deinde renunciauit illum Lino, & tandem anno Domini 82. post Linum, & Cletum illum reassumpsit per nouam electionem. In supradicta Epistola, sic ait. *Si quis ex fratrum negotia habeat inter se apud cognitores seculi non iudicentur, sed apud Presbyteros Ecclesia quicquid illud est dirimatur, & omni modo obediens statui coram.*

Et Anacletus Papa anno Domini 81. Epist. 1. ad omnes Episcopos, & fideles ait. *Audimus, fratres, quod quidam detrahunt, & accusant Sacerdotes Dei cupientes eos damnari, non intelligentes forsitan, quod iniuria Sacerdotum ad Christum pertinet, cuius uice funguntur.*

Et Alexander Papa Primus, qui Pontificatum gessit anno Domini 109. in Epistol. 1. decretali, quam scripsit ad omnes Orthodoxos, sic ait. *Peruenit namque ad conscientiam Apostolica Sedis, quod nonnulli sunt tam stolidi, qui Dominica precepta, & Apostolorum, eorumque successorum statuta minime obseruant, & eos de quibus Dominus ait. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, non solum tangere minime dubitant, sed etiam persequi non formidant; Et licet nos persequantur, quia nec nos sine illis, nec illos sine nobis, persequi possunt, quoniam illius sumus Discipuli, qui animas pro fratribus precepit ponere; tamen eius pericula, et perditiones eorum non sumus ausi celare, ne prophetica, quod absit damnemur sententia, qua ait. Si annuntiaueris iniquam iniquitatem suam, animam tuam liberabis, si autem non annuntiaueris ei, sanguinem eius de manu tua requiram. Et etiam, et hoc ad*

hanc sanctam Sedem perlatum, quod pudet dicere, & non solum Sacerdotale, sed etiam omni Christiano nominis est inimicum, id est quod nonnulli Episcopos, vel Sacerdotes aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt aliquas confessionis sua in alteram partem, quam debeant, aut pro suorum non requisitione causarum, aut quod deterius est pro alieni erroris seta Scripturas facere, & proprijs manibus roborare, & coram populis recitare, atque consistere. Aliquos dicunt carceribus, & organistulis recludi, ut saltem his terris infidijs demerito Domini Sacerdotes, & sui faciant voluntatibus. Relatum insuper est ad hanc Sancta, & Apostolica Sedem apicem, cui summorum dispositiones causarum, & omnium negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso dicente Principi Apostolorum Petro. Tu es Petrus, & super hanc petram Ecclesiam meam aedificabo: quod quidam amuli Christi eiusque Sancta Ecclesia infidiatore, Sacerdotes Dei ad Iudices publicos accusari presumant, cum magis Apostolus Christianorum causas ad Ecclesias deferri, & ibidem terminari prius cepit. Taliter prauaricantes prauaricati sunt in Deum suum, & non obediunt preceptis eius. Et. Patet igitur ex dictis, quod immunitas Cleri est de iure Diuino.

Sixtus Papa Primus anno Domini 132. in epist. 2. ad vniuersos Episcopos ait. *Si quis uero uelintus pulsatus fuerit in aliqua aduersitate, licenter hanc Sanctam, & Apostolicam appellet Sedem, & ad eam quasi ad caput, suffugium habeat, ne innocens damnetur, aut Ecclesia sui detrimentum patiat. si autem ei necesse fuerit eamque appellare inuicem ausus fuerit, & uocatus tamen ab hac sancta Sede fuerit, non renuat venire, sed confessus, ut ei nunciatum fuerit, venire festinet, & causas pro quibus uocatus est prudenter disponat, &c.*

Pius Papa Primus anno Domini 158. Epist. 1. ad vniuersos Christi fideles ait. *Omnes enim Pastorem suum non reprehendant, plebs uero Episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat: quoniam non est discipulus super Magistrum, neque seruus supra Dominum. Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit: nam à subditis, aut praua uita hominibus non sunt arguendi, uel accusandi, aut lacerandi, &c.*

Anicetus Papa anno Domini 167. in Epistola decretali ad Gallie Episcopos inquit. *Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium compromissualium presentia, uel consilio Episcoporum, aut eorum, aut alias causas nisi eas tantum, qua ad propriam suam Parochiam pertinet agere, aut eos grauare uoluerit, ab omnibus districtè corrigatur ne talia deinceps presumere audeat, si uero incorrigibilis, eisque inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam Sedem, cui omnium Episcoporum iudicia terminantur precepta sunt, eius contumacia referatur, ut uindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant, &c.*

Eleutherius Papa anno Domini 179. in Epistola decretali ad Episcopos Gallie ait. *De actionibus ergo clericorum super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad Sedem Apostolicam deferre, finisina Episcoporum tantum iudicia hinc deferantur, ut hanc sancta Sedes auctoritate finiantur, sicut ab Apostolis, eorumque successoribus multorum consensu Episcoporum iam definitum est,*

Victor

Victor Papa anno Domini 194. Epist. 1. ad Theophilum Episcopum Alexandrinum inquit. Similiter ea vos iudicare ad Apostolicam delatum est. Sedem, qua prater nostram vobis definire non licet auctoritatem, id est Episcoporum causas. Unde ita constitutum liquet à tempore Apostolorum, & deinceps placuit ut accusatus, vel indicatus à comprouincialibus in aliqua causa Episcopus licenter appellet, & adeat Apostolica Sedis Pontificem, qui aut per se, aut per Vicarios suos eas retrahat negotium procurat, &c. & infra. Cum Beato Petro Apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit Domino, quacunq; ligaueris super terram, &c.

Et ad prolixitatem vitandam idem testatur omnia propria illorum verbis, quae praedictis sunt similia. Zepherinus Epist. 1. & 2. Calistus I. Epist. 1. & Epist. 2. Fabianus Epist. 2. & 3. Cornelius Epist. 2. Lucius Epist. vnica. Stephanus Epist. 1. Sixtus II. Epist. 1. & 2. Felix I. Epist. 2. Caius Epist. vnica. Marcellinus I. Epist. 1. Eusebius Epist. 1. & 3. Melchisedes Epist. vnica.

Secundo probatur auctoritate factorum Conciliorum. Ex Concilio Sardicensi, quod est appendix Concilij Niceni Can. 3. habetur, appellationes in causis & libris ad Romanum Pontificem fieri debere.

Ex Concilio Chalced. Can. 9. Si quis clericus aduersus clericum habet negotium, non deserat proprium Episcopum, & ad Saecularia percurrat iudicia, sed prius ab eo venietur apud Episcopum proprium, vel verò concilio eiusdem Episcopi apud quos utraque partes voluerint iudicium obtinebunt. Si quis autem praeter haec fecerit, canonicis correptionibus subiacebit.

Ex Concilio Carthaginensi 3. celebrato circa tempora Siricij Papae, anno Domini 397. & à Leone IV. probato d. 20. cap. de libellis Can. 9. sic habetur. Item placuit ut quisquis Episcoporum, presbyterorum, & diaconorum, seu clericorum cum in Ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis causa fuerit commota, si relicto Ecclesiastico iudicio publico iudicij purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit probata sententia locum suam amittat, & hoc in criminali iudicio, in civilis autem perdat quod emittit si locum suum obtinere voluerit, cui enim ad eligendos Iudices vndeque patet auctoritas, ipsum se indignum fraterno consortio iudicis, qui de vniuersa Ecclesia male sentiendo de iudicio saeculari poscit auxilium. Cum primarum Christianorum causas Apostolus ad Ecclesiam deferri atque ibi determinari praecipiat.

In Concilio Toletano tertio tempore Pelagij Papae II. anno Domini 589. Can. 13. legitur. Dimittimus indisciplina & licentia in omnia praesumptio usque adeo illicitis ausibus aditum patefacit, ut clerici clericos suos relicto Pontifice suo ad iudicia publica pertrahant; proinde statumus hoc de caetero non praesumi. Si quis hoc praesumpserit facere, &c. causam perdat, & à communione efficitur extraneum.

Ex Concilio Agathensi tempore Simmaci Papae anno Domini 506. Can. 32. habetur sic. Clericum nullus praesumat apud saecularem Iudicem, Episcopo non permittente, pulsare; sed si pulsatus fuerit non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio saeculari proponere. Si quis vero saecularium per calumniam Ecclesiam, aut clericum fasigare tentauerit, & conuictus fuerit, ab Ecclesia liminibus, & à Catholicorum communione, nisi digne penituerit, coercatur.

Ex Concilio Miluitano tempore Innocentij Pa-

pae I. anno Domini 402. & ab eodem Innocentio probato Epist. ad idem Concilium, quae numero est 26. Can. 19. habetur. Placuit ut quicumque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur; Si autem Episcopale iudicium ab Imperatore postulauerit nihil exorbitet.

Ex Concilio Matifconensi 2. tempore Pelagij II. Panz, anno Domini 588. Can. 9. Licet Reverendissimi Canones atque Summissima Leges de Episcopali Audentia in ipso prae Christianitatis principio sententiam pronulerint, tamen quomam eadem postposita, humana in Sacerdotes Dei grassatur temeritas, stant de atrijs venerabilium Ecclesiarum violenter abstrahit, ergastulis publicis addicunt. Censemas ut Episcopum nullus saecularium fascibus praeditus iure suo contumaciter, ac perperam agens de sancta Ecclesia, cui praest trahere audeat. Sed si aliquid contentiois aduersus Episcopum potentior persona habuerit, pergat ad metropolitanam Episcopum, & ei causas allegat, & ipsius sui potestati honorabiliter Episcopum de quo agitur evocare, ut in eius praesentia accusatori respondeat, & oppositas sibi actiones extrices, &c. & Can. 10. Quod de Episcopis censuram, obnoceat & in clero: ut neque presbyter, neque diaconus, neque subdiaconus de Ecclesijs trahantur, aut iniuriam aliquam in scio Episcoporum patiantur, sed quicumque qui aduersus eos habuerit in notitiam Episcopi proprii perducatur & ipse causam iustitia praesente, discutens, animo clericos accusantis satisfaciatur.

Ex Concilio Lateranensi sub Leone X. in Bulla reformationis Curiae habetur. Es cum à iure Divino, quam humano laici potestas nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, immo vniuersas, & singulas Constitutiones fel. record. Bonifacij Papa VIII. etiam praedecessoris nostri, qua incipit. Felicitis. & Clementis V. qua incipit, Si quis suadente, nec non quascunque alias Apostolicas sanctiones in fauorem libertatis Ecclesiasticae & contra eius violatores quomodolibet aditas, & penam etiam contra talia praesumentes in Bulla qua legitur in Cena Domini contentis, & suo robore permansuritis, &c. Et tandem ex Concilio Tridentino sess. 25. cap. 20. habetur Ecclesiae & personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam, &c. licet autem non omnia praemissa testimonia immunitatem cleri esse de iure Divino aperte referant: attamen ne iterum in sequenti Conclusionem eadem repetere cogar, omnia simul recensere volui, & quae pro superioris Conclusionis probatione sunt, & etiam quae pro immediata sequenti sunt necessaria.

Tertia Conclusio. Iure positio Pontificio, seu canonico clerus immunis est à subiectione cuiuslibet Magistratus politici; estque praefato iure ita rata & firma immunitas cleri, ut in conscientia obliget. Conclusio habet duas partes. prima quod immunitas sit de iure Pontificio, secunda quod tali iure sit adeo rata & firma, ut obliget omnes in conscientia. Prima pars manet probata in antecedenti Conclusionem per vitata Summorum Pontificum decreta, & per Canones, & statuta factorum Conciliorum, ergo Pontificio, seu Canonico iure clerus immunis esse debet à subiectione, ac iurisdictione Principum temporarium. Secunda pars Conclusionis probatur. Quicquid ligatum, & statutum est in Caelis, seu à Deo, obligat in conscientia omnes fideles in terram nam non obedire statutis Diuinis pessimum est crimen, sed quicquid Ecclesia ligat & determinat in terris, rati-

Testimonium fo-
lemne factorum
Conciliorum.

Iure positio Pontificio seu canonico clerus est immunis à subiectione saecularium Principum.

ratificatur, & statuitur in Cælis, seu à Deo: iuxta verbum Domini Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* Ergo quicquid statutum est ab Ecclesia cum intentione obligandi, obligat omnes fideles in conscientia. Sublimo. Sed immunitas cleri statuta est ab Ecclesia efficaciter, itaut obliget; ergo etiam à Deo, ergo obligat omnes ad obediendum, illamque seruandam. Idcirco Hieronymus super illud Matth. 18. *quacumque ligaueritis super terram, &c.* inquit; *Potestatem tribuit Apostolis, ut intelligant qui à talibus damnantur, humanam sententiam, Diuina sententia roborari.*

Præfatus in Ca.
moniam omnes
fideles obligat
conscientia.

Secundò probatur ex Epist. ad Rom. cap. 13. *Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, & subdit, ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Sed Papa, & Ecclesia est potestas; ergo propter conscientiam parendum est illis, quod idem est quod in conscientia ligare possunt. Minor probatur 2. Cor. 10. *Nam etsi amplius aliquid gloriaturo fuero de potestate nostra quam dedit nobis Dominus, etc.* & secundo Cor. 13. *Vt non præsens durus agam, secundum potestatem quam dedit mihi Dominus, etc.* Ergo Pastor Ecclesie est potestas quod enim dicitur de Apostolo Paulo in hoc genere, intelligitur procudubio etiam de cæteris, & magis principaliter de Petro, & Papa, qui illorum est Princeps, & caput.

Pastor Ecclesie
est potestas.

Tertio probatur ex 1. Corinth. 11. vbi ait Apostolus. *Laudo autem vos fratres quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis;* Sed præcepta necessariam obedientiam inferunt subditis; Ergo Ecclesia fideles legibus, & præceptis in conscientia obligat: sed sic est quod immunitatem cleri præcepit, ergo necessario seruari debet.

Sed respondere poterunt aduersarij quod Ecclesia potest obligare, si præcipiat quod iustum est, & quando ius alienum non aufert: præceptum autem immunitatis tollit & aufert ius proprium à Principibus; ideo non tenet.

Contra. Immunitas cleri iusta est & de iure naturæ & Diuino, vt superius probatum est; ergo ex hoc capite nulla responsio. Probo autem, talem immunitatem non auferre ius proprium Principum, & iniuriam illis non inferre. Deus est supremus omnium Princeps; ergo Ecclesia absque alicuius iniuria potest aliquos homines eximere à Principum seruitio, & Dei ministerio applicare: etenim Deus quia est omnium Dominus transfert dominium, & mutat regna, & imperia, iuxta illud Dan. 2. *Sis nomen Domini benedictum à saculo, & vsque in saculum: quia sapientia, & fortitudo eius sunt, & ipse mutat tempora, & astat, transfert Regna, & constituit: Quia igitur placuit ei suscitare cæli Regnum in terris, vt per eundem Danielem promiserat cap. 2. dicens. In diebus autem Regnorum illorum suscitabis Deus cæli Regnum, quod in æternum non dissipabitur & Regnum eius alteri populo non tradetur commanet autem, et consumet vnuersa Regna hæc et ipsum stabit in æternum, Consequens fuit, vt qui illius vices gerit in terris, ministros Regni illius à Regum potestate eriperet. Ecclesia igitur in huiusmodi re, secundum Diuinam voluntatem, omnium Dominam, operatur; qui igitur resistit ordinationi Dei resistit, & ipse sibi damnationem acquirat: quia 1. Reg. 15. *Melior est obedientia, quam victima, & auscultare magis quam offerre adipem arietum: quoniam quasi**

Quædam resilli-
unt.

peccatum aruolandi est, repugnare, et quasi scelus idololatria polle acquiescere: Nullum igitur ius aufertur à Principibus, cum Deus in Ecclesia super homines maius, & nobilius ius habeant, quam Princeps; & eo magis quia homines nõ sunt mancipia Principum, sed tantum subditi; etenim cum ex naturæ ordine, multitudo vnum caput & Iudicem habere debeat, ad pacem seruandam, atque iustitiam, moralem, puta ad præmiandos bonos, & puniendos malos: Rex tali fungi debet officio erga subditos pro illorũ seu communi vtilitate, magis quam propria; Vnde distinguitur Rex à Tyranno: quia hic propriam querit, & intendit vtilitatem, ille populi, & communitatis. Quia autem Deus dignatus est Diuina mysteria mundo pro salute nostra manifestare. ministros regni sui elegit, qui laicos pascant, Euangelium doceant, eisque Diuina mysteria distribuunt, & consequenter vt à Regia potestate fiant immunes. quale nunc damnum oritur Regibus, cum nihil quod est illi proprium auferatur? Etenim Homines sunt primò subditi Deo, & Ecclesie, quam Regibus: nulla igitur illis fit iniuria, quia id quod suum est assumunt Deus, & Ecclesie pastores.

Quartò probatur Conclusio. Omnes Christi oues debent obedire supremo Ecclesie Pastori in his seruandis, quæ cultum, & honorem Dei redolent, & in illis abijciendis, quæ aliquam iniuriam, & irreuerentiam Diuinæ maiestati afferunt; sed immunitas cleri honorem Deo affert, & iniuriam, & irreuerentiam excludit, vt superius diximus; Ergo oues Christi, scilicet fideles in immunitate cleri seruanda, obedire tenentur supremo Ecclesie Pastori illam præcipienti.

Quarta Conclusio. Clerus iure Diuino, naturæ & humano est immunitas simul cum bonis Ecclesie à solutione tributorum Principibus secularibus. Conclusio facile probatur ex his quæ hucusque dicta fuerunt. Clerici iure naturæ, Diuino, & Pontificio non subditi Principibus temporalibus, cum sint ministri Regni cælorum, & altioris, ordinis quam Principes temporales: ergo eadem ratione, nec illis debent soluere tributa; Sequela probatur quia lex tributorum fertur, seu cadit super subditos; Clerus non est subditus, ergo non debet soluere tributa, seu immunitas est à solutione tributorum; & quod naturæ lumen hoc dicit, clarè etiam educitur ex eo, quod in falsis Religionibus homines olim idipsum exquebantur. nam Gen. 47. Egyptij proprios sacerdotes immunes à lege tributorum redderant: Græci idololatræ hoc idem faciebant, vt scribit Philosophus lib. 2. Oeconom. & similiter cæteri omnes Gentiles, vt notat Cæsar lib. 6. de bello Gallico. Signum euidentis est, quod lex naturæ quæ communis est omnibus hoc dicit, & docet.

Clerus iure diuino, naturæ & humano est immunitas simul cum bonis Ecclesie à solutione tributorum

Secundò probatur homines laici fideles, vel Principes, vel subditi sint, tenentur dare bona temporalia clero, illumque alere, & omnia necessaria exhibere, tanquam ministris Regni altioris ordinis, Diuina mysteria illis administrantibus, ergo clerus est immunitas à tributis. Sequela patet, quia vanum est dare illud alteri quod ab illo recipere tenetur. Antecedens vbi vis est argumenti. Probatur ex Apost. 1. Cor. 9. *Quis militat suis stipendijs vnquam, quis plantat vineam, et de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat? Numquid secundum hominem hoc dico? an et lex hæc non dicit? scriptum est enim in lege Moysi. Non alligabis os boni*

tributa

trituranis. Numquid de bobus cura est Deo? an propter nos utique hoc dicit? nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe, qui arat arare, et qui triturat in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritalia seminamus, magnam est si nos carnalia vestra metamus? si abj potestatis vestra participes sunt, quare non potius nos? sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offensivulum demus Evangelio Christi. Nescitis quod qui in sacrario operantur, qua de sacrario sunt edunt, et qui altari aefervunt cum altari participans? Ita et Dominus ordinavit eis qui Evangelium annunciant de Evangelio vivere; Ergo secundum Apostolum, Principes temporales, & populi tenentur potius dare quasi tributa clero, & non clerus Principibus, & Magistratibus: quia dicit Apostolus loco citato, Sed non usi sumus hac potestate; Ergo potestate propria hoc poterat fidelibus precipere.

Laici tenentur dare clerum.

Tertio probatur. Christus Dominus, & Apostoli semper secum habuerunt pecuniam, & loculos, ut patet Ioannis 6. Unde ememus panes ut manducemus hi. & cap. 4. Discipuli eius abierant in civitatem ut cibos emerent, & cap. 12. Dixit ergo unus ex Discipulis eius Judas Iscariotes qui erat eum traditurus: quare hoc unguentum non venit trecentis denaris, et datum est egenis? dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos habens, ea qua mittebantur portabat; Attamen solvere voluit tributum Cæsaris pro se, & Petro ad evitandum scandalum ut habetur Matth. 17. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius invenies staterem, illum sumens da eis pro me, & te: Et noluit illius pecuniæ, quam ipse Dominus, & Apostoli receperant à fidelibus, & discipulis partem sumere, ergo euidenter docuit de bonis Ecclesiæ non debere temporalibus Principibus tributa solvere.

Quarto probatur. Act. 5. Anania, & Saphira dederunt Ecclesiæ pretium agri proprii, & postea de pretio agri voluerunt partem sponte & propria auctoritate accipere: quid factum est? Petrus utrumque morte repentina castigavit. Caueant ergo laici ex bonis, & possessionibus Ecclesiæ datis accipere tributa & partem, contradicente Ecclesia.

Quinto probatur. Isaias cap. 49. de Ecclesia Christi vaticinans ait. Hac dicit Dominus Deus: Ecce levabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum, & afferent filios tuos in ulnis, & filias tuas super humeros portabunt; Et erunt Reges nutriti tui, & Regina nutrice tua: vultu in terra demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent; Munus igitur Regum est, suis diuitijs alere ministros Ecclesiæ, & non accipere ab illis tributum, tanquam à subditis. Et fit expressè sermo de Ecclesia, ut communiter omnes exponunt, & patet legentibus sicut etiam cap. 60. ait. Surge illuminare Hierusalem &c. & ambulabunt gentes in lumine tuo: & Reges in splendore ortus tui; leua in circumtu oculos tuos, & vide: Omnes isti congregati sunt venerunt tibi, filij tui de longè venient, & filia tua de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, et delatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, aromedary Madian et Ephra: Omnes de Saba venient aurum, et thus deferentes, et laudem Domino annunciantes. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Habatosh ministrabunt tibi:

offerentur super placabili altari meo, et domum maiestatis mea glorificabo, & infra. Argentum eorum, et aurum eorum cum eis nomini Domini Destus et Sancto Israel qui glorificavit te; Et adificabunt filij peregrinorum muros tuos, et Reges eorum ministrabunt tibi, et aperientur porta tua iugiter, die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, et Reges earum adducantur. Gens enim et Regnum, quod non seruerit tibi peribit, et gentes solitudine vastabuntur. Gloria libani ad te venies, abies, et buxus, et pinus simul ad ornandum locum sanctificationis mea, et locum pedum meorum glorificabo, et venient ad te cursus filij eorum, qui humiliaverunt te, et adorabunt vestigia pedum tuorum, etc. Ex quibus patet non tantum Ecclesiam, & illius bonorum non esse tributaria secularibus Principibus, qui sunt Ecclesiæ filij; sed potius è contra illos Ecclesiæ, seu clero deberetributa exhibere, eo modo tamen quo filij parentibus ea solvere debent.

Sexto probatur. Clerus est personaliter immunis à temporalium Principum iurisdictione, ut probatum est; ergo etiam bona illorum immunita sunt à tributis. Sequela probatur, nam inseparabilis est immunitas à iurisdictione, ab immunitate, à tributis; etenim qui tributum dare tenetur, potest cogi, & puniri ab eo qui tributa recipere debet, & sic sub iurisdictione illius manet. Quando igitur Dominus bonorum est immunis à tributis, & bona eiusdem pariter sunt immunita.

Clerus est personaliter immunis à iurisdictione Principum temporalium.

Quod autem prædicta immunitas sit etiam iure humano, Ecclesiastico, scilicet, & civili firmata, patet, idque Canonistæ, & Iuristæ etiam optimè norunt. ut habetur ex Concil. Lateran. sub Alexandro III. par. 1. cap. 19. Ex Concilio Lateran. sub Innocentio III. cap. 46. similiter ex cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ extra de Constit. ex cap. quamquam de censibus in sexto, & alibi. Item ex iure civili in Codice Theodosiano lib. 16. tit. 2. leg. 16. & 26. & in Codice Iustiniani, lege Sancimus, tit. de Sacrosanctis Ecclesijs, & alibi: ut Iuristis patet. Nos autem non intendimus hoc tantum narrare; sed hanc immunitatem esse iuste statutam, & legi naturali, ac Diuine non repugnare, hoc probare contendimus, & multum refert, nec ad luxuriam spectat, cum sit munus alterius doctrinæ.

Superest nunc, ut obiectiones aduersariorum adducamus & soluamus, inter quos connumeramus Card. Bellarm. lib. 1. de clericis cap. 28. Franciscum Victoriam relectione 1. quæst. ult. de potestate Ecclesiæ, Dominicum à Soto in 4. d. 25. quæst. 2. art. 2. & Couarruuiam lib. practicarum questionum c. 31. tenentes clerum, & bona Ecclesiastica non habere iure Diuino à tributis secularium Principum immunitatem, sed tantum ex humano priuilegio, & concessione: oppositum autem docent Canonistæ quamplurimi. Ioannes Driedonus lib. 1. de Christiana libertate cap. 9. & Suarez contra Regem Angliæ lib. 4.

Prima igitur obiectio contra primam conclusionem est. Ius naturæ est inuolabile, & indispensabile etiam à Deo, stante natura rationali cum suis conditionibus quas de facto habet, sed subiectio subditorum proprio Regi est de iure naturæ; ergo per nullam potestatem subditi, licet ad clerum ascendat, eximi poterunt à iurisdictione temporalium Principum. Minor probatur. Nam lex naturæ est quod Rex sit superior omnibus Regnicolis, quod illorum curam,

curam, & regimen teneat quoad potestatem directiuam, & coerciuam; hæc est enim ratio cur omne Regnum vnum Regem sibi eligere debet.

Respondeo. concedendo ius naturæ esse inuolabile: ad minorem, sed subiectio subditorum proprio Regi est de iure naturæ, distinguo, dum subditi manent in ordine laicorum, concedo, cum clero adscribuntur, nego: tunc enim illud ius naturæ cedit alteri, ac altiori iuri naturali, v. g. Ministri Dei, & Regni cælorum, & patres spirituales qui aliorum curam habent, iussione Diuina, & eorumdem Deo debent rationem reddere, venerandi sunt, & vt superiores sunt habendi. Similiter lumen naturæ dicitur, quicquid Deo maiorem honorem, & reuerentiam infert, qualis est exemptio, & immunitas sui Regni ministrorum, qui ipsum aliquando representant in ministerio, illud esse faciendum, & firmiter tenendum; ideoque immunitas cleri non opponitur legi naturæ; imò ab illa dicitur, vt suo loco diximus. & ad maiorem rei euentiam, do exemplum simillimum in eadem lege naturali. Constat quod lex naturæ dicitur hoc præceptum, *Non occides*, quia quod tibi non vis, alteri ne feceris; nemo autem vult occidi, ergo nec occidere debet. nullus id negat; & tamē licet iudici, & Regi malos homines occidere; quomodo igitur lædit, & transgreditur ius naturæ? Responso communiter patet, id optimè fieri ex vi eiusdem legis naturalis, sed vtilioris, ac vniuersalioris, scilicet, turbatores pacis sunt extirpandi; & bonum particulare est postponendum vniuersali. Sic in casu. lex naturæ obligat omnes subditos ad obediendum Regi, ad dandū illi tributa, & quod Rex est superior omnibus Regnicolis, & cætera huiusmodi, quæ naturæ lumen dicitur. At ex alia parte datur aliud principium legis naturæ altioris ordinis, vt diximus; ipsa igitur natura in re huiusmodi naturæ cedit, ideoque nulla fit legi naturali iniuria.

Secunda Obiectio. Lex naturæ docet Principes, vt nullum in proprio Regno excludant à propria iurisdictione, quia sic esset dare libertatem impunè peccandi, & pacem communem turbandi, cum tales in casu punire nequirent; Ergo repugnat legi naturali præfata cleri immunitas, cum potius dici possit peccandi libertas.

Respondeo hanc obiectionem esse valdè mendicam, & inanem. Concedimus enim repugnare legi naturali, relinquere per ciuitates, & terras homines qui impunè peccare possent: at non sic accidit ob cleri immunitatem: nam in clero datur ordo, & superior, qui inferiores clericos dirigit, & coerct, si necessitas affuerit; & si aliquos gladio punire opus fuerit, illos temporali potestati puniendus tribuit. Clerus enim non est hominum iniquorum congregatio, sed piorum, qui legibus etiam regitur, & gubernatur; non enim relinquitur clerus vagus, & absque Iudice ex hac immunitate: quod vtique esset contra ius naturæ; Sed dimittitur vt iuxta naturalem legem de qua loquimur per proprium pastorem gubernetur. Si autem aliquis de clero abutatur hac immunitate, ille puniendus est, nec tamen vniuersus clerus pro eo pœnam subire debet, sicut etiam si ob priuilegia, quæ Rex nobilibus concedit, aliquis illorum peccandi licentiam sumat, non tamen omnium nobilium communitati nocere debet, nec cæteri priuilegio debent spoliari, idem dicendum est de clero; Et quia vrgent aliqui quod Rex non po-

test aliquem à sua obedientia eximere, quia legi naturæ repugnat vt subditus non sit subditus. dico intelligendum esse de exemptione merè priuatiua, quæ subditum sine lege, & gubernatore relinquit, Sed non de iurisdictione, quæ transfert iurisdictionem in alium, & per hæc quæ diximus, ruunt omnes obiectiones, quas aduersarij excogitarunt, & excogitare poterunt.

Contrà secundam conclusionem prima obiectio. Salom. 3. Reg. 2. authorit. spoliavit Abiatar Sacerdotem, & ob crimen læsæ Maiestatis, illum regia auctoritate puniuit; Nec scriptura id reprehendit; ergo iure Diuino sacerdotes non sunt immunes à Regia iurisdictione, sed ex opposito Principes temporales iure Diuino sunt omnibus in suis ditionibus dependentibus superiores.

Respondeo, hoc argumentum pro Hebræorum tempore, & Regno, neque concludere, vt suo loco dicemus; Et dato quod tempore Synagogæ ita fuisset: in nouo testamento, nihil valet; Nam à Sacerdotio veteris legis, ad sacerdotium legis gratiæ, & Euangelij, est improporcionatus transitus. illud enim erat secundum ordinem Aaron, qui simpliciter sacerdos fuit; hoc verò secundum ordinem Melchisedech, qui Rex fuit, & sacerdos: vnde sacerdotium Euangelicum est regale, quia habet à Christo potestatem omnes fideles pascendi, seu illos directiuam, & coerciuam potestatem regendi; Huic dictum est, *Quodcumque ligaueris super terram, eris ligatum & in caelis* Matth. 16. Et *quacumque ligaueris super terram, &c.* Matth. 18. Et illud non poterat leges ferre, sed tantum difficultates ortas super legem iudicare; hoc ita supremam habet leges ferendi potestatem, vt omnes fideles obliget etiam Reges, Principes, & Imperatores; & insuper cassandi, & irritandi leges Principum, si Ecclesiæ legibus contradicant, & opponantur, vt loco suo demonstratum est; illud autem nequaquam. Hoc veritatem & gratiam administrat: illud verò tantum vmbra, iuxta illud Apostoli ad Hebr. cap. 10. *Umbram enim habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum.* Illud figura erat sacerdotij, quod assumpsit Christus filius Dei, & hoc representat ipsum Christum, & potestatem eius: nam propter Christi Domini absentiam, per naturalem presentiam, clerus tenet hic in terris illius potestatem, eiusque tribunal; igitur multum errant qui filij Dei potestatem, & ministros Regni cælorum temporalibus Principibus subigere volunt, nec aliquid valet argumentum hoc & consimile quod fit à sacerdotio Iudæorum, ad legis gratiæ sacerdotium, quod Christus Iesus assumpsit.

Secunda Obiectio. Apostolus ad Romanos c. 13. monet fideles, vt Principibus, & Potestatibus temporalibus sint subditi. ait enim. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Et ibi loquutum esse de temporali potestate, patet ex sequentibus verbis; subdit enim. *Non sine causa gladium portat, ideo & tributa præstatis;* Quam Pauli sententiam exponens Chrysostomus Hom. 23. dicit. *Ostendens quod ita imperentur omnibus, et Sacerdotibus, & Monachis, et non tantum secularibus: id statim in ipso exordio declarat, cum dicit. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, etiam si Apostolus sis, si Euangelista, si Propheta, siue quisquam tandem fueris neque enim pietatem subuersus ista subiectio;* Et idem sentiunt Theodoretus, Theophilus, & Oecumenius.

Respon-

Regnicolis dum sunt laici iure naturæ subduntur Regi, dum clerici sunt nequaquam

A Sacerdotio veteris testamenti, ad sacerdotium legis Euangelicæ est improporcionatus transitus.

Clerici in clero habent superiorum & iudicem.

Respondeo, Pantum nil aliud illis verbis docere fideles, nisi quod Euangelium non docet inobedientiam, & rebellionem à principibus temporalibus, sed è contra in secularibus rebus illis obedire debere. Clerum autem ibi non includit, cui obediendum esse à laicis similibus verbis docet ad Heb. cap. vltim. *Obedite prepositis vestris, & subiucate eis, ipsienim perungunt tanquam de animabus vestris rationem reddaturi.* Ad expositionem Chrysolomi, & cæterorum dico, quod cum dixerunt Monachos, Apostolos, & omnes, subditos esse potestatibus secularibus non intellexerunt de subiectione coactiua, sed tantum vsuali; quatenus clerus viuens cum secularibus, non debet circa temporalia alijs politicis legibus à patrijs vti, sed eas in temporalibus seruare debet, cum sit pars Ciuitatis, & Regni: non enim licet alias ciuiles leges introducere, & hoc docuit Nicolaus Papa in Epist. ad Michaellem; Deum scilicet, diuisisse Pontificiam, & Imperialem potestatem, ita vt Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum, Imperialibus legibus vterentur, nota ly vterentur: nam circa venalia, & pretium rerum, circa annonam, ne scilicet frumentum extra Regnum transferatur, & cætera huiusmodi, clerus tenetur se subdere huiusmodi legibus; non tamen ex eo capite quod clerus sit subiectus Principibus secularibus; verum quia prædictæ leges sunt iustæ, & communitati vtilis, ad quam iustitiam, & vtilitatem seruandam clerus obstringitur: & hic est legitimus sensus expositionis prædictorum Patrum, Et sic intelligitur etiam Imperator Valentinianus in Epist. ad Episcopos Asiæ, quæ habetur apud Theodoretum lib. 4. Hist. c. 7. probos nempe Episcopos non solum Dei, sed etiam legibus Regum obtemperare; etenim absque ciuilibus legibus nullus populus viuere potest, clerus autem pars populi est, debet igitur vti eisdem legibus, nec alias introducere; id autem non nocet immunitati illius, quia si tales leges transgrediatur habet proprios Iudices, & Pastores, qui clericos transgressores punire potest. Et ad maiore obiectionis enerationem, insuper dico quod quando Chrysolost. & alij dicunt. *Ostendens quod ipse imperentur omnibus, & Sacerdotibus, & Monachis.* illud, & sumi debet distributiue, & non vniformiter; scilicet, non quod eodem modo subijciantur potestati temporalis clerici, sicut laici; sed salua vtriusq; partis disparitate, nempe laici directè, & omnino in temporalibus, & ciuilibus, & clerici vsualiter tantummodo superius explicato.

Tertia Obiection. Si hæc immunitas cleri esset de iure Diuino, sequeretur nunquam renūciari, & deponi posse; quia humana potestas non est supra ius Diuinum; sed constat quod aliquando renūciatur ab ipso Papa, manente in dignitate Papatus, vt fecit Leo IV. subijciendo se iudicio Michaelis Imp. & legatorum eius; vt refertur in c. Nos si incompetenter 2. q. 7. & Symmachus Papa submitit se etiam iudicio temporalis Regis, vt sumitur ex Conc. 3. Rom. sub eodem, & alij etiam id fecerunt, vt Sixtus III. & Leo III. & c. & Papa aliquando aliquos clericos priuat huiusmodi immunitate ergo non est de iure Diuino.

Respondeo Pontifices nunquam renūciasse tali immunitati, nec enim possunt, dū in dignitate Papali manent; sed tantum ad ostendendam propriam innocentiam, commississe alijs iudicium discretiuum super se, sed non coactiuum; adeo vt per iudicalem sententiam absoluti fuerint, vt alibi diximus. Hoc autem

immunitati cleri non opponitur, nec iuri Diuino illam præcipienti. Ad illud quod aliquando Papa priuat clericos tali immunitate; dico ipsum tunc immunitatem directè non tollere, sed super illius maxeriam iudicare, clericum nempe à clero excludendo; & tunc non priuat per se primò clericum immunitate, sed iudicè iudicat aliquem clero non esse amplius annumerandū, sed ab illo excludendum, & ex natura rei deinde sequitur priuatio immunitatis.

Quarta Obiection. Principes temporales dederunt hanc immunitatem clero; ergo non est de iure Diuino, antecedit. patet. Sequela probatur: quia datur alteri quod non habet; si enim iure Diuino habuisset, non opus fuisset illam concedi per seculares Principes.

Resp. hoc argumentum nihil valere, nam multa sunt de iure Diuino, quæ tamè etiam per Imperatores statuta fuerunt, ac præcepta, vt patet in Tomis Conciliorum postquam enim Patres articulos fidei Catholicæ declarauerant, accedebant decreta Imp. per quæ omnibus subditis præcipiebant, vt eos tenerent atque seruarent, sicut v.g. Patres Conc. Nicæni qui filium Dei esse Patri consubstantialitatem decreuerunt, non dederunt filio Dei consubstantialitatem. quæ prius non habebat. Sic Imperatores hoc idem, & similia præcipientes, & statuentes esse tenendum; non ita statuerunt, vt prius non esset iure Diuino sancitum; sed sua potestate potius executionem inuenerunt, quàm rei constitutionem; & licet forma præceptiua, & authoritativa: vtatur, id tamen non obstat, quia est consuetudinaria decretandi, & præcipiendi apud illos. Præterea multa Deus statuit, quæ ob Principum tyrannidè, vel infidelitatem, in principio executionem non obtinuerunt; cum autem nouerunt rei veritatem, ac Dei voluntatem, illud esse seruandum statuerunt, id est permittunt, declarant, cognoscunt, non impediunt, vel temporali iurisdictione subditis præcipiunt, vt obediant Diuinis mandatis; at nullo modo sequitur non fuisse prius de iure Diuino. Si autem Principes aliter intellexerunt, peccatorum dico, quod errauerunt, vtinam nunquam errassent.

Quinta Obiection. Potestas Regum, & temporalium Principum est à Deo, vt patet Roman. 13. *Omnis potestas à Deo est, & quæcumque sunt; à Deo ordinata sunt.* & Sap. 6. *quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, &c.* Ergo iure Diuino clerus non erit immunis ab illorum potestate. Sequela probatur, quia potestas quæ est à Deo omnes obligat.

Respondeo potestatem Principum à Deo esse, sed non immediatè, & proximè, sed tantum remotè, & primordialiter: quatenus Deus natura rationali hanc legem inseruit, vt ad ordinem seruandum ius habeant eligendi sibi Principem & caput, & potestatem super illum transferant indicandi, & c. & quod ita sit, patet ex duplici capite, primò quia communis sententia est, quatuor modis Principatū induci, per electionem, per hereditatem, per donationem, & iure iusti belli. Hæc autem diuina non sunt, sed humana: non est igitur Principatus de iure Diuino secundum legem ordinariam, sed humano: etenim interrogare quisque poterit Christianos & Ethnicos Reges à quibus Regnum obtinuerint, verè nullus respondebit se à Deo immediatè accepisse, vt accidit Moyfi Exodi 2. Sed vel iure electionis, vel hereditario, &c. Secundo quia hæc est differentia inter potestatem, quæ est de iure Di-

Papa committit super se aliquando iudicium discretiuum, sed non coactiuum.

Principes executionem immunitatis seruauerunt

Potestas temporalium Principum est à Deo remotè, non proximè & immediatè vt potestas spiritualis.

Quatuor modis Principatus inducitur.

Clerus in quolibet legibus ciuilibus Regni sit subiectus.

uino immediatè, ut est Pontificia: & inter potestatem quæ est de iure humano, seu gentium, quæ est illa Principum, & Regum, Imperatorum, & c. prima nequit à se abdicare, & eximere aliquid neque Prouinciam, neque Ciuitatem à suo iure, & subiectione: non potest enim Papa à sui obedientia fidelium aliquem eximere. Secunda, utique potest, ut de facto multi Principes, & Imperat. alijs personis Ciuitates, & Prouincias dederunt & à sui obedientia eximerunt; Similiter prima potestas, scilicet, de iure Diuino immediatè, minui à nulla potestate potest, qualis est Papæ potestas, quia nemo est supra Deum; Secunda minui potest à populo ad eod quod de facto Respub. aliquando versæ sunt in monarchicū regimen, & Monarchiz in Respublicas: quia eorum potestas non est à Deo immediatè sed à populo, qui data occasione illam in Rege minuit, & aliquando penitus aufert; Si autem talis potestas esset de iure Diuino, nullatenus id fieri posset, ut patet: quia quæ sunt de iure Diuino, nemo tollere vel minuire, vel auertere potest, quamobrem ditèdum est Principes super clerum nullam potestatem habere: quia populus Regibus, & Magistratibus hanc potestatem dare non poterat; Nihil igitur cõcludit hæc obiectio cõtra nos, licet aduersarij per hæc cõtra veritatem victoriam habuisse videantur.

Originalis & fundamentalis ratio quæ ostendit principere carere iurisdictione super clerum.

Sexta Obiectio. Paulus ad Rom. cap. 13. ait. *Ideo enim & tributa præstatis, ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes; Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vestigal, vestigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem;* Quæ explicans Sanctus Thom. inquit, clerum ex priuilegio Principum immanem esse à tributis, ergo non iure Diuino.

Respondeo ex verbis Apostoli nullo modo elici clerum debere tributa præstare Principibus, & Potestatibus, sed tantum ipsum monere fideles quod Christiana fides non abdicat illos à subiectione Principum, sed subditos esse oportere in his quæ fidei nõ repugnant, quia sic à Deo ordinatum est. S. Thomas nõ negat iure Diuino clerum esse immunè à tributis: dicit vnq; ex Principum priuilegijs id etiam factum esse, non tamen excludit Diuinum ius, & naturalem æquitatem. Præterea dato quod doceret oppositam, detrimentum non haberet huiusmodi veritas manifestum enim est, S. Thomam in scholis Catholicorum disputare, & quamplurimos oppositum illius doctrinæ defendere.

Septima Obiectio. Paulus Apost. in ea lico quam habuit cum Iudeis de religione appellauit Cæsarem, sic enim legitur Act. 25. *Qui cum perductus esses, circumfectoris eum, qui ab Hierosolyma descenderant Iudei, multas, & graues causas obijcientes, quas non poterant probare, Paulo rationem reddente: quoniã neque in legem Iudæorū, neque in templum, neque in Cæsarem quidquam peccauit, Festus autem volens gratiam præstare Iudeis respondens Paulo dixit. Vñ Hierosolymam ascendere, et ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus, ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari; Iudeis innocens, siens in melius nosse, & infra. Cæsarem appello;* Ergo clerus in suis litibus Principū tribunal habere debet, & illi se subijcere, & nullo modo ab illos potestate est immunis.

Respondeo huic inani obiectioni, Apostolum appellasse Cæsarem ad redimendam vexationem, & coactum hoc fecisse, & quod sit coactè, & ex necessitate, non est voluntarium, nec regulam tribuit in futurum sic operandi. Apostolus debebat Petrum Christi Vicarium appellare, sicut illi necessarid con-

tulit. Quæ quod prædicabat, de in vani curret, ut ipse testatur ad Gal. c. 2. Sed Iuda frõdè modo Petri persequeretur, nec potestatem illius cognoscebant; quid igitur Paulus in euidenti vitæ discrimine operari debebat? appellauit Cæsarem, & ut laicus egit; erat enim Ciuis Rom. ex priuilegio, ut ipse affirmat Act. 22. sed quid ex hoc sequitur; ergo clerus debet etiam appellare Cæsarem, inceptissima sequela; Paulus enim 1. Cor. 6. monet omnes fideles ut tribunal Paganorum, & Infidelium fugiant: *Secularia, inquit Iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia illos cõsuetudine ad iudicandum, & 1. Tim. 5. Tribunal cleri docet esse apud Episc. sic enim ait Timotheo Episc. Aduersus presbyterum accusationem nolite recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus;* Non docuit igitur Paulus ex sua appellatione ad Cæsarem, clerum subesse Cæsari, & alijs temporalibus Principibus; alijs sibi ipsi contradiceret; sed coactus id fecit ad vitæ periculum uitandum, ut ipse testatur Act. vlt. *coactus sum appellare Cæsarem;* quod autem sit coactè, non sit voluntariè, nec potest transire in legem, præceptum, vel documentum. itaque ipsemet Apost. per illud verbum *coactus sum,* huic obiectioni satisfacit.

Quod secus nullum ius inducit, nec docet.

Octaua Obiectio. Otho. I. Cathol. Imp. propria authorit. deposuit Ioan. XII. PP. ob aliqua scelera, ergo ipse Pontifex subditus est tribun. Cæsaris.

Respondeo obiectionem potius inscitiam, quam rationem continere. quia non Otho. Imp. id fecit, sed Concilium pro tali causa congregatum; quod tamen Conciliabulum, fuit, & ab illo petijt Imperator *Sancta Synodus quid decernat, & edicat.* Nec poterat Concilium Papam deponere extrâ causam hæresis, quæ ibi non erat; factum igitur illud fuit illegitimum, & irrationabile; ideoque non præbet exemplum, nec aliquod ius Imperatoris indicat, sed potius illius ztatis inscitiam, & calamitatem. Oppositum autem iure factum est, scilicet Imp. à Pontificibus Imperio spoliati fuerunt, ac depositi.

Nona Obiectio. Christus Dominus tribunali Pilati ut suo Iudici ordinario subiectus fuit, & dixit illi. *Non haberes in me ullam potestatem, nisi tibi datum esset desuper;* Ergo iure Diuino Christus Dominus ut homo subditus fuit potestati temporali; itaque cõstat clerum iure Diuino non esse immunem à temporali Principum iurisdictione.

Respondeo quod Marcellus de Padua, & Ioannes de Ianduno quorum est hæc obiectio nil aliud cõcludunt nisi veritatem; Vnde merito damnati fuerunt per Bullam Ioan. XXII. Diso igitur Christum tyrannicè ductū fuisse ad Pilatum, ut iudicaretur, & nequaquã ordinariam potestatem super illum habuisse; id autè ipse permisit, id est non impediuit, ut opus redemptionis perficere potuisset, & hoc annuit illis verbis. *Non haberes in me ullam potestatem, nisi tibi datum esset desuper.* Etenim si Pilatus ordinariam potestatem super Christi habuisset, sicut super alios habebat in Regno Iudæorum, nõ erat opus talia verba profert; vnde retorqueo argument. cõtra illos. Si Deus Pater non dedisset Pilato specialem potestatem, iudicandi Christum, illum iudicare non potuisset; ergo necessariò sequitur quod iure cõmuni, & potestate ordinaria nullum ius habebat super Christum; ergo Diuino iure immunis fuit à seculari potestate Principū. & hæc est legitimus sensus huius scripturæ. Ex quo patet omnes qui aduersus veritatem, & Ecclesiam maledicta scripserunt, falsas, distortas, atque peruersas expositiones Scripturæ sacræ cruciatæ.

Obiectio inuenitur cõtra aequitatem.

Con-

Contra tertiam conclusionem. Prima Obiectio. Papa non potest ius alienum usurpare, nec aliquem suo iure expoliare; ergo nequit clerum reddere immunē à Principum iurisdictione. Sequela probatur; Quia est ius proprium Principis omnes sui Regni colonos regere, dirigere, ac iudicare, ergo immunitatem concedendo, ius alienum occuparet: quod non potest.

Respondeo, quod si Papa non habuisset hanc potestatem à Domino, qui omnium rerum habet dominium, utique clerum eximendo à potestate Principum ius alienum inuaderet; sed quia iure Diuino factus est super omnes Principes, Pastor, caput, & legislator, ut lib. 2. probauimus; ideoque ius habet præcipiendi omnibus Principibus tanquam ouibus suis, ut clerum immunem esse cognoscant, eo quod ad Dei honorem, ac reuerentiam sacrarum mytteriorum expediat, & ad euitandam irreuerentiam, diuinarum rerum, quæ ex carentia huius immunitatis oriretur, ut superius diximus, Quibus in causis Principes obedire tenentur, & cedere Deo, qui omnium est Dominus, nec ius proprium ab illis auferatur: quia præstantius ius habet Papa super omnes fideles, quam ipsi Reges.

Secunda Obiectio. Papa non potest Principibus infidelibus hanc immunitatem præcipere, quia infideles non subiunt Ecclesie, iuxta illud Apost. 1. Cor. 5. *Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?* Ergo neque Principibus fidelibus. Sequela probatur. Quia Principes fideles non sunt deterioris conditionis Principibus infidelibus; Nec ob Christianam fidem amittunt ius aliquod in Regnum iuxta illud Ecclesie dictum. *Non eripis mortalia, qui Regna das caelestia.*

Respondeo quod ut olim promiserat Deus per Prophetas suos, sic de facto suscipiuit per Christum filium eius Regnum caelorum, cui submisit omnia Regna mundi, ut lib. 2. diximus, & hac generali voluntate Dei stante omnes Reges, & Principes Ecclesie obedire tenentur. Principes infideles non eximuntur ab hac subiectione, sicut non sunt immunes ab obligatione recipiendi legem Christi; Sed quia infideles sunt, Ecclesia curam non suscipit eos iudicandi: quia sicut veritatem non nouerunt, sic, nec iudicium, & præcepta recipere, sed irridere; & hac de causa inquit Apost. *Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?* hoc autem non prouenit ex defectu potestatis in eiusdem Regni caelorum supremo Pastore, sed ex defectu Ethnicorum Principum. Ad illud quod Principes fideles non sunt deterioris conditionis Principibus infidelibus; dico nobilioris esse & utilioris conditionis, quia sunt obedientes Diuinis mandatis, & per viam pergunt quæ ad æternam felicitatem ducit. Principes autem infideles ex inobedientia, & carentia veritatis sunt deterioris conditionis. Ad illud *Non eripis mortalia qui Regna das caelestia;* Dico sensum illorum verborum talem esse. Christiana fides non tollit Reges, & Principes temporales à proprijs Regnis, ut putabat Herodes, quod Christus assumpturus esset Regnum temporale Iudæorum; tamen docet aliquos in proprio Regno debere esse immunēs à Regia potestate, ut de facto est clerus, qui tantum virtualiter in temporalibus etiam secundum Regum, & Principum leges viuunt, ut superius diximus.

Contra quartam conclusionem. Prima Obiectio. Quod repugnat, & magnum infert detrimentum, nullo iure concedi potest; Sed immunitas cleri à

tributis talis est; ergo nullo iure potest permitti. Minor probatur. Nam bona quæ donantur Ecclesie debent tributa soluere Principi, vel alijs, ob particulares contractus, & conuentiones; ergo nullus inuito Principe, vel alijs particularibus Dominis, potest tale ius auferre, quia res transit cum suo onere, & nemo potest disponere de iure alterius ipso inuito, cum vnusquisque sit rei suæ moderator, & arbiter; Ergo repugnat clero hæc immunitas soluendi tributa inuito Principe. & detrimentum etiam videtur inferre: quia si multa bona acquirat Ecclesia, laicis importabile onus succedet, cum necessitate Regni, & Republic. ipsi tantum cum bonis suis portare debeant.

Respondeo quod vel bona data fuerunt Ecclesie à Principibus & Populis absolute pro cleri necessitate; & tunc nulli licet ab illis bonis tributa petere: quia Ecclesia non subest mandatis Principum secularium, nec reddendum est quod ex debito recipitur: vel data fuerunt cum onere soluendi tributa, & hoc nullibi factum esse legitur: quia clero seu Ecclesie ministris ea dare oportuit ex debito, ut aperte docet Apostolus 1. Cor. cap. 9. dicens. *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestra participes sunt, quare non potius nos? sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, qua de sacrario sunt edunt, et qui altari deseruiunt, cum altari participant? ita et Dominus ordinauit vs qui Euangelium annunciant de Euangelio vivere; ideoque habet quasi rationem tributi id quod sacrum debet clero iure Diuino; & tunc tributum non cadit sub tributo; seu tributum non debet soluere tributum. Vel à particularibus personis donantur, & sic distingo, vel talia prædia antea erant affecta onere tributorum expressè, & specialiter ex conuentione partium, vel ex alijs conditionibus particularibus erant aliquibus obligata; & tunc res transit cum onere suo, & bona illa licet fiant Ecclesie, debent soluere quod primo solvebant, eo enim tempore nihil Deo, & Ecclesie subtrahitur, cum illi donatum non fuisset, nam nemo donare potuit ius alienum, seu quod non est suum; sed illud dedit quod suum erat; Et principes, vel particulares personæ possunt, absque vi coactiua, petere à Pastoribus Ecclesie, ut prædicta bona possidentes soluant, quod primo debebant, ut colligitur ex cap. Verum de conditionibus apposit. & ex cap. cum dilecti, de donat. Vel talia bona erant subiecta tributis Principum tantum ex generali lege, qua subditi tenentur petentibus Principibus tributa soluere, & sic talia bona cum fiunt Ecclesie non debent soluere tributa; ratio est: quia Principes non sunt Domini absolute bonorum, & prædiorum quæ subditi possident, quia non sunt illorum mancipia; sed habent subditi verum dominium suorum prædiorum, & bonorum, & nulla ratio iustitiæ obligat ad conseruanda talia bona sub iurisdictione temporalis Principis: quia subditus cum sit Dominus bonorum suorum potest liberè illa disponere, nec est necessarius consensus Principis, ut bona secularium fiant Ecclesiastica; nec à populis Principes tale ius acceperunt, vel habent. Ad illud quod si multa bona acquirat Ecclesia laicis importabile onus tributorum succedet, & prouentus Principis minuitur; dico hoc falsum esse, ratio, quia tempore necessitatis, Principes obinent ab Apostoli-*

Papa diuino iure habet ius super omnes fideles.

Principes infideles tenentur recipere Evangelicam legem.

Subditi habent verum dominium independentem à Principibus super sua bona.

tolica Sede potestatem ad tempus accipiendi potestatem bonorum Ecclesie, quod tunc fieri debet, quia omneius necessitati cedit, eo magis, quia salus Regni, est etiam salus cleri. Præterea; quando Ecclesia abundat bonis temporalibus, laicis pauperibus ea distribuit; & sic bona Ecclesie seruiunt etiam Principibus, qui præsumunt dictis laicis. Et tandem si se veta contingeret Regios. proventus ob multa bona Ecclesie valde minui; tunc non violenter Ecclesiastica bona inuadenda sunt; sed Summus Pontifex pius, & communis pater consulendus, atque audiendus est; & orietur salubre remedium Deo, & hominibus gratum, & acceptabile. O verè lex Domini sancta, & immaculata: Psalm. 18. Narrauerunt tibi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Psalm. 118. homo enim scilicet credit legi Dei, & lex illi fidelis, Eccl. 3. qui igitur siment Dominum, custodiunt mandata illius cap. 2. & nihil dulcius quàm respicere in mandatis Domini cap. 23. attendite igitur Principes mandatis Dei, quæ proponit Ecclesia, & tributa nõ minuētur, nec Regnum deficiet, neq; subditi mendicabunt, eo quia Ecclesia possidere potest prædia multa, quæ à tributis eximuntur; cum illius bona tempore suo etiam vltra fiant.

Secunda Obiectio. In iure Canonico c. Si tributum, 11. q. 1. & sumptum est ex Ambrosio Cõcione 1. de Basilicis non trad. in fine sic habetur. *Si tributum petit Imperator non negamus; agri Ecclesia soluunt tributum.* Et c. tributum 23. q. 8. Urbanus Papa sic inquit. *Tributum in ore piscis pefante Petro inuentum est, quia de exterioribus, quæ palam cunctis apparent Ecclesia tributum reddit; & intra. De exterioribus Ecclesia quod constitutum antiquum est pro pace, & quiete, quæ nos tueri ac defendere debent, Imperatoribus persoluendum est.*

Resp. Ambr. & Urb. nõ de iure loquutos esse adeo quod iure & legitime temporales Principes ab Ecclesijs, & Ecclesiast. viris tributum accipere potuerint: cum sit contra Christi Domini doct. Matth. c. 17. dum docuit tantum ad vitandum scandalum id aliquando licere, ait enim. *Vt autem non scandalizemus eos solue pro me, & te*, vt superius dictum est. Et hoc eodem modo aliquando factum est olim in Ecclesia eo tẽpore cum Imperatores potentissimi erant, & tributum petebant: Ecclesia tunc ad vitandum aliquod damnum circa Religionem, & scandalum fugiendum, dabat tributum; Et hac ratione vt immunitatẽ cleri aliquo modo tunc defenderent, dicebat. *Agri Ecclesia soluunt tributum, idest non Ecclesia, & clerus id debet: & Urbanus dixit, pro pace, & quiete tributum soluendum esse, immunitatem Ecclesie omni modo meliori salute voluerunt per illam distinctionem verborum, ergo intelligebant Ecclesiam esse immunẽ de iure, licet de facto agri Ecclesie soluere. Notum est enim olim Imperatores, & seculares Principes non statim Ecclesiam Dei iuxta suã libertatem, & immunitatem operari permisisse; quod autem sit exacte, & sub conditione, nullum ius inducit, nec probat. Sed inlant ex Ambrosio lib. 4. in Lucam vbi ait. *Si enim censum Dei filius soluit, quis tu tantus es qui non putas. esse soluendum; ergo clerus iure debet tributa soluere.**

Respondeo Ambrosium nõ loqui de clero, sed de laicis, vt patet ex sequentibus verbis, quæ de seculari statu subdit. Si autem quis de clero Ambrosiũ loquutum esset cõtendat, dico iuxta dictum Ambrosij clerũ debere tributum soluere ea ratione quã Christus soluit, scilicet, ad vitandum scandalum, & quietem

sectandam; dixit enim Christus Dominus, *Vt autem non scandalizemus eos solue pro me, & te.* Itaque cum potentissimi Imp. exercitio Catholicę fidei nocere potuissent, & tributum à clero efficaciter peterent, ad scandala vitanda, & pacem seruandam exemplo Christi, cum non sit error in fide, & in doctrina morum, tributum dareluit. Leges autem ciuiles, quæ antiqui Imp. super huiusmodi tributa dederunt, nullius sunt valoris: nam contra Canones Ecclesia nihil pragmaticum valet; vt Patres Concilij Calcedonenfis vnanimiter dixerunt Act. 5. Imperiali Senatui, qui ibi erat.

Contra Canones Ecclesie nihil pragmaticum valet.

Tertia Obiectio. Si bona Ecclesie essent omnimodè à tributis immunia, sequeretur quod fiscus pauperimus fieret: quia singulis diebus, vt ita dicã, laici donant Ecclesijs prædia; consequens est contra equitatem, ergo, & antecedens.

Respondeo non apparere tam assiduam donationem prædiorum Ecclesijs à laicis fieri, raro enim contingit; nec desunt laici, & illorum prædia, vnde Principes tributa exigere possunt. Præterea quando Ecclesia bonis temporalibus abundat, sicut laicis pauperibus distribuere debet, sic etiam libèrissimè Principibus dono tribuit cum legitima causa adfuerit, & Summus Pontifex, qui communis est pater, paternam charitatẽ Principes diligit, eisque ex animo bona Ecclesie, orta necessitate, exhiberi iubet.

Quarta Obiectio. Ecclesia, seu Summus Pontifex leges tulit de non alienandis bonis Ecclesiasticis; ergo à pari Principes poterunt leges ferre de illorum bonis, idest, subditorum non alienandis, & eo magis quia bonum vtile pro ærario publico oritur, sicut & contra notabile damnum erumpit.

Respondeo negando paritatem; quia Pontifex est absolutus Dominus bonorum Ecclesie, & potest iure prohibere alienationem illorum; Sed Principes temporales nõ sunt Domini absolutè bonorum, quæ possident subditi: quis isti habent verum dominium suorum prædiorum, ceterosumque bonorum: licet pro salute Regni, & pro necessitate Principis teneantur tributa soluere, vel personaliter aliquando inseruire. Præterea Pontifex cum leges tulit de non alienandis bonis Ecclesie, bonum habuit finem, nullius nociũ, scilicet, ne bona Ecclesie dissipentur, sed secundum rectam rationem conferuntur pro necessitatibus cleri, pauperum, & orta occasione legitima; etiam pro Principibus tẽporalibus, vt sæpius factum est. At è contra Principes in præfata prohibita ne offenderent Ecclesiam, & illius immunitatem, & subditis ius tollerent, quod iuste tolli non potest, nisi alicuius Principis subditi fuerint mancipia, & fundũ prædiorũ ab ipsis Principibus acceperint; tunc enim concedimus posse Principem iuste talem condere legem: quia subditus nequit donare ius alienum. Regum Princeps talia subditis imponere non potest.

Ad Christianos Principes peroratio.

Ad vos ergo Reges terræ; ea qua decet charitate simul & humilitate, sunt hi sermões mei. Cum vobis Doctores, ea quæ reiecitis proponunt, ne attendatis in virtute veritatis, obsecro: Speciem quidẽ zeli pro vestræ ditionis amplitudine ostentant; Sed re vera illusores sũt, ac deceptores. Et enim si iustam domini vestri extensionem ambuletis: talia

Contra & ad vitã de scandala Ecclesia aliquando tributa dedit Cæsari.

talis vobis, quæ regnorum exitum inferunt, non an-
teponeret. *Propria enim perdit, quæ aliena concupiscit:*
scribebat Leo Papa Marciano Augulino. Nec Reg-
norum potior eris aliquandò causa ruinæ, quam
à Petri Cathedræ mandatis declinare. Est enim fi-
lij Altissimi tribunal in terris, cui omnia potestas a
Deo concessa est, ut ipse antequam Cælos ascende-
ret aperuit, dicens. Data est mihi omnia potestas in
cælo, & in terra; non declinetis igitur à recto tramite
mandatorum eius, & Regnum vestrum stabile erit in
perpetuum. Iustitia quippè, quæ est omnis virtus, &
præcipue obedientia, firmatur solium; nec enim spe-
ciosior iustitia adesse poterit, quam ea, quæ ab Apo-
stolicæ Cathedræ doctrina ortum ducit. Hæc est enim
illa vox hominis, cui obedit Dominus; & huius rei
etiam Iosue typum gessit, qui dum imperaret soli, ne
moueretur, subdit Scriptura, Stetit sol, obediente Deo
voci hominis. Summus namque Pontifex est verus
Iosue, qui militantem Dei populum ad terram pro-
missionis æternæ ducit, in cuius itineris ductu, hic in
terris præcipiens, & dirigens, voci illius obedit ipse
Deus: iuxta prævium firmumque promissum.
Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum, & in
Cælo. Mandata igitur illius nemo contempnat, cui
Dominus obedire non dedignatur; & hæc est firman-
di Regna, & Sceptra ampliandi via tutissima, licet è
converso ab illius se abdicare mandatis, clerum par-
ticipando, & consequenter diuina, quæ ministrat
mytheria, principatum, & dominium, proximæ, et
exponere ruinæ.

Saul Rex, quia verbis Samuelis non obediuit, vt
ipse testatus est, dicens; *peccavi, quia prævaricatus sum*
sermonem Domini, & verba tua; durum verbum au-
diuit: *qua proiecasti sermonem Domini, proiecisti te Do-*
minusne sis Rex super Israël. Quocumque enim scripta
sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, inobediencia
itaque solij sui eversio fuit. Deo enim qui non obe-
dit, & subditorum obedientiam, qua Regnum quo-
dammodo connectitur, & compaginatur, iure amit-
tit: Homines igitur sophistici minutiros Dei subigere,
cum vobis, & Principes, persuadent, tales vt timore
Domini expertes, nec de quibus affirmant satis per-
cipientes abijcite, atque repellite: querunt enim ali-
quid arripere, speciem quidem pietatis habentes, sed
vestrorum Regnorum interitum occultè insidiantur:
Nullum enim ius vobis clerum subijcit, sed omnis z-
eque illium eximit, & vt demòstrauimus reddit im-
munem; hæc seruare debetis, quæ à sana fide proce-
dunt, & erunt vobis, quæ in Cælis, & quæ in terris
sunt, prospera cuncta. Quamobrem Cælestinus Pa-
pa ad Theodosium iuniorum Augulturn dicebat.
Maiores vobis fides causa esse debet, quam Regni, ampli-
usque pro pace Ecclesiarum clementia vestra debet esse
solicita, quam pro omni securitate terrarum: sequuntur
enim omnia prospera si promittis, quæ Deo sunt chariora
seruentur, & leximo diuinus ait. Quicumque glorifica-
uerit me, glorificabo eum; qui autem contempnit me, con-
temnit ignobiles. Omnia enim, quæ clero, siue bonæ,
siue malæ inferuntur, ipsi Deo vluonum exhibentur.
quoniam contestatus est de ini. altis Regni sui. *Qui*
uocauit, me audis. & qui uos spernit, me spernit. Qui
autem spernit me, spernit eum, qui me misit.

10ho cap. 10

1 Reg. 15

Rom. 15

1 Reg. 3

Luc 10

DISPUTATIO V

An dentur in Euangelia consilia; quæ à præ-
ceptis differant; quæ, & quod illa sint.

CVM de voto, & statu Regularium, qui sub
clero continentur, & differunt à laicis in se-
quenibus disputationibus tractaturi sumus: necessa-
riò an dentur consilia in Euangelio, quæ à præceptis
differant, primò differendum erit. Ratio in promp-
tu est: quia Regulares illi sunt, vt infra dicemus, qui
non tantum Euangelica præcepta, omnibus fidelibus
communè, seruant; sed consilia perfectionis ex voti
emissione, vt præcepta assumunt, vt Christianam
perfectionem acquirant. Videndum est igitur an re-
vera in Euangelio dentur præfata consilia, & quæ sint;
vel sit quid imaginarium, vt Sectarij opinantur.

Qui sint Regula-
res.

Est autem consilium perfectionis, vt in præsentij
sumitur, Diuina præoestio, & commendatio boni
operis pererogationis. Præceptum verò est firmum
mandatum diuinum circa opus bonum simpliciter
necessarium ad salutem. Differunt igitur Cõ-
siliu, & præceptum, vt ex nominis ethymologia
percipitur, sicut id quod persuadetur, & id quod im-
peratur; & hæc differentia vterius extenditur: nam
materia consilij est opus difficile, arduum, magis
perfectum, & volenti exhibitum; Materia verò præ-
cepti est opus facile, minoris perfectionis, & omni-
bus commune, vt inferius demonstrabimus. Differunt
etiam ex parte effectus, quem vtrumque sortitur: nã
præcepti obseruantia parit æternum præmiu, possi-
tis cæteris circumstantijs, vt de opere meritorio suo
læo dicemus; & illius inobseruantia poenam inducit;
et consiliu è contra obseruantibus magna causa
præmiu, si verò non seruetur, antequam promittat-
ur, nullam intert poenam.

Cõsiliu perfe-
tionis quid sit.

Præceptum quid
sit.

Et consiliorum Euangelij finis proprius est, acquiri-
sio moralium virtutum, & excellentis charitatis, &
amoris erga Deum, quo illi anima tenaciter vnitur.
tunc enim Christianus est simpliciter perfectus, quã-
dò cum excellenti charitate, etiam virtutes morales
possidet. Et sanè menta patet, hominem curis sæcu-
laribus valdè implicatum, & circa bona temporalia
occupatum, talia perfecte adipisci non posse, vt ait A-
postolus 2. Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat se*
negotijs secularibus. Et Christus Dominus in Euan-
gelio Lucæ 8. Et aliud semen cecidit inter spinas, &
simul excortis spina suffocauerunt illud; & ipsa. Quod
autem in spinis cecidit, hi sunt qui auferunt; & à soli-
tudine, & diuitijs, & voluptatibus vite eunt sus-
focantur, & non referunt fructum. Hinc oritur con-
silium Paupertatis, quod in Euangelio expresse habe-
tur, vt infra dicemus; & consilium humilitatis, hominem
vxoratum diuitum habere affectum; nam quæ vxor-
is, & filiorum sunt curare debet, vt docet Apolla-
lus 1. Cor. 7. Hinc ortum ducit Consilium continen-
tiæ, & castitatis; & quia abnegare voluntatem pro-
priam, & alteri subesse in ordine ad virtutum adep-
tionem, & malorum occasionem vitandam, & etiam
ad exhibendum Deo nobilitatum humanæ liberta-
tis donum, cum illi nobilio hominis portio offeratur;
in Euangelio persuadetur exemplo Christi Domini,
qui factus est obediens vsquè ad mortem: nunc ori-
tur consilium obedientiæ; & adhuc tria tanquam ad
alia genera reducantur omnia consilia, quæ in
Euan-

Cõsiliu & præ-
ceptum quomo-
do differant.

Finis consiliorum
quid sit.

Euangelio explicitè, & implicitè continentur.

Consilium paupertatis quid sit.

Nunc quid horum Consiliorum vnumquodque sit, ad maiorem disputationis declarationem, exponere opus est; vnde Consilium paupertatis est presententio, & commendatio exclusionis, & abiectiois dominij externarum rerum, vt factum fuisse à primitiue Ecclesie fidelibus legimus Act. 4. vbi sic habetur. *Multitudo autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, qui possidebant aliquid suum esse dicebat; sed erant illi omnia communia.* sicut etiam ab Apostolis factum est, vt legitur Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo eris nobis, &c.* Habetur autem hoc Consilium Paupertatis Lucæ 6. *Beati pauperes, quoniam vestrum est Regnum Dei.* & Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum Calorum:* Et licet Augustinus intelligat de illis, qui non habent infantem spiritum, hoc tamen veritati non obstat: quia B. Gregorius Nyssenus, S. Hieronymus, Beda, & S. Leo I. Papa illa verba exponunt de paupertate, quæ rerum, ac bonorum temporalium excludit dominium. Matth. 13. *Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spina, & suffocauerunt ea:* & infra. *Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum audit, & sollicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficitur.* Marc. 10. *Quam difficile, qui pecunias habent, intrabunt in Regnum Calorum. Facilius est Camelum intrare per foramen acui, quam diuitem intrare Regnum Calorum.* Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vende omnia qua habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cælo.* Dixerat enim Dominus prius adolescenti interroganti, *quid faciam vt saluus sim.* si vis ad vitam ingredi, serua mandata: quibus verbis ostendit mandatorum obseruantiam ad salutem sufficere; & postea subdit; *si vis perfectus esse, id est si excellentiorem gradum vitæ perfectæ exoptas, & in Cælo maius præmium; Vende omnia qua habes, & da pauperibus:* & infra. *Omni qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplus accipiet, & vitam æternam possidebit.* Lucæ 10. *Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta:* & infra. *Et in quacumque Ciuitate intraueritis, & susceperint vos, manducate qua apponuntur vobis, & 2. Corin. 8. Apollolus laudans Macedones pro huius Consilij obseruantia, ait. Et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum: quia secundum virtutem, testimonium illi reddo, & supra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam, & communicationem ministerij, quod fit in sanctis. & infra. Scitis enim gratiam Domini Nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis, & consilium in hoc dō: hoc enim vobis vtile est: qui non solum facere, sed & velle cepistis ab anno priori. & infra. Non enim vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate: in presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum, vt fiat æqualitas: sicut scriptum est. *Qui multum non abundauit, & qui modicum non minorauit.* & 1. Tim. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur hi contenti sumus.* Fructus huius Consilij est concupiscentiæ oculorum frenum, sollicitudinis ablatio. Diuinæ prouidentie commendatio, & Christianæ perfectionis summa; quæ sine his consilijs adesse nequit, vt legitur Lucæ 14. *Nisi qui renunciauerit omnibus qua possidet, non potest meus esse discipulus.**

Fructus paupertatis quis sit.

& cap. 12. Christus Dominus dicebat. *Nolite solliciti esse anima vestra quid manducetis, neque corpus quid induamini, anima plus est quam esca, & corpus plusquam vestimentum: considerate Coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos: quanto magis vos plurius estis illi? & infra: Considerate lilia quomodo crescunt, non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem sanum quod hodie est in agro, & cras in cubanum mittitur: Deus sic vestit, quanto magis vos pusilla fidei? & vos nolite querere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli: hac enim omnia gentes mundi querunt: Pater autem vester scit quoniam hi indigent.* Patet igitur ex Scriptura consilium paupertatis.

Consilium obedientiæ est persuasio, & præostensio abnegationis propriæ voluntatis, illam alteri subiiciendo, in ordine ad salutem supernaturalem, & habetur Matth. 16. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Ad Philipp. 2. *Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem.* Ad Hebr. 5. *Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex hiis, quæ passus est obedientiæ: & huius consilij præcessit figura. Herem. 35. vbi laudantur, & remunerantur filij Ionadab, qui Patri obedientiam dederunt circa ea, in quibus in ætate adulta non debebant obedire; scilicet, ne vinum biberent, nec fererent agros, nec haberent domos, sed habitarent in tentorijs. Vnde à Deo laudem, & præmium acceperunt. Fructus huius consilij est christiana perfectio, ad quam per abnegationem sui ipsius, id est propriæ voluntatis quisque peruenit; vnde Dominus ait, *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Similiter habetur edomatio superbæ vitæ nostræ, quæ inclinat ad dominandum alijs.*

Consilium obedientiæ quid sit.

Consilium Castitatis est præostensio, & commendatio continentie circa carnales actus, & habetur Matth. 19. *Et sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter Regnum Calorum.* & 1. Cor. 7. *Dico autem non nupti, & vidui, bonum est illis si sic permaneant sicut & ego.* & infra. *De Virginitate autem præceptum Domini non habeo: Consilium autem dō, tanquam misericordiam consequutus à Domino, vt sim fidelis. & infra. Solutus es ab uxore? noli querere uxorem. Qui sine uxore est, sollicitus est qua Domini sunt: quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore est, sollicitus est qua sunt mundi quomodo placeat uxori, & diuisus est; & mulier inupta, & virgo cogitat qua Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu: qua autem nupta est cogitat qua sunt mundi, quomodo placeat viro. & postea. Igitur qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit; & qui non iungit melius facit. Beatior autem erit si sic permanserit: & in veteri testamento hoc idem ostendit Deus per Prophetas suos. Isaia 56. *Non dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum: quia hæc dicit Dominus Eunuchus, qui custodierit Sabbata mea, et elegerit quæ ego volui, & tenuerit sedem meam: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiarum: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit: Hunc locum omnes Patres intellexerunt a principio de Eunuchis voluntarijs, scilicet, continentibus; & iure: quia non apparet alia causa cur Eunuchis nomen melius concederetur super eos, qui habebant filios, & filias: nam si ob naturalis defectus sufferentiam id eis concederetur, cur non etiam illis qui cæci, & claudi nascuntur? Et Sap. 3. *Et spado qui non opera-***

Fructus obedientiæ quis sit.

Consilium continentie quid sit.

operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitavit aduersus Deum nequissima, dabitur enim illi fides donum electum, & fors in templo Dei acceptissima. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concedat radix sapientia. Etenim si spadonibus naturalibus, & non vquantijs, scilicet, continentibus pro bono virtutis, loqueretur; non apparet ratio cur illis debeat fidei donum electum, & fors celebris in templo Dei, & non etiam claudis, & manchis, qui simile damnum à natura patiuntur; sed hic innuuntur ministri templi Dei, qui in nouo Testamento continentiam seruaturi erant. Sapientibus patet; nam de talibus continentibus voluntariè, manifesta est illorum fors, & gloria in Ecclesia militante, & illorum quamplurimi fulgēt in Ecclesia triumphante; de Eunuchis autem tactis à natura, vel ab arte ob humanum finem, nemo illorū meminit, nec illorum fors in templo Dei aliquandò apparuit. Fructus huius consilij est indiuisus affectus, & omnimoda sollicitudo erga Deum; & carnis concupiscentiæ repressio; vnde oritur deinde Christiuanæ perfectionis excellens professio.

Fructus continē-
tiæ quæ sit.

Prædictæ autem Catholicæ veritati olim contradixerunt quidam, qui Apostolici nominari voluerūt, vt scribit Epiphan. hæresi 61. & August. hæresi 40. tom. 6. acerrimè defendentes neminem posse saluari, nisi exemplo Apostolorū cœlibatum & paupertatē seruarent; idem docuerunt Pelagiani circa paupertatem, vt monet August. Epist. 89. & 106. tom. 2. Hicigitur Euangelica consilia, præcepta esse affirmabant. Ix opposito autem Iouinianus; Vigilantius, & Lambertianus nullum dari consilium, nequè præceptum, continentia docuerunt, vt Hieron. refert lib. 1. in Iouinian. & August. hæresi 82. Idemque de consilio paupertatis affirmavit Vigilantius. Et Lambertianus de consilio obedientia; dicebant enim Monachos in Cœnobij liberatos esse debere, nec ab aliorum voluntate posse pendere. Et vltimis temporibus Iohannes Wickfius hæc consilia damnauit, vt legitur in Conc. Constan. sess. 8. Similiter Luther. in Epithalam. & lib. de Vitijs Monast. & sequuti sunt illum quam plures. vt Cahin. lib. 4. in tit. cap. 13. sed pro veritate Catholica confirmatione ponitur hæc

Opiniones Iou-
inianorum.

Vnica Conclusio. In Euangelio dantur consilia, & sunt præcipuè paupertatis, castitatis, & obedientia; & hæc à præceptis differunt. Conclusio habet duas partes. Prima pars manet probata per ea, quæ superioris diximus. Secunda pars probatur. illud non est præceptum, sed consilium quod tantum persuadetur, nec est necessarium simpliciter ad salutem; hæc propositio est nota ex terminis, adeo quod etiam nutritis in syluis manifesta sit; sed huiusmodi sunt paupertas, castitas, & obedientia; ergo sunt consilia, & non præcepta. Minor probatur. Ex primo de Castitate Mattha. 19. Sunt Eunuchi, quos ipsos castrauerunt propter Regnum caelorum: qui potest capere capiat; in quod ex modo loquendi consilium, non necessario imponi fidelibus. & Christi Domini mentem declarans Apostolus 1. Cor. 7. ait. Bonum est homini ualuerim non accipere; & intra. Dico autem non ualuerim, & uidetur. Bonum est illis si sic permanserint sicut & ego. Quod si non se continent, nubant, & postea. De uirginibus autem præceptum Domini non habeo; consilium autem dico, ut uirginitatem non querere soluantur; sed si ab uirginitate non querere uxorē, si autem acceperit uxorē non peccabit. Et si nupsit uirgo non peccabit, &c. quid clarus ex Apostolo?

In Euangelio dantur consilia, quæ à præceptis differunt.

Præterea si Castitas in Euangelio esset de præcepto, sequeretur Euangelium non præbere quibus uia

salutis, quia non omnes possant esse casti. Ex Euangelio ineptas doceret: nam ineptum est docere fideles, non debere multiplicari; sed consumi, & finire. Consequens est absurdum. ergo & antecedens.

Secundò probatur de paupertate. Paupertas in Euangelio persuadetur, vt superius dictum est; vel ergo persuadetur, vt quid necessarium simpliciter ad salutem, vel vt quid de consilio; si primum, Euangelium non esset pro omnibus, quod est blasphemum; quia Deus uult omnes homines saluos fieri, & ad uiam ueritatis uenire. 1. Tim. 2. Probatur. Nam Principes, & Reguli, nequeunt esse pauperes, & omnes fideles si deberent renunciare bonis suis, deberent rogare, Turcas, vel Iudæos, vt prædia sua acciperent; quod stultum est asserere, ergo esse tantum de consilio perfectionis, nempe ob excellentiorem, & perfectiorem sequelam Saluatoris, & continetur ex Apostol. 1. Tim. 6. ubi ait. Dimittite huius sæculi præcepta non sublimè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuere; bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facite tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut approbent ueritatem. Si paupertas esset de præcepto, & non de consilio tantum, absquè dubio Paulus decepsisset diuites, dum illis non præcipit debere omnia vendere, & dare pauperibus, & sequi Dominum; nam illis dicit tantum, ne sint superbi, sed humiles, ac elemosynarij; ergo paupertas non est de præcepto Domini, sed tantum de consilio.

Tertiò probatur, de obedientia. Christus Dominus, ait Matth. 16. Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Nunc sic argumentor. Si omnis fidelis necessario salutis necessitate debet abnegare semetipsum, & alteri subesse, cui præcipuam obedientiam tenetur exhibere, vt faciunt Regulares, & claustrales; non omnes saluari possent, quia Principes, & omnes fideles nequeunt esse Regulares, & claustrales, vt patet; ergo lex Euangelica non posset ab omnibus seruari, nec Euangelium omnibus uiam salutis præberet, quod est falsissimum, vt superius dictum est; ergo in Euangelio dantur consilia, quæ à præceptis differunt; ergo paupertas, castitas, & obedientia non sunt præcepta necessaria simpliciter ad salutem; sed tantum de consilio ad excellentiorem perfectionis gradum acquirendum in terris, & ad maius præmium obtinendum in Cælis.

Et confirmatur prædicta doctrina antiquorum Patrum testimonij, S. August. tom. 10. num. 457. lit. S. ferm. 3. de tempore: inquit. Aliud est consilium, aliud præceptum. Consilium datur, ut uirginitas conseruetur, ut uiuam, & à carnibus abstineatur, ut ueniantur omnia, & pauperibus erogentur: præceptum uero datur, ut iustitia custodiatur, ut omnis homo distinet à malo, & faciat bonum. Denique de uirginitate dicitur, qui potest capere capiat; de iustitia uero, non dicitur qui potest facere faciat; sed omni uerbo, quia non facit fructum bonum excidetur; & in ignem mittetur. Consilium qui libenter audierit, & fecerit maiorem habebit gloriam præceptum qui non implerit, nisi penitentia subueniens, euadere peccatum non poterit.

Testimonium ueterum sanctorum Patrum.

Chrysost. Hom. 21. super 1. Epist. ad Cor. tom. 4. ait. Possit præcepto amagis intendere, & augere; & dicere, quoniam perpetuo ieiunat, puniatur, qui non exerceat uirginitatem, det penam, quæ non omnibus ex uisualibus, uilium inas supplicium: sed non hoc fecit, tibi præbens, ut si uelis conuincas, ut laudem, & honorem consequaris, propterea & quando differes de uirginitate

nitate dicebat, qui potest capere capiat; Et in dante alia quidem precepit, alia vero permisit libero animi arbitrio non dixit enim vende qua habes, sed si vis esse perfectus, vende.

Ambrosius lib. 3. Epistolarum Epist. 25. tomo 5. Bonum ergo Consilium, quia in consilio utilitas est, in precepto laqueum. Consilium inuasit voluntarios, preceptum adstringit inuitos; Et loquitur Ambrosius de Consilio castitatis. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum tom. 2. tenet in manu virginitatis brachium, ostendit purissimum fontem, & clamat. Qui sitis, venias. & bibas, qui potest capere capiat. Non dicit velis, nolis; bibendum vobis est, atque currendum; sed qui volueris, qui potueris currere, atque potare, ille vincet, ille satiabitur. Et lib. contra Vigilantium tom. 2. ait. Quod autem asseri eos melius facere, qui utuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum suarum pauperibus diuidunt, quam eos qui possessionibus venundatis semel omnia largiuntur, non a me, sed a Domino respondetur. Si vis perfectus esse, vade vende omnia qua habes, & da pauperibus, ad eum loquitur, qui vult esse perfectus, qui cum Apostolo patrem, & nauiculam, & rete dimittis. iste quem tu laudas secundus, & tertius gradus est quem, & nos recipimus; dummodo sciamus prima secundum, & tertium preferenda.

Gregorius lib. 15. Moralium cap. 9. ait. Electi nonnunquam plus student agere quam eis dignatus est Dominus iubere; Carnis enim virginitas nequaquam iussa est; sed tantum laudata, nam si illa iuberetur, conuictum iam culpa crederetur.

Basilus in lib. de Virginitate, ait. Voluit Dominus non preceptum esse ipsum virginitatis recte factum, sed inigne anima virtutis studiosa ex propria, ac libera potestate id quod supra mandatum, & supra naturam est a se ipsa perpetrari, &c.

Gregorius Nanzianzenus orat. 1. in Iulianum, ultra medium. In legibus nostris alia parendi necessitatem imponunt, nec sine periculo pratermissi possunt. alia non necessitate constringunt; sed in electione, & voluntate posita sunt.

Nunc ad obiectiones aduersariorum. Prima obiectione, Dominus ait. Si vis perfectus esse, vende omnia qua habes, & da pauperibus, & veni sequere me. at perfectio omnibus imperatur. Matth. 5. estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester caelestis perfectus est, ergo vendere omnia non fuit consilium illi adolescenti Matth. 19. sed preceptum, quod illi forte datum fuit: quia nimis de rebus temporalibus erat sollicitus, vnde avarus erat.

Respondeo ad illam propositionem. Perfectio omnibus imperatur. Matth. 5. estote perfecti, &c. quod triplex est perfectionis differentia vt optime docet S. Bon. in Apologia pauperum cap. 3. primae responcionis, vbi sic ait. Sciendum est igitur, quod radix, forma, finis complementum, & vinculum perfectionis charitas est, ad quam Magister omnium Christus legem, & prophetas, & per consequens vniuersa Dei documenta reducit. Ipsa vero charitas triplicem habet statum. vnum quidem infimum in obseruantia mandatorum legatum, secundum vero medium in adimplitione spirituum. Tertium Consiliorum vero summum in perfruitione sempiternarum munditatum; Idem triplex est perfectionis differentia in sacra Scriptura scripta. Vna quidem necessitatis de qua in Deut. 18. Perfectus eris, & absque macula coram Domino Deo tuo. Glossa; id est absque macula criminali, & de hac Prosper dicit in vita contemplativa lib. 3. cap. 15. Perfecti sunt qui

volendo quod Deus vult nullis peccatis, quibus Deus defenditur acquiescunt. Secunda est perfectio supererogationis de qua dicitur in Matth. Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia qua habes, & da pauperibus, & de hac dicit Hieronymus in Epist. ad Heliod. Perfectus seruus Christi nihil habet prater Christum, aut si prater ipsum aliquid habet perfectus non est. Tertia est perfectio ultimata plenitudine, de qua sapiens in Prov. Infusorum semina quasi lux splendens crescit, & procedit usque ad perfectum diem, id est diuina visionis fulgidam claritatem, & de hac August. 1. Soliloquio: vere perfecta virtus est ratio perueniens usque ad finem, quem beata vita consequitur. Qua stante verissima doctrina patet, quid sit dicendum ad obiectionem. Perfectio omnibus precepitur, verum est de primo, & infimo gradu illius, quae infert tantum mandatorum obseruantiam; sed illa secundi gradus, quae est verior perfectio, non omnibus precepitur, sed persuadetur.

Secunda obiectione. Deus non potuit constituere perfectionem in paupertate: quia Apost. 1. Cor. 13. ait. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitate autem non habeam, nihil mihi prodest, & ad Coloss. 3. inquit quod charitas est vinculum perfectionis; Si ergo perfectio in charitate consistit, non erit igitur in paupertate.

Respondeo huic obiectioni quae verba Christi Domini impugnat; Nam cum ipse dixerit; Si vis perfectus esse vende omnia qua habes, &c. et omnis qui reliquerit domum etc. centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit, & Luc. 14. Nisi quis renunciauerit omnibus qua possidet, non potest meus esse discipulus; mirabile est quod Calvinus sit ita audax, vt oppositum affirmet. Verba Apostoli quae obiecit hunc sensum habent: quia charitas est forma omnium aliarum virtutum, quae absque illa informes sunt, nec meritorie aeternae vitae existunt, cum illa faciat hominem filium Dei adoptiuum, & consequenter haeredem Regni caelestis; sequitur quod qui illam non habet etiam si virtutem paupertatis possideat ipsa tunc nihil prodest, id est ad meritum, & ad consequentiam aeternae beatitudinis. Idque Paulus confirmat per praecitata verba ad Coloss. 3. cum ait. Charitas est vinculum perfectionis, eo quia illa est quae Deo hominem perfecte unit. Quando dicebat Calvinus Deum perfectionem in paupertate constituere non potuisse, discant Sectarij, Doctores Catholicos non affirmare paupertatem & ceteras virtutes hominem perfectum formaliter reddere sumendo perfectionem vt facit hominem proxime amicum Dei, iustum, sanctum, & haeredem aeternae hereditatis; quia hic est effectus solius virtutis charitatis; nec de tali perfectione intelliguntur verba Christi Domini praecitata; sed de via proxima ad perfectionem acquirendam, & exercendam; quatenus ad perfectam charitatem, & excellentem amorem erga Deum, & via directa est obseruantia consiliorum Evangelij. Vnde omnia dici possunt quodammodo perfecta, quae ordinem dicunt ad charitatem; Sic perfectus aliquid quando dicitur, qui mortaliter non peccat vt Deut. 18. Perfectus eris, & absque macula coram Domino Deo tuo; eo quod peccatum expellat charitatem quae est vera perfectio; Sic perfecti dicuntur illi qui ceteras virtutes puta paupertatem, castitatem, &c. profitentur; quatenus via sunt ad charitatis excellentem gradum acquirendum; & hic est sensus Christi Domini quando dixit: Si vis perfectus esse, vende omnia qua habes, & Luc. 14. Nisi quis renunciauerit

Consilia non faciunt hominem perfectum forma liter vt charitas sed dispositio.

Doctrina S. Bon. veniens de gradibus perfectionis.

omni-

omnibus qua possides, non potest meus esse discipulus: si scilicet, gradum perfectionis excelsæ, & discipulatus Christi possidere voluerit: cum non omnes Christiiani sint in gradu discipulatus Christi, ut docet S. Bon. in Apologia pauperum; hæc est tenenda via; sic etiam perfectio dicitur obseruantia mandatorum Dei quatenus absque illa, homo nequit esse cum charitate; idcirco sequela illa, si ergo perfectio in charitate consistit, non erit igitur in paupertate, falsa est, quia charitas est perfectionis causa immediata, quatenus illa est quæ proximè, & formaliter facit hominem perfectum; sed paupertas, & aliæ virtutes sunt dispositiones, & causæ, & media ad augmentum, & excellentiorem charitatem obtinendam.

Tertia Obiectio. Deus omnibus præcepit ut ipsū diligant ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima; ergo nullum superest opus supererogationis: nam eodem modo omnes fideles debent operari, non datur igitur hæc consilia in Euangelio, & confirmatur ex August. lib. 1. doct. Christi, cap. 22. vbi inquit: *Cum autem ait toto corde: tota mente tota anima, nullā vitā vestra partem reliquit, quæ vacare debeat.*

Respondeo, quod licet sanctorum Patrū plurimi, vt August. lib. de spiritu, & littera. Ansel. in cōmen. Matth. super cap. 22. Bernar. serm. 50. super Cant. & alij dicant hoc præceptum dilectionis Dei super omnia ex toto corde, ex tota anima, &c. non posse adimpleri in hac vita propter status imperfectionē; tamen cum ex alia parte etiā SS. Patres adsint, vt Hilari. Hieron. Chrysol. super cap. 22. Matth. qui hoc non affirmare videtur; dico quod iuxta sensum Saluatoris, hoc præceptum seruari potest in præsentī sæculo; ratio quæ cogit me, est; quia Saluator præcipit hominibus, vt ita faciant; nam Luc. 10. legitur. *Es ecce quidam legisperitus surrexit tensans illum, & dicens. Magister quid faciendo vitam æternā possidebo? at ille ait ad eum. In lege quid scriptum est? quomodo legis: ille respondens dixit. diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, et proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque illi. Rectè respondisti, hoc fac, et viues. Patet igitur, quod tale præceptum impleri iubet, dicens, hoc fac, et viues; ergo possibile est illud implere; & eo magis, quia etiam iudæis hoc idē præceptum eodem modo datum fuit. Deut. 6. & cap. 30. & 4. Reg. 23. legitur de Rege Iosia illud seruasse: dicit enim ibi Scripturæ Textus. *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, et in tota anima sua, et vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moyse.* & 3. Reg. 14. Dominus dixit de Ieroboam. *Non fuisse siue seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, et sequutus est me in toto corde suo: sensus igitur illius præcepti est, Deum diligenter, verè, non simulatè, non lentè, sed seruentè, & deuotè amandum esse: omne impedimentum amoris tollendo, auferendo iuxta vires, & statū, quomodo quis proficitur. Deus enim non exigit à nobis supra id quod possumus; iuxta illud Apost. 1. Cor. 10. *Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari super id quod potestis: sed semper dat cum temptatione prouentum, ut possitis sustinere.* & hinc oritur in Euangelio distinctio mandatorum Dei, in præcepta, & consilia; nam cum summa perfectio in via sit excelsa charitas erga Deum, & non omnes æquè possint talem metam pertingere, Deus dedit consilia quædam, quæ ad talem perfectionem inducunt; vnde dicebat Apostolus 1. Cor. 7. *Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat, ut or-***

ri, et diuisus est. *Es mulier inuapta cogitat, quæ Dominus sum.* & Christus Dominus Lucæ 14. *Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* & Lucæ 9. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me, etc.* Quod idem est, ac si diceret; si quis vult excellentem amoris Dei gradum obtinere, hæc amplectatur; sed quia non omnes capiunt verbum hoc, idèd etiam, qui consilia Euangelij non sequuntur, amare debent Deum ex corde, pro viribus in suo statu, iuxta præceptum Domini; licet sine consiliorum obseruantia ad eundem gradum amoris peruenire, regulariter nequeant. Vnde ad argumentum: cum dicit, omnes debere amare Deum, concedimus, sed eodem modo, & in eodem gradu, nego; quia sensus illius præcepti est, quod quilibet in suo statu, ex toto corde teneatur amare Deum; sed qui est in statu continentia, altiore gradum amoris possidet, quia non est diuisus, nec cogitat quæ sunt vxoris, & mundi, iuxta Apostol. 1. Cor. 7. & sic de tenentibus cætera consilia. Opus igitur supererogationis, quod remanet, est altior, purior, & intensior amoris & charitatis gradus, licet enim dicatur ex toto corde, omnibus viribus, ex tota anima, ly totum in Scriptura sumitur pro maiori parte, vt legitur Matth. cap. 4. *Circuibat Iesus totam Galilaam.* Exod. 19. *totus autem mons Synai, fumabat.* 1. Reg. 31. *totum pondus praelij versum est in Saul.* Plal. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore.* Eccles. 6. *omnis labor hominis in ore eius.* Hier. 8. *omnes auariciam sectantur.* 1. Cor. 10. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* Act. 21. *tota confunditur Hierusalem.* & Matth. 2. *turbatus est Herodes, et omnia Hierosolyma cum illo: & 2. Reg. 15. toto corde vnuerisus Israel sequitur Absalom, etc.* Vnde supra præceptum illud amoris, & dilectionis Dei ex toto corde, ex tota anima, &c. remanet optime opus supererogationis, scilicet intensioris dilectionis, absque distractione, quæ oritur ex uxore, & ex bonis temporalibus, & similibus.

Quarta Obiectio. Dominus, Matth. 7. de sua lege ait. *Quam angusta porta est, et arcta via qua ducit ad vitam, et pauci sunt qui inueniunt eam:* errant ergo qui eam tam latam, & facilem prædicant, vt etiam posse hominem plus facere, quam lex exigit.

Respondeo mirabile esse quod lupus velit fieri Monachus; Sæctarij qui tantum per simplicem actum credendi, seclusis bonis operibus timent, hominē posse saluari, nunc arguunt Catholicos, quod latam putent esse, viam, quæ ducit ad vitam æternam, eo quod possibilia esse opera supererogationis affirmant. Et tamen Catholici: iuxta Euangelium non tantum fidem esse ad salutem necessariam, verum, & bona opera, prædicant, vt ipsi sciunt. Verū hoc argumentum est ineptum: & quousque tanta Religio, o Sæctarij? Vos qui opinamini simplicem actum credendi sufficere pro salute, cur arguitis Catholicos super huiusmodi rem? sed videamus quid cōcludat hæc obiectio, *quam angusta est porta qua ducit ad vitam:* ergo homo non potest facere opus supererogationis, audistis subtile argumētum? Christus Dominus ait, arctam esse viam salutis, scilicet, difficilem, eo quia cuncta cogitatio cordis intenta est ad malū omni tempore. Gen. 6. ideoque; cū per actus oppositos, & opera virtutū tēdere debeamus ad vitam, sequitur quod arcta sit via salutis, quatenus contrā corporis inclinationes operari debemus. Lata autē est via perditionis, quia facile est iuxta naturalem carnis inclinationes operari; sed quid sequitur

Quomodo intelligitur, diligere Deū ex toto corde, &c.

Opera virtutum sunt difficilia, tamen alter alterum superare potest in progresso circa illa.

DE MILITANTE ET TRIVMPHANTE ECCLESIA.

quitur ex hoc? ergo non datur locus operi supererogationis; negatur sequela; quia omnis virtus habet diversos gradus: potest. v.g. fortes esse humilis, & Plato humilior, & sic de singulis, sicut dicit Apost. 1. Cor. 7. bonū est matrimoniū, sed melior continentia; dicit enim verba æquivalentia, *mēpē. Qui matrimonio inquit virginitatem suam bene facit, & qui non inquit melius facit.*
 Quinta Obiect. In opere nostro sēper aliquid deest; ergo nunquā implemus legē, ergo multo minus possumus facere opera supererogationis, probatur antec. quia Paulus ad Rom. 7. dicit se mēte seruire legi Dei, carni autem legi peccati, & Iob verebatur omnia opera sua Iob 9. & Isaias cap. 64. vocat pānum mentruata omnes iustitias nostras, & Dauid clamat Ps. 142. *Non intres in iudiciū cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.*

Respondeo negando antecedens, scilicet in opere nostro semper aliquid deesse. nā vel deest aliquid ex malitia, & hoc non facit contra nos; quia tunc nō est opus bonum, vel deest aliquid intersiue v. g. calor ve quatuor, est calor; sed calor vt octo, scilicet in octauo gradu, est maior calor: sic opus virtutis, ex. gr. actus amoris erga Deum, vel est vt quatuor, & tunc bonū opus est, & nihil ei deest ratione boni operis, & talis est in cōiugatis; quia secundum Apost. 1. Cor. 7. talis cogitat quæ sunt mūdi, & diuisus est, vel erit vt octo, qualis est in cōtinentibus, qui cogitant quæ Domini sunt, & tunc est opus perfectius, & dicitur opus supererog. & sic de similibus operib. & virtutib. affirmandū est. ad sequelam; ergo nunquā implemus legē: negatur ista cōsequencia; & primò, quia si nō possemus legē implere, non diceret Christus Dñs Matth. 19. *serua mandata*, nec posset homines punire, quia ea nō seruant, eo quod non possent. Præterea obseruatiā legis omnibus est cōmunis; perfectior autē exequutio mandatorū Dei est opus supererogationis, quā homo per acceptionē consiliorū Euangelij attingit. Apost. ad Rom. 7. cum dicit se mēte seruire legi Dei, carni autē legi peccati, nil aliud intēdit docere, vt patet in toto illo capit. nisi quod per cōcupiscentiā carnis, & per prauam corporis inclinationē traheretur ad malè operandū, vt quisq. in se experitur: mente autē prouis erat ad benè operandū. quid inde? ergo homo non potest facere opus supererogationis; ergo cælū est serenum: quomodo descendit illa sequela ex verbis Pauli ad illud Iob 9. *verebatur omnia opera mea.* dico Iob nō veritū esse opera bona, sed dubitare an opera bona, benè exequutus esset, vel malè operatus esset: patet quia sequitur; *sciens quia non parceres delinquenti*; ergo intelligebat de malis operibus, scilicet, de delictis, & nō de bonis operibus, benè, & diligēter factis, quia stante vera & textuali expositione, nihil sequitur pro Sectaris. Ad illud Isa. 64. dico ipsum loqui de miseria Hebræorum circa opera; nam erant homines dura ceruice, & more hypocritarū operabantur, vt viderentur ab hominibus; ideo opera bona vitiosè exequabantur; quæ de causa Propheta ea assimilat pāno mēstruato, quod partim est mundū, & partim sordidum, & immundū: & quod de Hebræis loquatur patet ex cōtextu; loquitur enim; *Ne irascaris Domine sasi, & ne ultra memineris iniquitatum nostrarum, ecce respice populus tuus omnes nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta, Syon deserta facta est, Hierusalem desolata est. domus sanctificationis nostræ, & gloria nostra, ubi laudauerunt te Patres nostri, &c.* Præterea Propheta de peccatoribus disserit, qui malè operantur, & non de iustis qui benè operantur, & aliquando etiā opera supererogationis exequuntur, idcir-

cō nihil colligunt Sectaris, ex his Scripturis ad suas fabulas probandas. Ad illud Ps. *Non intres in iudiciū cum seruo tuo, &c.* Dico sensum illorum verborum esse, iuxta August. Hieronym. & Gregor. vt scribit Cardinal. Bellarm. lib. 2. de Monachis cap. 13. quod non est homo, qui non peccet saltem venialiter. Vel secundum Arnobium, Hilarium, Hieronymum, & Euthymium intelligi debet respectu iuē scilicet, respectu iustitiæ, & perfectionis Dei: nam omnes iustitiæ nostræ respectu illius sunt sicut lumen candelæ coram Sole; quibus stantibus expositionibus nihil obtinent Sectaris: quia non negamus, respectu Dei neminem quantumcunque sanctum esse iustum, non sequitur tamen opera hominum iusta esse non posse, secundum plures gradus, vt superius diximus. Attamen mea sententia est sensum illius Psalmi hunc esse: scilicet; *Non intres in iudiciū cum seruo tuo: quia legitur in Epistol. Cath. Iacob. cap. 2. quod iudicium sine misericordia fiet his, qui non faciunt misericordiam.* Hinc scimus Dominum aliquod iudicium absque misericordia facturum, & aliquod cum misericordia; Propheta petit à Deo, vt non ineret ad eum iudicandum tali iudicio, sed adhibeat misericordiam; ideoque subdit: quia non iustificabitur, id est non inuenietur iustus coram te omnis viuens, seu omnis homo: quia multos Dominus iudicabit, quos ob mala opera damnabit; Propheta igitur petit iudicium cum misericordia, sicut omnis eodem modo debet petere, sed quando Sectaris inferunt ex hoc, ergo non datur opus bonum, nec opus supererogationis, id est magis bonum, & melius, tallā, & inepta est consequentia.

Sexta Obiectio. Lucæ 19. *Cum feceritis hac omnia, dicite seruis inuiles sumus, quia debuius facere, seruum enim quidquid est, domini est, & quidquid facit, Domino facere tenetur; ergo non datur opus supererogationis.*

Respondeo verba Christi Domini loco citato, hæc esse. *Qui autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem, qui regresso de agro doceat illi, statim transi, recumbe, & non dicit ei: para quod cenam, & præcipe te, & ministra mihi donec manducem, & bibam, & post hæc tu manducabis, & bibes? Numquid gratiam habes seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto, sic et vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: seruis inuiles sumus, quod debuius facere fecimus.* Manifestum est igitur Dominum loqui de præceptis, & non de consilijs; qui enim adimplet præcepta, fungitur partibus suis, & facit quod debet: ex bonitate autem Dei prouenit, quod talibus Deus daturus sit æterna præmia: quia poterat nobis, vt seruis suis talia imponere, & non exequentibus, poenam præparare: seruantibus autem nullum præmium exhibere, eo quod ex debito ei obedire tenemur; & hæc est sensus sermonis Domini, vt etiam Ambr. lib. de Viduis asserit. de his autem, qui consilia assumunt, nullum hic sermonem facit, sed quia de mandata seruantibus, deinde cap. 19. disserit, inquit. *Euge seruis bone, & fidelis, &c.* Hinc est quod Christum Dominum per verba prædicta duo inferre voluisse colligitur; primum ne iactantiam habeamus circa bona opera, sed humiliter de nobis ipsis sentiamus secundum, ex immensa Dei bonitate prouenire, quod operibus nostris, dum sua præcepta exequimur, præparare voluerit æterna præmia: cum absque iniustitiæ nota, aliter statuere potuisset; nam quia nos creare dignatus est, mandatis suis obedire debemus.

Decernisse operibus nostris reddere mercedem, ex bonitate prouenit

Septi-

Et malè intellectis Scripturis, in opib. Sectariorum sequela or. natur

Septima Obiectio: Quotidiè vivere debemus Deo; *Dimitte nobis debita nostra*; ergo nunquam facimus quantum debemus; ergo multò minus facimus plusquam debemus.

Respondeo, quia septies in die cadet iustus, & resurget; ut legitur Prou. 24. quod absque dubio intelligi debet de culpa veniali, quia si de mortali intelligeretur, verè non esset iustus, qui septies in die mortaliter peccaret, sed impius; ideoque habemus semper certitudinem veniam à Deo singulis diebus petendi, saltem peccatorum venialium, quando dicit, ergo non facimus, quod debemus; negatur sequela; ratio est quia in vna hora possum bene operari, & in sequenti hora dici possum peccare; cum igitur veniam peccatorum à Deo, non illarum intelligi debet, quas bene operando contraxi, quia tunc culpa non committitur, cum opus bonum fiat; sed illarum quas sequenti tempore, vel omittendo, vel committendo acquisiui; non sequimur igitur, quia homo potest aliquando peccare; ideo non potest postea, vel prius bene operari, implendo præcepta, vel consilia.

Octava Obiectio. Apostoli Matth. 19. non solum cogitauerunt de operibus supererogatorijs; sed etiam de ipsa salute dubitarunt dicentes. *Quis poterit saluus esse?* quibus Dominus non ait, non solum salui esse, sed etiam supererogare potestis; sed ait, *quod impossibile est hominibus, possibile est apud Deum.*

Respondeo, hanc obiectionem esse quamdam ethnicam compositionem super verba Apostolorum male intellecta: etenim adolescens ille cuius Christus sequi nec voluit sua prædia dimittere, idcirco Christus Dominus dixit Apostolis: *Difficile diuites intrare in Regnum Dei*, & sensus est; quia sicut ille mea sequela omisit, ut sua bona possideat, sic, dicitur, cum ut plurimum bona sua inordinatè diligant, non implent quæ ad salutem sunt necessaria. v.g. mandatum eleemosynæ non exequuntur, misericordiam erga pauperes non habent: & auaritiâ Sectantes difficile salui fiunt, & dedit exemplum de Camelo, qui non potest per foramen acus transire. Apostoli autem impossibilitatem exempli percipientes, & eo tempore forte non intelligentes sensum Domini, misericè dixerunt.

Quis poterit saluus esse? quibus Dominus respondit; apud homines hoc impossibile esse, apud Deum autè omnia esse possible. audite ergo Sectarij, & docebo vos in nomine Domini sensum huius responsionis: difficultatem salutis proposuerunt Apostoli, & Christus Dominus respondit. apud homines impossibile esse: ratio est, quia sine gratia Spiritus sancti homo nullum bonum opus operari valet, iuxta illud Ioannis cap. 15. *Sine me nihil potestis facere*, & 1. Cor. 12. *Nemo potest dicere Dominum Iesum nisi in Spiritu sancto* & ideoque diues non seruabit mandata de danda eleemosyna pauperibus, & de fugienda auaritia absque gratia Dei. At cum Deus suam gratiam distribuit; tunc possibile est diuitem implere præcepta Dei, & etiam consilia Euangelij amplecti, id est omnia sua vendere, & pauperibus distribuere; & hac de causa Saluator subdit, *apud homines impossibile est*, quia scilicet necessaria media tribuere non valent, scilicet gratiam Spiritus sancti; necessaria; apud Deum autè non est impossibile, cum potens sit efficacia dona spirituality exhibere. Cum igitur vos Sectarij dicitis Apostolos dubitare de salute, gratis concedimus: quia homo non potest viribus suis implere mandata, & præcepta Dei, sicut oportet; ideoque dubitare debet de sua salute. quando incertus, ergo non possunt fieri opera supererogationis, negatur sequela; quia sicut mandata impleri possunt adiutorio gratiæ; sic etiam eiusdem gratiæ auxilio possunt consilia exequi, ut diximus de diuite; qui fugiendo auaritiâ, & opera misericordiae erga pauperes exequendo, præcepta implet; & omnia vendendo, & pauperibus distribuendo, consilia, seu opera supererogationis amplectitur. Sed vos Sectarij dicitis tam facilem esse iustificationem, ut sufficiat cogitare se iustum esse, & apprehendere iustitiâ Christi ut propriam; cur nunc cum Apostolis dicitis; *quis poterit saluus esse?* sed vobis satis est veritatem Catholicam impugnare, & fiat quomodocumque.

Nonâ Obiectio. Hierem. cap. 48. dicit. *Maledictus quis facit opus Dei negligenter.* Nemo autem est cui non subrepat aliqua negligentia, ergo nemo satisfacit debito suo erga Deum; ergo non datur opus supererogationis.

Respondeo Hieremiam illis maledicere, qui fictè & fraudulentè, ut vertit S. Hieronymus, mandata Dei exequuntur; quomodo ergo sequitur, non dari opus supererogationis? Cum dicitis quod nemo est cui non subrepat aliqua negligentia in operando; dico quod sicut si ex humana fragilitate in exequendis diuinis præceptis intercedat aliqua negligentia, tamen non destruitur opus bonum, nec meritum: sic à parè si in exequendis operibus supererogationis seu consilijs, subrepat aliqua negligentia ex humana infirmitate, non sequitur quod non detur locus operibus supererogationis.

Decima Obiectio: Christus Dominus Ioan. 15. ait. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos*. At Christus sic nos dilexit, ut pro nobis sit mortuus; ergo & nos debemus pro fratribus animas ponere, & hæc est summa charitas, cui nihil addi potest; unde subdit. *Maiores charitatem nemo habet, quam ut animam quis ponat pro amicis suis*; ergo nullus remanet locus consilijs, & operibus supererogationis.

Respondeo, quod dilectio Saluatoris nostri erga Apostolos, & nos, dupliciter considerari potest; vel in ordine ad salutem simpliciter; & hoc modo sicut Christus Dominus omnes salutem docuit; sic & nos proximi salutem desiderare debemus, & hoc est præceptum charitatis erga proximos, quod omnes obligat; charitas enim proprie, ut virtus est theologica, si est erga Deum, amorem Dei præferret, si autem erga proximos; nil aliud infert, nisi desiderium efficac, ut proximus etiam amet Deum, ut optimè docet subtilis Doctor in 3. sent. dist. 26. & 27. cum igitur datur necessitas vitam corporalem etiam exponendi pro proximi salute, præceptum est Saluatoris, ut ex ipso animam, id est vitam, pro illo ponamus. Secundò verò in ordine ad opus supererogationis, plus enim ipse fecit, quam oportuit pro nostra salute; nam & si inhumanissimam illam mortem subire voluit, ut nos redimeret; tamen sufficienter satisfecisset, etiam si animam, seu vitam suam non posuisset pro nobis; est enim firmissima sententia omnium Theologorum, quod omnis actio Christi meritoria, fuit infiniti valoris; mors igitur illius; & multa opera pœnalia, quæ operatus est, fuerunt opera supererogationis; sic enim dequit, ut impletet omnem iustitiâ, seu perfectionem, ut ipsemet (opera supererogationis exercès, subiicendo se ipsum Ioanni Baptistæ) dixit, Matth. 13. itaque cum Ioan. 15. ait. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos*; Loquitur de charitate quatenus est de præcepto. Quando autem subdit. *Adiua*

Negligentia quæ ex humana fragilitate intercedit in bene operando non destruit bonum opus.

Dilectio Saluatoris erga nos dupliciter considerari potest.

Verus sensus citæ Scripturæ apertus.

rem hac dilectione nemo habet, ut animam suam ponat, quis pro amicis suis loquitur de charitate quatenus est de consilio; & sensus est, nulla est maior charitas, quã vitam propriam pro proximi salute exponere; cum hoc est illi utile, licet non necessarium simpliciter; & ipse huius excellentissimæ charitatis dedit exemplum ut nunc diximus; ex quo patet dari etiam actum charitatis, qui sit opus consilij, seu supererogationis.

Vndecima Obiectio. Dominus præcepit Deut. 4. nihil addi præceptis suis, ergo malè adduntur cõsilia.

Respondeo, quod verba Deut. hæc sunt. *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo; Custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis.* Prohibet igitur nobis ne addamus consilia, præceptis Dei contraria, sed non prohibet sibi ipsi, ut in nouo Testamento non addat alia præcepta, ut ipse dixit Ioan. 13. *mandatum nouum do vobis,* & etiam cõsilia; itaque inepta est huiusmodi obiectio: nam nos cõsilia non cõposuimus, sed dicimus illa dari, & in ueniri in Euangelio, & bonũ & utile esse illa seruare.

Duodecima Obiectio. Ita sumus Deo obligati, ut non possimus vnquam facere quantum debemus, ergo nunquam supererogamus. Antec. patet: Nam quicquid habemus boni, ab illo habemus; ergo omnia nostra sũt ei debita, & si milles pro Deo vitã poneremus; nunquã tamen redderemus ei aliquid æquale.

Respondeo, huic obiectio ad huc aliam sequela deesse v.g. ergo nequẽ quia credimus, nequẽ quia bene operamur debet ille nobis eterne beatitudinis præmiũ retribuere; quia omnia nostra sunt ei debita. Et tamen ò Sectarij oppositã constat; nam licet omnia nostra sint ei debita, attamen ex sua bonitate dignatus est præmiũ illis promittere, & retribuere, sic à pari. Quicquid boni facimus, ex debito facimus, cum beneficia illius sint inenarrabilia erga nos: tamẽ ex immensa illius bonitate quædam statuit necessariò seruanda, vt sunt præcepta, & quædam persuasit, & præstendit, vt illi placita, & nobis utilia; vt sunt cõsilia: itaque quando dicunt, omnia nostra sunt ei debita, distinguo, in ordine ad beneficia ab ipso nobis collata, & concedo, in ordine ad voluntatem illius obligantem, & nego: quia placuit illi, circã præcepta nos obligare; & circã opera supererogationis nobis consulere. Discite Sectarij hanc veritatem Catholicã.

Decima tertia Obiectio. Apolt. ad Philipp. cap. 4. inquit. *Quod reliquum est fratres, quacũque sunt uera, quacũque honesta, quacũque iusta, quacũque pura, quacũque sancta, quacũque amabilia, quacũque bona fama, si qua uirtus, si qua laus disciplina, hac cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me hac agite, & Deus pacis erit uobiscum.* Inueniant, inquit Petrus Martyr, isti acuti homines, quod huic præcepto Pauli superaddi possit.

Respondeo, Paulum his uerbis persuadere, ut omnia bona opera fiant, & omnes uirtutes exequi bonũ esse, & sensus est, quod fideles omnibus uirtutibus debent esse intenti; sed non docet omnia esse sub præcepto, sed singulis operibus, & uirtutibus locum proprium tribuit, & relinquit. Et subdit, ut exequantur ea quæ illos uerbo, & exemplo docuit, cum igitur iste falsus martyr infert omnia bona esse præcepta, & nullũ dari consilium: ineptè concludit; nam Paulus sibi ipsi non contradicit, si omnes uirtutes sunt de præcepto cur dixit 1. Cor. 7. de uirtute uirginitatis; *De uirginibus præceptum. Quamuis non habeo, consilium autem do, igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam bene facit, & qui non iungit melius facit?*

Decima quarta Obiectio. Interrogo te an possis aliquid facere ultra legem vel non? si non potes, conuenimus si potes, ergo teneris id facere, nã lex requirit omnes tuas vires, & quicquid potes, ergo implicat contradictionẽ, quod possis ultra legẽ aliquid facere.

Respondeo si per legem intelligis Euangelium, quatenus continet omnia, & sic cum contineat etiam cõsilia, dico nihil nos posse facere ultra legem. Si per legem intelligis præcepta tantũ, dico aliquid nos operari ultra præcepta, scilicet, cõsilia, quando subdit, si potes, ergo teneris, negetur ita consequentia cum inquis, quia lex requirit omnes vires tuas, id est quod lex docet, id, quod fieri debet, diligenter, & ex animo faciendum esse, & nihil aliud; nam opera supererogationis Scriptura Diuina tantum pertrahet, & præscribit, & non præcipit, patet 1. Cor. 7. *De uirginibus præceptum. Quamuis non habeo, consilium autem do.* & Matth. 19. *Sunt Eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter Regnum caelorum: qui potest capere capiat: non omnia igitur, quæ homo potest, lex præcipit, sed eorũ quorũdam præcipit, & quædam nobis cõsultat, & persuadet.*

Quinta decima Obiectio. Non caret superbia, & arrogantia infinita, ut dicas te plus facere, quã tenentis, & Christo sit iniuria non vulgaris, qui frustra dicitur mortuus, si ualuisse legem præstare, aut plus efficere quam in illa præceptum fuerit.

Respondeo non esse superbia opus plus seruare, quã præceptum est, ut fecit Apollolus, & scribit 1. Cor. 7. nam continentiam seruabat, quã tamen Dominus non præcepit, sed nobis consilium, ut patet sibi ait enim, *Dico autem non iungite, & uidetis: bonum est illis si sic permanserint sicut & ego.* sicut ergo Apollolus non contraxit superbiam uilam, seruando consilia supra præcepta, sic nec ceteri fideles. hæc autem obiectio Apollolum arguit, ut patet. Quando subdit nos sic Christum afficere iniuria, assumptũ est inane. Ad illud quod frustra dicitur mortuus, nihil ad propositũ, unde quæstio sequitur hoc. Mors Christi Dñi, non est ad dandã nobis potestatem operandi simpliciter; nam etiã multi pagani seruant præcepta Decalogi inò etiam continentia, ut patet de Turcis illis, qui dicuntur Deuis, & alijs nationibus infidelibus, & tamẽ gratia Christi sunt expertes, nec meritorie operantur. Sed datur ad meritorie operandum, & sicut oportet, & etiam ad facilis operandum; quia amant suauẽ est legem implere gratia igitur quã habemus per passionem Christi, præter multa alia beneficia, quæ generi humano cõtulit passio Saluatoris, prodest nõ ad operandũ simpliciter, sed ad meritorie operandum. si autem diceremus aliquem meritorie operari posse, & consilia adimplere absque gratia, quæ est per Christũ Iesum; tũc illi fieret iniuria, at ne c talia cogitamus. Itaque Sectarij præstare ueritatem potius addiscere quã illam impugnare.

Decima sexta Obiectio. Nolle Deum plus amare si plus possis, grauissimum peccatum est; ergo nihil potes superaddere, quod nõ debeas. Probat antec. Primò, quia negat Deum esse summum bonum, qui non uult cum amare quantum potest. Secundò quia abutitur Dei dono, qui potest plus diligere, & non uult; nam posse plus diligere, sine dubio Dei donum est. Nam qui talentum abscondit punitur à Deo. Matth. 25. & peccatum est ingrãtitudinis nolle facere quod potes pro eo, cui non potes referre paria.

Respondeo, Sectarios hac obiectio optima nobis præbere occasionẽ eos docẽ di uide oĩatur, quod multi homines relicto seculo Religionẽ proficentur, & in

Omnia opera nostra bona in ordine ad diuina beneficia sunt debita, in ordine ad voluntatem Dei sic, & tãtẽ nos obligantem sunt merita, quibus debetur merces.

Apollolus omnes uirtutes proponit sed omnibus locũ tribuit, & relinquit.

Si autem gratia quæ est per Christum Iesum, nõ potest præceptis, uel consilia impleri, sicut oportet.

& in Monasterijs habitant. Discite igitur, & capite legem Domini. Plura sunt consilia in Euangelio, v. g. paupertas, continentia, obedientia, &c. cognoscit, exempli gratia, Franciscus se posse amare Deum, vehementer, & proponit se velle Deum maximè diligere; sed quia vult uxorem ducere, consequenter diuisus erit, vt monet Apostolus 1. Cor. 7. *Qui autem cum uxore est sollicitus est qua sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Qui sine uxore est, sollicitus est qua Dominus sunt, quomodo placeat Deo.* Similiter quia diuitie huius mundi sunt spinæ, vt Dominus dixit, Lucæ 8. quia non vult renunciare, omnibus quæ possidet, non erit absque sollicitudinibus huius sæculi, & consequenter amor illius non erit erga Deum vehemens, cum sit diuisus. Si igitur vehementem dilectionem erga Deum conseruare, vel acquirere voluerit debet externarum rerum renunciare dominio, & continentiam Sectari: & quia in sæculo hoc est valde difficile, ne dicam impossibile; hinc sequitur quod simul cum alijs eiusdem voluntatis congregatur in Monasterio sub obedientia Prælati, & ibi medijs his consilij manens in terra dicit cum Apostolo ad Philipp. 3. *nostra autem conuersatio in calis est;* Et ad hoc vt verè sit in statu perfectionis, talia consilia, ex vi voti quod emitit, vt præcepta assumit, sunt autem fideles multi qui Religiosi esse possunt, & tamen in sæculo manent uxorem ducentes, & prædia multa possidentes, nec hoc est illis à lege prohibitum, sed cessabunt à vehementi amore erga Deum, quem primò habere potuerunt, vel saltem impedimentum per coniugium apponit, ne anima in dilectione Dei in dies proficiat; tunc isti licet potuissent Deum plus amare, tamen non peccauerunt, sumendo alium statum inferioris amoris, ratio est, o Sectarij: quia peccatum est transgressio præcepti. Deus autem hoc nõ præcepit, sed nobis consuluit, ideoque nulla est culpa in eligendo statu ad quem sequitur minor dilectio erga Deum. Falsa est igitur illa propositio. Nolle Deum plus amare, si plus possis, grauissimum peccatum est. Qui autem talentum recipit à Deo, & efficacem Spiritus sancti impulsu adhuc statum Regularem amplectendum, quem sequitur maior dilectio erga Deum; peccat aliquomodo si renuat; Sed non sequitur quod quisque ad id teneatur: quia hæc sunt consilia in Euangelio, & non præcepta.

Decima septima Obiectio. Iob 36. legitur, Reges in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur & si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis. hic paupertas vt damnosum, & vitiosum vinculum describitur; ergo nõ potest esse consilium perfectionis in Euangelio.

Respondeo paupertatem ibi minimè describi vt vinculum vitiosum, vt patet ex textu; sed tantum vt quid pœnosum, & incommodum laicis, & secularibus, quibus mendicitas & paupertas incongruit; Sed non sit sermo de his qui separantur ab vxoribus, filijs, & parentibus, qui sunt causa vt paupertas reddatur incommoda & damnosa, & statum Regularem, seu Religiosum assumunt. itaque nullius momenti est illa sequela; ergo nõ potest esse consilium perfectionis in Euangelio.

Decima octaua Obiectio Psal. 30. *Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt;* Si paupertas tollit hominis virtutem; ergo non est assumenda vt consilium perfectionis.

Respondeo quod sumpta etiam paupertate in-

presenti iuxta placitum Sectariorum, obiectio nihil contra nos concludit, quia Dauid erat laicus, & non Regularis & Religiosus; qui status in veteri testamento non fuit nisi imperfectus, & veluti figuratus, & adumbratus: cum enim Dauid fugit à facie Sauli Regis qui quærebat animam eius, tunc vt legitur 1. Reg. in multas incidit calamitates, & miseria: quod autem paupertas infirmet hominum laicorum virtutem corporalem, cum prouidere teneatur necessitatibus totius propriæ familiæ, concedimus: sed falsum est, non posse assumi vt consilium perfectionis ab his qui continentiam tenent, vt supra dictum est.

Decima nona Obiectio Apoc. 3. *Nasci quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* hic paupertas connumeratur inter damna, & miseria pœnæ; ergo non est laudabile illam assumere, nec esse poterit consilium in Euangelio.

Respondeo quod si Sectarij placuerit legere, textum Scripturæ citatæ; cognoscent non de paupertate bonorum temporalium Ioannem loquutum fuisse, sed de paupertate donorum spiritualium, puta, gratiæ, & iustitiæ inherenti; Vnde sequela illa est ineptissima, & quod ita sit, patet, quia sequitur, *Suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum vt lectopiles fiat, & vestimentum albu induari, & non appareat confusio iudicatis tua, & collyrio unge oculos tuos, vt videas.* qui autem pauper est, non potest emere aurum. loquitur ergo de auro ignito, & probato charitatis Dei, & proximi, & de iustitia operum. inungant itaque etiam Sectarij oculos suos collyrio, & cognoscent suas ineptias quas obijciunt.

Contra secundam partem Conclusionis sunt obiectio Pelagianorum. Prima est Matth. 19. Dominus ait. *Facile est Camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in Regnum celorum;* illud est impossibile, ergo & hoc; ergo paupertas est necessaria ad salutem.

Respondeo Christum Dominum loqui de diuitibus, qui magis diuitias, quam Regnum celorum, seu æternam beatitudinem diligunt, & non de diuitibus simpliciter: nam multi diuites leguntur, vt Reges, Regine, & Imperatores qui sanctam duxerunt vitam: & Saluatorem de illis loquutum fuisse patet ex hoc quod adolescenti illi proposuerat sequelam sui, seu discipulatum, qui tamen Christum spernit, magis diligendo diuitias; ergo tali orta occasione, de illis diuitibus deinde immediatè loquutus est, qui spernentes mandata Dei, & opera misericordiæ, inordinate diligunt diuitias, non sequitur igitur, paupertatem esse necessariam simpliciter ad salutem, sed tantum diuites nõ debere plus amare diuitias, quam mandatorum Dei obseruantiam. vnde sensus verborum Christi Domini est. Sicut iste dimittit meam sequelam, vt teneat sua prædia; sic quia vt plurimum diuites magis amant diuitias quam legem misericordiæ & elemosinæ implere, difficile saluabuntur. difficultatem igitur innuit, quam per Spiritus sancti gratiã Deus amouere potest, vt ipse subdit dicēs. *apud homines hoc impossibile est apud Deum autem omnia possibile sunt.*

Secunda Obiectio. Lucæ 14. *Nisi quis renūciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* ergo paupertas est necessaria ad salutem: erit igitur præceptum, & non consilium.

Respondeo, non omnes Christianos seu fideles esse in gradu discipulatus Christi, sed tantum eos qui

Docentur Sectarij cur Religiosi simul ad monasteria habitanda adducantur.

Paupertas laici vxoris incongruit, Regularibus congruit.

Paupertas non describitur vitiosa, sed incommoda & pœnosa.

qui vltra præcepta, etiam consilia sectantur; vt optimè discurret S. Bonau. in Apologia pauperum; idcoque qui vult esse in Itatu perfectionis debet renu-
ciare omnibus quæ possidet. iuxta dictum Saluatoris præcitatam. *Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*; qui autem vult simpliciter Christianus esse, seruet mandata, nec ei sunt necessaria Euangelica consilia; ideo non sequitur paupertatem esse necessariam ad salutem, quia verba illa dicuntur his, qui perfectionem discipulatus Christi desiderant, & non omnibus Christianis.

Sed obijciat aliquis si res ita se habet, sequeretur Prælatos Ecclesiæ qui multa bona suorum prætorum iure hæreditario possident, non esse in hoc gradu discipulatus Christi, quod videtur illis derogare, cum esse debeant in altiori gradu perfectionis Euangelicæ.

Respondeo quod si Episcopi, & Prælati Ecclesiæ primo fuerunt Regulares, absque dubio sunt in præfato statu perfectionis Euangelicæ quem in Religione vouerunt. quod autem postea multa bona possideant; non officit præfato statui perfectionis. ratio est quia non obtinuerunt dominium iure prætorum, sed tantum ministerium dispensationis, primo pro se, & suis familiaribus, prout ad decorè gradus quæ obtinent spectat; Secundo pro vtilibus Ecclesiarum, & tertio pro pauperibus. Supponitur etiam talem Prælaturam in Religione reliquisse affectum erga temporalia bona, hoc autem sufficit: quia in huiusmodi negotio plus pensatur affectus, quam census; nec dominium obtinent, quod voto paupertatis opponitur. In Prælatibus igitur Regularibus salua res est; quia cum rerum Ecclesiæ possessione, gradum perfectionis Euangelicæ obtinent; & post statum perfectionis acquirendæ eliguntur & vocantur ad statum perfectionis exercendæ. Hinc institutum Monachorum dici debet Seminarium Episcoporum, & Ecclesiæ Doctorum. Pro Prælatibus autem qui assumpti fuerunt ad Episcopatus honorem extrâ Regulares ordines; dico quod cum etiam de facto perfectio Christiana extrâ Regulares reperiatur licet non status illius perfectionis, qui ex voto tantum oritur: illi assumuntur qui talem perfectionem exercent extrâ monasteria absque emissionem voti, quæ ratione non omnes Clerici sæculares ad dignitates Ecclesiæ vocantur; sed illi, quorum vita, & doctrina probata est, non tantum à peccatis & scandalis immunis, sed in actibus Christianæ perfectionis versata. potest enim quis multa temporalia bona possidere, & paupertatem spiritus & affectus erga diuitias possidere: Vndè Bernardus Serm. de bonis desiderandis ait. *plus enim concupiscentia mundi, quam substantia nocet: & hac fugiendarum causa deuotiarum præcipua est, quod aut vix, aut nunquam sine amore valeant possideri.* Cum igitur deatur adhuc extrâ claustra professores Euangelicæ perfectionis, poterunt etiam iure qui Regulares non sunt ad statum Prætorum assumi.

Doctrina pro his qui ad Prætorum sunt assumendi.

ex voto vt præcepta assumit: antequam de illis disputationem aggrediamur, sicut primò discussimus an dentur consilia in Euangelio, quæ à præceptis differant; sic in præfati inuestigandum est, an liceat Christianis vouere. Quibus affirmatiuè resolutis, ac firmatis, necessariò dicendum erit, Regulares in Ecclesia Catholica iure optimo esse debere. est autem votum propositum deliberatum de bono meliori, quo quis se Deo obligat ad aliquid faciendum, vel non faciendum. Et potestas vouendi fundatur primò in libero arbitrio; secundò in consilijs legis Euangelicæ: licet etiam præceptum possit esse materia voti, sed minus propriè, quatenus potest fundere nouam relationem strictioris obligationis. Nec obstat quod ex illo præcepto dilectionis, *Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* videatur Deus omnia præcepisse, quæ ad talem dilectionem ordinem dicunt, quia in Euangelio explicat, quæ sub illo mandato sunt præcepta; & quæ consilia, vt in antecedenti disputatione dictum est. sicut etiam est notandum non omne propositum aliquid in honorem Dei faciendi esse votum, quia quis potest proponere fieri Religiosus, & tamen absque peccato; etiam expleto anno probationis, ante professionis emissionem illam poterit dimittere; sed ad rationem voti requiri firmam deliberationem obligandi se Deo circa aliquid operandum, vel omittendum; dicimus. & hoc nomen voti sumi solet multoties impropriè, & significat preces, & orationes; vnde Ecclesia in Collectis ait; *vota nostra suscipe omnipotens Deus, &c.* id est preces nostras; in rigore autem tantum quod superius diximus, significat. Dictum est in definitione voti, quod sit de bono meliori: vnde colligitur ea quæ mala sunt, Deo iniuriosa, & hominibus nociua, & ea quæ sunt indifferentia, scilicet nec mala, nec bona, vt ire ad piscandum, non esse materiam voti, quia sicut Deo displicet voti inobseruantia, sic nec ei placet si promittatur opus leue, stultum, & inutile: idcirco Ecclesiastes 5. *Si quid voueris Deo ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio.*

Votum quid sit.

Votum aliquando preces significat.

Plura de voto dicenda occurrunt, sed eum onus assumpserim tantum veritatem Catholicam confirmandi, eamque à Sectarijs defendendi, eorumque falsas opiniones damnandi opus non est vt quæ plures Doctores Catholici scholastici docent, in præfati referre, & resolueri debeam v.g. quod votum sit actus virtutis Religionis, quod aliud sit votum tacitum, aliud expressum, aliud occultum, aliud publicum, aliud simplex, aliud solemne, aliud absolutum, & aliud conditionatum, an teneat si per metum factum fuerit; an seruus inuito Domino, & filius inuito patre possint vouere, & cætera huiusmodi. Sectarij enim cum de votis aliter quàm Catholica Ecclesia discurrant, has omnes disputationes, & consimiles reijcerent; nec fortasse legerent; ideoque ad ea descendam, quæ inter nos & illos sunt controversa.

Status igitur huius disputationis inter Catholicos & Sectarios talis est: Catholica Ecclesia docet materiam voti propriam esse consilia Euangelica. Sectarij autem, scilicet, Lutherus lib. de votis monasticis; Calvinus lib. 4. instit. cap. 13. Confessio Augustana art. 27. & confessio Vittemberg. cap. de votis monasticis, dicunt, votum fieri non posse nisi de rebus præceptis. Ecclesia Catholica docet vota fieri ob cultum Dei, propriam perfectionis acquisitionem, & ad

Status controversæ sit aperitur.

DISPUTATIO VI.

An liceat Christianis vouere, & qua sit materia voti.

CVM Regularis ille sit, vt in antecedenti disputatione diximus, qui consilia Euangelica

& ad salutis propriæ maiorem progressum. Secun-
rij autem, posse fieri vota affirmant, sed non ad co-
lendum Deum, neque ad spiritualem progressum,
neque ad satisfaciendum pro peccatis, sed ad nego-
tia huius vitæ expeditius peragenda, vel ad vitanda
peccata, vel alios bonos fines. Et dat Calvinus exem-
plum de illo qui in vitium ebrietatis sæpè labitur, qui
rectè faciet si aquam se bibiturū per triduum promit-
tat, & voueat, vt putat tempore Apostolorū qual-
dam viduas vouisse continentiam, vt expeditius mu-
nere Diaconissarum fungerentur. Vnde dicunt vota
Monachorum impia esse, & nulla. Petrus Martyr
docet in testamento veteri licuisse vota huiusmodi
emittere, & seruare, non autem in testamento no-
uo, eo quod talia vota, vt ceremonialia abrogata
sunt per legem Euangelicam. Et contra Lutherum,
& Calvinum sustinet promissionem quæ fit in Bap-
tismo non esse votum. Ad veritatis autem corro-
borationem, & falsitatis confutationem, quatuor sta-
tuo conclusiones.

Prima Conclusio. licet Christianis vouere, estque
talis actus valdè laudabilis. Probatum primo per va-
ticinium Isaiæ cap. 19. vbi sic ait. *Ei cognoscetur Do-
minus ab Aegypto, & cognoscet Aegyptij Domi-
num in die illa, & colent eum in hostijs, & in muneri-
bus: & vota vouebunt Domino, & soluent.* patet au-
tem ex textu Prophetam de Christianis in spiritu lo-
quutum fuisse. Nam Aegyptus nunquam legem Do-
mini recepit, nisi Euangelicam: & eo tempore, in-
quit Propheta: quod vota vouebunt Domino, &
soluentur modo autem loquendi, vt seruis mani-
festum est, constat ex præfata Scriptura, talem actum
vouendi esse laudabilem.

Secundò probatur ex facto. Beatissima Virgo
Maria Lucæ 1. Angelo ei nuncianti Incarnationis
mylterium, respondit. Quomodo fiet istud, quo-
niam virum non cognosco? certissimè constat ex
prædicta negatione coniunctionis viti, illam vouisse
Deo virginitatem, vt Patres communiter exponunt;
ratio est, quia si aliter esset, nulla esset ratio dubitan-
di, & sine occasione quaesisset quomodo fiet istud,
quia Angelus potuisset respondere, cum virum ha-
beas, si olim illum non cognouisti, in futurum se-
cundum legem coniugij illum cognosces, & paries
filium Dei: at quia virginitatem Deo vouerat, idè
dixit quomodo hoc fiet, quia virum non cognosco,
idè cognoscere non possum, nec debeo; ergo vo-
tum virginitatis emiserat: nihil certius.

Tertiò probatur ex 1. Tim. 5. vbi Apostolus ait.
*Adolescentesce rotas domus; cum enim luxuriata
fuerint, in Christo habere volunt, habentes damnatio-
nem: quia primam fidem irritam fecerunt.* quid est
autem primam fidem irritam fecerunt, nisi quod vo-
tum quod emiserant de castitate seruanda violauerat,
eo quod post votum emissum nupserant? sic opti-
mè exponit Concilium Carthaginense quartum
cap. vltimo. Et Concilium Tolosanum quartum
cap. 55.

Quartò probatur ex Psalm. 79. in quo legitur sic.
*Venite, & reddite Domino Deus vestro omnes qui in
votum eius offeritis munera.* hoc autem non tantum
Iudæis dictum esse asserendum est, sed etiam Chris-
tianis, eo quod Dauid sic ut de Synagoga loqueba-
tur, sic etiam in Spiritu de Ecclesia Christi: qua-
propter Patres sic communiter intelligunt, vt quisq;
videre poterit.

Quintò probatur. Ecclesiastes cap. 5. ait. *Si quid*

*vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet ei infidelis
& stulta promissio, sed quodcumque voueris redde, mul-
toque melius est non vouere, quam post votum promiss-
sa non reddere.* Et Baruch. cap. 6. de idolis ait. *Neque
si quid mali patiantur ab aliquo, neque si quid boni po-
terunt retribuere, neque Regem constituere possunt, ne-
que auferre; Similiter neque dare diuitias possunt, neque
malum retribuere. Si quis illis votum vouerit, & non
reddiderit, neque hoc requirunt.* Harum autem Scrip-
turarum doctrinam esse tantum pro Synagoga, &
non pro Ecclesia, non est dicendum: cum, & cæte-
ra quæ ibi docentur, pro nobis etiam sint, cur non
etiam ista, cum sit doctrina morum, quæ semper
manet?

Sextò probatur testimonio antiquo Concilij Ni-
cæni. fit enim mentio de voto castitatis, quæ à clero
seruari debet in Canone 3. & Act. 6. Concilij Chal-
ced. fit mentio Monachorum, qui Episcopo subesse
debent. constat autem Monachos à principio vota
castitatis, paupertatis, & obedientiæ emisisse. & Act.
15. Canone 16. habetur quod Virgini quæ se Do-
mino Deo consecrauit, similiter & Monachis non
licet nuptialia iura contrahere: & quod si hoc inuen-
ti fuerint perpetrantes, excommunicari debent; er-
go antiqua Dei Ecclesia hanc tenuit doctrinam.

Septimò probatur Sanctorum Patrum testimo-
nio. Aug. tom. 3. Epist. 45. ait. *Sed quia iam vouisti,
iam te adstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Prius
quam esses votuens liberum fuis, quo esses inferior,
quamuis nō sit gratulanda libertas qua fit ut non debeatur,
quod cum lucro reddatur. Nunc vero quia tenetur
apud Deum sponsio tua, non te ad magnam iustitiam
inuito, sed à magna iniquitate deterrea. Non enim talis
eris si non feceris quod vouisti, qualis mansisses, si nihil
tale vouisses. minor enim tunc esses, non peior: modo
autem tanto, quod absit, inferior, si fidem Deo fre-
geris, quanto beator si persolueris; nec ideo te vouisse
peniteas, imò gaude iam tibi sic non licere quod cum tuo
detrimento licuisset. aggruere naque intrepidus, &
dicta imple factus, ipse ad iuuabatur qui vota tua expetii.
felix est necessitas qua in meliora compellit.*

Chrylottom. to. 4. Sermon. de fide, spe, & charitate,
inquit. *Nam si inter homines pacta semper seruantur,
& quidquid inter socios aliquando placuerit inconcussa
fides firmitate tenetur; nō sit violata fides reus, qui
autem placitum soluerit, aut pactum ruperit, aut
societatem conuentum perfida calliditate mutauerit;
quanto remanens firmiterque seruandum est quod cum
Deo contrahitur, quod cum Christo iuratur, quod in
sponsionum promissorum celestium copulatur? Homines enim
inter se nonnunquam aut falluntur, aut fallunt. Deus
autem ab homine falli non poterit. quidquid promiseris,
exigis: quicquid voueris, inquis: adeo ut cum iudicij
veneris dies, & singulorum pacta, vel sponsa recitari
iubentur. Domino cæperis, aut seruata fides primum.
aut violata supplicium inbuetur, ut enim ipse fidelis
est reddendo, ita fidelem exigis de promisso.*

Ambrosius in Comm. Lucæ lib. 9. cap. vltim. tom. 3.
inquit. *Quam grana vincula promittere Deo, &
non soluere, melius est inquit, non vouere, quam vo-
uere, & non reddere; maior est contractus fidei, quam
pecunie: redde promissum cum es in hoc corpore, prius
quam venias exactor, & mittat te in carcerem.*

Hieronimus super Ezech. cap. 46. to. 4. inquit. *Quic-
que aliquid vouerit, & nō implerit, voti reus est.
Vnde, & de viduis dicitur. Cum luxuriata fuerint,
in Christo habere volunt, habent damnationem,
quia*

Opiniones Secta-
riorum.

Vouere laudabile
est.

Ratio quæ offen-
dit B. M. V. Deo
virginitatem vo-
uente.

Testimonium so-
lemne antiquæ
Ecclesiæ.

Testimonium ve-
terum SS. Patrum

quia primam fidem irritam fecerunt. melius est enim non promittere, quam promittere, & non facere.

Gregorius lib. 1. Epistolar. Epist. 33. ait. Ananias pecunias Deo vouerat, quas post diabolica uictus persuasione subtraxit, sed qua morte mulctatus est, iicit: Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos, quos dederat nummos Deo abstulit; Considera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed te ipsum Deo omnipotenti, cui te sub monachali habitu deuoueris, subtraxisti? Considera iudicium Dei quod mereatur qui semetipsum Deo uouit, continuoque mundi desiderijs irretitus mentitus est quod uouit.

Materia uoti sunt consilia Euangelica.

Secunda Conclusio. Materia uoti proprie est in consilijs Euangelij. Probatur. Præcepta Dei omnes obligant, nec licet de illis affirmare quod illa non seruari, nullum est peccatum. Sed de uoto, Scriptura sacra testatur, quod si nõ fiat, nulla est culpa, ergo quæ uouetur nõ sunt de præcepto, sed de consilio, seu consilia. Maior patet. Minor probatur. Deut. 23. Si uotum uoueris, non tardabis reddere; quia requirit illud Dominus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, si nolueris polliceri, absque peccato eris. Ecclesiast. cap. 5. Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio; sed quodcumque uoueris redde; multoque melius est non uouere, quam post uotum promissa non reddere. Matth. 19. Sunt Eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter Regnum calorum, qui potest capere capiat, 1. Cor. 7. De Virginitate præceptum Domini non habeo, consilium autem do, & infra. Qui nubis bene facit, qui non nubis melius facit. Et: quod uult faciat, non peccat si nubat. Et: Dico autem non nuptus, & uiduus: bonum est illis si sic permaneant sicut, & ego. Act. 5. Ananias, & Saphira fraudauerunt de pretio agri, quod uouerant; quibus Petrus ait. Nonne manens tibi manebas, & ut uendatam in tua erat potestate? Matth. 19. Magister bone quid boni faciam ut habeam uitam æternam? Qui dixit ei. Si autem uis ad uitam ingredi, serua mandata. Dicit illi, quæ? Iesus autem dixit. Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum, & matrem tuam, & diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiuimus a iuuetute mea, quid adhuc mihi deest? At illi Iesus. Si uis perfectus esse, uade, uende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cælo, & ueni sequere me. Et ibidem. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? &c. ergo quæ uouentur non obligant antequam uocentur, seu quæ uouentur nõ sunt præcepta, sed consilia.

Secundò probatur experientia. nam quæcumque uota fiunt, ea sunt super illa quæ sunt de consilio, nec sunt necessaria necessitate salutis seu necessitate simpliciter tenem inter Catholicos uouetur castitas, paupertas, obedientia, & cætera huiusmodi, quæ ut constat in Euangelio, non sunt de præcepto.

Et confirmatur Conclusio per Patrum autoritates superius citatas in præcedenti conclusione.

Uota cur sunt.

Tertia Conclusio. Uota optimè fiunt ad maiorem Dei cultum, & ad maiorem progressum spiritualem. Probatur ex 1. Cor. 7. Qui sine uxore est sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Et mulier in nupta, & uirgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritum quæ autem nupta est, cogitat quæ

sunt mundi, quomodo placeat uiro. porro hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. Et infra. Beatorum autem eris si sic permanseris secundum meum consilium? patet igitur uotum castitatis, vel uirginitatis ad maiorem Dei cultum esse, & etiam ad maiorem progressum spiritualem. Et confirmatur ex illo Matth. 19. Sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter Regnum calorum, patet ex ly propter Regnum cælorum, Christum docere ex obseruantia & uoto huius consilij oriri maius bonum spirituale.

Et hoc idem apertè colligitur ex Isaiã cap. 56. Es non dicat Eunuchus, Ecce ego lignum aridum: quia hæc dicit Dominus Eunuchis: qui custodierint sabbata mea & elegerint quæ ego uolui & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. Constat Dominum non loqui de Eunuchis naturalibus, nec de artificiosis: nam non apparet ratio cur similia non dicta sint pro cæcis, & claudis, & similibus, eo magis quia in prædictis non apparet maior ratio meriti: loquitur ergo de uoluntarijs, de quibus Dominus Matth. 19. inquit. Es sunt Eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter Regnum calorum. illis igitur promittitur maius præmium; ergo uotum necessariò præferret maiorem Dei cultum, & meliorem spiritualem progressum.

Secundò probatur de uoto paupertatis quod Apostoli tenuerunt, ut docet Augustinus lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 4. tom. 5. ubi ait. Dixerunt potentes illi, Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te. Hoc uotum potentissimi uouerant. sed unde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continuo dictum est; dans uotum uouenti. Loquutus fuerat Dominus Matth. 19. cum quodam adolescente, ut superius diximus, illicque dixerat, Si uis perfectus esse, uade, uende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cælo, & ueni sequere me. Quapropter Apostoli dixerunt, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico uobis, quod uos qui sequuti estis me in regeneratione, cum sederis filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribum Israel; Es omnia qui reliqueris domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter nomen meum, censusplum accipiet, & uitam æternam possidebit; Ex his apertè colligitur utrumque, quod in conclusione est positum, scilicet maior Dei cultus quia dicit; propter nomen meum. Es sequuti estis me. Et etiam maior progressus spiritualis, & maius præmium, ut patet ex promissionibus, quia dicit, sedebitis, iudicantes, &c.

Apostoli uouentes paupertatem,

Patet etiam maior progressus spiritualis Marci 10 ubi legitur. Quam difficile quæ pecunias habent intrabunt in Regnum calorum; ergo qui emittunt uotum paupertatis faciliè intrabunt. Similiter constat ex parabola Christi Domini Matth. 13. de semine, & spinis; quam parabolam Dominus declarans inquit. Qui autem seminatum est in spinis, hic est qui uerbum audit, & sollicitudo sæculi istius, & fallacia diuitiarum suffocant uerbum, & sine fructu efficitur; ergoposito uoto paupertatis, tolluntur spinæ & sollicitudines, & sic oritur maior spiritualis progressus: res est manifestata.

Aperitur uillitates quæ ex uoto habentur.

Tertiò probatur de uoto obedientiæ. & primo Hieremias 35. ubi laudantur, & à Deo præmijs afficiuntur.

ficiantur filij Ionadab, qui patri suo obedientiam præstiterunt in his, quæ non debebant, præcipue in ætate adulta, scilicet circa mandatum ne vinum biberent, nec sererent agros, nec haberent domos. Secundò de supererogatione obedientiæ filij Dei, qui factus est obediens vique ad mortem. Vnde præcipuum præmium illius sacratissimæ Humanitatis ortum duxit, de quo Paulus ad Philipp. 2. ait. *Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Quapropter Bernard. Serm. de bonis deferendis, inquit. *Et ipsum nomen Iesu quod est super omne nomen, & in quo flectitur omne genu, Apostolo teste, obedientia remuneratio est:* Sequitur igitur à primo ad vltimum, vota optimè fieri ad maiorem Dei cultum, & ad maiorem spiritualem progressum.

Quarta Conclusio. Promissio seruandi Diuinam legem, quæ fit in Baptismo, non est propriè, sed impropriè votum. probatur. Votum, vt sacra Scriptura docet, nisi fiat, nullum est crimen. patet Deut. 23. *Si nolueris polliceri, absque peccato eris, & Act. 5. nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate?* & 1. Cor. 7. *Dico autem non nupti, & vidui, bonum est illis si sic permaneant sicut & ego. quod si non se continent, nubant, & c.* Sed promissio Diuinæ legem seruandi non est huiusmodi, nam quisque necessariò illam seruare tenetur: ergo talis promissio non est votum.

Nunc ad obiectiones aduersariorum. Omnis cultus voluntarius, id est quem Deus non præcipit, Deo placere non potest. ergo non debet fieri votum de re non præcepta ad colendum Deum, antec. probatur, nam Apost. ad Coloss. 2. ait. *Neque tetigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris, quæ sunt omnia in interitum ipso vsu secundum præcepta, & doctrinas hominum: quæ sunt rationem quidem habentia sapientia in superfluitate, & humilitate, & non ad parcendum corpori non in honore aliquo ad fastuositatem carnis.* & ad Rom. 14. ait. *quod non est ex fide, peccatum est.*

Respondeo negando totum hoc ineptissimum argumentum: nam innotuit verbis Apostoli maiè intellectis, & deprauatis: etenim Apostolus nunquam dixit cultum voluntarium Deo non placere, cum de ealtitate dixerit. 1. Cor. 7. *Nam qui stas in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens sua voluntati, & hoc iudicatis in corde suo seruare virginem suam, bene facit.* Paulus autem ad Coloss. loquitur de falsa Religione, & ceremonijs eorum qui fidem Christi non habebant: sic enim ait. *Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis sue, & non tenet caput ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei.* en quod de illis loquitur qui nõ sunt sub Christo capite; & sequitur immediate: *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tanquam uiuentes in mundo decernitis? ne tetigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris: quæ sunt omnia in interitum ipso vsu secundum præcepta & doctrinas hominum.* Hic loquitur Apostolus de institutis illorum qui extrà Christianam, & Catholicam Religionem falsas habebant institutiones, & doctrinam mendacem secundum humanam industriam. Quando inferunt, ergo nõ debet fieri votum de re non præcepta, inepte cõcludunt. Ad illud Rom. 14. *quod non est fide peccatum est.* dico quod

est his verbis quomodocumq; sumptis, nihil Sectarij colligere poterunt: nam votum est ex fide, quia de his quæ fides docet: est ex fide, quia votum non fit contra conscientiam, est ex fide, quia vouens credit votum, esse Deo gratum, vt Scripturæ superius citatæ docent. nullo modo igitur ex hac Scriptura aliquid sequitur pro illis.

Secunda Obiectio. In testamento veteri frequens est mentio votorum; in nouo nec nominatur quidè votum, nisi cū sermo est de votis Iudaicis vt Act. 21. igitur vota ad ceremonias Iudaicas pertinent.

Respondeo vtiq; in nouo testamento fieri mentionem voti, vt superius diximus, & probauimus: quapropter nõ sequitur vota ad ceremonias Iudaicorum pertinere. Nam Apost. 1. Cor. 7. persuadet, & consulit continentiam, cur ergo non poterit fidelis per firmam promissionem Deo factam illam seruare? votum enim nihil aliud præfert. & alibi legitur vt 1. Tim. 5. quemadmodum diximus.

Tertia Obiectio. Quotquot fidem Christi profiteremur, eo ipso toti sumus illi obstricti, quid igitur voto nos rursus ei tradimus? ridiculus porrò haberetur filius qui tabulis obfignatis, & testibus velle se patriæ potestati subdere. Idcirco qui vota nuncupant, aut se fateantur non esse Dei, aut intelligant quàm vouendo stultè agunt, dum quemadmodum dicitur, actum agunt. lege cauit Deus ne Israelitæ primogenita ex pecoribus sibi vouerët, nõ alia sanè ratione, nisi quod iure sibi debebantur, propterea cum nos iam Christi membra simus, & Deo omnibus modis obstricti, non minus quam primogenita antiquitus erant, non est permittendum vt voueamus.

Respondeo nos ex fidei promissione esse illi obstrictos tantum in præceptis, & non in consilijs. Vnde Apost. 1. Cor. 7. ait. *De Virginitate præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus à Domino, vt sim fidelis, & c.* & sic de cæteris consilijs Euangelicis. potest igitur fidelis ea quæ sunt de consilio assumere, vt præcepta, quod fit per voti emissionem. Vnde exemplum illud de filio qui naturaliter subditur parentibus pro nobis est; quia licet filius sit patri subditus, & illi teneatur obedire, tamen nõ in omnibus obedire debet: v.g. Si Pater præcipiat filio ne agros seminet, nec in domibus habitet, sed in tentorijs, vt præcepit Hieremiæ 35. Ionadab filijs suis, tunc filius non debet obedire parentibus, & nulla lex filium cogit ad illa seruanda: sed si aliquis ad maiore patris reuerentiam obedire voluerit, opus supererogationis operabitur, vt fecerunt filij Ionadab Rechabitz. Sic in facto. Dominus multa nobis præcepit, ad quæ seruanda non est opus vota emittere; sed aliqua consuluit, & præstendit placita esse illi, & ea possumus vt præcepta assumere ex voti emissionem. Ex quibus sequitur hanc obiectionem esse inanem, nec aliquid concludere.

Quarta Obiectio. Libertas Euangelica, in qua nos Dominus constituit, minuitur per vota, non licet igitur Christianis vouere. Antec. probatur, nam Christus libera esse voluit generam vitam, cum nec omnibus, nec omni tempore conueniant. Qui autem vouent, vnum genus vitæ necessarium sibi illud faciunt, vt iã non possint ad aliud trãsire. Item Christus nos à lege exonerare cõstituit, qui autè vouent se magis, ac magis impediunt legibus, cur nõ se liberos seruat? Si nolūt rectè agere, nisi lege adigantur, se magis ad seruitutem legis, quàm ad Regnũ graue, & fidei pertinere declarat.

Respondeo libertatem Euangelij nõ consistere in

X

pri

Promissio quæ fit in baptismo non est votum.

Scriptura noui testamenti loquitur de voto.

Filius non tenetur Patri omnibus in rebus obedire.

Apostolus hie loquitur contra heresim Simon magi.

Qua de Christi-
na libertas.

privatione votorum, & praeceptorum, sed in liberatione à servitute corruptionis, peccati, & diaboli: similiter à iugo duræ legis Moysis. Vndè Apost. ad Rom. 6. ait. *Quia enim servus es peccati, liberi fuisti iustitia; & infra. Nunc vero liberati à peccato, servus autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitæ æternam. Stipendia enim peccati, mors. & c. 8. Quia, & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertatem gloria filiorum Dei.* & ad Galat. 2. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset Gentilius, compulsus est circumcidi, sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in servitutem redegerent. nõ est igitur libertas Evangelica nõ posse vouere: quia non persuasisset castitatem, paupertatē, obedientiam, & cetera huiusmodi. Ad illud quod libera voluit esse genera vitæ. dico ea quæ proposuit vt consilia, libera esse voluisse: nam nemo cogitur ad consilia assumenda; sed si aliquis liberè vouerit illa, iustum est vt necessariò ea servare debeat, quia *Deus non iridetur.* Ad confirmat. quod Christus nos à lege exonerare constituit: dico nos à lege Moysis exonerasse, quæ habebat 613. praecepta, sed non à consilijs perfectionis quæ voueri possunt, vt ipse præostendit, & docuit. hoc discant Sectarij.

Quinta Obiectio. Qui vouet iniuriam Deo facit, nam in primis repugnat illi faciens necessaria quæ ille voluit esse libera. Deinde arguit Deum insipientiæ, vel inuidiæ; nam voto se obligat ad vnum genus vitæ, vt eo modo perfectior euadat: quasi Deus, qui eum ad illud vitæ genus nõ obligauit, aut non sciuerit ei tam bene sibi prospicere, vt ipse prospexit, aut certè inuiderit illi istam maiorem perfectionem.

Resp. huic fabulationi, nimis insipidum esse asserere quod qui vouet Deo, facit illi iniuriã, eo quod faciat necessaria quæ ille voluit esse libera: etenim Dñs ita fecit cõsilia libera, vt ex sua benignitate nõ sint necessaria simpliciter ad salutē: tamen persuasit illorum obseruantiam, vt superius dictum est; nõ dixit, *qui potest capere capias.* Matth. 19. & manus præmiũ propõdit, dicens. *Vos qui reliquistis omnia, sedebitis super sedes duodecim iudicantes.* & c. & sequitur. *Es omni qui reliqueris domum, vel fratres, aut sorores, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* & 1. Cor. 7. *Beatio autem eris si sic permanseris.* quicunq; igitur, quæ ille persuadet, vt tibi placita, firmiter amplectitur, voluntati illius consentit, & iuxta illius voluntatē laudabiliter operatur. Vndè magnũ præmium iure est illi debitũ: & ex hac doctrina ruit omnis fabella quæ consequitur, scilicet, quod Deus arguatur vt insipiens, vel inuidus, quæ potius est puerilis ineptia, quàm hominis discursus.

Sexta Obiectio. Et prima contra secundam Concl. Aut ille qui vouet est pauper cõditione, aut diues. Si pauper est, nihil habet quod possit vouere se relicurũ, vel daturũ, sed debet ferre patienter crucē sibi à Dño impositã, quam si præterea vouet, idem facit ac si in morbo voueret se ægrotaturum, qui est furor, & nõ pietas. Si autem diues est, aut vouet ponere omnia in cõmuni, aut dare omnia pauperibus propter maius meritũ, & viuere deinceps ex eleemosynis, si primũ, nihil aliud agit, quàm prouidere sibi de certiore & copiosiore victu, quod est fugere nõ amare paupertatē, si secundũ, peccat contra fidem, & charitatem; contra fidē, quia vnusest mediator Dei, & hominũ, qui nobis omnia meruit: cui facit iniuriã qui suis proprijs operibus mereri se arbitrat. Cõtra charitatem autem,

quia charitas præcipit ne sine necessitate molesti simus proximo nostro mendicatione.

Respondeo hunc discursum esse potius Paganorũ, & Turcarum, quam eorum qui Euangelio credere, profitentur, & hinc colligo Sectarios per hæreses Paganis esse valdè propinquos: nam cũ dicit, si pauper est, nihil habet quod possit vouere, ostendit se nunquam legisse Euangelium, in quo habetur Apostolorum plurimos pauperes fuisse, & cibos manu, & arte acquisiuisse. Et tamen dixerunt Domino. *Ecce nos reliquimus omnia, & sequimur te.* Quapropter Hieron. ait. lib. 3. in Matth. *Grandis fiducia, Petrus piscator eras, diues non fueras, cibos manu, & arte quarebat, & tamen loquitur confidenter, reliquimus omnia.* & Gregor. Hom. 5. in Euangelia, inquit. *Sed fortasse aliquis taciti secum cogitationibus dicat. Ad vocem Domnicam uterque iste piscator quid, aut quantum dimisit, qui penè nihil habuit? Sed in hac re fratres charissim, affectum debemus potius pensare, quam centum: multum reliquit qui quantumlibet parum, totum deseruit. Certè nos & habita cum amore possidemus; & ea qua minime habemus, ex desiderio quarimus. multum ergo Petrus, & Andreas dimisit, quando uterque etiam desideria habendi dereliquit.* Itaque qui temporalia bona non possidet, voluntatem acquirendi rerum temporalium dominium relinquit, & vouet. Vndè nihil valet exemplum illud de ægroto. Ad illud quod ponere in communi est prouidere sibi de certiore, & copiosiore victu, dico non ea ratione fieri votum & rem in commune poni, sed ad abdicandum à se dominũ quod rerum suarũ habebat, ne ad malum finē vtatur pecunia; Paupertas autē opponitur dominio rerum. Ad illud quod omnia vèdere, & pauperibus distribuere, & postea ex mendicatione viuere, est contra fidē, & charitatē. dico huiusmodi sermonē blasphemũ esse, quia est contra doctr. Christi Domini in Euang. Nam Matth. 19. dixit, *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia qua habes, & da pauperibus, peto nunc, si adolescens ille Christi voluntatē exequutus esset, quomodo postea viuere debuisset nisi ex mendicatione? Nam Christus nullos habuit prouentus, nec possessiones, nec prædia; sed vivebat ex his quæ offerebantur. Vndè lo. de Iuda proditore c. 12. inquit. *Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea qua miserebantur portabat.* Ad illud quod est contra fidē, quia nos nõ possumus operibus nostris mereri; salissimũ est: nam Christus Dominus Matth. 19. dixit ad propositum. *Vos qui reliquistis omnia, & sequimini me, sedebitis super sedes duodecim, & c. & deinde. Es omni qui reliqueris domum, & c. aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Vndè Bern. super hæc verba inquit. *Serm. de bonis deserendis. Hac sunt verba, qua contemptum mundi in universo mundo, & voluntariam persuasere hominibus paupertatem. Hac sunt qua Monachi claustris replent, deserta Anachoretũ. Hac inquam sunt verba qua Aegyptum spoliant, & optima quaquecumq; vasa diripiunt. de necessitate autē operũ nostrorũ suo loco discarremus in presenti autē sufficiat locus ille Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata;* & explicat mandata bonorum operũ, vt de curandis infirmis, vt patet in illa parabola quæ ibi legitur. Ad illud quod charitas præcipit ne simus proximo molesti, absq; necessitate, cõcedo: sed mendicatio ad honorē Dei nõ avertit molestia proximo, sed occasionē merendi, & voluntatem Dei exequedi, qui Luc. c. 6. dixit, *dato, & dabitur vobis, & c. 11***

Pauper vouet se
nolle habere rerũ
dominium, non
earum quas possi-
det sed qua pos-
sidere potest.

Consilia non sũt
simpliciter neces-
saria ad salutem
antequam vouer-
tur.

Verum—

Verum tamen quod superest date elemosynam & ecce omnia munda sunt vobis.

Septima Obiectio. Scriptura iubet vt omnibus hominibus obediamus. Philipp. 2. *superiores inuicem arbitantes;* & 1. Petri 2. *Subiecti estote omni humana Creatura propter Deum;* igitur obligare se ad obediendum vni solo Proposito, contra Scripturam est. idem enim est ac si quis ita voueret: Deus voueo tibi nolle me secundum Euangelium tuum omnibus subijci, sed tantum vni maiori.

Respondeo huic obiectio nullius momenti, cum Cardinali Bellarmin. lib. 2. de Monachis cap. 2. Apostolum non docere omnibus obediendum esse tanquam Principibus, hoc enim impossibile esset, & negotium valde confusum, quia sic omnes essent domini & Principes, vbi subditi? Sed commendat tantum humilitatem, vt alter alterum se meliorem ac sanctiorem putet, vt ipse Apostolus dicit. *Sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitantes.* Et Petrus per humanam Creaturam intelligit omnem hominem potestate imperandi præditum, idcirco subdit. *Sive Regis tanquam præcellentis, sive ducibus tanquam ab eo missis.* assumptum itaque talis munus est, & consequenter omnes illæ sequelæ sunt ineptæ.

Octaua Obiectio. Verat Beatus Paulus 1. Cor. 7. ne Christiani seruos se faciant, cum ait. *Prelio empti estis nolite fieri serui hominum;* ergo non licet votum obedientiæ tacere; quid enim hoc est aliud quam sponte sua se in seruitutem Abbatibus tradere?

Respondeo Apostolum ibi apertissime loqui de seruitute Mercenarij, quæ vt plurimum tollit ab homine libertatem Deo famulandi; cum erga Dominum suum seruus semper occupatus maneat; & non loqui de virtute obediens, quæ homini propter Deum, & in ordine ad salutem promittitur; hoc namque modo quidquid operatur Religiosus; vt Deo obediens operatur, quia quidquid in Religione fit, & operatur, Deum, & salutem æternam vt finem proprium respicit: quæ autem seruus mercenarius operatur, mercedem quam à suo Domino recipit vt immediatam finem respicit; itaque nihil obiectio concludit. Sed miror Sectariorum ingenium in præcedenti obiectio probabant omnes esse debere, seruos, & in præsentem seruitutem omnibus repugnare, quid tibi videtur Amice Lector de huiusmodi fabulationibus? sed sufficit illis in veritatem impellere: quidquid dicant, non curant.

Nona obiectio. Opera bona non ex necessitate, quam secum afferunt vota, sed voluntariè ac liberè sunt facienda: id enim melius est, & laudabilius, & Deo acceptius, quia magis voluntarium, & liberum, ac proinde minus necessarium. vnde Psalm. 53. *voluntariè sacrificabo tibi.* 1. Cor. 7. *Non ut laqueum vobis iniiciam;* id est hortor ad continentiam, sed non ad votum. 2. Cor. 9. *Vnusquisque prout destinauit in corde suo. non ex tristitia, aut necessitate. Hilaritatem enim datorem diligit Deus.* Et ad Philimonem, *ne velut ex necessitate bonum tuum fit, sed voluntarium.* Vnde Hieronymus lib. in Louinagum ante medium ait. *Es ideo plura amat Virgines Christus quia sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum: maiorque gratia est offerre quod non debent, quam reddere quod exipari.* & S. Prosper. lib. 2. de vita contemplatiua cap. 1. inquit. *sc. abstinet, vel remouere debemus; ut non nos necessitate ieiunandi subdamus, non iam non deuon, sed iustitiam voluntariam faciamus.*

Hæc obiectio ad duo capita reducitur. primum

est in verbis Scripturarum præcitatarum. Secundum est in ratione, quia quod liberè fit, melius est, & ex utroque capite nihil Sectarios concludere ostendam. ad primū: voluntariè sacrificabo tibi, id est ex animo, & libenter, & non inuitè, qui autem votum fecit, ita debet votum adimplere, vt palmista docet; nihil ergo ex hac Scriptura capiunt aduersarij. Ad secundum locum. *Non ut laqueum vobis iniiciam,* id est hortor ad continentiam, & non ad votum; & vidè elicit hanc gloriam, & explicationem ineptissimam? Apostolus enim primò persuadet continentiam; & dicit. *Qui autem cum uxore est, sollicitus est qua sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est, & mulier inuupta, & virgo cogitat qua Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu. qua autem nupta est cogitat qua sunt mundi quomodo placeat viro; & deinde immediate subiit. Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est; quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi.* Id est non cogo vt hanc virtutem inuitè accipiatis, & talem statim assumatis, qui deinde sit vobis in laqueū; si quæ promittitis & vouetis, deinde seruare non possitis; sed primo cognoscite an sitis idonei seruare promissum. Vnde retorqueo argumentum contra illos: Apostolus monet vt examinent an talem virtutem seruare valeant, antequam illam seruandam assumant; ergo supponit per votum, & firmam promissionem illam esse assumendam, itaut si deinde non seruetur, sit illi in laqueum; Apostolus igitur vult, & docet per votum, & firmum promissum esse continentiam assumendam. Ad tertium locum dico, quod nihil ad rem: nam docet votum, & promissionem, & debitum esse hilariter, & ex animo exequendū. dicit enim; *hilaritè datorem diligit Deus,* ergo Apostolus tantum trinitati excludit quæ oritur solet ex promissione antecedenti: vnde inquit, *non ex necessitate,* id est non sitis tristes, quia necessariò debetis seruare vel mandata Dei, vel ea quæ vouistis, & promissistis: non prohibet autem votum. Ad quartum; ibi Apostolus ad Philemonem ait, se velle secum habere Onesimum vt sibi inuitè intraret in vinculis Euangelij, sed absque consilio, & voluntate Philemonis nolle, cum illius esset seruus; & causam subdit: *ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium,* id est vt liberè mihi hanc charitatè exhibeas, & non coactè: non prohibetur autem votum per hæc verba, quia votum voluntariè fit, & voluntariè exequitur, & exequi debet. Ad rationem, quod liberè fit, melius est. dico, votum, & illius exequutionem liberam esse, & non equam, quia nemo cogitur ad votum, post cuius emissionem exequutio necessaria est, & oritur hoc bonum quia homo totaliter se Deo ex illa parte dicauit; vnde maius obtinet meritum, vt ait Ap. 1. Cor. 7. *Beatus autem eris si sponte manseris;* aliter Deus debet etiam mandata sua in potestate nostra relinquere, vt absque culpa illa omnia retè potuissent. S. Hieron. loquitur de virginitate antequam voueatur, & pro eo tempore quo Christus Domino non est adhuc promissa per votum, & nequaquam de illa talia profert post votum, & sensus est, quod cum Deus virginitatem non præcepit, valde laudabile est illa voluntariè vt præceptum assumere. Hinc est aduersarij nihil ex Hieron. colligere. Sicut neque ex Prospero, qui tantum affirmat non debere inuitè ieiunare, quia necessariò ieiunamus ad præceptum Ecclesiæ imperantem, sed liberè, hilaritè, & spontaneè nos ieiunare debere monet.

Obiectio falso asumpto inicitur.

Seruus mercenaria dissuadetur.

Retorquetur obiectio contra arguentem, & essentia voti quam Apostolus insinuat aperitur.

Decima Obiectio. Scriptura aperte præcipit matrimonium ijs qui stimulum carnis patiuntur, hinc enim sequitur votum continentiam perpetuam temerariū esse, & proinde illicitum, cum nemo sciat quamdiu sine eiusmodi stimulis viuere queat. 1. Cor. 7. *Qui non se continent nubant, melius est enim nubere quam vni, &c. propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat.* &c. 1. Tim. 5. *Volo Iuniores nubere, matres familias esse, filios procreare.* Contra quod præceptum ij peccare videntur, qui puellis continentiam votum suadent, aut permittunt.

Respondeo non esse temerarium vouere continentiam perpetuam, sed valde iniquum sic pervertere, Scripturas, quia tales expositiones, vel ex malitia, vel ex falsa intelligentia oriuntur. nam Apostolus in præcatis locis primò docet, & persuadet continentiam; & deinde subdit, qui autem continentiam seruare nequit, & cognoscit se esse insufficientem ad hanc virtutem seruandam ducat uxorem, si est vir, si autem mulier ducat legitime virum. & ad vitandam fornicationem, & ad prolem procreandam, vt asserit 1. Tim. 5. Et enim aperte dicit. *Qui non se continent, nubant, melius est enim nubere quam vni:* ergo qui se continent non nubant, sed continentiam seruent. patet igitur sensus Apostoli ex verbis ipsis. neq; dicitur illis qui stimulum carnis tolerabilem sentiunt, quia sic Apostolus in vanum consulisset hanc virtutem, quia nullus est qui carnis stimulum non sentiat, sed sed de illis qui intolerabilem stimulum ex natura habent. Nam si nulla esset tentatio, nulla esset victoria, nec corona. Vnde Apost. 2. Tim. 2. inquit. *Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, &c. 2. Cor. 12. virtus in infirmitate perficitur.* qui igitur cognoscit se stimulos nimis urgentes à naturali propria conditione carnis sue habere, nubat. Hoc dicit Apostolus; aliter impossibilia persuasisset, quia impossibile est remoto miraculo, hominem, qui ex carne constat, carnis stimulum non sentire, vel pati.

Vndecima Obiectio. Nemo debet vouere nisi id quod certo scit se posse soluere: alioquin exponit se in periculo violandi votum, & proinde temere vouet, & Deum offendit. *displacet enim illi infidelis, & stulta promissio.* Eccles. c. 5. At nemo potest certo scire an possit perpetuò esse continens; cum continentiam sine dono Dei nemo valeat possidere; nec quis scire possit an habeat illud donum, & multò minus an sit perpetuò habiturus: nemo igitur potest nisi temere, & imprudenter perpetuam continentiam vouere: & si qui vouerunt, possunt votum suum rescindere: quia ea quæ non sunt in nostra potestate, non sunt materia votum: vt qui vouet seruire pauperibus, si infirmetur, votum seruare non debet; sic qui vouit continentiam, si deinde nimis tenetur, debet uxorem ducere. Minor probatur. Sap. 8. *Nemo potest esse continens, nisi Deus det.* Matth. 19. *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est.* & infra. *qui potest capere capiat.* 1. Cor. 7. *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, unus sic, alium autem sic, &c. infra. Qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens sue voluntatis, &c. hoc iudicauit in corde suo seruare uirginitatem suam, &c. facit.* Quæ locum tractans S. Hier. lib. 1. in Iouin. dicit. *quosdam habere necessitatem nubendi, aut seruandi.*

Respondeo huic argumento quod à Sectarij inenarrabile estimatur, concedendo continentiam esse donum Dei: hinc est quod Ecclesia præcipit neminè posse ea vouere, nisi fuerit in etate, quæ homini manifestat rei possibilitatē, & donum Dei præceptū

qua re cognita, homo illam vouet, vel nubit. si non potest. Et cū hoc donum fundetur in hominis proensione & in propria carne, non erit difficile negotium seipsum scrutari an sibi possibile sit, semper continentiam seruare, & eo magis quia in futuro calibatus, vt rectè seruetur, coniungi debet cum temperantia in cibo, & potu, & cum ieiunijs multis, vt docet Apost. 2. Cor. 6. *exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, &c. & in ieiunijs multis, &c.* Superaddito hoc etiam quod experientia docuit, naturam nostram facile assuescere, & habituari in modo, & re viuendi; addito insuper quod docet Conc. Trid. sess. 24. Can. 9. sic. *Cum Deus id rectè peccatis non deneget, nec patiatur nos supra id quod possumus tentari.* Quibus tantibus argumentum hoc quod fortissimum estimabatur, versum est in scoriam.

Duodecima Obiectio. Celibatus naturæ ipsi repugnare videtur, quæ frustra sexum diuersitatē, & vim generatiuam molita erit in homine, si melius est calibè esse, quam coniugatum. Sed deest adhuc alia sequela, scilicet, ergo filius Dei, & Paulus Apost. malè persuaserunt continentiam, & aliam sequela nos iure superaddimus: ergo qui simile obiect. cōposuit, plus olet paganismum, & Sectam Turcarū, quæ Christianam Relig.

Vndè ad argum. respondeo, quod non est frustra sexum diuersitas, sed sortitur finem suum in his qui nubunt, vt filios procreent, & concupiscentiam tepentem, in aliquibus autē non sortitur finem suum, quia ex cōsilio authoris naturæ, scilicet, filij Dei est occasio maioris bonij, & maioris præmij, nam aliū altiore finem sortitur, scilicet coronam virginis, vel simplicis castitatis lauream.

Decima tertia Obiectio. Si omnes continerent, mundus periret: non igitur oportet omnibus continentiam prædicare.

Respondeo Deum, qui mundum gubernat, hominibus varia dona distribuere, vt inquit. Apostolus 1. Cor. 12. *Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones, ministracionum sunt, idem autem Dominus; & diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem daturis manifestatio spiritus ad vtilitatem, alij quidē per spiritum datur sermo sapientia: alij autem sermo scientia secundum eundem spiritum: alij fides in eodem spiritu: alij gratia sanctorum in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum.*

Hac autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Quamobrem donum continentiam, & vocationem ad talem statum, Deus tot distribuit, vt non impediant humani generis propagationem. prædicatur autem omnibus continentiam, quia nescimus quos Deus adhuc ordinem elegit; de quibus Dominus per Isaiam cap. vlt. ait, & assumatque eum in Sacerdotes, & loquitur de Gentibus conuersis per Apostolorum prædicationem; de quibus paulò superius dixerat. *Veni ut congregem cū omnibus gentibus, & linguis: & uenies, & videbunt gloriam meam, & posuam in eis signum, & misericordiam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam repedentes sagittam, in Italianam, & Graciam ad insulas longe, ad eas qui non audierunt de me, & non uiderunt gloriam meam: & annuntiabunt gloriam meam gentibus, &c.* Sectarij igitur omnē tithorem abiciant, quia mundus non peribit, nec species humana deficiet, licet in Christiana Rep. adsint multi continentes.

Decima quarta Obiectio. Ex calibato tot Monachorum, Sacerdotum, & Sanctimonialium laeditur Christ.

Youngibus continentiam, Deus sic afficit, vt non patiatur eos tentari supra id quod possunt.

Non omnes fideles Deus vocat & eligit ad continentiam tenendam in Ecclesia sua, sed sua providentia ita disponit vt in ea alij continentes sint, & alij nubant.

Christ. Resp. si quidē inuicem numerus Christianor. nec potest commodē resisti multitudini infidelium.

Respondeo, Deum *transfere Regna, & misere Imperia*, Dan. 2. ideo quia consulit castitatem, vt probatum est, poterit ex alio capite in mulieribus nuptis sterilitatem fugare, & fecunditatem ponere, si Republica Christiana ex hoc capite damnum notabile reciperet, at non defunt homines, & milites in illa, sicut deest concordia Principum, qui si virentur, totum Orbem terrarum Christianæ Fidei subigerent. Præterea si de militia temporali Sectarij sunt solliciti, cur non de militia spirituali, de qua Apostol. ait. 2. Cor. 10. *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Hæc autem arma, qui cælibes sunt aptius portare valent, & fortiores sunt ad vincendum. Sed Sectarij de hac militia non sunt solliciti, cum magnas militum copias solum congregare perquirant.

Quinta decima Obiectio. Ex cælibatu perpetuo non raro morbi oriuntur, qui non aliter curari possunt, quam opere coniugali, igitur temerè vouetur eiusmodi cælibatus. potest enim, ac debet in eius modi casibus votum frangi, vt vitæ consulatur.

Respondeo, ex cælibatu si aliquod malum oriatur in homine, coitus non esse causam vniuocam sanitatis, nam aliudè valetudo recuperari poterit; eo quod ad eam recuperandam nulli legatur istud Recipe, de coitu, nisi apud Sectarios. apud Catholicos autem proprium Recipe, est ieiunium, abstinentia à vino, & crapulandi fuga, quo seruato Recipe præseruatiuo, nullum incurritur malum propter continentiam.

Sed instant. Si lex ieiunij, aut votum eiusdem Corporis valetudini vehementer noceat, seruari non debet; cur igitur non idè dicitur de voto continentie?

Respondeo negando paritatem. Quia cibus est proxima causa sanitatis, sed coitus est remota, incerta, & fortalsè nullus valoris.

Sexta decima Obiectio. Propensio ad gignendam prolem naturalis est, & bona, quippè quæ etiam in natura integra fuisse, & in omnibus animalibus est: at impedire naturalem, & bonam propensionem, quod faciunt qui cælibatum perpetuo colunt, peccatum est. cum id nihil aliud sit, quam naturæ ac Deo ipsi, qui naturam instituit, reluctari: igitur non licet cælibatum perpetuo colere illis, qui propensionem ad gignendum sentiunt.

Respondeo propensionem ad gignendam prolem naturalem esse & bonam, sed propensionem Deum corde indiuiso diligendi, & maius proemium, & summum honorem in Cælis obtinendi, etiam naturalem esse, & meliorem. in propensionibus autem naturalibus, vna debet alteri cedere, scilicet, bona, meliori, & melior optimæ. Sicut hominè occidere, et si iuri naturali opponitur, licet Iudici occidere, si boni, commune Reipub. quis perturbet & destruat, quia lex naturæ alteri legi naturali meliori, & vniuersaliori cedit. sic de his quibus propensionibus affirmandum est, nam propensio animalis in homine, tunc cedit alteri propensioni altioris ordinis, scilicet Deum indiuiso corde affectu diligendi, vt inde sit beator, vt docet Apostol. 1. Cor. 7.

Decima septima Obiectio. Virginitas non est virtus, sed res omnino indifferens, nam virtutes per se expectantur a virginitate autem non est bona.

petibilis, nisi relata ad aliud, idest ad Deum purius orandum, & colendum. Præterea, virtutibus omnibus contraria sunt vitia: virginitati autem nullum opponitur vitium, ergo virginitas materia voti esse non potest.

Respondeo, quod virginitas vtique est virtus: ad rationem, quia scilicet illi non opponitur vitium. discant Sectarij, quod virtuti in gradu positiuo opponitur vitium, sed virtuti in gradu perfecto excellenti, & hæroico qualis est virginitas, quæ est actus, seu habitus temperantiæ circa concupiscibile in gradu hæroico, non opponitur vitium, sed minus bonum. Non sequitur autem quod non sit virtus, sed tantum quod non sit virtus in gradu positiuo.

Contrà quartam Conclusionem. Prima Obiectio. Christiani grauius peccant, & puniuntur cum non seruant legem Dei, quam Ethnici, vel Iudæi, igitur aliquam habent obligationem, quam illi non habent.

Respondeo, Christianos vtique grauius peccare, quam Infideles, sed non ex eo, quod votum habeant ex Baptismo, sed quia maiorem acceperunt gratiam, & illuminati fuerunt; & tamen legem Dei non serauerunt, est igitur in illis maior culpa ratione ingrati tudinis.

Secunda Obiectio. S. Augustinus in Psalm. 75. *Vouete, inquit, & reddite Domino Deo vestro omnes communiter. quid debemus vouere? credere in illum, sperare ab illo vitam æternam, bene viuere secundum communem modum, est enim quidam modus communis omnibus, furtum non facere, adulterium non facere, non amare violentiam, non superbire, non hominem occidere, non odisse fratrem, non aduersus aliquem texere perniciem hac totum omnes vouere debemus: Ergo præcepta legis cadunt sub voto, & eo tempore cum homo baptizatur.*

Respondeo Augustinum non iuxta sensum literalem illum locum exposuisse, nec loquutum esse de voto propriè sumpto, de quo nos loquimur, sed mystice illum locum de præceptis, & mandatis legis explicasse. Probatur quia Augustinus, vt supra retulimus, aliter de voto loquitur, nec dicendum est quod sibi contradicat, sed ibi literaliter de voto propriè sumpto loquutum esse, & hic mystice votum ad mandata legistrantulisse.

Tertia Obiectio. Ecclesia eos qui promiserunt in Baptismo, Christi legem seruare, cogit vt seruent, nõ cogit autem Ethnicos, & Iudæos, qui non promiserunt, ergo quædam obligatio nascitur ex promissione, quam non adfert secum ipsa lex, ergo illa promissio verum votum esse videtur.

Respondeo Ecclesiam cogere fideles ad legem seruandam, & non infideles, non quia in baptismo proprio votum emiserunt, sed quia per professionem fidei, fidelis est membrum Ecclesiæ, quod cum fiat putridum, Ecclesia debet illum curare, vel penitus resecare. Præterea per professionem fidei homines fiunt filij Ecclesiæ, quorum si aliquis errauerit, mater Ecclesia iure naturæ debet illum corrigere, & corripere, vt oportet. Infideles autem non sunt filij Ecclesiæ, licet teneantur fieri filij, & Christianam legem recipere.

Peccata Christianorum cur grauiora sint infidelium peccatis.

Coitus nunquam est causa vniuoca sanitatis.

Propensio ad diuiniorem hæc habet cælibatus, quam matrimonio.

Ecclesia Pastores cur fideles corrigant, & non infideles.

DISPVATIO VII.

De origine, & quidditate Regularium, & de illorum habitu, & tonsura.

IN præcedentibus disputationibus manifestè demonstratum est in Euangelio dari consilia, quæ à præceptis differunt; similiter Christianis illa vouere licitum esse. nunc de illis tractabimus, qui præfata consilia per votum solemne, vt semper obseruanda assumunt, & tales dicuntur Regulares. Nam Religiosi, seu Regulares illi sunt, qui solemniter in facie Ecclesie consilia paupertatis, castitatis, & obedientie per votum perpetuum assumunt.

Est autem aduertendum statum perfectionis à simplici exercitio perfectionis differre, quia simplex perfectionis exercitium potest esse in aliquibus, puta in sæcularibus, qui non tenentur semper sub præcepto ad executionem consiliorum Euangelij. Status autem perfectionis, in quo sunt Regulares, dicit permanentiam perpetuam in tali professione. Vnde seruus nisi dum viuuit debeat esse seruus, non dicitur esse in statu seruitutis, quia non dicit permanentiam in eo. Quinque autem conditiones ad talem statum perfectionis requiruntur. Prima, vt hic viuendi modus sit externus, & visibilis. Est enim hominum religio, & non Angelorum: Secunda, vt hic modus viuendi aliquam adiunctam obligationem habeat permanenti, scilicet, in tali genere vite; tertia, vt talis obligatio cum aliqua solemnitate fiat; quarta, vt talis status ad aliqua opera perfectionis exercenda sit institutus; quinta, vt tales actiones sint externæ, & sensibiles. & hic status perfectionis Christianæ non daretur, nisi consilia Euangelij, puta, paupertas, castitas, & obedientia promitterentur: quia perfectio Christiana ad quam status perfectionis ordinatur, consistit in acquisitione perfectæ omnium virtutum moralium, & Theologicalium, sed præcipuè in acquisitione excellentis charitatis, per quam homo Deo vnitur; & hac de causa vacantes huic perfectioni, paupertatem, obedientiam, & castitatem seruant, vt indiuisum affectum Deo in donum acceptissimum tribuant. Ad quæ perfectionem attingendam, cum dentur perfectæ, & perfectiora media, & etiam quæ vita spiritualis, vel est contemplatiua, vel actiua, vel mixta. Sicut etiam quia variaz sunt hominum inclinationes, & propensiones, & vires; nam aliqui solitudinem diligunt, alij frequentiam cupiunt, alij libentius orant, alij potius legunt, & operantur, alij à carnibus abstinentiam petunt, alij nequaquam. vnde fortissimi varia nomina, quidam Monachi dicuntur, qui contemplationi vacant; quidam Fratres nominantur, eo quod ad vitam mixtam, vel actiuam exercendam fraterna charitate, & cohabitatione vnuntur, quidam autè Clerici Regulares, &c. Hinc est quod oriuntur plures Ordines Religiosorum; tendunt enim omnes ad perfectionem, sed diuerso modo, ac vijs, & diuersis gradibus, aliqui enim arctiora vota, alij verò per latiora, & leuiora, v.g. ex voto paupertatis, alij nihil possident, alij multa bona, sed in communi. Attamen ad omnem statum perfectionis, & Religionis propriè dictum, necessaria sunt, & essentialia illa tria consilia, paupertatis, castitatis, & obedientie; quia sine illis non potest acquiri perfectio. Et sunt hæc tria consilia sufficientia, quia inde habetur hominis integra renun-

ciatio, vt homo Deo dicatur, nisi per paupertatē externa bona renūciantur, per castitatem propriū corpus per obedientiam propria voluntas abnegatur: iuxta Saluatoris consilium Lucæ cap. 9. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me;* & hinc est quod Religio, vt in præsentibus sumitur, est status eorum, qui ad perfectionē Christianam per paupertatis, continentie, & obedientie votatendere debent. Cætera consilia non sunt de essentia status perfectionis, sed de consilio, licet sint vitia, vt abstinentia à cibis, de qua Apost. 2. Cor. 6. *Sed in omnibus exerceamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, &c.* Et flagellatio corporis, de qua idem Apost. 1. Cor. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Et similia. Status autem, qui caret aliquo horum trium consiliorum, non poterit dici perfecta Religio, sed imperfecta; & hæc consilia vt statum Religionis constituent, debent per votum seruari, quia sine voto constituunt hominem in perfectione: sed non in statu illius.

Votum autem duplex est, solemne, & simplex: Primum est illud, quod fit in manu alicuius hominis acceptantis nomine Ecclesie & Dei, per quam acceptatione postea cogitur venire in publicum ad sensibilia Religionis exercitia faciendā; & hoc constituit hominem in statu perfectionis, & Religionis. Secundum vero, scilicet priuatum, illud est quod Deo fit, nempe ne acceptante ex parte Dei, & Ecclesie, & hoc non ponit hominem in statu prædicto.

Non fuit autem status Religionis antè Christi aduentum, nempe in veteri Testamento, qualis scilicet; nunc est cum eisdem perfectionibus, & prærogatiuis quas nunc habet; cum hoc sit proprium legis gratiæ, verum in Synagoga inchoatus aliquo modo fuit in Samuele, Elia, & Eliseo, & filijs prophetarum, vt legitur 4. Reg. cap. 6. vbi habetur cohabitatio filiorum prophetarum sub obedientia Elisei in Iordane; fuit autem quædam societas, quæ status Religionis perfectus, aut consummatus appellari non potest: quia non apparet eos per votum simpliciter prout ad Religionis statum requiritur, præfata consilia assumpsisse, vt semper obseruanda. hoc tamen præmissum fuit, ex Diuina dispositione: quia quæcunque in nouo Testamento futuraerant, in veteri promittere, & figurare voluit, vt habetur Amos. cap. 3. *Quia non facit Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas.* Fuit igitur status iste immediate traditus, & institutus à Christo Domino, vt in antecedenti disputatione dictum est. quapropter dicitur esse de iure Diuino non præcipiente; sed consulente.

Antiquitas Religionum, & Regularium, patet à tempore Apostolorum, vt superius diximus de votis: nam ipsi Apostoli Religionis fuerunt, seu Regulares, vt docet August. Epist. 89. quæst. 4. tom. 2. & 17. de Ciuit. Dei cap. 4. tom. 5. licet etiam statum Prælationis deinde habuerint; habetur etiam ex Dionisio Areopagita, qui Epistolam scripsit ad Demophilum Monachum, & lib. de Ecclesiast. Hierarchia cap. 6. ex Philone Hebr. lib. de vita contemplatiua, vbi describit vitam, & mores Monachorum, & Sacrarum Virginum in Aegypto, & fusè discurret de illorum continentia, paupertate, ieiunijs, psalmodia, &c. Et omnes sancti Patres, vt plurimum scribunt de statu Religioso, patet de Basilio, qui Monachorum

Ordinem

Ordo Regularis quid sit.

Votum duplex est, solemne & simplex.

Status Religiosus non fuit in veteri Testamento, eo modo quo nunc est.

Status Regularis institutus fuit à Christo Domino.

Antiquitas Regularium aperitur.

Status perfectionis differat ab exercitio perfectionis

Ad statum perfectionis quinque conditiones requiruntur.

Cur plures Ordines Regularium sint in Ecclesia.

Ordinem instituit, de S. Augustino, &c. Fit etiam Monasteriorum, & Regularium apertissime mentio in tertia, & quarta Generali Synodo. deinde ortum duxit ordo S. Benedicti, & aliorum, res patet. Sectarij verò aduersus Regulares mendacia, scurrilitates, & imposturas non paucas eructant, sed quia nec apparentes rationes in medium adducunt, illas omitto. Quæ autem stabilienda, & reiicienda erant in huiusmodi materia, satis coordinata sunt in duabus præcedentibus disputationibus.

Circa habitum, & tonsuram Monachorum Sectarij communiter irrident huiusmodi signa, & indumentata, sed non alia ratione nisi quia sunt Sectarij. Etenim si milites, si Senatores, si Principes particularibus & proprijs gaudent indumentis, quasi distinctiuis à communibus; cur non Religiosi, qui sunt Ministri Domini, præcipuo cultu Deo dicati, quibus eorum professionem, officium, debitum, quisque cognoscat? Verè diuersas vestimentorum animi affectionem, & varias professiones indicat: non erit igitur inconueniens, vt qui à laicorum vita distant, etiam diuersa indumenta retineant. Huius diuersitatis meminit Dionys. de Ecclesiast. Hierarc. cap. 6. Athanas. in lib. de Virginitate antè medium. Basil. Epist. 1. ad Gregor. Chrylost. Hom. 69. in Marth. Tertull. lib. de velandis Virginibus. Ambr. lib. 9. Epist. 36. Hieron. in Epist. 4. ad Rusticum Monachum. Et 13. ad Paulinum. Et 15. ad Marcellam. & 22. ad Eustochium. August. lib. 6. contra Faustum cap. 9. Gregor. lib. 2. Dialogorum cap. 1. Concil. Gangren. can. 12. Concil. Carthag. 4. Can. 104.

Aduersus hæc, quæ breuiter præmisimus, adsunt quædam obiectiones Sectariorum, sed nullius roboris, ac valoris. Prima est: Apostol. 1. Cor. cap. 1. vocat Schismaticos eos qui dicebant; Ego sum Pauli, Ego Apollo, Ego Cephæ. At Monachi dicunt, Ego sum Augustini, Ego Benedicti, Ego Francisci; ergo sunt Schismatici.

Respondeo, huic obiectioni cum Cardinal. Bellar. lib. 2. de Monachis cap. 6. quod sensu valde diuerso Monachi dicunt, Ego sum Augustini, Ego sum Benedicti, quo Corinthij dicebant: Ego sum Pauli, Ego Apollo. ita enim in duobus errabant dicendo, ego sum Pauli, ego Apollo. Primò quia putabant vim Sacramenti Baptismi pèdere à probitate baptizantis, & ideo gloriabantur se filios esse spirituales excellentiù viro- rum, vt exponit August. tract. 5. in Ioannem, & alibi, & patet ex verbis sequentibus. Num Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizatis estis? Et etiam ex eo quod in toto illo capite, & tribus sequentibus ad hunc errorem tollendum Paulus docet, Apostolos solum esse Ministros Christi, Christum autem esse, qui gratiam, & sanctificationem confert, & ideo Deum elegisse indoctos & viles per quos mundum conuerteret, ne salus ab hominibus pendere videretur. Secundò errabant, quia temere, iudicabant de prædicatoribus suis, & alios alijs præferebant, vt patet ex illis verbis cap. 4. Nolite ante tempus iudicare, &c. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, &c. At Monachi cum dicunt ego sum Augustini, ego Benedicti, solum hoc dicunt ad distinctionem ordinum indicandam: quod si aliqui ex simplicioribus Religiosis interdum contendunt, vt quisque Ducem ordinis sui anteponat, errant, sed nec illi propterea Schismatici sunt, nec decet propter paucos idiotas, vniuersos ordines Religiosorum infamare.

Habitus & tonsura Regularium defenditur.

Secunda Obiectio. Lenit. 19. Dominus ait. Non attondebitis comam in rotundum. Cui similis est locus Hierem. 9. vbi Dominus dicit se dispersurum omnes circumtonfos in comam. Et Leuit. 21. de Sacerdotibus dicitur, Non radent caput, nec barbam. Et Ezech. cap. 44. idem habetur. Et Baruch. cap. vlt. Hieremias ridet Idolorum Sacerdotes habentes caput, & barbam rasam.

Respondeo, huic obiectioni, verum, & legitimum sensum præcitarum Scripturarum assignando. Ad primam Leuit. 19. dico illud fuisse præceptum Iudæis, & non Christianis; certum est enim illa præcepta non spectare ad Ecclesiam Christi, & talia tunc Dominus mandauit ne Iudæi imitarentur Gentiles, qui ad cultum dæmonum talia adhibebant, vnde ex fine malitiam fortiebantur; in se autem illa attonsisio est signum indifferens; & quod talis fuerit finis illius præcepti, patet ex antecedentibus verbis: ait enim. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Augurari enim ritus erat, & superstitio Gentilium. nunc autem non adest periculum Gentilitatem imitandi, nec tenet tale præceptum solis Iudæis traditum pro tali tempore, ne cum ritu Gentilium communicarent.

Ad locum Hieremæ dico ibi Dominum comminari eos, qui talia faciebant ad colenda Idola, & dæmonia, vt ibi patet, vnde non facit ad propositum, cum in Ecclesia sint sanctarum rerum mysteria. Prætereà illa signa, & attonsisiones non erant similes istis, quas Monachi habent sed alterius formæ, & figuræ; differunt igitur signa, & signata: ex quo sequitur frustra talia nobis obijci. Ad tertium locum dico, simili ratione illis præceptum esse, sicut diximus super illud ex cap. 19. ne scilicet viderentur similes Sacerdotibus Gentilium, qui capite raso Dæmonibus sacrificabāt, vt legitur in Epistola Hieremæ. Et per hoc satisficit ad illud Ezech. 44. & Hieremias tales irridebat, non quia radebant capita, cum etiam Nazarei raderentur completo tempore consecrationis suæ, vt legitur in Act. cap. 21. Sed quia talia faciebant in honorem inanium Deorum ligneorum aureorum, &c. At præseti tempore non solum talia præcepta Iudæis tradita non obligant, sed nec adest occasio scandalii, quia est tempus claræ doctrinæ; nec adsunt Idololatræ, neque signa illa scilicet abrasiones, & attonsisiones sunt similes. itaque nihil concludit præcitata obiectio, nisi odium, & malitiam Sectariorum.

Tonsura Gentilium Sacerdotum damnatur non vt tonsura est, sed ratione finis quem tunc habebat.

DISPUTATIO VIII.

An liceat Regularibus viuere in communi ex rebus spontè oblati, vel ex mendicatione acquisitis.

QVI Sacros Regularium Ordines persequuti fuerunt circà illorum rationem corporaliter viuendi, varias phantasticas opiniones eructarunt. Messaliani olim apud Epiph. hæresi 80. non licere Religiosis operari, & proprio labore viuere, sed ex alienis laboribus victum obtinere, & in diuina providentia confidere debere, asseriebant. Ex opposito, Guglielmus de Sancto amore; Wicleffus, apud Waldensem lib. 4. doctrinæ fidei antiquæ art. 2. cap. 22. Lutherus art. vlt. & Calvin. lib. 4. instit. cap. 13. §. 10. Monachos ex labore proprio victum sibi acqui-

Opiniones Sectariorum.

acquirere teneri affirmant nisi iuxta Guglielmum, bona stabilia in communi habeant; & nullatenus lice-
re Monachis mendicare, si intrà statum salutis esse
voluerint. Quod etiam docuerunt omnes, qui sacros
Mendicantium ordines impugnarunt, vt Desiderius
Longobardus apud S. Thom. in Opul. 19. Giraldu
de Abbatis Villa apud S. Bonau. in Apol. pauperum,
& Richardus Episcopus Armachanus serm. 4. Veritas
autem Catholica docet, Regularibus licitum esse
viuere ex rebus spontè oblati, vel ex mendicatione
acquisitis, sicut etiam manibus proprijs laborare, vt
indè victum acquirant, dummodò labor sit honestus,
& pijs suorum ordinum constitutionibus non
repugnet. Pro cuius veritatis confirmatione, & errorum
euerfione, tres pono Conclusiones.

Licet Regularibus
viuere ex rebus
spontè oblati vel
ex mendicatione
acquisitis.

Prima Conclusio. Licitum est Regularibus viuere
ex rebus spontè oblati, vel ex mendicatione acqui-
sitis. Probat. Viuere ex mendicatione, ipse Chris-
tus Dominus docuit, ergo iure exerceri potest à Re-
gularibus. Antec. probatur. Lucæ cap. 10. vbi Do-
minus Discipulis suis ait. *Ecce ego mitto vos sicut ag-
nos inter lupos: Nolite portare sacculum, neque peram,
neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis.*
& infra. *In eadem autem domo manete edentes, & bi-
bentes quæ apud illos sunt. & postea. Et in quamcum-
que Ciuitatem intraueritis, & susceperint vos manduca-
te quæ apponantur vobis, & c.* Vnde apertè colligitur
Apostolos, & Discipulos eo tempore mendicare de-
buisse: nam egestatem quam habebant, illis aperire
debeant, vt subuenirentur in cibo, & potu, & rebus
vitæ necessarijs; & hoc est mendicare, & nihil aliud:
ergo mendicatio est de iure Diuino licita. Nec valet
objicere eos, quibus Discipuli prædicabant, debuisse
quæ sunt victui necessaria exhibere, quia tale debitum
ignorabant, & cum Discipuli Domini carerent eo tẽ-
pore pecunia, iuxta Saluatoris præceptum, quid ope-
rari debebant, vt viuerent, nisi mendicare, si illi de-
bitum Euangelicis prædicantibus necessarià admi-
nistrandi, credere, & exequi noluisent?

Secundò probatur ex 1. Cor. cap. 16. vbi Apo-
stolus legitur mendicasse pro alijs, scilicet, fidelibus,
qui erant in Hierusalem, & licet esset pro alijs, parum
refert: idem enim est mendicare pro se, & pro alijs.
Sic enim habetur loco citato. *De Collectis autem qua
sunt in sanctos, sicut ordinari Ecclesijs Galatia ita, &
vos facite. per unam Sabbati unusquisque vestrum
apud se seponat recondens, quod ei bene placuerit: ut nõ
cum venero tunc collecta fiant: Cum autem presens fue-
ro: quos probaueritis per epistolas hos missam perferre
gratiam vestram in Hierusalem. & 2. Cor. 8. Apo-
stolus hortatur Corinthios, vt mendicati Macedonũ
fidelium subuenirent, ait etiam; *In presenti tempore ve-
stra abundantia illorum inopiam suppleat: ut & illorum
abundantia vestra inopia sit supplementum, vt fiat æ-
qualitas, sicut scriptum est: Qui multum non abundauit,
& qui modicum non minorauit.* Ergo Apostolus men-
dicauit pro alijs; ergo mendicatio est licita, & lauda-
bilis.*

Saluator piorum
eleemosynis vi-
uebat.

Tertiò probatur exemplo Saluatoris, qui prædia
non possedit, nec domos, nec aliquid aliud: idcirco
Lucæ 9. dicebat: *Vulpes foveas habent, & volucres
calididos, filium autem hominis non habet ubi caput suũ
reclinet:* Itaque fidelium eleemosynis vivebat, vt legi-
tur Ioan. 12. vbi de Iuda Isariote dicitur: *Dixit au-
tem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia
fur erat, & oculos habens, ea qua miscebantur porta-
bat:* Et Lucæ 6. Mulieres quædam ministrabant ei

de facultatibus suis, & de illo dicitur 2. Cor. 8. *Sciũ
enim gratiam Domini Nostri Iesu Christi: quoniam
propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius
inopia vos diuites essetis.* Egenus autem ordinariè,
viuere debet ex eleemosynis, nisi manibus operetur.
De Saluatore autem nunquam legitur, nec traditur
opera Mercenariorum exercuisse: ergo mendicatio
iure, & exemplo diuino est licita.

Quartò probatur, paupertas, vt suo loco probatũ
fuit, est cõsiliũ in lege Euangelica; ergo cum Chris-
tus Dominus persuasit paupertatem, docuit pariter
mendicatem; nam quomodo viuere debet, qui res
temporales relinquit, & renunciat? iuxta illud Sal-
uatoris Lucæ cap. 14. *Nisi qui renunciauerit omnibus,
qua possidet, non potest meus esse discipulus.* & Matth.
19. *Vos qui reliquistis omnia, & sequuti estis me, sede-
bitis, & c.* Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres,
aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut
filios, aut agros propter nomen meum, centuplum acci-
pet, & vitam æternam possidebit; cum igitur pauper-
tatem persuasit, virtualiter etiam consuluit mendici-
tatem.

Qui paupertatem
consulit, mendi-
citatẽ persuadet.

Quintò probatur, vt fiat eleemosyna præceptum
est Domini. Matt. 6. *Cum ergo facis eleemosynam noli
tuba canere ante te, & c.* & Lucæ 11. *Verumtamen
quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda
sunt vobis.* & Act. 3. Pauper ille, quem ponebant
quotidiè ad portam Templi, quæ dicitur speciosa, vt
peteret eleemosynam ab introeuntibus in Templum,
petijt à Petro, & Ioanne eleemosynam, nec de tali
actu reprehenditur, sed audiuit Petrum dicentem:
*Argentum, et aurum non est mihi: quod autem habeo
hoc tibi do: in nomine Iesu Christi Nazareni surge, &
ambula:* Cum igitur eleemosyna præcipiatur, conse-
quens est vt mendicatio sit licita, etenim medicis, seu
mendicantibus datur eleemosyna, & non diuitibus.
Et confirmatur ex mendicatione Lazari apud Epu-
lonem, quæ habetur Lucæ 6. ob quem actum Laza-
rus laudatur, & auaritia Epulonis damnatur.

His rationibus, vel similibus conatur respondere
Armacanus, vt refert Card. Bellar. lib. 2. de Mona-
chis cap. 45. affirmans Christum successisse Adamo
in dominio originali, quandò scilicet omnia erant cõ-
munia, ideoque non fuisse, nec mendicum, seu pau-
perem, nec diuitem. Sed hæc responsio est verè ina-
nis, quia cum tempore Christi talis status innocen-
tiæ non esset, & rerum diuisio facta fuisset, cur Chris-
tus, vt homo, qui iure super bona temporalia vt nõ
uit, licet potuerit tunc ius super bona diuisa, & parti-
cularia accipere debuisset? imo ipse oppositum docet
Lucæ 9. *Vulpes foveas habent, et volucres calididum,
filium autem hominis non habet ubi caput suũ reclinet.*
& Apostol. 2. Cor. 8. dicit illum verè egenum, ergo
apertè talis responsio est contra sacram Scripturam.

Christus Dominus
posuisset rerum
temporalium &
voluisset, quia
omnia ei à Patre
tradita fuerant.

Secundò dicit, quod etsi Christus mendicasset, nõ
propterea liceret nobis mendicare, cum fuerit opus
admirandum, & non imitandum, vt cum ieiunauit
quadraginta diebus nullum sumendo cibum. Ex hæc
responsio nullius est valoris: quia Christus Dominus
consulit paupertatem, & pro omni tempore vsque
ad finem sæculi, vt suo loco probatum est; ergo &
nobis omnibus consuluit mendicationem, quæ pau-
perem consequitur. præterea mendicatio est pos-
sibilis naturaliter, & non ieiunium 40. dierum; ergo
illa imitabilis, & ieiunium suum erit tantum admira-
bile, & non imitabile.

Tertiò inquit, illam Apostolorum viuendi formã
fuisse

fuisse à Christo institutam ad tempus tantum, scilicet dum in Iudæa prædicabat antè suam passionem; & deindè Lucæ 22. Dominum talia reuocasse dicendo: *quando misi vos sine sacculo, et pera, et calcamentis, numquid aliquid defuit vobis? Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter, et peram.* Et loculum cum pecunijs habuisse extremo tempore, vt habetur Ioan. 12. & 13. Ex quibus infert Christum abrogasse quæ dixerat Matth. 10. *Nolite possidere aurum, etc.*

Sed Armachanus non intelligit rei mysterium. Nam quod pro semper paupertatem persuaserit, patet Matth. 19. vbi postquam de Apostolorum paupertate loquutus fuit, subdit pro omnibus. *Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxores, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit:* & Lucæ cap. 14. *Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus:* Ergo pro semper laudauit paupertatem, & mendicitatem. Rei tamen mysterium est, quia vt S. Bonauen. docet in Apol. pauperum cap. 2. Christus est exemplar Militantis Ecclesiæ, & speculum omnium gratiarum, virtutum, & meritorum, iuxta quod Moyfi mysterialiter dictum est Exod. 25. *Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est:* Et sicut à Deo emanant variaz rerum species; sic à Christo varij gradus perfectionis, & virtutum: nam quidam in eo fuerunt actus summæ potentiz, vt miracula operari, quidam æternæ scientiz, vt reuelatio secretorum. Quidam seueritatem iudicij præseferbant, vt eijcere vendentes, & increpare Sacerdotes. Quidam dignitatem, vt Sacramenta conficere, manus imponere, & relaxare peccata. Quidam considerationem miseriz, & latere in persecutione, trepidare, & contristari in morte, & pro amotione calicis Patrem orare. Quidam informationem vitæ perfectæ, vt paupertatem seruare, virginitatem custodire, hominibus aliquandò se subijcere; in oratione pernoctare, pro crucifixoribus exorare, & pro inimicis morti se offerre, & cætera huiusmodi. Christus autem non in omnibus est imitandus, nam in his, quæ sunt singularis excellentiz, impium est, nisi fuerit alicui tale privilegium concessum. In his quæ sunt seueritatis, & dignitatis, Præsentium est, & Prælatorum. In his quæ sunt condescensionis, est infirmorum, seu minus perfectorum. Christianæ igitur perfectionis summa, non consistit in vniuersali imitatione actuum Christi, sed tantum illorum, qui ad vitæ perfectæ gradum inducunt. Et licet Christus Dominus aliqua fecerit ad condescendum infirmis, & imperfectis; vt trepidare de morte, & latere: an ipso tamen, talis actus fuit optimus, quia non fuit ex noltione melioris actus, sed ad informandam Ecclesiam de diuersis gradibus perfectionis, & compatiendum infirmis. nec condescendit ad actus imperfectos, licet ad minus perfectos: perfectum enim, & minus perfectum non differunt sicut vitiosum, & virtuosum, sed sicut magis, & minus in eadem virtute. Nunc ad difficultatè: cum Armachanus inquit Christum Dominum abrogasse quæ dixerat Matth. 10. multum errat. Nam Apostoli non poterant illi gradum paupertatis semper seruare, quem vt Religiosi vouerant, vt suo loco diximus; quia euaserunt deindè Prælati, & Ecclesiæ Principes; & hac ratione dixit Lucæ 22. *Sed nunc, qui non habet sacculum tollat similiter, & peram.* absurdum enim est asserere Christum

aliquem perfectionis statum docuisse, & deindè illum abrogasse: Itaque rei veritas est, plures in Euangelio delineari perfectionis gradus; & Apostolos in eodem gradu, ob multiplex illorum munus, permanere non potuisse. at Regulares, qui talem præcipuum gradum paupertatis vouent, dum manent Regulares, nec assumuntur ad statum Prælationis, illum seruare debent. Dominus igitur non abrogauit pro Ecclesia sua, quæ dixerat Matth. 10. licet pro munere Prælationis Apostoli aliter fecerint; vt patet ex eo quod Paulus colligebat pecunias, vt mitteret sanctis, seu fidelibus in Hierusalem, vt superius diximus. Et confirmatur præfatus discursus ex August. tract. 15. in Ioannem longè à principio tom. 9. vbi ait. *In omni re quæ Christus gessit, vt homo, hominibus in se credituris præbebat exemplum.*

Sextò probatur Conclusio auctoritate SS. PP. August. serm. 15. in Euangelium Matth. de verbis Dñi tom. 10. ait. *Rursus quod pertinet ad tribuendum beneficium, petis te mendicum, & tu es Dei mendicum. Omnes enim quando oramus mendici Dei sumus, ante ianuam magni Patris familias stamus, immo & prosternimur supplices ingemiscimus aliquid volentes accipere, & ipsum aliquid ipse Deus est. Quid à te petit mendicum? panem. Et tu quid petis à Deo, nisi Christum, qui dicit, Ego sum panis viuus, qui de Calo descendi? Ignosce vobis vultum, ignoscite; remittite, & remittetur vobis. Accipere vultu, date, & dabitur vobis.* & serm. 37. ad fratres in Eremito, tom. 10. ait. *Verbum autem illud quod negare non debet fidelis, qui altari seruit, de altari vimat: verum omnino est, quia non licet Sacerdotibus manibus operari, ligonare, ferrum fabricare, & similia. Hoc autem propter reuerentiam, & tanti Sacramenti dignitatem.*

Theophil. exponens illud Lucæ 10. *In eadem domo manete edentes, & bibentes quæ apud eos sunt:* sic ait. *Vide qualiter discipulos mendicare insinuit, & pretio eos enutritum habere noluit.*

Bernard. Hom. de puero Iesu in Dominica infra octauam Natiuitatis ait: *Vt te Domine per omnia nostra paupertati conformares, quasi vnus in turba pauperum stipem per ostia mendicabas. Qui dabis me buccillarum illarum mendicarum participem fieri, & illius edulij reliquijs saginari?*

Hieronym. ad Furiam. Epist. 10. post medium tom. 3. *Quotiescumque manum extendis, Christum cogita, came ne mendicante Domino Deo tuo alienas opes augeas.* Et super Psalm. 108. in illis verbis. *Persequutus est hominem inopem, & mendicum:* dicit sic: *Qui cum esset dives, propter nos egenus factus est. Dominus inopem se dicit, & mendicum, & quis in diuitijs suis gloriatur? habetis consolationem pauperes, & Dominus vobiscum pauper est.* & super Psalm. 145. ait. *Monachus qui non habet, confidenter accipiat, qui habet, & eructans est, non accipiat. Scis quia esurius, scis quia non habes, magnum est beneficium, si accipis quod tribuitur tibi. Si autem habes, & non esurius, non debes cibum esurientium accipere saturatus, accipe quod in ventrem mustas; non quod in sacculum, accipe tunicam, quæ corpus tegat, non quæ arcus impleat.*

Chrysostomus Hom. 4. super Matth. longè post medium tom. 2. Loquens de tribus pueris existentibus in Babylone, inquit. *Ne enim mihi eos, quos in Regularibus atrijs inuenerunt honore dicas, sancti enim existentes, & iusti decies milies utique elegerunt mendicare domi, & eis quæ in Templo erant boni potiri. Elegi enim, ait, abiectus esse in domo Dei.*

Apostoli aliquando, vt Regulares, & aliquandò, vt Prælati operabantur.

Testimonium veterum Sanctorum Patrum.

Christus pro semper in Ecclesia sua paupertatem seruauit.

magis quam habitare in tabernaculo peccatorum. & Hom. 88. super Matth. ait. Quando videris pauperem, recordare verborum per quae significabas, quoniam ipse sit, qui cibatur. Est enim in eo, quod apparet non est Christus, sed in hoc Schemate ipse accipit, & mendicat. Sed verecundari audiens, quoniam mendicat Christus. Verecundare cum mendicanti non dicitur. Hoc enim est verecundia, hoc supplicium, & tormentum, mendicare enim eum, eius bonitatis est signum, & ideo nos in eo ornari oportet. & Hom. 70. circa finem inquit. Melius est mendicare, quam rapere: hoc quidem scilicet mendicare, in nullo offendit Deum, istud autem offendit Deum, & homines.

Secunda Conclusio: Licet Regularibus manibus operari, & proprio labore victum sibi acquirere. Probatur. Act. 20. Apostolus ait. *Argentum, & aurum aut vestem nullius concupis, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea qua mihi opus erant, & hi qui mecum sunt, ministraverunt manus istae.* & cap. 18. sic habetur de Paulo. *Posthac egressus ab Athenis, venit Corinthum, & inueniens quendam Iudaeum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem eius, accessit ad eos, & quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur. erant enim scaenofactoria artis.* & ad Ephel. 4. *Nolite locum dare Diabolo, qui furabatur iam non foretur, magis autem labores operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.* & 1. Thess. 4. *Rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quiescatis, & ut vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut praecipimus vobis.* Patet igitur licitum, ac laudabile esse manibus operari, vel ad victum acquirendum, vel ad otium fugandum, vel ad pauperibus subueniendum: cum homo nequeat semper vel orare, vel legere, &c.

Secundo probatur Patrum auctoritatibus. Hieronymus ad Rusticum Epist. 4. tom. 3. inquit. *Semper aliquid boni facito, ut te Diabolus inuoluit occupatum. Si Apostoli habentes potestatem de Evangelio vivere, laborabant manibus suis, ne quemquam aggrauarent: Cur tu in usus tuos successuras res non preparas, vel fiscellam texe iunco, vel canistrum lentis placte viminibus.*

Augustinus lib. de opere Monach. cap. 3. in principio tom. 3. ait. *Prius debemus ostendere beatum Apostolum opera corporalia seruos Dei operari voluisse; deinde ostendere Evangelica illa praepcepta, de quibus nonnulli non solum pigritiam, sed arrogantiam fouent Apostolico praepcepto, & exemplo non esse contraria.*

Tertia Conclusio: Regulares non tenentur sub praepcepto ad laborem manuum. Probatur ratione. S. Bonauen. in opusc. de paupertate Christi quae est. 2. Vel laborare manibus est praepceptum, vel consilium in nouo Testamento. Si est praepceptum, ergo omnes obligat tam Regulares, quam saeculares: omnibus enim dicitur. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Si est consilium, non omnes obligantur ad illud tenendum, nisi qui illud voverunt; non omnes autem Regulares tale consilium assumpserunt, nec omnia Evangelij consilia quisque illorum vouit, non tenentur igitur laborare, nisi ea ratione qua laici tenentur, scilicet tempore necessitatis, ut victum sibi acquirant, si aliunde habere illum non possint: vel ad otium repellendum, vel ad tentationes carnis superandas.

Secundo probatur. Lucae 10. melius faciebat Maria vacando contemplationi, quam Martha corporali

occupationi, ita iudicauit Saluator, ergo vacantes contemplationi non tenentur ad laborem manuum.

Tertio probatur. Ex August. de opere Monach. cap. 21. tom. 3. vbi ait. *Si Evangelista sunt, si Ministri Altaris, si dispensatores Sacramentorum, plane sibi vendicans potestatem viuendi, scilicet sine opere corporali.*

Supereff nunc ut obiectiones aduersariorum adducamus, & soluamus. Contra primam Conclusionem. Prima Obiectio. Mendicitas iure Diuino, & humano prohibetur; ergo non licet illam tenere. Anteced. probatur. Deut. 15. *Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos.* De iure humano patet ex C. de Mendicantibus. validis lib. 11. tit. 25. l. vnica.

Respondeo, Dominum praecipisse ne omnino indigens, & mendicus esset inter Iudaeos, non quod paupertas, & mendicitas sit mala, sed quia ut diuites illos subleuarent tanquam fratres volebat, ne ex necessitate mendicare deberent; unde sequitur. *Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas Civitatis tuae in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit; non obdurabis cor tuum, nec contrahas manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuam quo enim indigere perspexeris.* En quod aperte Dominus dixit, mendicos non esse debere inter eos, non alia de causa, nisi quia eos diuites adiuuare debebant, ut fratres; & dare illis mutuam, ut licita industria operantes, deinde non essent amplius mendici, sed necessaria ad victum humanum haberent: Non prohibet igitur mendicitatem, sed illi iubet ut mendicos subleuent; & loquitur de laicis, & saecularibus; aliter hic locus superiori praecipito contradiceret, nisi prior ita intelligeretur, & eo magis, quia infra legitur sic. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuae; idcirco ego praecipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi qui tecum versatur in terra.*

Ad legem humanam dico illius finem esse, ne homines laici otiosi mendicent, sed aliquod assumant exercitium, ut honeste victum sibi acquirant, non loquitur autem de Regularibus, quibus non de sunt sancta, & vtilia exercitia pro propria proximorumque salute.

Secunda Obiectio. Scriptura passim detestatur mendicitatem, ut causam multorum malorum. Prouerb. 30. dixit: ille cum quo est Deus: *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatas illicitarum ad negandum & dicam quis est Dominus? aut egestate compulsus fuerit, & periret nomen Dei mei.* & Ecclesiast. 17. *Propter inopiam multi deliquerunt.* & Psalm. 36. *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem.* & Psalm. 108. *Nusquam transferantur filij eius, & mendicent.*

Respondeo, quod Salomon cum esset saecularis, & pro saecularibus loquutus, dicit se non desiderare paupertatem, quae verè laico statui non est utilis. praecipue vxoratis, qui filijs, & filiabus, & vxori prouidere debent: Quapropter omnes Scripturae praecipitae, quae paupertatem excludere videntur sic sunt intelligendae. & hinc colligitur veritas Catholicae doctrinae circa consilia Evangelij: paupertatem scilicet, & continentiam simul colligari, hac praecipua ratione, quia non expedit vxorato, & patri familias mendicitatem exercere, quia ut dictum est supra: *Propter inopiam multi deliquerunt;* Sed qui paupertatis consilium assumit etiam consilium continentiae accipere debet,

Licet Regularibus manibus operari, & proprio labore victum sibi acquirere.

Testimonium veterum sanctorum Patrum.

Regulares non tenentur sub praepcepto ad laborem manuum.

Non prohibetur mendicitas, sed mendicis auxiliū praecipitur.

Paupertas, & mendicitas laicis non est utilis.

debet, & ut ambo tutius seruentur, ortum est, quod multi simul sub obedientia vnius in Monasterijs ad propriam, & aliorum salutis progressum habitare decreuerunt, & hac de causa cum Christus Dominus, Matth. 19. paupertatem persuasit, etiam uxoris abdicacionem adiunxit. Sic enim dixit. *Es omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxores, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.* Itaque paupertas excluditur à saecularibus, seu laicis, & persuadetur Regularibus, & hoc modo concordant Scripturae noui, & veteris Testamenti. Attamen amor diuitiarum, & nimis affectus erga illas, omni tempore fuit disconueniens rationali creaturae, quae ad aeterna bona possidenda creata fuit, & facit ad rem, quod August. lib. de Ago. Christi. cap. 13. tom. 3. inquit. *Cum cognitio, & actio beatum hominem faciant, sicut in cognitione cauendus est error, sic in actione cauenda est nequitia. Errat autem si quis putat se veritatem posse cognoscere, cum adhuc nequiter uiuat. nequitia autem est mundum istum diligere, & ea qua nascuntur, & transiunt pro magno habere, & concupiscere, & pro his laborare, ut acquirantur, & latari cum abundauerint, & timere ne pereant, & contristari cum pereunt. ille igitur potissime est idoneus ad conuersionem sublimium, & ibi sublimiter fundatus, qui est perfectissimus contemptor omnium istorum, talis est qui totum cogitatum suum iactat in Domino, & omnem sollicitudinem, qui nullam prorsus habet possessionem.*

Tertia Obiectio. Opes moderatae necessariae sunt, vel saltem valde utiles ad vitam beatam, & perfectam in hac vita ducendam. Nam Ecclesiast. 7. dicitur. *Melior est sapientia cum diuitijs, & utilior uidentibus solem; sicut enim protegit sapientia, sic & protegit pecunia.* & Act. 20. *Beatius est magis dare, quam accipere.* Et Arist. lib. 1. Ethic. cap. 8. dicit opes esse necessarias ad felicitatem.

Respondeo, omnia praedicta intelligi debere pro statu saeculari, & laicali, & non pro statu Regulari, sicut enim diuitiae sunt laicis utiles, & necessariae, sic paupertas iuxta Saluatoris doctrinam beatorum, & sanctior, melior est Regularibus, & qui continentiam profitentur, & examinet quisque hanc doctrinam, & cognoscet, hanc esse rei veritatem.

Quarta Obiectio. Redigere se ad extremam inopiam est vitium, nam virtus consistit in medio, vitia in extremis. sed dare aliquid, est medium, nihil dare, est extremum. & confirmatur ex 2. Cor. 8. *Si uoluntas prompta est secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim ut alijs sit remissio, uobis autem tribulatio, sed ex aequalitate.*

Respondeo, quod si loquamur de Regularibus, seu de illis, qui Regulares esse uolunt, redigere se ad extremam inopiam, non est vitium, quia finis spectandus est in moralibus, huiusmodi autem operis finis est humanam uoluntatem Deo valde coniungere: sicut enim Deum multum amare non est vitium, sic omnia renunciare iuxta illius doctrinam non est vitium, sed uirtus heroica, seu in gradu perfecto. tunc enim extremum habet rationem uitijs, cum uirtuti opponitur; tales autem actus uirtuti non opponuntur; sed sunt perfectiores gradus eiusdem uirtutis. Dare autem tunc beatus est magis, quam accipere, cum diuitiae possidentur, unde dandi, & distribuendi habetur materia, & Apostolus de laicis loquitur, qui uel superius diximus, cum sint patresfamilias, diuitias

possidere debent, quibus vitium esset omnia sua bona distribuere: & in ipsis talis actus diceretur extremus, & consequenter uiciosus; de illis ergo intelligendum est cum dicitur: *Quod superest date pauperibus, & illud Lucæ 18. Omnia quaecumque habet, uende, & da pauperibus:* de his qui statum Religionis assumunt, vel extra statum Regularem etiam continentiam uolunt, vel promittunt, intelligi debet.

Quinta Obiectio. Qui se sponte redigit ad mendicitatem exponit se periculo fame moriendi, tentatque Deum, cum sibi auferat remedia ordinaria ad uitam consequendam requisita, nec potest dicere, panem nostrum quotidianum da nobis hodie; nam ei responderet Dominus, quid à me petis panem, cum tibi dederim antea, & tu illum abieceris?

Respondeo negando assumptum; nam qui paupertatem uouit commendat Diuinam prouidentiam, & credit ei, qui dicit Matth. 6. *Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, &c. Et ne solliciti sitis anima uestra, quid manducetis, neque corpori uestro, quid induamini, etc.* Et experientia tot saeculorum docet, Religiosis nihil aliquando defuisse, ita ut famæ motui sint illorum aliqui; immo ad Religiosos tunc magis conuenit petere panem quotidianum, dicendo, Pater iuxta tuum consilium paupertatem uouimus, digneris igitur hodie iuxta tuum promissum dare nobis panem, seu inspirare diuitibus, ut nobis quae sunt necessaria conferant, atque distribuant.

Sexta Obiectio. Religiosi mendicantes iniuriam faciunt ueris pauperibus, nam Lucæ 14. dicitur, *Cum facis prandium uoca pauperes, debiles, claudos, caecos, qui non habent retribuere tibi, et beatus eris.* Hoc loco, inquit Armachanus; Dominus non iubet uocari pauperes quoscumque, sed pauperes debiles claudos, vel caecos; neque etiam debiles quoscumque, sed debiles pauperes: nam pauperes non debiles possunt retribuere laborando: debiles non pauperes possunt retribuere pecunias dando.

Respondeo cum Cardinal. Bellarm. lib. 2. de Monachis cap. 46. illum locum Euangelij, ubi Dominus dicit uocandos esse pauperes debiles, &c. Legendum esse cum distinctione, seu disiuunctiue, & non coniunctiue uer. gr. uoca, uel pauperes, nempè qui sunt tantum pauperes uolentes paupertatem, uel claudos, uel caecos, &c. Non autem uoca pauperes tantum, qui sunt caeci, claudi, &c. Nam Apostol. Act. 24. dicit se attulisse eleemosynam pauperibus Christianis, qui erant in Hierusalem, quos certum est non fuisse omnes caecos, claudos, &c. Et cum Dominus ait: *Uoca eos, qui non habent retribuere tibi;* non intelligit eos, qui nullo modo possunt retribuere, tales enim nulli ferè sunt, nam etiam pauperes claudi possunt retribuere aliquod obsequium: sed intelligit eos qui non possunt reuocare ad simile conuiuium, uel commodè aliquid aliud donare; & proinde à quibus nihil sperari solet. Sic enim ait. *Noli uocare amicos, & uicinos diuites, ne forte ipsi te remunerent, & fiat tibi retributio.* Porro pauperes omnes, etiam qui ualidi sunt, & suis laboribus victum quaerunt tales sunt, ut non possint retribuere; nam cum uix sufficiant sibi, quomodo poterunt conuiuio diuites excipere, aut eis munera largiri?

Ad rationem illam dicimus ceteris paribus dandam esse eleemosynam semper magis indigenti, alioquin magis danda est propinquiori, & meliori, & cui debetur ex iustitia. Porro tribus de causis potest fieri

Regularibus pauperibus danda est eleemosyna tribus de causis...

Consilia Evangelica connectuntur ad inuicem, & cur.

Dare omnia sua, & Regularem vitam amplecti, actus est perfectissimus, qui dicitur heroicus.

ri, vt danda sit elemofyna potius Religiofo minus indigenti, quam non Religiofo magis indigenti ex Hieronymo in fine libri contra Vigilantium. Primò fi is dederit verè omnia fua pauperibus: debetur enim illi victus ex bonis pauperum non folùm ex charitate, fed etiam aliquo modo ex iuftitia. Secundò, fi laboret pro populo, concionando, facra faciendo, &c. Nam huic debetur aliquo modo ex iuftitia, licet non petat nifi ex charitate. Tertiò ratione perfectionis monalticæ, nam danda eft femper elemofyna meliori: quia verò non poffumus iudicare de internis, danda eft potius profidenti maiorem fanctitatem, quam profidenti minorem, quandò non conftat de mala vita Religiofi. Excipitur tamen femper extrema neceffitas cuiuscunque pauperis: illa enim femper præponitur minori neceffitati.

Septima Obiection. Prouer. 24. *Parum dormies, modicum dormitabis, paucillum manus conferes, vt quiescas: et veniet tibi quasi cursor egestas, et mendicatas quasi vir armatus.* Sapiens delcribit mendicitatem, vt quid malum, & damnolum ex pigritia proueniens; ergo vanum eft illam affumere, vt confilium perfectionis.

Refpondeo ex ipfa obiectione, mendicitatem quæ prouenit ex pigritia, vtique damnofam effe, non autem mendicitatem voluntariam, quæ affumitur ad abijciendam follicitudinem huius mundi, vt anima magis fit Deo coniuncta; nam Salomon de laicis loquitur quibus manibus laborare contingit, non autem de Regularibus: & ita effe patet ex verbis immediatè antecedentibus, ait enim: *Per agrum hominis pigri tranfiui, et per vineam viri ftultus, et ecce totum repleuerant vrtica, et operuerant fuperficiem eius fpina, et maceria lapidum deftructa erat.*

Contra fecundam Conclufionem. Prima Obiectione Matth. 6. *Ideo dico vobis ne folliciti fitis anima veftra dicentes, quid manducetis, neque corpori veftro, quid induamini. Nonne anima plus eft, quam efca; et corpus plusquam veftimentum? Refpicite volatilia Cali, quoniam non ferunt neque metunt, neque congregant in horrea, et Pater vefter caeleftis pascit illa; nonne vos magis pluris eftis illis? & intra: Et de veftimento quid folliciti eftis: confiderate lilia agri quomodo crefcunt, non laborant, neque vent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria fua coopertus eft ficut vnum ex iſtis. Si autem fennum agri, quod hodie eft, et cras in clibanum mittitur, Deus fic veftit: quanto magis vos modica fides? Nolite ergo folliciti effe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operemur, hac enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vefter, quia his omnibus indigetis: quarite ergo primum Regnum Dei, et iuftitiam eius et hac omnia adijcientur vobis. Nolite ergo folliciti effe in crastinum. Crastinus enim dies follicitus erit fibi ipfi, fufficit diei malitia fua. Ex quibus fequitur non licere Regularibus operari pro victu, & veftitu, fed confidere debere tantum in Diuina prouidentia.*

Refpondeo Saluatorem in præcitato loco de illis loqui, qui ftatum perfectionis affumunt; quibus non prohibet operari, quod docuit Apoftolus, vt fuperius diximus; fed tantum auert ab eis follicitudinem de victu, & veftitu, nec tollit

ſollicitudo de crastino prohibetur, fed non prouidentia

prouidentiam de crastino, fed curam follicitam; & importunam, quæ affectum erga Deum diuidit, & Regularibus obett; idè enim caſtitatem, paupertatem, & obedientiam obferuant, vt indiuiſum teneant affectum erga Deum: poſita autem follicitudine circa ea quibus renunciauerunt, Regularis vitæ ftatus fruſtratur. Ideoque Saluator illos monet, vt follicitudinem abijciant; at non fequitur eos aliquandò operari non poſſe: quia aliud eſt operari, & prouidentiam habere; & aliud follicitudinem immoderatam retinere.

Secunda Obiection. Ioan. 6. *Chriſtus Dominus dixit turbis, Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam aternam, quem filius hominis dabit vobis;* Ergo non licet operari, vt victum quiſque Regularium fibi acquirat.

Refpondeo huic ineptiffimæ obiectioni, tunc Saluatorem pro omnibus fidelibus loquutum effe, vt patet in textu: quapropter ſi ſenſus Saluatoris ille eſſet, nulli fidelium liceret operari pro victu, & veſtitu, ſed ſicut Iudæi in deſerto manna è Cælo expectare deberent: hoc autem inauditum eſt, & nullibi ab Apoſtoliſ, qui mentem Chriſti perceperunt, promulgatum fuit: ſenſus igitur verborum Chriſti Domini eſt, vt ex contextu patet, neminem debere Chriſtum ſequi pro commoditatibus temporalibus; ſed pro ſalute animæ ſuæ; & quod ita ſit, ecce textus Evangelicus. *Cum ergo vidiffet turba, quia Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius, aſcenderunt in nauiculas, et venerunt Capharnaum querentes Ieſum. Et cum inueniffent eum trans mare dixerunt ei. Rabbi quando huc veniſti? Reſpondit eis Ieſus, et dixit. Amen amen dico vobis queritis me, non quia vidiffis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, et ſaturati eſtis: operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam aternam, quem filius hominis dabit vobis.* Patet itaque Saluatorem ea verba pro illis turbis protuliſſe, & vt transferenda ſunt ad omnes fideles ſenſum habere ſuperius explicatum.

Contra tertiam Conclufionem. Prima Obiectione. Apoltolus, mandat fidelibus, vt ex labore, manuum victum quærant, vel ergo verba Apoltoli continent præceptum neceſſitatis, vel confilium perfectionis. Si primum, ergo omnes obligantur etiam Regulares, ſi ſecundum ergo ſaltem Regulares, qui confilia Euangelij obferuare debent.

Refpondeo, verba Apoltoli continere confilium perfectionis, & non præceptum, niſi poſita neceſſitate. At ſequela illa, ergo Regulares ſunt obligati ad illud obferuandum, eſt falſa, ratio falſitatis eſt: quia Regulares non omnia confilia Euangelij vouent, ſed explicite hoc & illud; tunc autem illud etiam confilium obferuant, iuxta mentem Saluatoris, quandò ocium fugare tenentur, vel ad tentationes aliquas ſuperandas, vel in caſu aliquo neceſſitatis, pro quo tempore datur illud confilium. non ſequitur itaque Regulares habere neceſſitatem manibus laborandi.

Secunda Obiectione. Auguſtinus lib. de Opere Monach. cap. 17. docet Regulares teneri adhuc præceptum Apoltoli obferuandum, nec excuſari per occupationes ſpirituales.

Refpondeo cum Cardinal. Bellarm. lib. 2. de Mona-

Non omnia confilia Euangelica vouentur à Regularibus, cum quædam cõſilia communiter vouere non expediat, vt manibus operari, &c.


Monachis cap. 42. Augustinum loqui de Regularibus illis, qui in saeculo manibus laborabant, nec in Religione sunt ministri Altaris, & verbi Dei: & tales in Religionibus vocantur laici, qui utique de facto manibus laborant, cum opera Monasteriorum mechanica exercent. Augustinum autem de eis loqui, & dissetere; probat Cardin. Bellarm. ex loco citato cap. 27. ubi Augustinus ait. *Si Evangelista sunt, si Ministri Altaris, si dispensatores Sacramentorum, bene sibi ista non arrogant, sed plane vendicant potestatem nimirum vivendi ex facultatibus populi.* Et haec verba de potestate petendi, si qui intelligere noluerit ex iustitia, ut licet ordinariis Ecclesiae Pastoribus, intelligat saltem de potestate petendi ex charitate.


Tertia Obiectio. Consuetudo antiquarum Religionum monet, ut Regulares manibus operentur, ita docent Ephiph. haeres. 78: Hieronym. Epist. 4. ad Rusticum. Augustin. lib. 1. de Moribus Ecclesiae cap. 31, Cassianus lib. 2. cap. 3. &

lib. 3. cap. 2. de institutis cenobiorum hi omnes docent Monasteria bene instituta, secundum Apostoli legem manibus laborare.

Respondeo Regulares antiquo tempore potius propriae salutis, quam aliorum vacasse, & ut plurimum solitariam vitam duxisse; supererat autem tempus manibus laborandi, quia non semper orare poterant, vel legere; ideoque eis tunc inerat consuetudo manibus laborandi: Episcopi autem, & Sacerdotes saeculares eo tempore onus praedicandi verbum Dei, & salutem animarum procurandi susceperant. at in praesenti Regularibus etiam studere, praedicare, Sacramenta ministrare, & caetera huiusmodi exercere contingit: idcirco manibus laborare, & opera mechanica exercere non valent, cum tempus non superfit. Praeterea horum, quae nunc narrauimus exercitium, laborem non minimum inserunt. Expertus dicat.

Regulares huius temporis maiorem laborem corporalem habent, quam veteres habuerunt.





LIBER QUINTVS. DE LAICIS MILI- TANTIS ECCLESIAE.



DISPUTATIO PRIMA.

*An Principatus politicus repugnet Chris-
tiana fidei.*



N antecedentibus libris cū disputauerimus de capite vtilibili Ecclesiae; secundò de eodem vna cum Ecclesia simul congregata, & tertio de sacris partibus illius, scilicet de Ministris; consequens est, vt in prae-

Connexio huius libri cum antecedentibus.

senti de his quae de laicis cum Sectarijs controuersa sunt, disseramus. quae ad quinque capita reducuntur, vt in huius libri serie patebit. Primum est, an Principatus & Magistratus politicus legi Euangelicae opponatur, vel Saluatoris doctrinae sit conformis. affirmant Catholici; negant Anabaptistae: & Christianis non licere habere praetoria, tribunalia, iudicia, nec ius gladij, affirmare non dubitant. Sed antequam ad Catholicam veritatis probationem descendamus; aduertendum esse dicimus, quod ex duabus praecipue causis politicum magistratum vbiq; necessarium esse ipsa natura docet. primò ad pacem seruandam, quae hominum conditioni necessaria cognoscitur, & valde vtilis. etenim cum variae sint Nationes, & varij hominum mores, ac ingenia, & vires dispares; proculdubio ex hac diuersitate furta, rapinae, inuasiones bonorum alienorum, homicidia, adulteria, stupra, fornicationes, & omnia malorum genera nascerentur; haec autem omnia auferuntur, saltem vt plurimum, posito politico Magistratu seu Principibus, qui ex proprio munere vnicuique ius suum seruare praecipunt, vnde oritur pax & huius vitae tranquillitas, imò felicitas; malos nempe puniendo, & bonos praemijs afficiendo, eos scilicet qui non tantum quae humanae leges, & lumen naturae docent, faciunt; verum etiam in pluribus bonis

Duabus de causis Magistratus politicus esse necessarius.

operibus Reipublicae vtilioribus, se exercent; quapropter iustitia punitiua & praemiatiua dicitur propria Principis. Remoto enim à populis Magistratu, omnis terra esset plena sceleribus & iniquitatibus; nec de vita propria quisque esset aliquando securus. idcirco Apostolus ad Rom. 13. inquit. *Uu autem non timere potestatem? Bonum fac & habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonum. si autem malum feceris time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit. ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram. sed etiam propter conscientiam.*

Secundò, ad ordinem tenendum. qualis Deus bone, esset in mundo confusio, remotis praetorijs & iudicijs; nec discrimen haberetur inter nobilem & ignobilem; inter doctum & ignarum; inter malum & bonum; vnusquisque enim vellet sibi alium subijcere; & suo proximo melior apparere. hinc Sapiens in Prou. cap. 11. ait. *ubi non est gubernator, populus corrumpet.* & reuera qui haec non animaduertit, mentis stupiditate laborat. cum ergo haec doctrina à naturae lumine dictetur, fieri non potest vt à Saluatoris nostri lege refellatur, cum ipse non venerit legem naturae destruere, sed perficere: nec enim lex naturae alterabilis est, stante eadem hominum conditione. Hinc est quod Apostolus 1. Cor. 11. Corinth. ipso naturae lumine arguit, dicens. *Vos ipsi iudicate: docet mulierem non velatam Deum orare? nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi; mulier vero si comam nutriat, gloria est illi, &c.* Apostolus itaq; tempore legis gratiae, etia legis naturae doctr. vtitur; ea igitur quae à naturae lumine bona dicuntur, per Euangelium neququam destruuntur, nec prohibentur. Quibus praemissis ponitur.

Lex naturae inalterabilis est.

Conclusio. Principatus politicus, seu Magistratus, non repugnat Christianae fidei. Probatum ex nouo Testamento, omisso veteri, quia Anabaptis-

tz

tae Iudaeis fuisse permittos Magistratus propter imperfectionem status, in nouo autem Testamento esse prohibitos opinantur. quod asserere insullum est & ineptum, cum Magistratus necessitas à lege naturali dicitur, quae eadem est sub utroque Testamento: attamen ad magis conuincendum, ex nouo testamento hæc veritas probatur. Matth. cap. 22. Christus Dominus præcepit dari tributum Cæsari, dicens: *Reddite ergo quae sunt Cæsari Cæsari, & quae sunt Dei Deo.* Verè si principatus repugnaret Euangelio, Saluator nunquam docuisset reddi Cæsari tributum; non enim respiciebat ipse personam hominum; quemadmodum ipsi Pharisei iure affirmabant loco citato: dicentes, *Magister scimus quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum.*

Principatus politicus non pugnat cum Euangelio.

Secundò probatur. Matth. 17. *Et cum uenissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei: Magister uester non soluit didrachma? ait: etiam. & cum intrasset in domum prouenit eum Iesus dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terra à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis, an ab alienis? & ille dixit: ab alienis. dixit illi Iesus: ergo liberi sunt filij. Et autem non scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens da eis pro me & te. ex qua Scriptura manifestè constat, Saluatorem non damnare Principatum; imò eum approbare; dum docet soluendum esse illi tributum ab alienis, seu à subditis; licet tunc seipsum & Petrum exceperit; & virtualiter clerum, ut suo loco diximus: non tamen principatum damnat, nec tributa; ut sanè menti patet.*

Saluator approbat Magistratum politicum.

Tertiò probatur ex Epist. ad Rom. cap. 13. in qua sic habetur: *Omnia auius potestates sublimioribus subdita sūt. nō est enim potestas nisi à Deo, quae autē sūt, à Deo ordinatae sunt. itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationē acquirunt: nam Principes non sunt timore boni operis, sed mali; uia autem non timere potestatem: bonum fac, & habebis laudem ex illa. Deo enim minister est tibi in bonum. si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Deo enim minister est: uindictam in iram ei, qui malum agit. Ideò necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideò eum & tributa praestatis, ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Igitur in nouo testamento Principatus est licitus; imò illi parendum esse, & tributa soluenda, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam docet Apostolus: & Dei uoluntatē & ordinationem esse, & illius esse ministros, etiam subdit.*

Petrus Apostolus confirmat in nouo testamento magistratum politicum.

Quartò probatur ex 1. Tim. 2. ubi Apostolus ait. *Obsecro igitur, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, &c.* etenim si Euangelium prohiberet magistratus, non esset pro Regibus orandum, sed pro illorum destructione laborandum.

Quintò probatur ex Epist. ad Titum cap. 3. in qua Apostolus sic ait. *Admone illos Principibus & Potestatibus subditos esse, dicitō obedire, ad omne opus bonum paratos esse: in opinio Anabaptistarum uera*

esset, nequaquam Apostolus doceret Christianos debere principibus obedire, & subditos esse; at oppositum docet: ergo Euangelium admittit principes; & illis parendum esse iubet.

Sextò probatur ex 1. Petri cap. 2. *Subiecti igitur estote omni humanae creaturae propter Deum, sine Regi, quasi praecellenti, sine ducibus tanquam ab eo missis, ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum: quia sic est uoluntas Dei, &c.* & infra: *Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum time: Regem honorificate.* igitur Apostoli qui Euangelij praecones fuerunt, magistratus politicos & Reges habendos & honorandos esse docent.

Petrus Apostolus idem docet.

Septimò probatur Act. 13. ubi legitur Proconsulem Cypri à Paulo ad Christi fidem fuisse conuersum, sic enim ibi habetur. *Tunc Proconsul cum uidisset factum credidit admirans super doctrina Domini.* & tamen Apostolus non docuit illum debere deponere regimen. ergo magistratus politicus non repugnat Euangelicæ legi. & Constantinus Romanorum Imperator post susceptum baptismum uir sanctus & deuotus fuit, ac pius Christianus; & tamen non deposuit Imperium; nec quisquam illum talia docuit esse facienda. Taceant igitur Anabaptistæ, & ab huiusmodi insanijs declinent.

Octauò probatur auctoritate sacrorum Conciliorum, in Concilio Nicæno adfuit Constantinus Imperator pius, & bonus, ut patet ex historijs, & in actis eiusdem Concilij: ergo Ecclesia tunc temporis credebatur principatum politicum Euangelio non repugnare, nā Patres tunc nec permisissent Imperatorem adesse Concilio, illumque docuissent debere Imperatoriam dignitatem deponere, hoc autem non accidit: Ecclesia igitur eo tempore, eodem modo ut nunc docet, credebatur.

Infans Anabaptistarum.

Et in Canone 7. & nono Concilij Sardicenis, quod dicitur Appendix Concilij Nicæni, fit mentio Imperatoris, & pius dicitur & ab eo postulandum esse auxilium & fauorem, &c.

Testimonium anliquitatis.

In Actis Concilij secundae Generalis, Constantinensi, habentur epistolæ Theodosij Imperatoris, & illius edictum publicum; ut *in uersa gentes eam fidem tenerent, quam de Patris & Filij et Spiritus sancti una diuinitate, ab Apostolo Petro Romano traditam, Damasus Pontifex praedicabat.* Ecclesia autem tunc temporis Imperatorem, ut bonum Christianum, & in statu salutis existentem cognoscebat, credebatur, & docebatur, per publicas acclamationes; ut patet in Actis.

Idemque legitur pluries in Actis Concilij Ephesini, & Chalcedonensis: ut quisque uidere poterit: cū breuitatis gratia ea omittantur: ergo semper antiqua Christi Saluatoris nostri Catholica Ecclesia, magistratum politicum non repugnare Euangelio, firmiter credidit, ac docuit, itaque oppositum credere, Sectariorum est nouitas.

Nonò probatur conclusio, Sanctorum Patrum auctoritatibus, August. tom. 1. lib. 1. de libero arbitrio cap. 6. ait. *Ergo si populus sit bene moderatus, & grauius communisque utilitati diligentissimus custos; in quo unusquisque memoriam priuatae quam publicae pendat; nōne lex sortitur qua huc ipsi populo liceat creare sibi magistratus, per quos sua res, id est publica administraretur?*

Et infra. *Porro, si paulatim deprauatus idem populus rem priuatae Resp. praeferat; atque habet uonab. suffragium, corruptusque ab eius honores amant, regnum*

men in se flagitiosis consceleratisque committat; nonne item recte si quis tunc existerit vir bonus, qui plurimum possit, adamas huic populo potestatem danis honores, & in paucorum bonorum vel etiam unius redigat arbitrium?

Et tomo 2. Epist. 54. de temporali magistratu sic ait. Prodest ergo & severitas vestra, cuius ministerio quies adiuvatur nostra: prodest & intercessio nostra cuius ministerio severitas temperatur & vestra. Non vobis displiceat quod rogamini à bonis, quia nec bonis displices quod timeamini à malis, nam hominum iniquitatem etiam Apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, verum etiam de potestatibus vestris secularibus terruit, asserens; & ipsas ad dispensationem divina providentia pertinere. omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c.

Chrysostomus tom. 1. hom. in Psalm. 148. super illa verba; Reges terra & omnes Populi, sic inquit, rursus loquitur de alio genere providentia, nempe de principibus; quod Paulus quoque in Epistola ad Romanos ponit, sapientissime ostendens hoc fuisse opus Dei providentia, in eos qui magistratus gerunt, & in eos qui illi parent unumquemque divuisse. Dei enim minister est tibi in bonum. si hoc autem suffuleris, unumquemque interit. si enim nunc sunt Principes & Magistratus, multique sunt in eis corrupti ac depravati, tantus tamen rei est usus, ut etiam cum mali sint, magna ex eis capiatur utilitas: cogita apud te si is, quibus sunt crediti magistratus eos recte gererent, quam bene cum genere humano ageretur, sed magistratus quidem constituitur Deus opus: quod autem improbi ad eos provehantur, & eis non ut decet utantur, est hominum improbitas. dicit ergo oportere magnas Deo gratias agere, quod sint & Reges & Iudices. certo enim ordine & modo constituta hominum administrationis curam gerens, & ne plus quam sextum rati multi viverent, providens veluti quandam curam regendi artem, & navis gubernanda scientiam: magistratus & regna largitus est. si ergo sis princeps aut magistratum geras, benigno & clementi Deo age gratias, quod tua ostendenda cura & diligentia tanta tibi data sit occasio. si privatus, rursus age gratias, quod habes qui tui curam gerat, nec permittat, ut ne improbi insidijs circumventum opprimant.

Ambrosius tom. 3. in Comment. super Epist. ad Rom. cap. 13. ait. Principes hos Reges dicit, qui propter corrigendam vitam & prohibenda adversa creantur. Dei habentes imaginem, ut sub uno sint ceteri. & potestatem: iam ex potestate tunc surgit, cum quis innocens invenitur. Manifestum est ideo Rectores datos, ne malum fiat. si autem malefecerit, time: non enim sine causa gladium portat. hoc est, ideo comminatur, ut si fuerit contemptus, vindicet. Dei enim minister est, vindicet iram in eum qui male agit. Quoniam futurum iudicium Deus statuit, & nullum perire vult: hoc in sacro Rectores ordinavit, ut terrore interposito, omnibus velut pedagogi sint erudientes illos quid seruent ne in penam incendant futuri iudicij. & intra. Recte dicit subiectos esse debere, non solum propter iram, id est ultionem presentem, parit enim ira vindictam, sed & propter futurum iudicium: quia si hic evaserit, illic eos poena expectat, ubi accusante conscientia ipsa punientur. ideo dicit tributa praestari, vel qua dicuntur fiscalia, ut subiectionem praestent, per quam sciunt non se esse liberos, sed sub potestate agere, qua ex Deo est. Principi enim suo, qui vicem Dei agit sicut Deo subijciuntur sicut dicit Daniel Prophetas. Deest, inquit, Regnum, & cui vult dabit illud. Vnde & Dominum, Reddite, ait, qua

sunt Caesari Caesari. Haec ergo subiiciendi sunt, sicut Deo, cuius subiectioni probatio haec est, qua illi perdidit tributa.

Hieronymus in Comment. super Epist. ad Titum lib. 1. cap. 3. tom. 8. super illa verba: Admone illos principibus & potestatibus subditos esse obedire ad omne bonum, &c. Tale quid, inquit, & ad Romanos scribitur: Omnis anima potestatibus superioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo, & intra: sed qua dixerat: admone illos principibus & potestatibus subditos esse: poterat his qui tormenta formidant, occasio ad negandum dari, dum iuxta Apostoli dictum, se assererent principibus & potestatibus esse subiectos, & facere quod iuberent: propterea subiicit: obedire ad omne opus bonum. Si bonum est quod praecipit Imperator, & Praeses iubentis obsequere voluntati. Sin vero malum & contra Deum sapit, responde ei illud de Actibus Apostolorum. Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Hoc ipsum & de servis intelligamus apud Dominos, & de uxoris apud viros, & de filiis apud parentes: quod in illis tantum debeant domini, viri parentibus esse subiecti, qua contra Dei mandata non veniunt.

Patres haec scripserunt, non nova componentes, quia Sanctorum Patrum, nova excogitare consuetudo non fuit: nec cum diversis Orbis Prouincias coluerint, fuissent concordēs; cum diversae sint hominum ingenia; exponebant itaque & confirmabant quae tunc uniuersalis Christi Ecclesia credebat; ergo antiqua Ecclesia Catholica ita credidit: igitur Ecclesia Romana quae idem credit, & docet, est Ecclesia Catholica oppositum itaque defendentes sunt haeretici. Nec valet occurrere sacram Scripturam antiquam esse & Apostolicam; eoque illam sectari: inanis enim est huiusmodi fuga; quia non de veritate sacrae Scripturae, sed de illius sensu, & intelligentia altercamur: quae cum possit esse multiplex, ut experientia semper docuit, ob varias Sectas olim ortas, quarum vnaqueque sacrae Scripturae sensum sibi traxit & trahit: quae rimus, quae sit illa quam antiqua Ecclesia Dei habuit. Nos itaque per uniuersum antiquorum Patrum testimonium, hanc fuisse, quam nunc credit & docet Sancta Romana Ecclesia demonstramus: & sic eam esse Ecclesiam Catholicam, & consequenter ceteras adunationes extra illam, Sectas esse, ac Synagogas perditorum hominum ostendimus; cum extra Ecclesiam non sit salus.

Superest nunc ut obiectiones Anabaptistarum soluamus. Prima Obiectio Matth. 17. Reges gentium à quibus accipiunt tributum, vel censum? à filiis suis, an ab alienis? & ille dixit ab alienis. dixit illi Iesus: ergo liberi sunt filij. Sed omnes Christiani sunt filij, iuxta illud Apostoli ad Rom. 8. Non enim accepisti spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepisti spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, pater. ergo Christiani non debent habere Reges & magistratus, nec soluere alicui tributa.

Respondeo Christum Dominum Matth. 17. eo sensu omnes Christianos filios minimè appellasse, ut ex ipso textu Scripturae patet; nam ut ostenderet se & Petrum immunes esse à lege tributorum: dixit per similitudinem, filios Regum Regibus tributa non soluere, cum & ipsi sint domini, & haeredes regnorum. voluit autem Saluator omnes monere, ut alibi diximus, Ecclesiae ministros dominium ut Pastores, super omnia Regna terrae habituros, & hac ratione immunes esse à lege tributorum; at omnes fideles

Ratio quae vincit Sectarios.

Laici fideles non sunt immunes à tributis.

seu Christiani non sunt ministri Ecclesie, ideoque ex sententia Christi non dicuntur in hoc sensu filij, quia huius supremæ potestatis non sunt hæredes. Ad illud Apostoli, dico ipsum de filiatione spiritali fermocinari, quæ dicit ordinem ad hæreditatem Regni cælestis, & æternæ beatitudinis; vt legenti patebit; idcirco non facit ad rem.

Secunda Obiectio. Luc. 22. Saluator dixit Apost. *Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator.* igitur Saluator à populo Christiano Regiam potestatem, & Magistratum penitus excludit.

Respondeo totum oppositum ex hac auctoritate concludi: & cerè Anabaptistæ incidunt in foueam quam fecerunt. dicit enim Saluator Apostolis non debere præesse more Regum Gentilium & Tyrannorum; sed humaniter & cum charitate. non excludit igitur ab Ecclesia præsidenciam & potestatem. & ita esse dupliciter probatur; primò, quia subdit: *Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor sicut ministrator.* quid autem est maior & præcessor, nisi præsidere cum potestate? Saluator itaque non auferit præsidenciam & potestatem ab Ecclesia: sed illam monet non debere more gentilium teneri. Secundò probatur ex alijs verbis quæ infert, & sunt hæc. *Nam qui maior est qui recumbit an qui ministrat? nonne qui recumbit. ego autem in medio vestri sum, sicut qui ministrat.* seipsum igitur in hac re præbet exemplum; sed sic est, quod ipse erat verus Dominus, & superior, ac præpositus; licet dicat se inter illos fuisse sicut qui ministrat; vt humilitatem, & charitatem doceret; ergo Christus Dominus non excludit ab Ecclesia Regiam potestatem, nec Præsidenciam nec Magistratum.

Tertia Obiectio. Apostolus ad Roman. cap. 13. inquit. *Neminem quaquam debeatis nisi vt inuicem diligatis; qui enim diligit proximum legem implet;* ergo Apostolus à Christianis auferit debitum subiectionis Magistratibus, & legem tributorum.

Respondeo Apostolum prius dixisse, *cui tributum tributum; cui vectigal, vectigal.* & principes nos honorare debere: & deinde immediatè subdit. *Neminem quaquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.* Si hæc verba sensum ab Anabaptistis traditum haberent; Paulus statim destrueret quæ superius dixerat, & sibi ipsi contradiceret; hoc autem absurdum est asserere; diuersus erit igitur sensus horum verborum ab eo quem ipsi excogitauerunt, vt de facto est; etenim Apostolus ad confirmationem eorum quæ superius dixerat, sequitur: *neminem quaquam debeatis.* ille enim dicitur etiam debitor, qui suo tēpore non soluit quod debet: itaque Apostolus docet statim esse soluenda quæ quisque debet, cui scilicet tributum, tributum; cui vectigal, vectigal, nec debet quisque diu debitor manere, & maturè quæ sunt soluenda non soluere. hic est legitimus horum verborum sensus: confirmat igitur Apostolus, quæ superius dixerat, nihil ergo concludunt Anabaptistæ.

Quarta Obiectio. Apost. 1. Cor. 7. docet fideles sic *pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.* id est, empti estis à Christo in libertatem, nolite iterum seruire Cæsari, Principi, & Magistratui laicorum.

Respondeo Apostolum prohibere tantum seruitutem particularem, quam quis solet assume-

re, & mercenarius alicuius fieri, qui sit infidelis, vel talis, vt causet impedimentum vitæ spiritualis, & illius progressum; non prohibet autem obedientiam, quæ principibus & magistratibus est debita, quia sic sibi contradiceret, cum ad Roman. cap. 13. illam in ordine ad conscientiam obligare doceat: & Saluatori opponeretur, qui Matth. 22. dixit. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* & quod ita sit, patet ex contextu Apostoli in eodem loco; nam paulò superius dixerat. *Quod si infidelis discedit, discedat: non enim seruus subiectus est frater, aut soror in huiusmodi: in pace autem vocauit nos Deus.* de ea seruitute igitur loquitur Apostolus, quæ pacem spiritualement tollit, & turbulenciam generat; non prohibet autem omnem subiectionem, vt Anabaptistæ somniant.

Quinta Obiectio. Apostolus 2. Cor. 8. ait. *quod vnus est Dominus.* & ad Ephes. 4. *Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma, vnus Deus.* ergo nullus datur Dñs & Princeps, & Magistratus præter Deum.

Respondeo hoc argumentum esse valdè ineptum: vnus est Deus, ergo non datur vllus magistratus & princeps, ergo luna est palida, vel ergo calum est scerentum. vnus est Deus, ergo non sunt plures Dij, hæc est vera sequela; sed vnus est qui inuisibilis nobis est: ergo debemus habere Rectorem visibilem in terris, qui in rebus politicis homines dirigat.

Sexta Obiectio: Multi Principes causa fuerunt ruinæ populorum, & mali fuerunt, vt sacra Scriptura narrat de Nembro, Pharaone, Nabuchodonosor, de Saul, Roboam, Hieroboam & alijs, vt patet, ergo auferendus est principatus iste ab Ecclesia fidelium.

Respondeo, multos vtique Principes malos imò pessimos in orbe extitisse, sed peioris conditionis iussent Regna, si magistratū nullatenus habuissent; *ubi enim non est gubernator populus corrumpit.* & plena esset terra omnibus sceleribus, iniquitatibus, rapinis, & homicidijs; vt in principio præsentis disputationis diximus. Præterea si multi Principes fuerunt mali, adhuc multi fuerunt iusti & boni: malitia igitur non oritur ex parte regiminis & magistratus, sed per accidens respectu illorum, qui tali munere abutuntur. patet de scientia quæ optima in se est, & per accidens mala, quatenus quis illa abuti potest; vt fecerunt Sectarij, & Anabaptistæ, cum quibus disputamus; & tamen non est destruenda scientia; sic à pari, multi abutuntur Regia potestate; non est tamen illa tollenda, quia in se bona, utilis, & necessaria existit.

Septima Obiectio. Iudæi habuerunt magistratū; quia fuerunt serui, vt docet Apost. ad Galatas cap. 4. dicens: *Itaque fratres non sumus ancilla filij, sed libera, quia libertate Christus nos liberauit.* ergo Christiani qui sunt liberi non debent habere magistratum.

Respondeo Christianam libertatem non consistere in eo, vt tollatur obedientia & subiectio ad magistratum; quia Saluator & Apostolus illam præcipit, vt pluries diximus; sed illam præcipuè in duobus consistere monet. primò vt liberi sumus à seruitute diaboli & peccati, de qua Apost. ad Rom. 6. *liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ.* Secundò, à iugo & seruitute legis Mosaicæ, cui Iudæi erant subiecti, de qua seruitute legitur Act. 15. *Quid tentatis Deum, imponere iugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus.* & de hac libertate loquitur Apost. ad Galat. loco cit. eo quod Galatæ cum Christiana fide, iugum legis Mosaicæ necessariò

Apostolus diffinet seruitutem particularem mercenariam.

Vnitas Diuinitatis non opponitur hominum Magistratui in terris.

Ob malitiam alicuius Magistratus non est tollendus Magistratus.

Quæ à Christianis non tollentur.

Saluator non abtulit ab Ecclesia regimen.

Paulus confirmat legem tributorum & subiectionis.

tenendum esse, putabant; vt patet in textu eiusdem epistolæ; non fit autem sermo de subiectione in ordine ad politicum Magistratum.

Octava Obiectio. Regia potestas non est à Deo introducta, sed ab hominibus tyrannicè vsurpata; quis enim fecit Nembrod Regem? quis Nabuchodonosor? quis Ninus? quis Alexandrù? quis Iulium Cæsarem? quis alios? hinc laudatur ille Pirata qui respodit Alexandro: ego quia cù paruo ligno discuro, Pirata dicor, tu quia cum magna classe Orbem terrarum spolijs, Imperator diceris. Augusti lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 4. ex Marco Tullio lib. 3. de Repub.

Respondeo facile negotium esse, aliquos ostendere Principes & Reges qui tyrannicè & iniuste aliena Regna occuparunt: hoc tamen nõ impugnat magistratum in communi, qui iure ordinario potestatem sumit à populo; cum potestas Principis sit de iure gentium, vt alibi diximus. quod Deus quosdam iniuste Regna assumpsisse permittat, est secretum Diuine prouidentie: vel ad malos iuste puniendos, vel vt inde bonum aliquod eliciat: vt accidit in Romano Imperio, quod violenter creuit: & tamen Deus illud disposuit, ad hoc vt facilius Orbis terrarum simul & semel Christianam fidem veneretur: vt factum est tempore Constantini: quemadmodum Leo Papa serm. 1. in Natali Apostolorum Petri & Pauli inquit: *Disposito namq; diuinitus operi maxime congruebat, vt multa regna vno considerarentur Imperio, & eisdem peruijs haberet populos predicatio generalis, quos vnus teneret regimen ciuitatis. Hac autem ciuitas ignorans sua promotionis auctorem, cum per omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium seruebat erroribus; & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem. Vnde quando erat per diabolum tenacius illigata, tanto per Christum est mirabilis absoluta.* imò quos aliquando tyrannicè dominari putamus; tales iuste regna occuparunt; & fortè ad Regum aliquorum malitiam euertendam. Sæpè enim contingit vt circa idem opus Deus & homo valde diuersa intendant, vt legitur Isaiz 10. & recensetur à Cardinali Bellarm. lib. 3. de Laicis cap. 6. *Assur virga furoris mei, & baculus ipse est in manu eorum indignatio mea ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferas spolia, & diripias prædam, & ponam illum in conculcationem quasi lutum platearum: ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eum non ita existimabit, &c.* patet autem ex vltimis verbis citatis Deum talem potestatem ei contulisse sine longè diuerso, ab eo quem habuit Salmanasar in occupandis regionibus Israel. etenim Deus Israel per eum flagellauit, ipso Salmanasar voluntatem Diuinam nesciente nec sentiente. & in Daniele cap. 2. legitur de Rege Nabuchodonosor. *Tu Rex Regum es & Deus soli Regnum & fortitudinem & Imperium & gloriam dedit tibi.* & tamen constat Regem Nabuchodonosor violenter & tyrannicè multa sibi acquisiuisse Regna. Similiter de Cyro Isaiz 45. Dicendum est igitur initium alicuius Regni posse esse tyrannicum & violentum, sed deinde ob naturæ ordinem, qui magistratus necessitatem insinuat, tale dominium iuste administrabitur, estque illi à subditis necessariò parendum, cum absque magistratu vivere non debeant.

Nona Obiectio. Per peccatum introducta est subiectio, sed per Christum liberati sumus à peccato, ergo etiam à subiectione & magistratibus politi-

cis. Antecedens probatur, nam Gen. 1. non dicitur, dominamini hominibus: sed *dominamini piscibus maris, & bestijs terra.* item mulier nunc non subijcitur viro, nisi politica subiectione, & tamen hæc subiectio per peccatum subintroducta est, vt patet Gen. 3. *sub viri potestate erit,* & Augustinus lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 1. dicit primum qui ciuitatem condidit ante diluuium fuisse Cain & post diluuium Nembrod. primum deducitur ex cap. 4. Gen. secundum ex cap. 10.

Respondeo Magistratum (quicquid sit de statu innocentie, an tunc etiam Magistratus fuisset vel non) post peccatum simpliciter necessarium cognosci lumine naturæ: & vtrumque testamentum hoc apertissimè docere: nunc ad rationem. hæc subiectio introducta est per peccatum; qualis nunc est, & cum his circumstantijs, concedo. cum ait, sed à Christo liberati fuimus à peccato: dico quod à peccato liberati fuimus, sed non à potestate proxima & inclinatione peccandi, scilicet à carnis concupiscentia; sed tantum data est nobis gratia, quæ per baptismum delet culpam originalem, & gratia, per quam facilius peccato & tentationibus resistere valeamus, & à statu culpæ resurgere possumus; natura autem humana non redijt per opus Redemptionis ad statum innocentie; ideoque sicut in veteri testamento, sic tempore noui mundi simpliciter indiget Magistratibus, stante tamen lumine Euangelicæ legis, regimen politicum est longè suauius, & mitius; quia subiacet regulis sanctæ Ecclesie: & ab illa moderatur omnis politica potestas: vt lib. 2. disp. 6. dictum est. Ad illud de Nembrod, dico ibi non vituperari gubernationem & Regimen, sed illius violentam inualionem, cum sit de iure gentium, & ad populum spectet sibi Ducem constituere, Scriptura itaq; reprehendit tyrannidè, & nõ regimè.

Decima Obiectio. Augusti lib. 19. de Ciuit. Dei, cap. 13. ait. *Rationalem factum ad imaginem suam, noluit Deus nisi irrationabilibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori, inde prius iusti, pastores magis pecorum, quam Reges hominum constituti sunt; vt hinc etiam insinuaret Deus, quid ordo postularet creaturarum & quid meritum exigeret peccatorum.*

Respondeo Augustinum his verbis duo docere, primum: quod homo & Magistratus non debet hominibus tã dominari quemadmodum pecoribus, & bestijs; quia homo super bestias & animalia irrationabilia absolutum habet dominium: & ad suum libitum potest illa occidere, accipere, &c. dummodo proximo nulla fiat iniuria; at non sic Magistratus potest dominari super homines; quia regimen Magistratus debet magis subditorum vtilitatem, quam propriam, & magis bonum commune, quam priuatum, intendere. Secundum; quod propter peccatum tale regimen, cum circumstantijs quas nunc habet originè sumpsit, in statu autem innocentie non fuisset regimen talem his conditionibus, quibus nunc viget, sed tantum ad ordinè potius seruandum, & decorem, & ornatum; quam ad finem, quem in statu naturæ destitute omnes iudices, & omnia tribunalia, & pratoria habent, si igitur absque Magistratibus Anabaptistæ viuerent, Paradisum terrestrem introire procurent, & fortè absque Magistratu esse obtinebunt; sed quia hoc est eis impossibile; vt dimittant huiusmodi inlanias, necesse est.

Vndecima Obiectio. In libro Iudicum cap. vltimo legitur sic. *In diebus illis, non erat Rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc*

Per Christum liberati sumus à peccato sed non à potestate peccandi.

Natura humana per opus Redemptionis nõ redijt ad statum innocentie.

Magistratus non habet absolutum dominium super homines.

Magistratus cum conditionibus quas nunc tenet, à peccato originè ducit.

Initium alicuius Regni, seu regiminis potest esse iniustum, quod introductum deinde iustum est, & ipse parendus est illi.

hoc faciebat. hoc autem tempus valdè Deo placuisse probatur ex eo, quod Deo displicuit 1. Regum c.8. populum sibi Regem petiisse à Samuele: ergo nunc quod est tempus gratiæ & redemptionis, redeundū est multò magis ad talem statum, & abijciendi sunt omnes Reges & Principes.

Respondeo Scripturam verbis præcitatis, non felicitatem, sed miseriam illius temporis descripsisse: quia in Israel, vt in eodem Scripturæ loco narratur, multæ erant iniquitates & scelera; & redditur proportionata ratio, quia scilicet in illis diebus non erat Rex seu Princeps in Israel. ad illud quod Deo displicuit electio noui Regis, concedo. nam & sacra Scriptura hoc testatur; sed ratio fuit, non quia Principatus est malus; sed quia Deus iuxta suam voluntatem constituebat idoneos Iudices, qui populum regebant & iudicabant, & hoc modo populus ille magis videbatur à Deo pendere, à quo continuo Iudices recipere debebat: & meliores Iudices populus semper recepisset, quam tempore eorum Regum habuit, qui hæreditario iure Regnum illud obtinebant, vt sacra narrat historia. Vndè 1. Regum cap. 12. postquam Saul electus est Rex, dixit Samuel ad populum. *Sed & nunc scite, & videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro. Numquid non mestrus tridici est hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces & pluuias: & scientis & videbitis quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos Regem, & redditur causa, non quia principatus malus est, sed quia Deus talem principatum per eos exercebat, quos iuxta suam voluntatem Iudices eligebat. vndè paulò superius dixit Samuel. *Videntes autem quod Naas Rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixisti mihi: Nequaquam, sed Rex imperabit nobis, cum Dominus Deus vester regnaret in vobis.* Itaque Deo non magistratus politicus apud Iudæos, sed ipsos sibi illum elegisse displicuit; dum iuxta placitum suum Iudices delegare vellet: vt prius fecerat: & legitur in libro Iudicum.*

Duodecima Obiectio. Psalm. 32. legitur sic. *Dominus dissipat consilia gentium, reprobatur autem cogitationes populorum, & reprobatur consilia principum;* ergo Deus damnatur electiones Principum & Magistratum, & leges & consilia quæ populis tribuunt. at hoc non fuit dictum pro Iudæis; ergo pro Ecclesia seu pro Christianis, & eo maxime quia Dauid de Ecclesia & nouo testamēto vt plurimū loquutus fuit.

Respondeo cōcedendo Dauid Prophetam vt plurimum de Ecclesia & nouo testamento loquutum fuisse, & præcipue in citato loco, qui à Sectarijs non intelligitur, sed peruertitur. nam ibi Propheta non damnatur Principes & Magistratus, sed eorum consilia & cogitationes: at non eas quas habent in regimine gentium & populorum subditorum; sed quas contra Christi Ecclesiam & legem Euangelicam habuerūt, & habent, cum illam persequuti sunt, & persequuntur: & quod ita sit, patet in toto illo Psalmo, nam de Ecclesia & lege Euangelica ipsum loqui constat ex illis verbis, *Cantate ei canticum nouum, quod non est nisi nouum testamentum, de quo legitur Hieremix 31. Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domus Israel & domus Iuda fadus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Egypti, &c. & Ezech. 11. & dabo eis cor novum & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum, &c.*

& cap. 36. *Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis Idolis vestris mundabo vos, et dabo vobis cor nouum et spiritum nouum ponam in medio vestri, etc.* Propheta itaque in spiritu prouidens persecutiones, quas aduersus Ecclesiam Principes gentium facturi erant, vt illam penitus è terra tollerent, nihil tamen proficiedo, inquit: *Dominus dissipat consilia gentium, etc. & lubdit. Consilium autem Domini in aeternum manet, puta decretum de perpetua stabilitate Ecclesie vique ad consumationem sæculi, de qua Dan. c.2. Suscubabit Deus cali Regnum quod in aeternum nō dissipabitur, et Regnum eius alteri populo non tradetur: commuet autē et consumet vniuersa Regna hæc; et ipsum stabit in aeternum.* De hac eadē persecutione aduersus Ecclesiam loquitur Dauid etiam Psalm. 2. dicens. *Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania. Astiterunt Reges terræ et Principes conuenerunt in vnu, aduersus Dominum, et aduersus Christum eius. & quia nihil proficient, subdit. Qui habitat in Calu, iridebit eos, et Dominus subsannabit eos.* Itaque sequela illa, ergo Deus damnatur Principes, & Magistratus est inanis.

Decima tertia Obiectio. Psalm. 145. *Nolite cōfidere in Principibus, in filiis hominum in quibus non est salus. Si Princeps sunt contra salutem, vt ait Propheta, vtique extirpandi sunt inter Christianos, vbi salus acquiritur, & inuenitur.*

Respondeo huiusmodi ineptijs, Prophetam non prohibere Principes, nec regimen politicum, vt sensatis patet: sed damnare tantum inordinatam confidentiam erga illos. multi enim omni tempore fuerunt, & sunt, qui ita confidunt in potentia Principum, vt Deum eiusq; prouidentiam, & salutem æternam parum estimant; hoc damnatur Propheta.

Decima quarta Obiectio. Ezech. 22. *Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, et perdendas animas, et auarè ad sectanda lucra.* Si Principes tot mala in homines inducunt, ergo non sunt sustinendi inter fideles, à quibus omne malum tollendum præcipitur à Salvatore.

Respondeo Prophetam non reprehendere Principatum, & Magistratū, vt attentè legenti patebit, sed malitiam aliquorum Principum, qui tempore Ezechielis regnabant super Israel. sicut cum Scriptura reprehendit falsos Doctores, & magistros errorum, non reprehendit Doctoratum, & Magisteriū, quod Deus posuit in Ecclesia sua: dicente Apost. 1. Cor. 12. *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, etc. & 2. Tim. 1. In quo positus ego prædicator, et Apostolus, et Magister gentium.* reprehendit autem tunc actum falsa docendi; sic à pari Propheta reprehendit Principes malos, non arguit autem tunc Principatum & Regiam potestatem; sed in Principibus & Regibus actum malè regendi & gubernandi damnatur.

Quinta decima Obiectio. Osee cap. 8. *Ipsi regnauerunt, et non ex me, Principes extiterunt et non cognoui.* ergo Principes non sunt ordinati à Deo, sed contra Dei voluntatem.

Respondeo Prophetam tunc loqui de Principibus Samaritæ, illis scilicet; qui super diuisum populum Israel sub Ieroboam filio Nabat dominabantur, vt legitur 3. Regum per totum, & quia isti relicto Deo vero, Idola colebant, ideo tales Reges & Principes damnatur, non ratione principatus, & magistratus; sed ratione modi quo talia usurpauerunt: relicto etiam cultu Dei, & introducta Idololatria. Et quod ita sit, patet

Status hominum sine magistratu in felix est, vt Scriptura sacra testatur

In ordinata confidentia erga Principes damnatur.

Reprehenduntur Principes mali, sed non principatus.

Magistratus gentium damnatur pro tempore quo Ecclesiam persequuntur.

patet ex cōtextu citatæ Scripturæ; sequitur enim sic: *argentum suum, et aurum suum fecerunt sibi Idola, ut interirent: prociectus est vitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eos; usquequo non poterunt emundari? Quia ex Israel & ipse est: artifex fecit illum, & non est Deus: quoniam aranearum telas erit vitulus Samaria.* prohibet itaq; nō principatum, & magistratū, sed vsurpationem illius, in contemptum diuini cultus.

ollerent; nēmpē ad legem naturalem, & Diuinam, eo quod in omnium mente, Deus vt legislator, legē naturalem descriperit; cum igitur natura dicat quid faciendum, quidue fugiendum; & insuper Deus ipse legem Euangelicam dederit, videtur ex his superflua huiusmodi potestas leges ferendi in magistratibus & sæcularibus principibus. at oppositum constat, quia nec lex naturæ, nec Diuina, ad particularia descendūt, & quæ sunt particularibus Regnis, Nationib; Prouincijs, ac Ciuitatibus propria, minimè insinuant. de lege Diuina Euangelica patet ea tantum cōtinere quæ ad æternam sēlicitatem ordinem dicunt. de lege Diuina veteri, non est in præsentī materia dislerendum, quia illa Idēis tantum & non Ecclesiæ fuit exhibitæ: ex hoc capite igitur à Principibus & magistratibus ius leges ferendi auferri non potest: cum ciuilia quæ ministrare debent per publicas regulas, ex Diuina lege explicitè non habeantur. Neq; ex lege naturali; ratio potissima est, quia lex naturæ ad particularia nō descendit: cum illa consistat tantum in quibusdam primis principijs practicis notis ex terminis. & licet ex lege naturali & Diuina prudentiores ac sapientiores etiā facta particularia deducere valeant: hoc tamen, nec plebs nec populus rudis poterit attingere. erit itaque necessaria Præfidi potestas leges ferēdi licet proximè, vel remotè, vel quomodocunque tales leges ciuiles aliudē deducat, vel ex dictamine suæ prudentiæ producat.

Confugium ad-
necessariorum.

Lex Diuina, & lex
naturæ ad actus
particulares non
descendit.

DISPVATIO II.

An Christiani Principes habeant potestatem condendi leges Ciuiles.

PRæstentia in superiori disputatione necessitate magistratus in natura destituta; proculdubio in disputatione præsentī statuendū erit aduersus Waldenses, & Anabaptistas, omnes Principes & Magistratus ius habere leges ferendi & condendi, easque subditis populis distribuendi. etenim sæcularis potestas in his quæ Dei sunt præesse non debet, quia, vt nominis ratio demonstrat; ea quæ huius sæculi sunt; curare debet, non autem æterna ac diuina, pro quibus Deus ipse, qui in terris visus est & cum hominibus conuersatus est, Baruch. 3. Vicarium suum destinauit. nec è conuerto dicendum est Ecclesiæ pastores, ius Regium, & minus magistratus sæcularis asserere; debere: quia vt dictum est lib. 2. disp. 6. Christus Dominus non assumpsit Regnū temporale in hoc sēu, vt Reges à regia potestate excludat, eosque iure regnandi priuet. consequens est igitur, vt vtraque pars manere debeat in finibus suis, nēmpē vt ministri Ecclesiæ, Diuina & æterna ministrent: & temporales magistratus, quæ temporale sunt prospiciant: & pacem ac huius sæculi tranquillitatem ac sēlicitatem disponant; licet cum subordinatione ad Ecclesiæ pastorem.

Connexio huius
disputationis cū
antecedenti.

Magistratus saecularis nullum ius
habet circa diuina.

Magistratus ciuili-
lis, nisi ius habe-
ret leges ferendi,
inutilis.

Hoc autem Magistratus & Principes exequi nequissent nisi ius haberent leges condendi, atque ferendi; per quas vnusquisq; suo iure valeat gaudere, vtque præmia bonis distribuuntur, malis verò pœnè immitantur. Vndè enim poterit plebs cognoscere in rebus ciuilibus, quid sequendum, & quid fugiendum sit, nisi leges aliquæ proponantur per quatuorquæ de rebus huiusmodi instruantur? hac enim præcipuè ratione lex Hebraicè dicitur instructio: quia populū docet quid faciendum, vel fugiendum sit; ipsa enim vniciq; ostendit quid sit eligendum. Equidem necessitatē magistratuum probare in statu naturæ præsetus idem est ac ostendere eos vim leges ferendi habere. multa enim omnibus Regnis ac Prouincijs sunt necessaria: exempligratia: vt hoc anno res cariori pretio vendatur: vt nemini pretiū alterari liceat; ne quis à Regno aliqua abstrahere possit dū notabile damnū in regno erumperet: & cætera huiusmodi. Nec Principes & magistratus possēt Regna & Ciuitates regere, nisi potestatem haberent circa prædicta & similia leges ferendi. nec alia via poterūt subditi & Regnicolæ Principis directionem necessariam cognoscere, nisi ipse per publicas leges, tuam necessariam iurisdictionē manifestet. Verè sunt hæc ita aperta, vt prudentibus talia persuadere penitus sit superfluum.

Ad duo autem capita possent Waldenses & Anabaptistæ cōfugere, vt hanc potestatem à Principibus

Conclusio. Principes & Magistratus Christiani habent potestatem leges ciuiles condendi. Probatum 1. Regum c. 30. vbi sic habetur de Dauid. *Accedens autem Dauid ad populum salutauit eos pacificè. respōdensq; omni vir pessimus & unicus, de viris qui serant cum Dauid, dixit: quia non venerunt nobiscum nō dabimus ei quidquam de præda quam eruisimus, sed sufficiat vniciq; uxor sua, & filij, quos cum acceperint, recedant. Dixit autem Dauid, nō sic facietis fratres mei, de his que tradidit nobis Dominus, et custodiuit nos et dedit latrunculos qui eruperant aduersum nos in manus nostras: nec audiet vos quisquam super sermone hoc. Equa enim pars erit descendētis ad prælium et remanentis ad sarcinas, et similiter diuident, et factum est hoc ex die illa, et deinceps constitutum et præsentum, et quasi lex in Israel, usque in diem hanc.* igitur sententia Dauid, qui Princeps à Deo vnctus erat, vim legis obtinuit. habent igitur Principes ius leges ferendi.

Dauid Rex fuit le-
gislator.

Secundò probatur. Prou. 13. *lex sapientis, fons vitæ; ut declinet à ruina mortis.* Sapiens igitur approbat legem humanam, quæ à sapientia & prudentia hominis descendit potestatem habentis.

Tertiò probatur. Prouerb. cap. 8. *Per me Reges regnant, et legum conditores iusta decernunt. per me Principes imperant, et potentes decernunt iustitiam.* ergo Reges, iuxta Dei voluntatem, potestatem habent præcipiendi & leges ferendi.

Quartò probatur ex Apostolo ad Rom. cap. 13. *Itaq; qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* ergo quisque obedire debet his quæ Principes præcipiūt, & ordinant. & leges Romanas ipse Act. cap. 25. implorauit, quæ si Dei ordinationi repugnarent, nunquam Paulus illas pro se adduxisset.

Quintò probatur auctoritate antiquorum Conciliorum. In Concilio Chalcedonenſi Act. 5. legitur oblata ab Episcopo Tyri, & ab Episcopo Beriti supplicatio ad Imperatorem, quæ ad Concilium delata est; circa eius definitionem Senatus, leges Ciuiles & Imperiales citare volens; Sancta Synodus respondit.

Testimonium an-
tiquæ Ecclesiæ.

Contra

Contra Canones Ecclesia nihil pragmaticum valebit, regula Patrum teneant. Et decretum est, ut leges civiles tunc valeant, cum sacris legibus Ecclesie non contradicunt. ex quo facto supponitur Principes habere potestatem leges ferendi, easque semper vim habere, dummodo sacris Canonibus non contradicant.

Et Act. 6. Imperator coram omnibus sic factus est. *Quaedam capitula sunt, qua ad honorem Vestrae Reuerentiae vobis seruauimus, decorum esse iudicantes, a vobis hac regulariter potius formari per Synodum, quam nostra lege sanciri.* Et lecta sunt capitula. Primum. Ut nullus edificet monasterium contradicente Episcopo, neque in possessione, contradicente Domino possessionis. & omnes Monachos Episcopis subiectos esse oportere. Secundum, ut nullus Ecclesiasticus curam accipiat in domibus saecularibus rerum seu possessionum, adeo quod procurator fiat. Tertiū, ne clericus vnus Ecclesie possit assumi pro clerico ab alia Ecclesia. Sancta Synodus dixit, *Hac fide digna sunt; Sacerdoti Imperatori multos annos.* Et posthac Imperator sancit Chalcedonem esse Metropolim, eo quod in ipsa factum fuerit Generale Concilium, salua tamen Nicomedie propria dignitate: Sancta Synodus dixit: *hoc iustum iudicium.* quapropter Imperatorem, & consequenter omnes Principes, & Magistratus potestatem leges ferendi habere, manifestum est.

Sexto probatur Sanctorum Patrum auctoritibus. August. Epist. 165. tom. 2. ait: *Imperatores enim si in errore essent, quod absit, pro errore suo contra veritatem leges darent, per quas iusti & probarentur, & coronarentur; non facientes quod illi iuberent; quia Deus prohiberet. Sicut iusserat Nabuchodonosor, ut aurea statua adoraretur, quod qui facere noluerunt, Deo talia prohibenti placuerunt. quando autem Imperatores veritatem tenent pro ipsa veritate contra errorem iudicent, quod quisquis contempserit, ipse sibi iudicium acquirit. Nam & inter homines panas ius, & apud Deum frontem non habebis, qui hoc facere noluit, quod ei per cor Regi ipsa veritas iussit.*

Et Epist. 50. inquit de Apostolo. *Romani etiam leges implorare minime dubitauit, cuius Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat. Itemque ne Iudaei, eum interimere cupientibus, traderetur; Caesaris poposcit auxilium, Romani quidem Principum, sed non Christiani. Vbi satis ostendit, quid facere deberent postea Christi dispensatores, quando Imperatores Christianos, periclitante Ecclesia, reperirent. Hinc ergo factum est, ut Imperator Religiosus, & Pius perlati in notitiam suam talibus causis, mallet piissimis legibus illius impietatis errorem omnino corrigere, & eos qui contra Christum Christi signa portarent, ad unitatem Catholicam tenendo, & coercendo redigere, quam samentis tantummodo auferre licentiam, & errandi ac pereundi relinquere. iam vero cum ipsa leges venissent in Aphricam, &c.*

Et lib. 2. de doctrina Christiana cap. 39. tom. 3. ait. *Illam vero instituta hominum, qua ad societatem conuenientium valent pro ipsa huius vita necessitate, non negligant.*

Et Epist. 48. tom. 2. *His omnibus harum legum terror quibus promulgandis Reges seruiunt Domino in timore, ita profuit, ut nunc alij discant, &c.* & infra. *Imo vero seruiant Reges terra Christo, etiam leges ferendo pro Christo.*

Ambros. in Comment. Lucz lib. 4. cap. 5. tom. 3. ait. *Magnum quidem est, & spirituale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debe-*

re esse subiecti, ne qui constitutionem Regis terrori putet esse soluendam, &c. Et lib. 2. Epistoliar. Epist. 12. ait. *Vbi illud constitutum, Imperator, quod iam ipse tuum iudicium declarasti, imo etiam dedisti leges, ut cui esset liberum aliud iudicare? Quod cum praescripseris alijs, praescripseris & tibi. leges enim Imperator fert, quas primum ipse custodiat.*

Chrylost. Hom. de militia spirituali, quae habetur tom. 5. in initio, sic ait: *Bona quidem sunt, & utilia Regi ad eos, qui Imperio eius subiecti sunt legum statuta, sed maiora, & augustiora illa praecepta sunt, quae militantibus obseruanda decernit, &c.*

Nunc ad obiectiones. Prima Obiectio. Lex Diuina, & naturalis sufficit, ergo frustra dantur leges humanae civiles, cum tantum sint ad homines ligandos, & illaqueandos.

Respondeo negando antecedens, nam lex naturalis continet tantum quaedam principia vniuersalia, & de particularibus nihil decernit, ut superius diximus. Lex autem Diuina de rebus civilibus, & saecularibus non tractat, ideoque necessariae sunt leges, & statuta Principum non ad homines ligandos, & illaqueandos, sed dirigendos, ut vitam quietam, & felicem degant, & dentur bonis praemia, malis autem dignae poenae exhibeantur.

Secunda Obiectio. Hieremias Propheta Domini damnat leges civiles dicens cap. 10. *Leges Populorum vanae sunt.* Ergo non sunt recipiendae leges Principum, & saecularium Magistratum, nec illi habent legitimam potestatem leges ferendi.

Respondeo Hieremiam de legibus Idololatriae, & infidelitatis fermocinari, easque damnare, quia contra diuinam voluntatem cultum Idolorum praecipit: & quod ita sit, patet ex antecedentibus, & subsequen- tibus verbis immediatis: sic enim ait. *Hac dicit Dominus, iuxta vias Gentium nolite discere, & a signis calis nolite metere, quatinus gentes: quia leges populorum vanae sunt: quia lignum de saltu praecidit opus manus artificis in ascia. argento, & auro decorauit illud, clauis, & malleis compegit, &c.* Non damnat igitur leges civiles, quae utilitatem, & commune populi commodum respiciunt, sed tantum leges idololatriae, & gentium superstitiones, ac magias.

Tertia Obiectio. *Isaia 33. Dominus Rex noster, Dominus legis noster.* Ergo extra Deum nemo potest iure leges ferre. abijciendae sunt ergo omnes leges Principum, & Magistratum.

Respondeo *Isaiam loqui de legibus, quae dicunt ordinem ad salutem aeternam, qualis est lex Euangelica: & in hoc sensu concedimus, quod Deus est Rex noster, & legis noster, quia legem Euangelicam nemo exhibere poterat, nisi Christus Dominus, qui homo est, & Deus; & ea praecipue ratione, quia per legem Euangelicam lex Moysis abrogari debuit, quae etiam a Deo fuit; solus igitur Deus hanc potestatem habet, & hac ratione *Isaia* inquit, *Dominus Rex noster, Dominus Legis noster.* De qua lege Euangelica loquutus est etiam cap. 2. dicens: *De Syon exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Non loquitur autem de legibus civilibus, quorum finis est bonitas regiminis huius saeculi, in ordine ad ciuium pacem atque tranquillitatem. quapropter obiectio nil contra nos concludit.*

Quarta Obiectio. *Isaia* cap. 10. de legibus saecularium Magistratum disserens sic ait: *Vbi qui condit leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt: ut opprimerent in iudicio pauperes, & cum facerent causas humilium populi mei: ut essent vanae praedae eorum, & pupillos*

Finis legum humanarum est valde utilis, & bonus.

Leges civiles iniustae coronam causant contradicentibus.

Solus Deus poterat legem Moysis abrogare.

pupillos dimerent. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis? &c. Ergo Propheta damnat leges humanas; quia cum tunc de diuinis legibus loqui, non est dicendum. nullam igitur habent Principes, & Magistratus legitimam potestatem leges ferendi, nisi iniquam.

Respondeo hanc obiectionem ortum ducere ex falsa intelligentia huius præcitatae Scripturæ; nam Propheta utique damnat leges ciuiles, sed non omnes, sed iniquas; possunt enim aliqui mali Principes, qui sunt timore Domini expertes, leges iniquas condere, pupillos & viduas opprimere, & cætera huiusmodi; & fieri Tyranni; hos damnat Propheta, & non Regimen, & leges ciuiles iustas, vt ex textu patet; nam non dicit, Veh qui condunt leges, sed leges iniquas, damnat igitur tyrannos, & oppressores populi, quos nos etiam damnamus. non damnat autem regimen, & leges in genere. non sequitur itaque ob quorundam malitiam, bonorum Principum leges auferendas esse. imò dico mitis malum esse malos habere Principes, quam illis penitus carere. Etenim si Ciuitates, & Regna Magistratibus, & Principibus orbarentur, non amplius Ciuitates, & Regna, sed omnium scelerum, & iniquitatum diuertacula dici deberent: maior enim est copia impiorum, quam hominum bonorum, quapropter remoto terrore pœnæ; fraudes, rapinæ, furta, homicidia, adulteria, fornicationes, & omnia flagitia terram occuparent. & hæc in dubium vertere vanum est, ne dicam insanum.

Iniquitas legum damnatur, sed non leges.

DISPUTATIO II.

An plebs Christiana teneatur seruare leges Ciuiles secularium Principum propter conscientiam.

CVM Principibus, & Magistratibus leges ciuiles condere liceat, vt in præcedenti disputatione, ex vi veritatis sancitum est: subditos easdem seruare debere nec. flario sequitur; esset enim vana potestas leges ferendi, nisi secum includeret vim obligandi. quid enim prodesset Principis potestas leges condendi, si subditi liberè illas abijcere possent? sunt hæc prima principia legis naturæ, vel conclusiones ex illis immediatæ deductæ; vt aliter alicui affirmare non liceat, si inter homines connumerari voluerit. hæc ergo propositione præmissa, tanquam nota ex terminis, venimus ad controuersiam, quæ est etiam inter Doctores Catholicos: an scilicet talis obligatio, quæ à legibus ciuilibus inferitur, conscientias hominum liget in ordine ad æternum præmium si illæ seruentur, vel ad æternam pœnam si transgrediantur; vel tantum homines obligent in ordine ad ciuilem culpam, quæ deinde pariat tantum temporale, & ciuilem pœnam & damnum. Primam sententiam sequuntur plures Doctores Catholicæ, & præcipuè Cardinalis Bellarm. lib. 3. de Laicis cap. 11. Secundam verò sequitur Ioannes Gerion de vita spirituali, lect. 4. Almain de potestate Ecclesiastica quæ sit. 1. cap. 10. & Ioannes Calvinus lib. 4. institut. cap. 10. §. 5. Vtramque autem falsam esse, inferius probabo. mea autem sententia, quæ venienti magis consona mihi videtur, est media inter prædictas. Vnde dico leges ciuiles obligare in-

Connexio huius disputationis cū præcedenti.

Vana esset potestas leges ferendi, nisi secum haberet vim obligandi.

Status huius disputationis.

Sententia Auditoris.

conscientia, sed non vt leges ciuiles sunt, sed quia debent esse iustæ, & participantes iustitiam, quam lex naturæ habet, vel lex diuina; quæ obligant omnes, & quoscunque, & hac ratione sentio leges ciuiles obligare in conscientia non formaliter, & directè; sed materialiter, & in obliquo, quatenus vniuersitatem habent, & coniunguntur legi naturali, & diuinæ, quæ vim habent obligandi in conscientia; & hinc oritur infero legem ciuilem nullius esse valoris nisi fuerit iusta. Pro cuius sententiæ corroboracione.

Aduertendum est omnem legem positiuam humanam descendere aliquo modo à lege naturæ, quæ vt diximus lib. 4. disp. 4. consistit in quibusdam primis principijs practicis notis ex terminis, per quæ manifesta sunt rationali Creature, quæ recta, iusta & sequenda; & similiter quæ iniusta, peruersa ac fugienda sunt; & hæc est à Deo humanæ menti inserta, qua mediante bonum, & malum quisque cognoscit, & vim habet obligandi, quia à Deo est vt legislator: idcirco Apostolus ad Rom. cap. 2. inquit: *Cum enim Gentes, quæ legem non habent, id est positiuam diuinam, naturaliter ea qua legi sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legum scripturam in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, &c.* Non descendit autem ad singularia, & particularia: & hinc oritur necessitas legis humanæ, quæ tamen ideo valida est, ac iusta, quia est conformis, & fit ex principijs vniuersalibus legis naturæ, & est quasi additio deducta ex illis principijs. Similiter etsi prudentiores, ac sapientiores in populo, qui pauci sunt, possent à seipsis omnia singularia discernere, quæ descendunt ex principijs vniuersalibus legis naturalis, (etenim non alia ratione Aristot. 1. Ethic. cap. 9. dicit legem positiuam esse sermonem ab aliqua prudentia, & mente profectum, quæ vim habeat ad cogendum; nisi quia tales idonei sunt ad discernendum an leges positiuæ ciuiles sint conformes legi naturali) tamen populus, & multitudo hoc nequit rectè dignoscere; ideo opus est Principem vna cum prudentioribus de populo, leges ciuiles condere. ex quo manifestè sequitur omnem iustitiam legum ciuilium non esse propriam, sed pendere a lege naturæ, quæ est à Deo, qui talem legem descripsit in cordibus nostris, seu humanæ menti, vt legislator, estque doctrina Augustini lib. 1. de libero arbitrio cap. 6. tom. 1. vbi sic ait. *Simul etiam te videre arbitror in ista temporali lege nihil esse iustum atque legitimum, quod non ex hac aeterna, sibi homines deriuauerint. Nam si populus illa quodam tempore iuste honores dedit, quodam iuste rursus non dedit, hæc vicissitudo temporis, vt iusta esset, ex illa aeternitate tracta est, qua semper iustum est grauem populum honores dare, leuem non dare. Vt igitur breuiter aeterna legum notionem, qua impressa nobis est, quantum valeo verbis explicem; ea est, qua iustum est, vt omnia sint ordinatissima. cum ergo hæc sit vna lex, ex qua illa omnes temporales ad homines regendos variantur, num ipsa ideo variari villo modo potest?*

Et hinc breuis habetur resolutio alterius disputationis, quæ à Iuristis agitur: an scilicet ad valorem legis requiratur acceptatio populi. Cum enim lex iusta est, & conformis suo principio, scilicet legi naturali, certè non est opus populi acceptatione, quia quod iustum est, & rectum omnes obligat: quapropter melius esset disputare de tali lege, quæ tunc de nouo fertur: an sit conformis, vel difformis legi naturali, vel diuinæ, vel canonicæ: quam discutere an lex talis obliget absque populi acceptatione, quia lex iusta omnes

Lex ciuilis vt ciuilis est, non obligat in conscientia, sed vt induit iusticiam legis naturæ, vel diuinæ.

Lex natura, inserta à Deo humanæ menti, quid sit.

Lex ciuilis, sicut pro plebe, est simpliciter necessaria.

Iustitia legis ciuilis non est ei propria, sed aliunde oritur.

Lex ciuilis iusta non indiget populi acceptatione, ad hoc vt obliget.

omnes obligat, nec indiget populi acceptatione, quibus prenotatis ponitur.

Conclusio. Leges civiles obligant in conscientia, non ut leges civiles sunt, sed ut participant iustitiam legis naturalis, & Diuinæ, quod idem est ac asserere, leges civiles non obligare in conscientia in recto, sed in obliquo. Probatur primò ex praxi fori conscientie. Nullus enim Cōfessoriorum aliquandò ab initio Ecclesie examinavit poenitentem per leges civiles, quas ver. gr. his temporibus Bartolus, & Baldus, declarati sed in tali materia, per generalia principia legis naturæ, & legis Diuinæ hominem perpendunt, an scilicet inobedientiam, & irreuerentiam suo Principi dederit, eo quod sit contrà præceptam naturæ, & Decalogi: *Honora parentes.* Vel tributum non soluerit, eo quod repugnet legi naturæ, & Diuinæ. *Non furtum facies* & cetera huiusmodi. Ideoque civilium legum transgressoribus debetur eterna poena, quia iustitiæ legis naturalis, quæ à Deo est, opponuntur. Vel quia legi diuinæ politivè contradicunt, quæ charitatem proximi præcipit, & damnum illius prohibet; ergo leges civiles non inferunt formaliter, & directè obligationem aliquam in conscientia, nisi in obliquo, quatenus sunt consequentiæ legis naturalis, vel Diuinæ politivè. confirmatur ratio, nam si lex civilis, ut talis, in conscientia obligaret, sequeretur quod si Princeps prohiberet v. g. ne mulieres haberent altas creptas; & aliquandò aliqua mulier contrà legem, illas teneret, peccaret mortaliter; verè mihi hoc ineptum esse videtur, sed dicit aliquis, peccat quia spernit Principem, & proximo damnum infert, at ego, ergo peccatum aderit, non quia lex civilis non servatur, sed quia lex decalogi læditur; ergo culpa vel meritum non oritur proximè formaliter, & directè à lege civili, loquendo in ordine ad conscientiam; sed materialiter tantum, & in obliquo; & directè, & formaliter, vel à lege naturali, vel à lege Diuina politiva, à quibus lex civilis iustitiam sumit.

Secundò probatur conclusio. Finis legis civilis est facere bonum civem simpliciter, & bonum virum, secundum quid. hæc propositio est communis apud omnes iuristas. ergo lex civilis non spectat formaliter, directè, & simpliciter, ad conscientiam. sequela probatur, quia illa lex facit bonum virum, cuius observantia ei iusta Deo accepta, ut sit illi promissum præmium æternæ vitæ: at leges civiles colentibus nulli hoc promissum fuit, cum finis illarum sit tantum facere bonum civem, ut ei d. beatur præmium civile Principis. ergo non obligant in conscientia.

Tertio probatur. Bonitas, & malitia, quæ spectat ad conscientiam, pendet per se primò ab actibus internis. patet ex Theologorum axiomate: Quia sicut principium in speculabilibus, ita finis in moralibus in ratione bonitatis & malitiæ: finis autem, ut hic sumitur, est actus internus; sed leges civiles non præcipiunt nec extenduntur ad actus internos, imò nec possunt eos præcipere, nec prohibere, ut habetur ex lege cogitationis, ff. de poenis. ergo non possunt obligare in conscientia.

Quartò probatur. Nec Principes per leges civiles intendunt hominum conscientiam ligare, nec homines aliquandò talia cogitauerunt, nec in præsentitempore aliquis de populo ita tenet: ergo defacto non obligant in conscientia, sequela probatur, quia nulla lex maiorem valorem habet, quam legislator intēdat.

Quintò probatur. Ad Principem sæcularem nullo modo spectat forum conscientie: quia obstat titulus, nec differret à Pastoribus Ecclesiasticis in hæc ma-

teria, quod certè inauditum semper fuit: ergo leges civiles formaliter, & directè non spectant ad conscientiam.

Sextò probatur conclusio auctoritate Sanctorum Patrum. Augustinus lib. 1. de libero arbitrio cap. 15, tom. 1. sic de humanis legibus, seu civilibus, ait. *Quid demè censes temporalem legem iubere, nisi ut hæc, qua ad tempus nostra dici possunt, quando eum homines cupiditate inhiarent, eo iure possideant. quo pax, & societas humana servetur, quanta in his rebus servari potest? ea sunt autem primò, hoc corpus, & eum que vacentur bona, ut integra valetudo, acumen sensuum, vires, pulchritudo; & si qua sunt cetera, partim necessaria boni artibus, & ideo plura pensanda, partim vtiliora. Deinde libertas, qua quidem nulla vera est, nisi beatorum, & legis eterna adhaerentium. Sed eam nunc libertatem commemoro, qua se liberos putant, qui dominos homines non habent, & quam desiderant, & qui à dominis hominum manumitti volunt. Deinde parentes, fratres, coniux, liberi, propinquus, affines, familiares, & quicumque nobis aliqua necessitudine adiuncti sunt. Ipsa demum civitas; qua parentis loco haberi solet, honores etiam, & laudes, & ea qua dicitur gloria popularis. ad extremum pecunia, quo uno nomine continentur omnia, quorum iure domini sumus, & quorum vendendorum atque donandorum habere potestatem videmur. Horum omnium, quemadmodum lex illa sua cuique distribuat, difficile, & longum est explicare, & plane ad id quod proposuimus, non necessarium. Satis enim est videre non ultra porrigi huius legis potestatem in iudicando, quam ut hæc vel aliquid horum adimat atque auferat ei quem punit, vel metu coarctat. Ergo & ad id quod vult torquet, ac retorquet miserorum animos; quibus regendis accommodata est. Dum enim hæc emittere timens, temperat in his utendi quemdam modum aptum vinculo civitatis, qualis ex huiusmodi hominibus constitui potest. Non autem ulciscitur peccatum cum amatur ista, sed cum alijs per improbatem auferuntur. Igitur Augustinus leges civiles nihil ad conscientiam spectare, manifestat, si ut civiles sunt, considerentur.*

Chrylost. Hom. in Plal. 118. stat. 3, tom. 1. ait. *Qui humanis legibus parat, nec in præsentis quidem vita honorem ab ipsis, qui leges tulerunt consequitur, et qui divini mandati hæret, hic pro laborum mercede sempiternam vitam habet. Quis etiam non omnes humana leges aequitate, ac iustitia nituntur. Ex sententia igitur Chrylostomi leges humanæ, & civiles nullam dicunt ordinem ad conscientiam, & ad vitam, vel ad poenam æternam.*

Et Hom. in 110. Plal. tom. 1. inquit. *Nihil est in eis obliquum, nihil contortum, nihil obscurum, nihil ad gratiam ullam, aut odium, sed omnia ad bonum, & utilitatem; non sicut leges hominum, quæ magna ex parte sunt momentanea, & obscura, & quæ multum habent ex homine. Ex humanis enim perturbationibus, multæ sapè leges latae sunt. Inimicum enim ulciscens, vel amico gratificari volens, Scriptura ita concepta composuit. Sed non sunt leges Diuinae eiusmodi, sed merent Sole clarioris, querentes utilitatem eorum, quibus sermone deducunt eos ad virtutem, & ad rerum veritatem, non hæc falsa, dissimulata, inquam, & potentiam (hæc enim falsa sunt; quæ Dei autem sunt, sunt veritas) neque quomodo fiat ditiores, neque quomodo præsentia assequantur, sed quomodo futurum frui possint, docentes.*

Ambr. Epist. 13. ad Valentinianum Imperatorem tom. 5. ait. *Ecce, Imperator, legem tuam iam ex parte referendū, sed vitam non ex parte, sed in unum sum. Legem*

August. docet leges civiles non spectare ad conscientiam.

Idem docet Chryst.

Omnis equitas iuris civilis est à iure naturali, vel à iure diuino politiva.

Finis legis civilis est facere bonum civem.

Leges civiles non extenduntur ad actus internos.

Magistratus civilis nullum ius habet ad forum conscientie.

Legem enim tuam nalem esse supra Dei legem, Dei lex nos docuit quid sequamur: humana leges hoc docere non possunt. Extorquere solent timidi commutationem, fidem inspirare non possunt, &c. Ex quibus colligitur leges Imperiales ad conscientiam non spectare, quatenus leges civiles sunt.

Nunc ad obiectiones oppositæ sententiæ. Prima Obiectio. Apostolus ad Rom. cap. 13. inquit. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo: qua autem sunt, à Deo ordinata sunt: itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. & infra. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Ergo parendum est legibus Principum sæcularium, quia eorū leges obligant in conscientia.

Respondeo, Apostolum in præcitato loco ordinationem Dei circa Principes, & Magistratus civiles exponere, eosque à Deo esse affirmare, putà, ut auctore naturæ; quia Principes proximè sunt ab hominibus, qui illos eligunt, vel sustinent; eoquod lex naturæ, descripta in omnium cordibus, sic doceat. cum inquit, illis obediendum esse non solum propter iram; quia scilicet corporalem pœnam inferre possunt; sed etiam propter conscientiam: quia scilicet peccatum esset illis non obtemperare, vnde conscientia lædatur; peto cur obediendum est propter conscientiam? quia inquit Deus, ut auctor naturæ hoc præcepit; itaque quandocunque leges participant iustitiam legis naturalis, tunc leges civiles in conscientia obligant, non ut leges civiles sunt, sed ut includunt iustitiam, & rectitudinem legis naturalis; non enim negamus simpliciter leges civiles obligare in conscientia; sed dicimus talem obligationem aliundè ortum ducere; & non ab ipsis legibus civilibus, ut leges civiles sunt. Ideo idem est asserere: *Subdite estote etiam propter conscientiam; quam obediendum esse, quia iustitiam, & rectitudinem participant Diuinæ ordinationis; itaque vim obligandi non habent in seipsis, sed aliundè; scilicet ex lege naturali, & diuina.*

Secunda Obiectio. Obligatio est propria legis, nam aliter non esset lex nisi obligaret. leges autem Principum sunt veræ leges: ergo verè obligant. ergo illorum inobseruantia crimen est.

Respondeo concedendo totum Argumentum, si considerentur leges civiles tantum, ut civiles sunt. & ad illam sequelam, ergo illorum inobseruantia crimen est. dico quod sicut recessus à naturali regula est peccatum in naturalibus: ita recedere à lege civili est peccatum civile, cui debetur tantum pœna temporalis civilis, & nihil amplius.

Sed dices. iam concessum est, leges Principum obligare in conscientia, & eas non seruantibus pœnâ æternam deberi. Respondeo nos etiam in præsentia id concedere: sed ea tantum ratione, quatenus conformes sunt, & colligatæ cum rectitudine naturalis legis, quæ obligat in conscientia, quia est insita nobis à Deo, ut legislatore; vel cum iustitia legis Diuinæ, itaque nulla contradictio.

Tertia Obiectio. Implicat contradictionem Principes obligare posse ad pœnam, & non ad culpam; siquidem culpa, & pœna relatiua sunt, vnde August. lib. Retractat. cap. 9. ait. *Omnia pœna si iusta est, pœna peccati est.* Quomodo ergo possunt Principes damnare ad mortem, eos qui leges suas præuaricantur; si illi nihil peccauerunt, si culpam in conscientia non contraxerunt?

Respondeo verum esse, omnem pœnam supponere culpam ad hoc ut pœna sit iusta. Sed sciendum est quod sicut defectus à regula in naturalibus dicitur culpa, & peccatum naturæ. & sicut defectus à regula artificialium dicitur culpa in arte, seu artificialibus; sic defectus à regula, seu lege civili dicitur culpa civilis, cui utique correspondet pœna, sed civilis. Hominem occidere ver. gr. à duplici lege prohibetur; Euangelica, & civili; ita duplex est culpa; civilis, & spiritualis, nempe æterna damnatio: Princeps nõ damnat homicidam sub hac ratione, quia legi diuinæ opponitur, quia ad illos non spectat directè, quæ Diuinæ legis sunt iudicare, sed quatenus opponitur legi civili, quæ civilem utilitatem, & commodum respicit. etenim si homicidæ non punirentur in ciuitatibus, & Regnis, notabile damnum conciuibus, & Regnicolis oriretur: quia quisque in proximo mortis violentæ periculo versaretur; & hac ratione, & non alia ulteriori, Principes, & Magistratus civiles possunt punire, & puniunt transgressores legum suarum. quod autem illæ leges civiles obligent etiam subditos in conscientia, hoc aliundè procedit, nempe ab extrinseco; quatenus tales leges vniformes sunt legi naturali, & diuinæ: & eadem ratione extrinseca Principes legibus suis dicuntur subditos obligare in conscientia, & non aliter.

Principes dicuntur obligare in conscientia, improprie.

DISPVATIO IV.

An liceat Christiano Principi belligerare, & gladio punire criminosos.

INDVBITATVM esse debet apud quoscunque omnem æquitatem & rectitudinem Civilis potestatis, à lege naturali, & Diuina prouenire. omne enim quod legi naturæ, & Diuinæ contradicit, iniustum, & iniquum esse necessariò asserendum est. quæcunque autem vera lex positua, est legis æternæ participatio, cuius radix est diuina voluntas essentialiter recta, à qua cuncta creata procedunt, ut docet August. lib. 1. de libero arbitrio cap. 6. tom. 7. à lege naturæ igitur eliciendum erit, an bellum liceat, & expediat: quotque conditiones requirantur ad belli iustitiam statuendam, & non aliundè; quia illæ sunt regulæ, quæ à Diuina sapientia promanant, quæ fons est omnis iustitiæ; in quo sensu dicit Sapiens in Pr. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.* Et mihi talia consideranti, en statim occurrunt tria principia legis naturalis; per quæ bellum licere, & ad hoc ut si legitimum tres conditiones requirere, fit manifestum. Primum est. Quod vim repellere licet: putà ad defensionem vitæ, famæ, & externorum bonorum. & hinc oritur causa, & necessitas bellandi, & prima conditio iusti belli. Secundum est, quod quidquid fit, ordinatè & omni confusione remota, operandum & exequendum est: & hinc oritur ratio, cur Principi tantum, vel Magistratui bellum indicere contingat, & non omnibus de plebe, & secunda conditio iusti belli: quod scilicet sit ab auctoritate legitimam habente. Tertium est, quod bonum communitatis attendi debet, & conseruari à Principe illius; cum hac de causa Princeps constitutus fuerit. & hinc est quod bellare licet ad resistendum destruen-

Rectitudo civilis potestatis à lege naturali, & diuina promanant.

Tres sunt conditiones iusti belli.

Principibus, & Magistratibus obediendum est secundum conscientiam, ratione iuris diuini.

Transgressioni legum civilium, debetur tantum pœna civilis.

destruentibus, & turbantibus bonum, & pacem communem, vel sanam populi Religionem; quæ optimum causat illi bonum; & oritur tertia ratio iusti belli, quæ est, recta intentio.

Lex autem naturalis à Christo Domino alterata non fuit, sicut nec olim à Moyse, legis veteris promulgatore, & mediatore. Nam manente eadem Creatura rationali, lex naturalis tolli non potest, cum à Deo insita sit in cuiusque hominis mente; vel corde; & talibus legibus sit natura rationalis quodammodo compaginata. Vnde Chryostomus in enarratione in septimum caput Isaïæ tomo primo, ait. *Solvere enim legem natura nullus usque est alterum, quam eius, qui condidit naturam.* Omnis igitur lex Diuina positiua, quæ superaduenit, non ut legem naturalem destrueret, data fuit, sed hac tantum potissima causa, quia lex naturalis non docet Diuina, nec reuelat Deæ voluntatem, & mysteria, illiusque sacramenta: non enim ad tantam altitudinem ascendit naturæ humanæ lumen. & licet adhuc superueniat alia lex positiua humana, Ecclesiastica vel ciuilis; nec ideo admittitur, ut lex naturalis offendatur; sed quia lex naturalis, & lex Diuina positiua, de omnibus in particulari non decernunt, sed vniuersales tantum tradunt regulas. Estque doctrina Augustini tom. 8. 460. hæref. ubi asserit per legem scriptam, legem naturæ insinuari, augeri, & firmari. Et indè fit, ut leges humanæ sint potius deductiones, consequentiæ, seu conclusiones, & declarationes elicite ex illis regulis vniuersalibus. Ex quibus omnibus concludendum est, quod stante firmitate legis naturalis, etiam post promulgatam legem Euangelicam, firma sint etiam prædicta principia legis naturæ, quæ docent bellum licitum esse, & ad hoc ut iustum sit, tres debere conditiones habere.

Posse verò Principes gladio punire criminosos, oritur etiam ex lege naturæ, quæ dicitur perturbatores Reipubl. extirpandos esse. & bonum particularis personæ postponendum esse bono totius communis. Etenim plura valet bonum multorum, quam aliquorum particularium; non occidere hominem iniquum, bonum est particulare talis iniqui, sed illum capite damnare, bonum est commune: quia auferitur iniquus, ne pluribus noceat; & instruuntur omnes, ne similes iniquitates committant: ut habetur Deut. cap. 17. *Qui autem superbiert, ualens obedire Sacerdoti imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille. & auferes malum de Israel: cuiusque populus audiens, timebit: ut nullus demceps intumescat superbia.* Quapropter iure naturali licet Principi, qui curam gerit salutis totius Reipubl. vel Ciuitatis, reos digna poenâ punire: quia igitur hoc iustum esse, à lege naturali dicitur; consequens est ab ipso Deo uoluntate esse, quia ipse naturalem legem hominibus distribuit. Idcirco Augustinus lib. 2. de sermon. Domini in Monte cap. 5. Tomo 4. inquit. *Nam quando illi ualent intelligere, nullam esse animam, quam uis peruersam, qua tamen ullo modo ratiocinari potest, in cuius conscientia non loquatur Deus? Quis enim scribit in cordibus hominum naturalem legem nisi Deus? De qua lege Apostolus, ait Rom. 2. Cum enim gentes, qua legem non habent, naturaliter qua legis sunt faciunt, hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus*

suis; contestante conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationem accusantium, aut etiam excusantium in die, qua iudicabit Dominus occulta hominum. Quapropter si hominis anima rationali etiam cupiditate cacata, tamen cum cogitat, & ratiocinatur, quidquid in ea ratiocinatione uerum est, non est tribuendum est, sed ipsi lumini ueritatis, à quo uel tenuiter pro sui capacitate illustratur, ut uerum aliquod in ratiocinando sentiat.

Et Chryostomus Hom. in Psalm. 48. Tomo primo ait. *Quid ergo sit, quod scriptum est, & quid sibi uelis significare audis. Scriptam legem nulli aly dedit, naturalem enim uisus habebant omnes, personam quæ sit bonum, quid fecit. Cum homines enim Deus fingeret, simul etiam hoc illis indidit incorruptum iudicium, nempe uniuscuiusque suum conscientia calculum.* Et Hom. 12. in Epist. ad Rom. cap. 7. Tom. 4. ait: *Neque enim Adam, neque alius quum homo uisus est unquam absque lege uixisse naturalis. Nam simul atque illum finxit Deus, et indidit illam legem, quam legem ueluti constantem ac fidum conuictorem apud unumquemque deponit, ac committit. Extrâ, hac autem nusquam uidere est, mandatum à Paulo, legis naturalis nomine fuisse designatum.* Manifestum est igitur, quidquid lex naturalis omnibus dicat, à Deo quoque præcipi, qui talem legem humanæ naturæ inseruit.

Sed ex his quæ diximus grauis uidetur oriri difficultas, & hæc est. Quia lex naturæ dicitur bona, & prædicta, & cetera huiusmodi tenenda esse, & humanam speciem conseruandam esse, & libertatem meliorem esse seruitute: erit igitur obedientia, continentia, & paupertas, quæ in Euangelio persuadentur, contra legem naturæ; quæ cum alterari nequeat; illa non erunt obseruanda, & assumenda: nulla etenim lex positiua legi naturæ opponi debet.

Verum facilis est huius dubitationis resolutio. dupliciter namque considerari possunt prædicta; uel simpliciter, & in se, præcisio respectu ad Deum; & utique à natura dicantur; & ut sic, non sunt talia abijcienda, nec quisque talia prohibere poterit. Vel in ordine ad Deum; qui, ut lex naturæ præcipit, diligenter ac uehementer est amandus, sequendus, colendus, & diligendus; & hoc modo talia dimittere non est contra legem naturæ: sed est legem naturæ inferiorem, quæ temporale commodum præcipere uidetur, cedere alteri consilio superiori eiusdem legis naturæ, quia scilicet Deus in diuiso cordis affectu colendus est; quod fieri nequit, nisi præmissis præfatis consilijs Euangelij; ut docet Apostolus 1. Corin. 7. & lib. 4. discor. 6. satis demonstratum est. Consilia igitur Euangelij contra legem naturæ nequaquam esse comprehenduntur: sed illi optimè conuenientia. Etenim firmior, & magis præclara est lex naturæ, quæ præcellit, & docet Deum Creatorem, & benefactorem, diligentissimè & super omnia, in diuiso cordis affectu amandum esse, quam alia eiusdem naturæ lex, quæ proprium commodum dicere probatur. His ergo præmissis duas statuimus Conclusiones.

Prima Conclusio. Licet Christiano Principi, ac Magistratui positis iustis causis, belligerare Probatur Lucæ 3. Ioannem Baptistam, præparantem viam Domino in deserto, & in Iordane baptizantem, & in manifestanda ueritate doctrinæ

Quidquid lex naturæ præcipit, à Deo quoque præcipitur, qui hanc legem naturæ inseruit.

Inter præcepta legis naturalis unum cedit alteri nempe infirmum alicui.

Ioannes Baptista docet bellum iustum esse.

na, non respicientem personam cuiusque interroga-
uerunt, & milites dicentes: *Quid faciemus & nos?*
& ait illis: *Neminem concutiam, neque calumniam-
faciam: & contenti estote stipendijs vestris.* Quibus
verbis apertissime docet bellum iustum licitum esse,
quia stipendia militaria approbat: & milites admo-
net ne aliquem concutiant, nec alicui faciant calum-
niam: ergo bellum non damnat,

Secundo probatur Matth. 8. ubi Centurio à Sal-
uatore circa fidem commendatus, dixisse legitur, *Es
ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me
milites, & dico huic vade & vadit, & abo veni & ve-
nit, & seruo meo fac hoc & facit.* quæ Christus audiens,
fidem illius laudauit, militiæ verò exercitium non
prohibuit, certè prohibuisset si iustum bellum illicitum
esset. vnde August. lib. 22. contra Faustum cap. 7.
tom. 6. ait. *Fidem Centurionis laudauit, non militiæ
desertionem imperauit.*

Tertio probatur. In veteri testamento legitur
Deum bella precepisse non tantum Moysi, verum &
Saul 1. Reg. cap. 15. cum illi iussit, vt Amalecitas
perderet. & Dauid 2. Reg. 10. contra Regem Am-
monitarum decertauit, vt contumeliam quam fecer-
at nuncijs suis vindicaret. Textus enim Scripturæ,
sic habet. *Quod cum audisset Dauid, misit Ioab, &
omnem exercitum bellatorum, &c.* & cap. 8. legitur
etiam bellum mouisse contra Regem Soba. Sed non
est opus hic particularia loca adducere, cum sacra
Scriptura passim hæc narret. ergo bellum iustum, li-
ckum est. Nec valet occurrere antiquum testamen-
tum fuisse imperfectum; & Evangelicam legem
talem imperfectionem abijcere. quia vt dictum est
suprà bellum iustum à lege naturæ dicitur, quæ e-
iusdem est valoris in omni tempore, & sub vtroque
testamento. firma est igitur hæc propositio, bellum
iustum omni tempore licere.

Quarto probatur Sanctorum Patrum auctonita-
te. August. Epist. 191. tom. 2. *Gravi de pugna ton-
quereris: dubites nolo, vtile tibi tuisque dabo consilium.
arripe manibus arma, Oratio auris pulse auctorum: quia
quando pugnatur, Deus aperit oculos spectat, & par-
tem quam inspicit iustam, ibi dat palmam.* Ex quo
super Iosue lib. 6. Tom. 4. ait. *Quod Deus iubet, lo-
quens ad Iosue, vt constituat sibi retrorsum insidias: id
est insidiantes bellatores, ad insidiandum hostibus:
hinc admoremur non iniuste fieri ab his, qui iustum
bellum gerant: vt nihil homo iustus precipue cogitare
debeat, in his rebus, nisi vt iustum bellum suscipiat, cui
bellare fas est. Non enim omnibus fas est. Cum an-
tem iustum bellum susceperit, vtrum aperta pugna,
vtrum insidias vincat, nihil ad iustitiam interest. ius-
ta autem bella desinunt solent, qua vlciscuntur iniurias,
si qua gens, vel ciuitas bello petenda est, vel vindicare
neglexerit, quod à suis improbe factum est, vel reddere,
quod per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus bel-
li sine dubitatione iustum est, quod Deus imperat, apud
quem non est iniquitas, & nouit quid cuique fieri
debeat.*

Et lib. 22. contra Faustum cap. 74. Tom. 6. in-
quit. *Quid enim culpatur in bello? An quia moriun-
tur quandoque morituri, vt dormiant in pace victuri?
Hoc reprehendere timidorum est, non Religiosorum:
nacendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, impacatus at-
que implacabilis animus, feritas rebellandi, libido do-
minandi, & si qua similia, hæc sunt quæ in bellis iure
culpantur; quæ plerumque ita culpantur, vt etiam
iure puniantur. Aduersus violentiam resistentium,*

sive Deo, sive aliquo legitimo imperio iubente geren-
da, ipsa bella suscipiuntur à bonis, cum in eo re-
rum humanarum ordine inueniuntur, ubi eos, vel in-
bere tale aliquid, vel in talibus obedire iuste ordo ip-
se constringit. Alioquin Ioannes cum ad eum bap-
tizandi milites venissent dicentes, & nos quid facie-
mus? Responderat eis. *Arma abijcite, & militiam
istam deserite, neminem percutite, vulnerate, prof-
ternite neminem.* Sed quia sciebat eos cum hac mi-
litando facerent, non esse homicidas, sed ministros le-
gis, & non vltiores iniuriarum suarum, sed salutis
publicæ defensores; respondit eis, *Neminem concuf-
feritis, nulli calumniam feceritis, sufficit vobis sti-
pendium vestrum: sed quia Machabes Ioannem aper-
te blasphemare consueverunt, ipsum Dominum Ie-
sum Christum audiant; hoc stipendium iubentem red-
di Casari, quod Ioannes dicit debere sufficere militi.
Reddite, inquit: Casari, quæ Casari sunt, & Deo
quæ Dei sunt. Ad hoc enim tributa præstantur, vt
propter bella necessario militi stipendium præbeatur.
Merito & illius Centurionis decem, & ego ho-
mo sum sub potestate constitutus, habens sub me mi-
lites, & dico huic vade & vadit; & alij veni &
venit & seruo meo fac hoc & facit, fidem lauda-
uit: non illius militiæ desertionem imperauit.*

Hieronymus in Comment. Isaie lib. 2. in
principio Tom. 4. inquit. *Quomodo enim Centu-
riones vocantur, qui centum præfunt militibus; &
archibarchi qui mille, quos nos Tribunos appellamus, &
ab eo quod præfunt Tribus: sic in his actibus exerciti-
um quinquagenarij vocabantur, qui in capite erant
quingenta militem: vnde & decem decimus, quod
decem præfunt hominibus. Nec mirum si apud Iu-
daeos omni perierit dignitas bellatorum, cum mili-
tandi sub gladio, & arma portandi non habeant po-
testatem.*

Ambrosius lib. 1. de Officijs cap. 29. Tom. 4. ait.
*Liquet igitur etiam in bello; fidem & iustitiam ser-
uari oportere, nec vllum decorum esse posse si violatur
fides.* & cap. 41. inquit: *Habes fortitudinem bellicam,
in quo non mediocri honesto, ac decoro forma est, quod
mortem seruicui præferas, ac vniuersam.*

Gregorius lib. 31. super Iob cap. 24. inquit. *Non
enim ille dux sapiens est, qui semper contra hostiles cu-
neos exercituum præceptis admonet, neque ille dux fortis,
qui semper hunc ab hosti. facie cauendo subducit; scire
namque dux debet modo ab hostili imperu exercituum
caute subtrahere: modo hostiam circumfusus cornibus co-
arcare.* & lib. 1. Epist. cap. 72. ad Genadium ait.
*Sicut excellentiam vestrum hostilibus bellis in hac vita,
Domini uictoriarum facit lucis fulgore: ita oportet eam
in membris Ecclesie eam, omni innocuitate mentis, & cor-
poris obuiare, &c.*

Chrylost. Hom. in Euang. de nuptijs, Ioan. 2. ex
uarijs. Tom. 3. ait: *Adiutorium prætexis, & dicit non
possum esse puer: Centurio nomine miles erat, nihilque no-
cui illi sua militiæ.*

Secunda Conclusio. Licet Christiano Principi, &
Magistratui iudicialiter punire criminosos. Probatum
ex Apost. ad Rom. cap. 13. *Nam Principes non sunt
timori boni operis, sed mali. Vt iustum non timere potes-
tatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa: Deus enim
minister est tibi in bonum, si autem vultum secutus fueris:
non enim sine causa gladium portat. Descendem minister est:
unde et in ira est, qui malum agit. hic locus manifestè docet
Principem licet vindicare posse, & punire crimina ma-
liciorum. ait enim Principes non esse timori boni operis
sed*

Milites in bello
occidendo homi-
nes, cum quibus
bella gerunt, non
sunt homicidæ, sed
ministri legis.

Saluator non de-
nat militiæ exer-
citiū.

Lex naturæ est
eiusdem sub vtroq;
testamento.

Reprehendere
bellum iustum,
timidum est,
non Religiosum.

Tota malorum
quæ inferuntur
Magistratum, est
à Deo ordinata.

sed mali: ergo positi sunt à Deo, mediante iure naturali, ad opera mala puniendâ: ideo subdit: *Si autem malum feceris time, non enim sine causa gladium portat.* Et ne quis putet hoc violenter, & tyrannicè fieri à Principibus, & Magistratibus, sequitur, *Dei enim minister est; vindex in iram eius, qui malum agit:* Quibus verbis docet, iustè hoc fieri, & mandato Dei exequi, Ergo à primo ad vltimum sequitur, Principes, & Magistratus licitè posse punire iudicialiter criminosos.

Iure naturæ constat, Principes debere punire maleficos.

Secundò probatur ex iure naturæ. Si facinorosi à Principibus, & Magistratibus puniri non possent, sequeretur omnem populum in maxima fore confusione, & expositum omni damno, quod quisque impunè proximo suo posset inferre, vt patet: consequens est absurdum, & contrà ius naturæ; ergo & antecedens. Nam ius naturæ docet Principes, & Magistratus positos esse, vt necessarios pro conseruatione totius Regni, vel ciuitatis. & docet etiam bonum Reipubl. & communitatis bono particulari anteponendum esse: nequit autem conseruari pax Reipubl. imò ipsa Reipubl. nisi puniantur, & extirpentur illius perturbatores, & corruptores. nec bonum publicum anteponitur particulari, nisi particulares personæ extirpentur, quæ illud destruunt: vt patet ex terminis; ergo iure naturæ constat Principes, & Magistratus iudicialiter posse punire criminosos.

Est doctrina veteris Testamenti.

Tertiò probatur ex mandato Dei, in testamento veteri, vt habetur in libris Moyſis per totum. homines enim facinorosi, & homicidæ iubentur occidi: nec tale mandatum fuit tunc contrà ius naturæ: sed ad vtilitatem, & conseruationem illius Reipubl. ergo cum & Christiana Reipubl. etiam conseruari debeat, licebit illius Principibus gladio punire criminosos.

Bonus homo amore iustitiæ.

Quartò probatur Sanctorum Patrum auctoritatibus. August. Epist. 54. tom. 2. inquit: *Nec ideo sanè frustra instituta sunt potestates Regi, ut gladij uognotori, unguis carnisficu, arma militu, & disciplina dominantiu, seueritas etiam boni Patrii. Habens ista omnia modos suos, causas, rationes, vtilitates. Haec cum timentur, & coercentur mali, & quietius inter malos uiuunt boni: non quia boni pronuncians sunt, quæ talia metucendo, non peccant (non enim bonus est quæſpiam timore pœna, sed amore iustitiæ) Verum tamen non inutiliter etiam metu legum humana coercentur auidacia: & uisura sit inter improbos innocentiæ, & in ipsis improbis, dum formidato supplicio frantatur facultas; nuocato Deo, sanetur uoluntas.*

Et Epist. 48. inquit. *Terror temporalium potestatum, quando ueritatem oppugnat, nulli fortissimè gloriosa probatio est: infirmu periculosa tentatio: quando autem ueritatem prædicat, errantibus, & discor-dantibus, cordatis, uilis admonitio est, & insensati: nulli afflictio. Non est tamen potestas nisi à Deo. Qui autem resistit potestati, Dei ordinati- ni resistit. Principes enim non sunt timori bono opo- ni, sed malo. Vos autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Sine enim potestas fauens ueritati aliquem corrigat, laudem habet ex illa, qui fuerit emendatus: sine inimica ueritati, in aliquem sanctas, laudem habet ex illa, qui fuerit coronatus.*

Ambrosius in comment. Epist. ad Rom. cap. 13. tom. 3. ait. *Principes hoc Reges dicit, qui propter corrigendam uitam, & prohibenda aduersa creantur,*

Dei habentes imaginem, ut sub uno sint ceteri.

Hieronymus in cap. 22. Hieremiæ Tom. 4. inquit. *Homicidas, & sacrilegos, & uenenarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium.*

Punire criminosos, non est effusio sanguinis.

Supereſt nunc, vt obiectiones soluamus eorum, qui præmissis conclusionibus aduersantur; & fuerunt olim Manichei, vt testatur Augustin. lib. 22. contrà Faustum cap. 74. & his temporibus Anabaptistæ. Et etiam Cornelius Agrippa in libro de uanitate scientiarum cap. 79. ubi artem bellandi à Christo prohibitam esse affirmat. Et Ioannes Ferus lib. 4. comment. in Matth. exponens illud 26. cap. *Qui acceperit gladium gladio peribit, Vt refert Cardinal. Bellarm. de laicis lib. 3. cap. 14. cum quibus connumerandus est Lutherus, qui licet bellum non licere non affirmet, dicit tamen Christianos contrà Turcas belligere non debere, vt scribit Alphonsus de Castro lib. 3. contrà hæreticos uerbo Bellum & Cardin. Bellar. loco citato cap. 16. Prima Obiectio. Christus Dominus Matth. 5. docet sic: *Audistis quia dictum est oculus pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico uobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui uult tecum inuidio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Quicumque te angariauerit mille passus, uade cum illo alia duo.* Ergo ex doctrina Christi non licet bella gerere, quæ fiunt ad uindictam, & ad ius suum defendendum.*

Respondeo Christum Dominum non præcepisse fidelibus, quæ dicta sunt, sed ea consuluisse, persuasisse: & præostendisse; nulli enim præcepit Saluator, ne se in bonis, & in persona defendat: sed præcepit ne malum pro malo reddatur, ne inimici odio habeantur, sed sicut homines proximi habeantur. Cætera autem sunt consilia. Præterea Saluator loquutus est pro particularibus personis, & illis qui ius administrandi manus non habent; non autem de Principibus, & Magistratibus, qui si iustitiam punitionem non administrarent, uniuersus orbis esset rapinis, & sceleribus plenus, & hinc est eis bella gerere pro tali iustitia seruanda licere, vt orbis sit hominum, & non ferarum, & iniquorum habitatio. sicut igitur ex publica uindicta malorum, quæ fit à Magistratibus, Reipubl. maximum oritur bonum; sic ex particularibus uindictis nascitur confusio. Prior uindicta tribus terminum ponit: posterior uero rixis materiam auget, ideoque ipso lumine naturæ patet, priorem uindictam laudabilem, secundam uero detestabilem esse. Loquitur itaque tunc Saluator de particularibus personis, non autem de publicis Magistratibus.

Non omnia, quæ sunt in Euangelio sunt præcepta, sed multa sunt in eo consilia.

Saluator hic loquitur de personis priuatis, non autem de Principibus.

Secunda Obiectio. Si bellum non esset, multæ hominum millia non occiderentur, quod ibi fieri solet. similiter multæ rapinæ perpetrantur, quas milites, vt plurimum, pietatis expertes, exercent, ergo ex doctrina Christi, quæ malum prohibet, habetur bellum esse illicitum.

Respondeo, ex duobus malis minus esse eligendum. In bello multi moriuntur, & multæ perpetrantur rapinæ; hoc est per accidens, non autem ratione belli, nec à Principe id intenditur, qui bellum indicit, ad defensionem iustitiæ totius Regni, ad hoc ut inde possint Regnicolæ pacificè uiuere. Sequitur enim bellum mors uolenta, multo-

Ex duobus malis minus est eligendum, cum aliter fieri nequit.

multorum in certamine; sed ex alio capite eversio totius ordinis naturæ euitatur, quia nulla iustitia publica seruaretur, sed liceret impunè ciuitates spoliare, latrocinari, & publica scelera exercere: hoc autem est maximum damnum, quod verissimè vitari debet licet per accidēs indè minus nascatur malum multorum, scilicet violenta mors. Igitur ex his duobus malis minus est eligendum: eo quia quod bonum est, & simpliciter necessarium, aliter obtineri nequeat. Etenim nisi adessent iniqui, & quisque pacificè suis bonis gauderet, proximo malum non inferendo, bellare non liceret: at res aliter se habet; idèo bellum, postis debitis conditionibus, licitum est ac expediēs.

Tertia Obiectio. Matth. 26. Christus Dominus, dixit Petro percussori seruum Principis Sacerdotum. *Conuertere gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperunt gladium, gladio peribunt.* Ergo non licet bellum mouere pro defensione.

Petro prohibetur gladium, quia non erat Princeps politicus.

Respondeo Christum Dominum non venisse ad decertandum neque ad defendendum se ab insidijs Iudæorum, idcirco dixit quod si bella gerere voluisset, vt Princeps, Patrem rogasset, vt ei plusquam duodecim legiones Angelorum exhibuisset, vt Matth. cap. 26. scribit. Sed quia venerat moriturus, vt opus Redemptionis perficeret, hac de causa sic loquutus fuit. Præterea cum Petrus esset particularis persona, nec ab aliquo Principe potestatem assumpisset pugnandi: iurè ei præcipitur, vt ponat gladium suum in vagina, quia si tunc aliquem occidisset, iuste posset, & ipse à Iudice occidi, vnde sententiam iudicalem Leuit. 24. commemorat, quæ est. *Qui percusserit, & occiderit hominem, morte morietur.* Itaque his verbis bellum nullatenus prohibet, sed particularem vindictam interdicit.

Quarta Obiectio. Apostolus 2. Cor. 10. inquit. *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed spiritualia:* Nempè lancea iustitiæ, scutum fidei, galea salutis, gladius spiritus, quod est verbum Dei, vt habetur ad Ephel. 6. Ergo non licet Christianis decertare armis materialibus.

Duplex est bellum in hac vita, visibiles; & duplicis generis hostes habet homo.

Respondeo, quod duplex est hominum militia in præsentī vita, spiritualis, & corporalis. Et duplicis generis sunt hostes hominis; visibiles, vt homines; & inuisibiles vt demones; cum inimicis inuisibilibus, & in spirituali militia, armis spiritualibus pugnandum est: cum hostibus visibilibus, armis materialibus decertare debemus. Apostolus loco citato tantum docet arma, quibus orbem Euangelio, & Christo subiugabat, esse spiritualia; at enim: *Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt: sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Hæc itaque obiectio sic concludit: Apostoli in conversione gentium, non armis materialibus Euangelium promulgauerunt: ergo non licet Christianis bellare. Ineptissimè.

Quinta Obiectio. Deut. 32. Dominus dicit: *Mea est ultio, & ego retribuam.* & ad Rom. 12. *Nobis vos defendentes Charissimi: scriptum est enim, mihi vindicta, & ego retribuam.* ergo non licet bella mouere ad defensionem.

Respondeo præcitate Scripturas de personis particularibus, & offensionibus particularibus, quæ iram hominis mouent intelligi debere: idèo Apoll. inquit, *sed date locum ire:* non autem de principibus, & potestatibus; nec de offensionibus generalibus, quæ sunt

Regnis, vel ciuitatibus; & quod ita sit, patet, nam aliter alijs Scripturis contradicerent; quod non est dicendum. nam si Deut. 32. dicit Dominus: *Mea est ultio, & ego retribuam:* etiam Deut. 17. ait. *Qui autem superbuerit nolens obedire Sacerdoti imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cum dicitur; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.*

Apostolus in hac materia aliud dicit prinati personis, & alijs Principibus, & Magistratibus.

A Deo itaq; aperitur finis publici iudicij, qui à Magistratibus, & Principibus fit, & virtualiter etiam ratio bellandi: cum dicitur; *Et auferes malum de Israel, cum dicitur; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.* Cum Apollol. ad Rom. 12. inquit: *Non vosmetipsos defendentes Charissimi, sed scriptum est, mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus.* Particularem vindictam prohibet. Cum cap. 13. subiicit. *Si autem malum feceris, time non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit.* Principum, & Magistratum potestatem erga malos puniendos innuit.

Sexta Obiectio. Isaia 2. *Constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces; non leuabis gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.* Hæc autem pro Christianorum tempore prædicta sunt: ergo non licet Christianis bellare.

Responso habetur infra in obiectioe decimatertia. quare illam.

Septimò obijciunt Sectarij quasdam Patrum auctoritates à quibus bellum damnari putant, sed errant non percipientes sensum illorum, Patres enim non bellum iustum, sed iniustum damnant: nec militiam vt militiam improbant, licet malè militantes arguant, & quandoque pro tempore Idolatrarum Principum loquuntur, vt patet in Can. 11. Concilij Nicæni; vbi damnatur cingulum militare, vt signum Idolatriæ, vel occasio illam resumendi, & Christianam fidem negandi. ratio potissima est, quia Patres pluribus in locis iustum bellum commendant, vt supra probauimus; ergo alibi illud damnare non possunt; attenst itaque Sectarij sensum Patrum scrutari debent, sed illis satis est quasdam apparentes ratiunculas componere, vt voluntarias eorum opiniones subio circumliniant.

Octaua Obiectio est Lutheri probantis non licere Christianis bellare aduersus Turcas: sic. Voluntas Dei est, vt à Turca tãquam à flagello Dei puniamur, neque licet nobis Dei voluntati resistere.

Respondeo, voluntatem Dei esse, vt Turca terreat Christianos, vt conuertantur à malitia, & Schismate: sed non vt destruat Ecclesiam, pro qua Christus orauit ne deficiat, & firmiter promisit eam semper permanuram vsque ad cõsummationem sæculi, Matth. cap. 18. & vlt. idcirco Christiani debent malitiam, & schisma dimittere, & aduersus Turcas pugnare; & sic illis auxiliabitur Deus, Turcas subiciant, & Christi fidem eos docere poterunt; eadem enim modo Deus immittit in Regna pestem, & in homines infirmitates, vt conuertantur, vel exerceantur. Attamen omnibus remedia sumere contra pestem, & infirmis medicum adhibere, pro recuperanda sanitate licet; cur igitur non licebit pariter contra Turcas bellare? Sed hac obiectioe Lutherus ostendit Sectarios, qui ab Ecclesia exeunt, & aufugiunt, esse eiusdem Ecclesiæ, & Christi Domini hostes iniquos: etiam docere, Turcis non esse resistendum, qui Catholicæ fidei sũt exterminatores, idem est ac docere fidẽ Christi esse penitus,

Sectarij sunt ministri diaboli.

penitus è terra tollendam. O miseri Seditarij, vos ministri diaboli facti estis: nam hæc eadem est in eo iniqua voluntas, Ecclesiam nempe è mundo penitus auferre.

Nonæ Obiectio. Psalm. 45. David de Ecclesiæ conditionibus & tempore loquens, ait. Venite & videte opera Domini qua posuit prodigia super terram, auferens bella usque ad finem terre: arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni. ergo contra voluntatem Dei fit bellum inter fideles, & cum damnatione bellantium, tanquam Dei voluntati resistendum.

Respondeo secundum S. Hieron. super Isaiam cap. 2. hæc & similia intelligi debere tantum pro tempore, quo Saluator natus est; tunc enim fuit abundantia pacis, imperante Octauiano Augusto, de quo Lucæ cap. 2. legitur. Exiit edictum à Cesare Augusto ut describeretur vniversus orbis; &c. Quod autem bellum post Christum, tutum aliquando esset, patet Lucæ 22. Cum autem audieris prælia et seditiones, nolite terrores: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. & confirmatur responsio, quia si post Christum bella penitus cessare debuissent, Ioannes Baptista, militibus interrogantibus Lucæ 3. Quid faciemus & nos? non respondisset: Nemine concussari, neque calumniari facietis: et contenti estote stipendijs vestris. Sed dimittite bellum, quia in futurum non licet amplius belligare sicut loquutus est Deus per Prophetas suos. sed oppositum constat, idè Scriptura quæ nobis obijciat modo explicato intelligi debet, atque meus scelus est in re huiusmodi, tunc Scripturam de sui Regni ministris disserere. vide Obiectionem 13. sequentem.

Decima Obiectio. Psalm. 67. Dissipa gentes qua bella volunt, ergo Christianis qui ex gentibus congregati sunt non licet bellare.

Respondeo petitionem illam Prophetæ esse contra gentes Paganorum & infidelium, qui bella volunt contra populum Dei, odio Religionis; non loqui autem de voluntibus iustum bellum, sed iniustum & iniquum. & ita esse patet ex contextu eiusdem Psalmi: sic enim incipit. Furens Deus & dissipatur inimicium: et fugiant qui oderunt eum à facie eius, et iusti epulentur, etc. loquitur igitur de infidelibus qui Deo vano sunt inimici. qua de causa solebant filij Israel tunc Psalmum recitare, cum ad bellum pergebant contra infideles. inanis est igitur sequela illa, ergo Christianis belligare non licet, legenti Psalmum patebit.

Vndecima Obiectio. Iacobus Apostolus cap. 4. ait. Vnde bella et lites in vobis? vnde hæc? ex concupiscentijs vestris qua militatis in membris vestris? Concupiscentias non habetis: occiditis et zelatis, et non potestis adipisci, litigatis et belligatis, etc. Iacobus Apostolus aperte damnat bella & lites, ergo non licet Christianis bellare.

Respondeo Iacobum Apostolum loqui de bello particulari, quod dicitur contentio, non autem de eo quod publica auctoritate debitis circumstantijs à Principe indicitur. Præterea si bellum dampnatur, ex duplici capite improbari potest: primo ratione illius partis quæ iniuste mouet bellum, secundo comparatione status vtriusque partis, ut si sit status innocentiz, qui bellum non admittit, quia omnia erant communia, sed stante natura delictura bellum est licitum iustis causis positis: non est autem bonum & licitum simpliciter, sed tantum stante natura delictura inde

autem non sequitur bellum esse illicitum & malum & nullo modo & tempore bellare licere.

Duodecima Obiectio. Saluator Matth. 18. præuidens malos futuros in Ecclesia, docet modum punitionis & remedium sic. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum ad hæc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesie. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et publicanus, ergo hoc modo licet punire malos in Ecclesia, & non gladio perimere illos.

Respondeo Salvatore tunc docere modum corrigendi fidelem fratrem suum ex charitate, extra forum iudicium, & præscribere si fidelibus qui sunt oues, quomodo corripere debeant alias oues sibi similes, præ fratres suos, idè inquit: sit tibi sicut Ethnicus, si Ecclesiam non audierit; non præscribit autem tunc ministris Ecclesiæ modum iudicandi & puniendi oues. quas pascuat, ut patet ex serie orationis; quia dicit: Si te non audierit dic Ecclesie, idè pastoribus Ecclesiæ. ergo modus correptionis fraternæ tunc exponitur, qui inter oues & fratres extra tribunal Ecclesiæ teneri debet. idè sequela illa, ergo hoc modo licet punire malos in Ecclesia, & non gladio, falsa est, & nullo modo descendit ex sensu citæ Scripturæ: quia aliud est loqui de correptione fraterna inter oues seu subditos faciendâ; & aliud de potestate iudicandi in foro fori, quæ est in Ecclesia, vel de potestate temporalis civilium potestatum.

Decima tertia Obiectio. Micheæ cap. 4. de Ecclesia & illius conditionibus, quæ prævidentur & præmittuntur, legitur. Erudusabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes usque in longinquum, et concident gladios suos in vomeres, et hastas suas in ligones: non sumet gens aduersus gentem gladium: et non discens ultra belligare. ergo non licet Christianis bellare, cum obicit decretum Dei.

Resp. hanc Scripturæ locum, & cõsimiles intelligi debere de ministris Regni Dei, scilicet Ecclesiæ quibus ut ministri Ecclesiæ sunt, non contingit belligare, quia Ecclesia Dei non custoditur more castrorum. & de his prædictum est, concident gladios suos in vomeres, et hastas suas in ligones, & est sermo metaphoricus: & talis metaphora quæ supponit populum bellicosum, idè apposta est, quia caput Ecclesiæ visibilis Petrus Romanam calcavit ibiq; sedem Deo annuente fixit; quæ gladio orbem subiecerat. & hoc idem Isaias explicare videtur cap. 26; dicens. Quia incarnabit habitantes in excelsis, civitatem sublimem humilietis. Humilietur eam usque ad terram, destruet eam usque ad pulpamentum: calcabit eam pes, pedes pauperum, gressus egenorum; idè quæ supponit ibi fuisse gladium, & lanceas: quas in vomeres & ligones deinde conuertendas esse prædicit; quia scilicet Regnum Christi, quod est Ecclesia, non vult gladio materiali, nec armis subijci gentes Christo, nec armis fidem & legem Christi tueri debet, sed doctrinis, ut legitur.

Malachiæ 2. Labia Sacerdotum custodite scientiam, et legem requirent de ore eorum: quia Angelus Domini stans ad ostium, & Isaiæ 24. Hæc temerarij vocem suam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit Dominus in universis deis. Propter hoc in doctrinis gloriificate Dominum, & Hieremias cap. 3. et dabo vobis pasceretis iuxta cor meum, et pascens vos scientia et doctrina. & Ezechiel 2. ponas autem in rationali iudicij: Doctrinam;

Allud est loqui de correptione fraterna ex charitate & aliud de institutione bellandi.

A Pastoribus Ecclesiæ belli institutum auferunt.

Iacobus Apost. nõ damnat bellum iustum, sed contentiones particulares.

bellum iustum nõ est simpliciter, sed tantum stante natura delictura inde

Ecclesia non punit ferro, sed dat & commendat reos brachio secularium potestatum.

nam, et veritatem. qua erunt in pectore Aaron; quando ingreditur coram Domino. Vnde August. ser. 41. ad fratres in eremo tomo 10. ait. *Studeo sacram Scripturam exponere: Turrim Davidicam clypeu fortissimi munire, munitam declarare, & declaratam ordinare, nam quid per Turrim Davidicam, nisi Sanctorum Ecclesiam intelligo?* at non prohibetur & gladius Principibus temporalibus & Magistratibus secularibus, qui sunt in Ecclesia, & filij Ecclesie. & experientia hoc docet; nam forum Ecclesie proprium, quod est spirituale, non punit gladio criminofos, sed gladio spirituali, puta anathemate, suspensione, interdico, &c. reos affligit. & deinde eos tradit puniendos gladio brachio secularium potestatum, ergo ipsa patet Ecclesiam concidisse gladios in vomeres, & hastas in ligones, nec discere, belligerare, non enim ministri Ecclesie bella gerere discunt. de Romanis autem hoc predictum est, ut ex textu citato in obiectione, & ipsa responsione, constat; quia Roma quae primò ferro domuit orbem, nunc versa est in Hierusalem, quae est pacis visio, & in ea tribunal vniuersae Ecclesie residet, quae armis non utitur, ut diximus; cum autem aliquando Summus Pontifex bellum aliquibus indicit, tunc non ut Pontifex operatur, sed ut Princeps temporalis.

DISPUTATIO V.

An Principes Christiani, & Magistratus Laici, potestatem habeant iudicandi de Religione.

Triplicem sensum continet praesens disputatio.

PRÆSENS disputatio iuxta triplicem sensum agitari potest. primò An Principes laici in controuersis fidei & morum decidendis sint Iudices primarij supra Summum Pontificem, & omnes Episcopos Catholicae Ecclesie. Secundò quid fuerit de facto in hac materia in veteri testamento. Tertio si ad eos nullo modo spectat iudicium Religionis, an illis liceat suis Regnicolis libertatem Religionis permittere, dummodò pacem publicam non perturbent. Circa primum ad hanc haresis Brencij in Prologomenis: Philipp. cap. de Magistratu, & Regum Anglie; qui omnes sultinent Principes & Magistratus temporales, Iudices, Primates, ac Pastores Ecclesie, etiam in rebus fidei existere. Quoad secundum est omnium Sectariorum opinio, Reges Iudeorum primatum habuisse in Synagoga etiam supra summum Sacerdotem. Circa tertium fuit olim Thomastus Philosophus, ut scribit Socrates lib. 4. hist. cap. 27. et refert Cardinalis Bellarm. lib. de Laicis. cap. 18. qui Valenti Imperatori persuadere tentauit; Deo gratam esse Sectarum varietatem: & quidam hierarchia nomine Rethor apud August. lib. de haresibus cap. 72. tomo 6. & aliqui Sectarij ad politica huius temporis. Ecclesia autem Catholica oppositum iure optimo omni tempore docuit, ut infra probabimus.

Duplex est finis hominis naturalis & supernaturalis.

Et pro praesentis controuersie dilucidatione dicendum, quod duplex est finis hominis, ad quem quisque tenetur tendere, & seipsum dirigere. primus est naturalis, qui consistit in pacifice viuendo. Se-

cundus est supernaturalis, nempe aeterna felicitas & beatitudo. ad hos fines homo per proportionata media, quae illi proponantur, pergere debet: ad primum per media naturalia, ad secundum verò per media supernaturalia. Cum igitur hi duo fines, cum suis medijs, sint diuersi ordinis; habebunt consequenter diuersum tribunal & iudicem, vnde media sumi debent: & sequitur manifestè eum qui vnius generis regimen habet, alio alterius generis carere; & e contra. licet potestas spiritualis & supernaturalis subdat sibi potestatem naturalem, & ciuilem, ne media tribuat quae adaptioni aeternae beatitudinis, seu fini supernaturali opponantur. & hæc ipse Saluator docuit verbo, ut infra dicemus, & exemplo; etenim ipse assumere noluit regimen ciuile & politicum, ideo dixit Ioan. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo, nec regimen Ecclesie suae commisit. Caesari, vel Pilato; sed Petro & Apostolis suis. maneat igitur vtrique in suis finibus; nec principes seculares ad Ecclesie regimen aliquid habere putent.*

Duplicis generis tribunal inter homines esse debet.

Superfluum autem esse puto ea repetere, quae lib. 2. diximus de suprema potestate Pontificis: cui iure Diuino omnes subduntur: cum ei cura de omnibus sit imposita, cuiuscunque sint ordinis, gradus, & dignitatis, & omnis homo respectu illius sit ouis, & ipse omnium sit Pastor; ex quo sequitur in Ecclesia Catholica neminem illi superiorem nec aequalum esse; praecipue in his quae ordinem & respectum dicunt ad spiritualia ac diuina, in quibus omnes illi parere debent; quemadmodum in exercitu omnes Duces, & Rectores Regi, vel Generali magistro militum obtemperant. suppositis igitur his quae loco cit. diximus, pro resolutione praesentis disputationis, tres ponimus Conclusiones.

Summus Pontifex non habet superiorem in terris quia omnes sunt oues illius.

Prima Conclusio. Principes & Magistratus laici nullum ius habent in regimine Ecclesie, nec in controuersis fidei & morum decidendis. Probatur, ad eos praefatum munus pertinet, quibus Christus Dominus illud commisit, sed commissum fuit Petro & Apostolis & non Principibus secularibus; ergo Petro & Apostolis & illorum locum tenentibus contingit, & non Principibus secularibus illud ius exercere. Minor probatur ex Apóst. ad Ephes. 2. *super aedificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Matth. 16. Tu es Petrus & super hanc petram, &c. & Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in caelo, etc. & Matth. 18. Quicumque ligaueris super terram erunt ligata & in caelo, &c. & Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum quorum remiseris peccata remittuntur eis, & quorum retinueris retenta sunt. & Lucæ cap. 22. Ego rogam pro te Petre, ut non deficiat fides tua & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Act. 20. Ascendite vobis, & vniuerso gregi, in quo, vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. & 1. Petri 5. Pascite qui in vobis est gregem Dei prouidentes non coacte, sed spontaneè secundum Deum, &c. ergo munus regendi Ecclesiam Dei, quod praecipue consistit in doctrina fidei & morum distribuenda, ac exhibenda, non spectat ad potestates temporales, sed ad successores Petri & Apostolorum: quales sunt Romanus Pontifex & Episcopi.*

Regime Ecclesie commissum fuit Petro, & Apostolis.

Secundò probatur. Regimen Ecclesie in doctrina fidei, & morum, non est de iure gentium, vel naturalis, sed Diuino: ergo non spectat ad Principes seculares: antecedens patet. Sequela probatur: nam Principum potestas est de iure gentium: & su-

Regime gentium est de iure gentium: potestas seu regimen Ecclesie est de iure Diuino, & de iure gentium.

manus

nam exemplum de singulis Christianis Regibus, & illorum principum & assumptionem spectemus; & intencimus vel à populis electos fuisse, vel per arma Regna occupasse. at è contrà, potestas de iure Divino intantum sumptit immediatè à filio Dei, qui specialiter particularibus personis illam committit.

Tertio probatur. Omnis potestas quæ in Ecclesia exercetur in ordine ad oves pascendas, qualis est etiam iudicandi de Religione, continetur sub illa metaphora clavium, cum scilicet Christus Dominus Matth. 16. dixit: *Tibi dabo Claves Regni calorum*, id est Ecclesie, ut suo loco demonstratum est; at Principibus temporibus huiusmodi claves commissæ non fuerunt, sed Petro; ergo non ad Principes, sed ad Petrum & Successores, pertinet præfatum munus. maior manet fuscè probata lib. 2. disputat. 1. minor probatur Matth. 16. ut nunc dictum est.

Quarto probatur. Si Christus Dominus commisisset potestatem iudicandi de Religione Regibus & Principibus secularibus; absque dubio illis ab initio talem potestatem concessisset; & sicut Apostolos elegit & Episcopos, sic Principes, & Reges ad se vocasset: at hoc non est factum; ergo evidens est talem potestatem illis non commississe. Nec valet occurrere quod eo tempore Reges terræ infideles erant, ideoque tunc illis non commississe talem potestatem, quia sicut Paulum à persecutore in Apostolum commutavit, sic Reges, & præfides convertere potuissent hoc autem nulli dubium est. at Scriptura non dicit, nec traditiones Ecclesie docent, ad Reges terræ cum fideles evaserunt ius præfidenti in Ecclesia, & de Religione iudicandi, transferri debuisse; vnde ergo Principes tales ius habeant, non apparet.

Quinto probatur auctoritate Sacrorum Conciliorum. Etenim à primo ad ultimum, legentibus tomos Conciliorum contabit, Summos Pontifices, vel illorum Legatos, vna cum Episcopis semper definiisse, iudicasse, & decidisse controversias quascunque Ecclesiasticas, seu de Religione. & licet Imperatores in talibus actionibus adhaerint, vel Senatores aliqui, non tamen obtinuerunt aliquando suffragium decisivum.

Et constat hoc ex Act. 6. Conc. Chalcedonensis, in qua legitur Marcianum Imperatorem ad Synodum accessisse & huiusmodi verba protulisse. *Nos enim ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplo Religiosi Principis Constantini, Synodo interesse volumus, ut inuenta veritate, non ultra multitudine, pravum doctrinam atrata discordet.*

Et in prima parte Concilij Ephesini Generalis tertij legitur epistola Theodosij iunioris ad Synodum: quæ iam Ephesi congregata erat; in qua fatebatur: *Comitem Candidianum missum esse ut sancta Synodo adesset, sed ea lege & conditione, ut cum questionibus & controversijs, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quidquam commune haberet. quia nefas est, inquit, ut qui Sanctissimorum Episcoporum Cathalogo adscriptus non est, Ecclesiasticis negotijs & consultationibus sese immisceat; sed tantum ut ea quæ turbationem causare poterant tollerent, & auferret.*

Sexto probatur Sanctorum Patrum auctoritatibus. Athanasius in Epist. ad solitariam vitam agentes, contra Constantium Imperatorem Artianum sic ait: *Quando à condito tuo audatum est, quod iudicium Ecclesie auctoritatem suam ab Imperatore accepit? aut quando unquam hoc pro iudicio agnumus?*

est? multa iudicia Ecclesia habita sunt, plurima Synodi ante à fuerit, &c.

Ambrosius epist. 13. ad Valentinianum Augustum tomo 5. ait. *Quando audisti clementissime Imperator, in causa fidei laicos de Episcopo iudicasse? non ergo quadam adulatione curramur, ut Sacerdotali iura sine immemores, & quod Deo donatis nobis, hoc ipse alijs putem esse credendum? Si docendum est Episcopus à laico, quid sequetur? laicus erga disputet, et Episcopus audiat, Episcopus discat à laico. At certe si vel Scripturarum seriem dinumarum, vel vetera tempora retraheremus, quis est qui abnuat in causa fidei, in causa inquam fidei; Episcopos solere de Imperatoribus Christiani, non Imperatores de Episcopi iudicare? erit Deo favente, etiam senectutis in maturitate prorelior, & tunc de hoc censebit, qualis ille Episcopus sit, qui laicum in sacerdotale subvertit. Pater tuus, Deo favente, vir maturioris aui dicebat: Non est meum iudicare inter Episcopos: tua nunc dicit clementia, ego debeo iudicare? & ille baptizatus in Christo inhabilem se ponderanti putabas esse iudicij; clementia tua, cui adhuc emenda Baptizati sacramenta servantur, arrogat de fide iudicium, cum fides ipsius sacramenta non novetur? &c.*

Damascenus Oratione 2. de imaginibus, inquit: *Christus non commisit Regibus & Imperatoribus, sed Episcopi & Pastoribus.*

Chrysostomus Hom. 4. super Isaiam tom. 5. inquit. *Quamquam admirandus videatur thronus Regius, tamen rerum terrenarum administrationem sortitus est, nec præter potestatem hanc, prætere à quidquam habet auctoritatem.*

Secunda Conclusio. In testamento veteri primatus in regimine spirituali, & in decidendis controversijs legis, non fuit apud Reges Iudæorum, sed apud summum Synagogæ Sacerdotem. Probatur. Apud illum residet primatus circa Religionem, apud quem habetur ultimum & sublimius tribunal in rebus Divinæ legis decidendis: at hoc fuit in summo Sacerdote Synagogæ, & non in Regibus Iudæorum, ergo non apud Reges, sed apud summum Sacerdotem erat primatus circa Religionem & legem Divinam. Maior patet ex terminis, quia apud Principem sedet omnium rerum ultima resolutio & finalis sententia, & ab omnibus inferioribus prætorijs licet appellare vsque ad ultimum, quod est Principis prætorium. Minor probatur Deut. 17. *Si difficile & ambiguum, apud te iudicium esse perspexerit, inter sanguinem & sanguinis causam & causam lepram & lepra, & iudicium intra portas tuas viderit verba variari: surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus. Venisique ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eum, qui iudicabit tibi iudicij veritatem. & facies quodcumque dixerint tibi præfunt loco quem elegerit dominus & docuerint te iuxta legem eius: sequerisque sententiam eorum: nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram? Qui autem superbia nolens obedire sacerdoti imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicij, morietur homo ille, & auferet malum de Israel: cunctisque populus audiens timebit, ut nullus demerpsit summas superbia. Nullibi autem legitur ab hoc prætorio summi Sacerdotis, prætorium Regis alicui appellare licuisse: ergo primatus in regimine spirituali, & in decidendis controversijs legis, non fuit apud Reges Iudæorum, sed apud summum Sacerdotem illorum.*

Secundo probatur. Omnis dispositio Dei circa Reges

Antiquorum SS. PP. testimonium.

Ius ultimum decidendi in controversijs legis Divinæ olim fuit apud summum Sacerdotem Synagogæ.

Non licebat à prætorio summi Sacerdotis Iudæorum appellare.

Testimonium antiquorum Conciliorum.

Reges Synagoga in duplici loco habetur. Deut. 17. & 1. Regum cap. 8. Primo loco sic legitur. Cum ingressus fueris terram, quam Dominus Deus dabit tibi, possideris eam. & dixeris: Constituam super me Regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: eximiumque constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus. Cumque fueris constitutus, non multiplicabis sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero subleuatus, praesertim cum Dominus praeceperit vobis, ut nequaquam amplius per eandem viam reuertamini. Non habebis uxores plurimas, qua alluciant animum eius, neque argenti & auri immensa pondera. postquam autem sederis in solio Regni sui; describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuitica Tribus, & habebis secum, legetque illum omnibus diebus vita sua, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & caeremonias eius, qua in lege praecepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram, vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse & filij eius super Israel. & 1. Reg. 8. sic habetur. Nunc ergo vocem eorum audi: Veruntamen contestare eos, & praececa eius Regi qui regnaturus uest super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat à se Regem, & ait: Hoc erit ius Regi qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equitas, & praeruptores quadrigarum suarum, & constituet sibi Tribunos et Centuriones, et aratores agrorum suorum, et messores segetum, et fabros armorum curruum suorum. Filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, et focarias, et panificas. Agros quoque vestros et vineas et oliuetas optima tollet, et dabit seruis suis. Sed et segetes vestras, et vinearum redditus addecimabit, ut des Eunucho et famulis suis. Seruos etiam vestros, et ancillas et iuuenes optimas, et asinos auferet, et ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui. Ex quibus non habetur Regem primatum habere in his quae ad Deum spectant, cumque esse supremum Iudicem in controuersijs legis Diuinae decidendis: imò ipsam à sacerdotibus praecepta legis Mosaeicae recipere, eaque diligenter obseruare debere legitur, ergo non ad illum, sed ad Sacerdotes, quorum erat iudicare circa legem & Religionem, hoc munus spectabat.

Et confirmatur ratio. quia 1. Reg. 8. non tantum describitur ius Regium iustum, & rectum, verum etiam illud quod solet tyrannice vsurpari: ut monet S. Thom. p. 2. q. 105. art. 1. qua ratione Samueli displicuit populum sibi Regem petijisse, qui more Regum Gentium super eos regnaturus esset, & non iure Diuino, quia dixerant: Constitue nobis Regem, ut iudices nos, sicut vniuersa habent nationes. attamen ius praefati primatus in fidei controuersijs decidendis non apparet; euidentis igitur est illud ad Regem nullatenus pertinere.

Tertio probatur. Pluries sacra Scriptura docet ad Sacerdotem spectare iudicium & doctrinam legis Domini; nullibi autem ad Regem pertinere docet: ergo ad Sacerdotem spectat primatus in Religionem, & non ad Regem. Antec. probatur Num. 27. Pro Iosue si quid agendum erit, Eleazar Sacerdos consulat Dominum. ad verbum eius egredietur, et ingredietur ipse et omnes filij Israel cum eo, et caetera multitudine. Fecit Moyses ut praeceperat Dominus. Cumque

tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro Sacerdote, & omni frequentia populi. & imposuit capiti eius manus, cuncta replicauit, qua mandauerat Dominus.

Et Leuit. 10. Dixit quoque Dominus ad Aaron: vinum & omne quod inebriare potest non bibetis tu, & filij tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, docebitisque filios Israel omnia legitima mea. & 2. Paralipomenon cap. 26. Azarias Sacerdos, et cum eo Sacerdotes Domini octoginta viri fortissimi restiterunt Regi, atque dixerunt: Non est tui officij Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed Sacerdotum; hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium: egredere de sanctuario ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo. Iratusque Ozias tenens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, mirabatur Sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte eius coram Sacerdotibus in domo Domini, super altare thymiamatis. Cumque respexisset eum Azarias Pontifex, et omnes reliqui Sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, et festinato expulerunt eum. Sed et ipse perterritus accelerauit egredi; eo quod sensisset illico plagam Domini, & Aggei 2. Haec dicit Dominus: interroga Sacerdotes legem. Malachiae 2. Labia Sacerdotum custodiunt scientiam: et legem requirent de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Ergo non ad Reges, sed ad Sacerdotes spectat docere, distinguere inter sanctum & prophanum, iustum & iniustum, legem explicare & interpretari, & omnia quae Dei sunt ministrare; Sacerdos itaque primatum habebat in huiusmodi rebus. Equidem Deus tam seuerè Oziam Regem Iudzorum, non puniisset cum munus Sacerdotis inuasit, si Rex in Diuinis rebus primatum iure habuisset.

Tertia Conclusio. Reges, & Magistratus temporales seu Laici, tenentur sub poena damnationis aeternae prohibere haereticos, & falsas Sectas in suis conditionibus, ne populi veram Religionem amittant, & falsas impunè recipiant. Probatum, iure Diuino & firmissimo Saluatoris mandato, omnes Principes fideles subijciuntur Summo Pontifici, & Ecclesiae in Concilijs congregatae; eo quod sint oues Christi, quae Petro comendatae fuerunt, ut dictum est lib. 2. disp. 6. ergo obedire tenentur Ecclesiae praecipiente, ut falsa Sectae expellantur ab orbe Christiano, & extirpentur; eo quod debitum cultum Dei tollant, & ruinam animarum causent. Antec. patet, & lib. 2. manet satis probatum, estque Catholicis Principibus per se notum. Consequètia probatur; nam Principes Christiani in his quae cultum Dei respiciunt, & salutem animarum, Pastori Ecclesiae obedire tenentur.

Secundo probatur. Certum est praecepta moralia veteris testamenti seruari debere etiam in nouo, ubi virtutum omnium excellentiori modo claret exercitium. Quibus stantibus sic argumentor. Dominus Iudzis praecepit Deum. 17. ne Regem eligant nisi fuerit Iudzus, non alia quippe ratione, nisi quia si diuersae esset Religionis, Regnicolas ad apostasiam à lege Domini induceret, quia ad exemplum Regis totum mouetur Regnum. Cum, inquit, ingressus fueris Terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, et possideris eam, habitauerisque in illa, et dixeris; constituam super me Regem, sicut habent omnes per

Dominus puniit Regem Oziam eo quod munus Sacerdotis assumpsit.

Principes Christiani tenentur obedire Summo Pontifici praecipiente extirpationem haereticum.

In institutione Regis Iudzorum non fit mentio iuris, in iudicando de Religione.

circumstantiis nationes: eum vobiscum, quem Dominus
Deus tuus elegeris de numeris fratrum tuorum.
Non poteris aliorum gentium hominem Regem facere,
qui non sit frater tuus: & infra: Postquam autem
federis in solo Regni sui, describet sibi Deuterono-
mium legis huius in volumine, accipiens exemplum
à Sacerdotibus Leuitica Tribus, & habebit secum,
legesque illud omnibus diebus vite sue: ut discat timere
Dominum Deum suum, & custodire verba,
& caeremonias eius, quae in lege praecepta sunt, nec
eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, ne-
que declinet in partem dexteram vel sinistram, ut
longa tempore regnet ipse & filij eius super Israel.
Mandat igitur Dominus ut Rex legem Domini cus-
todiat, sub poena damnationis aeternae, & depositio-
nis à Regia dignitate, haec autem doctrina moralis
est; erit igitur transferenda ad Christianos Prin-
cipes, quibus similiter praecipitur ut seruent fidem,
Catholicam; non seruiant autem, si haereses
propagari in suis Regnis impunè permittent.

Principibus laici
praecipitur à Deo
obseruantiâ Ca-
tholicae fidei.

Moralia veteris
testamenti vigent
in christiano
saeculo.

¶ Tertio probatur Conclusio. Supposito eodem
firmissimo fundamento, moralia scilicet veteris tes-
tamenti eiusdem esse vigoris in nouo, ut moralia
sunt; licet non quatenus fuerunt Iudaeorum praec-
pta. Reges Iudaeorum qui obsequium praestite-
runt, & sua auctoritate promouerunt integrum
cultum Religionis, & falsum Idolorum cultum ex-
tirpauerunt, ut David, Ezechias, Iosaphat, Asa
& Iosias, laudantur, & Deo fuerunt accepti; & è
contrà damnantur, & iusto Dei iudicio puniuntur,
Ieroboam, Achab & alij quam plures: ergo à pari;
Principes Christiani laude & aeterno premio erunt
digni, si integram Religionem pro viribus tuebun-
tur; & è contrà, dignissimas poenas luent, si po-
pulum Dei illis subiectum, varijs haeresibus & er-
roribus impunè impleri permittent, in quibus ta-
men negotijs Reges obsequium & ministerium
praestare debent, & non dominium; quod solum
residet in Summo Pontifice, & in Episcopis, qui-
bus Principes in huiusmodi negotijs obedire tenen-
tur, sicut ministri terreni Regni, ministris Regni
caelorum. iuxta illud Apostoli ad Hebr. cap. vltim.
Obedite praepositis vestris, & subiaceat eis. ipsi enim
peruigilant quasi rationem pro animabus vestris red-
duri. Nec defunt exempla ex utraque parte, bo-
norum scilicet & malorum Principum, & utro-
rumque finis. prudenti lectori aliud de patebit.

¶ Quarto probatur Sanctorum Patrum auctori-
tatibus. Augustinus Epistol. 48. Tom. 2. inquit.
Non inuenitur exemplum in Euangelicis & Aposto-
licis literis, aliquid petuum à Regibus terra pro Eccle-
sia, & contra inimicos Ecclesiae. Quis negat non in-
ueniri? Sed nondum implebatur illa propheta. Et
nunc Reges intelligite, & erudimini, qui iudicatis ter-
ram. Seruite Domino in timore. adhuc enim imple-
bitur quod in eodem Psalmo paulò superius dicitur.
Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt in-
ania? Astiterunt Reges terra, & Principes conuenerunt
in unum, aduersus Dominum, & aduersus Christum
vnum. Verumtamen si facta praeterita in prophetis
libri figura fuerunt futurorum, in Rege illo qui ap-
pellatur Nabuchodonosor, utrumque tempus figura-
tum est, & quod sub Apostolis habuit, & quod nunc
habet Ecclesia. & infra: Quis enim nostrum, quis
vestrum non laudas leges ab Imperatoribus datas ad-
uersus sacrificia paganorum, &c.

Et postea. Ino vero ferunt Reges terra Christo
10, etiam leges ferendo pro Christo, maiores vestri
Cacilianum & socias eius Regibus terra pueros
falsis criminibus obiecerunt. conuertantur Iudei ad
communienda ossa calumniarum, nec Damocli ipse
intercedat innocens comprobatus; & de lacu, quo illa
perennis, liberatus: & deinde: Terror temporarium
potestatum, quando veritatem oppugnat, iustis for-
tibus gloriosa probatio est: infirmis periculosasentatio:
quando autem veritatem praedicat; errantium &
discordantium cordatus vitii admonitio est, &
insensatus vitii affectio. Non est enim potestas nisi à
Deo, &c.

¶ Et lib. 1. contra Epistolam Parmeniani tomò 7.
Videant ergo ex hac questione se primum liberari de-
bere, & tunc audere si quid molestiarum sine prima-
rum à Christianis Imperatoribus patiuntur, vel de-
ponere in quarumdam, aut assumere in gloriam, de
qua re, id est ipsius schismatis questione, si nihil aliud
dicerem, ea quae superius sunt dicta sufficerent. An
forte dicent etiam si conuincuntur in sacrilega dissen-
sione, ut pro ea dementia, si quid passi fuerint,
martyres non sint: non tamen ad Imperatorum po-
testatem hac coercenda vel punienda pertinere debere.
Qua in re quero quid dicant. An quia de Religione
viciosa falsa nihil curandum est talibus potestatibus?
sed multa iam etiam de pagano diximus, & de ip-
sis demonibus qui persecutiones ab Imperatoribus pa-
tiuntur. an hoc displicet? Cur ergo ipsi ubi possunt
templa subuertunt, & per furiosos Circumcellionum
cruentia facere aut vindicare non cessant? an iustior est
privata violentia, quam Regia diligentia?

¶ Ambrosius Epistol. 15. ad Imperatorem Euge-
nium tomò 5. ait. Quamuis enim illi agebant tam
perseueranter nonne tuum fuit Imperator pro Dei sum-
mo & veri & vni ueneratione perseuerantius obistere,
& negare quod erat iniuria sacra legis.

¶ Et Epistola 11. ad Imperatorem Valentinianum,
in initio, sic ait: Cum omnes homines, qui sub ditione
Romana sunt, vobis militent Imperatoribus terrarum
atque Principibus, tum ipsi vos Omnipotenti Deo,
& sacra fides militatis. aliter enim salus tua esse non
poterit, nisi unusquisque Deum verum, hoc est Deum
Christianorum, à quo cuncta reguntur (ipse enim so-
lus verus est Deus) intima mente veneretur: Dii
enim gentium damonia, sicut Scriptura dicit. Huc
igitur Deo vero quisquis militat, & qui intimo co-
lendum recipit affectu, non dissimulationem non con-
uentiam, sed fides studium & deuotionis impendit.
postremo si non ista, consensum saltem aliquem non
debet colendis Idolis & prophanis caeremoniarum
cultibus exhibere. Nemo enim Deum fallit, cui om-
nia etiam cordis occulta manifesta sunt. Ergo cum
à te Imperator Christianissime fides Deo vero sit
exhibenda, tum ipsius fides studium, cautio atque
deuotio: miror quomodo aliquibus in spem veneris,
quod debeas aras Dijs gentium tuo instaurare praec-
cepto, ad usus quoque sacrificiorum prophanorum
praebere sumptum. & infra: Sed hac si iam subla-
ta non essent, auferenda tuo imperio comprobarem.
Aut cum per totum ferè Orbem à pluribus retrò
Principibus inhibita interditaque sint: Roma autem
a fratre clementia tua, augusta memoria Gratia-
no; fidei vera ratione sublata sint, & datis anti-
quata rescriptis: ne quaso vel fideliter statuta con-
uellas, vel praeccepta fraterna rescindas. De negotiis

in civibus, si quid statuitur, merito putat esse temerandum? & preceptum de Religione calcatur? Nullum obrepas uniori abati tuas, siue ille Gentilis est, qui ista deponit, non debet monasterium tuum vinculum suae superstitionis innectere, sed proprio studio docere & admonere te debet; quemadmodum vera fides studere debet, quando ille tanto motu verri, vana defendit; & deinde: Unde cum adversus Imperator, Deo primatum, deinde patri & fratri iniurias irrogari, si quid tale decernis, peto ut id facias quod saluti tuae apud Deum intelligis profuturum.

Ad obiectiones aduerialiorum. Contra primam Conclusionem Prima Obiectio. Apostolus ad Romanos 13. inquit, omnia animam potestatis sublimioribus subditam esse, sed Reges terra sunt potestates sublimiores, ergo omnis Ecclesia est illis subdita.

Respondeo omnem hominem subditum esse potestatis superioribus in ijs in quibus est superior. idcirco fideles Regibus suis in rebus politicis obedire debent: quia in civilibus rebus sunt potestates sublimiores. & contra dicimus omnem animam subditam esse debere potestatis sublimioribus spiritualibus, qui sunt Papa, & Episcopi. Si ex hac auctoritate inferre velint potestates politicas seu Reges esse iudices controuersiarum fidei, & supra Episcopos, ineptissima erit sequela; quia aliunde probare debent Reges esse potestates spirituales. Scriptura autem oppositum docet, vt superius dictum est.

Secunda Obiectio. 1. Tim. 2. Orandum est pro omnibus, sed praecipue pro Regibus, & in auctoritate constitutis vt sub ijs piam ac pacatam vitam degamus: ergo Reges habent primatum in Ecclesia.

Respondeo pro Regibus orandum esse, ne fiant tyranni, & Regna subuertant iniustis, bellis ac turbulentis, quae ex malis Regibus oriri solent: & etiam ne Christianam fidem persequantur; sed sint boni, & salui fiant in die Domini Nostri Iesu Christi, ergo habent primatum in controuersis fidei decidendis: & sunt Praefules animarum: ineptissima sequela, quaeque dicat.

Tertia Obiectio. Magistratus Dei minister est, ad vlciscendos facinorosos, seu Dei minister est, vnde in iram ei qui malum agit. ad Rom. 13. ergo Reges habent primatum in Ecclesia & sunt iudices controuersiarum.

Respondeo Reges, & Magistratus vlcisci peccata suorum subditorum; ideoque illos gladium portare affirmat Apostolus, vt civilem iustitiam & Reip. pacem seruent. ergo eorum potestas se extendit ad Ecclesiae praeorium, negamus: quia Saluator alios praetores, Principes, & Iudices, constituit: puta Petrum, & Apostolos, Papam, & Episcopos: non debent igitur saeculares Magistratus ponere manum seu falcem in messem alienam. praefata auctoritates quas Sectarij quaerunt, id minimè inferunt: vnde in vanum laborant.

Quarta Obiectio. Omnibus quidem obtemperandum est superioribus, sed potissimum Principibus & in eminentia constitutis: ergo Reges omnibus in rebus sunt superiores & primates etiam in rebus fidei.

Respondeo omnibus quidem obediendum esse superioribus, in quibus sunt superiores: sed Reges

non sunt superiores in rebus Ecclesiasticis, sed subditi; quapropter obediendum est Regi: suis subditis, in quibus illi subdantur; & parendum est Ecclesiasticis, & spiritualibus Principibus, & Episcopis; in quibus ipsi sunt superiores, & non subditi.

Quinta Obiectio. Matth. 22. Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo. ergo Reges & Caesar est primas Ecclesiae & iudex Ecclesiae.

Respondeo, vtique dandum esse tributum Regibus, vt loco citato docuit Christus Dominus; ergo Caesar & Rex est, praeful Ecclesiae & iudex controuersiarum, negatur consequentia; vnde enim descendit haec sequela, quam Sectarij affectant? imò retorqueo argumentum. Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo: ergo non sunt danda Caesari quae Dei sunt; puta potestas spiritualis, sed Papae & Episcopis, quia à Deo ipsi constituti sunt iudices & pastores, vt demonstratum est.

Sexta Obiectio. Ioan. 18. Regnum meum non est de hoc mundo, & Luca 12. Quomodo constitutus iudicem aut iudicem inter vos? ergo Reges habent ius super omnia, & Ecclesiam, & legem Diuinam, & sunt iudices controuersiarum.

Miror quomodo Sectarios non pudeat talia proponere, quae ipsis pueris sunt ridicula: cum nullo modo inierant quae expetunt, imò distendunt caelum à terra ab his quae eructant in praetextis Scripturae locis; Saluator docet, se non assumpsisse Regnum politicum, civile, & temporale; sed spirituale, pro salute animarum, ergo Reges sunt primates Ecclesiae; & iudices controuersiarum: ergo fortes ridet & irridet huiusmodi ineptias.

Septima Obiectio. Luca 22. Reges gentium dominantur eorum: vos autem non sic. ergo Episcopi non debent dominari & esse praefules Ecclesiae, nec iudices controuersiarum: ergo Reges hoc habent manus & officium.

Respondeo Christum Dominum docuisse inter Apostolos dari praefules & primates, dixit enim ibidem. Sed qui maior est inter vos, fiat sicut minor, & qui praefessor sicut ministrator; docet itaque in Ecclesia esse maiorem & praefessorem, sed illos monet, ne more gentilium, & tyrannicè potestatem Ecclesiasticam exercent. textus clarus est & apertus, quibus stantibus dico eorum sequelas scilicet ergo Reges habent Ecclesiae primatum, & sunt iudices controuersiarum, falsas esse & ineptas; nam Saluator ponit Praefules, & Pastores in Ecclesia, at hi in rebus politicis praefesse non debent, consequens ergo est, in controuersis decidendis & in fidelibus pascendis, & circa ea quae ad aeterna & caelestia ordinem dicunt, eos Praefules & Principes esse.

Contra secundam Conclusionem, Prima Obiectio. Quicumque constituit Leuitas & Sacerdotes in aliqua ciuitate habet primatum Ecclesiae: at Rex Iosaphat constituit Leuitas & Sacerdotes in Ierusalem, ergo habuit primatum Ecclesiae: minor patet 2. Paralip. 19. In Ierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas, & Sacerdotes, & Principes familiarum.

Respondeo Iosaphat nil aliud fecisse, nisi ea iustaurasse in Templo, quae primitus in eo fuerant in vltu (crant enim ob negligentiam Regum quorundam

Potestati, in quibus tantum est potestas parendi est.

Caesar non est Praeful Ecclesiae.

Sectarios docet non esse Regnum politicum

In Ecclesia est maior & praefessor, id est superior & pastor.

Princeps politicus seu laicus non est potestas spiritualis.

Pastor Ecclesiae est potestas spiritualis.

Magistratus laicus non est Princeps in rebus spiritualibus, sed subditus.

dam & Sacerdotum, ritibus gentium profanata atque polluta) & in pristinum Iudaeorum ritum omnia laudabiliter redegisse. cum dixit: *Amariam non Sacerdos et Pontifex vester in his, quae ad Deum pertinent, praesidebit.* hoc ipse non constituit, sed tantum persuasit, ut quae prius Deus statuerat (ut patet in libris Moysis) ea exequeretur, prius autem a Deo statutum fuerat, ut patet Deut. 17. summum Sacerdotem habere supremum tribunal eorum, quae ad Deum legem pertinent; igitur Iosaphat id nouiter non statuit, sed Regia auctoritate rem in pristinum reuocari iussit. Quapropter retorquens argumentum sic, Rex Iosaphat statuit Amariam Sacerdotem & Pontificem populi, esse praesidem in his quae ad Deum pertinent; ergo supremum tribunal, in his quae ad Religionem spectant; erat apud summum Sacerdotem, & non apud Regem.

Secunda Obiectio. Qui tollunt abusus & corruptelas Ecclesiasticas habent primatum in Ecclesia; Reges veteris testamenti sustulerunt abusus & corruptelas Ecclesiasticas, ergo habuerunt primatum in Ecclesia; minor probatur 2. Regum 5. *et abiit Rex et omnes viri qui erant cum eo in Ierusalem ad Iobababam habitantem in terra, distansque est David ab eis: non ingredieris huc nisi abstergeris oculos et claudos dicentes, non impeditur David huc.* cui quibus hunc syllogismum componunt. Ad Regem David spectabat de templo eorum & claudum tollere; ergo ad eum spectabat omnes abusus tollere. non enim abusus aliunde existunt, quam vel de incultis quod & conuersi sint homines: vel de incuria; quod in officio clauderentur & confirmatur exemplo ceterorum Regum, qui in Scriptura reprehenduntur, quod excelsa non sustulerunt, at non reprehenderentur; nisi ad eorum officium pertineret excelsa tollere, nempe abusus & corruptelas: ergo ad Reges cura Ecclesiae spectat.

Respondeo aliquid operari, dupliciter alicui competere posse, vel iudicialiter per modum legis ferendi, vel tantum executiue, nunc ad rem nostram. Ad Reges Hebraeorum spectabat reformare Synagogam, & abusus auferre: iudicialiter & praeceptiue & nego: quia Deus per Moysen tales leges tulit, quarum differentiae & difficultates a iudicio summi Sacerdotis, tanquam a supremo Iudice pendebant: ut legitur Deut. 17. executiue; & concedo: nam Rex cum Synagogae nobile membrum esset, ceteris exemplum praebere tenebatur; ideoque Rex ea exequi debebat, quae lex mandabat, & Sacerdos declarabat ac iudicabat. non sequitur igitur ex hoc Regem primatum habuisse in his quae sunt ad Deum, sed cum primum fuisse, dum quae Dei sunt promouit.

Tertia Obiectio. Qui perducit Arcam Foederis ad constitutum locum quietis, tenet principatum Ecclesiae: at Rex David perduxit Arcam ad meliorem locum quietis, &c. 1. Paralip. 13. & 2. Reg. 6. ergo David habuit primatum Ecclesiae. Confirmatur, quia David etiam saltauit ante Arcam Domini & non post Arcam, ergo primatum tenuit in negotio Arcae deportandae.

Respondeo negando maiorem, nam alicui rei sacrae aptiorem locum praeparare, non inferri primatum Ecclesiae, sed potius animi deuotionem & pietatem erga Deum: eo vel magis, quia primatum habere in Synagoga Hebraeorum inferitur ex potestate

suprema iudicandi, & decidendi controversias legis, ut patet Deut. 17. Si David talia fecisset, argumentum concluderet, sed quia tantum Regia potentia & opibus Arcam meliorem & aptiorem locum praeparauit; pietatem & Regis deum oscenti hoc factum concludit, & non primatum Ecclesiae vel Synagogae, in his quae sunt ad Deum; quod autem Rex talia promoueret, & non Sacerdotes; ortum habuit a Regia potentia, cuius voluntati omnis populus libenter obsequabatur, & non aliunde. Quod autem saltaret ante Arcam, & non post illam, & inde primatum illius colligi, est manifesta ineptia, ut prudentibus patet.

Quarta Obiectio. Dicere Deo templum actus est primarius, neque cuiusquam nisi eius cuius partes in Religione primae sunt: at templum a Salomone dedicatum est, ergo Rex Salomon tenuit primatum Ecclesiae.

Respondeo duo in hoc negotio consideranda esse, constructionem templi & praeparationem omnium quae ad tale opus requirebantur, & hoc nullum inferri primatum, nam multi mercatores hoc tempore, & Senatores, & priuati homines tanta ex pietate faciunt: & tamen vanum esset ex hoc negotio primatum Ecclesiae inferre, & dedicationem eiusdem templi, cum Salomon simul cum populo maerit victimas, duxit Arcam in templum; ubi que orauit Dominum pro omni populo; at haec non primatum inferunt, de quo Dominus Deut. 17. inquit, *Qui autem superbiuerit nolens obidire Sacerdoti imperio qui eo tempore ministras Domino Deo suo; et decreto Iudicis, morietur homo ille, etc.* etenim in praedicta actione dedicationis templi Sacerdotes eorum suoungebantur munere, nam & Arcam portauerunt, quam laicis portare non licebat, & super sacrificia praesidebant. Unde quae colligitur primatus Regis in his quae sunt ad Deum? quia Rex publice orauit. & populo multa bona a Deo obsecrauit? sed huiusmodi actus nullam inferunt iurisdictionem.

Quinta Obiectio. Qui deponit summum Sacerdotem ab officio, & alium illi subrogat, primatum & iurisdictionem habet supra summum Sacerdotem; at Salomon Rex deposuit Abiathar summum Sacerdotem ab officio, & subrogauit illi Sadoc 3. Regum 2. ergo Salomon Rex habuit iurisdictionem supra summum Sacerdotem.

Respondet optimè huic Obiectioni P. Martinus Becanus in Manuali libro 5. cap. 19. primo retorquendo illam sic. Qui deponit Regem ab officio, & alium illi subrogat, necessarè habet iurisdictionem supra Regem; at Ioiada summus Sacerdos 4. Regum 11. non solum deposuit, sed occidere fecit Athaliam Reginam; & Ioiada in eius locum subrogauit: ergo Ioiada summus Sacerdos habuit iurisdictionem supra Regem. Deinde sic respondet Obiectioni. Hec obiectione duo supponit, vnum quod Salomon, quando deposuit Sacerdotem ab officio vsus sit Regia potestate, alterum quod rectè ac legitime ea vsus sit. at neutrum probari potest: imò grauiissimi Auctores constanter docent, non Regia, sed Prophetica potestate vsus esse: nec ordinaria via, sed ex peculiari Dei instinctu fecisse, quod fecit. ita Cardinalis Bellarmin. Iacobus Gretlerus & alij. & videtur colligi posse ex illis verbis 3. Regum 2. *Eiecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset Sacerdos Domini, ut implere*

... deum & Sacerdotum, ritibus gentium profanata atque polluta) & in pristinum Iudaeorum ritum omnia laudabiliter redegisse. cum dixit: Amariam non Sacerdos et Pontifex vester in his, quae ad Deum pertinent, praesidebit. hoc ipse non constituit, sed tantum persuasit, ut quae prius Deus statuerat (ut patet in libris Moysis) ea exequeretur, prius autem a Deo statutum fuerat, ut patet Deut. 17. summum Sacerdotem habere supremum tribunal eorum, quae ad Deum legem pertinent; igitur Iosaphat id nouiter non statuit, sed Regia auctoritate rem in pristinum reuocari iussit. Quapropter retorquens argumentum sic, Rex Iosaphat statuit Amariam Sacerdotem & Pontificem populi, esse praesidem in his quae ad Deum pertinent; ergo supremum tribunal, in his quae ad Religionem spectant; erat apud summum Sacerdotem, & non apud Regem.

... non ingredieris huc nisi abstergeris oculos et claudos dicentes, non impeditur David huc. cui quibus hunc syllogismum componunt. Ad Regem David spectabat de templo eorum & claudum tollere; ergo ad eum spectabat omnes abusus tollere. non enim abusus aliunde existunt, quam vel de incultis quod & conuersi sint homines: vel de incuria; quod in officio clauderentur & confirmatur exemplo ceterorum Regum, qui in Scriptura reprehenduntur, quod excelsa non sustulerunt, at non reprehenderentur; nisi ad eorum officium pertineret excelsa tollere, nempe abusus & corruptelas: ergo ad Reges cura Ecclesiae spectat.

... Rex cum Synagogae nobile membrum esset, ceteris exemplum praebere tenebatur; ideoque Rex ea exequi debebat, quae lex mandabat, & Sacerdos declarabat ac iudicabat. non sequitur igitur ex hoc Regem primatum habuisse in his quae sunt ad Deum, sed cum primum fuisse, dum quae Dei sunt promouit.

... Tertia Obiectio. Qui perducit Arcam Foederis ad constitutum locum quietis, tenet principatum Ecclesiae: at Rex David perduxit Arcam ad meliorem locum quietis, &c. 1. Paralip. 13. & 2. Reg. 6. ergo David habuit primatum Ecclesiae. Confirmatur, quia David etiam saltauit ante Arcam Domini & non post Arcam, ergo primatum tenuit in negotio Arcae deportandae.

... Publica oratio Regis in Templo & dedicatio illius commissa Sacerdotibus, tanquam proprijs ministris cultus Dei non inferunt Regis spirituales iurisdictionem.

... Summus Sacerdos deposuit Regem Iudaeorum.

Extraordinaria potestate. Propheta Domini Salomon deposuit Abiathar Sacerdotem.

pluribus sermo Domini quem loquutus est super Domum Heli in filo. Olim tempore Heli Sacerdotis prædictum fuit à Deo per Samuelem Prophetam, fore aliquando, ut officium Sacerdotale auferatur à familia Heli, propter peccata filiorum eius 1. Regum 2. Ut ergo hæc prophetia impleteretur, Salomon Diuino in instinctu, tanquam verus Propheta, abstulit Sacerdotium ab Abiathar, qui erat ex familia Heli. Vnde nullius momenti est prædicta obiectio, quia nihil aliud ex facto Salomonis colligi poterit, quam Prophetas accipere aliquando extraordinariam potestatem à Deo, etiam supra Sacerdotes; quod nihil facit ad rem. præterea si hoc fecit Rex, Scriptura factum non laudat, non elicitur autem, an ex proprio munere id legitime fecerit, vel violenter; eo vel maxime quia ex ipsis ludæis contrariam probari potest. Semper enim persuasum ipsis fuit, Reges non habere vltimam iurisdictionem in eos, qui ministerio Diuino deputati sunt. hoc satis colligitur ex 1. Regum 22. *Dauid Rex Saul, morte mortuus Achimelech, tu & omni domus patris tui. & ait Rex emissarijs qui circumstabant eum. conuertimini & interficite Sacerdotes Domini: nam manus eorum cum Dauid est; noluerunt autem seruis Regis extendere manus suas in Sacerdotes Domini.* Ex quibus patet Regem mandasse suis famulis, ut interficerent Sacerdotes Domini, eo quod conspirassent cum Dauide, contra ipsum Regem, porro famulos Regis, qui erant ludæi, & optime nouerant emicentiam Sacerdotum supra Reges, noluisse id facere, etiam si Rex mandasset. Nam certo persuasum illis erat, non posse Regem legitime id mandare, nec Sacerdotes imperio Regis subiacere. Quod etiam aduertens Rex, homini barbaro ac gentili imperauit, ut quod famuli facere renuissent, ipse impertentius exequeretur, quod & factum est. subiungitur enim in textu. *Et ait Rex Doeg, Conuertere tu, & irru in Sacerdotes. Conuersusque Doeg Idumæum irruit in Sacerdotes.* Hinc ita concludo. Saul & Salomon fuerunt pares in potestate Regia, nec plus iuris habuit Salomon in Sacerdotes, quam Saul ex ea parte qua Reges erant; atqui Saul qua Rex non habuit legitimam potestatem puniendi Sacerdotes, ergo nec Salomon. Minor patet, quia famuli Saulis non recusassent imperium sui Regis, si putassent illum habere legitimam potestatem in Sacerdotes; libenter enim parebant illi in persequendo Dauide, quod ergo nollent parere in occidendis Sacerdotibus, qui adhærebant Dauidi, non aliunde prouenire potuit, quam quod putarent Regem habere potestatem in Dauidem, non autem in Sacerdotes. idem ergo de Salomone ea ratione qua Rex erat, statuendum est.

Sexta Obiectio. Qui librum legis è tenebris erutum, populo recitari facit, & fœdus inter Deum & populumque redintegrat, habet primatum Ecclesiæ: vtrumque fecit Rex Iosias 4. Regum 22. ergo Rex habet primatum Ecclesiæ. minor patet loco citato.

Respondeo hæc omnia fuisse partes boni Regis, sed non inferre eum habuisse primatum, quia aliud est hortari & restituere cultum Dei, & aliud habere tribunal iudicandi de Religione; hoc secundum infert primatum in Religione, & non illud primum, quod de Iosia minimè legitur. Sicut etiam qui

Ezechias Rex confregit serpentem æneum 4. Regum 18. qui erat in templo, quia ex abusa filij Israel adolebant ei incensum in memoriam. contra quæ facta fuerant in deserto, cum ex illius solo aspectu mors à serpentibus sanabatur, quatenus eo tempore ab eodem aliquod auxilium obtinere posse non infertur Regem habuisse primatum in his quæ sunt ad Deum: sed tantum illius ad Deum obedientiam præcipientem Deut. 7. ut omnia quæ idolatriam redolent, destruantur.

Contra tertiam Conclusionem. Prima Obiectio. Fides est libera, ergo non possunt potestates temporales subditos cogere ad illam attendendam.

Respondeo hanc propositionem fides est libera, triplicem sensum habere; primum, quod ita sit libera, ut infideles, qui illam respuunt immunes sint à culpa, & hoc est falsum: quia quisque tenetur legem Euangelicam recipere, si sufficientibus medijs ei manifestetur; lex enim Euangelica Diuina est, ideoque omnes obligat ad illam recipiendam, & obseruandam. secundum, quod fides sit ita libera, ut impune quisque post baptismum illam abiecte possit, & hoc est maximum absurdum, quia Deo inferretur iniuria, cum sic fides tanquam inuolida & mala damnaretur ac delectetur. tertium, quod ita sit libera ut quis violenter cogi non debeat ad credendum, & hoc est verum: quia hoc modo fidem propagare esset contra Saluatoris institutum, cui voluntaria sunt accepta. Nunc ad rem notatam: cum in conclusione diximus Principes teneri Sectas in suis Regnis prohibere, ne fideles corrumpantur, non dicimus Principes violenter fidem in Regnis suis propagare debere si subditi fuerint infideles; sed docemus eos teneri nonas Sectas, & hæreses prohibere, ne impune disseminentur inter Catholicos, in suis prouincijs degentes: ne corrupti & decepti ab hæreticorum fallacijs fidem Catholicam dimittant, cum pauci sint qui hæreticos expugnare valeant. & dicimus etiam Principes omnia remedia adhibere teneri, præter violentiam, ut subditi Catholicam fidem recipiant, si subditi infideles fuerint, quia voluntati Diuinæ cooperari omnes Principes tenentur; voluntas autem Dei est, ut omnes homines credant & salui fiant, ut inquit Apostolus 1. Tim. 2. itaque licet fides sit libera, non sequitur tamen Principes debere impune in suis Regnis & ciuitatibus permittere, ut hæreses crescant, vel oriatur, vel ingrediantur.

Secunda Obiectio. Fides est donum Dei, iuxta illud Apostoli ad Romanos cap. 11. *Sine penitentia sunt dona & vocatio Dei*, ergo licet Principes libertatem conscientiarum subditis tribuant, Deus tamen potest omnibus, quibus placuerit, fidem Catholicam tribuere.

Respondeo vtique fidem esse donum Dei, sicut etiam seruire mandata Diuina donum Dei esse affirmamus, & ex Diuina gratia prouenire; attamen, quia homo liber est, potest dona Dei abijcere, & in errores prorumpere. vnde non dicimus Principes debere infideles cogere ut fidem recipiant, quia donum Dei huiusmodi tribuere non valent: sed occasiones prauaricandi tollere teneri, nec permittere, ut per hæreticorum zizaniam fidei donum, iam suis subditis concessum, dimittatur, & conculcetur.

Institutionem Dei, non inferit tribunal iudicandi de Religione, quod mandatum Domini respicit apud Summos Sacerdotes.

Scriptura sacra aperte docet Regem nullam habere potestatem in Sacerdotes Domini.

Aliud est hominem debere libere credere, & aliud est prohibere, ne qui esse credunt, decipiuntur ab hæreticis. Principes ad hoc secundum tenentur.

Princeps potestatem tenetur diligentiam habere circa subditos, ut fidem Catholicam dimittantur impune.

Tertia

Tertia Obiectio. Finis temporalis Regiminis est pax civilis, & presentis saeculi felicitas: ergo Principes extra hos fines pergere non debent; non spectat itaque ad illos salus animarum, & cultus Religionis.

Respondet hoc munus ad eos non spectare ut Principes temporales sunt & politici: sed ut Christiani sunt; quia ut tales obedire tenentur mandatis Summi Pontificis, & Ecclesiae praecipientis ut talia curent & exequantur.

Quarta Obiectio. Iudaei tolerantur & Turcae, cum tamen sint hostes Christianae fidei: ergo etiam possunt tolerari haeretici.


Respondet Iudaeos & Turcae tolerare licere: ratione, quia sunt Christi hostes manifesti, nec sub nomine Catholicae fidei fideles decipere possunt, ut faciunt haeretici. Praeterea nec Iudaei nec Turcae


sunt idonei, nec ad illud Christianos pervertere in Regnis Christianorum, ideo tolerandi sunt; & eo magis quia aliqua spes est illorum conversionis; cum saepe à ministris Ecclesiae instruantur. Praeterea Augustinus lib. 18. de Civitate Dei cap. 45. affectu, Iudaeos tolerandos esse inter Christianos, ut per illorum ritus intelligatur veritas Christianae fidei, quae in illis figurata fuit. & reuera Iudaei sunt verissima testimonia Scripturarum, nam si quis dubitaret & quereretur, an testamentum vetus, quod Christiani habent sit verum; Iudaei, qui fidei Christianae sunt hostes, testimonium perhiberent. Haeretici autem corruptores sunt veritatis, sub pallio veritatis: quod nequeunt facere Turcae, nec Iudaei: ideoque, post debitam correptionem, sunt expellendi à tota fidelium, cum iam per infidelitatem & haeresim, se ipsos ab Ecclesia Catholica eiecerint.

Haeretici sunt Turcae & Iudaei periculosissimi.

Iudaei ejcendi sunt à fidebus Catholicorum haeretici: cum ipsi à Catholicis fidei eiecerint.

FINIS LIBRI QUINTI.





LIBER SEXTVS
DE IVSTIFICATIONE
ET NECESSITATE
MILITANTIS ECCLESIAE
AP BENE OPERANDVM.



DISPV TATIO PRIMA.

*In qua status controversia aperitur
& an sola fides iustificet in-
uestigatur.*



Connexio huius
libri cum præce-
dentibus.

IN superioribus libris, cum de membris militantis Ecclesiae, aduersus Sectarios disputauerimus; nunc de his pertractandum erit, quae spirituales vegetationem, & media proportionata, tribuunt, ut quae in terris sunt partes militantes, me-

bra fiant Ecclesiae Triumphantis: & haec sunt iustificatio, & media quibus iustificamur: de quibus ordinatè in sequentibus disputationibus discurremus. & quae cum Sectarijs in hac materia sunt cõtro- uersa, octo disputationibus restringemus, in quibus veritatem Catholicam dilucidabimus; & ea, quae cõ- trà illam Sectarij superfeminauerunt, confutabimus.

Et quantum ad primam disputationem in qua sumus. Aduertendum est iustificationem hic sumi pro mutatione, qua quis ex peccatore fit iustus, & haeres Regni Caelitius: & non pro immunitate à culpa ciuili, de qua Isaias cap. 5. *Veh qui iustificatus impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo.* Nec pro lege Diuina, quae quia perfectionem docet, qua homo fit iustus, vel iustior, iustificatio dicitur: ut Psalm. 118. *Iustificationes tuas custodiam: & doce me iustificationes tuae.* Nec quocumque alio modo; sed tantum ut prius

diximus, scilicet pro modo, quo quis ex impio transit ad Dei amicitiam, & adoptionem aeternae hereditatis: & circa formam huius iustificationis, lis est inter Catholicos, & Sectarios.

Veritas enim Catholica docet, quod iustificatio hominis impij fit per gratiam inhaerentem, quae est accidens spirituale de genere qualitatis à Deo pro- ueniens tanquam à causa efficiente, & à Christo, ut à causa meritoria, in medijs Sacramentis, Baptismi, & Poenitentiae ordinibus loquendo; quia sua absoluta potentia Deus potest hominem iustificare extra Sacramenta, cum Deus illis non sit ita alligatus, ut non valeat immediate iustificare quemcunque uoluerit. Cuius gratiae duplex est effectus proprius; remissio peccatorum: & est quasi quaedam expulsiõ culpae: & sanctificatio hominis, seu quaedam spiritualis restauratio: ut docet Concl. Trident. sess. 6. cap. 7. Haec autem gratia inhaerens conseruatur, & crescit per obseruantiam Diuinæ legis, & bonorum operum exercitium, & per peccatum mortale perditur. verba autem Concilij haec sunt: *Huius iustificationis causa sunt, finalis quidem gloria Dei & Christi, ac uita aeterna. Efficiens uero misericors Deus, qui gratuito abluat & sanctificat; signans & ungens. Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae, meritoria autem dilectissimus Unigenitus suus Dominus noster Iesus Christus; qui cum essemus inimici, propter nimiam charitatẽ, qua dilexit nos, sua sanctissima Passione in ligno Crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit. Instrumentaliu item, Sacramentum Baptismi, quod est Sacramentum fidei, sine qua nulli unquam contingit iustificatio. Demum unica formalis causa est, in-*
sua

Quid sit iustificatio.

In quo sensu fit
iustitiam hic iustifi-
catio.

Actus Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit; qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostra, & non modo reputamur, sed vere iusti nominamur, & sumus, iustitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam eiusque dispositionem, & cooperationem, &c. At è contra Lutherus cum Lutheranis, & Calvinus cum Calvinistis locis infra citandis assentunt, antè actum iustificationis tantum fidem requiri, vt præuiam iustificationi, iustificationem autem formaliter nil aliud esse nisi imputationem iustitiæ Christi; eiusque formalem effectum non esse remissionem peccatorum, & hominis sanctificationem, sed tantum in eo consistere, quòd hominis peccata non imputentur, sed tegantur. & vt melius eorum placitum percipiatur, tribus propositionibus explicatur, Prima est. In hominis iustificatione non datur gratia inherens, sed tantum imputatur illi iustitia Christi, & per alienam iustitiam fit iustus. Secunda; per hanc imputationem iustitiæ Christi, quæ hominem formaliter iustificat, non auferuntur peccata, sed solum non imputantur & teguntur; vnde homo iustificatus remanet impius & iniquus atque peccator, sed reputatur tantum iustus aliena iustitia, scilicet Christi. Tertia; vt homo possit iustificari modo prædicto, opus est vt per solam fidem talem imputationem apprehendat, vt sibi communicabilem; & taliter vt certò credat homo iustificandus, vt ob Christi merita omnia peccata sint illi tecta; & apud Deum iustum reputari, etsi peccator fuerit. Hæc itaque est Sectariorum chimærizatio in præsentia materia de iustificatione.

Nunc videndum est quid sit fides iustificans secundum Catholicam veritatem, & Sectariorum phantasiam. Et antequam vtrumque narremus, considerandum proponimus, quod fides in sacris Scripturis solet aliquandò etiam minus propriè, & non in suo rigore sumi: vel pro promissione, & fidelitate; de qua Apostolus ad Rom. 3. ait: *Nunquid incredulus illorum fidem Dei euacuabis? absit: est autem Deus verax, omni autem homo mendax, &c. & 1. Tim. 5. primam fidem irritam fecerunt: id est quod primò promiserant. & Prou. 11. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo. vel pro fiducia quæ est actus spei: vt Marci 11. Omnia quacunque orantes petitis, credite, quia accipietis & eueniet vobis, &c. Sed crediderit quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. Et aliquandò propriè, & hoc dupliciter, vel formaliter, & est firmus assensus intellectus præstitus rebus à Deo reuelatis, vt credibilibus; de quo Apostolus 2. Cor. 10. ait: *Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Luc. 17. Dixerunt Apostoli Domino: audage nobis fidem. Matth. 23. Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. 1. Cor. 2. Vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Et alibi pluries, vel obiectiue, & sic fides dicit Deum reuelantem, seu omnes veritates credibiles à Deo reuelatas. de qua Apostolus ad Rom. 1. inquit. *Per quam accepimus gratiam, & Apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. & cap. vlt. Ex autem qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij temporibus æternis tacitis, quod nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum, secundum præceptum æterni Dei ad obediendum fidei, &c. & ad Gal. 3. Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem qua reuelanda erat. ad Ephel. 4. Vni Dominus,***

una fides vniuersa Baptizata, & infra: Donec occurrantur omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei. ad Titum 1. Tuto dilecto filia, secundum communitatem fidem, gratia & pax, &c. Et alibi in præsentia loquimur de fide propriè sumpta, & in sua formalitate, & hoc modo est assensus firmus intellectus nostri circa omnes veritates à Deo reuelatas; quæ veritates omnia complectuntur, vel scripta historialiter, vel prophetice, vel quomodocumque: vel ab Apostolis Ecclesiæ tradita absque Scripturis: dummodò huiusmodi veritates sint à Deo reuelatæ nobis, vt credibiles.

Sectarij verò tres fides solent distinguere, scilicet, fidem historicam, fidem miraculorum, & fidem promissionum, ita Calvinus lib. 3. instit. cap. 2. §. 9. Historicam dicunt illam; qua ea quæ Scriptura narrat, vera creduntur. & de hac Apostolus ad Heb. inquit cap. 11. *Fide credimus aptata esse secula verbo Dei. Fidem miraculorum illam dicunt, qua fructus miracula. de qua Apostolus ad Cor. 13. *Si habuerit omnem fidem, ita vt montes transferat. & Marci cap. 16. *Habete fidem Dei: Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti: tolle, & mitte in mare, & non hesitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quacunque orantes petitis, credite, quia accipietis & eueniet vobis. Fidem autè promissionum illam affirmant, quæ verlatatur circa Dei promissiones, in peccatorum remissione. vt dicitur Marci vlt. *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Et quia alia est fides promissionum in genere, qua creditur omnibus credentibus promissiones datas fuisse; & alia particularis, qua quisque credit sibi peccata fuisse dimissa: hominem autem iustificari hac secunda fide, scilicet particulari, & non priori, nempe generica, affirmant.****

Fides igitur iustificans secundum Sectarios in eo præcipue consistit, vt quisque firmiter teneat ob merita Christi sibi peccata fuisse dimissa, & coram Deo iustum reputari; & eum qui sic non credit, fide carere dicunt. ita Calvinus loco supra citato §. 16. & quia hoc potest dupliciter intelligi: primò quod sola fides sit forma, qua homo dicatur formaliter iustus; sicut Ethiops niger dicitur à nigredine: & in hoc sensu neque Catholici, neque Sectarij dicunt fidem iustificare; quia nos asserimus hominem iustificari formaliter per gratiam inherentem, seu charitatem: & Sectarij per iustitiam Christi illis imputatam. Secundò præsuppositiue vel tanquam per antecedentem dispositionem, & in hoc sensu est controuersia inter nos & illos, nam fides Catholica docet, vt infra probabimus, non solam fidem requiri, vt præuiam iustificationi. ipsi autem è contra solam fidem sufficere. veritas Catholica docet obiectum fidei iustificantis diffundi circa omnia quacunque Deus reuelauit, vel historicè, vel per promissiones, vel scripta, vel tradita sint ore tenus ab Apostolis. Sectarij autem illam restringunt ad specialem Dei promissionem de remissione peccatorum; quæ non est nisi præsumptio in ipsis, vt suo loco demonstrabitur; & si in tali actu aliquid boni esset, non esset nisi fiducia; quæ ad spem reducitur, & non fides, quæ est firmus assensus intellectus. Et tandem in hoc facto dissentimus circa modum, quo fides iustificat antecedenter, & dispositiue; quia nos dicimus illam prærequiri, vt homo credat quæcumque Deus reuelauit vera esse. Sectarij autem dicunt illam iustificare; po quod apprehendat iustitiæ Christi, vt illi particulariter imputatam. Hæc autem omnia nugæ sunt: & chæmærica aduersiones ad oblituen-

Sectariorum opinio de iustificatione.

Fides proprie quid sit.

Quæ fides iustificet secundum Sectarios.

Fides multipliciter sumi potest.

In quo sensu sit controuersia inter nos, & Sectarios.

Quis fuerit sensus Sectariorum.

quidam ad Principem Synagoga, dicens ei: quia mortua est filia tua noli vexare illum. Iesus autem audito hoc verbo respondit Patri puella: noli timere, crede tantum, & salua eris: Igitur Christus Dominus ea dixit Principi Synagoga, vt crederet ipsum talem potestatem habere, & verum esse filium Dei missum à Patre, iuxta promissiones Prophetarum; & hoc modo dignus fieret tali gratia, nempe vt resurgeret filia illius. non dixit autem crede tantum, & iustificaberis. & remittuntur tibi peccata tua. & quod ita fit, confirmatur ex eo quod legitur Matth. 9. *Et transeunte inde Iesu, sequenti sunt eum duo caeci, clamantes, & dicentes: miserere nostri fili David. Cum autem venissent domum, accesserunt ad eum caeci: & dicit eis Iesus, Creditis quia hoc possum facere vobis? dicunt ei, vique Domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens: secundum fidem vestram fiat vobis. & aperti sunt oculi eorum.* En igitur simile factum, vbi Christus Dominus petijt fidem de eius potetia pro corporali visu restituendo. non fit autem sermo de iustificatione. igitur glossa Sectariorum est inanis, ac voluntaria.

Præterea si præfata Scriptura, nempe *Crede tantum, & salua eris* intelligi deberet de fide quæ disponit ad iustificationem, opponeretur, & contradiceret supracitatis alijs Scripturis, quæ etiam timorem, poenitentiam, dilectionem, &c. ad eundem effectum, puta iustificationis prærequiri docet: at hoc impium est asserere, cū Spiritus sanctus vtrobique sit loquutus; ergo impiū est asserere *crede tantum*, intelligi debere de illo fidei actu, qui prærequiritur ad iustificationem.

Hoc autem est ita manifestum, quod Lutherus audens desiderio, vt in sacra Scriptura locum aliquem inueniret, quo doceret solam fidem sufficere pro iustificatione, & salute; tandem lassus maligna quæritatione, sua auctositate id apposuit Epistolæ ad Romanos cap. 3. & monitus de tali errore, respondit sic volo, sic inbeo: Quid iniquius amice lector? itaque nec Lutherus Sectariorū antesignanus, nec Calvinus illum Scripturæ locum aliter intellexerunt.

Dicimus tamen inter omnes virtutes prærequisitas ad iustificationem, fidem primum locum tenere; quæ postea subsequitur timor, spes, poenitentia, dilectio, &c. & hoc patet ad Hebr. 11. vbi de fide sic, Apostolus disserit. *Est autem fides sperandarum substantiarum rerum, &c.* Dicens autem fidem esse substantiam rerū sperandarum, annuit illam primum fundamentū esse nostræ salutis, & iustificationis, omniumque spiritualiū bonorum; nam ly substantia, hoc in loco, terminus est metaphoricus; cū fides formaliter sit accidens, de genere qualitatis, intellectui animæ nostræ inherens; dicitur igitur substantia similitudinariè iuxta communem expositionem, quia sicut substantia primum prædicamentum est, & prima in ordine omnium entium, eorumque basis seu fundamentum; sic fides, initium est salutis nostræ, per quam fit homo capax, & proximè idoneus cæterorum supernaturalium donorum. hinc Apostolus sequitur loco citato: *Sine fide impossibile est placere Deo; credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inuidentibus se remunerator sit.* Si hoc Sectarij affirmare voluissent, vera dixissent: at illorum finis fuit, latam fingere viam salutis, idcirco sufficere dixerunt ad salutem, & iustificationem apprehendere se iustum esse per Christum, vt scilicet carni condescenderent, & sequaces obtinerent, ideo sic de fide affirmantes, fidem perdidit.

Secundò probatur Conclusio. Si sola fides iustificaret, & ordinem diceret seu relationem ad iustifica-

tionem, sequeretur hominem habentem actualē voluntatem peccandi, posse iustificari; quia tunc potest habere fidem; consequens est contrà, Apostolum qui 1. Cor. 6. ait: *An nescitis quia iniqui Regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces Regnum Dei possidebunt* ergo & antecedēs, ex quo sequitur, falsū erit.

Sed dicent Sectarij, quia cum homo per fidem apprehendit iustitiam Dei, tunc poenitentiam habet malorum operum.

Sed dico; ergo etiam poenitentia prærequiritur necessariò ad iustificationem. nam vel homo peccator habet necessariò tunc poenitentiam peccatorum, vel non; si habet, habemus intentum: quia sic fatentur etiam poenitentiam prærequiri necessariò ad iustificationem: si non habet. ergo adulteri, rapaces, &c. De quibus Apostolus loco supracitato, Regnum Dei possidebunt, quod est blasphemum: quia iniqui iniquitatem non detestantes, iustificari non possunt.

Et simili ratione probari potest necessitas aliarum virtutum, de quibus superius diximus, hoc modo. vel homo qui per Sectarios fide apprehendit iustitiam Christi sibi imputatam vt iustificetur, habet propositum actuale diligendi Deum, seruandi Euangelica mandata, peccata detestandi, &c. Vel non; si secundū ergo impius in impietate permanēs iustificatur, quod est contradictorium; quia simul esset iustus & impius. Si primum, necessariò prærequiruntur prænotati actus aliarum virtutum, quod est contrà ipsos, qui solius fidei actum prærequiri dicunt.

Tertiò probatur Conclusio Sanctorum Patrum auctoritatibus. August. tract. de vtilit. poeniten. to. 9. *Nam neque ad baptismum Christi, in quo omnia peccata delentur, quisquis veni accedit: nisi agendo poenitentia de vita pristina. nemo enim capis eligit vitam nouam nisi que veteri panitet. Hoc autem etiam auctoritate duobus librorum probare debemus. & infra: Ad illa Petrus, agite poenitentiam & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Iesu Christi, & remittentur vobis peccata.*

Et ser. 1. de Annunc. Domini. tom. 10. inquit de timore. *Quis autem potest, nisi Deum timeat, seruire iustitiam? dicit enim alio loco, nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Porro si Dominus non prebet sapientia nisi seruanti iustitiam, qui autem sine timore est, non poterit iustificari; recurretur ad illa sententiam, Inuitum sapientia timor Domini. Isaias enim Prophetæ cū septem illa notissima dona spirituum commendaret, incipiens à sapientia peruenit ad timorem Dei, tanquā de sublimi descendens ad nos, vt nos Dominus doceret ascendere. unde ergo capis quo volumus peruenire, & illic peruenit unde debemus incipere. requiescet in eo, inquit spiritus Dei, spiritus sapientia, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientia & pietatis, spiritus timoris Domini, &c. & infra: Et eo timore conuersus cor in lacrymæ confessionis, & poenitentia.*

Chrysol. Hom. 31. in cap. 13. Math. tom. 4. ait: *Si ergo absconderis verbum in succo pedis tui, germinat tibi timorem, timor liberat te à peccato: si autem foris eum in superficie carnalium aurium dimiseris, quomodo timor tibi germinatur? si autem timor in te natum non fuerit, quomodo saluus fiet, cum sit scriptum? Timor Domini expellit peccatum: qui autem sine timore est, non poterit iustificari?*

Gregor. sup. cap. 4. Cant. ait: *Dum sancta anima à peccatis quodlibet se per poenitentiam mundat, dant*

Ratio effectus qui deijcit fugam Sectariorum.

Inter virtutes prærequisitas ad iustificationem, fides tenet primum locum.

Resister fugam Sectariorum.

Testimonium antiquorum Patrum.

quotidie peccata minuta cū lacrymis abluis, & à maioribus se obseruat, quamuis frequenter peccet, per assiduam tamen penitentiam, mundiciam suam assidue seruat. & lib. 2. super 1. Reg. cap. 2. ait. *Quis ergo quotidie delinquimus, quotidie ad penitentiam lamenta curramus, quia ipsa sola virtus est qua euacuat, quod in ventre anima culpa coadunat.* & lib. 1. super Iob cap. 27. de timore ait. *Rectè ergo timere Deum, Iob dicitur; recedere etiam à malo perhibetur.* & infra; cap. 28. in initio: & quia ex timore unamquodque vitium pramitur. & cap. & lib. 20. cap. 10. ait: *Ille aeterna iam credit, nec tamen metuit: venturi iudicij terrorem despicit; peccatis se carnis & spiritum audenter inuoluit. Hinc repente cum futurorum timor infunditur, ut bona vita surgat adificij iam fundamenta construantur. posito itaq; prospera formidinis fundamento, cum virtutum fabrica in altu ducitur.* & c.

Et lib. 1. super Ezech. Hom. 4. ait: *Quatuor itaq; pennis sancta animalia utuntur, quia per amorem, & spem ad caelestia euolant, & per timorem, & penitentiam facta in se illicita deplorant.* & lib. 5. in 1. Reg. c. 2. ait. *Penitentis mens tunc bene dirigitur, si Divina iudicia metuas, & de Dei omnipotentis miseratione cõfidat. timor quidem sine spe in desperationem precipitat, sed cum spei coniungitur salutem mentis operatur. quare & summo studio inuigilare optimus Doctor debet, ut peccatam terreat, & territum ad veniam spem reducat, quatenus per metum peccare desinat, & per spem impetranda indulgentia, Divina misericordia partum quarat.*

Ambr. in Comm. Luc. lib. 6. in initio to. 3. ait: *Iustificatur igitur Deus ipse, per baptismum, dum se homines peccata propria cõstendo iustificat; sicut scriptu est: die tu iniquitates tuas ut iustificeris. Huius verbis ostenditur, quia nõ meretur iustificari, quoniam vita sua peccata nõ vult cõstiteri illa certo confessio vos liberat qua fit cū penitentia. penitentia vera est dolor cordis, & amaritudo anima pro malis qua quisq; commisit. penitentia est & mala praterita plangere, & plangenda iterum nõ cõmittere.*

Ex quibus constat antiquam Ecclesia docere atq; tenuisse, vt cõmunis Patrum sententia demonstrat, nõ solam fidẽ prærequiri ad iustificationẽ, sed etia actus aliarum virtutũ. Sunt ergo Sectariorũ opiniones nota somnia, & recetes excogitationes, & adinventiones.

Patres enim hæc scripserunt non novas componentes opiniones, quia Sanctorũ Patrum talia excogitare consuetudo non tuit; nec cum diuersas orbis Prouincias coluerint, fuissent concordēs; cum diuersa sint hominũ ingenia; exponebant itaq; & cõfirmabãt, quæ tunc vniuersalis Christi Ecclesia credebãt; ergo antiqua Ecclesia Cathol. ita credidit idcirco Eccl. Rom. quæ idẽ credit, & docet, est Ecclesia Catholica: igitur oppositum defendentes sunt hæretici. Nec valet occurrere lacram Scripturã antiquã esse & Apostolicã, eosq; illam Sectariorũ. manus enim est huiusmodi fuga, quia nõ de veritate lacrae Scripturæ, sed de illius seltu, & intelligentia altercamur, quæ cū possit esse multiplex, vt experientia semper docuit, ob varias Sectas olim ortas; quarũ vnaquẽq; lacrae Scripturæ sensum pro se trahit, & trahit; quarimus, quæ sit illa, quam antiqua Ecclesia Dei habuit. Nos itaq; per vniuersum SS. Patrum tetimonium hanc tuisse quam nunc credit & docet S. R. E. demonstramus; & sic illam ostendimus esse Ecclesiam Catholicã, & cõsequenter ceteras adunationes extrã illam, Sectas esse ac Synagogas perditorũ hominum, cū extrã Eccl. nõ sit salus.

Supereft nunc vt illorum obiectiones soluamus. Prima Obiect. Apost. ad Rom. c. 3. de iustificatione loquens ait: *Arbitramur enim iustificari hominem per*

fidem sine operibus legis. & paulo post: Quomã quidem unus est Deus qui iustificat circũcisionem ex fide et praprium per fidem. & ad Ephel. 2. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donũ est; non ex operibus: vt ne quis gloriatur. Luc. 7. fides tua te saluam fecit. Ioan. 1. dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. & Ioan. 3. In hoc omnis qui credit iustificatur. ex quibus patet Apostolũ excludere à iustificatione omnia præter fidẽ, ergo sola fides iustificat: & non spes, penitentia, timor, & dilectio, & c.

Respondeo Scripturam sicut testatur hominẽ iustificari per fidem, sic etiam docere illũ iustificari per timorẽ, spem, penitentiam, & c. Mos est enim Scripturarũ, cum ad vnum aliquid plura requiruntur, nunc vnus, & nunc alterius disiunctiue mentionẽ facere. patet in presenti casu: nam in præcitatis locis, fidẽ cõmemorat: & ad Gal. 5. charitatẽ cum fide coniungit, & ad Rom. 2. ait: *factores legis iustificabuntur.* Luc. c. 7. *remittuntur ei peccata multa quia dilexit multũ.* Act. 10. Petrus timoris & operum meminit dicens: *sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam acceptus est illi.* & Ecclesiast. 1. *qui nõ timet nõ poterit iustificari.* quid ergo dicendũ? ergo sola fides iustificat? nequaquam; & sortes pari modo sic arguet. Scriptura dicit Ecclesiast. 1. *Qui non timet, nõ poterit iustificari,* ergo solus timor iustificat. & Plato Luc. 7. remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multũ: ergo sola dilectio iustificat. Dico igitur quod fides ad iustificationẽ disponit, sic etiam timor, & c. sed aliqua cū differẽtia, quia fides est initium & fundamentum huius ædificij spiritualis; timor autem, spes, penitentia, dilectio, cõsequuntur, seu subsequuntur, ita docet Aug. lib. de prædelt. Sanctorum c. 7. vbi sic ait: *Idco per fidem iustificari dicit Apostolus hominem, non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetuntur cetera.* Itaq; ex hoc capite, sacra Scriptur. ad iustificationem fidem magis necessariam esse docere videtur. Quando autẽ Apostolus excludit opera à iustificatione; non loquitur de operibus quæ subsequuntur fidem, quæ est initium iustificationis, & subitãtia, seu fundamentũ huius ædificij, sed ea opera excludit quæ antecedunt fidem, & non ex gratia, quæ est per Christum, proueniunt: ne gloriatur coram Deo iudeus, vel Gentilis, ad fidẽ cõuersus: quia nõ ex operibus antecedentibus fidem iustificationẽ quæ est per fidẽ Christi receperunt, vel recipere digni fuerunt, quia in hoc sensu iustificati sumus gratis per gratiam ipsius, vt ait Apost. ad Rom. 3. & hæc est doctrina Augusti, de lib. arbitrio c. 8. vbi Apost. exclusiuisse opera à iustificatione docet, nõ quia illa quæ subsequuntur fidẽ nõ sint necessaria ad salutẽ; sed quod idco illa valorẽ habeat, quia sunt à gratia Dei per Christũ, quæ gratis datur, & est Dei donũ, & nõ vt in nobis exiit. Sic enim ait Aug. loco cit. *& nascitur inde non parua questio, qua Domino dante, soluenda est. si enim vita aeterna bonis operibus redditur, sicut apertissime dicit Scriptura, quomodo Deus reddet unicuiq; secundũ opera eius: quomodo gratia est vita aeterna, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, ipso Apostolo dicente: ei qui operatur merces non imputatur secundũ gratiam, sed secundũ meritum. & infra: Ista ergo questio nullo modo mihi videtur posse dissolui, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra quibus aeterna redditur vita ad Dei gratiam pertinere, propter illud quod ait Dominus Iesus; sine me nihil potestis facere. & ipse Apostolus cum dixisset. Gratia salus facti estis per fidẽ, & hoc nõ ex vobis, sed*

Consuetudo Scripturarum.

Fides est principium prærequisitum ad iustificationem.

Apostolus excludit opera antecedentia fidem in Christum, & non opera subsequenta fidem.

Ratio efficacissima apud Senatus Viros.

sed Dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur: vidit utique putare posse homines hoc uia dictum, quasi necessaria non sint opera bona credentibus, sed es fides sola sufficiat: & rursus posse homines de bonis operibus extolli, velut ad ea facienda sibi sufficiant. Mox itaque addidit, ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, qua praparauit Deus ut in illis ambulemus. Quid est hoc, quod cum Dei gratiam commendans dixisset, non ex operibus, ne forte quis extollatur: cur hoc dixerit, rationem reddens, ipsius enim sumus, inquit, figmentum: creati in Christo Iesu in operibus bonis? Quomodo ergo non ex operibus, ne forte quis extollatur? sed audi, & intellige, non ex operibus dictum tanquam tuis ex te ipso tibi existentibus, sed tanquam hu in quibus te Deus finxit, id est formauit, & creauit, &c.

Secunda Obiectio. Paulus ad Rom. 3. ait. Iustificati gratia per gratiam ipsius. Ergo sola fides sine operibus iustificat.

Respondeo Apostolum in toto illo capite docere, iustificationem non haberi ex operibus legis veteris, sed per gratiam quae est per Christum: quia, inquit, ex operibus legis non iustificabitur omni caro coram illo. Per legem enim cognito peccati. Nunc autem sine lege (id est veteri) iustitia Dei manifestata est, testificata a lege, & prophetis. iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eum: non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Et deinde immediate sequitur. Iustificati gratia per gratiam ipsius per redemptionem, quae est in Christo Iesu, &c. Itaque Apostolus docet iustificationem non obtineri per legem veterem Moysis, sed per fidem, & redemptionem Christi: & loquitur in genere de iustificatione, non tradit autem modum, & formulam iustificationis, ideo vana est illa sequela, ergo sola fides iustificat, sed propria sequela quae directe ex illo antecedente descendit, est: ergo fides Christi, & non lex Moysis; & opera legis veteris iustificat, quod procul dubio concedimus. Circa modum autem quo fides iustificat, sequitur Apostolus dicens. Per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloria filiorum Dei. Apostolus ergo non docet fidem formaliter iustificare, sed per illam haberi accessum ad gratiam, & adoptionem filiorum Dei: quod formaliter a charitate, prouenit iure igitur Concil. Triden. sess. 6. cap. 8. dicit, quod ideo per fidem iustificati dicimur, quia fides est humanae salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis; sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire, & illud Apost. ad Rom. 1. Iustus autem ex fide uiuit. Non sic intelligendum est; ut fides sit formaliter vita spiritualis, quia solus gratiae, & charitatis munus est facere hominem Deo charum, & gratum, quod est spiritualiter uiuere; sed ad illam perueniri non posse nisi supposita fide quae est initium, fundamentum, & radix iustificationis.

Hae igitur sit communis regula: fidem magis insinuari, eo quia ipsa est initium omnium bonorum, & principium iustificationis nostrae, sine qua impossibile est habere opus aliquod meritorium. & etiam quia ipsa legem veterem a lege Euangelica distinguit, ideoque saepius sub hoc tesmino fidei, Euangelium cum omnibus quae continentur significatur, de qua Ioan. 3. ait. Qui credit in filium habet uitam aeternam. etenim uita aeterna haberi nequit, nisi omnia quae Euangelium

continet, credantur, & suo modo recipiantur singula, ut ibi proponuntur; in quo sensu fides continet etiam doctrinam bonorum operum, & Sacramentorum, &c.

Tertia Obiectio. Apoll. ad Rom. 3. inquit. Exclusa est gloriatio tua, per quam legem? factorum? non: sed per legem fides. & cap. 4. Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. & Ephes. 2. Gratia est saluati per fidem non ex operibus, ad Titum 3. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiae, qua fecimus nos. ad Philipp. 5. Vt inueniar in illo, non habens meam iustitiam, qua ex lege est, sed eam qua est ex fide. Ergo sola fides iustificat.

Respondeo hanc sequelam descendere non ex Scripturis praecitatis, sed ex falsa illarum intelligentia. Ad primam, quae sic habetur. Ubi est ergo gloriatio tua? exclusa est. per quam legem? factorum? non: sed per legem fides. Apollolus enim in praecitato capite docet, Iudaeum non debere amplius gloriari de lege Moysis. Unde dixerat in initio. Quid ergo amplius Iudaeo est? aut qua uisus circumcisio? Et subdit deinde loco praallegato, exclusam esse, huiusmodi Iudaeorum gloriationem per legem fidei, seu Christi: per quam habetur iustificatio, & non ex operibus legis veteris, ideoque subdit. Arbitramur autem iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Excludit itaque Apostolus a iustificatione opera legis veteris antecedentia fidem, & non opera subsequencia quae fides docet, ut patet.

Ad secundam, scilicet: Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, etc. Ibi Apostolus docet Abraham non iustificatum esse sine fide, & per opera antecedentia fidem, sed ex fide, sic enim ait. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est: id est homo rectus, & bene operans apparuit; habet gloriam, sed non apud Deum, quia haec opera de quibus loquitur Apostolus antecedeabant Abraham fidem, quia autem fides initium est iustificationis, tunc iustus factus est ex dono, & gratia Dei cum credidit. non excludit autem Apostolus opera subsequencia fidem, sed tantum per fidem, & non per opera facta ante fidem, iustificatum esse docet. Praeterea Apostolus de iustificatione fidei loquitur, sed non de modo, & forma quo quis per fidem iustificatur: ideoque non fuit opus, ut in eodem loco exprimeret uisum, spem, dilectionem, &c.

Sed inquit Kemnitius, ut refert Bellarm. lib. 1. de iustific. cap. 19. quia Abraham fide tunc operabatur, & tamen Apostolus excludit eius opera a iustificatione, & Galatae renati erant, & in Christum credebant, & tamen eorum opera, Paulus fidei opponit.

Respondeo falsissimum esse, Apostolum rejicere opera Abraham, quae subsequebantur fidem; nam docet tantum non ex operibus iustificatum esse, licet antequam uideret bene operatus esset; sed ex fide: si autem opera subsequencia fidem excluderet, non dixisset Ioan. 8. Si filij Abraham estis opera Abraham facite. Et Galatas idem Apostolus reprehendit, quia ut ibi patet, dicebant: necessarium seruandam esse legem Moysis simul cum Euangelio, ideoque opera legis, seu quae lex Moysis praecipit, abiecit; ut ineptum ad iustificationem, & non opera quae fides Christi docet exequenda, inanis est ergo haec fuga, vel instatia.

Ad tertiam, nempe, Gratia est saluati, &c. ibi docet Apostolus, nos gratis iustificatos esse per fidem Christi, non autem per nostra bona opera meruisse, iustificari per fidem illius, sed donum Dei fuisse, ideo

Apostolus excludit opera legis veteris ad obtinendam gratiam quae est per Iesum Christum.

Iustus dicitur uiuere ex fide, quatenus fides est initium & radix iustificationis.

Fides quandoque sumitur pro toto Euangelio in ordine ad omnia credenda, & operanda.

Apostolus offendit Iudaeum non debere gloriari se recepisse fidem Christi propter opera veteris legis sed iustificationem & donum fidei gratia esse a Deo ei, qui sit Christianus.

Apostolus monet Galatas opera legis inhabilia esse ad obtinendam iustificationem quae est per Christi fidem; non excludit autem opera quae fidem subsequuntur.

nil capiunt ex hoc loco . & pariter ad Titum 3. docet nos non meruisse, vt Christus venisset nos redimere: sed hoc opus fuisse per gratiam, & misericordiam Dei. & eundem sensum faciunt ceteræ Scripturæ præallegatæ, vt patet: ideoque sequela illa, ergo sola fides iustificat, inanis est, & voluntaria.

Quarta Obiectio. Matth. 9. & Lucæ 7. legitur, *Fides tua te saluam fecit*. Lucæ 8. *Crede tantum, & salua eris*. ergo sola fides requiritur ad iustificationem, & ad salutem æternam.

Respondeo quod quædam mulier sanguinis fluxû patiebatur duodecim annis, vt Mattheus, & Lucas loco citato scribunt; *Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. dicebat enim intrò se: si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero.* at Iesus conuersus, et videns eam dixit: *Confide filia, fides tua te saluam fecit, et salua facta est mulier ex illa hora.* itaque quia credidit Saluatorem posse miracula operari, digna facta est vt sanaretur à fluxu sanguinis: sed de iustificatione ibi Scriptura minimè loquitur. Si igitur Sæctarij patiuntur fluxum sanguinis, habeant eandem fidem, & sanabuntur, sed per illam sola non iustificabuntur. Ad illud Lucæ 7. vbi de iustificatione Mariæ Magdalene fit sermo, dico ipsum Saluatorem ibidem docuisse non solam fidem prærequiri ad iustificationem, nam prius dixerat, *Remittuntur es peccata multa quoniam dilexisti multum*: itaque etiam dilectio prærequiritur, & spes etiam subintelligitur: nam id speralle futurum, tenendum est. & similiter pœnitentia vt patet, quia fleuit peccata sua: & timor, nam facile habuit timorem gehennæ, ideoque dimissa muliebri verecundia, accessit domum Pharisei. deinde subdit, *fides tua te saluam fecit*: magis autem in hoc facto exprimitur fides, quia ipsa est fundamentum, & initium iustificationis, & omnium spiritalium bonorum, estque iustificationis primum prærequisitum. non sequitur autem ergo sola fides iustificat, vt patet.

Quinta Obiectio. Apost. ad Rom. 4. inquit: *Et qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Es vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.* & cap. 11. *Si gratia: iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia.* & ad Ephes. 2. *Gratia estis saluati per fidem, non ex operibus*: ergo omnia opera excluduntur ad iustificationem, & sola fides sufficit.

Respondeo Apost. ad Rom. 4. nil aliud in præcæritatis verbis docere, nisi quod Abraham non iustificatus fuit coram Deo ex operibus antecedentibus fidei, sed ex fide quam recepit, & habuit, vt donum Dei. & finis Apostoli est docere hominem iustificari non ex operibus legis veteris, sed per fidem Christi lesu; & Abraham iustificatum esse antequam circumcideretur, vt esset pater omnium credentium per præputium, id est Gentium; & circumcisionem accepisse, vt signum iustificationis præacceptæ per fidem. de forma autem, & de modo quo quis iustificatur, an post fidem requiratur etiam spes, pœnitentia, dilectio, timor, &c. Ibi non disputat, nec docet; nec affirmat, nec negat: quia non erat tunc ad propositam sermonem ea explicare, sed per fidem Christi iustitiam obineri Romanos instruit, ac Iudæos; & non operibus legis; vel bonis operibus moralibus in Gentilitate factis; & fidem Christi non habere rationem mercedis, sed gratiæ: ideo opera non supponere, quibus debiti relationem dicit. & hoc confirmat cap. 11. cum dicit: *De gratia etiam dicitur non ex operibus*: & ad Ephes. 2. *Gratia estis saluati per fi-*

dem, non ex operibus. itaque Apostolus excludit opera antecedentia fidem, ne putaret quis fidem Christi aliquibus dandam esse ex debito; & docet nos gratis iustificatos esse per legem Euangelicam, seu per fidem Christi, quod in hoc sensu idem est. non negat autem, fide supposita, ad hoc vt æternæ hereditatis mercedem obtinere valeamus, bona opera, & charitatem non esse necessariam; quia vt suo loco dicemus, gloria æterna, & beatitudo habet rationem mercedis: ideoque supponit necessariò opera, vt correlatiua; sed non opera antecedentia fidem, sed opera quæ sequuntur iustificationem ex fide. Quando itaque concludunt, ergo omnia opera excluduntur ad iustificationem, concedimus de operibus antecedentibus donum fidei; sed non de subsequenibus, seu concomitantibus fidem, vt sunt timor, pœnitentia, spes, dilectio, &c. Vnde August. præfat. in Psalm. 31. ait. *Nolo ergo præsumere de operibus tuis ante fidem: noueris quia peccatorem te fides inuenit.* & intra: *Iam fides illa assumpta spe, et dilectione incipit bene operari.*

Sexta Obiectio. Ioan. 3. *Ut omnium qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Act. 10. *Huc omnes Propheta testimonium perhibens remissionem peccatorum accipere omnes qui credunt in eum.* Act. 13. *In hoc omnium qui credit iustificatur.* ad Rom. 1. *Euangelium virtus Dei est, in salutem omnium credenti.* Rom. 10. *Omnium qui credit in eum non confundetur*; 1. Ioan. 5. *Omnium qui credit quoniam Iesus est Christus ex Deo natus est*: Hoc autem non esset verum si sola fides non sufficeret ad iustificationem, & ad salutem.

Respondeo omnes præcæritatas auctoritates & con-similes quæ adduci possunt, non debere intelligi de fide solitarie sumpta, vt singularis quædam virtus est; sed vel de fide, vt omnem legem Euangelicam includit: vel absque fide neminè iustificari, & saluari posse; sed per illam vnumquemque ad salutem pergere, cetera superaddendo requilita, quia si fides solitarie sumpta sufficeret, vt Sæctarij ad stabilem carnalium uitam excogitant; nõ dixisset Apost. 1. Cor. 12. & 13. *Amplius autem charismata meliora.* & ad hoc excellentiorem etiam vobis demonstrò. *Si linguæ hominum loquar, et Angelorum; charitatem autem non habuerim, factus sum velut æsonans aut tubatum tinnens.* *Et si habuerim prophetiam, et nouerim mysteria omnia, et omnem scientiam; & si habuerim omnem fidem, itant montes transferam; charitatem autem non habuerim nihil sum.* & infra: *Nunc autem manent, fides, spes, charitas: tria hæc: Maior autem horum est charitas.* Præterea Lucæ 18. Saluator dixit: *Omnium qui se humiliat exaltabitur.* Puta ad beatitudinem. & tamen non valet indè inferre, ergo sola humilitas iustificat, & sufficit pro salute. sed Scriptura tunc docet illam virtutem Deo placere, & vna cum cæteris requilitis ad beatitudinem ducere: sic de fide dicendum est, magis tamen principaliter, eo quod sit fundamentum omnium bonorum spiritalium, & salutis nostræ; fides est causa salutis, fides iustificat: vtique hoc verum est, sed non sola fides, excludendo cetera prærequisita; sed simul cum illis.

Septima Obiectio. Psalm. 106. *Misit verbum suum, & senauit vos.* Ioannis 25. *Vos mundi estis propter sermonem meum quem loquutus sum vobis.* ad Rom. 1. *Euangelium virtus Dei est in salutem omnium credenti.* 1. Cor. 15. *Nossum vobis factum Euangelium, quod predicauimus vobis, quod accepistis, in quo statim, per ipsud, & saluamini.* Iacob. 1. *Suscipite in suum verbum, quod potest saluare animas vestras.* ergo sola fides iustificat.

Respon-

Fides magis exprimitur quia ipse est fundamentum iustificationis, non autem quod ipsa sola prærequiritur.

Abraham non iustificatus est ex operibus antecedentibus fidem, quæ habuit Deo reuelante.

Verus sensus huius Scripturæ citatæ à Sæctarijs, hic est.

Afirmat solam fidem sufficere, est stabilire carnalium.

Respondeo Evangelium: verbum: sermonem Dei, sanare, saluare & iustificare. sed discant Sectarij, quod prædicta non tantum fidem solam docent, sed omnia quæ superius diximus; scilicet charitatē, bona opera fidem subsequētia. spem, timorem, orationem, humilitatem, castigationem corporis, ieiunia, &c. sed hoc displicet illis, quia castigatio corporis ieiunia, & cætera opera similia, carnealitię, & carnali libertati cōtradiciunt: & in tantum dicūt solam fidem sufficere, quia facile est mentaliter aliquid apprehendere: si autem hoc esset opus arduum carumque repugnans, utique solam charitatē & dilectionem sufficere, vel aliquid aliud exciderent. etenim sup̄ Hæresiarcharum fuit multos habere sequaces, eosque apostasiam à Romana & Catholica Ecclesia docere & cætera huiusmodi. ideoque latam viam pro salute finxerunt, & carnivaldē commodam, vel accomodatam, sensus enim huius opinionis, quod sola fides sufficiat ad salutem, non est alius quam iste. Saltemus, bibamus, comedamus, & cætera. quia sola fides sufficit. Quam tamen opinionem Bacchanalicam, ut aliquo modo veram esse ostenderent, Sectarij varijs torsionibus Scripturarum circumlinierunt. Deus qui diuicū est in misericordia, illos illuminare dignetur, Amen.

Octava Obiectio. I. Petri. *Credentes quædam exultabitis latitia memorabilia & glorificata, reportantes finem fidei vestra, salutem animarum.* Si Petrus docet salutem esse effectum fidei, ergo causa propria & sola iustificationis, est sola fides. & confirmatur, quia paulo prius dixerat. *Qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem.*

Respondeo, quando plura ad vnum aliquid concurrunt, solere sacram Scripturam aliquando vnius aliquando eorum alterius mentionem facere. quia igitur ad iustificationem & salutem nostram plura sunt necessaria, putā fides, spes, timor, charitas, pœnitentia, &c. Scriptura aliquando fidem, aut timorem aliquando pœnitentiam aut charitatem commemorare solet. sicut igitur quando dicitur pœnitentia aut charitatis, &c. mentionem facit, tunc non excludit fidem; sic, cum meminit fidei, nec cætera excludit. Quod autem causa salutis & iustitiæ nostræ sint cætera quæ com memorauimus vitrā fidem; patet Lucæ 7. *Remittuntur es peccata multa, quoniam dilexisti multum.* & 1. Petri 4. *Charitas aperit multitudinem peccatorum.* Matth. 23. *Possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.* esurium enim & deditis mihi manducare, sitium, &c. Lucæ cap. 10. *Diliges Deum tuum & proximum tuum sicut te ipsum.* hoc fac & viues. Matth. 20. *Voca operarios & redde illis mercedem.* ad Rom. 2. *Deus reddet vnicuique secundum opera sua.* 1. Cor. 3. *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Matth. 5. *Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Prou. 28. *Qui sperat in Domino sanabitur.* Act. 2. *Pœnitentiam agite & baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* & Act. 3. *Pœnitentiam, & conuertimini, ut deleantur peccata vestra.* Ecclesiast. 1. *Qui sine timore est, non poterit iustificari.* Discite Sectarij veritatem salutis vestræ.

Nona Obiectio 1. Petri 5. *Sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circum quærens quæ deuoret: cui resistite fortes in fide, etc.* Petrus Apostolus monens nos, diabolum inlicitam nostram salutem, docet per fidem posse nos obtinere

re victoriam. ergo signum est quod à sola fide pendet casus & iustitia nostra.

Respondeo Petrum docere loco citato, in fide nos fortes esse debere, quando scilicet circā fidem tentamur; non loquitur autem sunt de resistentia circā tentationes & persuasiones ad malè operandū; non enim omnibus tentationibus per actum fidei resistere debemus; variæ enim sunt dæmonum tentationes, ut ipsemet cap. 1. ait. *Modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus.* Sed quia tunc Petrus monebat fideles ut in fide persisterent ne ad infidelitatem iterum redirent, hinc est quod tunc tantum fidei meminit. & sicut cap. 5. monet fideles ut resistent in fide: sic cap. 2. docet ut resistent vitijs, benè operando, dicens. *Charissimi, obsecro vos, tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detrahant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.* Sicut igitur e. 2. non excluditur fides, sic e. 5. nō excluduntur opera, & virtutes.

Decima Obiectio. Ad Rom. 11. *Propter crudelitatem fracti sunt, tu autem fide stas, noli altam sapere, sed time.* Apostolus monet per solam fidem nos stare. ergo illa sola est necessaria ad salutem, & iustificationem nostram.

Respondeo Apostolum ibi docere, Synagogam excidisse à populo Dei ob incredulitatem; & è contrā gentes membra Ecclesiæ euasisse ob fidem: patet ex iplo textu, sic enim habet. *Quid ergo? quod quærebatur Israel, hoc non est consequutus, electio autem consequuta est: ceteris vero excæcati sunt: sicut scriptum est. Dedit illi Deus spiritum compunctionis; oculos ut non videant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem. & David dicit: fiat mensa eorum in laqueum, et captiuam et scandalum, et in retributionem illis. obscurentur oculi eorum ne videant: et dorsum eorum semper incurua.* Dico ergo, nunquid sic offenderant, ut caderent? absq̄. Sed illorum delicto salu est gentibus, ut illos amoluerent. & paulo post. *Quod si aliquis extraxerit fracti sunt, tu autem cuncta abaster effes, insertra es in illis, et socum radicis, et pinguedinis oliua factus es: noli gloriari aduersus ramos.* Quod si gloriaris: non in radicem portas, sed radice te. Dices ergo fracti sunt rami, ut ego inserat. Bene: propter in crudelitatem fracti sunt, tu autem fide stas, noli altam sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercat, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem et seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin et tu excideris. Sed et illi non si permanserint in in crudelitate; inserentur; potens est enim Deus iterum miserere illos, etc. quando inferunt ex hoc ergo sola fides sufficit ad salutem & iustificationem nostram, falsa & inanis est cōsequentiā, verā sequentiā est: ergo fides & credulitas constituit hominem membrum Ecclesiæ, & hoc concedimus; & hac de causa populus ludæorum non est de Ecclesia, seu Ecclesiæ pars; quia non credit seu non habet fidem in Christum; at pro salute assequenda adhuc aliud vinculū perfectionis requiritur quod est charitas, ut pluries dictū est, hinc est quod sola fides non sufficit ad salutem & iustificationem nostram.

Vndecima Obiectio. Osee cap. 2. *Sponsabo te mihi in fide.* nunc sic. Qui Deo desponsatus, & vnitus est, iustus est, atque perfectus; sed sola fides hoc facit,

Tentatio Sectariorum in hac parte, rā qua fuerit.

Cum plura ad idē requiruntur Scriptura nunc vnus nunc alius mentionem facit.

Apostolus hic docet tantum. Fide in Christum facere hominem de populo Dei & in fidelitatem eicere hominem à numero populi sui.

tit, vt testatur ipse Deus citato loco: ergo sola fides iustificat & saluat.

Respondeo fidem vtiq; desponsare animam Deo, quia illam facit membrum & partem Ecclesie Militantis, sed solam fidem animam iustam non constituere. quia charitas, & iustitia inhærens vnit & desponsat animam Deo in ordine ad sanctitatem; at fides sola tantum fundamentaliter: quia ipsa est ostium & ianua salutis nostræ: quia sine fide impossibile est placere Deo, vt ait Apostolus ad Hebr. 11. hæc autem fides per charitatem operatur, vt idem Apostolus testatur ad Gal. cap. 5. quatenus autem hæc desponsatio dicit ordinem ad iustitiam & sanctitatem, duplicem vnionem, seu duplex vinculum hominis cum Christo importat, scilicet fidei, & charitatis; non enim fidem tantum præferret & includit, sed etiam charitatem seu iustitiam inhærentem, vt ibidem Osea docet his verbis. *et sponsabo te mihi in sempiternum: et sponsabo te mihi in iustitia et iudicio et in misericordia et miserationibus.* & deinde immediate subdit. *et sponsabo te mihi in fide, et scies quia ego Dominus.* en apertissimum testimonium eiusdem Prophetæ asserentis desponsationem istam, vt dicit ordinem ad iustitiam inhærentem, non tantum fidem præferre, sed etiam gratiam Spiritus sancti: fides autem præcisa iustitia inhærente non facit hominem iustum atque perfectum, sed vnit tantum hominem cum Christo & Ecclesia in ratione partis, & membri.

Duodecima Obiectio. *Isaias* cap. 2. ait: *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso, iustus autem in fide sua viuet.* Propheta itaque omnem causam salutis ponit in fide: ergo sola fides iustificat & saluat.

Respondeo sensum huius Scripturæ hunc esse; veniet Messias, tunc qui incredulus erit damnabitur: qui credet, in fide sua viuet. & quod ita sit, en textus citatæ Scripturæ. *Quia adhuc visus procul, et apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semetipso, iustus autem in fide sua viuet.* Fides autem Christi, de qua loquitur Propheta, non tantum docet vt credamus, sed vt mandata eius seruemus. Legitur enim *Matth. cap. vltima. Euntes ergo docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quacunque mandauit vobis.* non sequitur ergo illam solam iustificare, eamque esse tantum necessariam ad salutem.

Sed adhuc explicanda est illa propositio, *Iustus in fide sua viuet.* vel enim significat, iustum fide formaliter iustificari, & hoc falsum est, etiam secundum Sectarios opinantes se iustificari formaliter per iustitiam Christi, illis imputatam; vel dispositiuè, seu causaliter: & hoc modo, non tantum fides est causa iustificationis, sed timor, penitentia, spes, &c. vt diximus. sicut enim Scriptura ponit fidem causam iustificationis, sic & præfatas virtutes. Apostolus ad Hebr. cap. 11. ait. *sine fide impossibile est placere Deo.* & *Ecclesiast. cap. 1. legitur: Qui non timet non poterit iustificari.* numquid hæc Scripturæ sibi contradicunt? nequaquam. Quomodo ergo iustus in sua fide viuet? tanquam ex dispositione necessaria, & magis principali, imò fundamentali, vt pluries diximus & probauimus, & non aliter.

Tertia decima Obiectio. Ad *Ephes. 3. Huius rei*

gratia scilicet gentes meæ ad Patrem Domini Nostri Iesu Christi; ex quo omni paternitas in celis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris. Quid est Christum habitare in cordibus nisi iustum & iustificatum esse; sed hoc fit per fidem ex Apostolo; ergo fides sola iustificat.

Respondeo Apostolum his verbis manifestè hominem iustum fieri nõ tantum per fidem, sed etiam per charitatem docere: ait enim: *vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem,* & deinde subdit de fide: *Christum habitare per fidem in cordibus vestris.* itaque apertè docet hominem iustificari per spiritum interiorem corroborantem, & per fidem, seu mediante fide: quid clarius? Sed Sectarij hoc non aduertunt quia præcipitanter contra Catholicos irruunt. vnde neque quæ obijciunt considerant.

Quarta decima Obiectio. Apostolus 2. *Tim. 4.* explicans donum gloriæ quod accepturus erat inquit. *reposita est mihi corona iustitiæ, & causam reddens;* subdit: quia fidem seruauit: ergo in fide stat omnis salutis, & iustitiæ nostræ ratio.

Respondeo illud *fidem seruauit,* non significare fidem, vt est assensus circa credibilia, sed promissionem: & sensus est, quod promisi feci, & adimpleui. nam 1. *Cor. 9.* inquit: *Necessitas enim mihi incumbit: Vt enim mihi est si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem minus, dispensatio mihi credita est.* & infra: *Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci vt plures lucrifacerem: & postea; omnibus omnia factum sum, vt omnes facerem saluos. omnia autem facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar.* Apostolus itaque cum a Deo vocatus fuit, & promisit obseruare quæ actu omnibus fidelibus, opere & sermone exhibuit, instabat eius reuolutio, quapropter loco cit. ait: *fidem seruauit;* id est quæ promisi feci: vnde reposita est mihi corona iustitiæ, puta æternum præmium. quod autem fides, promissionem aliquandò significet habetur etiam ad *Rom. cap. 3. Numquid incredulus istorum fidem Dei euacuabit? absit. est autem Deus verax: omnis autem homo mendax.* patet igitur fidem promissionem aliquandò significare. nam Deus non potest alio modo habere fidem, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius.

Seruare fidem est promissionem adimplere.

DISPUTATIO II.

Quod sit obiectum fidei iustificantis.

IN præcedenti disputatione quomodo per fidem homo iustificetur dictum est. nunc quod sit obiectum huius fidei iustificantis disputandum erit: & ratio huius disputationis est: quia Sectarij fidem iustificantem esse tantum circa specialem misericordiam Dei, qua quis firmiter credit omnia peccata sibi remissa esse propter merita Christi, & iustum esse in conspectu Dei affirmare non dubitant, ita Caluinus lib. 2. instit. cap. 2. §. 16. Lutherus in serm. Dom. 2. Quadrag. & in Assert. art. 1. & 15. & in Comment. super caput 3. epistolæ ad Galatas. & amborum sequa-

Comentio huius disputationis est præcedenti.

Opinio sectariorum.

Iustus in fide viuet, quia fides est radix vite spirituales. quæ est per gratiam Iesu Christi.

res unanimiter. at Ecclesia Catholica è contrà ob-
iectum huius fidei iustificantis, esse omnes veritates
à Deo reuelatas firmiter docet: vt patet in Concil.
Trident. sess. 6. cap. 6. his verbis: *Disponuntur autè
ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia et adiu-
uati fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum,
credentes vera esse qua diuinitus reuelata & promissa
sunt, atque illud in primis, à Deo iustificari impium
per gratiam eius, per redemptionem qua est in Christo
Iesu. Quamobrem contra Sectarios Canone 12. 13.
& 14. statuit: Si quis dixerit fidem iustificantem nihil
aliud esse quam fiduciam Diuina misericordia, peccata
remittentem propter Christum, vel eam fiduciam solam
esse qua iustificamur. Anathema sit. Si quis dixerit
omni homini ad remissionem peccatorum assequendam,
necessarium esse vt credas certò & absque ulla hastitatio-
ne propria infirmitati & indispositioni, peccata sibi
esse remissa, Anathema sit. Si quis dixerit hominem
à peccatis absoluti & iustificari, ex eo quod se absoluti ac
iustificari certò credas: aut neminem esse verè iustifica-
tum, & hac sola fide absolutionem, & iustificationem
perfici. Anathema sit. Hæc itaque veritas erit in præ-
senti disputatione dilucidanda, & opposita opinio vt
chimerica, reicijenda: quapropter duas ponimus
Conclusiones.*

Prima Conclusio. Fides iustificans habet pro
obiecto non tantum misericordiam Dei, & remis-
sionem peccatorum, sed omnes veritates à Deo re-
uelatas. Probat. Fides quæ dicit ordinem ad sa-
lutem æternam, est fides iustificans. Sed credere
omnia reuelata à Deo dicit ordinem ad vitam æter-
nam; ergo credere omnia reuelata est fides iustifi-
cans. maior patet per illud Ioannis 3. *Vt omni qui
credidit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.*
& ad Rom. 8. *Quos iustificauit, illos & glorificauit.*
Minor probatur, Ioannis 20. *Hæc autem scripta sunt
vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei: & vt cre-
dentes vitam habeatis in nomine eius.* ad Rom. 10. *Si
confiteari in ore tuo Dominum Iesum & in cordo tuo
credideris quod Deus suscitauit illum à mortuis, saluus
eris.* Hucusque fit sermo de fide iustificante. sed
quid dicit credendum esse pro iustificatione! fortè
quod peccata sint remissa? nequaquam: sed quod
Christus est filius Dei, & quod à morte resurrexit.
& ad Heb. 11. *Sed fide impossibile est placere Deo.
Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est
& inquirentibus se remunerator sit.* Quis igitur est
actus huius fidei iustificantis! remissio peccatorum?
Apost. hoc nõ docet, sed credere Deum esse remunera-
torem inquirentium eum, Matth. 16. *Beatus es Simon
Bar-ona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed Pater
meus qui est in caelis.* Sed cur beatus? quid reuelauit?
quia sibi fuerunt remissa peccata? Hoc nõ admonet
Dominus. Sed quia credidit, Christum esse filium Dei
vini: Luc. 18. *Pharisæus putabat se esse iustum sicut
Sectarij putant se esse iustificatos, quia sic putant; &
gratias Deo agobat, & tamen iniustus inuentus est.
& è contrà Publicanus timore plenus, non audebat
oculos ad caelum leuare, poenituit factorum malorū
quia percutiebat pectus suam. non putauit autem
nec firmiter tenuit se esse iustificatum, vt opinantur
Sectarij: & tamen hic iustificatus est, ait enim Scrip-
tura. & descendit hic iustificatus ab illo, &c. & ratio-
nem reddit: quia omni qui se humiliat exaltabitur,
& non dicit quia putauit, credidit, se esse iustificatū,
& credidit sibi esse remissa peccata ob merita Christi
Act. 8. *Et dimittens per viam (scilicet Philippus &**

Eunuchus) venerunt ad quamdam aquam: & ait Eu-
nuchus: *Eccè aqua, qui prohibet me baptizari? dixit
autem Philippus: si credis ex toto cordo, licet: & re-
spondens ait: credo, filium Dei esse Iesum Christum.
& iussit stare currum: & descenderunt uterque in
aquam Philippus & Eunuchus, & baptizauit eum.*
adiustificationem Eunuchi, Philippus non dixit cre-
de te ob merita Christi iustum esse, & peccata tua
iam esse remissa: sed crede Christum esse filium
Dei: ergo fides iustificans habet pro obiecto veri-
tates reuelatas. Sed dicent Sectarij: Philippus prius
hoc dixerat. Contrà, vndè hoc scitis? Scriptura
rationem iustificationis assignat fidem, scilicet circa
veritates reuelatas, & non particularis absolutionis
à peccatis. Vos non dicetis hoc traditum esse: quia
traditiones negatis. & præterea nullus antiquorum
hoc refert; neque consensus Ecclesiarum, quæ ab
Apostolis edoctæ sunt, nec antiqua Concilia, nec
Sancti Patres: ergo sunt noua somnia, pluries autè
hoc idem quod nos asserimus sacra Scriptura docet:
vt Ioannis 11. cap. 14. cap. 20. & alibi. sequitur ergo,
manifestè à primo ad vltimum, fidem iustificantem
habere pro obiecto non tantum misericordiam Dei,
& remissionem peccatorum, sed omnes veritates à
Deo reuelatas.

Secundò probatur Conclusio. Per Sectarios, om-
nes quod affirmatur in huiusmodi materijs, & à
Scriptura non narratur, figmentum est, chimæra
& portentum est. Sed sacra Scriptura non docet fi-
dem iustificantem habere tantum pro obiecto mise-
ricordiam Dei & remissionem peccatorum, sed om-
nes veritates reuelatas: ergo opinio Sectariorum,
& fides illorum chimæra, figmentum, & portentum
est. Minor probatur, quia nec vnum locum habent
in Scriptura qui talia proferat. Vndè confugere so-
lent ad illud Apostoli ad Rom. 4. *Credidit Abraham
Deo & reputatum est illi ad iustitiam.* Sed hæc Scrip-
tura & omnes similes contrà illos clamant. Nam
Abraham iustificatus est non quia credidit sibi esse
remissa peccata, vt Scriptura testatur; sed quia cre-
didit futurum esse patrem multarum gentium ex fi-
lio, quem senex centum annorum generaturus erat
ex Sara vxore sua sterili, & nonagenaria: quod idè
est ac credere Deum fidelem in promissis, & omni-
potentem esse in operando. Vndè Apostolus sequi-
tur hoc explicans. *Cui credidit qui viuificat mortuos,
& vocat ea qua non sunt, tanquam ea qua sunt, qui cõ-
tra spem in spem credidit vt fieret pater multarum gen-
tium, secundum quod dictum est ei: sic eris semen tuum,
& non infirmatus est fide nec considerauit corpus suum
emortuum, cum iam sexcentum esset annorum: &
emortuam vuluam Sara, in re promissione etiam Dei nõ
hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide. & lapsus glori-
am Deo, plenissime sciens, quia quacunque promissit
potens est facere: ideo reputatum est illi ad iustitiam.*
discant ergo Sectarij fidè quæ iustificauit Abraham,
pro obiecto habuisse non quod peccata illi remissa
fuerant, sed alias veritates tunc à Deo reuelatas, res
clara est & Sectarij in meridie sic cecutiunt, vt offen-
dant in montem.

Terziò probatur Conclusio. Admissa hac fide,
Sectariorum nouiter excogitata, sequeretur nem-
nem recitare posse orationem Dominicalem, quam
Apostolos iam iustificatos Dominus docuit Matth.
6. consequens est blasphemum, quia est contrà Chris-
tum Iesum, qui illos docuit vt sic orarent: ergo &
antecedens. consequens probatur, quia ibi dicitur
dimis-

Sententia Catho-
lica Ecclesiæ.

Fides que iustifi-
cat habet pro ob-
iecto omnes veri-
tates reuelatas.

Sectarij sunt sicut
ille Pharisæus qui
putabat se esse
iustum, & non
erat.

Nullibi legitur
quod ratio iusti-
ficationis, sit cre-
dere se esse iustū.

Argumentum ef-
ficax ad hominē.

Abraham non
iustificatus est
quia credidit sibi
fuisse remissa pec-
cata.

Si iustificatio fie-
ret iuxta somnia
Sectariorum, ora-
tio Dominicalis
recitari non debe-
ret.

dimisso nobis debita nostra. si ex fide sectarica peccata sunt iam remissa, ut quid orare ut dimittantur? esset autem ineptissima petitio & vana. & Apostoli iure respondere potuissent. si fide credimus omnia peccata dimitti, & dimissa esse, cur doces nos ut peccata nostra adhuc dimitti? Præterea si per hunc actum fidei, qui in adultis præcedit baptismum delentur peccata, ut quid opus est baptismum suscipere qui est in remissionem peccatorum? ut quid dicunt Calvinistæ, Lutheranos, & Anabaptistas non saluari, & è contrâ: cum omnes Sectarij hunc actum fidei excogitatz habeant? ut quid opus fuit Christo Domino docere humilitatem, castitatem, paupertatem, obedientiam, tot tantasque virtutes; ut quid tot vitia prohibere, si sufficit ad iustificationem, credere se esse iustificatum ob merita Christi? licite possumus abijcere omnes virtutes, & omnia vitia amplecti. O perditissimi Sectarij, tædet me magnopere miseriz vestraz, ac perditionis. Scriptura Matth. cap. 11. docet, quod *Regnum celorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.* & vos dicitis sufficit ut credamus nos iustos esse ob merita Christi, & sic iusti sumus sicut ipse Christus.

Quarto probatur Sacrorum Conciliorum auctoritate. Habetur Symbolum fidei Apostolorum in quo breuiter Apostoli Christianam fidem collegerunt, ut quisque per eam iustificationem recipere mereretur. attamen nihil de hac fide qua quisque credit peccata sibi esse dimissa ut iustificetur, habetur; sed omnes veritates reuelatas ordinatè posuerunt. & licet ibi dicatur etiam, *Credo remissionem peccatorum,* sensus tamen præfati articuli est: credendum esse Deum Ecclesie dedisse media pro remissione peccatorum obtinenda. & quod ita sit, duplici ratione probatur. prima est. constat antiquam Ecclesiam sic credidisse, nam Concilium secundum generale, Constantinopolitanum primum, illam particulam sic explicauit, *Constituit unum baptismum in remissionem peccatorum.* docet itaque remissionem peccatorum obtineri per Sacramenta: & non per chimericam fiduciam Sectariorum. Secunda ratio est. quia ab initio Ecclesia habuit Catechismum, pro Catechumenis, & adultis, & nunquam auditus fuit talis modus iustificationis, quem Sectarij adinuerunt, & certè cum sit res magni momenti, semper ab initio, & super omnia id doceri & explicari debuisset: at hoc nunquam factum fuit ab Ecclesia Christi, euidenter igitur est dæmonum nouam excogitationem fuisse ad veram iustificationem tollendam.

Quinò probatur SS. Patrum auctoritate. Augusti. lib. de fide ad Petrum Diaconum tomo 3. in initio. *Gaudeo quidem, quod pro fide vera sine ullo perfidio vno cathodica sollicitudinem gerit, sine qua nullo potest proficere, imò nec esse conuenio.* Apostolica quippe docet auctoritas, quia sine fide impossibile est placere Deo. Fides namque est bonum omnium fundamentum. *fides est humana salutis vitium. sine hac fide nemo ad gloriam Dei numerum potest peruenire: quia sine ipsa, nec in hoc saculo quisquam iustificationis gradum consequitur, nec in futuro vitam possidet æternam.* Et si quis hic non ambulauerit per fidem, non poterit ad spem. *Sine fide omnis labor hominis vanus est, &c.* Loquitur hic August. de fide quæ iustificat quæ deinde explicans omnes veritates reuelatas, & omnia credibilia exponit. ergo ad mentem Augustini fides iustificans habet pro obiecto non

tantum misericordiam Dei, sed & omnes veritates reuelatas.

Chrylostomus Hom. 36. super cap. 15. Genesis tomo 1. inquit: *Fides enim est quemadmodum Beatus Paulus ait, eorum quæ sperantur substantia rerumque non videntur argumentum. & iterum: quod autem vides quis cur & speras? hoc igitur est fides, quando illis credimus quæ non videntur, & mentem ad dignitatem eius qui promissis intendimus: id quod profectio, & iustus ille fecit, sinceram & eximiam promissis fidem habens: iacirco, & à Scriptura Divina laudatur, mox enim addit: credidit Abraham Deo, & reputatum est ei in iustitiam. Vidisti quomodo & ante euentum, & impletionem promissorum, eo ipso quod credidit iustam mercedem accepit? Nam in iustitiam ei reputatum est, quod credidit promissioni diuina, & non humana ratiocinatione curiosus ea quæ dicta sunt explorauit. Discamus igitur & nos, obsecro, à Patriarcha Dei credere dictu, & eius promissionibus fidere, neque ea cogitationibus nostris indagare, sed magnam gratitudinem exhibere. Hoc enim nos & iustos declarare poterit, & assequi promissa facies.*

Ambrosius in Comment. super caput 6. Epist. ad Heb. Tomo 3. inquit: *Quis est sermo inchoationis Christi, nisi fides initium? sicut enim cum quis doctrinam litterarum inducitur, elementa oportet primum audire: sic et Christianus primum omnium de fide Catholica erudiri debet, quod est fundamentum salutis nostræ. Si autem opus habet de fide doceri, nec dum fundamentum habet. Firmum enim oportet & fixum esse hoc fundamentum in corde Christiani, ut inde dignus fiat, ad perfectionem aliarum transferri virtutum. Si autem quisquam veritatis verbum audiuit, & baptizatus est, & post amos, aliquid de fide iterum audiuit opus habet, quia credere oportet eum de resurrectione & futuro saculo, nec dum fundamentum habens, rursum initium Christianitatis querit. Quia enim fides fundamentum est, cetera vero superedificaciones sunt, etc.* Ex quibus sententia Ambrosij constat, quod vniuersalis fides est illa quæ iustificat, & salutem confert æternam. & non illa particularis circâ misericordiam Dei.

Hieronymus in Comment. super caput 5. Epist. ad Rom. Tomo 8. inquit: *Per tractata causa, quod nemo eorum ex operibus iustificatus sit, sed omnes ex fide: quod exemplo Abrahæ probat, cum se filios esse suis Indai præbuit: obtrudit ratione, quod non genus nec circumcisio, sed fides faciat filios Abrahæ, qui ex sola prima fide iustificatus est. Et qua fide iustificatus sit, in exposit. capitis 4. ait, non fide circâ misericordiam Dei, ut dicunt Sectarij, sed quia credidit ea quæ illi Deus reuelauit. sic autem dicit. *Contra spem nata est, et centum annorum homo ex muliere aquæ non fessa, quæ etiam in iuuentute sterili fuisse, semina suam sicut stellas cæli crederet esse futurum. Et infra nihil naturæ considerat fides: quia omnipotentem non esse qui dixit. Nec de se, nec de senectute impossibilitate, nec de promissionum magnitudine dubitauit. Dans gloriam Deo, plenissime, semens quæ quacumque promissit Deum, potens est & facere. Tanquam de præcepto gratias agens. Ideo reputatum est illi ad iustitiam, quæ tam perfecte & firmiter credidit.**

Secunda Conclusio. Fides iustificans non differt à fide historica, & miraculorum, quæ scilicet creduntur ea quæ sacra Scriptura narrat, & quæ creditur posse Deum miracula operari. Probatur fides historica est, quam habemus de his reuelatis, quæ Evangelistæ

Testimonium an
riquitatis desinit
sectariorum chi-
meris.

Testimonium
SS. Patrum.

Fides iustificans
non differt à fide
historica & mira-
culorum.

geliste v.g. scripserunt; Christum scilicet passum, mortuum, & sepultum esse, ac resurrexisse, & miracula operatum esse. Sed per hanc fidem historica saluamur, ergo per hanc iustificamur, seu eadem erit cum illa, qua remissionem peccatorum credimus, & potestatem miraculorum. Minor probatur ad Rom. 10. *Si in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris.* Ioannis 11. *Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me etiam si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uisus & credit in me, non morietur in aeternum: credis hoc? ait illi: utique Domine ego credidi, quia tu es Christus filius Dei uiuis, qui in hunc mundum uenisti.* & 1. Cor. 15. *Notum facio uobis Euangelium, per quod saluamini; quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum Scripturas: & quia uisus est Cepha, & post hoc undecim, &c.* ergo etiam hæc fides historica requiritur ad iustificationem eo quod una sit Christiana fides, quæ omnes veritates reuelatas continet.

Et quod eadem sit cum fide miraculorum, probatur; fides miraculorum est credere Deum esse Omnipotentem, & credere Christum id posse, est credere ipsum Deum esse, ideòq; Matth. 9. dicebat: *Creditis quia hoc possum facere uobis? dicunt ei: utiq; Domine: tunc tetigit oculos eorum dicens: secundum fidem uestram fiat uobis. & aperti sunt oculi eorum.* Sed hæc est fides quæ iustificat: ergo fides miraculorum est, sicut pars Catholice fidei, quæ iustificat. minor Probatur. Marci ultimo. *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: qui uero non crediderit condemnabitur; & hanc fidem quam saluti necessariam aperit, cum fide miraculorum uniat, dicens. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In uomine meo daemones eijcient: linguis loquentur nouis, serpentes colent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super agros manus imponent & bene habebunt.* & Apost. 1. Cor. 13. ait: *nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas, & loquitur Apostolus de fide iustificante, ut Calvinus etiam fatetur lib. 3. instit. cap. 18. §. 8. attamen de hac fide Apostolus paulò superius ait: Si habuero fidem, ut à ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* ergo fides iustificans omnia hæc credibilia sub se includit, tanquam genus plures species, vel tanquam species plura indiuidua. etenim fides Catholica est vnus habitus infusus à Deo, per quem omnibus credibilibus particularibus intellectus assentit, licet veritates particulares, quæ creduntur, sint plures, & diuersæ.

Nunc ad Obiectiones Sectariorum. Contrà primam conclusionem: prima Obiect. Matth. 9. *Videns Iesus fidem illorum dixit Paralytico: confide fili remittetur tibi peccata tua.* & infra: *confide filia fide tua te saluum fecit.* Luc. 17. *Vade, quia fides tua te saluum fecit.* & c. 18. *respice fides tua te saluum fecit.* ergo fides iustificans, in eo consistit, ut quis firmiter credat peccata sibi esse remissa ob merita Christi.

Verè inanis Obiect. & inepta. nam nullibi ex citatis locis habetur quemquam credere debere se iustificatum esse à peccatis ad hoc ut iustus sit, sicut enim ibi legitur. *Et ecce offerebant ei Paralyticum iacentem in lecto. & uidens Iesus fidem illorum, dixit Paralytico: confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* quam fidem vidit Iesus? illa scilicet, qua credebant ipsum esse Messiam filium Dei, Omnipotentem, & expectatum atq; promissum Saluatorem. ergo fidem illam habebant qua crede-

bant Iesum posse talia operari. dixit autè Paralytico: *Confide fili: id est crede me hoc posse facere, & spera me id facturum, & quia credidit & sperauit, Saluator dedit illi sanitatem, & etiam peccata dimisit.* Vbi autè habetur actus ille Sectariorum, scilicet credere se esse iustum & absolutum? nullibi. Simile dicendum est de locis illis sequentibus, licet non loquantur de remissione peccatorum, sed tantum de sanitate corporali: ut alibi diximus.

Secunda Obiectio. Marci 11. legitur. *Quidquid uerantes petitis, credite quia accipietis, & fiet uobis.* Sed credere quia accipitur est confidentia de misericordia Dei, ergo fides iustificans est fiducia misericordiae Dei. seu credere, quia Deus dimittet, & faciet, &c.

Respondeo hanc obiectionem grauitè peccare, quia Scriptura citata non illum sentum facit, quem ei Sectarij tribuunt, nam ly *credite quia accipietis*, proculdubio est fiducia, at hæc fiducia supponit fidem, qua omnes veritates reuelatæ creduntur, & spem superaddit, ne credens hæsitet, ut legitur Iacobi 1. *Postulet autem in fide nihil hesitans;* Undè idem est ac docere quod fides debeat spe roborari & fiducia, & omnem dubitationem excludere; sed non docet fidem iustificantem illam esse, qua quisq; credere debet se esse iustificatū, adhuc ut iustus sit. sicut etiam quando Saluator Chananeæ dixit. Matth. 15. *O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis;* non tantum fiduciam Chananeæ ibi apparet, sed etiam fides qua necessariò credere debebat, Christum posse talia operari, quæ ipsa petebat: illumque esse pium, & misericordem, atque expectatum Saluatorem mundi. addit etiam fiduciam super hanc fidem. Christus autem & filius fiduciam tantum laudauit, non est tamen dicendum non laudasse pariter illius fidem, quæ talis fiduciae fundamentum erat. imò multò magis; nam nisi quis credat aliquid esse possibile, quomodo confidere potest quod ita fiet? cum itaque homo petit à Deo iustificari, & quæ requiruntur sed habere cognoscat, tunc fiduciam iustificationis iurè potest habere, sed non qua credat se iam iustum esse (quia sic temeritas est, atque præsumptio: quia cum timore & tremore debemus nostram salutem operari, ut docet Apostolus ad Philipp. 2.) sed qua sperare debet in illum, qui misericors est & pius ad id præstandum. non est igitur illa fides iustificans, sed spes, quæ consequitur fidem: quæ fides est initium & fundamentum iustificationis. Præterea Sectarij credunt, quia acceperunt, & hanc fidem dicunt necessariam: ibi tamen dicitur *credite quia accipietis:* & non dicitur *credite quia accepistis.*

Tertia Obiect. 2. Paralip. 20. *Rex Iosaphat stans in medio populi, dixit: Audite me uiri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: credite in Domino Deo uestro, & securi eritis; credite Prophetis eius, & cuncta euenient prospera,* ergo fides necessaria, est fiducia de misericordia Dei.

Respondeo Iahazielem Prophetam, Regi & populo nunciasse in Templo quod Dñs eos liberare, decreuerat de manibus exercitus Moabitarum, & aliorum; ut ibidem legitur; orauerat enim Rex Dñm pro hac re. Cum autem exercitus Israel in campo esset paratus ad pugnandum: dixit Rex uerba præfata, ut scilicet populus Domino, & Prophetis eius crederet. stante igitur promissione Dei particulari, iure dixit Rex, ut populus crederet se gratiam promissam accepturum. ne scilicet per diffidenciam & infidelitatem, gratiam promissam impediret; nõ fit autè sermo

Fides Catholica, est vnus habitus includens omnia particularia credibilia.

Fidem de sua omnipotentia; & quod erat Messias, ut crederent hoc requirebat ibi Saluator.

Fiducia & confidentia quæ est actus spei, supponit fidem quæ iustificat.

Seculari vel igno-
rante vel mali-
tiosè verum Scrip-
tura sensum abij-
ciunt.

de iustificatione, & remissione peccatorum, idcirco obiectio non facit ad rem, quia si Deus alicui remissionem peccatorum specialiter revelaret sicut Magdalenæ peccata sibi esse demissa aperuit, tunc necessario credere deberet se iustificatum esse. at de facto aliter res se habet, unde cum timore, & tremore salutem nostram operari debemus: quia ut ait Ecclesiast. 9. *Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit: sed omnia in futurum servantur incerta.* Hæc itaq; obiectio sic concludit: credite quia Dominus liberavit vos de manibus Moabitarum in bello, ut promisit Dominus per Iahazielem Prophetam: ergo fides iustificans est fiducia de misericordia Dei. quid ineptius?

Quarta Obiect. Fides non iustificat ut respicit gesta Christi, & historias, leges, & præcepta operum; sed ut respicit promissionem salutis. ergo fides iustificans rectè definitur, quod sit fiducia specialis misericordiae propter Christum. Antec. probatur. quia illa fides historiarum non docet quomodo ab ira Dei liberemur, sed potius auget pauores, & desperationem. quod enim signum terribilius iræ Dei est, quam ipsam noluisse placari alia victima, nisi morte filij? Præterea fides iustificans facit querere Deum, fides autem minatur, & iudicij, absterret potius, & fugere compellit. Præterea fides de bonis operibus exequendis inducit potius ad desperationem, cum requirat exactam legis impletionem quam nemo prestare potest: ergo nulla istarum iustificat.

Respondeo negando assumptum. ad probationem dico fidem historiarum docere nos quomodo iustificemur: ut patet de historia Mariæ Magdal. de bono latrone, de Publicano, & David, &c. Quod augeat timorem, concedimus; sed timor ad iustificationem, ut dictum est superius, & non ad desperationem disponit. & homo cognoscens peccata iram Dei mereri ea non committit, & occasionem peccandi dimittit; & cum Deus peccatoribus minatur, id facit, ut peccare desinant, & ad Deum convertantur; quia *flagellat omnem filium quem recipit: ut legitur ad Heb. 12.* Et fides quæ docet bona opera, non inducit ad desperationem, sed monet bene operari oportere, ut æternæ hereditatis mercedem quisque valeat obtinere. audite Secularij verba Aug. lib. de Pastoribus c. 5. *Quales autem sunt qui timens eos ladere quibus loquuntur, non solum non preparant ad imminentes tentationes, sed etiam promittunt felicitatem huius sæculi, quam Deus ipsi sæculo non promissit, ille prædicat labores usque in finem venturæ ipsi sæculo et tu vis ab istis laboribus exceptum esse Christianum, quia Christianus est? aliquid plus passurus in sæculo. Etenim ait Apostolus: Omnes qui pie volunt in Christo vivere, persecutionem patientur. iam si tibi placeat pastor tua querens, non qua Iesu Christi; ille dicit: Omnes qui volunt in Christo pie vivere persecutionem patientur. tu dic, si in Christo pie vixeris, abundabunt tibi omnia bona, & si filios non habes, suscipies; & nutries omnes; & nemo tibi moritur. Hæc enim est edificatio tua? attende quid facias, ubi ponas, super arenam est quod constituis, venturus est imber, influxurus est fluvius, flaturus est ventus, & impingent in domum istam, & caderet & fiet ruma eius magna: leua de arena, et pone super petram; in Christo sit quem vis esse Christianum. attendas ad passiones Christi indignas, attendas ad illam sine ullo peccato, qua non rapuit exoluentem, attendas Scripturam dicentem. Flagellat autem omnem filium quem recipit. & parate flagellari; aut certe non queris recipi. flagellat autem omnem, inquit, filium quem recipit. & tu dicis, forte exceptus eris? Si exceptus à pas-*

Aug. Flagellat
doctrinam Secu-
lariorum.

sione flagellorum, exceptus à numero filiorum. ita ne, inquit, flagellat omnem filium? Prorsus flagellat omnem filium, & unicuique. & unicuique ille de Patris substantia natus, æqualis Patri in forma Dei; Verbum, per quod facta sunt omnia, non habebat unde flagellaretur, ad hoc carne indutus est, ut sine flagello non esset. Qui ergo flagellat unicuique suam peccata, nunquid relinquit ad opus non flagellatum cum peccato? & Matth. 11. *Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, & vos excluditis opera, quia in desperationem inducunt: non vultis fidem passionis Christi meditari, ut iustificemini; cum potius illa meditanda sit, ut dolor peccatorum inferat; cum causa fuerint, ut filius Dei immensissimam mortem subire debuerit. Sancti Dei homines hæc mente continuo ruminabant, quia spiritum Dei habebant, & Christum diligebant; vos autem Secularij, quia spiritum carnis & huius mundi habetis, nec Christum diligitis, sed ventrem, hæc abhorretis. Sed non vultis esse participes tribulationis, ergo nec Regni eritis, nam Ioannes Apoc. c. 1. ait: Ego Ioannes parateps in tribulatione & Regno. & Apoc. 2. Tim. 2. fidelis sermo: nam si commortui sumus & conuincimus: si sustinebimus, & conregnabimus. Ex his itaque quæ August. docet doctrinam vestram non esse Catholicam, imò nec Christianam: sed carnalem, animale, diabolicam cognoscere poteritis: hac enim ratione, præfatam doctrinam hic inferere volui.*

Doctrina Seculariorum de iustificatione, est hæc doctrina hæc.

DISPUTATIO III.

Qua sit causa formalis iustificationis.

Firmissima Catholicæ Ecclesiæ sententia semper fuit causam formalem iustificationis esse gratiam, & charitatem Dei, animæ nostræ infusam atque inherentem, qua homo dicitur formaliter iustus, ac Deo charus. idque non tantum ultimis temporibus, Sacrum Trid. Conc. docuit sess. 6. c. 7. dicens: *Demum unica causa formalis est, substantia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit: qua videlicet ab eo donati, remouamur spiritu mentis nostræ, & non modo repositamur, sed verò iusti nominamur & sumus, iustitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quæ Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem et cooperationem: quamquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini Nostri Iesu Christi communicantur, id tamē in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum sanctum, charitas Dei diffundatur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsi inhaerent: unde in ipsa iustificatione, cum remissione peccatorum, hac omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur fides, spēs, & charitas.* Sed à principio SS. Patres ita scriplerunt, ut inferius demonstrabimus: & post illos omnes Doctores Scholastici, qui per multa sæcula Concilium Tridentinum præcesserunt. At è contrà Secularij nouissimis temporibus, aliam Ecclesiam confingentes, de qua in Psal. 25. legitur: *Odium Ecclesiæ malignantiū.* hoc quod vera Christi Ecclesia semper credidit, ac docuit, negauerunt. Sed quæ quælo esse dixerunt quot capita, tot opiniones, Lutherus aliquando fidem,

Causa formalis iustificationis est charitas Dei, infusa in cordibus nostris.

fidem, quandoquē Christum fide apprehensum affirmat in Comment. Epist. ad Gal. super caput 2. Caluinus lib. 3. instit. cap. 11. §. 23. & cap. 16. §. 1. ait esse externam iustitiam Christi, qua quisque extra se iustus reputatur. Melancthon in Confessione Augustana art. 4. dicit esse fidem, sed in art. 20. & in Apologia Confessionis art. 4. 5. 6. & 20. Christi meritum dicit, vel fidem vt apprehendit misericordiam Dei: vt refert Card. Bellarm. lib. 2. de iustific. cap. 1. Osiander in libro quem scripsit contra Nicitoracem, quatuordecim opiniones de iustificatione narrat: & tandem asserit ex Lutero, causam formalem iustificationis, esse ipsam Dei iustitiam, qua essentialiter iustus est. Matthias Illiricus in Centurijs, Centuria prima lib. 2. col. 238. causam formalem esse omne opus, quod Christus homo & Deus, in vna persona mediator noster, pro humano genere præstitit. Bucerus in lib. Concordiæ duplicem iustitiam excogitauit, qua homo formaliter iustificatur. vnam imperfectam, quæ consistit in virtutibus nobis inhærentibus, alteram perfectam scilicet iustitia Christi nobis imputata. Sed quid mirum est, si Sectarij in tam varias de iustificatione opiniones proruperunt? nam omnis iustificationis sunt expertes. & de his omnibus de iustificatione, varia excogitantibus verificatur id quod August. Tract. 26. in Ioan. post initium Tom. 9. inquit. *Da amanti, & sentis quod dico: da desideranti, da seruenti, da in ista solitudine peregrinantiem asq; sicuti & fonte aterna patria suspiranti, da talem es. scit quid dicam. Si autem frigidus loquor, nescit quod loquor.* Sed Lutero, & Caluino, & sequacibus, quis magis frigidus?

Vt autem præfatas opiniones rejicere & redarguere valeamus, ad quatuor capita, quasi ad quatuor lignorum strues illas reuocabimus. Quod sit fides & remissio peccatorum. Secundò, quòd sit iustitia Christi & opera illius imputata. Tertio quòd sit iustitia Dei essentialis nos inhabitans. Quarto sit partialiter iustitia nostra inhærens, & iustitia Christi imputata. Quibus infra reiectis opinionibus: Catholicam sententiam deindè explicabimus, & formalem causam iustificationis non aliam esse nisi eam, de qua superius diximus; nempe iustitiam Dei nobis inhærentem, quæ est spiritalis qualitas animæ nostræ infusa, demonstrabimus. & vt hæc omnia ad maiorem vnitatem reducamus. sit præsens disputatio: an iustitia inhærens sit formalis causa iustificationis.

Nec erit, puto, incognitum apud Sectarios, si humanas scientias nouerint; quorum notitia, ad sacræ Scripturæ intelligentiam, non est inutilis; vt asserit Hieron. in Epist. ad Paulinum, quæ habetur in Prologo Bibliæ. & August. lib. 2. de doctrina Christiana Tomo 3. inhærentiam esse passionem accidentium, quorum propriè dicitur inhære, quia non habent in se esse subsistens, sed in subiecto. vel à quo pululant seu producuntur, vel cui inferuatur ab extrinseco agente. dona autem supernaturalia, indubitatum est, non esse substantias, quæ in se naturaliter existunt, independenter à subiecto, sed accidentia; non materialia: quæ sequuntur materiale substantiam; sed spiritua, quæ animæ nostræ vnuntur. & quia animæ non conferuntur vt illam perficiant in esse, animæ, & formæ substantialis; idè illam perficiunt in esse accidentali, eique inmittuntur vt formæ accidentales, adiuuantes illam ad bene operandū. igitur spiritua dona quæ à Deo animæ nostræ infunduntur, non possunt esse nisi accidentia illi inhæren-

tia, non de genere quantitatis, quæ est accidens pululans à materiali substantia, sed de genere qualitatis; non materialis, quæ formas corporeas cōsequuntur, sed spiritualia similia volitionibus, & intellectio-nibus, quæ ab intellectu & voluntate producuntur. Patebit autem inferius iustificationem esse donum Dei animæ nostræ traditū: & consequenter accidens inhærens animæ de genere qualitatis esse constabit. His ergò præmissis, quatuor statuimus cōclusiones.

Prima Conclusio. Causa formalis iustificationis nostræ non est iustitia Dei essentialis qua iustus est, vt nos inhabitat. Probatur. Deus, vt iustus est iustitia essentiali omnes inhabitat, etiam iniquos, & inanimata, &c. ergo si ipse vt talis, est causa formalis iustificationis, vnusquisque iustificatus esset. antepatet quia Deus vbique est per essentiam, potentiam, & præsentiam, & sicuti est; iustus scilicet, æternus, &c. Consequentia probatur, vbicunque ponitur causa formalis, ibi est effectus formalis, v. g. vbi ponitur albedo ibi oritur album. Sed Deus vt iustus iustitia essentiali, & vt omnem continet perfectionem, vbique est; vbique inhabitat; ergo omne esset iustum & iustificatum. quid ineptius tali opinione?

Sed dicet Osiander, Deus cum aliquem iustificat aliquid particulare per inhabitationē infert; sed peto, quid est hoc quod infert, vel aliquid, vel nihil; si nihil, argumentum est in suo robore; quia Deus est vbique eodem modo; & sic vnusquodq; esset iustum. si aliquid, ergo illud erit causa formalis iustificationis, quo quis specialiter iustus dicitur; ergo ab effectu aliquo Diuinæ voluntatis homo dicitur formaliter iustus, & non à iustitia essentiali Dei, quæ semper est vbique præsens. Vndè Aug. Epist. ad Honoratū 120. c. 30. Tomo 2. ait. *Illam namq; iustitia Dei commendatur in eo quod dicitur. Ignorantes Dei iustitiam qua nos ex eius gratia iusti sumus, vt ipsa Dei iustitia nos sumus cum iuste viuimus, credentes in eum qui iustificat impiū, non illa qua ipse iustus est æterna sua, & incommutabili iustitia. Hac itaq; iustitia qua nos Dei munere iusti sumus, significatur in Psalmo illo, vbi scriptū est; Iustitia tua sicut montes Dei. Montes quippe Dei, sancti eius sunt, de quibus alibi dicitur: suscipiant moēs pacem populo tuo.* & lib. de Spiritu & littera cap. 9. Tom. 3. ait: *Iustitia, inquit, Dei manifestata est: non dicitur iustitia hominis vel iustitia propria voluntati, sed iustitia Dei, non qua Deus iustus est, sed qua induit hominem, cum iustificat impiū.* & paulò post. *Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, hoc est per fidem qua creditur in Christum, sicut autem ista fides Christi ducta est, non qua credit Christus: sic & illa iustitia Dei, nō qua iustus est Deus. Virumq; enim nostrum est: sed ideo Dei & Christi dicitur, quod eius nobis largitate donatur.* Apertissimè. Opinio igitur Osiandri non est antiquæ Ecclesiæ sententia quam Augustinus narrat: sed de nouo somniata, & chimærizata.

Secunda Conclusio. Iustificatio nostra formaliter, non est tantum remissio peccatorū. Prob. Apol. ad Rom. 2. 5. inquit: *Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum, per Dominū Nostri Iesum Christum. per quē & habemus accessum per fidem, in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloria filiorum Dei.* Apol. ergo describens iustificationem, ponit fidem illius initiū & fundamentum; & gratiam pro termino & forma iustificationis de qua postea subdit: *charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Quæ ergo in iustificatione datur gratia, & charitas diffundatur in cordibus;

Causa formalis nostræ iustificationis nō est iustitia Dei qua ipse iustus est.

Ratio efficitur Augustino.

Iustificatio nostra non est tantum remissio peccatorum.

Ad quatuor capita reducitur omnes phantasie Sectariorum de iustificatione.

Necessitas humanarum scientiarū ad verum diuinæ intelligentiæ manifestanda.

non erit igitur iustificatio sola remissio peccatorum ; sed adhuc aliud positivum donum super animam , quæ iustificatur .

Secundò probatur ex cap. 3. ad Titum . vbi sic Apollolus ait : secundum misericordiam suam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis , & renouationis , Spiritus sancti , quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Salvatorem nostram , ut iustificati gratia ipsius , heredes simus secundum spem vitæ æternæ . Apollolus in iustificatione nostra dicit effusum esse Spiritum sanctum in nos : ergo iustificatio non dicit tantum remissionem peccatorum , sed infusionem gratiæ Spiritus sancti , quæ formaliter hominem iustificat .

In nostra iustificatione infunditur gratia Spiritus sancti .

Tertiò probatur ex cap. 8. ad Rom. Non enim accepisti spiritum seruitutis iterum in timore , sed accepisti spiritum adoptionis filiorum , &c. & Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestra , & induite nouum hominem , qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis : ergo per iustificationem non tantum accipimus remissionem peccatorum , seu iustificatio non solum est remissio peccatorum , sed acceptio spiritus adoptionis , scilicet gratiæ & donorum Spiritus sancti .

Quartò probatur auctoritatibus Sanctorum Patrum . August. serm. 16. de verbis Apostoli tom. 10. inquit : Iustificati sumus , sed ipsa iustitia cum proficimus crescit . & quomodo crescit dicam , & vobiscum quodammodo conferam , ut unusquisque vestrum , iam in ipsa iustificatione constitutus , accepta scilicet remissione peccatorum per lavacrum regenerationis , accepto Spiritu sancto , proficiens de die in diem , videat ubi sit , accedat , proficiat , & crescat donec consumetur , non ut finiatur , sed ut perficiatur . incipit homo à fide , quid pertinet ad fidem ? credere . Sed ait Apostolus Iacobus , & demones credunt , & contremiscunt . Si tantum credidit , & sine spe viuus , vel dilectionem non habes ; & demones credunt & contremiscunt . quid magnum est ? dicunt Christum filium Dei , hoc dixit Petrus & audierunt , Beatus es Simon Bariona : hoc dixerunt demones , & audierunt , obmutescite . Ille beatus dicitur ei , quia non reuelauit tibi : caro & sanguis , sed Pater meus qui in calu est : illi autem audiunt obmutescite , & hoc ipsum dicunt & repelluntur . Vna vox est , sed Dominus radicem interrogat , non florem . Vnde dicitur ad Hebraeos , Ne qua radix amaritudinis sursum germinans molestes , et per illam contaminetur malis ; prius ergo discerne fidem tuam à fide demonum . Vnde eam discernis ? Demones hoc dixerunt timendo , Petrus amando . adde ergo fidei spem . et quæ spes nisi de aliqua conscientia bonitate ? speique ipsi adde charitatem . Desuper eminentem vitam habemus , dicente Apostolo , supereminentem vitam vobis demonstrabo , si linguam hominum loquar et . Anis locum , charitatem autem non habeam , factus sum velut aramentum sonans , aut cymbalum tinniens : et cetera narrat bona , et sine charitate nihil prodesse confirmat . Mutescit ergo hac , fides , spes , charitas , maior autem horum est charitas . Secundum charitatem iustificatus ergo fidei vestram .

Testimonium veterum Patrum .

Et contra Pelagianos . opus . 106. tom. 2. Quævis fides in se non iustificat , sicut vnicius ; Deum partus est animam ipsius manifestans fides , non ex assensu Dei aliquid meriti præcedit bonum , sed ipsa gratia motus augensur aut meretur per se , comitante non daturus ; per se quæ non potest voluntate .

Chryso. Orat. 2. in Epist. ad Cor. tom. 4. inquit : Vnde quod remissio est sine peccatis , et sicut iustificatio ,

hoc superna erat donationis , & postea : Nam cum his chrysmatibus et donis , et alia virtute in memoriam reuocare oportet illum diem , et multis opus est laboribus ut perueniri possit ad finem . Et in Comment. Epist. ad Hebr. cap. 9. Hom. 17. propè finem tomo 4. ait . Si quis non est sanctus , non accedat : non solum inquit , à peccatis purus , sed etiam sanctus . Sanctus enim non facit solum liberatio à peccatis , sed etiam præsentia spiritus et bonorum operum copia . Et Hom. 13. in Epist. ad Rom. cap. 8. ait . Vt iustificatio legis in nobis impleatur , qui non secundum carnem ambulamus , addidit . Sed secundum spiritum : ostendens non oportere modo à malis abstinere , sed et in bono florescere : nam tibi coronam donasse , illius : donata autem retinere , tuum . Etenim quæ legis erat iustificatio , non esset executioni obnoxium , id tibi perficit Christus . ne igitur tantum donum perdas , sed perpetuò asseruato pulchrum hunc thesaurum : tibi enim hic demonstrat lauacrum nobis non sufficere ad salutem : nisi et lauacro accepto , vitam dono dignam exhibeamus . itaque rursus legi patrocinar , hac dicens ; nam posteaquam in Christo crediderimus , sunt omnia faciendæ , ac præstandæ , ut illius iustificatio , quod implet Christus in nobis hæreat , non etiam corrumpatur .

Gregorius lib. 16. Moral. in 23. caput Iob cap. 12. ait . Quia enim diuina nos bonitas , ut innocentes faciat præuenit , Paulus ait : Gratia autem Dei sum id quod sum . et quia eandem gratiam nostrum liberum arbitrium sequitur , adiungit : & gratia eius in me vacua non fuit , sed abundantius illi omnibus laboram , quia dum se de se nihil esse conspiceret , ait : Non autem ego . & tamen se esse aliquid cum gratia inuenit , adiungit : Sed gratia Dei mecum , &c.

Ambrosius in Comment. super Lucam lib. 1. tomo 3. ait : Nam cum Ecclesia ex gentibus , hoc est , ex peccatoribus congregata sit , quomodo ex maculatis immaculata potest esse , nisi primo , per Dei gratiam , quod abluta à delicto sit ; deinde quod per qualitatem non peccandi abstinere à delicto ? ita nec ab initio immaculata (humana enim hoc impossibile natura) sed per Dei gratiam , & qualitatem sui , quæ tam non peccat , fit ut immaculata videatur .

Tertia Conclusio . Iustificatio formaliter non est imputatio iustitiæ Christi in nobis . Probatur . stultum esset asserere albedinem v. g. quæ inhæret hominibus Aquilonaribus posse Æthiopiæ incolis apprehendi , & per illam denominari albi , quia albedo cum sit Aquilonarium forma , illos tantum facit denominare albos ; & vbi non est albedinis forma , impossibilis est illa denominatio realis ; seu à parte rei . Sed iustitia qua Christus iustus est , illum facit , & denominat iustum : quia illius est iustitia , ergo chimericum est excogitare illam iustitiam , quæ Christum reddit iustum . reddere etiam nos formaliter iustos .

Forma inhærens vni subiecto , non potest denominare aliud subiectum .

Præterea si apprehendere iustitiam Christi , ut nobis imputatam , facit nos formaliter iustos , ergo apprehendere vnionem illius hypostaticam ad verbum , faceret omnes homines Deos . quis sic delirauit vnquam ? verè Sectarij sunt iusti imaginarij & chimerici , sed à parte rei , iniusti & gratiæ Dei expertes .

Secundò probatur . Sententia Catholica in re tanti momenti non debuit latere in principio Ecclesiæ ; imò ad nos descendere , vel per Scripturas , vel per traditiones , vel per Sanctorum Patrum auctoritatem . at hæc sententia de imputatione iustitiæ Christi

Inuentio de im-
putatione iustitię
Christi omni sa-
culo fuit inaudita

Christi nullibi haberetur; nec in Scriptura, quia illa quas ipsi adducunt nihil de huiusmodi re docent, vt in solutione obiectionum patebit, non ex traditionibus, quia nunquam Ecclesia talem habuit doctrinam, nec in Oriente, nec in Occidente, nec in Austro, nec alibi, & possunt Ecclesię Gręcorum super hoc interrogati. omnibus autem patet Orientales Sacramenta Baptismi & Pęnitentię habere pro iustificatione, sicut Romana & Occidentalis Ecclesia. non apud Patres, quia nemo illorum talia docuit; nec poterunt vnquam Sectarij vnum pro se adducere. ergo est noua dęmonum adinuentio ad perdendas animas.

Tertiõ probatur. Scriptura apertę aliquorum iustificationem describit, vt Lucę 7. Marię Magdalę. & Lucę 18. Publicani. & tamen non afferitur ibi ratio iustificationis eorum, imputatio iustitię alienę, nec aliqua imaginatio nec apprehensio, &c. sed aliz assignantur causę, vt alibi diximus. ergo inaniter & absque fundamento Sectarij laborant, huiusmodi excogitationes quęritando, cum tantum seiplos, & plebem decipiant & perdant.

Quartã Conclusio. Iustitia formalis qua iusti seu iustificati denominamur, est qualitas, animę nostrę inherens. quę in Scripturis dicitur, gratia, charitas, & iustitia. Probatur. Paulus ad Roman. cap. 3. inquit: *Iustificati grati per gratiam ipsius, per redemptionem qua est in Christo Iesu, quem proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitię suę propter remissionem precedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitię eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus, et iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi.* Verę Apostolus nullibi tam apertę docuit modum nostrę iustificationis, nam dicit primõ, *iustificati grati*, quia non ex operibus precedentibus, sed ex gratia & benignitate Dei. addit, *per gratiam ipsius*; idest per effectum suę benignitatis, qui est gratia nobis inherens; quia primõ dixit gratis, idest ex liberalitate, ergo *per gratiam ipsius*, non est trahendum ad eundem sensum; nam frustra replicaretur illa particula, essetque superflua; ergo supposita beneuolentia & liberalitate, per *ly gratis*; aliquid aliud per *ly gratiam* insinuat, quod nobis infunditur; per quod formaliter iustificamur. Subdit; *per redemptionem qua est in Christo Iesu.* En causa meritoria: tandem & infert: *per fidem in sanguinem ipsius.* & tunc dispositiones iustificationis assignat, & fidem præcipuę, quę est fundamentum & initium omnis nostrę iustitię.

Probatur autem quod hæc iustitia, seu gratia, & charitas, sit qualitas inherens & informans animam nostram Sapientię cap. 7. Sapiens de hominis iustitia sic ait: *Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat.* hanc sapientiam esse iusticiam, qua iusti dicimur, patet, quia Deus iustos diligit, & non iniustos. & Sapiens dicit, hanc sapientiam in animas sanctas se transferre, amicos Dei & Prophetas constituere. itaque de iustitia hominis loquitur, ea scilicet qua iustus dicitur. Sed paulõ superius de hac iustitia dicit, quod est *vapor virtutis Dei, et emanatio quadam est claritas Omnipotentis Dei facta*; ergo formaliter est quid à Deo productum; & non ipsa formalis iustitia Dei, sed aliquid animę nostrę inherens, & nobiscum inhabitans.

Tertiõ probatur Conclusio. Hęc iustitia qua iusti dicimur & sumus, illa est charitas de qua Apostolus ad Rom. 5. inquit: *quia charitas Dei diffusa est*

in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. & ad Titum 3. ait: *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum: ut iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitę aternę.* at effundi, & diffundi in cordibus, & dari nobis, non competit Deo, vt Deus est quia ille non effunditur & diffunditur; nec conuenit de Deo & de iustitia illius, quę ipse Deus est. quia quidquid est in Deo, est ipse Deus. itaque modus hic loquendi de Deo esset improprius & indecens; ergo Apostolus docet nos iustificari per quid à Deo effusum, productum, cordibus nostris inherens.

Quartõ probatur. Donum, & datum formaliter præfert aliquid positium extrã donantem existens: sed iustitia, charitas, iustificatio; quod idem est in præsentibus; dicitur donum; ergo formaliter est aliquid positium extrã Deum donantem existens; & nobis, qui donum recipimus, inherens. maior patet ex vñ nominis, & ex rei significatione. Minor probatur ad Rom. cap. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. si enim vnus delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitię, accipientes in vitã repugnabunt per vnum Iesum Christum.* Iacobi 1. *Omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.* ad Rom. 5. *Sine penitentia enim sunt dona & vocatio Dei.* 2. Cor. 9. *Gratias Deo super inenarrabili dono eius.* ad Ephel. 2. *Dono autem, qui datus est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccati, communiuicauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati.* & infra: *Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriatur.* & ad Heb. 6. *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum celeste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt, &c.* Constat igitur non tantum ex significatione doni, sed ex modo loquendi Scripturarum, iustificationem formaliter esse quid à Deo productum, nobisq; inherens.

Quintõ probatur. Apostolus 1. ad Cor. cap. 13. de charitate qua proculdubio iustificamur; ait: *Si linguę hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, &c.* & infra: *charitatem autem non habuero.* & postea: *charitas patiens est, benigna est: charitas non amulatur, non agit perperam, non inflatur, &c. charitas nunquam excidit.* & tandem: *Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.* Sequimini charitatem, amulamini spiritualia, &c. ergo charitas qua iustificamur in nobis est, nobisque inherens sicut fides & spes. quid clariùs ex Apostolo? ac Sectarij volunt esse noctuę, quę in meridie cocutiunt.

Sextõ probatur. 1. Cor. 3. *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Templum Dei sanctum est, quod estis vos: & cap. 6. Membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est.* Sed quid Apostolus his verbis inferre voluit? nam vbi Spiritus sanctus adest, ibi etiam est Pater. & Filius. loquebatur igitur de nostra sanctificatione & iustificatione, quę Spiritui sancto attribuitur, vt patet. sed quomodo iustificati, sunt templum Dei, fortę quia Deus est ibi tantum præsens? nequaquam; nam vbiq; præsens est etiam iniquis. ergo necessariõ dicendum est quod iustificati præsens est. per effectum

Iustitia qua iusti dicimur & iustificati est aliquid quod effunditur & diffunditur in cordibus nostris.

Donum est quid extrã donantem proprię loquedo.

Iustitia qua iusti dicimur formaliter est accidens animę nostrę inherens spirituale quod dicitur charitas.

Gratia qua iustificamur describitur vapor virtutis Dei

Charitas qua iustificamur est nobis sicut fides, & spes, inherens, vt dicit Apostolus.

tum sanctificationis, & infusionis iustitiæ, & gratiæ.

Septimò probatur ad Rom. 8. *Quicumque Spiritus Dei aguntur, ij sunt filij Dei.* Igitur illi sunt iustificati, qui aguntur Spiritu Dei, sed quid est agi à Spiritu Dei nisi effectus Spiritus sancti, & actionis Dei recipere? ergo in iustificatione aliquid à Deo productum recipitur in homine, qui iustificatur.

Octauò probatur Hierem. 31. Vaticinans de iustificatione, quæ est per Christum ait. *Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda secundum novum: non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum: ut educerem eos de terra Ægypti: pactum quod irritum fecerunt. Et ego Dominatus sum eorum, dicit Dominus: sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel: post dies illos dicit Dominus: dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.* Ex modo igitur loquendi huius Scripturæ, constat, dona Dei in cordibus nostris infundi, nobisque inhzrere. Si autè de intelligentia legis hoc verum est, cur idem de charitate, & gratia quæ iustificat; non est dicendum?

Nonò probatur Conclusio auctoritate Sanctorum Patrum. August. tom. 2. Epist. 85. in fine: *Non ergò Deum nostra iustitia similem cogitemus: sed cogitemus nos potius tantò similiores Deo, quanto esse poterimus eius participatione iustiores. Si ergo cauendum est, ne iustitia nostra similem putemus Deum, quoniam lumen quod illuminat, incomparabiliter excellentius est illo, quod illuminatur: quanto magis cauere oportet, ne aliquid inferimus, & quodammodo decoloratum eum esse credamus, quam est nostra iustitia? quid est autem aliud iustitia, eum in nobis, vel qualibet virtus, qua rectè sapienterque vivitur, quam interioris hominis pulchritudo? & certè secundum hanc pulchritudinem magis, quam corporis, facti sumus ad imaginem. Undè nobis dicitur, Nolite conformari huic sæculo, sed renouamini in nouitate mentis vestra, ad probandum vos, quæ sit voluntas Dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum. Si ergò non in mole nequè in distansibus per loca sua partibus sicut corpora, sed cernuntur, siue cogitantur, sed in virtute intelligibili qualis est iustitia, mentem dicimus, seu nouimus, seu volumus pulchram, & secundum hanc pulchritudinem reformamur ad Imaginem Dei, profecto ipsius Dei, qui nos reformauit, & reformat ad Imaginem suam, non aliqua mole corporea suspicanda est pulchritudo, eoque iustorum mentibus credendus est incomparabiliter pulchrior, quo est incomparabiliter iustior. Et Conc. 26. in Psalm. 118. tom. 8. inquit. *Iustitia virtus est animi magna, præcipueque laudabilis. Quis fecit in homine iustitiam, nisi qui iustificat impium? hoc est per gratiam suam de impio facit iustum.* & de Spiritu, & littera cap. 9. tom. 3. ait: *Iustitia inquit Dei manifestata est: non dixit, iustitia homini, vel iustitia propria voluntatis: sed iustitia Dei, non qua Deus iustus est, sed qua iudicauit hominem cum iustificat impium.**

Gregor. in Exposit. Moral. super cap. 26. Iob lib. 17. cap. 8. ait: *Omni namque vir iustus, Dei illustratione iustus est: non comparatione.* Et lib. 14. in 19. caput Iob cap. 19. ait: *Gloria quippe vniuscuiusque iustitia est: sicut verò vestimentum sequi à frigore, ita iustitia munit à morte. Undè non inmerito iustitia vestimento comparatur, cum per Prophetam dicitur Psalm. 131. Sacerdotes induantur iustitiam.* Et lib. 1. Epist. ex Registro, Epist. 46. Theodoro Duci Sardinia, inquit: *Iustitiam, quam mente gerit, oportet coram hominibus luce operum demonstrari.*

Hieronym. lib. 1. aduersus Pelagianos Tom. 2. inquit: *Hæc est hominis summa iustitia, quidquid potuerit habere iustitia, non tantum esse putare, sed Domini, qui largitus est.* Et lib. 3. *Nunc mundus factus est in lanacro, & de te dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, & lota quidem sit, sed custodire non valeat puritatem suam, nisi à Domino sustentetur.* Non ponit itaque illam in imputatione iustitiæ alienæ.

Accedant nunc obiectiones Sectariorum contra præmissas conclusiones. Prima Obiectio. Ad Rom. 4. Apost. ait: *Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei.* Ergo iustitia Christi est nostra iustitia, vt nobis imputata.

Respondeo, quod distat consequens ab antecedenti sicut ortus ab occasu; Paulus enim docet nostram fidem imputari nobis ad iustitiam vt patet, non autè opera legis, vel opera antè fidem facta nos iustificare. Quomodo ergò sequitur iustitiam Christi nobis imputatam esse nostram iustitiã, vbi habetur hoc? imò ex his verbis Apostoli oppositum concluditur; nam ibi dicitur, quod iustitia nostra sit fides, qua credimus. itaque hoc argumentum ita concludit. Fides iustificat, & non opera antecedentia Christi fidem, vt ibi docet Apostolus. Ergo iustitia Christi est iustitia nostra. quid ineptius?

Secunda Obiectio. Ad Rom. cap. 5. Paulus ait: *Sicut per vniuersi delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vniuersi iustitiam in omnes homines in iustificationem vita.* Sicut enim per inobedientiam vniuersi hominum peccatores constituti sunt multi: ita & per vniuersi obediendum iusti constituentur multi. Ergo iustitia Christi est iustitia nostra, vt nobis imputata.

Respondeo, quod sicut peccatum Adæ, quod in in illo fuit actuale, non est eodem modo nobis actuale: ita à pari iustitia Christi, qua ipse actualiter, & formaliter est iustus, non potest esse nostra actualis, & formalis iustitia; & sicut iustitia, qua formaliter Adam iustus fuit, non est illam et iustitia numero, qua nos iusti fuimus, si status innocentia durasset; sed vnusquisque suam possedisset: ita iustitia, qua Christus fuit formaliter iustus, non est formaliter nostra iustitia; sed tantum causa meritoria, vt quisque suam obtineat. Sicut igitur Adam causa fuit, vt quisque iustitiam originalem propriam, & particularem perderet, sic Christus causa meritoria fuit, vt omnis per fidem in eum, iustitiam particularem, & propriam à Deo recipiat. Hæc est paritas in hoc genere inter Adam, & Christum, de qua Apostolus ibidem. & quod ita sit, patet ex illis verbis Apostoli ibi. *Si enim vnus delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes in vitam regnabunt per vnum Iesum Christum.* Non dicit accipientes iustitiam Christi propriam, & singularem omnibus imputatam; sed omnes accipientes abundantiam gratiæ, & donationis; nos igitur accipimus etiam iustitiam, non Iesu Christi, sed per Iesum Christum. Sic ait Apostolus; non est igitur iustitia Christi iustitia nostra, nec iustitia nostra iustitia Christi; sed iustitia nostra, quam accipimus est per Iesum Christum. Puta per causam meritoriam, ideo sequela illa ergo iustitia Christi est nostra iustitia, est inanis.

Tertia Obiectio. 1. Cor. 1. *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.* Ergo iustitia Christi est nostra iustitia, qua iustificamur.

Respondeo, quod si sensus præcitæ Scripturæ ille est-

Cetera dona Dei animæ nostræ infunduntur, idem dicendum est de charitate, qua formaliter iustificatur.

Testimonium veterum Sanctorum Patrum.

Obiectio inæquiva.

Sana expositio similitudinis, quam Apostolus ponit inter Adam, & Christum.

Iustitia nostra est per Iesum Christum, sed non Iesum Christum.

Proposio Calvini dicit ad ineptissimam sequelas.

le esset, quem Calvinus composuit, & finxit; sequeretur quod si per iustitiam Christi non sumus formaliter iusti, etiam essemus per sapientiam eius formaliter sapientes. & per Redemptionem eius formaliter Redemptores. Sequela patet, quia eodem modo dicit de iustitia, ac de sapientia, & redemptione: ergo si nos formaliter iusti sumus eius iustitia, etiam formaliter sapientes essemus sua sapientia; & essent in nobis omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei; sicut in Christo: quod tamen falsissimum est. non enim competit nobis eius sapientia imputatiue, sic nec eius singularis iustitia, qua iustus est, nobis fit imputatiue, nostra iustitia. Sensus autem verborum Apostoli est, omne bonum à Christo ad nos provenisse, quia ipse est omne bonum, & omnis sapientia, & Græcos, qui sapientia humana, & Iudæos, qui lege Moylis gloriatur, signa querentes malè operari, quia nobis fidelibus Christus est sapientia, redemptio, & sanctificatio: idèò subdit: qui gloriatur in Domino gloriatur, non distinguit autem Apostolus an Christus sit formaliter vel efficienter, & meritoriè nostra iustitia, & sanctificatio, sed omne quod habemus boni, à Christo nos habere docet. Et quod ita sit. En Apostoli verba.

Quoniam Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quaerunt, nos autem predicamus Christum Crucifixum, Iudæi quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocati Iudæi atque Græci, Christum Dei virtutum, & Dei sapientiam. Et infra. Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, &c. Et tandem. Ex ipso vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur in Domino gloriatur. Intelligi autem debet vnumquodque iuxta genus suum: Nam etiam Deus legitur Psal. 70. patientia nostra. Tu es patientia mea Domine. Salus mea, fortitudo mea, &c. Deus tamen non est formaliter, vel imputatiue salus, & patientia nostra: sed casualiter, & effectiue. Ita à pari. Christus non est sanctificatio, & iustitia nostra formaliter, sed meritoriè; quatenus ex merito eius conceditur nobis à Deo iustitia inherens, qua iusti dicimur, & sumus.

Quarta Obiectio. 2. Cor. 5. Eum qui non novenas peccatum, pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Undè dicunt: quod ita nos iusti sumus iustitia Dei, quæ est in Christo: sicut ipse dicitur peccatum, idèst peccator, per peccata quæ sunt in nobis, sed peccata nostra imputantur illi: ergo formaliter ipsius iustitia nobis imputatur: erimus igitur iusti, iustitia Christi, ut nobis imputata.

Respondeo Christum ob nostra peccata non fuisse formaliter peccatorem, sed tantum secundum satisfactionem, quam pro nobis suscepit, & exhibitionem pretij nostræ redemptionis, peccatum, seu peccatorem denominatum fuisse. Exempli gratia. Si aliquis à Turcis, & piratis captus fuerit, & pretium suæ redemptionis non habeat: tunc si aliquis ex charitate, vel decreto Regis pretium exhibeat: ille dicitur quodammodo factus captivus, quia soluit tanquam si ipse fuisset captivus. ita in calu: Homines ob peccata in dæmonis captivitatem pervenerant, nec pretium redemptionis propriæ poterant habere: Christus autem ex charitate, & decreto Divino per passionem suam pretium solvit pro peccatis nostris: non fuit igitur ipse peccator, & peccatum propriè, sed transfusivè, & similitudinariè; quia penam solvit, tanquam si ipse fuisset peccator, in quo sensu legitur Ierem. 53.

Christus virtutes nostras est meritum nostræ iustitiæ.

Christus factus est pro nobis peccati ratione penam, qui iustis pro humano genere in ligno Crucis.

Posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum. Et in Psal. 128. Suprà dorsum meum fabricaverunt peccatores. Cum igitur Apostolus dicit, Eum qui non novenas peccatum, pro nobis peccatum fecit. Idèst is qui non est peccator, penam lumpsit peccatorum, tanquam si ipse fuisset peccator, cum pro aliorum peccata pretium solvent, & peccata nostra fuerunt hoc modo illi imputata. Cum autem dicunt, ergo pari modo, & nos iusti dicimur iustitia ipsius: negatur paritas: duplici ratione; primo, quia non essemus verè iustificati, sicut ille non fuit verè peccator, quia tantum nostrorum peccatorum, non culpam, sed penam suscepit. Secundo, quia non repugnat aliquem solvere debitum pro alio, repugnat autem aliquem esse iustum pro alio: quia sic posset quis esse iniquus, & iustus simul, & semel, induendo alterius iustitiam cum propria iniquitate. præterquamquod iustitia dicit quid particulare eius cuius est, & proprium, & non quid alienum. idèò paritas est ineptissima.

Ad illud: ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Idem est ac si diceret, ut iusti efficiamur in ipso, seu per ipsum. Sed cur non dixit potius, ut efficeremur iusti, cur dixit iustitia? Respondet Bellarminus loco citato. ut servetur antithesis: quia dixerat Apostolus Christum factum esse peccatum, idèst hostiam pro peccato; maluit subdere iustitiam, & non iustus; sicut etiam homines iusti non dicuntur Matth. 5. lucentes, & fulgentes, sed lux. Vos estis lux mundi. & ad Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Sed adhuc instabunt Sectarij. Si vero igitur Christus dicitur peccatum, quia peccata nostra imputantur illi, ita à pari nos dicimur iusti, quia iustitia illius imputatur nobis.

Respondeo negando paritatem, ut nunc diximus; ratio, quia possibile est aliquem solvere pretium peccatorum alienorum. Sed impossibile est aliquem fieri iustum formaliter aliena iustitia. Et sicut impossibile est quod quis propriè, & formaliter sit peccator ob aliena peccata, quis aliud est solvere pretium pro alijs, & aliud est fieri formaliter peccator ob aliena peccata; nemo enim denominari potest. Et fieri albus ob formam albedinis alteri inexistentem: inauditum est hoc: ita impossibile est quod aliquis fiat iustus ob formam iustitiæ alteri inexistentem, nec fieri iustus ob alienam iniustitiam. Aliter enim circa hoc philosophari, signum evidens est insitiæ. Doctè dicant.

Quinta Obiectio. Ad Ephes. 4. dicitur. Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate. Vultur Apostolus similitudine induenti. at indumentum est extrinsecum homini, ergò nos iustificamur per iustitiam extrinsecam, & alienam, quam fide apprehendimus, & induimus ad vitandam turpitudinem nostram, ne oculos Dei offendat. Cõfirmatur exemplo Iacob, qui indutus vestimento primogeniti; ac pro primogenito reputatus, benedictionem, & hereditatem à Patre obtinuit.

Respondeo aptissimam esse similitudinem induenti ad ostendendum nos iustificari gratia inherente estque exemplum Christi Matth. 22. de veste nuptiali. Nam sicut vestis nõ est de specie corporis, quod circumdat, ita gratia non est corporalis qualitas, sed supernaturale donum, & sicut indumentum est extrinsecum homini, ita gratia provenit ab extrinseco, quia à Deo producitur, & est accidens inherens, quod est extrinsecum quidditati, & entitati hominis, sicut omne accidens est extrinsecum quidditati substantiæ;

Facitas iuxta sensum Calvini non potest substatere.

Responso Bellarmini aptissimum.

Similitudo induenti est aptissima ad explicandam iustificationem nostram.

ergo

216 DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA.

ergo nos iustificamur per iustitiam extrinsecam, in hoc sensu concedimus. Sed si intelligant de aliena, id est de iustitia Christi, negamus, quia illa est indumentum Christi. & iustitia nostra est indumentum nostrum: quod licet ab extrinseco veniat, tamen cum nobis confertur, dicitur nostrum particulare, sicut indumentum quo Petrus vestitur, dicitur illius, & non alterius. Ad exemplum Iacob, qui indutus est veste aliena, ut benedictionem obtineret: dico, quod non facit ad rem, quia ille tulit primogenita fratri suo Patrem decipiendo, quia cecutiens erat: at homo peccator non potest se abscondere ab oculis Dei, nec peccata sua tegere, quia omnia sunt nuda, & aperta oculis eius, & qualis est, talis habetur: Mysterium autem huius operis non est hoc, sed illud, quod August. explicat Tom. 5. i 54. i. K.

Sexta Obiectio. In Psalm. 31. legitur, & ab Apostolo citatur in Epist. ad Rom. cap. 4. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. beatus vir cui non imputatus Dominus peccatum.* & querit hoc loco Calvinus, an hæc sit plena definitio iustificationis, an dimidia: si plena & adæquata est, ergo iustificatio in sola remissione peccatorum consistit, cum de infusione virtutum, & gratiæ inherens, nulla fiat hic mentio. Si dimidia, & inadæquata, ergo non dicitur iure beatus, quia non est totaliter iustificatus. David autem illum dicit beatum, cui non imputavit Dominus peccatum: ergo iustificatio in sola remissione peccatorum consistit, & non in infusione gratiæ inherens.

Huic obiectioi respondeo cum Card. Bellar. lib. 2. de iustific. cap. 9. quod pari modo posset, quis Calvino obijcere illud Psalm. 111. *Beatus vir qui timet Dominum.* & illud Psalm. 118. *Beati immaculati in via, qui ambulavit in lege Domini.* Num sit hæc plena, & adæquata definitio iustificationis, si non, cur illos dicit Beatos, cum non sint nisi ex media parte iustificati, si sic: ubi est remissio peccatorum, & non imputatio peccatorum? Potest igitur ad omnes huiusmodi questionem responderi, non poni in his locis integram definitionem iustificationis aut beatitudinis, sed explicari solum aliquid, quod pertinet ad iustificationem, vel beatitudinem acquirendam: nam hoc etiam modo accipimus illa Domini verba Matth. 5. *Beati pauperes Spiritum, beati miseres, beati qui lugent.* Et alia quæ eo loco sequuntur. Nequæ Apostolus ad Rom. 4. allegat hoc testimonium Psalmi, ut definiat integrè iustificationem, sed solum ut probet iustificationem veram, esse donum Dei; nec posse proprijs viribus obtineri; id autem rectissime probat ex eo quod David beatum dicit eum, cui Deus peccata remittit, hoc est qui dono, & gratia Dei iustificatur. Potest etiam responderi, in his verbis definitionem integram, sed implicitè, contineri. Nam remissio peccatorum non potest fieri, nisi iustitia infundatur, quomodo non fugatur tenebræ, nisi lumen succedat. Quod Apostolus ipse manifestè indicat cum ait. *David dicit beatitudinem hominibus, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus.* *Beati quorum remissa sunt iniquitates, &c.* Vbi ex non imputatione peccatorum colligit imputationem iustitiæ, ac per hoc docet, non posse duo ista separati remissionem peccati, & donationem iustitiæ.

Septima Obiectio. Apostolus ad Rom. 10. de Iudæis inquit: *Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuerunt, iustitia Dei non sunt subiecti.* quod nobis etiam applicant, quia pari modo ignorantes Dei iustitiam nobis imputatam, & nostram inherens,

quærentes cõstituerunt, iustitiæ Dei subiecti non sumus. Respondeo Apostolum causam discutere cur Iudæi non apprehenderunt iustitiam, scilicet quæ per fidem est. & sic respondet, cap. 9. *Quid ergo dicemus quod gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiam autem quæ ex fide est. Israel verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non pervenit. quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Syon lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eum non confundetur.* Deinde immediatè sequitur cap. 10. eundem sermonem continuans. *Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem: testimonium enim perhibeo illis, quod emulationem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuerunt, iustitia Dei non sunt subiecti.* Constat itaque Apostolum arguere Iudæos, qui iactantes se de operibus legis, & de observantia legis, noluerunt credere, & fidem Christi recipere, ut per illam iustificarentur; sed tenebant se iustos, quia legem veterem servabant, & sic ignorantes iustitiam Dei, quæ per fidem Christi habetur, & confertur, iustitiæ Dei non sunt subiecti, hoc est, non inveniuntur à Deo iustificati. Apostolus igitur duo impedimenta assignat, cur Iudæi iustificati non fuerint: Primum est iactantia de iustitia operum legis, de qua iactantia inquit August. serm. 49. de tempore. Tom. 10. *Et melior est peccator humilis, quam iustus superbus.* Ideo ait: ad Philipp. 3. *Et inveniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sicut Iudæi putabant, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu.* Secundum, incredulitas. Idque textum legenti patet, non autem quia putabant se habere iustitiam inherens à Deo, quia iusti essent, ut Sectarij opinantur. Cum igitur nobis applicent hoc factum, potius delirant, quam aliquid concludant; quia nos non dicimus esse iustificatos, quia bona opera habuimus; sed quia credidimus in Christum, ideò dicimus recepisse iustitiam nobis inherens à Deo per merita Salvatoris; est igitur nostra iustitia, quia nobis inheret, & non alia causa, non quia data sit ob merita nostra fidem præcedentia; ceterum hæc iustitia nobis inherens, est iustitia Dei casualiter, & effectivè, quia ab ipso producitur, dicitur iustitia etiam Christi, quia ipse est illius causa meritoria; & nostra, quia nobis inheret; nosque perficit, & iustificat. videant igitur Sectarij, quam ineptè hæc quæ Paulus dixit de Iudæis, Catholicis obijciant.

Octava Obiectio. 2. Corinth. 5. Apostolus ait. *Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis.* Ex quibus patet Apostolum constituere iustificationem in eo, quod peccata non imputentur. quia dicit mundum reconcilians sibi non reputans illis delicta ipsorum.

Respondeo consuetudinem sacrarum Scripturarum esse, ut superius dictum est, eum plura ad unum aliquid concurrunt, nunc de vno tantum, & nunc de alio mentionem facere. quia ver. gr. ad iustificationem plura concurrunt, ut fides, timor, spes, dilectio, penitentia, &c. ponitur aliquando causa iustificationis timor tantum: ut Ecclesiast. cap. 1. *Qui non timet non poterit iustificari.* aliquando dilectio. ut Lucæ 7. *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum;* siletur autem ibi fides, non quod illa non requiratur ad

Responso Bellar. apertissimum.

Remissio culpæ est cum infusione gratiæ.

Apostolus in causis narrat ex Iudæis iustitiam non faciam.

Cum plura unum eorum solet Scripturae vniuersæ alterius se tunc mentis facere.

ad iustificationem; sed quia tunc exempli gratia, dilectionis sermo magis faciebat ad rem; vel alia quacunq; causa. quia igitur in citato loco mentio fit tantum de remissione peccatorum, non est dicendum iustificationem in sola remissione peccatorum esse, sed etiam infusionem gratiæ, & donorum includere: de qua Apostolus aperte loquitur ad Rom. 5. *Sinem vnus delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ, accipientes, in vna regnabunt per vnum Iesum Christum.* Itaque in iustificatione accipimus abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ. & non tantum peccata remittuntur, seu non imputantur.

Nona Obiectio. Act. 13. Paulus prædicans verbum Dei Iudæis, dixit. *Notum igitur sit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuncietur, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. in hoc omnis qui credit iustificatur.* Ergo non per virtutes, & qualitates iustificamur, sed per Christum.

Respondeo negando sequelam. ad antecedens dico, quod per Christum iustificamur, sed non chimærico modo excogitato à Sectarijs, & omni tempore incognito Ecclesiæ Dei; sed per Christum iustificamur, tanquam per causam efficientem & meritoriam; & per iustitiam inhærentem tanquam per causam formalem. & illa particula, per, vt optimè monet Cardinal. Bellarm. loco citato cap. 12. causam efficientem significat, vt patet Prouerb. 8. *Per me Reges regnant.* & Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* & ad Rom. 1. *Per quem accepimus gratiam & Apostolatam.*

Et subdit idem Bellarm. sic illud autem annuncietur, non significat ex sola annunciatione remissionis fidei apprehensa, homines iustificari: alioquin non dixisset Petrus Act. 2. *Penitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* Sed significat annunciarî remissionem peccatorum ijs omnibus, qui credunt in Christum, vt oportet; id est faciendò, quidquid ille fieri iulit. iuxta illud Matth. 23. *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quacunque mandauit vobis.* In hoc tenui omnis; qui credit in Christo iustif. atur, id est qui credit cum omnibus requisitis, implendo videlicet omnia, quæ fides implenda esse ac monitrat. Neque enim qui credit medico quamuis peritit mo, & infatigabiliter curanti, sanatur, nisi pharmaca ab illo inuituta recipiat. Et licet hic tantum fiat mentio remissionis peccatorum per iustificationem, tamen aibi, mentio fit sanctificationis, mundationis, ablutiois, reuouationis, & similiu, quæ alteram partem iustificationis ostendunt.

Decima Obiectio. Lucæ 18. Publicanus dicitur iustificatus cum solum postulasset remissionem peccatorum, dicens: *Deum propitium esto mihi peccatori.* Contra: Phariseus prædicans dona Dei sibi collata, & gratias agens, dicebat minimè iustificatus, ergo iustificatio non in donis, & meritis bonis etiam Deo adiuuante factis, sed in sola remissione peccatorum, consistit.

Respondeo Phariseum non fuisse iustificatum, non quia prædicauit dona Dei sibi collata, sed quia superbia inflatus iactabat se plenum esse operibus bonis, & Publicanum contemnebat: hoc ipsa Scriptura testatur dicens, *quia omnis qui se exaltat humiliabitur.* Cupiebat igitur iustificari ex iustitia, & non ex gratia: quod est contra rationem iustificationis obtinendæ. Publicanus autem poenitens, quia percutiebat pectus suam; & humilis, quia non audebat oculos ad

Cælum extollere; peccatorum suorum veniam postulans meruit obtinere iustificationem. sic legitur ibi. Ad illud, quod Publicanus dicitur iustificatus, cum solum postulasset remissionem peccatorum, & non gratiam inhærentem, dico quod hæc affirmare, est conuetas chimæras phantaliare; nam cum postulauit remissionem peccatorum, etiam gratiæ inhærentis infusionem petijt virtualiter, & implicite; patet experientia: etenim Catholici omnes, qui iurè firmiter credunt remissionem peccatorum cum iulua inhærente obtineri; attamen iustificationem à Deo humiliter petijt his verbis. *Deum propitium esto mihi peccatori.* Et cætera huiusmodi, nec gratiæ faciunt mentionem. Condemnationem autem Pharisæi non accidisse ex eo, quod opera sua narrauit, sed tantum ex superbia; patet Lucæ 19. vbi Zaccheus dixit: *Domine ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quem defraudaui, reado quadruplum.* Et tamen meruit à Domino audire: *Hodie salus huic domus facta est.* vt notat Cardin. Bellarm. loco cita. o cap. 12. & Ezechias Rex, morti proximus, quia opera sua bona Deo proposuit consideranda, dicens. *Obsecro Domine, memento quaso quomodo ambulauerim coram te, in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.* Itaque 38. exauditus est, & quindecim annorum adhuc vitam suscepit. non igitur confessionem operum bonorum, sed tumorem superbiæ, & inanem fiduciam Deus in Pharisæo damnauit; qui vt ait August. Hom. 2. ex lib. 50. Homiliaru, *Iactabat merita sua, & occultabat vulnera sua.*

Vndecima Obiectio. Bernard. in Epist. 190. ad Innocentium inquit: *Iustum me dixerim, sed illius iustitiæ. Quanam ipsa? finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Deniq; quis facinus est nobis iustitia à Deo Patre.* Et Ierem. 22. in Cantica exponens. Iud: *Qui tactus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptione. Sapientia, inquit, in prædicatione, iustitia in absolutione peccatorum.* & intrâ: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, & iustus sum.* & Ierem. 23. *Sufficit mihi ad omnem iustitiam solum habere propitium, cui soli peccauis.* & paulo post. *Non peccare Deo iustitia est hominum iustitia, indulgentia Dei.* Ergo iustificatio est tantum remissio peccatorum ex apprehensione iustitiæ Christi.

Respondeo Bernardum, cum dixit se iustum esse, iulua Christi, non intellexisse de iustitia Christi formaliter, sed efficienter, & meritorie; & sensus est: iustitia tactus sum ab illo, non mea quippe iustitia, quam naturæ viribus acquirere possum; sed illa quæ gratis à Deo infunditur. & huius iustitiæ effectum narrans inquit: iustitia in absolutione peccatorum, quia per iustitiam inhærentem, & cum illa, fit nobis remissio peccatorum. ad illud: *delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, & iustus sum, & sufficit habere propitium cui soli peccauis;* tunc non omnem effectum iustificationis describit, sed vnum præcipuè putat remissionem peccatorum, non excludit autem gratiam, & iustitiam inhærentem, quæ triplèmet narrat, & describit in epistol. 190. ad Innocentium. Et quid est habere propitium Deum, nisi illum nobis iustitiam inhærentem tribuere, & remissionem peccatorum? rectè igitur inquit Bernardus sufficit mihi ad omnem iustitiam solum habere propitium, cui soli peccauis. sed dicant mihi Sectarij. Si Bernardus fuisset sententiæ Sectariorum in hoc certè nunquam iustitiam inhærentem confessus esset. sed illam inhærentem esse cognoscit; non est itaque eiusdem

Qui credit in Christum implendo cætera requisita, iustificatur.

Superbia Pharisæi impediuit illius iustificationem.

Bernard. de iustitia inhærente aperte facit mentionem

B e

eiufdem opinionis cum Sectarijs. vt quid Sectarij laborant verba Bernardi aliquantulum obscura deprauantes? de iustitia inhzrente loquitur Bernard. ferm. 5. super verba Isaiz. Vidi Dominum, &c. Ergo Sectarij frustra laborant.

Duodecima Obiectio. Psalm. 142. *Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Cum ergo humana iustitia, iudicium Dei sustinere non possit; necesse est, vt confugiamus ad iustitiam Christi, quæ nobis imputetur, vt per eam iusti haberi, ac pronuncari in Diuino iudicio valeamus.

Respondeo huic ineptissimæ obiectioni, verba citata ex Psalmo, hoc modo distorta, illos impugnare; nam concedunt humanam iustitiam scilicet inhzrentem, & prius negauerant illam. si nos indumur iustitia Christi propria, vt Sectarij somniant, cur igitur timere debemus de iudicio Dei? cur dicuntur viuentes non iustificari, si diuina iustitia iustificatur? Sectarij ad probandas eorum opiniones non possunt habere Scripturas apertas, & aliquas obscuras assumunt, & in illis inuoluuntur, & implicantur, itaut nec ipsi inde exire valeant. Sensus igitur est, vt docet August. ferm. 49. de Tempore tom. 10. quod secula gratia, & misericordia Dei, nemo iustificatur, nec potest quisquam cum Deo iudicio contendere. At nos dicimus iustificari ex misericordia Dei, & cum illa nos sustinere Dei iudicium. non est opus igitur recurrere ad imaginarium indumentum iustitiæ, quæ formaliter alteri inhzret.

Sed instant Sectarij. Quia sic iniuriam facimus meritis Christi, si per inhzrentem iustitiam iustificari dicamur. Huic ineptiæ decreueram ipse respondere, sed non omittam egregiam responsionem Cardinalis Bellarminij lib. 2. de iustificatione cap. 4. quæ talis est. Nequæ Christi gloria, nequæ nostra humilitas indiget protectione mendacij: nihil detrahimus Christi meritis, cum ab illorum virtute, & efficacia confiteamur iustitiam nostram omninò pendere. Sed Aduersarij multum detrahunt de Christi gloria, cum affirmant eum non potuisse tot suis laboribus, & doloribus, tam profunda humilitate, tam accurata obedientia, tam ardenti charitate à Patre impetrare, vt peccata nostra verè deleteret, nosque ad veram iustitiam reformaret. & multò plus tribuunt Sathanæ ad nocendum, quam Christo ad curandum: & maiores vires peccati volunt fuisse, quam gratia. Nulla datur superbiendi occasio ijs quibus dicitur.

Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? &: Qui gloriamur in Domino gloriemur. &: Gratia salui facti estis per fidem. Et hoc non ex vobis. Dei enim donum est. non ex operibus, ne quis gloriatur. Hæc autem omnia Catholici dicunt, cum fatentur homines ex dono Dei habere iustitiam, idest charitatem in corde diffusam per Spiritum sanctum, qui datus est eis ex meritò obedientiæ, & passionis Christi. Aduersarij verò an non incredibili tumore superbiunt, qui ipsam iustitiam Christi se apprehendisse iactant, & deinde se nulli Sanctorum æquare formidant. Certè Lutherus in ferm. de natali Beatæ Virginis, omnes fideles Deiparæ facit æquales. Nec defuerunt, qui seipfos etiam Christo æquare contenderent, vt Ruardus testatur in explicatione articuli de iustificatione. Hæc Bellarm.

Decimaquarta Obiectio. Gregor. lib. 8. Moral. cap. 23. ait: *Quantalibet iustitia polleant, nequaquam sibi ad innocentiam, vel electi sufficiunt, si in iudicio districto requirantur.* Ergo recurrendum est ad iustitiam Christi, vt sustinere valeamus iudicium Dei.

Respondeo Gregorium loco citato nil aliud docere, nisi quòd quantumcunque quisque sit iustificatus, semper habet culpas aliquas saltem veniales, de quibus legitur Prouerb. 24. *Septies in die cadet iustus, & resurget.* & Iacob cap. 3. *In multis offendimus omnes.* & quia semper orare debemus, *dimitte nobis debita nostra.* Ideò non possumus stare in districto Dei iudicio, abijciendo misericordiam Dei, ergò debemus apprehendere Christi iustitiam, & illam induere, negatur consequentia: Gregorius hoc non docuit, sed nequè hoc aliquandò cogitauit, nec audiuit.

Quantumcunque iustus debet semper appellare misericordiam Dei.

DISPVATIO IV.

An peccata verè tollantur in iustificatione.

OMnes Sectarij communiter opinantur, peccata nostra in iustificatione minimè tolli, sed tantum tegi, cooperiri, non imputari, & occultari. Ratio est quia nullam cognoscunt propriam hominis iustificationem ex inhzrente iustitia proueniente; sed iusti dici volunt, quia iustitiam Christi particularem, vt propriam, & illis imputatam apprehendunt; & consequenter imaginariè iustificati, & per somnium dici debent; & à parte rei nihil habentes: eisque accidit quod Isaïas cap. 29. Vaticinatus est, dicens: *Et sicut somniat esurians & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc fuit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Syon.* Quod verificatur de Sectarijs, qui dimicant contra Ecclesiam Catholicam, quæ in monte Syon figurata fuit; vnde Euangelica lex vim habere cœpit, ob virtutem Spiritus sancti, qui ibidem super Apostolos descendit: dicente eodem Propheta cap. 2. *De Syon exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Et Petrus Apostolus Epistol. 1. cap. 2. ex Isaïa 28. ait: *Ecce pono in Syon lapidem summum angularem, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur.* Quia igitur putant se iustos esse aliena iustitia, & non particulari, à Deo gratis accepta: tempore suo cognoscent se nec propriam, nec alienam, obtinuisse iustitiam. Verè misereor super eos, & displicet mihi illorum perditio. Deus scit, quia non mentior.

Ineptias Sectariorum Isaïas vaticinatus est.

Gens, quæ dimicauit contra montem Syon, sunt Sectarij.

Vt autem valeamus perfectè hanc falsitatem redarguere, considerandum est quòd hæc eorum propositio, peccata in iustificatione non tolluntur, iuxta triplicem sensum sumi potest: primus est. Quòd peccata in iustificato maneant: secundus, quòd peccata hominis post iustificationem tegantur, & occultentur. Tertius, quòd homo iustificatus

Opinio Sectariorum exponitur.

Iudicium Dei, seculum illius misericordia, timendum est.

Egregia responsio Bellar.

catus licet habeat peccata, non tamen ei imputentur ad pœnam, & iuxta hanc triplicem acceptionem illam propositionem tenent, & defendunt. Hæc itaq; est illorum opinio de eorum imaginaria remissione peccatorum. Quapropter ex opposito vnica conclusione huiusmodi adiuuentiones diruemus.

Conclusio. Peccata in iustificatione hominis, vere, & à parte rei tolluntur. Habetur in Conc. Trid. sess. 6. cap. 7. probatur. Si peccata verè non tollerentur totaliter ab homine in iustificatione, sequeretur falsas esse promissiones Prophetarum, nec veras esse Scripturas noui Testamenti: consequens est blasphemum, ergo & antecedens ex quo sequitur. Sequela maioris probatur. Ezech. cap. 36. remissionem peccatorum per baptismum Christi futuram, vaticinans ait. *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Psalm. 50. *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealabor.* Mich. 7. *Proiciet in profundum maris omnia peccata nostra.* At quomodo verum esset homines mundari ab inquinamentis, lauari à peccatis, & super niuem dealbari: & in profundum maris peccata proijci, nisi tollerentur; sed tantum tegerentur, cooperirentur, & non imputarentur? istæ similitudines non essent veræ, nec facerent ad rem: quod est error. prudentipatet.

Ex nouo Testamento. Ioan. 1. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi.* Act. 22. *Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua.* & cap. 3. *Pœnitentini, & conuertimini, ut deleantur peccata vestra.* 1. Cor. 6. *Hæc quidem fuisti, sed ablusi estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.* 2. Cor. 7. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritum.* ad Hebr. 9. *Christus semel oblatu est, ad multorum exhaurienda peccata.* Apocal. 1. *Lauas nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Cum igitur Scriptura dicat, quod peccata tolluntur, exhauriuntur, delentur, abluuntur; non manebunt utique in homine iustificato, vel si manent, Scriptura mentitur; quod tamen est impossibile.

Secundò probatur Conclusio. Perfectus modus redimendi nos à peccatis conuenit perfectissimo Redemptori, qualis est Christus Dominus, sed perfecte redimere, est peccata totaliter tollere, & non illa tegere, & cooperire; ergo talis redimendi modus fuit de facto in Christo. Vnde Apost. ad Hebr. 9. inquit. *Si enim sanguis hircorum, & taurorum inquinatos sanctificat, ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viuenti.* & Dauid de hoc perfectissimo redimendi modo, in spiritu dixit, Psalm. 50. *Lauabis me, & super niuem dealabor.* & Mich. c. 7. *Proiciet in profundum maris omnia peccata nostra.* Oppositum igitur docentes Sectarij maximam Christo inferunt iniuriam, & eius sanguini, passioni, & meritis. Etenim si peccata non tollerentur, non erat opus sub metaphora aquæ, & lotionis, iustificatione describere: quia aqua perfecte purgat, & maculas, ac sordes totaliter abstergit, & lauat: sed sub metaphora veli, vel pallij, vel vmbræ, & similibus, tam stupidi ellis Sectarij: vt talia, tam manifestis similitudinibus exarata non percipiatis? sed *excecauit illos malitia eorum.*

Vel alio modo sic: Perfectissimus mediator, ac Redemptor perfectissimum habet redimendi modum, & effectum: sed Christus est perfectissimus mediator, & Redemptor, ergo perfectissimum habet redimendi modum, ac effectum. Subsumo: sed perfec-

tior, vel perfectissimus redimendi modus est tollere totaliter peccata, quam illa tegere, & cooperire; & iustitiam inhærentem particularem infundere; quam aliena vt imputata alios iustificare: ergo de facto peccata in iustificatione totaliter auferit, & iustitiam particularem inhærentem infundit & donat; aliter affirmare oportebit Christum imperfectum fuisse Redemptorem.

Tertio probatur Conclusio. Tegere peccata nē in conspectum Dei veniant, & hoc modo iustificari, est Deo quodammodo fictionem impingere, vel ignorātiā; consequens est barbarum, & inauditum; ergo pari modo huiusmodi Sectarij excogitatio de iustificatione, sequela maior; probatur. Nam vel Deus peccata illa cooperta, & tecta non videt, vel videt; si non videt, ergo ignorans, & non perfecte intelligens; quia quæ actu manent, non videt: & tamen non tantum Scriptura oppositum clamat Pf. 138. *Tu nouisti omnia nouissima & antiqua, & si ascendero in Calum tu illic es, si descendero in Infernum ades.* & ad Hebr. 4. *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.* sed ratio etiam docet. Si videt; quomodo tecta, & cooperta sunt? cur non punit? quia, scilicet, fingit se illa non videre: hoc autem quam sit Deo disconueniens, quisque dicat.

Sed occurrent Sectarij dicentes, quod Sapient. 11. Deum peccata hominum dissimulare legitur, ergo fingit se non videre. ineptissime. Nam ibi non legitur Deum fingere se non cognoscere peccata, sed ea dissimulare propter pœnitentiam, id est differre tempus illa puniendi, vt hominem illorum pœniteat; & iustificetur, & auferantur, nē Deus peccatorem punire cogatur: non dicit autem Deum peccata dissimulare ob alienam iustitiam peccatoribus imputatam: idē dixit. *Propter pœnitentiam.* inanis ergo est huiusmodi occurfus.

Quartò probatur Sanctorum Patrum auctoritate August. Conc. 1. in Psal. 115. tom. 8. *Sicut Egyptios in mari obrutos, ita in Baptismo delicta nostra demersa, & extincta, luce clarus intima Propheta dicens: Proiciet in profundum maris omnia peccata nostra.*

Gregorius lib. 9. Epist. 39. *Certe enim maris rubri transitus figura Sancti baptismatis fuit, in quo hostes à tergo sunt mortui, sed alij contra faciem in eremo sunt inuenti. Sic quippe omnes, qui in Sancto Baptismate tinguntur, eorum peccata præterita omnia laxantur: quia quæ velut Egyptij hostes à tergo moriuntur. Sed in eremo alios hostes inuenimus: quia dum in hac vita viuimus, priusquam ad promissionis patriam pertingamus, multa tentationes nos fatigant, & ad terram viuentium tendentibus, iter intercludere festinant. Qui ergo dicit peccata in baptismo funditus non dimitti, dicat in mari rubro Egyptios non veraciter mortuos: si autem fateatur Egyptios veraciter mortuos: fateatur necesse est, peccata in baptismo funditus mori: quia nimirum plus valet in absolutione nostra veritas, quam umbra veritatis. In Euangelio Dominus dicit: qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Si igitur peccata in baptismo funditus minime dimittuntur, quomodo is qui lotus est, mundus est totus? totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo resistit voci veritatis, qui ait: qui lotus est, mundus est totus. Nihil ergo ei de peccatis suis contagione remanet, quem totum fateatur mundum ipse qui redemit.*

Ambros. in obseruatione, in Aggæum Prophetam tom. 2. propè finem inquit: *Quod ergo ait: auferes*

E c 2 pecca-

Opinio Sectariorum auferit sensum veram scripturam

Per Sectariorum excogitatum iustificationem ponitur in Deo fictio, & imperfectio.

Dissimulare, quid ponat in Deo.

Sicut Egyptij vere sunt in mari rubro demersi, sic vere peccata nostra tolluntur, & non teguntur.

Christus perfectissimum habet redimendi modum

peccata: ad remissionem pertinet: quia penitus ea tollit, ut aut non sint, quorum memor non erit. Quod verò ait: transferens impietates; ad misericordiam, eo quòd confitentibus nobis lapsus nostros, & obumbrantibus eos bona operationis fructu, referantur in auctorem culpa, & peccati incensorem. Quid enim aliud agit, qui culpam faceret, nisi ut aduersantem nequitia spiritualis dolo se, & malitia transductum probet? In eo itaque gratias agit anima, ista quia ut aufert Dominus peccata, & transfert iniquitates, & demergit in profundum maris. Quod potest & ad baptismum referri, quo *Aegyptius* mergitur, *Hebraeus* resurgit: & quo aliusudine sapientia, & bonorum operum abundantia tegantur peccata superiora, per diuinitas misericordia Dei nostri, qui memor promissionis suae, quam dederat *Abrahamae*, haredem eius animam non est passus perire.

Chrylostom. Hom. 40. super cap. 15. 1. ad Cor. Tom. 4. *Solus enim Deus hoc facit, quod quidem operatur in lauacro regenerationis. ipsam enim animam tangit gratia, & illinc peccatum euellit radicibus, propterea eius quidem, qui est dimissus à Rege, sordidam videre licet animam, eius autem, qui est baptizatus, minime: sed ipsius solus radijs puriorem, & qualis fuit generata ab initio, imò vero illa quoque meliorem. Frustratur enim spiritus, qui eam omni ex parte inflamat, & auget sanctitatem, & sicut aurum, aut argentum refundens purum, & nouum facit denuò. ita etiam Spiritus sanctus in baptismo tanquam in fornace eam refundens, & peccata consumens efficit, ut quous auro puro, purius fulgeat.* Ergò Ecclesia Catholica omni tempore ita credidit, & docuit; nam Sancti Patres non ita scribebant, ut ostenderent, se eorum quae narrabant, esse inuentores, ut faciunt Sectarij: sed ea tantum Scripturis, & rationibus confirmabant, quae vniuersalis Ecclesia firmiter tenebat, & semper credita cognoscebat.

At contrà huiusmodi Catholicam veritatem instat Sectarij. Et primò sic. Prou. cap. 10. legitur. *Vniuersa delicta operis charitas.* & 1. Petri cap. 4. *Ante omnia autem mutua in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operis multitudinem peccatorum.* Ergò peccata non tolluntur in iustificatione, sed tantum operiuntur: quod enim operitur, non aufertur.

Respondeo, quòd culpae, & peccata cum sint formaliter tantum negationes rectitudinis debite, quòd de illis legitur quod lauantur, exhauriuntur, tolluntur, proijciuntur, & operiuntur, metaphoricè, & similitudinariè hoc intelligi debet, cum non sint entia materialia, quae verè possint sensibus nostris operiri, & abscondi, morè sensibilibus: & sicut metaphora est, illa verb. gr. exhauriri, sic pari modo metaphora est ea operiri. at operiri respectu nostri significat tantum aliquid à sensibus nostris tolli, oculis autem Dei cum nihil operiri possit; omnia enim sunt nuda oculis eius. sequitur quòd operiri respectu illius sit totaliter tolli. metaphora itaque consistit tantum in hoc, quòd sicut quae operiuntur euanescent ab oculis nostris, qui externa tantum vident: sic peccata in iustificatione totaliter euanescent etiam coram Deo, qui occulta etiam sicut manifesta vniuersimò videt. Deo enim non potest aliquid tegi, nisi penitus tollatur. & quod in hac materia operiri significet annihilationem totalem, patet loco citato Prouer. 10. *Odiuim suscitatur rixas: & vniuersa delicta operis charitas.* Sicut igitur odium ita suscitatur rixas de nouo, quae actu non erat: sic ab opposito, charitas sic operit peccata, ut omne esse perdant, & penitus tollantur.

Secunda Obiectio. Psalm. 31. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Ergò peccata in iustificatione non tolluntur, sed teguntur, ne appareant.

Respondet egregiè huic obiectio P. Becanus in Manuali Controuersiarum de iustificatione cap. 16. quæst. 1. his verbis. *Miror Caluini ingenium. Citavi ego plurima Scripturae testimonia, quae asserunt peccata tolli: ipse vnum citat, quo asseritur peccata tegi. Quæro, an hoc vnum illis contrarium sit, nec ne? Si contrarium est, cur Caluinus vni potius, quam pluribus acquiescit? an putat Scripturam in vno verum, in pluribus falsum asseuerare. Si contrarium non est, cur Caluinus asserit tegi peccata, negat tolli? cur non potius fateretur, & tegi, & simul tolli, cum vtrumque dicatur à Spiritu sancto, & alterum alteri non repugnet. Hoc pulchrè explicat Augustinus in enarratione secunda super Psalm. 31. ex proportione vulnerum Corporis, qua superius vti sumus. Vulnera Corporis duobus modis tegi possunt, inquit August. primò ab ipso vulnerato. Secundò à medico: vulneratus tegit ea pallio, non tollit. Medicus emplastro tegit, & tollit, idem fit in peccatis, tegi possunt ab ipso peccatore, & à Deo. Peccator tegit quòd dissimulat: & quae intus in animo latent, exterius non prodit: quo pacto sua texit Pharisæus Lucæ 18. cum dixit: *Non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri.* Deus tegit, quòd in infusione gratiae sanat, & tollit: quo pacto texit peccata Publicani, qui descendit iustificatus in domum suam. Quinam ergo beati secundum Prophetam testimonium? illi ne quorum peccata priori, an quorum posteriori modo tecta sunt? videant Aduersarij, quomodo beati esse velint. Nos certè posteriori modo esse cupimus, ut etiam Augustinus loco citato, cum ait: *Deus ergo tegat vulnera non tu, nam si tu tegere volueris crubescens, medicus non curabit. Medicus tegat & curet: emplastro enim tegit. sub tegmine medici sanatur vulnus: sub tegmine vulnerati non sanatur vulnus.* Hinc patet alio modo tegi peccata secundum Catholicos, alio secundum aduersarios: Catholici docent tegi per internam infusionem gratiae, & sanctitatis, qua non modo teguntur, sed etiam sanantur, aduersarij docent tegi per externam Christi iustitiam, fide peccatoris apprehensam, qua teguntur quidem, sed non sanantur. Hæc Becanus. Ego autem huic obiectio eodem modo respondeo sicut antecedenti satisfeci. Quòd tegere coram Deo, apud quem nihil est absconditum, & quem non latet aliquid, est penitus tollere, & auferre. Etenim, modus hic loquendi huius Scripturae metaphoricus est. sicut igitur quod nobis tegitur omnimodè euanescit ab oculis nostris, sic quod Deo tegitur, qui omnia videt, penitus tollitur, & aufertur: itaque cum Prophetam inquit, *Beati quorum tecta sunt peccata: Idem est ac si dixisset Beati quorum ablata sunt peccata;* quapropter sequela illa Sectariorum, ergo peccata in iustificatione non tolluntur, sed teguntur ne appareant, vana est, & inanis.*

Tertia Obiectio. Ad Ephes. cap. 1. inquit Apostolus, *Deus gratisuit nos in dilecto filio suo in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum.* Ergo nos sumus grati, & iusti in Christo, & non in nobis ipsis.

Ad hoc ut capiant Sectarij, quam distortè interpretantur Scripturas, dabo exemplum præcitatis verbis Apostoli valde simile. Vnde si dixero, Princeps vestit me in dilecto filio suo, similis erit hic modus loquen-

Deus tegit peccata auferendo illa ab anima.

Tegere coram Deo est penitus tollere.

Exemplum satis aptum ad intelligentiam citatæ Scripturae.

Testimonium aliquorum Patrum scilicet primarium Ecclesia aperit.

Operiri respectu Dei, est totaliter tolli.

loquendi antecedenti. Sed quem sensum faciunt hæc verba, Princeps vestiuit me in dilecto filio suo? an hunc, quod Princeps vestiuit me eisdem vestibus, quibus actu cooperitur, & vestiuit filius Principis? Si ita intelligunt, malè intelligunt, quia ineptum est asserere, quod quis indutus dici possit vestitus, quibus alter actu vestiuitur, quia sic nudus erit à parte rei, & imaginariè tantùm more stultorum dicitur vestitus. Sensus igitur erit, Principem in gratia filij sui, ob merita, & intercessionem filij sui, vestiuisse me alijs vestibus, & non illis particularibus, quibus filius Principis induitur. ita in casu: *Deum gratificauit nos in dilecto filio suo*: non debet intelligi de illa gratia indiuiduali, qua filius Dei iustus, & plenus est; sed Deum in gratiam Saluatoris, puta ob illius merita, vel intercessionem, infudisse nobis inhaerentem, & particularem iustitiam, nullis præcedentibus nostris operibus, tali iustitia dignis, sanis patet.

Quarta Obiectio. Si non imputare peccatum, est delere peccatum, & infundere iustitiam, ergo imputare peccatum esset delere iustitiam, & infundere iniquitatem, quod est absurdum. Ergo imputare peccatum est habere hominem pro peccatore, non imputare peccatum est habere pro iusto.

Respondeo negando paritatem. Vtique non imputare peccatum concomitatur infusio iustitiæ, sed imputare peccatum non concomitatur infusio iniquitatis, sed destructio iustitiæ inhaerentis in iustificatione exhibitæ. Præterea iniquitas quomodo potest infunditur opus malum factum ab humana voluntate? Cum homo malè operatur, tunc à se ipso fit iniquus, nec à Deo iniquitatem recipit. paritas igitur in hoc consistit: quod sicut iustificatio dicit duo, remissionem peccatorum, seu non imputationem illorum; & infusionem iustitiæ inhaerentis; sic imputare peccata, & fieri peccator, dicit etiam duo; reatum culpæ, & iustam ablationem eiusdem iustitiæ inhaerentis.

Quinta Obiectio. Prou. 12. dicitur: *Homo astutus tegit scientiam*. Si tegere significat delere, tunc sensus esset: homo astutus delet scientiam, quod est ineptia, ergo tegere significat tantùm abscondere, & cooperire. & consequenter peccata verè in iustificatione non tolluntur.

Respondeo, quod tegere aliquandò abscondere significat, & non auferre; & tunc præcipuè cum ordinem dicit ad homines, quibus multa abscondi possunt; & aliquandò significat tantùm auferre, & penitus tollere, cum præcipuè dicitur in ordine ad Deum, cui non potest aliquid tegi, nisi omnino destruat. Sapiens loquitur iuxta priorem sensum ut patet, quia homo homini scientiam potest abscondere, & non Deo. idè instantia est inanis.

Sexta Obiectio. Prou. 20. *Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato?* Ergo licet homo iustificetur, semper retinet immunditiam peccati, & impunitatem illius.

Respondeo hunc locum Prouerb. illi similem esse, qui habetur 1. Ioan. cap. 1. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et sensus est, ut omni legenti patet, quod non est homo, qui non peccet aliquandò, quomodo ergo sequitur ergo licet homo iustificetur, semper retinet immunditiam? sunt enim verba sibi contradicentia, iustificatum esse, & immundum esse. Sed valeant huiusmodi ineptiæ.

DISPUTATIO V.

An homo sit certus de sua iustitia, per seuerantiam, & vitam æternam.

SECTARII superioribus erroribus hucusque reiectis, hos etiam addiderunt, velut ex illis necessariò descendentes: fidelem scilicet certum esse, & securum de sua iustitia, perseuerantiam, & vitam æternam: imò nil credere, qui sic non credit, audacter proclamant. ita Lutherus in art. 10. 11. & 12. & eorundem articuloꝝ assert. Calvinus lib. 3. instit. cap. 2. §. 16. 17. 18. vsquè ad finem capitis. & in Antidoto Concil. Triden. sess. 6. ad caput 10. 13. & 14. & amborum sequaces. & in hac materia opinionem Iouiniani sequuti sunt contra quem S. Hieronymus scripsit: quæ opinio olim, vt hæretica, damnata fuit, & sepulta ab Ecclesia Catholica. Nec mirum: quia iustificari, ex imaginaria eorum apprehensione iustitiæ Christi, fatentur. res igitur cum sit imaginaria & voluntaria, se esse quales voluerint, fingere possunt & de facto illorum plurimi etiam ipsi filio Dei, in sanctitate, & iustitia, comparare minimè dubitant. Iure quidem. Nam illius sunt ministri, ac discipuli, qui chimærico, & imaginario desiderio dixit Isaia 14. *In Calum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedeo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Sed qui Altissimo assimilari concupiuit, meruit audire: *Veruntamen ad Infernum detraheris in profundum lacus.* Sic & illius discipulis dicitur, qui iustitiæ Saluatoris, æquiparare suam non verentur: nisi poenitentiam egerint, & Catholicam receperint fidem, de quorum inani fiducia, vel præsumptione, legitur Prou. 12. *Qui autem confidit in cogitationibus suis, impiè agit.* & cap. 28. *Qui confidit in corde suo stultus est.*

Contra hunc errorem imò fundamentum multorum errorum, inquit Concl. Triden. sess. 6. cap. 9. *Quamuis autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratia Diuina misericordia propter Christum: nemini tamen fiducia, & certitudinem remissionis peccatorum suorum habentis, & in ea sola quiescentis, peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est, cum apud hæreticos, & schismaticos possit esse, imò nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam Catholicam contemptione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia.*

Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui verè iustificati sunt, absque vlla omnimò dubitatione, apud semetipsos statuere se esse iustificatos, neminemque à peccati absoluto, ac iustificari, nisi eum, qui certo credat se absolutum, & iustificatum esse, atque hac sola fide absolute, & iustificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deque Mortu, & Resurrectione Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: sic quislibet dum se ipsum, suamque propriam infirmitatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare ac timere potest, cum nullum scire valeat, certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum.

Et iure Concilium apposuit particulam illam. *Certitudine fidei cui non potest subesse falsum.* quia certitudo plures continet gradus; vel enim prouenit ab eo quem impossibile est mentiri, vt est Deus; & hæc

Sectarij in opinione de iustificatione sunt similes Lucifero.

Iniquitas non potest infundi in anima.

Tegere in ordine ad homines significat abscondere in ordine ad Deum penitus auferre.

Plures sunt gradus certitudinis.

hæc omnem excludit falsitatem; vt sunt quæ credimus ex Diuina reuelatione, & huic nullatenus falsum subesse potest; vel ex humana cognitione: & hoc dupliciter, vel ita manifesta, vt cum euentia coniungatur, qualis est illa primorum principiorum: vel sic manifesta vt potius sit magis probabilis, quam oppositū eius, vt est rerum naturalium cognitio apud Philosophos, & Doctores diuersa sentientes: & hæc quasi coincidit cum coniectura, quia licet maiorem habeat probabilitatem, quam oppositum eius; tamē non excludit formidinem ad oppositum. Coniectura autem est notitia per se connexa formidini ad oppositum. Concilium loquitur de priori certitudine, & illam excludit in præsentia negotio.

Circà præsentem disput. triplex restat dicēdi modus inter Catholicos. Primus est Ambrosij Catherini asserentis iustos habere posse certitudinem fidei Diuinæ de sua iustificatione; & hæc iudicata est, & damnata vt erronea sententia.

Secunda docet posse homines ad tantam perfectionem deuenire, vt certi sint de sua iustitia, sicut quisque certus est Cæsarem imperasse in Italia: & Alexandrum in Græcia.

Tertia, quæ est communis in Ecclesia, docet nullam posse dari certitudinem quæ tollat omnem formidinem, sed quæ tollat tantum omnem anxietatē, & hæsitationem: estque ferè omnium Scholasticorum: differt autem opinio Catherini à Sectarijs: quia ipse docet, tantum posse fideles eam notitiam habere de sua gratia vt certa fide statuunt sibi remissa esse peccata. Sectarij autem dicunt omnes hoc debere de se statuere, ad hoc vt sint fideles & iusti: & hac sola fide homines iustificari. vt notat Card. Bell. lib. 3. de iustific. cap. 3.

Ad maiorem itaque confusionem prædictorum errorum, & Catholicæ veritatis dilucidationem, tres statuimus Conclusiones.

Prima Conclusio. Nemo, sinè speciali reuelatione, potest certus esse, certitudine fidei Diuinæ, cui nullo modo potest subesse falsum, sibi peccata fuisse remissa, & iustū esse. Probatur, Apostolus I. Cor. 4. inquit. *Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo.* Apostolus dicit se nescire statum iustitiæ suæ, & neminem in præsentia vita hoc iudicare posse; Sectarij oppositum docent; vel ergo meliores, & sanctiores sunt Apostolo, vel nesciunt de quibus affirmant.

Secundò probatur. Ecclesiast. 9. *Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo, utrum odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta: eo quod vniuersa æquè eueniant iusto, & impio, bono, & malo, &c.* Patet primò Salomonem loqui de hominibus iustis, quia dicit: *Sunt iusti atque sapientes.* & subdit, actiones eorum à Deo seruari, putà pro præmio vel pœna, ipsosque nescire se odio vel amore dignos esse.

Respondent Sectarij Salomonem tantum affirmare hoc non posse sciri ex his quæ omnibus sensibilibiter & extrinsecè eueniunt; quia æquè eueniunt iusto & impio. cæterum posse mentaliter cognosci. Sed hæc responsio est verè inanis: quia si mentaliter cognosci posset quis dignus sit amore & odio, quid

referret si extrinsecè æquè omnia euenirent iusto & impio? modus hic loquendi supponit hominem, nullo modo posse cognoscere se iustum esse, & sensus est, mentaliter hoc non videtur; ab effectibus, qui communes sunt iusto & impio, non apparet; ideò nesciunt an amore vel odio digni sint, licet sint iusti & sapientes. Sanè menti patet.

Tertiò probatur. Prou. 21. *Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda Dominus.* Etenim si homo certus esset de sua iustitia nō diceret Sapiens *recta sibi videtur*, sed rectam esse cognoscit, nec cōsequens esset ad rem, nempe quod Dominus est ille qui iudicat, mensurat, seu ponderat corda, si homo à se ipso id sibi præstare posset cognoscendo iustitiam suam, & remissionem peccatorum. Sensus igitur est, vt sensatis patet, quod licet homini beneficienti videatur via sua recta, seu iustus esse. iudicium tamen certum, hominem latet, & Deo tantum manifestum est, qui iustificat impium.

Quartò probatur. Ecclesiast. 5. *De propitiato peccato noli esse sine metu: neque adicias peccatum super peccatum, & ne dicas: miseratio Domini magna est, multitudinū peccatorum miserebitur.* Sectarij dicunt miseratio Domini magna est. sufficit apprehendere iustitiam Christi, & iustus sum; sufficit credere me, iustum esse, & iustus sum. & Scriptura dicit: *ne dicas miseratio Domini magna est, multitudinū peccatorum meorum miserebitur.* quis ne verum fateatur, Sectarij, an Verbum Dei?

Quintò probatur. Iohelis 2. *Nunc ergo dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu, et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra, et conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignus et misericors est, patiens et multa misericordia, et prestabilis super malitia. Quis scit si conuertatur et ignoscat et relinquat post se benedictionem, sacrificium, et libamen Domino Deo vestro? & Act. 8. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua et roga Deum, si fortè remittatur tibi.* Sectarij dicunt quod sufficit credere se iustum esse, & iustus ille erit, at Verbum Dei inquit. *Quis scit si conuertatur et ignoscat, et relinquat post se benedictionem, et si fortè remittatur tibi.* quid igitur videtur tibi, amice lector de hac Sectariorum opinione?

Sextò probatur. Iob 9. inquit: *Si venerit ad me non videbo eum: si abierit non intelligam. Si iustificare me voluerit, os meum condemnabit me, si innocentem ostendero, prauum me comprobabit, etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabis anima mea.* & infra: *Verebar omnia opera mea: sciens quod non parceres delinquenti.* iustus Iob sic dubitans de remissione, peccatorum loquitur. & Sectarij ex propria imaginatione tam securi? de quibus verificatur illud Ecclesiast. 8. *sunt impij, qui ita securi sunt, quasi instorum facta habeant. sed hoc vanissimum iudico.*

Septimò probatur. ad Philippenles cap. 2. *Itaque charissimi mei, non ut in presentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu, et tremore vestram salutem operamini.* Sectarij è contrà magna iactantia confidunt seu præsumunt esse iusti, omni omisso timore, imò necessarium esse hoc firmiter præsumere affirmant. ergo Apostolo contradicunt.

Octauò probatur. Sanctorum Patrum testimonij. August. Hom. 35. de tempore. Tomo 10. *Quomodo Apostolus dixit, sed neque ego me ipsum iudico. Si ergo conscientia nostra sub examine iudicij Dei*

Reijcitur inanis responsio Sectariorum.

Quid sit coniectura.

Discrimen inter opinionem Catholicam & Sectariorum.

Nemo certus est, certitudine fidei, de sua iustificatione.

Metus & tremor certitudini opponuntur.

Testimonium ve-
terum SS. Patrum

Dei trepidas, & quamuis sibi recta patet, tamen timet ne
exeat iustitia regula de thesauro tuius & inueniatur tor-
tum quod videbatur rectum, quanto minus curare de-
bemus aliena iudicia de nobis charissimi, siue mala, si-
ue bona, nec valde gaudere debemus quando laudamur,
nec contristari quando vituperamur: nec coronare nos
potest laus falsa, nec damnare vituperatio falsa. Quā-
diu autem vivimus hic, de nobis ipsis nos ipsi iudicare nō
possumus, non dico quid cras erimus, sed quid hodie si-
mus: quanto minus debemus moveri iudicijs alienis,
quam de conscientia nostra qua nobis prohibet testi-
monium.

Hieronymus super illud Ionæ 3. Tomo 5. *Quis
scit si convertatur & ignoscat Deus.* inquit: ideo ambi-
guum ponitur & incertum, ut dum homines dubij sunt
de salute, fortius agant penitentiam, & magis ad mise-
ricordiam provocent Deum.

Chryllostomus Hom. 21. super caput 4. primæ ad
Corinth. Tomo 4. super illud: *Sed nequē me ipsum
iudico.* Unde inquit: quemadmodum hoc quod dictum
est, non fit arrogantia: Nequē enim se ipsum dicit
sufficere ad hoc accuratē & exactē præstandū. Dem-
de quoniam hoc quoque verbum videbatur esse valde
elati, id quoque correxit dicens, sed non in hoc iustifi-
catus sum. Quid ergo, an non oportet & se, & pecca-
ta iudicare! maxime quidem, inquit, oportet hoc face-
re quando peccamus. Sed Paulus hoc non duxit. Nihil
mihi conscius sum, inquit, quodnam ergo peccatum esset
iudicaturus, cum nihil esset conscius? ille autem non
dicit se esse iustificatum. Qui ergo habemus conscientia
mille vulneribus plenam, & nullum boni nobis sumus
consci, sed totum contrarium, quid dixerimus? &
quam nam ob causam, si sibi nihil fuit conscius, non
fuit iustificatus? Quoniam contingebat, ut ab ipso qua-
dam peccata essent admissa, neque tamen ipse sciret hac
esse peccata. Hinc considera, & reputa, quam erit
exactum & accuratum futurum iudicium.

Gregorius lib. 9. Moral. super caput 9. Iob c. 17.
ait. *Si iustificare me voluero, os meum condemnabit
me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.*
ac si aperte dicas: *Quid de alijs loquar, ipse de me tes-
timonium ferre non valeo? sed quia innocentia tua tes-
tificari non sufficit, numquid hoc ipsum, quia innocen-
tiam habeas, sciri? subdit, etiam si simplex fuero, hoc
ipsum ignorabit anima mea. plerumque si scimus bona
qua agimus, ad electionem ducimur: si nescimus, mi-
nimè seruamus. Qui enim aut de virtutibus sua consci-
tia non quantumcumque superbia? aut qui rursum,
bonum in se custodias quod ignoras? sed contra utraque
quid superest, nisi ut recta qua agimus, sciendo nescia-
mus: ut & hac & recta existimemus, & minima: qua-
tenus & ad custodiendam sententiam animam scientia recti-
tudinis, & in timorem non eleuet assumptio minoran-
tium?*

Ambrosius Serm. 5. in Psalm. 118. Tomo 1. su-
per illud: *Anputa opprobrium meum quod suspica-
tus sum.* Sui volebat, inquit, auferri opprobrium,
quod suspicatus est, vel quia cogitauerat in corde, &
non fecerat, & penitentia licet abolitum, suspectus tamē
erat, ne forse adhuc maneret eius opprobrium, & ideo
Deum precatur, ut illud auferat, quia solus nouit,
quod nescire potest etiam ipse qui fecit. Ergo Eccle-
sia Catholica tempore prædictorum Patrum sic
credebat.

Secunda Conclusio. Nemo sine speciali Dei re-
uelatione potest certus esse, certitudine fidei Diui-
næ, se perseveraturum esse in iustitia & sanctitate.

vsquē ad consummationem. Conclusio est contra
Caluinum, cui etiam contradicunt plerique Luthere-
rani. scilicet. Petrus Martyr in Com. ad cap. 8. ad
Rom. & Kemnitius in examine Conc. Trident. te-
nentes posse iustum aliquando à iustitia & fide de-
ficere. Sed quia & hi etiam opinantur ex fide om-
nes fideles certos esse de prædestinatione sua, & om-
nes fideles electos esse, consequenter ne opposita
doceant, eosdem qui à gratia exciderunt, ante mor-
tem, ad fidem reuersuros affirmare tenentur: ut in-
quit Bellarm. lib. 3. de iustific. cap. 14. vtrumque
autem simul & semel impugnabimus, & rationes
quas adducemus ex multis excerptæ suat, quas San-
ctus Hieronymus affert contra Iouinianum, qui hoc
eodem errore infectus fuit; quapropter duos libros
contra eundem scripsit. Probabimus itaque neminē
certum esse de perseverantiæ dono. ut vltimis tem-
poribus hanc antiquam veritatem explicauit Concil.
Trid. sess. 6. cap. 13. his verbis.

Similiter de perseverantiæ munere, de quo scriptum
est, *Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus
erit: quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab
eo qui potens est, cum qui stat statueret, ut perseveran-
ter stet, & eum qui cadit restituere: nemo si certi ali-
quid absoluta certitudine polliceatur, tamen in Dei au-
xilio firmissimam spem collocare & reponere omnes de-
bent. Deus enim, nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut
cepit opus bonum ita perficiet, operans velle & perfice-
re. Veruntamen qui se existimant stare, videant ne
cadant, & cum timore ac tremore salutem suam ope-
rentur, in laboribus, in vigilijs, in elemosinis, in ora-
tionibus, & oblationibus, in ieiunijs, in castitate. For-
midare enim debent; scientes quod in spem gloria, &
non dum in gloria renati sunt; de pugna, qua superest
cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores
esse non possunt, nisi cum Dei gratia, Apostolo obtem-
perent dicenti: debitores sumus non carni, ut secun-
dum carnem vivamus. Si enim secundum carnem
vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mor-
tificaueritis, vivetis.*

Prima ratio. Si homo certus esset de dono perse-
uerantiæ, nullatenus orare deberet, ut præcepit Do-
minus Matth. cap. 6. *dimitte nobis debita nostra: &
ne nos inducas in tentationem.* consequens est contra
doctrinam Christi, ergo & antecedens. sequela
maioris probatur: quia certus de dono, non debet
donum petere, quia fit iniuria ei, qui certò promisit,
quali esset instabilis. Si ergo homo baptizatus non
potest à Dæmone subverti, cur orat ne cadat? & sic
vniuersalis Ecclesia quæ continuò illam recitat, erra-
ret. quod impium est asserere. Quod autem hoc sit
contra Christi doctrinam, patet quia loco citato
dixit: *Sic ergo vos orabitur: Pater noster qui es in
caeli, &c.*

Secunda ratio. Saluator Ioannis cap. 13. dixit
discipulis suis, *Qui lotus est nō indiget nisi ut pedes la-
uet: vos mundi estis sed non omnes.* quibus verbis do-
cuit Apostolos esse iustificatos, & in gratia: dixit
autem, sed non omnes, propter Iudam qui, Christi
vendenai voluntatem habebat. & tamen paulò post
Apostoli relicto Salvatore omnes fugerunt & scan-
dalum passi sunt, ut prius ipse dixerat, Matth. 26.
*Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. &
Petrus ter Chritum negavit. Thomas incredulus
factus est: dicens, nisi videro in manibus eius fixuram
clauorum, & mittam digitum meum in locum clauo-
rum, & mittam manum meam in lacus eius, non credam.*

Ioan-

Nemo certus est
de dono perseve-
rantis.

Certitudo de per-
seuerantiā oppo-
nitur orationi Do-
minicali.

Ioannis 20. quapropter Saluator dixit Lucæ 24. duobus alijs discipulis, *O stulti, et tardi corde ad credendum. ergo evidens est & manifestum quod homo iustificatus potest cadere à iustitia, nec certus est de dono perseverantiz, remoto particulari priuilegio, & specialii reuelatione.*

Tertia ratio. Act. cap. 6. Apostoli elegerunt septem Diaconos, *Viros boni testimonij, plenos Spiritu sancto et sapientia. et elegerunt Stephanum, Philip-pum, et Procorum, et Nicanorem, et Timonem, et Parmenam, et Nicolaum aduenam Antiochenum.* & tamen Nicolaus de quo superius legitur fuisse plenus Spiritu sancto & sapientia, factus est hæreticus. & de illo legitur Apoc. cap. 2. *Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ et ego odi.* ergo iustificatus, imò plenus Spiritu sancto, non est certus de dono perseverantiz.

Quarta ratio. 1. Cor. 9. Apostolus ait: *Castigo corpus meum, et in seruitutem redigo, ne forte cum alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar.* & 2. Cor. 11. ait: *timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant à simplicitate, quæ est in Christo.* & 1. Cor. 10. *Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. tentatio vos non apprehendat nisi humana.* & ad Galatas 5. *Currebatis benè, qui vos impediunt veritati non obedire?* & c. 3. *O insensati Galata, qui vos fascinauit non obedire veritati: & infra: sic stulti estis ut cum spiritu caperitum, nunc carne consumemini?* & Apoc. 2. *Angelo Ephesi, etc. scio opera tua, et laborem et patientiam tuam, et quia non potes suscipere malos, et tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse, et non sunt, etc. Sed habeo aduersum te quod charitatem tuam primam reliquisti.* 1. Tim. 1. *Quidam circa fidem naufragauerunt.* 1. Tim. 4. *In nouissimis diebus ascendent quidam à fide: & cap. 6. Quam quidam appetentes, errauerunt à fide.* ad Heb. 6. *Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum celeste, et participes facti sunt Spiritu sancto gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, et prolapsi sunt: reuerti iterum ad penitentiam, etc.*

Quinta ratio. ex Veteri testamento. Ezech. 18. *Cum euerterit se iustus à iustitia, sua, et fecerit iniquitatem morietur in illa.* Ergo iustus potest excidere à iustitia. 1. Regum 9. *Erat Saul electus et bonus, et non era vir de filijs Israel melior illo, ab humero et sursum eminebat super omnem populum.* qualis autem postea fuerit vita illius, cum diuinitur illum Spiritus Domini; patet legentibus. Dauid Rex iustus fuit, de quo dixit Deus: *Inueni Dauid virum secundum cor meum.* Act. 13. attamen à iustitia cecidit, cum adulterium & homicidium commisit: quam culpam deinde non parua. penitentia purgavit. Salomon in primùm à Deo dilectus fuit, vel legitur 2. Regum 12. *Vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum.* attamen legitur 3. Regum cap. 11. *cumque esset iam senex, deprauatum erat cor eius per mulieres, ut sequeretur Deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomon Ashtarthen Deam Sioniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, & non adimpleuit ut sequeretur Dominum, sicut Dauid pater eius. Tunc edificauit Salomon sanum chamos, idolo Moab in monte quod est contra Hierusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon, atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant*

ihura, & immolabant Dijs suis. Igitur iratus est Dominus Salomon, quod auersa esset mens eius à Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundo, & præcepit de verbo hoc, ne sequeretur Deos alienos, & non custodiret, quæ mandauit ei Dominus.

Sexta ratio. Lucæ 8. *Nam quæ supra petram: qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt.* ergo multi sunt credentes, qui deinde infideles fiunt, iuxta doctrinam Saluatoris. Ioannis 15. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & infra: mittetur foras sicut palmas & arefces, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* certum est palmitem manere in vite: sed deinde inquit, quod à vite separatur, & in ignem mittitur ad comburendum. sic homines ait: qui primo in fide, & charitate manent. deinde exciduntur & in ignem mittuntur æternum. & Matth. 24. *Refrigescet charitas multorum. Qui autem perseverauerit usque in finem hic saluus erit.* ergo qui sunt in charitate, deficere possunt, & non perseverare. O pauperuli Sectarij cur sic erratis? cur in meridie offenditis in tam altum montem veritatis? verissimè doleo super miseriam animarum vestrarum.

Septimò probatur Sanctorum Patrum testimonijs. Augustinus Tomo 5. num. 223. longo sermone docet neminem scire posse se in bono perseveraturum, nisi per reuelationem à Deo fiat certus.

Ambrosius Tom. 5. Serm. 54. inquit: *Attendite super quod audistis: nempe Maria Magdalena, quæ perseverando ad monumentum, quem quærebat inuenit: quoniam qui perseverauerit usque in finem hic saluus erit. Vnde sicut necesse est, ut malum à vobis repellatur, ita expedit omnino ut in bono quod iam inchoastis, firmissimè perseveretis, si Dominum videre, & ad celestem Patriam peruenire desideratis.*

Et in Comment. super Epist. ad Heb. in fine: Tomo 3. sup. rillud. *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, etc. Apparet autem quia in magna confidentia erant ad Deum, quam ne amitterent instantissimè eos hortatur. facilius enim integra conseruantur, quam amissa recuperantur. Nihil enim vobis necessarium est, nisi ut dictis firmiter, & permaneat in fortitudine vestra, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. O quanta magnitudo exhortationis istius & consolationis! Vno tantum opus habetis, id est ut perseveretis in agone, donec recipiatis coronam condignam labori vestro: quia non qui cepit coronabitur, sed qui perseverauerit in certamine usque in finem, hic saluus erit. in patientia vestra, siquidem possidebitis, dicit Dominus, animas vestras.*

Hieronymus lib. 2. contra Iovinianum Tomo 3. ubique totum ex professo hunc errorem damnat. & inter cæteras hæc ibi docet. *immundus est autem apud Deum omnis qui exaltat cor suum, ut qui paululum refrigerans à peccatis ad suum reuertantur errorem, & suauiter in luxuria ciborum carnisque deliciis. Quis enim non libenter audiat: manducemus & bibamus, & æternum regnabimus? sapientes & prudentes prauos vocant eos vero qui dulces sunt in sermonibus plus audiunt. Ioannes Apostolus, imò Ioanne Saluator, scribens Angelo Ephesi Ecclesie. Scio, inquit opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia sustinisti propter nomen meum, & non defecisti: sed habeo aduersum te quod charitatem tuam primam reliquisti: memor esto vnde cecideris: & age penitentiam: & prima opera fac. sin autem*

Quidam Diaconus ordinatus ab Apostolis, factus est hæreticus.

Sectarij sunt hæc allucinati ut in montem offendant in meridie.

Testimonium veterum SS. Patrum

...miam vram tibi, & monito sandelabrum suum de
loci tui penitentiam egerit. Similiter & ceteras Ec-
clesias, Smyrnas, Pergamum, &c. & infra: Super-
fluum est de Moyse & Aaron scribere quod ad aquam
contradictionis offenderint Deum, & terram promif-
sionis non intraverint. cum B. Job a Angelos quoque &
omnem creaturam peccare posse commemoraret, &c. &
postea: & cecidit Lucifer qui stitabas ad universas
nationes & ille qui in Paradiso delictorum Isaa 14. in-
ter duodecim nationes est lapidatus, vulneratus a monte
Daquini, ad inferna descendit. Unde & Saluator in
Evangelio videlicet inquit, Satanam quasi fulgur de
Caelo cadentem. Si altissima illa sublimitas cecidit, quis
cadere non possit? Sed in calaruma, quanto magis in-
traus? &c.

Capitulum prede-
stinacionis non po-
test haberi regula-
ritas.

Tertia Conclusio. Nemo potest, sine speciali
revelatione Dei, certus esse certitudine fidei Divi-
nae, se predestinatum esse & ad aeternam heredita-
tem electum. vt docet Concil. Trident. sess. 6. c. 12.
historia. Nemo quoque quamdiu in hac mortalitate
vivit, de arcano Divina predestinationis mysterio
usque adeo presumere debet, vt certo sciat se omni-
no esse in numero predestinatorum: quasi verum esset,
quod iustificatus, aut amplius peccare non possit, aut
si peccaverit, certam sibi respicientiam promittere de-
beat. Nam nisi ex speciali revelatione sciri non potest
quos Deus sibi elegerit.

Qui ignorat se
perseveraturum:
nescit se futurum
beatum.

Probatur Conclusio. Quicumque certo scire
non potest se perseveraturum in iustitia & charitate
usque ad consummationem vite: nec scire poterit
se esse electum & predestinatum ad aeternam heredi-
tatem, at nemo potest certo scire se usque ad vlti-
mum perseveraturum esse in fide, & charitate, ergo
nemo scire poterit se esse electum, & predestinatum
ad gloriam. Maior patet, nam Math. 19. Qui per-
severaverit usque in finem hic saluus erit. Minor ma-
nifesta est, & satis demonstrata fuit in conclusione
antecedenti; adeo vt impossibile sit, quod Sectarij
subterfugere valeant. ergo pari modo manifestum
est neminem certo scire posse se esse electum & pre-
destinatum.

Qui de re aliqua
certus est frustra
timeat de illius af-
sequatione.

Secundo probatur. Quando cumq; homo certo
scire poterit infallibiliter se electum esse ad gloriam
& immutabiliter se illam assequuturum, vanum erit
illi & ineptum timorem & sollicitudinem salutis ha-
bere: sed Scriptura sacra omnes fideles serio com-
monefacit, vt timeant de salute propria, & solliciti
sint pro illius procuracione & adeptione: ergo eui-
dens est neminem fidelium posse habere illius certi-
tudinem. maior patet, nam vanum est timere ne
eveniat quod certum est. Minor probatur. Rom.
11. Tu autem fide habes: noli alium sapere, sed time.
ad Philipp. cap. 2. Cum metu & tremore salutem vest-
ram operamini. Palm. 2. Servite Domino in timore,
& exultate eum tremore. Apprehendite disciplinam
mercedem irascatur Dominus, & peccati de ira iusta.
& 2. Cor. 10. Qui stat videat ne cadat. & 2. Ioan. cap.
vnicuique ait. Videte vosmetipsos, ne perdatis que operati
estis, sed ut mercedem plenam accipiat. & Apoc. 3.
Tene quod habes, ne alius accipias coronam tuam.
& 1. Cor. 9. Castigo corpus meum & in servitutem redigo,
ne forte cum alijs predicaverim ipse reprobus efficiar.
& 2. Cor. 11. timeo autem ne sicut serpens Enam se-
duxit astutia sua, ita corrumpatur sensus vestri, &
excidant a simplicitate qua est in Christo.

Tertio probatur. Si fide credendum est, vt Sec-

tari sompiani nos esse predestinatos: sequeretur
quod Deus hortans nos in Scripturis, vt timeamus
de nostra salute: ad dubitationem & vacillationem
in fide nos hortaretur, & consequenter ad infideli-
tatem; consequens est blasphemum; ergo & ante-
cedens ex quo sequitur: sequela maioris probatur;
quia timere & dubitare circa id quod certo creden-
dum est, actus infidelitatis est. blasphemia conse-
queptis patet, quia Deus hortaretur nos ad malum;
& contra id quod ipse precepit. sequitur ergo a pri-
mo ad vltimum impium, & ineptum esse asserere
hominem certitudine fidei scire posse se esse de nu-
mero saluandorum seu electorum.

Quarto probatur SS. Patrum testimonijs. Aug.
in Soliloquijs cap. 26. Tomo 9. inquit: *Que & qua-
lia sint in libro tuo scripta de me, in secreto confitoy
tui, ego quidem ignoro, unde & valde timeo, tu vero
nostis, quoniam quod ego per successus dierum & tem-
porum hinc ad mille annos huius temporalitatis expecto,
in conspectu aternitatis tuam iam factum est: & quod
futurum est iam factum est, ego autem stans in hac
nocte tenebrosa hac ignorans: timor & tremor vene-
runt super me, dum videor mihi undique imminere
multa pericula, a multis quoque hostibus venari, mul-
titudineque innumerarum miserationum in hac vita me
circumdari, &c.* & lib. de correpte, & gratia cap. 13.
Tomo 7. inquit. *Qui enim ex multitudine fidelium,
quamdiu in hac mortalitate vivit, in numero prede-
stinatorum se esse presumat, quia id occultari opus est
in hoc loco, ubi sic cavenda est elatio, ut etiam per Sa-
tana Angelum, ne extolleretur, raptus colaphizaretur
Apostolus, & infra: & similia multa dicuntur. prop-
ter huius utilitatem secretis, ne forte qui extollatur,
sed omnes etiam qui bene currunt, timeant; dum occul-
tum est, quo perveniunt, propter huius ergo utilitatem
secretis credendum est, quosdam de filijs perditionis,
non accepto dono perseverandi usque in finem, in fide
qua per dilectionem operantur incipere vivere, & aliquan-
diu fideliter ac iuste vivere, & postea cadere; neque de
hac vita priusquam hoc eis contingat auferri, quorum
finemini contempsit, tandem habere homines istum su-
laberrimum timorem, quo vitium elationis opprimatur,
donec ad Christi gratiam, qua pie vivitur perveni-
rent, deinceps iam securi, nunquam se ab illo esse
casuros. qua presumptio in isto tentationum loco non
expedit, ubi tanta est infirmitas, ut superbiam possit
generare securitas.*

Testimonium si-
militudinis SS. in
spirituali milito
in peccatorum

Securitas elio-
nem gignit.

Gregorius in exposit. Moralium lib. 29. in 38.
caput Job cap. 32. inquit: *Nunquid possis ordinem
cali, & ponas rationes eius in terra? ordinem cali
nosse, & supernarum dispositionum occultas pra-
destinationes videre; & infra: quod utique facere
in hac vita nullus potest. & postea. Qui ergo ista
iudiciorum caelestium secreta discutias? qui intelligat
discretam lancem aquarum occulta? ad cognoscen-
dos quippe istos iudiciorum secretorum finis, nullus
ascendat. dicatur ergo homini, vt se nescire cogno-
scat: nescientem vero se cognoscat vt timeat: ti-
meat vt humilietur: humilietur ne presumat in sa-
tis presumat in se, vt conditoris sui auxilium requirat: &
qui in se fidens mortuus est, auditoris sui adiuturum
appetens vivat, &c.*

Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos Tomo 2.
inquit: *Ne beatum dixeris quempiam ante mortem,
quamdiu enim vivimus, in certamine sumus: quamdiu
in certamine, nulla est certa victoria.*

Ff Chry-

Chrysolomus Homil. 11. in Epistol. ad Philip-
penles Tomo 4. ait: *Si Paulus qui tanta passus est,
nondum de resurrectione illa securus fuit, quid sanè nos
dicemus?*

Contrà præmissas Conclusiones vrgent Sectarij
pluribus obiectionibus. & aduersus primam conclu-
sionem primò sic. Lucæ 17. *Cum feceritis hæc omnia
dicite seruis inuicem: quod debuimus facere feci-
mus. et nemo potest hoc affirmare, nisi certò sciat
se omnia fecisse quæ præcepta sunt: qui autem certò
scit se omnia mandata compleuisse, certò quoque
scit se diligere Deum, & diligere à Deo, & iustum
esse; nam Saluator dixit. Qui enim diligit me, ser-
uantes meos seruabit, & qui diligit me, diligitur à Pa-
tre meo. & qui facit iustitiam iustus est, inquit Ioannes.*

Respondeo concedendo hominem posse cogno-
scere se mandata Dei seruasse; quia sicut cogno-
scit transgressionem mandatorum, sic cognoscit
cum illa seruat; cum hæc tamen conditione, a
quòd nesciat se omnes circumstantias actus appo-
fuisse, & Deo talia fuisse accepta, quando itaque
inferunt, qui autem certò scit se omnia mandata
compleuisse certò quoque scit se diligere Deum,
& diligere à Deo, & iustum esse: concedimus, at
nemo hoc potest certò scire & perfectè cognosce-
re, scilicet: se actum meritorium fecisse benè cir-
cumstantionatum vt oportet; & Deum illum ac-
ceptasse. Ad illud: at nemo potest hoc affirma-
re, nisi certò sciat se omnia fecisse quæ præcepta
sunt. dico quod benè potest illud affirmare, si
perfectè sciat se intentionem habuisse mandata
seruandi, non sequitur tamen se certò scire fe-
cisse quod potuit in omnibus. Sed tantum se
non aduertisse defectus. nec sequitur quod homo
manifestè cognoscere valeat se esse iustum, licet ha-
bere possit aliquas coniecturas de sua iustitia & re-
missionem peccatorum.

Secunda Obiectio. Ioannis 5. *Qui facit veri-
tatem venit ad lucem, ut manifestentur opera eius,
quia in Deo sunt facta.* at quis auderet venire
ad lucem, idest ad Christum, iustitiæ solè, &
opera sua dijudicanda proferre, nisi certò sciret illa
esse verè bona.

Hucusque Sectarij dixerunt opera nostra nul-
lus esse valoris, imò peccata: nunc probant esse,
ita bona vt manifestè ex illis cognoscere valeamus
nos esse iustificatos. Sed cur palinodiam cantant?
nimium, quia non discuntur, veritatis gratia,
sed vt veritatem Catholicam impugnent: & hoc
illis sufficit.

Respondeo itaque Ioannem sic affirmare: *Om-
nis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad
lucem, ut non arguantur opera eius: qui autem facit
veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera
eius;* Loquitur igitur de luce materiali quam odio
habent qui malè faciunt, quia opera mala abscon-
dunt ne videantur & puniantur; qui autem benè
operatur non odit lucem: quam similitudinem,
attulit Saluator, vt quæ superius dixerat de se ipso
confirmaret sic. *Quia lux venit in mundum, & di-
dixerunt homines magis tenebras quam lucem: erant
enim eorum mala opera.* patet igitur sensus Scrip-
turæ. nunc ad obiectionem: cum dicit, quis au-
deret venire ad lucem, idest ad Christum iustitiæ
solè, & opera sua dijudicanda proferre, nisi certò
sciret illa esse verè bona. dico hominem posse

scire opera sua bona fuisse moraliter & intentione
nem bonam se habuisse; sunt enim actus nostri
voluntatis naturaliter à nobis scibiles, sed an tales
actus fuerint à gratia Spiritus sancti, & benè cir-
cumstantionati vt oportet, & Deo accepti, quis
certò sciet? ex quo sequitur neminem nisi per
coniecturam scire posse se Deo acceptum esse.
Tertia Obiectio. Ioannis 14. *Vos autem cog-
nosceuerunt, quia apud vos manebam, & in vobis
erit. item. in illa die cognoscetis quia ego sum in Pa-
tre, et vos in me, et ego in vobis.* ergo fidelis po-
test certo scire se esse iustum; iustus enim est qui
Deo manet.

Respondeo Saluatorem loqui de missione Spiri-
tus sancti, quæ facta fuit in die Pentecostes super
Apostolos, & quia illa fuit sensibilis, & ipsi pri-
mitias spiritus acceperunt, vt fundarent Ecclesiam;
ideo in illis fuit certissima notitia propria iustitiæ ex
reuelatione; nam illis talia Saluator promisit ac præ-
dixit, quod de omnibus fidelibus pari modo verificari
nequit, vt patet.

Ad illud: *In illo die vos cognoscetis quia sum in
Patre meo, et vos in me, et ego in vobis;* Cyrillus
& Augustinus in Commentarijs huius loci, vt re-
fert Card. Bellarmin. lib. 3. de iustificat. cap. 9. asse-
runt Dominum loqui de cognitione beata in pa-
tria. Salua autem horum Patrum expositione, ad
maiorem obiectionis eneruationem, dico quod po-
test etiam intelligi de cognitione in via, sed de illa
quam Apostoli habuerunt in die Pentecostes intelli-
gi debet, & non de ea quam omnes fideles habitu-
ri sunt. non enim negare poterunt Sectarij Aposto-
los maiorem notitiam & certitudinem sanctitatis
& iustitiæ atque fidei habuisse, quam nos habemus.
maiora dona absque dubio Apostoli receperunt à
Domino, quam nos communiter à Deo recipimus.
& hoc monebat Apostolus, cum dicebat ad Rom. 8.
Sed et nos ipsi primitias spiritus habentes. igitur verba
citata Saluatoris nostri ad Apostolos directà, de
Apostolis tantum intelligi debent.

Quarta Obiectio. ad Romanos 3. *In summa Dei
in omnes et super omnes qui creduntur. & cap. 4.
Si ex lege hæreditas, ex manna est fides, abolita est
promissio. &: ideo ex fide, ut firma sit promissio.
&: ideo reputatum est ei ad iustitiam.* Hinc colligunt,
omnes credentes, ex fide tantum, certifi-
simè iustificari, & hoc ipso iustificari quod cre-
dunt. at sciunt quod credunt. ergo sciunt se
esse iustos.

Respondeo Apostolum ibi docere, vt quisque
videre poterit, iustitiam & hæreditatem non ha-
beri ex veteri lege, sed ex fide, nempe per Chris-
tum; distinguit igitur veterem legem à noua &
Euangelica: in quo sensu, cum in lege Euangeli-
ca, non tantum fides solitarie sumpta, sed etiam
multæ virtutes, quæ fidem sequuntur continean-
tur. sequitur Apostolum vel fidem sumere pro
omnibus his quæ Euangelium docet; vel si de
fide tunc loquitur solitarie sumpta, illam ponere
tantum causam iustificationis, quia ipsa est ini-
tium, fundamentum & ianua ad iustificationem.
& cum Apostolus dixit fidem Abraham reputatam
esse illi ad iustitiam, tunc, vt superius diximus,
excludit opera Abraham antecedentia fidem, &
non subsequenter quæ præcipiuntur; nam ipse
docuit ad Gal. cap. 5. fidem per charitatem operari.

Fal.

Explicit benè
operatum esse, fa-
cile cognoscitur.

Benè operatum
esse, vt oportet, &
Deo acceptum
fuisse, nemo cer-
tò scire potest.

Sectarij palinodiam
cantant.

Coniecturaliter
cognoscere possi-
mus iustitiam no-
stram.

Aliud est de Apo-
stolis in hac mate-
ria, & aliud de
alioquinibus ho-
minibus.

Falsissima itaque est sequela illa, fidem scilicet iustificare exclusis cæteris virtutibus, ut suo loco dictum est. Quando autem dicunt se scire quod credant; concedimus; utique nos credere certissime scimus, sed, ergo sciunt se esse iustos, negatur sequela, quia fides separatur à charitate, nam peccator potest habere fidem, & non esse iustus ex carentia charitatis, quæ formaliter iustificat. Unde ergo colligunt se esse in gratia & iustitiam habere? ex imaginatione. sunt ergo certi de iustitia imaginaria, sed non reali & à parte rei.

Quinta Obiectio. Rom. 8. *Sed accepisti spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater: ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei: si autem filij, & heredes.* at spiritus non potest nos decipere. testatur autem quod sumus filij Dei, ergo certissime nobis constat quod sumus iusti.

Respondeo concedendo iuxta sensum Apostoli, quod multoties homines recti & boni sentiunt se habere spiritum Dei, quia motus aliquos internos sentiunt spiritus Domini, ut tunc testimonium reddat spiritui nostro, quod sumus filij Dei, puta adoptivi; sed hoc testimonium non est ita certum & infallibile ut excludat omnem hæsitationem, sed est tantum coniectura iustificationis nostræ: nec certitudinem infert perseverantiae & glorificationis, quia ut probatum est, quantumcumque homo sit iustus, potest tamen peccando à iustitia & sanctitate cadere. Itaque testimonium dupliciter in re presenti considerari potest, vel ut certificans infallibiliter, ita ut oppositum sentire sit error in fide; & hoc modo spiritus Domini non dat testimonium iustificationis & glorificationis nostræ, iuxta doctrinam eiusdem Apostoli 1. Cor. 4. *Mihi autem pro maximo est ut à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me Dominus est.* vel ut ita tantum certificans, ut totam spem & fiduciam gignat in nobis, ut itabiles simus, & maiori diligentia maiorem progressum salutis nostræ exquiramus: & hoc modo concedimus, quod iuxta præfatam doctrinam Apostoli obijcitur: non sequitur autem fide tenendum esse, nos iustos esse, & hæredes Regni caelorum. Coniecturalem igitur certitudinem nostræ iustitiæ concedimus; certitudinem fidei, sub qua non potest subesse falsum, negamus. Doctores Catholici solent plures coniecturas iustificationis nostræ numerare, scilicet. De Deo cogitare frequenter. de Deo loqui libenter. promptitudinem ad prædicanda magnalia Dei. attentè Divina auscultare; loca Deo dicata visitare. indigentibus pro amore Dei subuenire. illata patienter sufferre. Divina mandata operibus implere. circa amorem mundi frigere. Dei ministros honorare, &c. hæc coniecturæ aliquam pariunt certitudinem; de qua Apostolus ad Rom. 8. qui locus hic nobis obijcitur; sed non talem certitudinem quæ omnem hæsitationem excludat. & hoc docere intendit Concil. Tridentin. sess. 6. cap. 9. illis verbis: *Cum nulla scire valeas, certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum.* non excludit itaque omnem certitudinem, sed infallibilem, sicut est certitudo fidei, sub qua non potest subesse falsum. de qua nequaquam loquitur Apostolus ad Romanos cap. 8.

Sexta Obiectio. Ad Romanos cap. 8. inquit Apostolus, *Certum sum quæneque mors, neque vis, poterit separare à charitate Dei.* Ergo habet potestatem infallibilis notitia iustitiæ & perseverantia.

Respondeo cum Card. Bellarm. loco supra citato cap. 9. & cum P. Beccano lib. 1. de iustific. cap. 17. quæst. 7. Apostolum non loqui de certitudine fidei, sed tantum de morali, quæ ex signis & coniecturis gignitur, nam græcè legitur persuasus sum, seu confido. Unde etiam Ambrosius hoc loco, & Hieronymus in Epist. ad Algasiam quæst. 9. non legunt certus sum, sed confido. Et ipsemet Paulus in eadem Epist. cap. 15. utitur eodem verbo cum; dicit: *Certus sum fratres mei quoniam pleni estis dilectione.* ubi sanè non vult significare se habere certitudinem fidei de dilectione Romanorum, sed moralem tantum persuasionem.

Septima Obiectio. 1. Cor. 1. *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ donata sunt nobis.* Ergo scimus iustificationem nostram & remissionem peccatorum.

Respondeo Apostolum primo dixisse quod prædicatio Evangelij non erat in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, ut fides non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei: & sequitur: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam verò non huius sæculi, neque Principum huius sæculi, qui destruntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio.* & paulò post subdit: *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus,* scilicet humanam sapientiam, de qua supra dixerat; sed spiritum, qui ex Deo est, nempe doctrinam fidei per revelationem, ut sciamus quæ donata sunt nobis, id est ut cognoscamus hoc donum Dei esse. itaque Apostolus fatetur nos cognoscere donum Christianæ fidei & cognitionis Evangelij à Deo, & ex dono Dei obtinuisse: quod totum concedimus: nam non negamus hominem cognoscere se vocatum esse ad Ecclesiam Christi, se fidem Catholicam habere, se in baptismo fuisse iustificatum, si antè ætate adultam illum susceperit. sed negamus hominem certò scire infallibili notitia, ipsum deinde permanere in iustitia, & post mortale peccatum resurgere, & in gratia esse: etenim certò scire se fidem Catholicam habere, non est certum esse de iustificatione, quia sola fides non iustificat, nec fides est formaliter iustitia, ut superius dictum est.

Octava Obiectio. Ioannis 13. *In hoc cognoscens omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* ergo multò magis poterit quisque cognoscere se verum discipulum esse Christi, si dilectionem proximi habere se videat.

Respondeo aliud esse cognoscere aliquem profiteri fidem & legem christianam, & aliud, hominem esse actu iustificatum; primum concedimus, quia facile est, nec à Catholicis negatur. Secundum negamus, ne locus præcitatus contra nos hoc docet, tantum ex mutua charitate mundum cognoscere posse nos esse Christi discipulos & sequaces, puta Christianos Catholicos: quia Christi doctrina dilectionem proximam mandat & dicitur.

Nona Obiectio. 1. Cor. 11. *Probet autem se ipsum homo, & sis de parte illo edas, & de calice bibas:* ergo homo potest probare & cognoscere se esse iustum, & dignum illa comestione Sacramentali quæ requirit iustitiam.

Certissime scimus nos fidem Catholicam habere, & credere: sed non est eodem modo dicendum de charitate qua formaliter iusti sumus.

Verificatio duplex est.

Multa sunt coniecturæ iustitiæ nostræ.

Apostolus est certus de perseverantia certitudinis morali non certitudine fidei.

Qui certus est de fide Catholica, non est certus de sua iustitia eodem modo.

Probare se ad sumendum dignè Eucharistiam, est non esse conscius criminis.

Respondeo cum Card. Bellarm. loco citato hanc discussionem & probationem non exigere certitudinem fidei, sed qualem possumus ex ipsa nostræ conscientie examinatione consequi. ille enim paratus dicitur ad percipiendam Eucharistiam, qui post discussionem non est sibi conscius alicuius criminis, quod per penitentiam expirare neglexerit, & neque fidem, aut charitatem, aut devotionem, tanto Sacramento debitam, sibi deesse, bona fide existimat, ergo homo potest certè & infallibiliter scire se esse iustum, falsa est consequentia.

Decima Obiectio. 2. Cor. 2. *Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ.* at gloria ista inanis esset nisi testimonium conscientie certitudinem infallibilem gigneret.

Respondeo, quod quisque potest, examinando conscientiam suam, cognoscere, se aliquid contra Dei legem non commisisse, & de huiusmodi re in Domino gloriari. eo quod diligentiam adhibuit in peccatis non committendis, munus suum iuxta posse exequendo, sed non sequitur, ergo certitudine fidei pari modo cognosci potest hominem esse iustum, ut docet Apostolus 1. Cor. 4. dicens: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: quis autem iudicat me Dominus est.* itaque Apostolus ipse monet, quod licet homo non sit sibi alicuius criminis conscius, ex hoc tamen iustificatus dici non debet. quid opus est igitur varias tricas meditari, dum Apostolus ipse id docet.

Undecima Obiectio. 2. Cor. 13. *Vosmetipsos tentate, si estis in fide, an non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus in vobis est, nisi forte reprobi estis?* ergo reprobi sunt qui non cognoscunt se esse in gratia Dei, & omnes predestinati hoc cognoscunt.

Respondeo præcitatum locum Pauli egregie expugnare Sectarios, asserentes necessariò credendum esse nos esse iustos. quia Apostolus non dixit Corinthiis, vosmetipsos probate, & firmiter credite vos esse iustos, quia sic iusti eritis, iuxta modum iustificationis à Sectariis excogitata: sed dixit: *Vosmetipsos tentate si estis in fide.* verè non esset opus tentare, si certi essent de iustitia. Nunc ad obiectorem dico, fideles in primizia Ecclesia multa dona à Deo, simul è dono fidei obtinuisse: ut legitur 1. Cor. 14. quæ tunc quasi necessaria cognoscebatur, adhuc ut Christiana fides cresceret, & fideles multiplicarentur, & in fide essent firmiores, & stabiliores: hinc Apostolus dicebat, non cognoscitis quia Christus idest fides Christi in vobis est scilicet ex lignis, & prodigijs; nisi forte mente exæcati estis, more reproborum, ut talia videntes non videntis, & intelligentes non intelligatis, ut Isaias de reprobis affirmat cap. 6. Quapropter nullatenus sequitur posse fidelium certitudine fidei scire se esse iustum, & certum de iustitia, nam eisdem, quibus Apostolus dixit, ut se cognoscerent quod Christus in illis est per fidem, reprehendit de peccato, dicens: *Prædixi & prædixi, ut proficiat, & non abfuerunt, isti qui ante percursum, & ceteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam.* ergo tunc non loquitur de iustitia propria cognitione, quæ cum peccato non manet.

Duodecima Obiectio. Ad Ephesios cap. 3. *Per quem habemus fiduciam, & accessum in confidentiam per fidem eius.* in verba Grego, loco fidei, legitur audacia. Undè inquit Calvinus. Au-

dacia plus est quàm certitudo. igitur per fidem plerumque certi sumus non esse gratos Deo, atque undè ad Deum audaciter accedimus.

Respondeo, quod audacia sumitur pro certitudine apud inscios, sed non est certitudo apud prudentes & sapientes, sed firmior confidentia: quæ multum distat à certitudine fidei, sub qua non potest esse falsum. itaque per fidem eius, seu qui credidimus ei, bonam habemus confidentiam accedendi ad illum, & sperandi in illius promissionibus. at non sequitur ergo certi sumus de nostra iustitia, certitudine fidei, cui non potest subesse falsum.

Terdecima Obiectio. ex Epist. 1. Iohannis c. 3. habetur sic: *Scimus quoniam translatus sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* & cap. 4. *In hoc cognovimus quia in ipso manemus & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis.* & cap. 5. *Scimus quoniam ex Deo sumus.* & ibidem. *Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se.* ergo iustus certi de nostra iustitia & remissione peccatorum.

Respondeo huic Obiectioni cum Card. Bellarm. loco citato. quod illæ voces, *scimus & cognoscimus*, non necessariò includunt certitudinem fidei Divinam dicimus etiam ea scire, quæ ex coniecturis & signis colligimus. Deindè: quamvis S. Iohannes in prima persona loquatur, tamen sententiæ illæ generales sunt, non particulares; significant enim eos translatos esse de morte ad vitam qui diligunt fratres, & eos in Deo manere, & Deus in ipsis, qui habent in se spiritum Dei, & qui sunt ex Deo: sicut etiam Paulus cum loquitur de predestinatione, ferè semper ita loquitur, quasi certus esset non solum se, sed etiam illos omnes ad quos scribit, in numero electorum fuisse: quia videlicet id cupiebat, & sperabat. illud autem. *Qui credit in filium Dei habet testimonium Dei in se.* non est ad propositum, quia Iohannes non loquitur de testimonio iustificationis nostræ, sed de testimonio divinitatis Christi, dixerat enim paulò ante. *Hæc est testimonium Dei, quod manus est, quia resuscitatus est de filio suo.* & mox subiungit. *Qui credit in filium Dei habet testimonium Dei in se.* idest retinet & conservat, & acceptat testimonium Dei, non de se, sed de filio Dei in se, qui autem non credit, non recipit hoc testimonium in se, & ideo mendacem facit cum, qui de filio testificatus est, cum dixit: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.*

Quartadecima Obiectio. Epist. 2. Petri cap. 1. *Satisque ut imitari operam certam vestram vocationem & electionem faciat.* ergo possumus habere certitudinem de iustificatione, & electione.

Respondeo, quod facere certam vocationem & electionem secundum quod hoc loco Petrus admonet; est sic bene operari ut saluemur, & perfectus ostendamus nos fuisse vocatos, & verè à Deo electos, idest sequitur. *hæc enim facientes non peccabitis aliquando, quia qui satagit salutem consequi, peccandi occasionem fugit & fugat.* quomodo autem rem sequatur, ergo certi sumus de iustificatione & remissione peccatorum. certitudine fidei Divinæ non apparet, quia ibi nec formaliter nec virtualiter inest hæc sequela.

Quintadecima Obiectio. Dionys. Arcopag. lib. de Divinis nominibus c. 7. propè finem ait. *Novus peccator, qui turritati committitur est, quoniam bene se habuit, etiam si plures illum corripiant quasi amentem.* &c.

Audacia est firmior confidentia

Qui credit recipit iustificationem Dei de filio suo.

Facere certam electionem, est perseverare in bonis operibus.

Basilius in questionibus breuiter explicatis, quæst. 28. & 296. quærit quomodo certificatur anima, quod Deus dimiserit ei peccata & respondet: Si contemplabitur ipsum in effectu eius, qui dicit, infirmitate odio habet, & abominari sum.

Gregor. Nazianz. ex Oracione de plaga grandinis; inquit: Quis scit numquid conuertatur; & paniceat; & relinquat post se benedictionem? atque manifestè hoc scio. Ego diuina clementia sum fides usor. nam iram, qua præter naturam ipsius est, remittet; & ad misericordiam qua secundum naturam eius est, conuertetur.

Chrysost. Hom. 14. in Epist. ad Roman. Quando uero spiritus testatur, qua nam relinquatur ambiguitas & intrã. Suprema illi est sententia, qua & hoc ipsum largitur, quod promittit, ut quod ad ore etiam iussit, testimonium perhibente, quæstionem de dignitate hac deinceps dubitare audebit.

Cyrril. lib. 10. in Ioan. cap. 3. Radiare, inquit, ab impio idolorum cultu ad cognitionem Dei uocati, solummodo per fidem discunt, quod unus Deus qui nos creatum colendum est. Qui uero omni uirtute mentem suam purgando apti iam ad maiora facti sunt, spiritus illuminatio ne receperat, oculi animi habitantem in se Deum uidebunt.

Cyprian. lib. aduersus Demetr. ait: Vixit apud nos Deuoratur, & firmatus fides, & inter ipsius sacris laboribus ruitus creta mens; & immobilis uirtus, & de Deo suo semper anima secura. Et in sermone de Cena Domini, dicit animam fidelera in perceptione Eucharistia mirabiliter affici, dum uidet quod Deus edonnet, & quid eius donet, & addit, se donatã & sanctificatã agnosces, sicutibus se abluat, & lachrymis se baptizat.

Et lib. de mortalit. inquit: Qui hic anxiatus, & sollicitudinis locus est? qui inter hac trepidum, & maestum est, nisi cui spes, & fides deest, cui enim est mortem timere, qui ad Christum transire uoluit, cui est ad Christum uelle ire, qui se non credit cum Christo indipere regnare. scriptum est enim: Infirmi ex fide uiuunt, si infirmus est & fida uiuis, si uero in Deum credit, cur non cum Christo futurus, & de Domini pollicitatione securus, quod ad Christum uocetur, amplius? & deinde. Deum tibi de mundo recedens, immortalitatem pollicetur, & tu dubitas? hoc est Deum omnino non nosse; hoc est, Christum credentium magistrum, peccato incredulitatis offendere, hoc est, in Ecclesia constitutum, fidem in domino fides non habere.

Halas. ex Comment. in cap. 5. Matth. inquit. Regnum Cælorum, quod Dominus, in se esse positum est profectus; uale fide aliqua incerta uoluntate u ambiguitate sperata, aliquam iustificatio ex fide nulla est, si fides ipsa fide ambigua.

Ambros. lib. 5. de Sacram. cap. 2. dicit, animam post baptismum susceptam, uidere se à peccatis esse mundatam; & cetera. inquit. Quisquis illi fermento Christi adhaerescit, efficitur & ipse fermentum, iam sibi uelut quoniam etiam uniuersis, & de sua certis salute, & de aliorum acquisitione securus.

Hieronymus. ex Comment. ad cap. 6. ad Galat. super illud, uos qui spirituales estis. ait. Ego iustus qui de sua certis est in corde, qui se non posse habere, non debet instrere peccatorum in spiritu lenitas, &c.

August. in tractat. super Plalm. 88. inquit: Hoc dicit Deus, hoc promittit Deus: si parum est, hoc inuisit. Quis ergo non secundum opera nostra, sed secundum illius misericordiam, firma est promissus, non debet enim trepidatione prædicare, de quo non potest dubitare.

Et sermo. 28. de uerbis Domini. Ideo præsumit non de operatione tua, sed de gratia Christi. Non ergo uer-

gantis est, sed fides; prædicare quod accepisti, non est superbia, sed deuotio. Ergo astolle oculos ad Patrem, qui te per lauacrum genuit, qui te per Filium redemit, & ad Patrem noster.

Et in Plalm. 149. Est ergo modus glorians in conscientia, ut noueris fidem tuam esse sinceram, & noueris spem tuam esse certam; ut noueris charitatem tuam esse sine simulatione.

Et sermo. 6. de uerbis Apost. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ecce aduante ipsius misericordia spiritum Christi habemus, ex ipsa delectatione iustitia, integra fide, Catholica fide, spiritum Dei in nobis nosse cognoscimus.

Tract. 75. super Ioan. Tunc erit ut possimus uidere quod credimus: nam nunc est in nobis & nos in illo. sed hoc nunc credimus, tunc etiam cognoscemus.

Lib. 13. de Trinix. cap. 1. Fidem ipsam uidet quisque esse in corde suo si credit: uel non esse, si non credit. & lib. 8. cap. 8. Qui diligit fratrem magis nouit dilectionem, qui diligit, quam fratrem quem diligit.

Tract. 5. super Epist. Ioan. Nemo interroget hominem, uideat ad cor suum, si sibi inuenit charitatem, securus sit, qua transit à morte ad uitam.

Lib. de poenit. medic. cap. 2. Dimitte nobis debita nostra, non docemus pro his peccatis, qua remissa credimus in baptismo, nisi de ipsa fide dubitamus.

Et Tract. super Plalm. 85. Dicit unusquisque fidelium, sanctus sum: non est ita superbia elati: sed confessio non ingrati.

S. Leo in sermo. 2. de festo Pascha ait: Discutens se fidelium mentes, & intus sui cordis affectus uera examinatione diuidens, ut si depositum aliquid in conscientijs suis de fructibus charitatis inuenerit, Deum sibi esse non dubitans. Et idem habet in sermo. 8. de Epiph.

Gregor. in 1. lib. Dialogor. cap. 1. Mens qua sanctus Spiritus impletur, habet euidensissima signa sua, uirtutes scilicet, & humilitatem, qua si utraque perfecta in una mente conueniunt, loquetur quod de præsentia sancti Spiritus testimonium ferant.

Anselm. in Comment. super cap. 8. ad Rom. ait: Per hoc quod Spiritus sanctus charitatem in nobis infudit, qua nos facit imitatores esse diuinae bonitatis, ut diligamus inimicos: euidentis testimonio declarat mentem nostram esse filias Dei.

Bernard. sermo. 1. de Annunc. Si credis peccata tua non posse deleri, nisi ab eo, cui soli peccasti, & in quem peccatum non cadit, bene facis: sed adde adhuc, ut credas, quia per ipsum tibi peccata demantur. Hoc est testimonium quod perhibet in corde nostro. Spiritus sanctus dicens, Dimissa sunt tibi peccata tua, sic enim arbitratur Apostolus, gratis iustificari hominem per fidem. Ergo sententia Patrum est nos habere certitudinem fidei de nostra iustificatione, & remissione peccatorum.

Respondet Patres in præcatis locis intellexisse de coniecturis & signis nostræ iustitiæ, quæ pariunt aliquam certitudinem, quæ coincidit cum probabilitate, & non certitudinem fidei diuinæ: uel aliquando loqui de fide Catholica, quæ est fundamentum iustificationis, illam autem nos concedimus habere certissimum esse; at illa non est formaliter iustitia nostra, ut suo loco dicimus, sed gratia inhaerens. uel sermonari de certitudine ex parte Dei, quatenus tunc esse possumus quod iustificare nos semper paratus sit. uel sic loquuntur fuisse ut, excluderent incredulitatem de salute, quæ fidei defectum induit: uel de certitudine in ordine ad firmas promissiones Dei circa nostram iustitiam, quatenus non inferunt sortem, & Platonem

Infallibilitatem, & certitudinem iustitiæ, Patres ponunt, respectu Dei promittentis, non respectu intellectus nostri cognoscentis.

omnem ver. gr. bodie, vel eras iustos fore, nisi per cō-
iecturas, & rationes probabiles; omnem igitur certitudo-
nem in fidelitatem promittentis Dei eos refundere
dicimus, de qua debemus esse certissimi, cum du-
bitationem tamen dispositionis nostræ. vel de actu fi-
dei nostræ, & dilectionis erga Deum, & proximum,
qui actus sunt certissimi nobis, quia illos producimus
credendo, & diligendo, sed an sint tales actus, quales
oportet, Deoque accepti, non possumus habere certitudo-
nem infallibilem. prudenti Lectori patebit hæc
veritas dum Patrum sententias citatas percurret, &
perpendet.

Decima sexta Obiectio. Scriptura narrat multos
fuisse certos de sua iustitia, scilicet Abraham, Abel,
Noe, Henoch, Eliam, &c. Ergo etiam nos debemus
esse certi de nostra iustitia.

Respondeo id ex reuelatione nos scire, quia diuina
Scriptura hoc dicit, quæ si pari modo de nobis loque-
retur, id etiam certo sciremus, at de nobis hoc reue-
latum non fuit. idè instantia est inanis. Scriptura
scribit de Elia quod curru igneo raptus fuit, numquid
similiter Sectarij hoc expectant? sed videant ne sit
ignis de quo legitur Matth. 25.

Decima septima Obiectio. Deus qui mentiri non
potest gratiam promittit nō solum in genere, sed sin-
gulis. idè Zach. 9. legitur: *Ecce Rex tuus venit tibi.*
Et Lucæ 12. Complacuit Patri in te. Et addit Cal-
uinus in antidoto confirmationem ex Concil. Trid.
Concilium, inquit Caluinus, sess. 6. cap. 9. monet vt
nemo dubitet de passionis Christi efficacia: at num-
quid in aère locanda est ista efficacia? si efficax fuit
Christi passio, certè mihi, & tibi fuit efficax, non
Ideæ Platonicæ.

Respondeo promissiones nobis in genere fuisse,
exhibitas, & non indiuiduo; nam citatæ Scripturæ
sunt ad omnem Ecclesiam, quæ Lucæ 12. dicitur
pusillus grex. & Zach. 9. *filia Syon.* Quando Calui-
nus dicit numquid in aère locanda est? peto ab illo,
cum Dominus Gen. 22. dixit Abraham, *Beneducenur
in semine tuo omnes gentes terra, quia obedisti voci meæ.*
Et Exod. 3. *Vidi afflictionem Populi mei in Aegypto,
& clamorẽ eius audivi, propter duritiam eorum qui præ-
sunt operibus & sciens dolorem eius, descendi vt liberem
eum de manibus Aegyptiorum, & educam de terra illa
in terram bonam & spatiosam, in terram qua fluit lacte,
& melle, ad loca Chananej, &c.*

Huiusmodi promissiones cui nam, datæ sunt? an
in aère & ideæ Platonicæ? sed dicet, prima omnibus
gentibus, secunda omni populo Hebræorum in Aeg-
ypto existentem. Nunc sic: si argumentum Caluini
aliquid valeret, istæ promissiones deberent in omni-
bus, & de singulis verificari: at non omnes gentes,
seu nō singuli ex gentibus sortiti sunt illam benedic-
tionem, nec omnes Iudæi, quæram in Aegypto in-
gressi sunt terram promissionis. quid ergo dicendū?
quod illæ promissiones omnibus factæ sint in genere,
& singulis sub conditione, putà si ea serauerint quæ
Deus illis præceperat. ita in casu. omnibus Christi-
anis factæ sunt promissiones, sed sub conditione, putà
si ea exequantur quæ Christus Dominus docuit. an
autem Sortes, & Plato id seruet, vt oportet, certitudo-
ne fidei ignoratur. discant Caluinistæ Catholicam
veritatem.

Decima octaua Obiectio. Scriptura tribuit fidei
plenissimam certitudinem ad Hebr. 10. item vt sit
conuictio, & hypostatis ab Hebr. 11. & Iacobi 1. fi-
dei opponitur hæsitatio. & comparatur anchoræ ob-

firmatatem & immobilitatem. ergo promittenti Deo
remissionem peccatorum debet homo firmissimè, ac
certissimè credere, & confidere sibi remitti peccata,
alioquin fides & spes dubiæ esse possent.

Respondeo hæc quæ dixerunt de fide verissima
esse, quis enim negat ea quæ sunt reuelata vt creden-
da, non esse vera, certa, ac stabilia? ergo certissimè
est me iustum esse, & mihi fuisse remissa peccata,
ineptissima sequela. quis Deus non reuelauit in iudi-
se mihi iustitiam; sed illam in genere promittit sub cō-
ditione, putà per baptismum, per penitentiam, &c.
At quia non sumus certi de nostra dispositione, idè
per coniecturas & probabiliter cognoscere possumus
nos esse iustificatos, & ablutos à peccatis, & nō aliter.

Decima nona Obiectio. Sacramenta sunt instituta
ad obsignandam gratiam per Christum acceptam,
vel quæ per Christum accipitur, vt hoc externo sym-
bolo sustentetur fides, & certitudinem de eo quod
non videmus: ergo qui dicit baptizatos non esse cer-
tos de remissione peccatorum, iniuriam Sacramentis
facit, & ipsi etiam Deo, quasi fallacia signa instituerit.
Præterea cum minister absolutè in Christi nomine,
pronunciat, *Ego te absoluo,* vel est certum quod dicit,
vel incertum: si certum igitur peccat, qui non credit
se certò esse absolutum, ac per hoc iustificatum: si est
incertum, ergo peccat minuter tam audacter pronū-
cians Christi nomine quod fortasse est falsum; & pos-
set ei dici, inquit Lutherus, *Domine tu mentiris.*

Catherinus autem vir Catholicus hoc argumentū
in hunc modum proponit. Sacramenta non ponenti
obicem certò grauiam conferunt: potest autem qui
Sacramentum recipit certò scire à se obicem nullum
poni, ergo potest idem ipse certus esse sibi peccata
esse dimissa.

Respondeo Sectarios falso philosophari de Sacra-
mentis, vt suo loco dicemus, quia ipsi somniant illa
esse signa gratiæ iam acceptæ; & fides Catholica do-
cet per ea conferri gratiam, & iustitiam inhzrentem.
Ad illud quod baptizati sunt certi de remissione
peccatorum: si antè vsum rationis baptismum suscep-
erint, absque dubio certa est illorum iustificatio; si
in ætate adulta, tunc non ponenti obicem adhuc inef-
te debet certitudo, sed non fidei diuinæ, sed moralis;
quia ab actibus nostris pendet dispositio, quæ quan-
ti sit valoris coram Deo, ignoratur. & hæc regula
est communis in omnibus, vbi dispositio ex parte
nostra requiritur. quando dicit ergo qui absoluit mē-
tatur, falsum est: quia absolutio, & collatio Sacramē-
ti profertur cum nota infallibilis iustificationis, ad de-
notandam efficaciam Sacramenti, quæ ex parte Sa-
cramenti est infallibilis, sed ex parte dispositionis nos-
træ est tantum moraliter certa.

Vigesima Obiectio. Pharisei olim tempore Chris-
ti non dubitabant de remissione peccatorum in gene-
re, sed murmurabant quia Christus subebat homines
confidere sibi in particulari dimissa esse peccata. At
nosita dicimus, ergo sequuti sumus errorem Phari-
sæorum. Præterea Nouatiani non dubitabant in ge-
nere posse dimitti peccata; sed an minister deberet
certò affirmare, an dubitativè in particulari penitē-
tibus peccata dimitti, & hoc sumpsit Kemnitius ex
historia tripartita lib. 8. & ex Ambros. de peniten.

Respondeo textum Euangelij non ea docere, quæ
Kemnitius affirmat, sed Phariseos murmurasse ad-
uersus Christum, quia se Deum esse fatebatur, qui so-
lus potest peccata dimittere, vt legitur Marci 2. *Quid
his sic loquitur & blasphematur, quis enim potest peccata
dimis-*

Privilegium non
est lex omnibus
communis.

Promissiones factæ
sunt in genere
exequutio parti-
cularibus sub con-
ditione.

Dubitatio enim
ex parte nostræ di-
spositionis, non
ex parte Dei, vel
Sacramentis.

Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Unde ergo Kemnitius habuisse quod obiecit dicendum est. An ex Africa? sed dicimus illud esse affectatam imposturam, & verum dicimus. Vel ergo Kemnitius palidoniam retinet in suis discipulis? vel sit impostor & mendax vnum, & duobus eligant.

Ad illud de Nouatianis dico presbiteros haereticos docuisse in Ecclesia non esse Sacramentum Poenitentiae abuersum à baptismo; quia propter monebat post baptismum in Ecclesia non esse potestatem reconciliandi lapsos, ideoque cum Deo causam suam agere, debore: quem errorem Sectarij receperunt. ita scribit Ambros. lib. 1. de Poeniten. cap. 4. ex Bellar. loc. cit. cap. 11. nos autem non ita docemus, vt omnibus notum est: cur ergo nos illis assimilant. at mirum non est: quia qui in rationibus deficiunt, ad calumnias & imposturas confugiunt.

Vigesima prima Obiectio. Valdè absurda videtur esse doctrina, quae perpetuam dubitationem, haesitationem, & fluctuationem docet; qualis, inquit Kemnitius, est illa doctrina cuius effectus, summa, & finis est, vt anxie conscientiae, quarentes consolationem, seiciantur in perpetuas haesitationes, & dubitationes suae cum Deo reconciliationis, salutis, & vitae aeternae.

Respondeo, quod in medio consistit virtus, in extremis vitium. firma fiducia iustitiae, remota reuelatione, praesumptio est, & extremum est, diffidentia & haesitatio de gratia Dei est aliud extremum, in quibus Catholici minimè sunt, vt Kemnitius loennians opinatur: medium autem est spes, quae non confundit, non diffidit, nec praesumit; sed consolatur nos in humilitate conseruans, & in sollicitudinem spiritualis progressus inducens.

Contra secundam Conclusionem prima Obiectio. Cantorum legitur. *Aqua multa non poterunt extinguere charitatem, neque flumina obruent illam.* Si autem charitas non potest extinguere, ergo nec fides, cum sine charitate fides esse non possit. ergo iam securi de perseverantia.

Respondeo aquam, & flumina in Scripturis non sumi pro peccatis, quae sunt causa vt homo excidat à charitate, sed pro tribulationibus, vt inquit Apostolus ad Rom. 8. *Qui ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die, affluamus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum, qui dilexit nos, &c.* Et sensus est quod multae tribulationes, & persecutiones non poterunt auferre Ecclesiam Christi è terra, quam Spiritus sanctus alloquitur in Cantico in genere, non autem de singulis sub genere: quia constat multos excidisse à charitate, & fide: vt sacra Scriptura docet, & superius dictum est. nec defuerunt qui ob metum persecutionum ceciderunt. ideo sequela illa, ergo omnes sumus securi de perseverantia, est ineptissima. Vera autem sequela haec est. Ergo Ecclesia Christi non auferetur è terra, seu non deficiet, quia *porta inferi non preualebunt aduersus eam.* Non autem singuli de Ecclesia, quia multi de Ecclesia peccant, & multi facti sunt Apostatae, vt Lutherus, Caluinus, & alij. & tempore Apostolorum, Nicolaus Diaconus, Apoc. cap. 2. & Hymeneus, & Alexander 1. ad Tim. 1. &c.

Secunda Obiectio. Ioan. 4. *Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, sed fiet in eo fons*

aqua habens in vitam aeternam. Si non sitiet in aeternum, ergo semper perseuerabit.

Respondeo Salvatore loqui de charitate, vt dicit ordinem ad beatitudinem; & est consummata in patris; quia rationem amplius non sitienti refert ad vitam aeternam, ideo non elicitur ex hoc securitas perseverantiae, sed satietatis nostrae in visione clara, & fruitione Dei suo tempore recipienda, vt optime asserit Concil. Trident. sess. 6. cap. 16.

Tertia Obiectio. Ad Rom. 8. *Qui nos separabit à charitate Christi? & intra: Certus sum quia neque mors neque vita, &c. Poterit nos separare à charitate Dei.* Ergo habetur securitas perseverantiae.

Respondeo Apostolum hic loqui de electione, quae ratione praedestinationis, nunquam poterunt finaliter à charitate separari: & quod ita sit, patet, quia superior dixerat de se & cõsimilibus. *Sed & nos ipsi primicias spiritum habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem Filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri.* & postea: *Scimus autem quoniam diligentibus Deum quoniam cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt Sancti. Nam quos praescius, & praedestinauit conformes fieri Imagini Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & iustificavit; &c. Qui accusabit aduersus electos Dei, &c.* Et deinde subdit id quod nobis obijcitur. loquitur igitur de charitate finali electorum, & non de omnibus, nec pro omni tempore.

Quarta Obiectio. 1. Corin. 13. *Charitas nunquam excidit, ergo quae in prima hominis iustificatione acquiritur, semper perseverat.*

Respondeo charitatem non perire nec excidere; non quia homo reddatur in via impeccabilis, & semper de charitate securus; etenim hoc Apostolus non docet, sed asserit habentem charitatem à fide non deficere, licet prodigia, & signa miraculorum non videat; & miracula nulla fiant; quia charitas animam Deo unit, non sic fides, & spes, praecipue in nouiter conuersis, qui ex notitia miraculorum magis firman- tur. & hunc fuisse sensum Apostoli patet ex sequentibus verbis. ait enim. *Charitas nunquam excidit: sine prophetia euacuabuntur, sine lingua cessabunt, sine scientia destruetur; haec sunt signa, & prodigia quibus Deus veritatem fidei Gentibus testatus est, vt crederent: vt legitur 1. Cor. 14. & ad Hebr. 2. Contestante Deo signis, & portenti, & varijs virtutibus, & Spiritu sancti distributionibus secundum suam voluntatem.* & 2. Cor. 12. *Signa tamen Apostolorum mei facta sunt super vos, in omni patientia, in signis, & prodigijs, & virtutibus.* Sensus igitur est: Charitas nunquam excidit à iusta, licet miracula non videat, nec genera linguarum, nec prophetiae donum obtineat, nec supernaturalia dona inspiciat. *Sine scientia destruetur:* id est, licet nullus sit qui per scientiam mysteria scripturarum aperiat, & legem Dei exponat. At non sequitur iustum peccare non posse, quia charitatem habet, quia licet iustus sit, potest tamen peccare; & sic charitatem perdere, & post charitatem, etiam fidem, non quod omnia à charitate excidens, excidat etiam à fide: sed sicut possibile est iustum ob peccata à charitate excidere, sit etiam deinde à fide deficere: non sequitur autem charitatem, quae in prima hominis iustificatione acquiritur, semper perseverare, vt Sectarij opinantur.

Quinta Obiectio. 1. Ioan. 3. *Quisquam est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen illam, in eo manet, & non*

Atque quae ad gratiam iustificationis, sed ad finem illius qui est beatitudo.

Apostolus ponit certitudinem perseverantiae loquendo cõmuniter de Electis.

Charitas non excidit, licet prodigia, signa, & miracula non adsint

Virtus in medio consistit; praesumptio est extremum, diffidentia est extremum, medium est spes & solacia

Locus citatus Cantico est ad omnem Ecclesiam, sermo.

232 DE MILITANTE ET TRIVMPHANTE ECCLESIA.

Et non potest peccare, quoniam cum Deo unum est. ergo iusti sunt securi de perseverantia.

Regia expositio Hieron.

Respondeo ex Hieron. lib. 2. aduersus Iouinianum in initio Tom. 2. ubi sic ait: Regera fortis obiectio, & qua indissolubili permaneret, nisi ipsum Iouianus testimonio solueretur. Statim enim intulit: filioli custodite vos a simulacris. Si omni qui natus est ex Deo non peccat, & a diabolo tentari non potest, quomodo precipi, ut caueant ne tententur? & in eadem rursus epistola: si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducemus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quia non peccauimus: mendaciam facimus eum, & verbum eius non est in nobis. Existimo quod Iouianus baptizatus ad baptizatos scripserit, & quod omne peccatum a diabolo sit. ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem post baptismum peccatorum: & Iouianus mens dicit: ne tangas me quoniam mundus sum. Quid ergo contraria sibi Apostolus loquitur? minime: in eodem quippe loco cur hoc dixerit, statim edisseruit: filioli mei hoc scribo vobis, ut non peccetis. Et tandem subdit, quod tunc dicitur aliquis non posse peccare, cum in charitate, perseverat, quia tunc in illo manet semen Dei, quod est charitas. ad differentiam virtutum moralium puncta iustitiae, temperantiae, fortitudinis, &c. Quia potest quis contra vnam harum virtutum peccare, ceteras non offendendo; at habens charitatem non potest sic peccare, quia charitas omnes continet virtutes, vnde dicit Apostolus 1. Corin. 13. Charitas patiens est, benigna est, non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet, autem veritati. omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Contra tertiam Conclusionem, prima Obiectio. Iacob, Apostol. cap. 1. ait: Qui cupit a Deo aliquid impetrare, postulet in fide nihil habitans: ergo nihil hēficare debemus, sed certo credere nos accepturos perseverantiam, ac proinde etiam esse prae destinatos.

Omne donum, quod a nobis recipitur de sursum, perdere possimus peccando.

Respondeo Iacobum docere quomodo orare debeamus, scilicet cum fide firma, & fiducia, & spe benignitatis Dei; & sperare nos debere accepturos esse, quod petimus: quando dicit, ergo absque dubio accipimus donum perseverantiae, dico nos aliquando hoc donum, & etiam alia dona recipere, at quia dum sumus viatores, liberi sumus, & liberē deficere volumus, & peccare: donum ex nostra negligentia perditur, ex parte Dei nullus est defectus, quia perditio hominum ex hominibus est. & hinc non redditur in nobis certa electio nostra, licet sit firma in Deo in his, quos sibi ab aeterno elegit.

Secunda Obiectio. 1. Iohan. 5. Haec scribo vobis, ut sciam, quia vitam habetis aeternam, qui creditis in nomine filij Dei. Ergo omnes qui credunt sunt certi de prae destinatione.

Credens habet vitam aeternam, in spe, sed non in certitudine.

Respondeo cum Cardinal. Bellar. loc. cit. cap. 13. credentem habere utique vitam aeternam in spe, sed non in re. vt docet Apostolus ad Hebr. 3. his verbis: Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiae usque ad finem firmum retineamus. Quando dicunt, ergo sumus certi de nostra prae destinatione, falsa est consequentia.

Tertia Obiectio. Ad Ephes. 1. Apostolus docet nos habere pignus hereditatis: at qui pignus habet, gerit de hereditate. & ibidem Apostolus orat Deum, vt illuminet oculos Ephesiorum, vt cognos-

cant planeque percipiant se praedestinato esse in adoptionem filiorum.

Respondeo conditionem pignoris spectare oportere; nam pignus hereditatis aeternae, quod habent credentes, est conditionatum, non absolutum; scilicet si fecerimus, & serauerimus: nisi esset conditionata obiectio concluderet, at quia est sub conditione operationis nostrae, securitas Sectariorum redditur inanis, ad secundam instantiam, dico falsissimū esse ibi Apostolum, vt Ephesij cognoscant se esse praedestinos orare, nam sic ait: Non cesso gratis agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus Domini Nostri Iesu Christi pater gloria dei vobis spiritum sapientiae, & reuelationis in agnitione eius, illuminationis oculos cordis vestri, vt sciatis quae sit spes vocationis eius, & quae dimittit gloria hereditatis eius in sanctis, & quae sit supereminens magnificentia virtutis eius in nos, qui credimus, secundum operationem potentiae virtutis eius, quam operatum est in Christo, suscipiens illum a mortuis, &c. Itaque Apostolus vt intelligant mysteria fidei, quae receperunt, non autem quod certi sunt de prae destinatione, & aeterna electione, orat.

Pignus aeternae hereditatis est conditionatum.

Quarta Obiectio. 1. Thesal. cap. 1. ait Apostolus, Sciens fratres dilecti a Deo electionem vestram: quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute, &c. Probat itaque Thesalonicenses esse electos, eo quod fidem haberent per quam Euangelium receperant, vnde sequi videtur fidem electionem esse, vt illam habentes certi sint de electione, & prae destinatione.

Respondeo ibi Apostolum nequaquam loqui de electione aeterna ad gloriam, sed de electione ad fidem, quam electionem ex signis, & prodigijs, quae Deus per Apostolum in conuersione illorum operatus fuerat utique cognoscebant: & etiam quia actu credebant: vnde se electos esse ad credendum nouerant, frustra igitur laborant, vt inde aeternam aeternam prae destinationis eliciant. nam omnis fidelis, & iustus potest a iustitia cadere peccando, & mandata Dei contemnendo.

Electio Dei est non vel est ad donum fidei, vel ad donum gloriae.

Quinta Obiectio. Ad Rom. 8. inquit Apostolus, Quos vocauit, illos iustificauit, & glorificauit: Ergo vbi est vocatio ibi certissima est prae destinatio, & consequatio gloriae.

Respondeo Apostolum ibi docere modum, quo homines saluantur, & glorificantur, & non omnes vocatos certo saluari, & electos esse asserere. nam si ita esset, vt Sectarij opinantur, cur legitur Matth. 22. Multi sunt vocati, pauci vero electi: cur idem Apostolus 1. Tim. 1. inquit. Quidam a fide naufragauerunt. & ad Hebr. cap. 6. Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum: Deum virtute saeculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam, rursus crucifigentes sibi crucem filium Dei, et ostentus habentes. Sed non possum Sectariorum ingenium non mirari dum res tam manifestas impugnare audent: non omnis igitur vocatus glorificatur, sed omnis qui glorificatur primò vocatur, & iustificatur, & hoc docet Apostolus; & tunc de electis tantum loquutus est; ergo formam saluationis nostrae tunc Apostolus narravit, non docuit autem omnes vocatos saluari.

Non omnes vocatus est electus ad gloriam.

Sexta Obiectio. Iohan. 10. Nemo rapiet eum de manu mea. Rom. 8. Quis accusabit aduersus electos Dei? 1. Corin. 1. Confirmabitur usque in finem. ad Ephes. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem, ergo certi sumus

Sectarij enim qui sunt a peccatis impugnantur.

mus nos esse prædestinatos ad gloriam.
 Respondeo ineptissimam esse objectionem. nam Nemo rapiet de manu Dei electos, ergo sumus certi nos esse prædestinatos, falsa sequela. *Quin accusabit adversus electos Dei*, quia cum Deus iustificat, nemo potest cõdemnare, ergo certi sumus nos esse prædestinatos, inanis consequentia. Sectarij de certitudine, & infallibilitate salutis electorum, ut est in Deo, & ab ipso pendet, in citatis Scripturis sermonem fieri non aduertunt. elegit nos ab æterno antequam mundum crearet, ergo sumus certi nos esse prædestinatos. ineptissimè. Confirmabit vos usque in finem, id est spero Deum vobis hoc daturum donum, nõ autem certè confirmabit vos usque ad glorificationem, loquendo de singulis illorum. & quod ita sit, patet ex his, quæ Apostolus subdit dicens, *Obsecro autem vos fratres ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata*. cur Paulus timet schismata, & perditionem illorum, si certi sunt de consequitione salutis? & cap. 3. *nemo se seducat*. & cap. 5. *Omnino auditur inter vos fornicatio, & salu fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliqui habeat, & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit*. & cap. 6. *Tam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos*. & cap. 11. *Audio scissuras esse inter vos. & Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi*. Si certa erat confirmatio Corinthiorum, cur sollicitus erat pro eis Apostolus? Sed cur potius tanta stoliditas, & mentis cæcitas in Sectarijs?

Infallibilis est salus electorum, ut est in Deo, & ab ipso pendet.

DISPUTATIO VI.

An homo iustificatus possit benè, & laudabili. et operari.

DE bonis operibus, eorumque precio, ac merito. Sectarij tam acriter delirant, ut pudeat etiam narrare quæ sentiunt: cum christiana apud aures magnopere offendant. Lutherus lib. de libertate Christiana, mala opera nihil credenti nocere affirmat. lib. de Captiuit. Babylon. cap. de Baptismo asserit, nulla peccata posse hominem damnare, præter inædultitatem. in serm. de nouo testamento ait: fugienda esse peccata, sed multo magis bona opera, & legis obseruationem. & quod is qui benè operatus est, debet bona opera deponere; si vult ad vitam ingredi beatam; & in assert. artic. 31. 32. & 36. inquit, omnia opera iustorum ex natura sua esse peccata mortalia. & in argumento epistolæ ad Galatas sic ait: summa ars, & sapientia christiana est, nescire legem, ignorare opera, & totam iustitiam actuam. in libro de libertate Christiana. Nullo opere, nulla lege homini Christiano opus esse, cum per fidem sit liber ab omni lege. Quam Lutheri doctrinam impiam atque vitiandam, eiusdem quidam sequaces contempnantes, stibio circumlinire voluerant; dicentes, esse tamen bona opera necessaria ad vitandum scandalum, & necessitate presentis; sed quærent excusationem in peccatis, cum nimis aperte Lutherus quæ superius diximus affirmaverit, præter quæ quod hæc etiam circumlectio est iniqua, quia bona opera sunt necessaria ad salutem: ut infra probabimus.

Sectarij docent opera bona fugienda esse, & quod benè operans nõ potest saluari.

Galatinus verò eum, Lutherum ingenio superasse ostentare voluerit in scribendo & docendo; in maiores & barbariores insanias prorumpere non timuit. Hinc de bonis operibus differens lib. 2. instit. cap. 1. §. 9. & lib. 3. cap. 14. §. 3. & alibi. Omnia iustorum opera esse contagiosa, infecta, inquinata, damnabilia, iniqua, & nullatenus meritoria vitæ æternæ, sed maledictionis digna affirmat: & rationem adducit chimericam: quia peccatum originale manet in hominibus iustis, cuius contagione, omnia opera maculatur. Hæc itaque est doctrina de operibus bonis; quam diabolus per suos ministros vltimis temporibus suæ perleminauit.

Doctrina Sectariorum de bonis operibus est verè diabolica, in qua bestialis, & scelerata.

Contrà quam Ecclesia Catholica in Concil. Trid. sess. 6. cap. 16. non quid nouum statuens, sed antiquæ Saluatoris doctrinam exponens, & explicans: & quæ semper Ecclesia firmiter credidit declarans, inquit: *Hæc igitur ratione iustificatis hominibus, siue acceptanti gratiam perpetuò conseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli verba: abundantes in amari opere bono, sciens quod labor vester non est inanis in Domino. Non enim inustus est Deus ut obliuiscatur operis vestri, & dilectioris quam ascenditis in nomine ipsius. Es, nolite amittere confidentiam vestram quæ magnam habet remunerationem. Atque idè bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus, proponenda est vita æterna, & tanquam gratia suijs Deus per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione, bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc est vna illa corona iustitia, quam post suum certamen, & cursum, repositam sibi esse, ait hæc Apostolus, à iusto iudice sibi reddendam, & non solum subisset & omnibus, qui diligunt aduentum eius. Cum enim ille ipse Christus Iesus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter vniuersum influat, quæ virtus bonorum opera semper antecedit, comitatur, & subsequitur, & siue quæ nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possent, nihil alijs iustificatis amplius deesse credendum est, quominus pleni illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, diuina legi, pro huius vitæ statu satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, verè promeruisse censentur, cum Christus Saluator noster dicat: si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. &c.*
 Contra: Neque verò illud omittendum est, quod licet bonis operibus in sacra litera usque ad id tribuatur, ut vitam, quæ vni ex manibus suis potum aquæ frugibus dederit, promittat Christus cum non esse sine misericordie caritate. Et Apostolus asserat, id quod in presentibus est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate, æternam gloria pondus operari nobis: absque tamen ut Christus homo in se ipso, vel confidat, vel gloriatur, & non in Domino: cuius tanta est exgratitudo homines hominibus, ut eorum volis esse mortua, quæ sunt ipsius dona. Et quia in multis offendimus omnes, unusquisque sicut misericordiam, & bonitatem, ita feruorem, & iudicium ante oculos habere debet: in qua se ipsum aliquis etiam si nihil sibi conscius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum vita, non humano iudicio, examinanda: & iudicanda est; sed Dei: qui illuminabit abscondita reuerentium, & manifestabit cordium, & tunc tunc erit unicuique à Deo; qui, ut scriptum est: reddet unicuique secundum opera sua. Quibus promissis, tres ponimus Conclusiones.

Bonitas Dei facit ut quæ sunt eius dona, sint nostra merita.

234 DE MILITANTE, ET TRIUMPHANTE ECCLESIA.

Homo iustus merito operatur.

Prima Conclusio. Homo iustificatus potest recte & laudabiliter operari. probatur, ideò secundum Sectarios homo licet iustificatus non potest bene, & laudabiliter operari; quia in iustificatione peccata non tolluntur, at hoc falsissimum est & chimericum, ergo & antecedens, talitas probata est in disput. 4. ubi demonstratum est peccata verè, & realiter tolli per iustitiam inherentem.

Secundo probatur Conclusio. Isaia 38. Egrotavit Ezechias usque ad mortem, &c. Et conversus Ezechias faciem suam ad parietem, & oravit ad Dominum & dixit: Obsecro Domine, memento quo modo ambulaverim coram te in veritate, et in corde perfecto: et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et flevit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum Domini ad Isaiam dicens. Vade et dic Ezechia: Haec dicit Dominus Deus David patris tui. Audisti orationem tuam, et vidi lacrymas tuas: Ecce ego adiciam super dies tuos quindecim annos, et de manu Regis Assyriorum eruam te. Ex quibus manifestè colligitur Ezechiam bene operatū esse, & ita laudabiliter & rectè, ut ideò Deus illum exaudiuerit.

Deus non precepit impossibilia, al ius iuste nō puniret inobedientia mandata.

Tertio probatur Conclusio. Deus non precepit nobis impossibilia, & eo magis, quia non servantibus precepta eius, poenas imminatur; non puniet autem quempiam, quia non fecit, quæ facere non potuit, aliter Deus iniustus esset, & crudelis, quod est blasphemum. hoc patet ex terminis. Sed Deus precepit hominibus, ut bona opera faciant, & non facientibus comminatus est: ergo evidens est, quod homo potest bona opera laudabiliter facere. Minor probatur Matth. 5. Benefacite hiis, qui oderunt vos. Et: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cælis est. & cap. 25. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi, esuriam enim. Et dedisti mihi manducare, sitis, & dedisti mihi bibere, hospes eram, & collegisti me in domo, & cooperuisti me: infirmus & visitasti me: in carcerem eram, & venisti ad me. & intra: Discedite à me: malacitiam in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriam enim. Et non dedisti mihi manducare: sitis, & non dedisti mihi potum: hospes eram, & non collegisti me: nudus, & non cooperuisti me, infirmus, & in carcere, & non visitasti me.

Isaia cap. 3. Dicite isto quoniam bene: quoniam fructum adventitionum suarum comedit. & cap. 1. Quis ista agere peruersè desit bene facere. Actor. 10. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi. 2. Petri 1. Satagite ut per bona opera certam vestram vocatorem, & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Ad Tit. 3. Doctam autem, & nostri, bonis operibus præfere ad usus necessarios, ut non sint infructuosi. Act. Ephes. 2. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ preparavit Deus, ut in illis ambularem. 1. Cor. 3. Si cum opus manserit, quod superaddiderat mercedem accipiet.

Quarto probatur Conclusio. Quod de facto est, utique fuit possibile, sed de facto legitur homines iustos rectè, & laudabiliter operatos esse, ergo est possibile. Maior patet ex terminis. Minor probatur de Job cap. 1. Vixerat in terra Hædomum Job, & erat vir ille simplex, & rectus, ius-

timens Deum, & recedens à malo. & intra: In omnibus hiis non peccavit Job labijs suis, neque tentatum quod contra Deum loquutus est. & cap. 2. Numquid considerasti seruum meum Job, quod non sit illi similis in terra, vir simplex, & rectus, & recedens à malo, et adhuc retinens innocentiam? Luca 19. Stans autem Zaccheus dicit ad Dominum: Ecce dimidsum bonorum meorum Domine do pauperibus, et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. At Iesus ad eum: quia hodie salus domui huic facta est: Eo quod et ipse filius sis Abrahæ, Non tantum opera bona leguntur, sed laudata & approbata cognoscuntur. & Psalm. 17. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi, quia custodivi vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo. Psalm. 6. Probasti cor meum, et visitasti nocte igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas. & Psalm. 118. Feci iustitiam et iustitiam.

Quinto probatur Matth. 7. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor qua non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur. igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in Regnum Cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cælis est, ipse intrabit in Regnum Cælorum. Quapropter itaque dicit hominem iustum bonam arborem, & quod homo iustus bonos fructus, id est bona opera facit. Christus affirmat: Sectarij negant. quid dicendum Sectarijs? ipsi fundant.

Instita & merito bonorum operum sicut sunt apertissima in Scripturis sanctis, ita icelatorum est opinio opposita Sectarij rum.

Sectarij aperte negant, quod aperte docet Saluator

Sexto probatur Sanctorum Patrum testimonio. Augustinus pluribus in locis, sed præcipue sermon. 12. de Verbis Domini tom. 10. inquit: Prius est enim mutandus homo, ut opera mutantur: si enim manet homo in eo, quod malus est, bona opera habere non potest. si manet in eo quod bonus est, mala opera habere non potest. Quis autem à Domino bonus inuentus est, cum Christus pro impijs mortuus sit? Omnes ergo malas arbores inuenit, sed dedit potestatem filijs Dei fieri, credentibus in nomine eius. Quisquis igitur non hodie bonus est, id est arbor bona, mala inuenta est, et bona facta est. Esti quando venit malas arbores eradicare, sed venis prorogare misericordiam, ut postea exerceret iudicium: cui dicitur: Misericordiam et iudicium cantabo tibi Domine. Deum ergo credentibus remissionem peccatorum, noluit cum eis se præteritis charitatis rationem habere. Remissio enim peccatorum: facta est arbor bona. Discebat securum, dedit securum autem. De hac securi Ioannes loquitur, dicens, Iam securus ad radicem arborum posita est. Omnis arbor, que non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur. De hac securi comminatur Patrisfamilias in Evangelio dicens: Ecce triennium est, quod venio ad hæc arborem, et fructum in ea non inuenio.

Chryostomus Homil. 34. in cap. 20. Matth. tom. 2. ait: Et quia, qui vineam conjugat alieni operandam, non sanatur propter illius vitiositatem conjugat, quantum propter suam. Deus autem iustitiam suam dedit in sensibus nostris, non propter suam vitiositatem dedit eam, sed propter nostram. Nec enim Deus opera hominum necesse habet, sed ut nos operantes iustitiam, vivamus propter amorem.

Testimonium Sanctorum Doctorum antiquorum

Sergo

Si ergo ille qui propter suam utilitatem vineam commisit alicui, talem illam querit recipere, qualem illam commisit. Quomodo non a nobis sic immaculata iustitia requirenda est, quomodo eam creavit in nobis: quibus non propter se dedit eam, sed propter nostram salutem? Scitote quia mercenarij sumus conducti. Si ergo mercenarij sumus, cognoscere debemus, qua sunt opera nostra. Mercenarius enim sine opere, non potest esse. Opera autem nostra sunt opera iustitia: non ut agros nostros colamus, & vineas. Non ut divitias acquiramus, & congregemus honores: sed ut proximis proficimus.

Ambrosius in Comment. super Epist. ad Coloss. cap. 1. tom. 3. ait: *Exemplo enim bonorum operum illorum attracti sunt multi, teste illis Epaphra, qui eum ministravit gratiam Christi vice Apostolus. & in Comment. super Epist. ad Rom. cap. 6. inquit. Quamobrem exhibete vos Deo dicit, quem cognoscetes profecisti in salutem, ut inhonesta vita renunciantes, sicut ex mortuis viuentes, Et membra vestra arma iustitia Deo. Tanta nos modestia conversationem nostram vult gubernare, ut actus nostri iustitia Dei proficientes, non mundana iustitia (quia mundi iustitia sine fide est Christi, sine qua, non vita sed mors est) arma praebeant illi ad defendendum nos: cui cum arma per opera bona praebeamus, dignos nos faciamus adiuvari ab ea, quia iustitia Dei indignos despicit, &c.*

Gregorius lib. 1: exposit. super lib. 1. Regum, cap. 1. ait: *Nam plerique intra Sanctam Ecclesiam nomine censentur fidei, cuius nullus proferunt fructus actionis, qui nimirum dum de Ecclesia procedunt, velut de monte fructifero esse sentiantur, sed quia ipsi bonorum operum non habent fructum non sunt Effratim. De monte ergo Effratim est, & Effratim non est, qui fidem Catholicam in Ecclesia didicit, sed opera digna fidei non impendit.*

Hieronymus in Comment. super Dan. lib. 1. cap. 13. tom. 4. inquit. *Sicut ergo ei qui facit adulterium mors est adulterium, sic omne peccatum quod ducit ad mortem, mors appellandum est. Et toties mori credimur quoties peccamus ad mortem. Unde e contra 10 toties resurgimus, & vivificamur, quoties vita digna opera facimus.*

Et in Comment. super cap. 4. Epist. ad Rom. ait, super illud, *Cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. Ad hoc fides prima ad iustitiam reputatur, ut de praeterito absolvetur, & de praesenti iustificetur, & ad futura fidei opera praepraetur.*

Secunda Conclusio. Homo iustificatus bene operando non peccat. Ut habetur in Concil. Trident. sess. 6. Can. 25. *Si quis in quolibet bono opere iustum salutem venialiter peccare dixerit, aut quod intolerabilis est, mortaliter, atque ideo poenas aeternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera bona non imputet ad damnationem, anathema sit.*

Probatur Conclusio. David Psalm. 16. dona iustificationis, quae a Deo acceperat, commemorans Psalm. 6. inquit. *Exaudi Domine iustitiam meam, intende deprecationem meam, auribus percipe orationem meam.* David itaque bene operabatur orando. Et quia bene operando non peccabat, ut Sectarij deitant. Postea subdit: *Probasti cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* Si igitur David orando, & bene operando peccabat, nequaquam cum veritate dixisset, non est inuenta in me iniquitas, at ipse audacter longe esse ab iniquitate manifestat: ergo Sectariorum opinio est inanis.

David bene operando, dicit se longe esse ab iniquitate.

Secundo probatur. Iob cap. 1. proculdubio bene operabatur, cum ibi legatur *Iustus, rectus, recedens a malo, &c.* Et tamen ibidem legitur, *In omnibus his non peccavit Iob labijs suis nec stultum aliquid contra Deum locutus est:* Ergo homo iustus bene operando non peccat.

Iob iustus est, bene operando.

Tertio probatur. Lucae 11. *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebra sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris.* Salvatore hic docuisse, quod cum intentio operandi bona est, & ipsum opus bonum sit, indubitatum est; quisque dicat. At inquit, quod si intentio operandi erit ex omni parte bona, nulla erit umbra culpae, ergo cum homo iustus bona intentione operatur, nullatenus peccat.

Iustus recta intentione operando, non peccat, sed bene, & merito operatur.

Quarto probatur. Matth. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum, qui in calis est.* Nunc sic argumentor. Nemo peccando dat gloriam Deo, imò iniuriam, & offensam: sed iustus bene operando dat gloriam Deo, & facit ut illum caeteri glorificent, ergo iustus bene operando nullatenus peccat.

Quinto probatur. Si omnia bona opera peccata essent, seu bene operando quisque peccaret: sequeretur quod bona opera essent prohibita, quia peccata prohibentur; consequens est contra sacram Scripturam, quae ubique docet nos debere bene operari, & peccata vitare; ergo & haec Sectariorum opinio pharisaica est contra verbum Dei. quando igitur legitur Eccl. 2. 1. *Quasi a facie colubri fuge peccata;* debemus etiam sic intelligere. quasi a facie colubri fuge bene operari, eo quia bona opera sunt peccata, seu quia bene operando sepe peccamus. quid stolidius, & ineptius?

Si bene operando homo peccat, bona opera essent prohibita sicut peccata.

Sexto probatur veterum Patrum testimonio. August. epist. 120. ad Honor. tom. 2. inquit. *Tunc enim recte, tunc iuste, tunc pie fit, cum opus bonum in eius laudem fit, cum gratia domatur ut fiat.* Ex quo patet opera bona fieri absque peccato, quia opus quod est rectum, iustum & pium, proculdubio absque peccato fit.

Greg. lib. 2. Moral. cap. 18. inquit: *Si in sermonibus suis dicimus Iob doluisse, quod sentire nefas est, Deum dicimus in sua propositione victoriam perdidisse. & lib. 9. cap. 26. Ipsa bona nostra insidiata culpa evadere gladio nequeunt: nisi solitudo quotidie timore muniantur.*

Testimonium Sanctorum, Doctorum, antiquorum

Chrysostom. super Plal. 49. in fin. tom. 1. inquit. Super illud, *Sacrificium laudis honorabit me. Vide praeclarum facti magnitudinem, quando Deus per ipsum honore afficitur. Es illic iter quo ostendam illi salutare meum. Vidisti mercedem ineffabilem. Vidisti summam clementiam. Dei enim viam ostensurum pollicetur, & id quod est verè Dei salutare ijs, qui recte se gerunt. Es ergo promissenti pareamus, & recta vita, & sacrificio laudis eum honoremus.* Si igitur Deus factis nostris, & operibus honoratur, quomodo sunt peccata quibus Deus offenditur?

Ambros. in Comment. super cap. 17. Lucae lib. 8. tom. 3. inquit. *Bonam ergo de nostris operibus escam Domino suggeramus, ne rursus cum venerit, & sicut in illa ficu, pomum non inuenerit nostrorum meritorum infacunditate ieiunus propositum pietatis auertat, dicens ad illam animam quam nudam pomorum repererit, & sanguine cruentatam: Numquam ex te fructus nascentur in sempiternum.*

Cum opera nostra sint sicut esca Domino, non erunt itaque opera bona peccata, quia blasphemia esset affirmare Dominum delectari culpis nostris.

Hieronym. in Comment. in cap. 8. Ezech. lib. 3. tom. 4. inquit. *Es opera virtutum qua à lumbis ad superiora consurgunt, splendorem habent atque fulgorem: & tamen nec ignis usque ad pedes ducitur, nec splendor electi usque ad caput, sed deorsum & sursum: ut tam in peccatoribus, quam in sanctis pro diversitate meritorum, alius usque ad illud & illud membrum: alius usque ad illa & illa perveniat. Et quomodo qui sanctitudinis perfectionem tenent, ad verticem usque perveniunt: sic qui in peccatorum profundo sunt, plantas igneorum pedum tenere credendi sunt.* Etenim si secundum Hieronymum opera bona essent peccata, nullum splendorem haberent atque fulgorem.

Tertia Conclusio. Homo iustus bene operando magis iustificatur. habetur in Concil. Triden. sess. 6. cap. 10. *Sic ergo iustificati, & amici Dei ac domestici facti cunctis de virtute in virtutem renouantur, ut Apostolus inquit de die in diem, hoc est mortificando membra carnis suae, & exhibendo ea arma iustitiae in sanctificationem, per observationem mandatorum Dei, & Ecclesiae, in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, crescunt atque magis iustificantur, sicut scriptum est: Qui iustus est iustificetur adhuc, & iterum. Ne vereari usque ad mortem iustificari, & rursus: Videtur quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Hoc vero iustitia incrementum petit Sancta Ecclesia, cum orat: Da nobis Domine fides, spes, & charitatis augmentum.*

Probatur Conclusio. Iacobus Apostolus in epist. Cathol. cap. 2. ait. *Abraham Pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est: & infra: Videtur quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? Itaque Iacobus manifestè docet Abraham ex operibus consequentibus fidem eius magis iustificatum esse, ergo homo iustus bene operando magis iustificatur.*

Sed huic rationi obijcere quis posset. Paulus ad Rom. 4. ait. *Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum; quid enim dicit Scriptura, credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Et autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Et verò qui non operatur, credenti autem in omnem qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.* Patet itaque ex Apostolo, Abraham non per bona opera iustificatum esse: ergo Iacobus videtur oppositum docere, dum asserit hominem ex operibus iustificari, & Abraham ex operibus iustificatum esse.

Facilis autem est solutio huius instantiae, quia Paulus loquitur de prima iustificatione quando quis ex peccatore fit iustus, Iacobus vero de iustificatione, qua homo ex iusto fit iustior, ut optimè notat Cardinal. Bellarm. lib. 4. de iustific. cap. 18. ex Concil. Triden. sess. 6. cap. 8. & 10. Et ex August. præf. in Ps. 31. in lib. de fide, & operibus cap. 14. in quæst. ad Dulcimum quæst. 1. & in lib. 83. quæst. quæst. 76. & dat exemplum valdè simile, de eo qui est reuocatus ad vitam, quod beneficium is qui resurrexit proculdubio ab alio, & non à seipso accepit, sed à morte reuocatus ipse se comedendo, & bibendo nutrit & auget: sic etiam homo per peccatum mortuus, non potest meritò operum suorum se iustificare, sed post-

quam à Deo iustus factus est, potest rectè vivendo iustitiam augere, atque ita operibus iustificari.

Calvinus conatur ostendere Iacobum non de acquisitione iustitiæ loqui, sed de declaratione iustitiæ per fidem præceptæ; & hoc modo conciliat Paulum, & Iacobum. Sed frustrà & ineptissimè. quia Iacobus in sua epistola ostendit, & docet fidem sine operibus mortuam esse, & opera esse necessaria ad salutem; si igitur dixisset opera tantum declarare iustitiam, illamque non augere, non concluderet, nec haberet intentum; quia si homo continuo iustificari posset tantum per fidem, quid refert an declararetur iustitia, nec nec esset mortua fides absque operibus, ut ipse docet, sed potius abscondita, quod opponitur his, quæ ibi docet per totum.

Secundò probatur Conclusio. Apocal. cap. 22. legitur sic. *Qui nocet noceat adhuc: & qui in sordibus est sordescat adhuc: & qui iustus est iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc: ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.* Nunc sic argumentor. Qui sordescit adhuc, nocentia nocentis verè & à parte rei auget. & qui nocet adhuc peccata peccatis adiungit verè, & realiter. Ergo à pari, qui iustificatur adhuc, verè & à parte rei novam iustitiam auget. Sed sic est quod per mala opera continuata augetur peccata, ergo per bona opera continuata crecit iustitia.

Tertiò probatur Conclusio 2. Corin. 7. *Hæc ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.* Sed quid est perficere sanctificationem nisi adimplere, & proficere in iustitia? patet à simili 2. Corin. 12. *Virtus in infirmitate perficitur.* Sensus est manifestus quod iustus crecit, & augetur in infirmitate, scilicet resistendo vitio illi opposito, & sicut opus manuale perficere est illi ultimè augere complementum. Sic à pari sanctificationem perficere, est iustitiam & sanctitatem bene operando augere. & confirmatur ex 2. Corin. 9. ubi sic habetur: *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus semper omnem sufficientiã habentes abundetis in omne opus bonum: & infra: Multiplicabit semen vestrum, & augetis incrementa frugum iustitiæ vestrae.*

Quartò probatur. Ecclesiast. 18. *Non impediaris orare semper, & ne vereari usque ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in æternum.* Ergo homo potest per orationis continuationem, cæterorumque bonorum operum exercitium, magis iustificari, seu iustitiam augere.

Calvinus per verbum græcum putat legendum esse, ne differas iustificari usque ad mortem, id est primam iustificationem obtinere, antequam moriaris. Sed inaniter. quia si ita esset, debebat sic sequi, ne differas ante mortem iustificari, & nõ usque ad mortem, nam ly usque ad mortem continuationem significat, & non inceptionem. Si ver. gr. dixero, ne differas studere usque ad mortem, non significat quod saltem ante mortem incipere debeat studere; sed quod continuet studere. patet lippis, & tonsoribus; inanis est ergo eius responsio.

Quintò probatur Sanctorum Patrum testimonio. Augustinus contra Pelagianos Epist. 106. tom. 2. ait: *Cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut unicuique Deus partitus est etiam ipsius mensuram fides, non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici, communitate non*

Homo iustus bene operando magis iustificatur.

Abraham ob bona opera consequentia fide eius iustior factus est.

Opera bona post fidem augent iustificationem.

hæpta expōitō Calvini.

Sicut per additionem malorum operum verè crecit iniquitas, sic per additionem bonorum operum post fidem, verè augetur iustitia.

Inanis occurfus Calvini.

Exemplum simile.

te non ducente, pedisse qua non premia valensate.

Et Serm. 15. de verbis Apostolito mo 10. inquit. Videte quia viatores sumus; discutit, quid est ambulare? breuiter dico, proficere, ne forte non intelligatis. & pigrum ambuletis. proficite fratres mei, discutite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Non enim aliquis est intus tecum, cui erubescas, & iactes te, est tibi, sed cui placet humilitas, ipse te probet. proba & te ipsum tu ipse. Semper tibi displiceas quod es, si vni peruenire ad id quod vovimus es. Nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti, si autem duxeris, sufficit, & peristi: semper adde, semper ambula, semper profice, noli in via remanere, noli retro redire, noli deuiare. remanet qui non proficit, retro redit qui ad ea reuoluitur, vnde iam abscesserat, deuiat quia apostasat.

Chryllostomus super caput 3. Matth. Homil. 3. Tomo inquit. Nam sicut omne artificium corporale visitatione seruat & additur: sic & gratia omni per exercitationem additur, & per desidiam minuitur.

Ambrosius in Comment. super Lucam lib. 6. cap. 7. Tomo 3. inquit. Sed ille de sola misericordia locutus est, hic autem misericordia fidem prætulit, qua tunc habet meritum si de fide præcedente conferatur. Mittens enim unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. non ergo unguentum Dominus, sed charitatem dilexit; fidem suscepit; humilitatem probauit. & tu si desiderans gratiam, charitatem auge, mitte in Corpus Iesu fidem resurrectioni, odorem Ecclesie, communis charitatis unguentum, & ita progrediens pauperibus dabis. plus tibi pecunia illa proderit, si non tanquam affluentem tribuas, sed tanquam profuturam Christi nomine largiaris, si ita eam conferas pauperi, ut deferas Christo.

Gregorius lib. 25. Moral. in 34. caput Iob cap. 15. inquit. Nonnulli autem fidem medullitus tenent, sed viuere fideliter nullatenus curant. insequuntur enim moribus quod crudelitate venerantur, quibus diuino iudicio sæpe contingit, ut per hoc quod nequiter viuunt, & illud perdant quod salubriter credunt. incessanter namque se præui actionibus polluant, & super hoc vana iustitiam iusti iudicij retribui posse assidunt, & sæpe cum bene viuere negligunt, etiam persequente nullo usque ad perfidiam dilabuntur. Nam qui immingere discretum iudicium non credunt, qui inulte se peccare suspiciant: quo pacto vel esse, vel dici fideles possunt? fidem quidem perdidisse, est incorrupti mali operibus, digna supplicia reddi posse non credere. Quia ergo digna fidei opera seruare contemnunt, etiam fidem perant, quam tenere videbantur, super quos bene per Prophetam sub Hierusalem specie inimicorum destruendum verba memorantur, a quibus scilicet dicitur: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea. Paulus quippe ait: fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. inimici ergo destruunt, usque ad fundamentum Hierusalem exinanunt, quando perueri spiritus à corde fidelium destructo prius adfessio boni operis, sodalitatem quoque exhauriunt religionis. Sicut enim supra fundamentum fabrica, sic super fidem opera construuntur. Usque ad fundamentum ergo exinanisse, est enerso bene viuendi opere, etiam robur fidei dissipasse.

Hieronymus super Epist. ad Galatas lib. 1. cap. 3. propè finem Tomo 6. super illa verba: Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis,

ex operibus legi, an ex auditu fidei? tribuit, inquit, hoc est, administrat, presentis temporis est legendum, ut ostendatur, per singulas horas, atque momenta semper dignis sanctum Spiritum ministrari, & quanto quis in Dei opera, & amore profecerit, tanto magis sancti Spiritus in se habere virtutes, quas auditu fidei, & non legis opera consumant. non quo legis opera contemnenda sunt, & absque eis simplex fides appetenda, sed quo ipsa opera fidei Christi admonentur.

Superet ut Sectariorum obiectiones adducamus, & euertamus. Contrà præmissas Conclusiones, Prima Obiectio. Psalm. 31. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata; non poterat autem Dauid tunc respicere tantum ad tempus Baptismi per quem iustificatur homo, sed omnem humanæ vitæ cursum; vnde sequitur quod tota vita iustorum remissione indigeat; quod verum non esset, nisi perpetuo, & in omnibus operibus peccaremus.

Sicut dicitur occasus ab ortu Solis, sic longè est Glossa Caluini à Scriptura citata. Beatus cui Dominus remittit peccata, ergo etiam bene operando semper peccamus. O nobilis consequentia? sequela autem propria apud doctos est hæc. ergo si gnium est, homines aliquandò esse peccatores, & indigere dono remissionis, quia scilicet sæpè peccamus malè operando ex humana fragilitate, & malitia. sed quandò dicunt etiam peccamus operando. Quid magis impium? nam si bene operamur quomodo peccamus? verba sunt ineptissima sibi contradicentia.

Secunda Obiectio. Psalm. 142. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, ergo semper peccamus etiam bene operando, & opera nostra nullius sunt valoris.

Respondeo quod hæc sententia Dauidis, similis est illi, quæ in Iob habetur c. 9. Non iustificatur homo compositus Deo. quam exponens Greg. lib. 9. c. 2. inquit: Homo quippe Deo non compositus iustitia percipit, compositus amittit: quia quisquis se auctori bonorum comparat, bono se quod acceperat prius, qui enim accepta bona sibi arrogat, suis contra Deum donis pugnat. Vnde ergo despectus erigitur, dignum est ut erectus inde destruat. & infra rectè subiungit: si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille. & postea: Cum Deo autem contendere, est non ei tribuere. sed sibi gloriam suam virtutis arrogare: sed sanctum vir conspiciat, quia & qui summa Dei dona percepit, si de acceptu extollitur, cuncta qua acceperat, amittit. idem itaque Dauid profert eodem sancto Spiritu ductus; quod si Deus excludat misericordiam, & tantum iudicio absque misericordia nobilium causam agere voluerit, nullus coram eo iustificabitur. Vnde August. Serm. 49. de tempore affirmat, Dauid loqui de iustitia humana quæ excludit iustificationem Dei gratuitam, per quam nullus viuens iustificatur; sed tantum per iustitiam inherenter quæ homini datur ob Christi Saluatoris merita; præuisa in veteri testamento; exhibita in nouo. & in hoc sensu dico Paulum ad Rom. cap. 4. dixisse de Abraham. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. ad Rom. 10. Ignorantes enim iustitiam Dei & suam querentes statuere, iustitia Dei non sunt subiecti. Ad illam sequelam, ergo semper peccamus etiam bene operando, & opera nostra nullius sunt valoris; dico falsam esse, quia opera nostra

Testimonium Ss. Doctorum, Antiquorum.

Glossa Caluini incepta.

Nemo iustificatur iustitia moralium virtutum, sine præcedenti fide & iustitia per Christum Iesum.

nostra bona non sunt peccata, vt probatum est; imò homo infidelis potest benè operari moraliter, absque peccato; licet tunc ex defectu fidei, & charitatis tale opus non dicat ordinem ad mercedem beatitudinis. cum autem ab homine procedunt, fidem & charitatem habente; tunc habent valorem in ordine ad æternum præmium.

Tertia Obiectio. Ecclesiaste cap. 7. *Non est homo iustus qui faciat bonum, & non peccet.* ergo homo iustus benè operando peccat.

Nemo est, licet iustus, qui aliquando non peccet.

Respondeo hanc sequelam esse insipidam; non idem est dicere, ergo homo iustus benè operando peccat, quàm ergo homo iustus bene operando non benè operatur, quia ille peccat, qui non benè, sed malè operatur; Quid inceptius? sensus igitur Ecclesiaste est, quod nemo in hac vita est tam iustus quis aliquando peccata non committat; iuxta illud Iacobi 3. *In multis enim offendimus omnes.* Sed non quod bene operando tunc peccet.

Quarta Obiectio. Isaiæ 64. *Facti sumus vt immundo omnes nos, & quasi pannus menstruatus vniuersa iustitia nostra.* pannus autem menstruatus est partim mundus, & partim immundus, ergo pari modo omnia bona opera erunt peccatis admixta.

Respondeo Isaiam loqui de Synagoga quæ Deo ingratiſſima continuas iniquitates operabatur, vt patet. Hinc Propheta sequitur. *Ne irascaris Domine satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostræ: ecce respice populum tuum omnes nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est. Domus sanctificationis nostræ & gloria nostra ubi laudauerunt te patres nostri facta est in exustione ignis, & omnia desiderabilia nostræ versa sunt in ruinas. Numquid super his continebis te Domine, tacebis, & affliges nos vehementer?* describit vtique Propheta miseriam, & scelera Synagogæ, quæ legem Dei & iustitias eius non custodiebat. Qui sunt igitur de Synagoga Iudzorum, à Propheta supracitatis verbis impugnantur.

Sensus moralis vel ad mores corrigendos.

Sed quia S. Bernardus Serm. 5. de verbis Isaiæ Prophætæ præfata verba ad nostrahere voluit: ne locum refugij habeant Sectarij, dico huiusmodi expositiones ad corrigendos mores tantùm exhibitas non valere ad confirmanda dogmata fidei: quæ per sensum Scripturarum ab Auctore primo & per sententium confirmari & comprobari debent.

Quinta Obiectio. Quotidie oramus, *Sanctificetur nomen tuum, fiat voluntas tua, Dimitte nobis debita nostra.* ergo semper peccamus, quia petimus quod non habemus, ergo semper in nobis pollutur nomen Domini, & semper Deo rebelles sumus, & semper egemus vt peccata nobis remittantur.

Tàm insula & inepta est hæc obiectio vt verè puerilis, nec digna pedagogis sit, quia petimus & desideramus vt quisque benedicat nomen Domini, & quod voluntas eius rectissima, bona præcipiens, & mala prohibens, ab omnibus adimpleatur; & vt nobis indulgeat quando peccamus, ergo semper peccamus benè faciendo quid ineptius? nam quando dicimus, *dimitte nobis debita nostra,* non petimus veniam peccati quod tunc petendo committimus, sed quæ aliquando commisimus. Sed Lutherus, cuius est hæc obiectio, benè hoc nouerat, sed voluntariè talia peruertebat ad suam Synagogam stabilendam, Sed vos Sectarij cur tam demeritati estis, vt talia affirmare, & vt Apostolus, recipere Apostolum, non pudeat?

Sexta Obiectio. Cyprianus Serm. 4. de mortalitate inquit: *Obsessamens hominum, & vniuersæ Zambuli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit. Si auaritia profusa est, exurgit libido.* &c. ergo nunquam opera nostra sunt sine peccato.

Respondeo hoc argumentum sic concludere, secundum Sectarios. semper impugnamur & certamus, ergo semper superamur, & dzmoni tentanti consentimus, semper & peccamus, valet ne hic barbaricus modus syllogizandi? Cyprianus explicat continuam hominis pugnam spirituales; quæ tamen sic à Deo moderatur, vt dicat Apostolus 1. Cor. 10. *Fidelis Dem, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* quomodo ergo sequitur quod semper superemur, dum inquit Apostolus 2. Cor. c. 2. *Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu?*

Cyprianus explicat acerbum bellum quod anima nostra patitur in via.

Septima Obiectio. Hieronymus in primo Dialogo aduersus Pelagianos ait: *Tunc ergo iusti sumus, quando nos peccatores fatemur & iustitia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei consistit misericordia.*

Respondeo Hieronymum cum disputaret aduersus Pelagianos opinantes homines viribus naturæ posse legem Dei seruare & saluari; ex opposito, ne communicaret cum illis affirmasse nos absque Diuina gratia peccatores esse: & omnem nostram iustitiam à Deo prouenire. Quapropter subdit, quod tunc iusti sumus, idest iusta loquimur, cum hanc veritatem cognoscimus, & fatemur. quod apud Catholicos sæpè etiam dici solet humilitatis gratia; nam perditio ex nobis est, & auxilium ex Deo, idest absque Diuina gratia ad peccandum sumus idonei, sed non ad merendum, & saluandum nos. Quod autem ita sit patet, quia Hieron. docet in Comment. Isaiæ ad cap. 26. bona opera iustificare, & meritoria esse salutis æternæ.

Hieron docet nobis humilitatem, & in sufficientiam ad benè operandam meritoria, seculæ gratia Spiritus sancti.

Octaua Obiectio. Augustinus in Epist. 29. ad Hieron. inquit: *Plenissima charitas, quæ iam non possit augeri, quamdiu hic homo vivit, est in remissione, quamdiu autem augeri potest, profecto illud quod minus est, quam debet, ex vitio est: ex quo vitio non est qui faciat bonum, & non peccet.*

Respondeo Augustinum hoc intendere, vt ipsa litera sonat: charitatem scilicet esse non posse in statu naturæ destitutæ adeo perfectam, qualis erit in statu naturæ restitutæ, vel fuisset in statu innocentie, si durasset; & hoc propter passiones corporeas quæ animam impediunt ne actum dilectionis perfectiorem producat erga Deum. Cum subdit illud esset vitio, intelligit de concupiscentia carnis, quæ est vitium non formaliter, sed occasionaliter, & radicaliter, excitando voluntatem ad desiderium, & exequutionem eorum, quæ concupiscentia dicitur; quia in hoc statu pœnali voluntas nostra nata est cõdelectari appetitui sensitivo; qui consensus est proxima causa peccati. & ex hoc vitio, scilicet concupiscentie, oritur quod voluntas actum dilectionis remissum producat: & indè est quod non est qui faciat bonum & non peccet; non quod bene faciendo peccet, sed quia aliquando homo benè operando committit aliquam venialem negligentiam. In quo sensu etiam dixit lib. de perfect. iustitiæ resp. 15. quod peccatum est cum vel non est charitas, quæ esse debet vel minor est, quam debet.

Concupiscentia, seu vitium inferum naturæ destitutæ impedit fermentum dilectionis erga Deum.

Ad illud lib. 9. Confess. cap. 13. *Vt etiam laudabili vita hominum, si remota misericordia discutiatur eâ.*

DISPVATIO VII.

An homo iustificatus mereri possit bonis operibus vitam eternam.

LUTHERVS & Calvinus, cum primo à Ca-
tholica Ecclesia apostatarunt, vt sequaces
multos obtinerent, latissimam carnem operau-
erunt, dicentes, iustitiam nostram solam
fidem, iustitiam Christi vt nostram apprehendere,
& credere remissa nobis esse peccata. Quamobrem
omnem laborem, & fructum bonorum operum
euertunt, nec meritoria esse eternae mercedis, locis
supracitatis defendunt: nomenque meriti & merce-
dis penitus abijciunt, sed temporis cursu, cum se-
quaces illorum aduertissent, Scripturas oppositum
apertissime docere; tales opiniones moderari coepe-
runt; aliquem bonis operibus locum concedentes,
sed nunc adhaerent, nunc distant; nunc descendunt
opera alicuius esse valoris contentes; nunc fugiunt
oppositum opinantes. Sed omnia inaniter: quia idem
à parte rei defendunt, quod eorum magistri adinuen-
erunt. Quem enim locum poterunt ipsi dare bo-
nis operibus, in ordine ad salutem. Cum funda-
mentum Synagogae eorum sit, quod sola fides suffi-
ciat: quod satis sit ad iustificationem apprehendere
Christi iustitiam, vt propriam, & credere sibi esse
remissa peccata; nec augmentum & disparitatem
iustitiae & praemij cognosceret, imò omnia ope-
ra nostra bona esse peccata mortalia fateantur?
cum itaque omne eorum aedificium sit imagi-
narium circa voluntariam imputationem Christi
iustitiae: consequenter nullum bonis operibus locum
dare poterunt: & omnes in eandem opinionem
coincidere necesse est. Sunt itaque omnes hono-
rum operum hostes manifesti.

Sectarij, vt multo
se quaces obtine-
rent, latissimam
carnem viam, ape-
runt.

Sectarij commu-
niter sunt hostes
bonorum operum

Ecclesia autem Catholica ab initio nouit dari ope-
ra meritoria, & aeternam hereditatem respectu ope-
rum, habere locum mercedis; vt ipsa Scriptura do-
cet; & posse fidelem habere fiduciam aeternae heredi-
tatis possidendae ob merita bonorum operum,
cum maiori tamen fiducia de Diuina misericordia.
Sicut hanc doctrinam Ecclesiae antiquam, vltimis
temporibus etiam notauit Conc. Trid. sess. 6. cap. 16.
his verbis. *Hac igitur ratione iustificatis hominibus
sua acceptam gratiam perpetuo conseruauerunt, sine
amissam recuperauerunt, proponenda sunt Apostoli
verba. Abundantes in omni opere bono, scientes quod
labor vester non est inanis in Domino. Non enim inuisi-
tus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectio-
nis quam ostendistis in nomine ipsius. Est Nolite amitte-
re confidentiam vestram, quam magnam habet remun-
erationem. Atque ideo bona operantibus usque in fi-
nem, & in Deo sperantibus, proponenda est vita aeter-
na, & tanquam gratiam filij Dei per Christum Iesum
misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius
Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fide-
liter reddenda. Hac est enim illa corona iustitiae quam
posse suam certamen, & cursum repositam sibi esse
uobis. Apostolus, à iusto iudice sibi reddendam, & non
solum sibi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius
Cum enim ille ipse Christus Iesus tanquam caput mem-
bra, & tanquam uos in palmis et in ipso iustificati*

Doctrina Catho-
lica.

non affert hominibus bonè operantibus peccare. mor-
taliter, vt aduersarij opinantur: sed hominem etiam
viam laudabilem ducentem, aliquando peccare, &
sic indigere misericordia, quia Deus postet illum
iterum non iustificare, postquam mortaliter pec-
cauerit.

Nona Obiectio. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 1.
inquit: *Sanctus vir, quia omne uirtutum nostram meritum
esse uirtutum conspicit, si ab interno arbitrio districte iudicetur,
recte subiungit, si uolueris contendere cum eo, non poteris ei
respondere unum pro mille.*

Respondeo Gregorium loqui de operibus illius
qui uult cum Deo contendere: de quo superius satis
diximus. & quod ita fit patet quia immediatè sequi-
tur. *Si uolueris contendere cum eo, non poteris ei re-
spondere unum pro mille. Cum Deo autem contende-
re est, non ei tribuere. Sed sibi gloriam suam uirtutum
arrigare.* Hæc ipse. Itaque non ualet inferre, ergo
omnium bona opera, sunt uicia; sed illorum tantum
qui iustitiam Dei contemunt, suam uolentes sta-
tuere, vt inquit Apostolus ad Rom. cap. 10.

Ad illud 9. Moral. cap. 11. *Quia si remota sunt
pietate discutitur, in illo examine etiam iustorum uita
succumbit.* Sensus est quod vt plurimum quicumque
iustus mortaliter peccauit, licet iustus fuerit, & ius-
tè uixerit; vnde in iudicio remota misericordia Dei,
postet illum iustè damnare ob aliquod peccatum;
cumque à peccatis non iustificare, antequam ad iudicium
accedat. Gregorius enim nos monet vt bonè
operando, & partes nostras exequendo, confiden-
tiam maiorem habeamus in Diuina bonitate & mise-
ricordia, quam in nostris bonis operibus; non tam-
en meritum operum bonorum excludit; sed illud
submittit Diuinae misericordiae. & hoc eodem sensu
ait Iob cap. 9. *Si habitero quippiam iustitiam, non respon-
debo, sed meum iudicium deprecabor.* testatur itaque
Iob se habere opera iusta; vt etiam legitur in Psalm.

141. *Me expectant iusti donec restituas mihi: attamen
magis estimandam esse misericordiam Dei in iudicio,
quam iustitia operum nos admonet. & sic omnia
sunt iustitia dum medium tenemus in hoc negotio
& extrema uitamus.*

Ad illud cap. 28, scilicet: *Notandum quod vn-
sanctus non ait, falsarint mundissimam manum meam, sed
uelut mundissima manum meam, quia quousque; pena cor-
ruptio. adstringitur, quoniam libet rectis operibus in-
fudamus, veram munditiam nequaquam apprehendimus,
sed iustitiam.*

Respondeo eum tunc loqui comparatiuè ad
munditiam beatorum, vel viatorum quæ fuit in
statu innocentiae, quando concupiscentia nostra
seruo iustitiae originalis ligata erat. In quo sensu di-
xit cap. ult. bona, quæ nos credimus habere, pura
bona esse nequaquam posse, & etiam Bern. Serm. 5,
de verbis Isaie Propetiae cum inquit: *Nostra si qua
est, humilis iustitia, recta facta, sed non pura.* & infra:
*quomodo enim pura iustitia, ubi non potest adhuc culpa
desse?* quibus verbis Bernardus iustitiae operum bo-
norum nihil detrahit, sed fragilitatem nostrae mentis
tantum explicat. nam si homo v.g. dat elemosinam,
non deest concupiscentiae suggestio, persuadens v.g.
vt coram alijs id fiat, vt laus humana acquiratur, ad
hanc igitur fragilitatem humanam explicandam, ea
dixit Bernardus; & non ad damnandam iustitiam
bonorum operum, vt Sectarij putant.

Homo quantum
que iustus indi-
get misericordia
Dei.

Greg. tunc iustifi-
cationem nostram
occlusa Christi gra-
tia annuit.

Satis nostrum plus
pendere existima-
tur à iustis à Diui-
na misericordia,
quam ab operibus
bonis.

Munditia bonorum
operum nostrorum,
respectu munditiae
quæ fuit in statu
innoctiae, di-
ctus impur.

tos iugiter virtutem influat, qua virtus bona opera semper antecedit, comitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo gratia & meritoria esse possent, nihil ipsi iustificati amplius deesse credendum est, quominus plenè illi quidem operibus qua in Deo sunt facta, Divina legi pro huius vita statu satisfecisse, & vitam aeternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, verè promeruisse censeantur, cum Christus Salvator noster dicat: Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei non sitiet in aeternum, sed fiet in eo fontis aqua salientis in vitam aeternam.

Modi quid sit.

Sed quia de merito in praesenti disputatione tractamus quid illud sit; quot conditiones habeat, dicendum est. Doctores Scholastici, & praecipue doctor subtilis Ioannes Scotus in 3. d. 18. q. unica lit. A. sic illud optimè definit: Meritum est aliquid acceptatum vel acceptandum à Deo in alio pro quo ob acceptante est aliquid retribuendum illi, in quo est quasi debitum illi, pro illo merito, vel alteri pro quo meruit. & licet hæc definitio competat etiam merito morali; quia tamen ibi ponitur acceptatum à Deo, resti iugitur ad meritum quod adest inter creaturam & Deum. in qua definitione pro genere stat ly aliquid: & licet genus meriti sit actus voluntatis, siue opus alterius potentiae productum ex imperio voluntatis, & ibi nõ fiat mentio de tali actu, subintelligitur tamen, quia meritum communiter est opus voluntarium, cui debetur merces. ponitur ly in alio, quia meritum non debet acceptari à merente, sed ab alio, scilicet à retribuente mercedem. ponitur ly pro quo ab acceptante est aliquid retribuendum illi, in quo est quasi debitum illi, ad differentiam doni, quod quis gratis dat alicui; quæ particula proximè constituit rationem meriti. ponitur ly alteri pro quo meruit, ad denotandum meritum quod proximo impetratur.

Meritum sex habet conditiones.

Sex autem conditiones requiruntur ad meritum. prima est quod opus sit moraliter bonum. Secunda quod sit liberè elicitum vel imperatū. Tertia quod sit actus ex charitate procedens. Quarta ut merens de condigno sit acceptus Deo. Quinta quod merens sit viator, iuxta legem Dei ordinatam. Sexta quod intercedat pactum inter operantem meritione & retribuente mercedem; scilicet Deum; quia remoto pacto Dei, nil meremur; quia natura serui sumus ex debito operantes, ex gratia autè est adoptio ad aeternam hereditatem, & illam posse mereri. & elicitur ex illo Lucæ cap. 17. *Qui autem vestrum habens servum arantem, aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi: Statim transi, recumbe: & non dicat ei: para quod canem, & praecingo te. & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hac tu manducabis & bibes? numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quae ei imperaverat? non putò. Sic & vos cum feceritis omnia quae praecpta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus quod debemus facere fecimus.*

Quae persona possit mereri.

Persona potens mereri est omnis creatura, tam in via, quam in patria: loquendo absolute, quia cum meritum consistat in acceptance Divina, non implicat beatum posse mereri; tamen Beati de facto non merentur, neque illi qui sunt extra statum viae; sed solum viatores; quia Deus solus ordinavit, & pactus est cum Ecclesia sua, acceptare actus viatorum, habentes debitas circumstantias; non autem illorum qui sunt extra statum viae. Creatura autem viatrix in voluntate habet duplicem affectionem, scilicet commodi, & iustitiae: affectione iustitiae, vult quæ sunt iusta & bona: affectione commodi vult sibi ipsi bonum.

conueniens, & fugit obiectum sibi disconueniens, cum ergo creatura vult aliquid secundum affectionem iustitiae meretur: quando vult aliquid contra affectionem commodi propter affectionem iustitiae, ut ieiunare, orare, &c. meretur. quando autem vult aliquid affectione commodi contra affectionem iustitiae, demeretur: Beati in patria sunt perfectissime coniuncti Deo secundum utramque affectionem, & non possunt deficere, idè illorum velle non acceptatur ut meritorium. Velle autem quod potest deficere, quando non deficit, & est secundum affectionem iustitiae, meritorium est. ut legitur Eccl. 31. *Qui probatus est in illo & perfectus est erit illi gloria aeterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala & non fecit, idè stabilita sunt bona illius in Domino.*

Duplex affectio in voluntate notat.

Et in 1. dist. 17. quæst. 1. idem Doctor affirmat, quod quatuor causæ concurrunt ad meritum, scilicet voluntas, gratia habitualis, auxilium excitans, & acceptatio Divina: gratia autem habitualis requiritur solum ad hoc ut actus sit meritorius de condigno; ratio est quia homo cum gratia habituali operatur ut adoptatus ad Regni caelestis hereditatem; absque gratia operatur ut seruus, idè non de condigno meretur. filio autem debetur hereditas; iuxta illud Apostoli ad Rom. 8. *Si filij & haeredes, haeredes quidem Dei cohaeredes autem Christi.* quibus praemis conclusiones.

Quatuor causæ concurrunt ad meritum.

Prima Conclusio. Opera iustorum in via iure dici debent merita. probatur. Merces praesupponit necessariò meritum, aliter non erit merces, sed donum. at aeterna beatitudo est merces operum, quæ iusti fecerunt in via, ergo beatitudo est praemium operum quæ iusti fecerunt. & consequenter opera iustorum sunt merita. Minor probatur Matth. 5. *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est Regnum caelorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum caelorum. Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint & dixerint omne malum aduersum vos, mementes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* & cap. 20. *voca operarios, & redde illis mercedem.* 1. Cor. 3. *Unusquisque propria mercedem accipiet.* Apoc. 14. *Ego protektor tuus sum, & merces tua magna annis.* Prou. 11. *Semmananti iustitiam, merces fidelis.* Sap. 5. *Iusti autem in perpetuum venient, & apud Dominum est merces eorum.* & alibi pluries.

Opera virtutum iustorum sunt merita.

Beatitudo est merces.

Secundò probatur Ecclesiastici 16. *Omni misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius;* ergo opera hominū sunt merita coram Deo. Huic argumento occurrit Caluinus, ut refert Card. Bellarm. lib. 5. de iustific. cap. 2. quod ly meritum graecè legitur iuxta, vel secundum, opera. sed occurus iste inanis est ineptus, quia quid est iuxta opera nisi secundum meritum? est idem per diuersa: cuiuscunque dixerò seruorum, dabo tibi iuxta opus tuum, proculdubio intelligitur iuxta meritum tuum; quia sicut operi, ita & merito debetur merces; & hac ratione latinus interpreti iure optimo dixit meritum.

Occurrit inanis Caluini.

Exemplum apud proverbia in intelligentia.

& Deut. 7.

& Deut. 7. etiam legitur. & reddens odientibus se statim, ita ut differat eos, & ultra nos differat primum eis restituens quod merentur.

Tertio probatur Conclusio. Mala opera vitiorum dicuntur demerita, seu meritoria peccata, ergo bona opera eorumdem sunt merita seu meritoria vite aeternae; nam oppositorum eadem est disciplina. & congruit Diuinae bonitati: ut, sicut homini male operanti, aeternae peccata stipendium tribuit, sic bene operanti, aeternum praemium exhibeat. non est autem Deus magis pronus ad puniendum, quam ad praemiandum: quod autem mala opera sunt demerita probatur Deut. 7. & reddens odientibus se statim, ita ut differat eos, & ultra non differat, protinus eis restituens quod merentur. & ad Hebr. 10. Irasam quia faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatum deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, &c. & 2. Paralip. cap. 19. impio praebeas auxilium, & his qui aduerunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te.

Quarto probatur Sanctorum veterum Patrum Testimonio. Augustinus Homilia 14. tomo 10. inquit. Nunc ergo Audiamus Paulum Apostolum dicentem, cum passioni sua appropinquaret, de corona sibi parata praesumentem, Bonum, inquit, certamen certavi, cursum consummavi, fidem seruaui. de cetero superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus index. Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem eius. Reddet, inquit, mihi Dominus coronam iustus index. debet ergo; quid reddat? reddet ergo iustus index. Non enim opere inspecto, potest negare mercedem qui opus inspicit. bonum certamen certavi, opus est. cursum consummavi, opus est. fidem seruavi opus est. Superest mihi corona iustitiae, merces est, sed in mercede tu nihil agis, in opere non solum agis, corona tibi est ab ipso, opus autem abs te, sed non nisi ipso adiuvante.

Et Sermon. 63. ad Fratres in Eremito, in fine, tomo 10. Quamuis autem infinita mala perpetraveris, de Dei tamen misericordia desperare non debet, sed spem habere debet de Dei misericordia, & fiduciam recuperandi salutem per via sua emendationem, & bonorum operum excitationem; verba Dei libenter audire, ad Ecclesiam diligenter conuenire, Sacerdotibus sapienter confiteri, omnibus hominibus charitatem firmam tenere. qui enim charitatem non habuerit, in vitam aeternam introire non valebit. paruo tempore homo vivit in saeculo. dum igitur tempus habemus, operemur bonum ad omnes, & viam Domini praeparemus bonas. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: salus hominum Christus est. Si parentes nostros & amicos diligere debemus, quantum magis istum diligere tenemur: qui & nos, & nostros fecit & creauit parentes. Hunc amemus qui vniuersa dominatur Creaturae, scilicet Deum. diligamus proximum sicut & nos, quia de terra sicut & nos proximi nostri sunt formati, ut per hoc vitam mereamur aeternam, ipso adiuvante qui vivit & regnat, &c.

Chrysostomus Sermon. de fide, spe & charitate tomo 4. inquit. Ego Dominus promissa non mutuo, ego quod desinam, attribuo. Ego tibi praemia qua spondi, dispense: si tamen quod credis exhibeas: si fidem quam polliceris adimpleas: si acti-

bus sanctis, quod noueris ostendas, ceterum si aliquid gesseris, quam noueris, & fidei nomen perfida voluntate dissolueris: non modo praemiorum campos esse non poteris, sed & desolato supplicia necesse est subiungeris. aliud est enim esse quod dixeris: aliud dici quod non sis. Non potest ad praemium tendere, qui professionem noluerit adimplere, nec accipere poterit quod promissum, nisi ante impleuerit quod iubetur.

Et Homilia 48. in 7. caput Ioannis, in fine tomo 3. ait. Amplectamur ergo iustitiam cuius legem nullo pacto transgrediamur. Quem enim ex praesenti vita fructum reportabimus, nisi hanc virtute praedicti migrauerimus? quid illic amicitia, quid necessitudines, quid clarorum virorum gratia nobis proderit? & quid ergo cuiusquam gratiam memoro? Si Nobis, si Iob, si Daniel, nobis pater esset: nihil conferrent, si proprijs meritis vacua repereremur: sed sola animae virtute opus est, ipsa nos saluos facere, & sempiterno igne liberare sola poterit, ipsa nos ad aeternum Regnum transmittet.

Gregorius lib. 1. exposit. in 1. Reg. cap. 1. tomo 2. inquit: Quid est ergo quod Domus domini in Sylo sita esse perhibetur, nisi quia Sancta Ecclesia in Sacramento sempiternum, velut in loco fundata cognoscitur? illuc Samuel adductus asseritur, illic oblatum, qua praeter Sanctam Ecclesiam locus non est, ubi merita virtutum crescunt, & ad culmen perfectionis veniant.

Et lib. 5. cap. 14. in 1. Regum ait. Quibus nimium verbis populi, nobis ostenditur virtus magna discretionis: quae in electorum examine, non solum culpae causa pensanda sunt, sed etiam merita personarum. quod apertè his verbis ostenditur: quia non ideo Ionathas non maritimus asseritur, quia erat filius Regis, sed quia in Israel magnam salutem fecit. Cum ergo magni viri cadunt, & communi iudicio tradendi non sunt, quia priora opera promerentur, ut posteriorum grauias leugetur. ipsa autem culpa leuatio, non acceptione persona decernenda est, sed respectu prioris vitae, quia ad absolutionem illius sancta Ecclesia tunc pensanda sunt, non carnalis affectio admittenda.

Ambrosius in Comment. super Lucam lib. 1. cap. 1. tomo 3. inquit. Sed quid de Trinitate dicam? Seraphim quando voluit apparuit, & vultum suum Isaac solum audiuit, apparuit Angelus, & nunc praesto est, sed non videtur, neque enim in potestate nostra est videre, sed in potestate illius apparere. Tamen etsi potestas non est videndi, est gratia promerenda ut videre possimus. & ideo qui habuit gratia meruit copiam.

Et lib. 1. in Euang. Lucae c. 1. tomo 3. ait. Natus autem Dominus immaculatum vitam: nec pro peccatore laudabilem, nec pro laudabili peccatorem, sed vnumquemque pro competentium iudicatione meritarum, idcirco est enim arbiter mentis, & factus diuinae namque iudicia meritorum iusti ex mentis habitu, non aliquo factorum exitu metiuntur.

Hieronymus ad Demetria: de Virginitate tomo 8. inquit, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in Regno Patris eorum. comparatur vita praemio, ut qui in futuro Solis fulgore donandi sunt, hic iam simili iustitia charitate resplendant, & infidelium caecitatem operibus sanctitatis illuminent. Huic loco ille sensus aptandus est, quem ad Corinthios, idcirco Apostolum differens ait: alia claritas solis, alia claritas luna, alia claritas stellarum. Stella autem à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Differt sicut in Regno Calorum, per singula merita mansione,

diversitas enim operum diversitatem facit pramiorum: quantumque aliquis hic in sanctitatem fulserit, tam ibi fulgebit in honore. Nunc ergo ad omnem morum perfectionem mentis aciem intende, & ad caelestem primum caelestem vitam para.

Secunda Conclusio. Licet iustificatis fiduciam habere aeternae hereditatis possidendae ob merita bonorum operum; cum maiori tamen fiducia de diuina misericordia. Probatur Isaij 38. Egrotans Ezechias usque ad mortem, & introiit ad eum Isaias filius Amos Propheta, & dixit ei: Hac dicit Dominus: dispone domus tua quia morietur tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & oravit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, memento quaso quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. & placuit Deo hanc fiduciam ob merita bonorum operum, quia adiecit super dies suos quindecim annos.

Secundo probatur Prou. 3. Fili mi no obliuiscaris legem meam, & praecepta mea cor tuum custodiant. Longitudinem enim dierum, & annos vita, & pacem apponent tibi. Misericordia & veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo, & describe in tabulam cordis tui: & inuenies gratiam & disciplinam bonam coram Deo & hominibus. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innisaris prudentia tua. Salomon itaque prius nos bene operari monet, & deinde immediate subdit, nos habere posse fiduciam in Domino.

Tertio probatur Epist. 1. Ioan. cap. 3. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quae sunt placita coram eo facimus.

Quarto probatur ad Rom. 5. Scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spes, spes autem non confundit, & c. & ad Hebr. 10. Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinistis passionum, & in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socijstalter conuersarium effecti, nam & vinculis compassi estis & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio susceptis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam, nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem.

Be lob cap. 11. Si iniquitatem qua est in manu tua abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis & non timebis: Misericordia quoque obliuisceris, & quasi aquarum qua praterierunt, recordaberis. Et quasi meridiana fulgor consurget tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaueris, orietur ut Lucifer. Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defessus securus dormies. Ex quibus omnibus sequitur a primo ad vltimum, licitum esse fiduciam habere ad supermaturalia dona Dei obtinenda ob merita bonorum operum.

Quinto probatur Conclusio testimonijs veterum Patrum. August. de verbis Domini in Euangel. secundum Lucam serm. 24. in fine tom. 10. Attendite pauperes, facite bona opera. qui soletis facite, & qui non soletis facite. Crescat numerus bene operantium, quoniam & crescit fidelium numerus. Quod facitis quantum bonum sit nondum videtis; quia & rusticus quando seminat segetem non videt, sed terra

credit. Tu Deo quare non credis? Veniet messis nostra. Puto quia modo laborantes agrippus, laborantes operamur recepturi; sicut scriptum est. Euntes ibant & flebant iacharis femina sua; Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

Chrysostomus Homil. 34. ex cap. 20. Matth. tom. 2. inquit: Attendamus ergo cum quali iudicio caelestem vineam colamus. Adam enim positus est in Paradiso colere & operari eam: sed quia neglexit eam, proiectus est de ea. Et nos positi sumus super colendam iustitiam, si neglexerimus proiciemur de ea; sicut & Iudaei proiecti sunt: de quibus scriptum est: Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, ut non intrent in tuam iustitiam. Ruina praecedentium, admonitio debet esse sequentium. Si autem & nos sequentes ceciderimus in ipsam, magnam veniam merentur illi qui primi ceciderunt, quam nos qui secundi. Sicut autem mercenarius positus in vinea, si neglexerit eam, non solum mercedem suam perdet, sed etiam deserta vinea exigetur ab eo damnum: Sic & nos, si neglexerimus iustitiam nobis commissam, non solum nullam mercedem habebimus, sed etiam dissipata iustitia dabimus rationem. Vineam enim Dei non extranos, sed in nobis ipsis plantata est. Ideo qui peccatum facit dissipat in se iustitiam Dei: qui autem bona opera facit, colit eam in se. Bene autem culta iustitia Deum sensibus tuis generat botryonem, id est Christum: nam qui operantur iustitiam, Christum formant in se, sicut scriptum est: Filii mei quos iterum parturio; donec formetur Christus in vobis: & quia qui vineam conseruat alicui operandam, non tantum propter illius utilitatem conseruat, quantum propter suam. Deus autem iustitiam suam datus in sensibus nostris, non propter suam utilitatem dedit eam, sed propter nostram. Nec enim Deus opera hominum necesse habet, sed ut nos operantes iustitiam viuamus propter eam.

Ambrosius de poenitentia cap. 3. tom. 4. inquit: Fides enim eorum qua sperantur substantia est rerum argumentum non apparentium. Et bona substantia fides, in qua spes est nostra patrimonium. nec mirum si fame peribat, qui diuino alimento egebat, cuius deperio compuisus, surgam inquit, & ibo ad patrem meum & dicam illi: Pater peccavi in Calum & coram te. Nonne aduersus id euidenter iam nobis expositum, quod merendi gratia Sacramenti ad precandum impellimur: & hoc auferre vultu propter quod agitur poenitentia? Tolle gubernatori perueniens spem, & in medijs fluctibus incertus errabis. Tolle luctatori coronam, lentus iacebit in stadio. Tolle piscatori capiendi efficaciam, desinet iactare retia. Quomodo ergo potest, qui famem patitur anima sua studio suo Deum precari, si sacram desperet alimoniam.

Hieron. ad Demetr. de Virgin. tom. 8. Dicat forsitan grandis labor est: sed respice quod promissum est, omne opus leue fieri solet cum emu pretium cogitatur, & spes praemy solatium est labori. Sic durus agricola maratum diu campum, & pinguiores otio glebas violente vomere scidisse se gaudet, & mirum in modum ipse operis difficultate latus spem segetis de labore metitur. Sic negotiator audax maria contemnit, spectare ausus fluctuum spumas, rabiemque ventorum: dumque in omni labore, ac periculo lucrum cogitat, & lassitudinem simul obliuiscitur & timorem. Considera quaso magnitudinem praemy tui, si tamen considerari potest quidquid immensum est: post abscissum animae, post carnis interitum, post famulas & cinerem, in anchoram statum virgo reparanda es.

Manda-

Testimonium
Sanctorum, Docto-
rum, antiquo-
rum.

Ruina praecedentium, admonitio debet esse sequentium.

Fiducia, ob bona
opera, Deo est gra-
ua.

Amplicius benefi-
cia Dei sperare po-
test, qui bene ope-
ratur.

mandatum terra corpus, in calum eleuandum est: & mortale tuum, immortalitatis honore mutandum est. post hac Angelorum es donanda consortio, regnum acceptura calorum, ac in perpetuum mansura cum Christo.

Tertia Conclusio. licet benè operari intuitu mercedis æternæ, nempè beatitudinis. Probatur. Genesius 15. Factus est sermo Domini ad Abraham, Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. dixitque Abraham Domine Deus, quid dabis mihi? ex quo patet ipsum Deum hortatum esse Abraham ad perseuerantiam, & obedientiam propter mercedem. ergo licet intuitu mercedis æternæ benè operari. & confirmatur hoc idem 2. Paralip. cap. 15. Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestra: erit enim merces operi vestro. & Prou. 11. Seminans autem iustitiam, merces fidelis.

Secundò probatur Conclusio. Sap. cap. 2. Et nescierunt Sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitia, nec indicauerunt honorem animarum sanctarum. hic reprehenduntur impij, quia non sperauerunt mercedem iustitiæ, ergo laudantur boni qui iustitiam operantur propter ipem mercedis. & confirmatur Ecclesiastici cap. 2. vbi dicitur: Qui iustitiam Dominum credite illis: & non euacuabitur merces vestra. & cap. vltim. in fine. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo. & Hierem. cap. 31. Hac dicit Dominus: quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymâ: quia est merces operi tuo, & Isaïæ cap. 3. acutè iusto, quoniam benè, quoniam fructum adiuuentionem suarum comedit.

Tertiò probatur. Matth. 4. Saluator homines ad penitentiam animauit ob mercedem Regni calorù dicens. Penitentiam agite, appropinquauit enim Regnum calorum. & cap. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum calorum. cap. 6. primum querite Regnum Dei, & iustitiam eius, & hac omnia adiacentur vobis. Lucæ 16. facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Psalm. 118. inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem; vel ob finem & mercedem æternam, vt alij legunt quod parum refert, cum idem sit. ergo licet benè operari intuitu æternæ mercedis. Sequela probatur, quia si non liceret, non deberet proponi; at proponitur, vt patet; ergo licet.

Quartò probatur. Ad Heb. cap. 11. Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filie Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias astimans thesauro Ægyptiorum improprium Christi: aspicebat enim in remunerationem. Si igitur Moyse licebat aspiciere in remunerationem spiritualem, cur non licebit & nobis?

Quintò probatur. ad Philipp. cap. 3. Fratres ego non me arbitror comprehendisse. Vnum autem qua quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea verò qua sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium superna vocationis Dei in Christo Iesu. Quæcunque autem scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Paulus legitur per bona opera currere, ob brauium, putà æternum præmium, ergo & nobis sic facere licet.

Sextò probatur veterum Patrum testimonio. August. Serm. 41. ad fratres in Eremito Tomo 10. inquit: Attendite vos filij obedientia que vobis fecistis

& professionem, vade à tu frater & fac similiter. hac semper ample cogita hoc semper, facite lata fac & viues, & erit semen tuum benedictum vltra semen Abrahæ. & postea in fine sermonis. placeat vobis somni sobrietas, mentis tranquillitas, corporis munditia, moris severitas, & cuncta salutis expectatio. Soluitur Isaac & iucunde ad matrem reuertitur in Bersabee. Sic & vos vertamini soluti ad matrem qua sursum est Hierusalem. Cum ergo illuc perueneritis, dabit refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem.

Et Serm. 41. in fine. Scitote tamen fratres mei quod nisi inimici vestri corde peperceritis, omnia que agitis sine ieiunetis, sine eleemosynam detis, sine omnia que bona sunt agitis, omnia vana sunt, & serui inutilis estis, nisi proximo peperceritis. Sed dicetis, ego parcere inimico non possum, ex quo ergo mihi bona non valent sine hoc, me affligere ieiunando, bona distribuendo, non amplius volo. Ego autem dico vobis, dimittite vt dimittatur vobis. Nullum tamen malum impunitum, nec aliquod bonum irremuneratum remanebit apud Deum, qui nouit abscondita cordis cunctorum.

Chrysostomus Homil. 34. in caput 20. Matth. Tomo 2. ait. Scitote quia mercenarij sumus conducti. Si ergo mercenarij sumus, cognoscere debemus qua sunt opera nostra. Mercenarius enim sine opere non potest esse. opera autem nostra sunt opera iustitiæ: non vt agros nostros colamus & vineas: non vt diuitias acquiramus, & congregemus honores, sed vt proximo proximis. & quamuis hac sine peccato facere possumus, tamen non sunt opera nostra, sed diaria nostra. Sicut ergo nemo, ideo sic conducit mercenarium, vt hoc solum faciat quod manducet: sic & nos non ideo vocati sumus à Christo vt hac sola operemur, qua ad nostrum pertinent usum, sed ad gloriam Dei, &c.

Ambrosius in Comment. Epist. ad Rom. cap. 8. Tomo 3. inquit. Exhortatio hac ad superiora pertinet, per quam ostendit parua esse qua hic possunt à perfidij irrogari, ad comparationem decreti muneris in futuro saculo. propterea ad omnia exitia paratos esse debere, quia magna pro his repromissa sunt premia, vt in tribulatione consoletur se animus, & spe crescat. nam & quosdam imò multos scimus pro presentibus lacris ad modicum vsque pro futuro quam asperos & duros subire labores, & ad qua aliquando, quia ipsa vita fragilis est, & incerta, peruenire non possunt. nauis pro quibus commodis tantis se procellis & tempestatibus credunt, cum sciunt in his magis mortem ante oculos esse quam vitam? & milites spe presentis præmij cum incerta victoria sit, in gladios insurgere non dubitant. Quanto ergo magis pro Christo patiendum est, cuius etiam prolata sunt nobis beneficia, qui pro paruis magnifica, & pro temporalibus perpetua premia cum gloria pollicetur? pro Christo dicimus pati cum nobis non illi proficiat quod patimur. Sed quia ille occasionem querit remunerandi nos, hoc præcipit. vt bonum enim vel profusum largitor causam querit quomodo donet aut indignus aut verecundus. denique vt ipsa exitia tolerari possint, ipse suggerit vires.

Augustino. Cyrillo Episcopo Hierosolym. de obitu & magnificentijs Beati Hieronymi Tomo 9. ex operib. S. Hieron. sic ait. Volens itaque Deum vt sublimis Hieronymi gloria mundum non laeret, velluti sanctitas sublimis, & penè cunctorum vniuersum excellentissima, non latebas: ne illi quos sanctitatis illius delectabat sequi vestigia, habiturum præmium ignorantes,

Testimonium
sanctorum. Doc-
torum antiquorū

Operari intuitu
æternæ mercedis
bonum est.

Reprehenduntur
qui non sperauerunt
mercedem
iustitiæ.

Saluator ad Peni-
tentiam animauit
nos ob mercedem
æternam beatitudi-
nis.

Moyse & Paulus
operari sunt intui-
tu æternæ heredi-
tatis.

Quis que non tan-
tum saluti propriæ
mercedi vacat.

Eximia sanctitas
S. Hieronymi.

vantes, aliquando à sanctitatis demerent tramite: & ut etiam alij sibi tot & tanta elargiri cernentes premia, illius sanctitatis & virtutis inhererent vestigijs: minus enim laborem ponderis premiorum spes.

Gregorius lib. 11. Moral. in 12. Caput Iob cap. 9. ait. *Benè autem dicitur. & optimates supplantas. Quia cum mentem regentium iusto iudicio deserit, hac infernum retributionis premium non requirit, & in eo supplantatur quo fallitur, ut pro aeterna gloria de principatu temporali gratuletur. Supplantantur igitur optimates, quia dum vera caelestis Patria premia negligunt, in suis hic voluptatibus cadunt.*

Operibus labori
debetur aeterna
haereditas.

Quarta Conclusio. Opera iustorum quae ex charitate procedunt sunt meritoria aeternae haereditatis de condigno. Diximus de condigno, ad differentiam eorum qui benè operantur, & non sunt actu iustificati, quibus tunc ex pacto non debetur merces: quia non operantur ut filij, putà adoptivi, quibus contingit haereditas; sed tantum ut serui, qui autem iusti sunt, operando digni sunt premio, ut legitur 2. Thesal. 1. *Vt digni habeamini regno Dei.* & Apoc. 3. *Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt.* & respectu istorum, Deus idè dicitur fidelis praemiando, quia promisit sic dignè operantibus dare praemium, ut mercedem: quam Apost. 2. Tim. 4. vocat coronam iustitiae.

Merces datur di-
gna operanti.

Probatum Conclusio. Merces datur iustè & dignè merenti, aliàs non esset merces, sed donum; sed gloria & beatitudo datur ut merces, ergo datur benè operantibus de condigno, seu quod idem est, ergo qui benè operantur & iusti sunt illam merentur de condigno. Minor probatur. Matth. 5. *Gaudete, & exultate quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* & c. 20. *voca operarios & redde illis mercedem.* & cap. 25. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Esurivi enim & dedistis mihi manducare, & c. & ad Rom. 2. *Deus reddet unicuique secundum opera sua: ijs quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quaerunt vitam aeternam, & c.* 1. Cor. 3. *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* & 2. Cor. 4. *Id enim quod in praesenti est momentaneum & leve tribulationis nostra, supra modum in sublimitate, aeternum gloria pondus operatur in nobis; non contemplantibus nobis qua videntur, sed qua non videntur: qua enim videntur, temporalia sunt: qua autem non videntur, aeterna sunt.* & 2. im. 4. *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. in reliquo reposita est mihi corona iustitiae. Quid autem clarius dici potest ad probandum beatitudinem esse mercedem, & coronam; quae danda est iustis intuitu bonorum operum, quae meritoria sunt illius de condigno?*

Testimonium
Sanctorum Doc-
torum antiquorum

Probatum secundò veterum Patrum testimonio. August. lib. de Fid. & operibus cap. 14. Tomo 4. inquit. *Cum ergo dicit Apostolus arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus legis: non hoc ait ut praepia ac professa fide opera inibituta contemnatur, sed ut sciat se quisque per fidem posse iustificari, etiam si legis opera non praesserint. sequuntur enim iustificati, non praecedunt iustificandum.* & paulò post: *Quoniam ergo hac opinio tunc fuerat exorta, alia Apostolica Epistola Petri, Ioannis, Iacobi, Iuda, contra eam maxime dirigunt intentionem, ut vehementer asseruant fidem sine operibus nihil prodesse: sicut etiam ipse. Paulus non qualem libet fidem, quam Deum creditur, sed eam salubrem, planèque Evangelicam definiit; cuius*

opera ex dilectione procedunt: & fides inquit, qua per dilectionem operatur.

Et de verbis Domini in Euangeliū Matth. Serm. 17. tom. 10. *Vna utique non est nisi beata, et beata esse non potest nisi aeterna, ubi sunt dies boni, nec multi, sed unus: ex consuetudine huius vitae appellati sunt dies: dies ille nescit ortum, nescit occasum: illi dies non succedat crastinus, quia non praecedat eum hesternus: hunc diem vel hos dies, et hanc vitam & veram vitam in promissis habeamus alicuius, ergo operis merces est. Si enim mercedem amamus, in opere non deficiamus: & in aeternum cum Christo regnabimus.*

Gregorius super septem Psalmos Pœnitentiales tomo 2. ait. *Præparavit enim Dominus diligentibus se, quod oculus non vidit: nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, idè qui per bonam conversationem à gratia Dei venientem ad desiderium aeternae vitae erigitur, dicit: Audiam fac mihi manū misericordiam tuam, scilicet aeternam. misericordia enim Domini ab aeterno usque in aeternum super timentes eum. Quod si illa Sanctorum felicitas misericordia est, & non meritum acquiritur, ubi erit quod scriptum est: Es tu reddes unicuique secundum opera sua? si secundum opera reddatur, quomodo misericordia aestimabitur? sed aliud est secundum opera reddere, & aliud propter ipsa opera reddere. In eo enim quod secundum opera dicitur, ipsa operum qualitas intelligitur, ut cuius apparuerint bona opera, eius sit retributio gloriosa. Illi namque beata vita, in qua cum Deo & de Deo vivitur, nullus potest equari labor, nulla opera comparari, praesertim cum Apostolus dicat. Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae renouabitur in nobis: quanquam & ex hoc quoque misericordia iure possit nominari: quia pro illis operibus datur, qua sine praesenti misericordia Dei nemo assequitur. unde in Psalmo dicitur: Deus meus misericordia eius praevenerit me. Nisi enim vasa ire fecisset vasa misericordiae, neminem ab illa perditionis massa conversatio sancta discerneret, neminem à pœna perpetua mortis iustitia propria liberaret. Constat ergo, quia quibus misericorditer tribuit ut in hac vita benè operentur, eum misericordiam largitur, ut in aeterna beatitudine centuplicato fructu remunerentur.*

Chryzostomus in Epist. 1. ad Cor. cap. 3. Hom. 9. tomo 4. ait. *Propterea enim dicit unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, non convenienter fini & eventus, sed convenienter labori. quid enim si non attenderunt auditores? Undè est hinc quoque perspicuum, quod id quod dicitur dicatur de factu.*

Et in cap. 7. Matth. Hom. 17. tomo 2. ait. *Quarite primum Regnum Dei, & iustitiam eius. Regnum Dei est retributio bonorum operum & malorum: iustitia autem est via pietatis, per quam iter ad regnum. Si ergo die ac nocte cogitas qualis eris interitus impiorum, & peccatorum; necesse est, ut aut propter timorem pœnae territus recedas à malo, aut propter desiderium gloriae ex: itas te festines ad bonum.*

Ambrosius tract. in Symbolum Apostolorum cap. 25. tom. 4. ait. *alia gloria solis, id est Christi; alia gloria lunae, id est Ecclesiae; & alia gloria stellarum, id est seminum Abraham, & eorum qui se per fidem, & bona opera in filios eius cooptarunt. stella enim à stella differunt in claritate, ut Apostoli à Prophetis.*

Et in Comment. in Epist. ad Rom. cap. 6. tom. 3. ait. *Tanta nos modestia conversationem nostram vult gubernare, ut actus nostri iustitiae Dei proficientes, non*

non mundana iustitia (quia mundi iustitia sine fide est Christi, sine qua non vita, sed mors est) arma praebeant illi ad defendendum nos : cui cum arma per opera bona praebeamus dignos nos faciamus adiuuari ab ea quia iustitia Dei magnos despicit. Vbi enim iustitia Dei fuerit ibi habitat Spiritus sanctus ad adiuvandam imbecillitatem nostram sicut enim peccato arma praebeamus cum male agimus, ita & iustitia, cum recte versamur membra noxia custodientes ab omni turpitudine.

Hieron. in Com. in Psalm. 108. tom. 7. ait. Vide te ergo quid dicit. factus es Galaad, factus es Manasses, hoc est migrasti ad Dominum, & post oblivionem remeasti ad patrem tuum. esto Ephraim, esto frugifer. habeto opera bona, & postea eris corona Domini. Iuda rex meus, videte in quanta gloria est, qui agit patientiam. Iudas enim confessio interpretatur.

Gregorius lib. 2. expolit. in 1. Reg. cap. 2. Tom. 2. ait. Quod profecto simpliciter dici potuisset: Qui faciat voluntatem meam. & praemia operum exponit dicens: et aedificabo ei domum fidelem. Quae namque ista domus alia nisi aeterna patria intelligitur? quam profecto domum Dominus commendans ait: In domo Patris mei mansiones multa sunt. Sed haec domus aedificari nunc dicitur: quia ex pia vita actionibus preparatur. Verumtamen ad eam promerendam indignum est opus homini, si non hoc agat gratia misericordiae Dei: Bene itaque cum domus aedificium ponitur Dominus, et eam aedificare pollicetur, quia nimirum vires humanae à tanta operatione deficiunt, si non diuinitus adiuventur. Hinc Paulus ait: Deus est qui operatur in me velle & perficere.

Nunc accedant Obiectiones Sectariorum contra praemissas Conclusiones: & aduersus primam, Prima Obiectio. Psalm. 102. legitur: Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Item. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequuntur. & Iacobi 2. iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. Haec & similia loca testantur ipsam etiam coronam gloriae & beatitudinem caelestem dandam esse sanctis hominibus ex misericordia, non ex iustitia; & non reddi propriae meritis, sed gratis dari. ergo opera iustorum in via non sunt merita.

Respondeo beatitudinem ad Timoth. 4. vocari etiam coronam iustitiae; quid ergo dicendum? num. quid aliud iudex nuntiat, & aliud praeco clamat? Videndum est igitur quomodo recte se habeat. Dictum est valorem & dignitatem operum nostrorum oriri ex gratia, & misericordia Dei, iuxta illud Apostoli 1. Cor. 15. Non ego autem, sed & gratia Dei mecum. cum igitur opus meritorium ex duplici capite attendatur, nempe ex gratia Dei, & cooperatione nostra, hinc est quod aliquando vita aeterna dicitur corona misericordiae, nempe ratione diuinæ gratiae: & aliquando corona iustitiae, ratione nostrae cooperationis. dicitur itaque corona misericordiae, quia seclusa antecedenti misericordia non possemus ita operari, ut praemium esset nobis merces, & corona iustitiae. & hoc idem August. docet in lib. de gratia, & libero arbitrio cap. 6. tomo 7. dicens. Apostolus Paulus quem certe inuenimus sine ulla meritis bonis, imò cum multis meritis malis, Dei gratiam consequentem reddentem bona pro malis, videamus quid dicat sua iam appropinquante passione, scribens ad Timotheum: ego enim iam immolor inquit & tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi, cur-

sum consummavi, fidem seruavi. Ista utique iam merita sua bona commemorat: ut post bona merita consequatur coronam, qui post merita mala consequutus est gratiam. Demque attendite quid sequatur: superest inquit, mihi corona iustitiae quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Cur reddet coronam iustus iudex, si non donasset gratiam misericors pater? & quomodo esset ista corona iustitiae, nisi praecessisset gratia quae iustificat impium? Quomodo ista debita redderentur, nisi prius illa gratuita donarentur? constat igitur vitam aeternam & beatitudinem dici coronam misericordiae, respectu iustificationis & gratiae, quae facit ut faciamus: & coronam iustitiae respectu cooperationis nostrae.

Ad illud Iacobi 2. Iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. dico ex his verbis confirmari apertissime doctrinam quam posuimus; nam Iacobus inquit, quod iudicium sine misericordia fiet, &c. ergo regulariter fit iudicium cum misericordia, sed quid est iudicium cum misericordia, nisi praemium reddere ex iustitia, & ut mercedem, non seclusa tamen misericordia? itaque ex hoc loco habetur, praemium dari operibus ex iustitia cum misericordia, & non tantum ex misericordia, seclusa iustitia: & haec est doctrina Catholicae Ecclesiae.

Secunda Obiectio. Isaia 55. Venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac. & Daniel. 9. Nam iustificationibus nostris prosterimus preces nostras, sed in miserationibus suis magni. ergo praemium non datur, ut merces operum nostrorum; nec opera nostra possunt dici merita.

Respondeo Prophetam loqui de vocatione gentium ad fidem Christi, & ad accipiendam primam iustificationem ex fide, quae proculdubio est absque ulla commutatione operum, quia Roman. cap. 11. Sine penitentia sunt dona & vocatio Dei. non autem de praemio beatitudinis quod habet locum mercedis, & quod ita fit, patet ex his sequentibus verbis. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac praeceptorem gentibus. ecce gentem quam nescibas, vocabis, & gentes quae te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & Sanctum Israel, quia glorificauit te. loquitur itaque de prima iustificatione, quae habetur, cum quis Christianam fidem recipit.

Ad illud Danielis. dico eum loqui de populo Iudaeorum captiuo, ut quisque videre poterit: narrabat enim in oratione miseras & peccata illius populi postulans reiterationem populi, & ciuitatis Hierusalem à Deo, idcirco sic loquutus fuit. Inclina Deus meus aurem tuam & audi, aperi oculos tuos & vide desolationem nostram & Ciuitatem, super quam inuocatum est nomen tuum: neque enim in iustificationibus nostris prosterimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis, exaudi Domine, &c. cum igitur Daniel videret populum penas peccatorum sufferentem, quomodo bona opera populi commemorare poterat coram Domino, sicut fecerat Ezechias Rex? itaque licet Daniel hoc iure tunc non fecerit, tamen non sequitur nunquam populum bene operatum fuisse meritorie, & aliquando bona opera, tanquam merita, coram Deo exhibere non licere.

Tertia Obiectio. Luc. 17. Cum feceritis haec omnia, dicite seruis vestris sumus, quod debuimus facere fecimus, ergo nihil operibus nostris debetur, nec ipsa possunt dici merita.

Respectu gratiae praeueniens est corona misericordiae: respectu cooperationis nostrae est corona iustitiae.

Prima iustificatio est absque respectu operum praecedentium.

Vita aeterna aliquando scribitur corona iustitiae, aliquando corona misericordiae.

Respon-

Respondeo cum Card. Bellarm. loco citato ex Augustino & Chrysostomo. Augustinus enim Serm. 3. de verbis Domini Tomo 10. ait. *Servi inutiles dici possumus cum omnia Divina mandata servamus, quoniam nihil facimus ultra id quod debemus, & nihil inde iusta mercedis petere possumus, nisi Deus liberali pacto nobiscum convenire voluisset. nam ex conditione mancipia Des sumus, & si velis, potest nos absque ullo premio ad omnia opera, quaecunque illi placuerit, obligare. Hanc igitur conditionem nostram ad humilitatem conservandam vult nos Christus agnoscere. quamvis ex gratuito pacto quod nobiscum facere dignatus est, possumus cum Apostolo dicere: reposita est mihi corona iustitia, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. nam & Dominus ipse dicit. Nonne ex denario convenisti mecum? tolle quod tuum est & vade. O magna, inquit Augult. bonitas Dei, cui cum pro conditione reddere debeamus obsequium, ut potè servus Domino, amicitiarum nobis premia repromittit, ut à nobis obsequia debite servitutis extorqueat.*

Ioannes Chrysostomus verò sic præfata verba exponit Homilia in illud. *Elevatum est cor Orem. nō dicit Dominus cum feceritis hæc omnia servi inutiles estis: sed ait: dicitur quia servi inutiles sumus: ubi vult nos de nobis post benefacta humiliter sentire, ne superbia corumpat opera bona, quæ fecimus. sed cum nos dicemus servus inutilis sum, dicit illi: Euge serve bone et fidelis, quia in parva fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. absolutè enim non esse inutiles eos, qui bene operantur, perspicuum est ex hac ipsa parabola de talentis Matth. 25. nam servum inutilem vocat Christus eum solum qui talentum abscondit, & quem proci iubet in tenebras exteriores. alios autem qui talenta multiplicaverant, ut servos utiles laudat et remunerat. Hæc ex Bellarm.*

Quarta Obiectio. ad Roman. 6. *Stipendium peccati mors, gratia Dei vita æterna.* Vbi merita videntur excludi, quia vita æterna non dicitur stipendium bonorum operum, sicut dicitur mors æterna stipendium peccati: tum quia simpliciter dicitur gratia, nam ut idem Apostolus ait ad Rom. 4. *Es qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, et secundum debitum.*

Respondeo cum eodem Card. Bellarm. loco citato ex Augustino in Epit. 105. in Enchiridion, cap. 107. & præcipuè in lib. de gratia & libero arbitrio, cap. 8. & 9. ubi duo dicit: primò potuisse Apostolū rectè dicere, stipendium iustitiæ vita æterna, sicut dixit, stipendium peccati mors. Quæ S. Augustini confessio causam aduersariorum penitus iugulat. Secundò non esse dictum, stipendium iustitiæ vita æterna, sicut stipendium peccati mors, ne quis existimaret, ita nos ex nobis habere iustitiam, sicut ex nobis habemus peccata. itaque gratia dicitur vita æterna, non quia non est merces meriti; sed quia ipsa merita habemus ex gratia. in illis autem verbis ad Rom. 4. *Es qui operatur, etc.* loquitur Apostolus de operibus, quæ sine gratia Dei solis viribus liberi arbitrij fieri posse credebant ij, quos eo loco refellit.

Quinta Obiectio. ad Philipp. 3. *Hæc omnia quæ mihi erant lucra propter Christum detrimentum fecerit arbitror ut stercora, ut Christum lucrificiam: et ut inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Iesu Christi.* & ad Ephes. 2. *Gratia saluati estis per fidem, non ex operibus.* & ad Tit. 3. *Non ex operibus iustitia quæ fecimus nos,*

sed secundum suam magnam misericordiam saluos nos fecit.

Respondeo Apostolum, ut patet in littera, comparare iustitiam quæ ex lege est, & legalia veteris testamenti cum fide & lege Christi; idcirco Philipenses docuit ut legem veterem despicerent; quam quidam credentibus in Christum, ut tenerent, persuadebant: & omnia quæ fidem Christi antecedunt inutilia esse iustificationi, quæ gratis habetur in Christo Iesu, panter docet; & hac de causa contrà eos, qui veterem legem adhuc extollebant, ibidem ait: *Videte canes, videte malos operarios concisionem. Nos enim sumus circumcisio quæ spiritu seruiamus Deo, et gloriamur in Christo Iesu, et non in carne fiduciam habentes: quamquam ego habeam confidentiam et in carne, si quis alius videtur confidere in carne, ego magis: circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, secundum emulationem persequens Ecclesiam Dei, secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta; verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quæ omnia detrimentum feci & arbor ut stercora, ut Christum lucrificiam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu. patet itaque Apostolum rejicere iustitiam & opera legis, & non damnare opera bona quæ consequuntur seu subsequuntur fidem in Christo: & hæc Obiectio talis est. iustitia, & opera veteris legis inutilia sunt ad iustificationem quæ habetur per fidem Christi, ergo bona opera eorum qui crediderunt in Christum non sunt bona, non sunt merita, non debetur illis merces. quid vobis videtur Sectarij de hac vestra obiectio? nihil ineptius.*

Ad illud Ephes. 2. *Gratia saluati estis per fidem, non ex operibus.* Apostolus ibi loquitur cum Ephesijs, qui in Christum crediderunt, eosque monet iustificationem fidei recepisse, non ex operibus antecedentibus, sed per donum & gratiam Dei. & quod ita sit patet ex antecedentibus & subsequentibus verbis; dixerat enim primò, *Et vos cum effectum mortui delicti & peccati vestri, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi huius, secundum Principem potestatis aëris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentia, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ sicut & ceteri. Deus autem qui dives est in misericordia, propter immensam charitatem suam, quæ dilexit vos, & cū essemus mortui peccati, conuincit nos in Christo, cuius gratia estis saluati, & c.* & licet his verbis voluisset etiam includere Iudæos, tamen Iudæorum opera sunt antecedentia fidem Christi. & post verba citata in obiectio sequitur: *propter quod memores estote quod aliquando vos gentes in carne, qui discimini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta: quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo: Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. itaque Apostolus excludit opera Gentilium vel Iudæorum à merito iustificationis, & docet Ephesios non fuisse iustificatos, propter opera antecedentia fidem illorum in Christo; ut patet ex littera; quando autem Secta-*

Opera antecedentia Christi fidem inutilia declarantur, non subsequuntur.

Servus inutilis dicitur bene operans, sed ipsam gratiam & pacto dicitur filius adoptivus & bonus mercedarius.

Servus inutilis dicitur bene operans, ut sentiat de se humiliter.

Vita æterna dicitur gratia, quia bona opera, quæ illi merentur, sine gratia Dei creari non possumus.

Seſtarij dicunt, ergo opera bona quæ ſubſequentur fidem, ſeu quæ à fidelibus fiunt non ſunt merita, nec bona: ineptiſſima eſt conſequentia.

Aduentus Domini ad nos iuſtificat, non fuit iuſtitia tu bonorum operum, quæ homines faciunt.

Ad illud ad Tit. 3. *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitia, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam, &c.* ibi Apoſtolus excludit opera antecedentia fidem Chriſti, & monet ne quis putet ex operibus obtinuiſſe fidem & iuſtificationem, ſed ex miſericordia Dei & gratia. Sed non reiicit opera bona quæ fidem ſubſequentur; imò docet omnes debere bene operari, vt ſalutem conſequantur. vt 1. Cor. cap. 9. *Qui parce ſeminat parce & metet, &c.* & 1. Cor. cap. 9. *caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. & alibi pluries.*

Sexta Obieſtio. ad Rom. 3. *Excluſa eſt gloriatio tua, per quam legem? factorum? non ſed per legem. fides.* at ſi fides excludit gloriationem, quæ ex operibus naſcitur, certè excludit omnia merita. Si quis enim vera merita haberet, de illiſiure gloriari poſſet.

Miror Seſtariorum voluntariam cœcitatem, Apoſtolus ibi docet hominem non iuſtificari ex operibus legis veteris, ſed per fidem Ieſu Chriſti, & ipſi volunt verba Apoſtoli peruertere, ad excluſionem opera quæ ſubſequentur fidem, & à fide præcipiuntur. dicit enim ibi. *Arbitramur iuſtificari hominem per fidem, ſine operibus legiſ.* quid clariùs ex Apoſtolo? excludit ergo opera legis, & omnia opera antecedentia fidem, & non quæ ſequuntur, & à fide dictantur.

Septima Obieſtio. Tribuere aliquid meritis noſtris magna Chriſto fit iniuria, quali non ſufficiant Chriſti merita. ſi enim requiruntur merita noſtra, ergo non ſufficiebant merita Chriſti, vel ſaltem diuidetur gloria inter Deum & hominem ſi non ſolis eius meritis, ſed etiam noſtris, ſalutem aſſequimur.

Reſpondeo merita Chriſti eſſe ſufficiētiffima, at Deus non decreuit vt eò extendantur, vt nihil boni faciamus, ſed tantùm per phantalticam apprehenſionem iuſtificemur; ſed eo extenduntur, vt detur in virtute illorum nobis gratia, qua poſſimus meritorie operari; ea enim remota nos nullo modo poſſemus bene operari, vt oportet; ſignificauit enim nobis per Scripturas, vt operemur & cooperemur pro ſalute noſtra aſſequenda; & fructum afferamus trigefimum, ſexageſimum, centefimum, vt legitur Matth. 13. & Ioannis cap. 15. *Ego ſum vitis vos palmiteſ, ſicut palmiteſ non poſſeſt ferre fructum à ſemetiſiſe, ſic nec vos niſi in me manſerit. Matth. 5. ut videant opera veſtra bona. 1. Tim. 5. in operibus boni teſtimonium habens. & cap. 6. diuites fieri in operibus boni.* & alibi pluries. itaque merita Chriſti non excludunt opera noſtra, ſed dant vigorem operibus noſtris vt bona & acceptabilia ſint, & digna æterna mercede. Ad illud quod diuideretur gloria. dico omne bonum refundendum eſſe in auctorem bonorum Deum & Chriſtū Ieſū: verū tanta eſt Diuina bonitas & charitas erga nos, vt placuerit ei, nos etiā habere poteſtatē pie gloriandi, vt dicebat Apoſtolus 2. Cor. 12. *Nam ſi voluero gloriari non ero inſipient. & 1. Cor. 1. Qui gloriatur in Domino gloriatur, & cap. 12. ſiue gloriatur unum membrū, congaudent omnia mēbra. & 2. Theſſ. cap. 1. itant & nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſijs Dei pro patientia veſtra & fide, & in omnibus perſequeſtionibus veſtris, & tribulationibus, quas ſuſtinetis.*

Merita Chriſti dant vigorem operibus noſtris: vt merita ſint vita æterna.

& 1. Cor. 9. *Ita & Dominus ordinauit iſ qui Euangelium annuntiant de Euangelio viuere. ego autem nullo horum uſus ſum. Non autem ſcripſi hac, ut ita fiat in me: bonum enim mihi magis mori quam vt gloriam meam qui euacuet.*

Octaua Obieſtio. Hilarius in Pſalm. 51. inquit: *Non enim illa ipſa iuſtitia opera ſufficerent ad perfectè beatitudinē meritum, niſi miſericordia Dei, etiam in hac iuſtitia voluntate humanarum demutationum & motuum non reputet vitia. Spes igitur in miſericordia Dei in ſaculum ſaculi.*

Reſpondeo Hilarium, ſic loqui, vt obieſtionem & ſolutionem dicat. vocat enim noſtra opera, iuſtitia opera & ea habere meritū beatitudinis affirmat, ſed non ſeculſa miſericordia Dei; ob humanam fragilitatem, quia ſciliſcet in bene operando ſepè varios motus, vel inanis gloriæ vel alterius inordinati appetitus patimur. & nos cum illo, & ille nobiſcum idem tenet. nihil itaque concludunt Seſtarij.

Nona Obieſtio. Baſilius in Pſal. 114. inquit: *Memento ſempiterna requieſ illos qui in hac vita legitime certauerunt, non ob eorum merita factorum, ſed de miſericordiſſimi Dei gratia in qua ſperauerunt.*

Reſpondeo ex verbis citatis Baſilij: nam inquit eos qui in hac vita legitime certauerunt requiem recepturos: ergo Baſilius tenet æternam requiem eſſe præmium certantibus legitime, quid clariùs ex Baſilio? quando ſequitur non ob eorum merita factorū, ſed gratia Dei, &c. ſignificat merita noſtra magis pēdere à gratia Dei, quæ facit vt faciamus, quam ab operibus noſtris nudè conſideratis; aliter ſibi eiſdem verbis Baſilius contradiceret, quia dari legitime certantibus, & dari purè ex gratia, verba ſunt contradicentia, ſed quia ſenſus illius eſt, quem nunc attuli, ideò nulla contradicentia; ſicut nulla eſt obieſtio.

Decima Obieſtio. Auguſt. in Pſalm. 70. concione 2. ait. *Tua peccata ſunt; merita Dei ſunt. ſupplicium ſibi debetur, & cum præmium uenerit, ſua dona coronabis, non merita tua.* & Serm. 15. de verbis Apoſt. *Pro nihilo ſaluos facies illos; nihil inueniunt unde ſalues, & multum inueniunt unde damnes.* & lib. de gratia & libero arbitrio cap. 9. *Maluit dicere gratia Dei vita æterna, ut intelligeremus nō pro merito noſtro, Deum nos ad æternam uitam, ſed pro ſua miſeratione perducere.*

Reſpondeo Auguſtinum ſic aliquando de meritis noſtris diſſeruiſſe, vt magis cōmendaret gratiam Dei, quæ facit vt faciamus; dans operi noſtro dignitatem, ſeu quæ facit illa digna acceptatione, retributione, & mercede, non autem vt valorem bonorum operum deijceret. patet quia Auguſt. to. 8. 72. e. affirmat beatitudinem eſſe mercedem operum noſtrorum, & vt præmium & ſtipendium nobis dari. ergo in locis à Seſtarijs cit. non poteſt oppoſitum docere, ſed tantùm iuxta ſenſum à nobis expoſitum ea dixiſſe.

Vndecima Obieſtio. Proſper lib. 1. de uocatione gentiū c. 17. ſiue in alia editione c. 5. ait. *Ideò in parabola de hi qui laborant in uinea dari idem præmium, eandemque mercedem omnibus operarijs, ſiue multum, ſiue parum laborauerunt, ut ij qui multo labore ſudarunt, nec amplius quam noniſſimi acceperunt, intelligant donum ſe gratia, non operum accepiſſe mercedem.*

Reſpondeo quod Proſper nil aliud hiſ verbis docere intendit, niſi quod dignitas operum noſtrorum à gratia Dei pendet, per quam gratiam poteſt quis magis meritorie operari in vna hora, quam alter per annum, dummodo gratia fuerit maior, qua opus per-

Patres aliquando de noſtris operibus loquentes cōſiderant gratiam per quam bona ſunt & aliquando noſtram cooperationem ſine qua gratia non procedet.

perfectissimum producitur, & magnivaloris coram Deo. cum autem non negasse merita operum, patet ex eo, quod eodem loco dicit, ut notavit Card. Bell. loc. cit. nepè. *Bona merita sequi in homine post adeptam gratiam, non autem precedere.*

• Duodecima Obiectio. Greg. lib. 9. Moral. c. 14. ait. *Si opus virtutis exercueris, ad vitam non ex merito, sed ex venia conualesco.*

Respondeo Greg. per ly ex venia intelligere iustificationem, & sensus est quod conualescimus & idonei sumus ad merendum ex venia, id est post iustificationem, quia absque gratia Dei nullum opus virtutis dignum est aeterno premio. hoc autem & nos docemus.

Decima tertia Obiectio. Bernardus Serm. in de Annunciatione inquit. *Neque talia sunt hominum merita, ut propter ea vita aeterna debeatur ex iure: aut Deus iniuriam aliquam faceret, nisi eam donaret, & Serm. 15. in Psalm. Qui habitat totum hominis meritum est, si totam suam spem ponat in eo, qui totum hominem saluum fecit. & Serm. 61. in Cant. ait: Proinde meriti meum miseratio Domini. addit etiam Kemnitius alterationem S. Bernardi cum Diabolo, in qua dixisse legitur. *Fateor, non sum dignus ego, nec propriis regnum obtinere caelorum. ceterum Dominus meus duplici iure illud possidens, hereditate patris, & merito passionis, altero ipse contentus, alterum mihi donat.**

Dicitur vita aeterna, gratia quia merita nostra nascuntur ex gratia, qua operamur, ut oportet.

Respondeo cum Card. Bellarm. loco supra citato Bernardum docere vitam aeternam non deberi meritis ex iure absolute; quia merita praesupponunt & gratiam & promissionem. id enim paulo infra, ita ipse explicat dicens; propterea non deberi meritis vitam aeternam ex iure, quia merita ipsa nascuntur ex gratia. Praesupposita autem gratia & promissione deberi vitam aeternam ex iure docet Apostolus, cum ait 2. ad Tim. 4. *Reposita est mihi corona iustitiae, & ad Hebraeos 6. non est iustus Deus, qui oblitiscatur operum vestrorum & laborum, & S. August. de natura & gratia cap. 2. Non est iustus Deus, ut iustos frangat mercede iustitiae.*

Ad alia loca respondemus ea dicta esse à S. Bernardo, ut intelligamus merita nostra non esse ex nobis, sed ex misericordia Dei: quod clarius explicat Serm. 68. in Cantic. dicens, *Merita habere curas: habita data novem, & c.* vel sic loquutum fuisse ex humilitate, quae propria merita ignorat. vel ex incertitudine propriae gratiae; prudenter enim non confidebat in meritis suis, sed in sola misericordia Domini.

Contra secundam & tertiam Conclusionem. Prima Obiectio. Ioan. c. 10. à Salvatore reprehenduntur mercenarii: at bene operari intuitu beatitudinis est actus mercenarii, ergo taliter operari à Salvatore reprehenditur. Et confirmatur ex D. Bernardo lib. de diligendo Deo. vbi sic ait: *Non sine premio diligunt Deum, & si absque premio intuitu diligendus sit. Vacua namque vera charitas esse non potest, nec tamen mercenaria est.* & D. Thom. 2. 2. q. 19. art. 4. ad 3. scribit amorem mercenarium cum vera charitate non posse consistere.

Respondeo Salvatore Ioan. 10. damnare mercenarios temporali mercedis, sed non aeternae: patet, quia mercenarius in ovium custodia ob temporalem mercedem operatur. operari autem intuitu beatitudinis est actus mercenarii, sed mercedis nobilissimae, non temporalis, sed aeternae, & Divinae: qui actus in Scripturis numquam reprehenditur.

Et ad maiorem huius obiectiois enervationem

dico, quod voluntas duplici affectione attingit Deum immediate: prima est affectio iustitiae, qua per actum amicitiae tendit in Deum, ut est bonum in se: alia est affectio commodi qua per actum concupiscentiae tendit in Deum, ut est bonum diligenti; & uterque actus est ordinatus & laudabilis: primus est actus charitatis purior, nobilissimus, & respicit tantum bonum obiecti amati, & non ut amanti utile & commodum; & haec est charitas. Secundus est actus spei minus perfectus, sed non imperfectus, quia est actus virtutis, cum sit desiderare sibi bonum infinitum per media ordinata. Cum S. Bernardus inquit Deum diligendum esse absque intuitu praemij; tunc commendat actum charitatis, sed non damnat actum spei; & docet charitatem non esse mercenariam; quia est amor Dei purus propter bonum obiecti tantum, & non ut utile amanti; qui actus utique est mercenarius, sed nobilissima mercedis; ideoque etiam laudabilis. concedimus itaque charitatem non esse mercenariam, seu non esse amorem ob retributionem: & talem actum formaliter sumptum non posse esse mercenarium, ut dicit S. Thom. negamus autem hunc actum non esse bonum, cum sit perfectus & laudabilis, licet non commodo quo charitas.

Duplex affectio est in voluntate, nobilior iustitiae, & commodi.

Charitas est affectio iustitiae. Spei est affectio commodi.

Secunda Obiectio, servile & sordidum est operari propter mercedem. ergo non debet quis bene operari intuitu salutis aeternae.

Respondeo utique servile & sordidum esse operari propter mercedem sordidam & servilem; sed operari ob mercedem nobilissimam, actus laudabilis est & bonus. quis enim David vituperare audebit, cum dixit 1. Reg. 17. *Quid dabitur viro qui percusserit Philistaeum hunc, & auerit opprobrium de Israel? qui enim est hic Philistaeus incircumcisus qui exprobat acies Dei viventis?* legitur autem ibidem ante verba praedicta sic. *Et dixit unus quispiam de Israel: Num vidisti virum hunc qui ascendit? ad exprobandum enim Israel ascendit. Virum ergo qui percusserit eum, dabit Rex divitibus magnis, & filiam suam dabit ei: & domum Patris eius faciet absque tributo in Israel.* tunc David dixit verba praemissa. quia igitur merces proposita nobilis erat atque laudabilis, ideo actus ille etiam nobilis & laudabilis fuit. & hic latet mysterium operum nostrorum, & dilectionis nostrae erga Deum. sicut enim David, ob gloriam Dei, & ob bonum sibi, pugnare proposuit & propugnauit: (dixit enim, *quis enim est hic Philistaeus incircumcisus qui exprobat acies Dei viventis?* en actus amoris & zeli erga Deum. &: *quid dabitur viro qui percusserit Philistaeum hunc.* en actus spei & amoris concupiscentiae erga obiectum, ut desideranti utile & bonum) sic accidit & nobis in via hac peregrinationis nostrae; diligimus aliquando Deum ex charitate absque intuitu mercedis; quandoque ut bonum nobis & utile, atque mercedem. & cum Apostolo dicimus ad Philipp. 1. desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, & hoc per media proportionata, ideo laudabiliter. ut idem Bernardus asserit Serm. de bonis deserendis super illud. Matth. 19. *Vos qui reliquistis omnia, & sequuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes, & c.* Arbitror enim verba lectionis huius ea esse, de quibus ad immortalis sponsam à finibus terra clamat Ecclesia, propter verba laborum suorum ego custodivi vias duras. *Haec nempe sunt verba quae contemptum mundi in universo mundo, & voluntariam persuasere hominibus paupertatem. Haec sunt quae Monachum claustra replent, deserta Anachoretum. Haec inquam sunt verba quae Aegyptum spoliant;*

Operari ob gratiam mercedem merito honestam, est actus laudabilis.

hanc, & optima quaque vasa diripiunt. Hic sermo enim & efficax, conuersens animas saluti amulatione sanctitatis, & ueritatem promissionis fidei. & intra: In regeneratione, inquit, cum sederis filius hominis in sede maiestatis suae, sedebit & vos. Felix regeneratio: quanda enim renascitur ad sessionem miser homo natus ad laborem? O si unquam sederet totum, cum modò ne minima quidem portio sedet: in quo nihil tranquillum, nihil quietum, sedatum nihil, nihil unquam in eodem permanens status. Sedebit & vos. o sessio? Quis mihi tribuat ut digni exprimam uerbi, quod de sessione hac cordi affectione concipio? Immo quis tribuat mihi sessionis huius imperturbata frui requie, quam desidero? quam cupio? quam require? Igitur Bernardus non vituperat eos, qui ut sedeant iudicantes relinquunt omnia, quid dicetis nunc Sectarij? expedit uobis hos errores dimittere, & hanc ueritatem adducere.

Contra quartam Conclusionem, Prima Obiectio. Vita aeterna in Scripturis uocatur hereditas, at hereditas debetur filijs non ex merito & labore, sed solo iure filiationis seu adoptionis, ergo aeterna hereditas non datur nobis, ut merces operum nostrorum.

Respondeo vitam aeternam, quae in Scripturis dicitur hereditas, dici etiam mercedem, ut superius suo loco diximus; nam non est hereditas, quae iure naturae ad nos pertinet, sed ea libera electione cum suis conditionibus de bene operando nobis proponitur acquirenda, & sicut de Christo legitur Luc. 24. Nonne oportuit pati Christum, & uia intrare in gloriam suam? Sic pro nobis omnibus legitur Rom. 2. & alibi pluries, ut supra dictum est. Deum reddet unicuique secundum opera sua. quod autem hereditas vitae aeternae simul teneat ratione mercedis, patet ad Coloss. 3. Quodcumque faciis ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus, scientes quod à Domino accipietis retributionem hereditatis.

Secunda Obiectio. Non sunt condigna passioe slur in temporis ad futuram gloriam. ad Rom. 8. ergo nulla est proportio inter opera nostra, & vitam aeternam, later meritum autem, & praemium debet esse proportio.

Respondeo Paulum ea dixisse non ad ualorem bonorum operum euerendum, ut Sectarij opinantur, quia sibi contradiceret, cum 2. ad Thesal. cap. 1. dixerit. *Va digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.* & 2. Cor. 4. *Id enim quod in praesenti est momentum, & leue tribulationis uestra, supra modum in sublimitate aeternam gloriae pondus operatur in uobis.* Sed sic loquutum esse, ut doceret & ostenderet aeternae gloriae eminentiam, & superexcellenciam; respectu eius magnitudinis, nullum opus esset proportionatum, absolute loquendo: i. secluso pacto & acceptatione, & bonitate diuina, quae praemiat ultra condignum.

Tertia Obiectio. August. lib. 1. Confess. cap. 4. dicit: *Qui reddidit debita nulli debens.* & term. 16. de uerbis Apostoli: *Non dicimus Deo reddere quia accepimus, sed reddere quia promissum est.* & Bernardus term. 1. de Annunciat. dicit. *Neque enim salisunt hominum merita, ut propter ea uita aeterna debeatur ex iure, aut Deus iniuriam aliquam faceret, nisi eam donaret.* & S. Thom. 1. 2. qu. 114. art. 1. ad 3. dicit, Deum non debere nobis, sed dispositioni suae.

Respondeo Augustinum docere Deum, remota actione uoluntaria mercedis nobiscum facta, nihil nobis debere, & illa posita nobis debere, aliter non dixisset qui reddis debita, sed qui das dona nulli de-

bens, sed dixit qui reddis debita nulli debens. Ad secundum locum dico, ibi nihil esse contra nos; ait enim, non dicimus reddere quia accepimus, quia bonorum nostrorum non indiget, etenim ex nostris operibus nullam sumit utilitatem; sed reddit mercedem, quia dignatus est sic bonis operibus promittere; & iuxta hunc tenentem loquitur S. Thom. loco citato.

Ad illud Bernardi, dico eum loqui de absoluta Dei potentia, qua posset nihil reddere bene operantibus absque iniustitia; quia ipse est Dominus omnium; non loqui autem de facto, & de potentia ordinata Dei, qua pactum fecit, seu promittere dignatus est bonis operibus nostris dare retributionem. Quam obrem nihil contra nos, ut patet.

DISPUTATIO VIII.

An homini iustificato bona opera sine necessaria ad salutem, seu an iustificatus teneatur seruare legem Dei, & qua sit Christiana libertas.

CVM bene operari, seu bona opera nostra, praecipue consistant inobseruantia mandatorum Dei; & Sectarij necessitatem bene operandi cognoscere nolint, ut ostendant id rationabiliter opinari, ad has consequentes blasphemias proruperunt: nempe, legem Decalogi seruare impossibile esse, etiam auxilio diuinae gratiae: nec iustum obligari ad aliquam legem obseruandam, nec Euangelium legem aliquam, seu praeccepta continere; sed liberos esse fideles à quacunque lege, & hanc esse Christianam libertatem, mirabili saltu affirmant. Haec omnia discutienda sunt.

At Ecclesia Catholica hanc praesumptam doctrinam damniorum, ut nouiter excogitatum, rejicit ac refellit, ut patet in Concil. Trident. sess. 6. cap. 11. his uerbis. *Nemo autem quantumuis infidelis, liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa, & à Patribus sub anathemate prohibita uoce uti, Dei praeccepta homini iustificato ad obseruandum, esse impossibilia. Non Deus impossibilia non iubet, sed iubenda mouet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat ut possis. Cuius mandata grauis non sunt, cuius iugum suauis est, & onus leue. Qui enim sunt Filij Dei, Christum diligunt: qui autem diligunt eum, ut spernet se seatur, seruans sermos eius: quod utique cum diuino auxilio praestare possunt. Facet enim in hac mortali uita quantumuis sancti et iusti, inmensa saltem, et quotidiana, quae etiam uenialis dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti. Nam iustorum illa uox est, et humilis et uerax: dimittite nobis debita uestra. Quo fit ut iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in uia iustitia sentire debeant, quo liberantur à peccato, serui autem facti Deo, sobrie iuste, & pie uiuentes, proficere possunt per Christum, Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiam istam. Deus namque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se heredem esse constitutum, hereditatemque consequuturum, etiam si Christo non compatiatur, ut & conglorificetur. nam & Christus ipse, ut inquit Apostolus, cum esset Filius Dei, dedit ex his quae passus est obedientiam: & con-*

Conserio inter blasphemias Sectariorum.

1. Ioan. 5.

Math. 11.

Ioan. 14.

Math. 6. 13.

Hebr. 5.

Vita aeterna est hereditas nostra, sub conditione bene operandi.

Remota pacto & benignitate Dei, opera nostra nullam habent conditionem ad uitam aeternam.

Remota pacto uoluntario Dei: Deus non esset debitor operibus nostris.

1. Cor. 9.

summatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeterna. Propterea à Apostolo ipse monet iustificatus dicens: Nescitis quod sit, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit braurum? Sic currite ut comprehendatis. Ego igitur sic curro non quasi in incertum: sic pugno non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs predicauerim ipse reprobus efficiar. Sic Princeps Apostolorum Petrus: sagax inquit, ut per bona opera certam vestra vocationem, & electionem faciat.

2. Petri 1.

Ad hanc autem Catholicam veritatem confirmandam, & Sectariorum adiuuentiones refellendas, tres ponimus Conclusiones.

Euangelium continet legem, & præcepta.

Prima Conclusio. Euangelium Christi legem continet & præcepta, quæ necessariò seruanda sunt ad vitam aeternam consequendam. Conclusio habet duas partes. Prima est quod Euangelium sit lex præcipiens. Secundò, quod sit necessariò seruanda ad vitam aeternam consequendam.

Prima pars probatur. Christus Dominus non tantum est Redemptor, sed etiam legislator, ergo ipse Euangelium est lex, seu continet leges & præcepta. Anteced. probatur ex vtroque testamento. Psalm. 2. Dauid in persona Christi, secundum litteram, inquit. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Syon montem sanctum eius: predicans præceptum eius. Ergo Christus super Syon, id est Ecclesiam, manifestauit præceptum, & legem Dei Patris, qualis est lex Euangelica.

Deut. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies. & infra: Prophetam suscitabo ei de medio fratrum suorum similem tui: & ponam verba mea in ore eius. loqueturque ad eos omnia quæ præceperò illi, qui autem verba eius qua loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Hunc autem prophetam esse Christum, Petrus Apostolus Act. 3. docet, his verbis. Moyses quidem dixit: Quoniam Prophetam suscitauit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tanquam me ipsum audis inuicem à omnia quacunque locutus fuerit vobis. Erit autem: Omnium anima qua non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. proportio verò inter Moysen, & Christum hæc fuit, quod sicut Moyses fuit legislator veteris testamenti, ita Christus noui testamenti quam proportionem explicat Apostolus ad Hebr. cap. 2. dicens. Propterea abundantius oportet observare nos ea quæ audimus, ne forte per esuriamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omni præuaricatione & inobedientia accepit iustam mercedem retributionem: quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quæ cum intuitu accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est.

Lex Euangelica, de Monte Syon. Lex Moysi de Monte Syoni.

Isaiæ cap. 33. legitur de Christo Domino sic: Dominus enim iudex noster, Dominus legis noster, Dominus Rex noster: ipse saluabit nos. & cap. 2. dicitur: De Syon exiit lex & verbum Domini de Hierusalem, & loqui Prophetam de Euangelio, quod in monte Syon firmatum est, ob aduentum Spiritus sancti super Apostolos, nemo est qui dubitet. Et verbum Domini de Hierusalem: quia post acceptum Spiritum sanctum descenderunt Apostoli in Hierusalem prædicare verbum Domini, ut legitur in Act. cap. 2.

Et c. 42. inquit Isaias de Christo. Ecce seruus meus suscipiam eum: electus meus, cõplacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. & paulò post: Non erit tristis neque turbulens, donec ponat in terra iudicium: & legem eius in insula

expectabunt. & cap. 51. Attendite ad me popule meus, & tribus mea: me audite: quia lex à me exiit, & iudicium meum in lucem populorum requiescet. prope est iustus meus, egressus est saluator meus, & c. & infra: Audite me qui scitis iustitiam, populus meus lex mea in corde eorum.

Et Hierem. cap. 31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus & seruiam domui Israel & domui Iuda secundum nouum non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manus eorum ut educerem eos de terra Egypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum dicit Dominus: sed hoc erit pactum quod seruiam cum Israel, post dies illos, dicit Dominus. dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & c. Patet itaque ex veteri testamento Christum Dominum esse legislatorem, & consequenter Euangelium esse legem, seu continere legem.

Probatur nunc ex nouo testamento. Matth. 11. Tollite iugum meum super vos & discite à me, quia mitis sum & humilis corde: iugum enim meum suave est, & onus meum leue. Quod autem iugum sit lex patet Act. 15. vbi lex Moysi dicitur Iugum, quod nec nos nec patres nostri portare potuimus.

Primo Corint. 9. inquit Apostolus: In qui sine lege erant, factus sum tanquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi. & ad Galat. cap. 6. Alter alterius onera portate & sic adimplebitis legem Christi. Hic apertè loquitur Apostolus, Euangelium legem dicens: ergo qui Euangelium dedit est legislator.

Ad Rom. cap. 3. Legem ergo destruimus per fidem? absit, Sed legem statuumus. & cap. 7. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. & postea: Ego ipse mente seruo legi Dei.

Et in Epist. Iacobi cap. 1. legitur: Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiscens factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. & cap. 2. Si tamen legem perfectam regalem secundum Scripturas: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et: Quicumque autem totam legem seruauerit, offendet autem in uno, factus est omnium reus. Ergo similiter constat ex nouo testamento Euangelium esse legem, & consequenter Christum, qui Euangelium dedit, esse legislatorem.

Probatur nunc ex ipsa lege, & mandato quod in Euangelio continetur, & traditur de facto, ut seruandum. Ioan. cap. 15. Manete in dilectione mea. si præcepta mea seruaeritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patri mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hac locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectione nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis. & cap. 13. Mandatum nouum do vobis: ut diligatis inuicem.

Et cap. 3. habetur lex de suscipiendo baptismo. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in Regnum Dei. & cap. 6. lex de sumenda Eucharistia. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Matth. cap. 28. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quacunque mandaui vobis. & cap. 5. Dicitur est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis: Quia omnis qui dimiserit uxorem suam, ex-

cepta

cepta fornicationis causa, facit eam mechari: & qui dimissam duxerit adulteras. uerum audisti quia dictum est antiquis: Non perurabis: reddes autem Domino iuramentum tua. Ego autem dico uobis, non iurare omnino neque per caelum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius, & c. fit autem sermo uester, est, est, non, non, & infra: Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros, benefacite huic quis oderunt uos, & c. & cap. 6. Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, & c. & cum orati, non eritis sicut hypocritae, & c. Sic ergo uos orabitur. Pater noster qui es in caeli, & c. & cap. 7. Nolite iudicare ut non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis.

Et cap. 19. Saluator confirmat legem Decalogi, eamque pro uita aeterna acquirenda necessariam declarat dicens. Si autem uis ad uitam ingredi serua mandata. dixit illi, quae? Iesus autem dixit: Non homicidium facies: non adulterabis: non facies furtum: non falsum testimonium dices: honora patrem tuum, & matrem tuam: & diliges proximum tuum sicut te ipsum.

Ad Rom. cap. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum in hoc uerbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. dilectio proximi malum non operatur, plenitudo ergo legis est dilectio. 1. Cor. 7. His qui matrimonio iuncti sunt praecipio non ego, sed Dominus, uxorem a uero non discedere, quod si discesseris manera inuictam, aut uero suo reconciliari. ad Ephes. 6. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione.

Iacobus Apostolus cap. 2. ait. Si tamen legem perficitis regalem secundum Scripturas, Diliges proximum tuum sicut te ipsum, bene facitis: si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguiti in lege quasi transgressores. Quicumque autem totam legem serauerint, offendas autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit non mechaberis, dixit & non occides, quod si non mechaberis, occides autem, factus es transgressor legis.

Et uniuersa sacra Scriptura noui testamenti plena est legibus, & mandatis: unde miror Sacerdorum pernicitiam, & cur eos non pudeat affirmare Christum tantum Redemptorem, & non legislatorem, fuisse: cum utrumque testamentum hoc tam manifeste doceat. haec resarchae desperantes in tales blasphemias proruperunt, & scimus cur talia euomere uoluerint: sed sequaces, saltem his temporibus, cur non excitantur a somno tam graui, cur non cognoscunt se insanire in huiusmodi excogitatae doctrinae defensione? Deus sua ineffabili misericordia illos illuminare dignetur.

Secunda pars Conclusionis probatur, scilicet legem Euangelicam esse necessario seruandam ad uitam aeternam consequendam. Omnis uera lex obligat eos quibus fertur, uel lata est; Sed Euangelium continet ueram legem, ergo obligat omnes quibus missum & datum est. Maior patet, quia lex a ligando dicitur, & hac metaphora usus est Christus Dominus cum Petro potestatem legeserendi dedit Matth. 16. dicens: Quodcumque ligaueris super terram, & c. Praeterea est communis sententia quod lex obliget. patet de legibus ueteris testamenti, & de legibus civilibus. & ra-

tio cogit hoc affirmare; quia si lex non obligaret, ut quid illas ferre, si quisque possit leges latas, potest ad libitum operari quod uult? certum est itaque omnem legem habere uim obligandi. Minor superioris argumenti iam hucusque probata fuit. Sequitur igitur legem Euangelicam omnes obligare.

Secundo probatur. Non seruantibus legem Euangelicam proponitur aeterna poena; ergo manifestum est illam obligare. Sequela patet, quia iniustus esset Deus, acerbè puniendo contrafacientes his quae non praecipit. Antecedens probatur Matth. 25. Descendite a me maledicti in ignem aeternum, qui parati estis diabolo & Angelis eius. Esurius enim, & non dedistis mihi manducare: sitius & non dedistis mihi potum, hospes eram, & non collegistis me: nudus & non cooperuistis me: infirmus & in carcere, & non uisitastis me. & c. 3. Omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. & cap. 5. Ego autem dico uobis quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo raca: reus erit concilio: Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenna ignis. & cap. 7. Nolite iudicare ut non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. & infra: Omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. & cap. 8. Filij autem regni eiecientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. & c. 10. Amen dico uobis: tolerabilis erit terra Sodomorum et Gomorrorum in die iudicij quam illi Ciuitati. & infra: & nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest ex animam & corpus perdere in gehennam. & c. 13. colligite primum Xizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum mentis. & postea. Sicut ergo colliguntur Xizania & igni comburentur sic erit in consummatione saeculi. Misset filius hominis Angelos suos, & colligent de Regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium. tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. & paulo post. Sic erit in consummatione saeculi: exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, & c. & c. 18. Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet uniuersum debitum. Sic & Pater meus caelestis faciet uobis, si non remisistis unusquisque fratri suo de cordibus uestris. & cap. 25. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium.

Tandem probatur Conclusio ueterum Patrum testimonio. August. de uerbis Apostoli Seru. 21. tomo 10. inquit. Quia lex ueteris testamenti scilicet custodia timorem habebat, non potuit apertius significari noui testamenti donum esse charitatem, quam hoc loco ubi Apostolus ait, inuicem opera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Hanc enim legem Christus dicere intelligitur, quae ipse Dominus praecepit, ut nos inuicem diligamus, tantum uel ea sententia praecepti pondus constituens, ut diceret, In hoc cognoscens quomam discipulus mei estis, si uos inuicem diligatis. huius autem dilectionis officium est, inuicem onera uestra portare: sed hoc officium non est sempernum; perducet sanè ad beatitudinem sempiternam, in qua nulla erunt onera uestra, quae inuicem portare inbeamur, nunc uero cum in hac uita, id est cum in hac uita sumus, onera uestra inuicem portemus, ut ad eam uiam, quae caret omni onere, peruenire possimus.

Et in Exposit. in Euang. tract. 2. dec. 1. to. 9. ait. Legite uetus testamentum, & uidete, quia carnali adhuc populo,

NIG Euangelium esset lex, igitur inferni esset tantum pro haeticis, & paganis.

Ut utrumque testamentum docet Euangelium esse legem.

Omnis lex secum habet uim obligandi.

Testimoniis Sanctorum, Doctorum, antiquorum.

populo, ea quidem præcipiebantur quæ nobis. nãv. unum Deum colere, & nobis præcipitur. non accipies in vanum nomen Domini Dei tui: & nobis præcipitur, quod est secundum præceptum. Observa diem Sabbati, magis nobis præcipit, quia spiritualiter observandum præcipitur. & paulò post. Nam illa omnia præcepta nobis magis præcipiuntur & observanda sunt, non occides: non michaberis: non furaberis: non falsum testimonium dices: honora matrem tuam & patrem tuam: non concupisces rem proximi tui: non concupisces uxorem proximi sui: Nonne ista omnia & nobis præcipiuntur? Sed quare mercedem & munus sibi dicit, &c.

Chrysolomus Hom. 16. in caput Matth. 5. tomo 2. inquit. Per quæ manifestissime undique relucescit, non ideo veterem legem desisse in Regnum inducere, quia mala sit, sed quia perfectiorum utique mandatorum tempus advenit. Si verò ad comparationem legi novæ, vetus imperfectior monstratur, ne hoc quidem illam malâ esse conuincit. Si quid secundum hunc modum, idem istud etiam novæ ipsa patietur. nam & huius scientia, si futuræ scientia comparatur, per exigua & imperfecta quadam particula est, quæ cum illa venerit, euacuatur. Cum autem, inquit, venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, quod certè vetus à novæ lege perpessa est. Nec tamen contumò aduersum novæ legi loquimur dignitatem, licet nobis calorum Regno possentibus, illam quoque cessatam esse dicamus: tunc inquit, euacuabitur quod ex parte est. Sed quamvis maiora succedant, hanc tamen esse magnam nihilominus confirmatur. Quia igitur & ampliora sunt præmia, & eminentior sancti Spiritus gratia, consequenter requiruntur etiam maiora certamina. Non enim iam lacte & melle manans terra promittitur, non senectus uberior, nec numerositas filiorum, non frumenti, vniuersæ copia, non ouium atque armentorum greges, sed calum, & ea quæ sunt in celo bona, & filiorum adoptio, & cum vniuerso iuncta fraternitas, & societas hereditatis, & gloriificari & conregnare, & præmia illa quæ promittuntur innumera. quod enim etiam maiore in Regno honore poterimus, audi Paulum dicentem: Nihil igitur iam damnationis huius qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulat, sed secundum Spiritum. lex enim spiritus vita in Christo Iesu liberavit me à lege peccati, & mortis. Cum igitur fuisset prauaricantibus comminatus supplicia ac præmia obedientibus amplè potuisset: cumque ostendisset, quia merito à nobis supra prioris iustitiæ mensuræ requiratur, incipit recentis legi ordinare præcepta non simpliciter, sed per comparationem legi antiquæ, duo ista volens ostendere, quod & præcedentibus non repugnatis, sed valde etiam per cuncta consentiens ista præcipias: & quod consequenter atque opportunè prioribus secunda apponatur. Quod ut possit esse lucidius, ipsius conditoris legi verba diligentius audiamus. Quid igitur ipse pronunciat? Audisti quia dictum est antiquum, non occides: & certè idem est, qui etiam illa præceperat: sed absque ullius interm hoc posuit commemoratione persona: & infra: Nam id quod est in omnibus convenientiam legi ostendere utriusque. Ego autem dico vobis, quoniam qui irascitur fratri suo temerè, reus erit iudicio. Vidisti perfectam utique potestatem, vidisti dignitatem, quæ latorem certè legis deceret.

Et Homil. in Psalm. 118. tomo 1. ait. Qui Divinæ leges assernantur, in superbia morbum incidunt, atque à diuino iudice supplicio afficiuntur. & infra:

Malodicti qui declinant à mādatis tuis. Metamora itaque fratres, ne sancti Spiritus maledictio in nos veniat. Hanc etiam maledictionem lex ista, qui Divinam legem violant, adhibet.

Gregorius lib. 4. in 1. Reg. cap. 11. propè finem tomo 2. ait. Quasi scribere volebas Dominus quæ dixerat, quando dicebat Joannis 15. Memento te sermo me quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Hinc Paulum locutam regni legem in libro describens ait: Memento te propositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitantur fidem. Si verò & hic aliam legem quis esse præsignatam accipere voluerit, illam aspiciat, quam Beatus Paulus ostendit dicens: Qui euangelium annunciat, de euangelio viuat: & qui altario seruit, de altario viuat. Hanc quippè legem regni Dominus loquebatur ad populum quando dicebat: Qui recipit prophetam in nomine propheta, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. & ut artius hanc in libro describeret à minori verbum roborans, ait: Qui dederit uni ex minimis meis calicem aquæ, &c.

Ambrosius in Comment. Epist. ad Galat. cap. 6. tomo 3. inquit, super illud, Et sic adimplebitis legem Christi. lex enim Christi omnes saluos vult fieri: ac per hoc qui fratris peccanti consulit ut redeat ad propositum, implet voluntatem Christi.

Et in Comment. Epist. 1. ad Cor. cap. 10. tomo 3. ait. Qui in stadio currunt omnes quidem currunt, &c. Nunc aliud vult exponere. itaque hoc exemplo ostendit, quanta sit utilitas legis nostræ, in qua non vni, sed omnibus promissa est palma. Sic currite ut comprehendatis. Solliciti vult curri ad promissionem, quia magna est: omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Ab his omnibus quæ vitanda eadem tradit disciplina, cum sciant unum coronandum: quanto magis nobis observandum est, quia omnibus promissa est salus? Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Et in hoc multam disparitatem est, ac per hoc diligentiores non esse debere, quibus non terrenas, & marcescentibus floribus, sed æternis consecrata gemmis in modum regalis diadematis spiritualis corona seruatur.

Et in Comment. Epist. ad Rom. cap. 6. tomo 3: super illud, Nam quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est lege viri, &c. ait. Hæc lex de euangelio est, nõ ex Moysè, neque ex iustitia terrena aliquid ergo ducatur natura, aliquid ex lege Moysi addiscentes, perfecti facti sunt per Euangelium Christi. Sequenti ergo exemplo apertius suadet Christianum erutum esse à lege factorem, non ab omni lege.

Theophili Alexandrinæ Urbis Episcopi ad totius Egypti Episc. liber Paschalis tertius S. Hieron. interpretate, & habetur inter opera Hieronymi to. 9. sic tellatur. Legis recordatio non sinit peccata generari, nec ea crescere patitur: cumque futurum tribunal, & formidolosum iudicij diem cogitauerit, tam principium quàm medium, finemque peccati prohibebit, & amarus illius fluctus atque intumescens gurgites usque ad ipsam fontem verasque siccabit. Virtus lege comitata vitiorum opprimit semina, & animum de humilibus ad excelsa substollit.

Et infra: Verum quia lex negligentes sui, & in errorem demersos consilijs optimis ad meliora reuocare festinat, quasi norma pravorum operum: eos autem qui sibi obediunt absque premio esse non patitur, neque æternis angustijs præmi: quotquot sanctum Pascha celebra-

onus, continentia atque ieiunijs laborum legis amicum nobis esse faciamus, &c.

Et deinde: Qui enim curam susceperunt, ut ad meliora proficiant, habentes legem quasi fortissimum ducem, parens imperij eius, & venientia contra se peccata subvertunt, splendore operum illustrantes Pascha festiuitatem, & securitate conscientia perturbationum iacula negligentes spe anticipant victoriam.

Secunda Conclusio. Possibile est homini Diuinæ gratiæ auxilio seruare legem Dei. Probatur. Quicquid subditis præcipit impossibilia, nec auxilium tribuit ut eis sint possibilis, & facilia; & pœnam deinde præparat non seruantibus quæ præcipit impossibilia; crudelis est, immitis, atque illusor tyrannus: patet ex terminis hæc propositio omnibus etiam nutritis in syluis. Sed Deus per Sectarios dedit nobis præcepta seu legem impossibilem: & Scriptura ubique docet, illam non seruantibus ignem æternum præparatum esse; ergo necessariò sequitur ex opinione Sectariorum Deum esse crudelissimum tyrannum. Hæc sunt monstra quæ nascuntur ex doctrinis æmulatorum quas Sectarij prædicant. ut quid Deus dedit legem, si illam nullo modo seruare aliquando possumus? ut quid conquiritur in Scripturis cum illam patres nostri non seruauerunt? ut quid pœnam præparauit ijs qui illam non adimplerunt? ut quid pœnia promittit adimplentibus? quomodo quis peccat in eo quod adimplere, vel vitare non potest? verissimè nec in stultorum stabulario talia audiuntur.

Secundò probatur conclusio. Ezech. cap. 36. *Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. & spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam ut in præceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis & operamini.* & Psal. 118. *Via mandatorum tuorum cœnauerunt, cum dilatasti cor meum.* & Matth. 23. *Tollite iugum meum super vos. iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.* & Ioan. c. 12. *Qui diligit sermonem meum seruabit.* ad Rom. 13. *Qui diligit proximum legem impletur.* ad Galat. 5. *Omnis lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Matth. 19. *Si vni ad vitam ingredi serua mandata.* Et Ioan. Epist. 1. c. 5. *Hæc est charitas Dei, ut mandata eius custodiamus, & mandata eius graua non sunt.* Et ad Philip. c. ult. *Scio & humiliari, scio & abundare, ubique & in omnibus infusus sum, & satiari, & esuriri, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat.* & c. 2. *Itaque charissimi mei, sicut semper obedisti, non ut in presentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea cum metu & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis, & velle & perficere, pro bona voluntate. omnia autem facite sine murmuracionibus, & hesitationibus: ut sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationum praua & peruersa: inter quos lucetis sicut lumina in mundo. Itaque verbum Dei ex vna parte docet posse hominem seruare legem Dei auxilio Diuinæ gratiæ: Sectarij ex alia parte negant. quid istis dicendum sit, prudens lector dicat.*

Tertiò probatur conclusio, ex facto quod in Scriptura legitur 3. Reg. c. 14. *Non fusti sicut seruus meus Dauid qui custodiuit mandata mea, & sequutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo.* & 4. Reg. de Iosia c. 23. *Simili non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum omni corde suo, in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua.* Act. 13. *Inueni Dauid filium Iesse virum secundum cor meum, qui faceret omnia voluntate mea.* Lucæ 1. legitur de Zacchar. &

Elisab. *Erant iusti ambiq; ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.* Ioan. c. 17. dixit Saluator. *Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo; tui erant & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt, quia verba quæ dedisti mihi dedi eis: & ipsi acceperunt & cognouerunt verè, quia à te exiui & crediderunt, quia tu me misisti.*

Sed quid dicendum de Abraham, Noè, Iob, Moysè, Iosue, & omnibus Prophetis Dei: fortè illi legem Dei non seruauerunt? absit sic insanire, cum Scriptura apertissimè oppositum doceat, desistant igitur Sectarij ab huiusmodi blasphemijs, & faciant legem Dei possibilem esse, & de facto à viris iustis seruata esse, atque seruari.

Probatur tandem conclusio veterum PP. test. Aug. Serm. 5. in Epiph. Domini to. 10. inquit. *Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona & magnificent Patrem vestrum qui in cælis est. quoniam illic non presentem intelligat deitatem, ubi veram vidit apparere virtutem? quæ vni; sine Deo nulla est, nec proprietatè obtinet virtutis, nisi spiritus sui vegetetur auctoritate, dicente enim discipulus suus Domitio, sine me nihil potestis facere: dubium non est, hominum bona agentem, ex Deo habere, & effectum operis & iustum voluntatis, &c.*

Et lib. de Spiritu & littera c. 2. to. 3. ait. *Iusto enim lex non est posita, quæ tamen bona est, si quis ea legitime utatur. Hæc duo Apostolus velut inter se contraria connectens, monet mouetq; lectorem ad perscrutandam questionem atq; soluendam: quomodo enim bona est lex, si quis ea legitime utatur, si etiam quod sequitur verum est, scies hoc quia iusto lex non est posita. nam quis legitime viuere lege nisi iustus? at ei non est posita, sed inuito. an & inuito ut iustificetur, id est ut iustus fiat legitime lege uti debet quæ tanquam pedagogo perducatur ad gratiam, per quam solam quod lex iubet possit implere: per ipsam quippe iustificatur gratis, id est nullis suorum operum præcedentibus meritis: alioquin gratia iam non est gratia: quandoquidem idè datur, non quia bona opera fecimus, sed ea facere valeamus, id est non quia legem impleuimus, sed ut legem implere possimus. ille enim dixit: Non ueni soluere legem, sed implere: de quo dictum est: Vidimus gloriam eius gloriam tanquam unigeniti à Patre, plenam gratiam & veritatem, &c.*

Chrylost. Hom. 18. in c. 7. Matth. to. 2. inquit. *Nam Deus uia nos disposuit esse, ut nec studentes & laborantes circa Scripturas acquiramus salutem scientiæ sine gratia Dei, ut ne nobis imputemus quod scimus: nec tamè gratiam acquiramus nisi studuerimus, et laborauerimus circa Scripturas, ne donum Dei detur negligentibus, gratia enim adiutorium est infirmitatis humana: adiutorium autem non dormientibus datur, sed festinantibus, &c.*

Et infra: *Pulsat enim Deus qui facit bona opera ante Deum oratione, ieiunijs, & elemosynis. Sicut enim qui pulsat psallit, non tantum voce clamat sed & manu: sic qui bona opera facit quasi manu pulsat Deum operibus bonis. Scriptum est enim. Concipisce sapientiã, serua iustitiã, & Deus præbebit eam tibi. Sed quid dicit? Hoc ipsum peto, ut sciam & faciam, quomodo facere possim priusquam accipiam? etiam quod potes fac, ut amplius possis: & quod scis: serua ut amplius scias. iustitia enim ipsa se operatur, & ipsa se manifestat. quomodo? dum tu iustitiam operaris in te, iustitia te operatur in se. & paulò post. Sic & qui iustitiam operatur cum sit & ipsa iustitia Spiritus sanctus operatur in eo delectatione iustitiæ faciendæ, ut delectatus circa iustitiã amplius faciat, etc.*

Ambros. in Comm. Epist. ad Rom. c. 7. to. 3. inquit. *ut uerum seruamus in nouitate spiritus, & non in ueritate.*

Potest homo ante Deum diuinæ gratiæ seruare legem Dei.

Doctrina Sectariorum monstra producit.

Testimonium Sactorum, Doctorum, antiquorum.

taustate litera. Huius legem tangere putatur quam quidem ad comparationem legi fidei inferiorem facit, non tam enim inimicam indicat. nam ideo dicit nos erutos à lege mortis ut seruiamus legi fidei, quæ nobis præsidium contulit salutare, quod vetus lex non potuit nec gratiæ beneficium manire videamur legi veteri seruientes. lex vetus non criminis vitæ, nomen est, sed temporis vel atati. seruauit enim quia cessauit. lex autem spiritus ipsa est lex fidei, &c.

Et loc. cit. cap. 8. ait. *Iam enim liber animus, & in consuetudinem bonam renouatus. Spiritu sancto adiuuante malas suggestiones potest spernere. Reddita est enim illi auctoritas, qua audeat resistere inimico. qui enim iam non est obnoxius, minime poterit indagari vitijs. Caro autem quia iudicium non habet, neque capax est discernendi (est enim bruta natura) non potest inimico aditum claudere, ne veniens introeat, atque animo contraria suadeat, ac per hoc, carne aut seruo legi peccati. Cum enim omni homo carne constet & anima, ex illa parte qua sapit, Deo seruit: ex altera autem qua solidus est, legi peccati.*

Hieron. lib. 1. in Matth. cap. 6. tom. 6. super illud. *Andisti quia dictum est: oculum pro oculo: dentem pro dente, &c. Qui dicit oculum pro oculo: non alterum vult auferre, sed utrumque seruare. Dominus noster vicissitudinem tollens, truncat vitia peccatorum. & in lege retributio est: in Euangelio gratia. ibi culpa emendatur, hic peccatorum auferuntur exordia.*

Tertia Conclusio. Libertas non consistit in exemptione ab obseruatione legis, & mandatorum Dei. Probatur, si Christiana libertas in hoc consisteret, ut Sectarij somniant, Christus Dominus nequaquam legem & precepta dedisset, quia vanum est dare leges, quas nemo debet seruare, ut quisque ab illis liber existat; at oppositum constat, cum ipse sit legislator & redemptor, ut supra probatum est, ergo Christiana libertas in hoc consistit.

Secundo probatur. Sacra Scriptura declarat se aperte docere hanc esse libertatem à seruitute corruptionis & peccati, à tyrânie satanæ, à morte; à iugo legis ceremonialis & iudicialis Iudeorum; non autem ab Euangelica lege quam ipse dedit, qui à prædictis nos liberauit; ergo vanum est recurrere ad carnalem & animalem libertatem; qua quis immunis est ab omni diuino mandato. Antec. prob. Ioan. c. 8. *Qui facit peccatum seruus est peccati, & infra: si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. & ad Rom. c. 6. Cui serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. nunc autem liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. & c. 7. Cum enim essemus in carne, passionibus peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. nunc autem soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate litera. Act. 15. Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec nos nec patres nostri portare potuimus. ad Gal. 2. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset Gentilis, compulsus est circumcidi, sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent. c. 5. State & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. testificor autem omni circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legi faciendæ. & infra: Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. & patet quod loquitur de libertate à iugo Moisaicæ legis. idcirco sequitur: Si spiritus ducimini, non estis sub lege; scilicet Moisaica seu veteri. Quod autem Apostolus nunquam intellexerit se liberum esse à lege Euangelica*

patet 1. Cor. 9. *Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrificarem. & factus sum Iudæi tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrarem. ut qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege (puta veteri) ut eos qui sub lege erant lucrificarem. ut qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem: sed in lege essem Christi. Quid clarius ab Apostolo dici potest, ad manifestandum libertatem Christianam non excludere obseruantiam legis Christi, seu Euangelicæ, sed veteris legis Moysis?*

Tertio probatur Conclusio veterum PP. testimonio August. in exposit. Euangelij Ioan. Tract. 41. de c. 8. *to. 9. Apostolus dicit, vos autem fratres in libertate vocati estis, tantum ne libertatem occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite inuicem; non ergo dicat Christianus liber sum, in libertatem vocatus sum: seruus eram & redemptus sum, & ipsa redemptione liber effectus sum, faciam quod volo, nemo me prohibeat à voluntate mea si liber sum: sed si ista voluntate peccatum facis, seruus es peccati, non ergo libertate abuis ad liberè peccandum: sed utere ad non peccandum: erit enim voluntas tua libera, si fueris pia: eris liber, si fueris seruus; liber peccati, seruus iustitiæ; dicente Apostolo, cum serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ: nunc autem liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Hoc conuenit, ut id agamus; prima libertas est carere criminibus.*

Et lib. 2. de libero arbitr. c. 13. to. 1. ait. *Hæc est libertas nostra, cum isti subdamur veritati, & ipse est Deus noster qui nos liberat à morte, id est à conditione peccati. ipsa enim veritas etiam homo cum hominibus loquitur: ait credentibus sibi: si manseritis in verbo meo, verè discipuli mei estis. & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.*

Et Epist. 143. to. 2. ait. *Quod sine Dei gratia nullo modo voluntas implet humana, quia nec libera dicenda est quamdiu est vincens, & vincens in cupiditatibus subdita: à quo enim quis deuictus est, huic & seruus additus est: & si vos liberauerit, aut ipse Dei filius, tunc verè liberi eritis: lex itaque docendo & iubendo quod sine gratia impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem, ut querat demonstrata infirmitas saluatore, à quo sanata voluntas possit quod infirma non potest, lex igitur adducit ad fidem, fides impetrat spiritum largiorem, diffundit spiritus charitatem, implet charitatem legem.*

Chrysolom. Homil. 25. in Epist. 1. ad Cor. cap. 10. tom. 10. super illud. *Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? inquit. Libertatem dicens non esse obseruatum & non prohibitum. hoc enim est libertas à Iudæa seruitute liberata. Hoc est autem quod dicit: liberum me fecit Deus, & altiore quam ut me ullum damnum attingat.*

Et serm. super illud Isaia. *Si volueritis & audieritis me bona terræ comedetis. tom. 1. ait. Sed beata voluntas est, quæ seruendo comparat libertatem. Misera seruitus quam generat libertati excessus: beata inquam libertas quæ seruit legi: obtemperat iudici, parat auctori, quæ humilis Deo est subiecta Christo, quæ impenetrata tenet, iussa complet, præcepta conseruat, contendit ut placeat, ut promeretur instat, timet offendere, veretur delinquere, amat diuina monita frequentare. Vt enim obsequia legis obtinent libertatem, ita contemptus generat seruitutem. Domini vox est. Qui facit peccatum seruus est peccati.*

Ambros. in Euangelio Lucæ cap. 13. tom. 3. ait: *Itaque ante superflui obseruationibus vana, & inani leuitate volutantes, nunc iam per fidem Christi soluti manus, & liberi à vinculo sabbatorum, boni operibus intendimus, & in ipsis epulis libertatem habemus. in tempo-*

Testimonium
Sanctorum Doctorum
antiquorum.

Libertas Christiana non consistit in carentia legis diuinae.

Quæ sit Christiana libertas.

vanitiam excludimus, ne liberati à lege, cupiditatibus seruamur. Lex enim ligauit sibi, ut absolueret cupiditatibus. Gratia qua minorem abstulit seruitutem, multo grauiora praecepit. Omnia vobis licent, sed non omnia expediunt. Graue est enim potestate uti, ut sub potestate recidas. Desiste esse sub lege, ut virtute supra legem sis.

Hieronymus super Epist. ad Galat. cap. 5. tom. 6. ait: Itaque cum Apostolo Paulo dicamus: non sumus ancilla filij, sed libera, & renouati in Christo audiamus verba Domini ad Iudaeos loquentiu: si manseritis in sermone meo cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Hac libertate, & Apostolus liberatus aiebat: Cum enim sim liber ex omnibus. Qui facit peccatum seruus est peccati. ille quia se ab omnibus vitijs liberum, ab omni concupiscentia, & errore sciebat alienum, rectè in Christi libertate gaudebat dicens: Non sumus ancilla filij, sed libera, qua libertate Christus nos liberauit.

Supereft nunc vt obiectiones aduersariorum audiamus, & soluamus. Prima Obiectio contra primam Conclusionem. Apollolus ad Galat. cap. 3. ait: Christus nos redemit de maledicto legis: ergo liberauit nos ab obseruatione cuiuscunque legis, non debemus igitur aliquam legem in Euangelio cognoscere, cuius obseruatio necessaria sit ad vitam æternam consequendam.

Respondeo maledictum legis oriri ex illius inobseruantia, idè enim homines dicuntur, Maledicti in ignem æternum: Matth. 25. quia legem non seruauerunt, vt ibi patet. Et Deut. 27. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Lex vetus autem vires non exhibebat, vt adimpleretur: sed Christus merito passionis suæ gratiam nobis obtinuit, qua adiuti illam, quam in Euangelio dedit legem adimplere valeamus, simul cum lege Decalogi: & hoc modo nos redemit de maledicto legis, ex obseruantia legis, & non ex inobseruantia, & ablatione legis, vt animalis homo somitat.

Secunda Obiectio. 1. Tim. 1. Iusto lex non est posita, sed iniustus & non subditus, impijs & peccatoribus, secleratis & contaminatis patricidij, &c. At Christiani sunt iusti ex fide Christi, ergo Christi. nō est imposta lex.

Respondeo, ex vitiosa radice voluntatis Sectariorum, qui libertatem Euangelij in libertatem carnis & animalem petauerunt, oriri has peruerfas & distortas expositiones Scripturarum. Sensus autem verus est, iuxta antiquæ Ecclesiæ Patres, quod idè iusto non dicitur lex posita, quia iustus præuenit facere, & quæ lex præcipit, & ea faceret etiam si nulla esset lex, quæ talia distaret, quia voluntatem habet à diuina gratia directam, at è contra lex imponitur iniustus, vt cognoscant quæ operantur mala esse & iniqua, & quæ sint ea quæ debent operari. Vnde in formæ sic respondet huic argumento. Iusto lex non est posita, adeo quod sit immunis ab his quæ lex præcipit, & negamus, non est posita quoad vim coactiuam, & concedimus: quia iustus non expectat coactionem legis, sicut iniusti & iniqui. ad minorem; sed Christiani sunt iusti, si permaneant iniustitia, abstinento à peccatis, verum est. ergo eis non est imposta lex, modo explicato scilicet quoad vim coactiuam, concedimus.

Contra secundam Conclusionem. Prima Obiectio. Duo præcepta præcipiunt Decalogi sunt penitus ad seruandum impossibilia. Primum est illud, Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, &c. Secundum est illud: Non concupisces. at vtrumque; impossibile est, ergo euidentis est, impossibile esse homini seruare legem Dei. Minor probatur, nam de præcepto dilectionis August. lib. de spiritu, & littera. Anselm. in Commen. Matth. super cap. 22. Bern-

nard. serm. 50. super Cant. asserunt hoc præceptum in præfenti sæculo non posse adimpleri ob status imperfectionem. De præcepto autem non concupisces, patet quod seruari non potest, quia connaturale est homini concupiscere.

Respondeo neutrum horum duorum præceptorum impossibilitatem aliquam includere. de præcepto dilectionis, vide lib. 4. disp. 5. in solutione tertiæ obiectionis. Quantum ad præceptum non concupisces, dico concupiscentiam posse tripliciter considerari; vel in actu primo, prout est inclinatio ad concupiscendum. Secundò, in actu secundo, quatenus desiderium præuenit discursum rationis: tertio pro consensu libero præcedentis actus seu motionis concupiscentiæ. Cū dicitur non concupisces, non prohibetur actus primus, qui connaturalis est homini; nec actus secundus, vt antecedit rationem, sed consensus voluntarius concupiscentiæ, in quo consistit peccatum, quod nō est nisi voluntarium. & hoc possibile est auxilio diuinæ gratiæ, & vt possibile præcipitur Rom. c. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediat concupiscentiæ eius; igitur Apost. aperit concupiscentiam peccatum nō esse; sed illi obedire peccatum esse. & S. Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 25. tom. 5. ait. Quod si illa concupiscentia inobediencia absq; culpa est in corpore dormienti, quāto magis absq; culpa in corpore nō consentienti? Sed instat Caluidus. Cum dicitur Nō mechaberis. & non furtum facies. proculdubio consensus prohibetur, ergo frustra traditur aliud præceptum sequens, Non concupisces. nam idem bis prohiberetur.

Respondeo quod homo potest dupliciter peccare, vel tantum per actus internos voluntatis, nullum ad extrā ponendo effectum; vel etiam per actus externos. V. g. velle efficaciter occidere, mechari, furari, &c. absq; dubio peccatum est mortale, licet effectus nullus sequatur; & hoc fuit prohibitum per illud præceptum, Non concupisces; ostendens & docens Deus nō tantum effectus malos sibi displicere, sed & malas voluntates. cum dixit non mechaberis, nō furtum facies, tūc actus externos, & opera externa mala prohibuit. Quod autem actus internus sit etiam prohibitus, & Deo displiceat, patet Matth. 5. Audistis quia dictum est antiquis: non mechaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo.

Sed instat secundò. August. lib. 1. de nuptijs, & concupiscentia cap. 23. inquit. Vt si non sit quod scriptum est: non concupisces, saltem fiat quod alibi legitur; post concupiscentias tuas nō eas. Ecclesiast. cap. 18. quibus verbis distinguit illa duo, non concupisces. & nō consentias concupiscentiæ. & lib. de spiritu & littera, cap. 36. secundum pertinere ad vitam mortalem, primum ad vitam immortalem.

Respondeo illud non concupisces duo præferre, concupiscentiam in actu primo, & consensum circa actum secundum; inquit August. quod concupiscentia in actu primo in quo sensu tunc concupiscentiam capit, pro hoc statu tolli non potest, vt in resurrectione tolleretur. saltem infert, consensum fugiamus, non sequitur autem concupiscentiam in actu primo fuisse prohibitam, & peccatum esse formaliter & propriè.

Secunda Obiectio. Act. 15. Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Quibus verbis Petrus Apostolus docet legem esse iugum importabile, & qd per gratiam liberi sumus ad obligationem seruandi legem.

Respondeo Petrum Apostol. his verbis innuere tantum difficultatem, quā iudæi habuerunt in obseruatione legis

Concupiscentia
in triplici actu est
siderari potest.

Quid sit liberati
esse de maledicto
legis.

Cur iusto lex nō
sit posita.

Lex Moysis fuit
difficilis, non au-
tem impossibilis.

legis Moysis, & non impossibilitatem; & loquutus est non de lege Decalogi, sed de caeremonialibus & judicialibus. Patet ex hoc quia de circumcissione, & lege Moysis quæstio orta erat. Lex autem Decalogi est de iure naturæ, & ad omnes spectat, etiam si lex Moysis vnquam fuisset. Per gratiam autem, seu per legem gratiæ, & Euangelium Christi, liberi sumus à lege Moysis, quæ non fuit Iudæis impossibilis, sed tantum valde difficilis, & hoc patet, quia sacra Scriptura multos commendat, qui legem veterem seruauerunt; sic de Ezechia legitur: De Dauid, & alijs pluribus; quod non fieret, si lex fuisset impossibilis. euidentur igitur est Petrus ibi de difficultate loqui, & non de impossibilitate.

Tertia Obiectio. Ad Galat. cap. 3. *Quicumque ex operibus legi sunt sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legi, ut faciat ea.* Super hæc verba Sectarij sic syllogizant. Qui vniuersam legem non adimplet est maledictus, at nullus potest illam adimplere, ergo omnis maledictus erit, qui ex obseruantia legis vult iustificari.

Respondeo Apostolum nequaquam ea affirmare, quæ Sectarij composuerunt, docet autem illis verbis, quod lex seclusa gratia, quæ est per Christum, non seruatur; & sic est causa maledictionis. & quod ita sit, ipse Apostolus manifestè subdit immediate. *Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legi, ut faciat ea.* quibus verbis ille declaratur maledictus, qui legem non seruat, nec adimplet; ergo hoc idem dixit verbis antecedentibus. *Quicumque ex operibus legi sunt sub maledicto sunt.* Vnde ad syllogizationem nego minorem, quia cum gratia, quæ est per Christum, quisque potest legem implere. & hoc modo factores legi iustificabuntur, inquit Apostolus ad Rom. 2. & sic iusti fuerunt Zacharias, & Elisabeth, Lucæ 1. *Erant ambo iusti ante Deum, incedentes in vniuersis mandatis, & iustificationibus. Deiqui sine querela.* & de Dauid legitur 2. Reg. 11. cor eius perfectum fuisse cura Domino Deo suo. & sic de multis, quibus gratia tunc conferrebat per merita Christi præuisa, sicut nunc nobis maiori abundantia confertur ob merita Christi exhibita. Cum Apostolus tantum maledictionem applicat legi Moysis, illam contradistinguit à gratia, quæ est per Christum: cum lex simul cum gratia, quæ dabatur ut seruaretur, concipitur; tunc de illa intelligi debet illud Rom. 2. *Factores legi iustificabuntur.* & Lucæ 1. *Erant ambo iusti ante Deum.*

Quarta Obiectio. Ad Rom. 7. *Velle quidem adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.* Ergo licet quis voluerit legem implere, nequaquam potest.

Respondeo Apostolum loqui de insufficientia nostra ad bene operandum remota diuina gratia, quæ est per Christum. Sicut 2. Cor. cap. 3. dixit. *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum: ut*

quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. itaque si consideremus naturam humanam destitutam absque gratia quæ est per Christum: absque dubio velle aliquod imperfectum ibi adiacet, non autem perficere bonum, quia hoc à sola gratia procedit. ideo ad illam sequemur, ergo si quis voluerit legem implere, nequaquam potest; dico quod remota gratia, verum est; & in hoc sensu loquutus est Apostolus, ut legenti patebit: quia considerat ibi concupiscentiam nostræ naturæ destitutam ob culpam Adæ. Posita autem gratia quæ datur nobis, non tantum possibile, sed & facile est, ut idem Apostolus ait ad Philipp. 4. *Omnia possum in eo, qui me confortat.*

Quinta Obiectio. Nemo potest vitare omnia peccata: ergo nemo potest implere totam legem; nam si legem implet, omne peccatum vitaret. Anteced. Probat. Iacobi 3. *In multis offendimus omnes.* & 1. Ioan. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus.*

Respondeo duplex esse peccatum, mortale & veniale; nemo potest vitare omnia peccata mortalia, negamus; de peccatis venialibus concedimus; quia sic *sepies in die cadet iustus & resurget.* Prou. 24. & Iacobi 3. *In multis offendimus omnes.* & 1. Ioan. cap. 1. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus; & veritas in nobis non est.* Nam in hoc sensu hæc dicta fuerunt. Si autem quis intelligere voluerit de peccato mortali, quæ aliquando etiam à nobis committuntur. Dico quod licet aliquando Deum offendamus mortaliter, legem transgrediendo; non sequitur autem nos nunquam legem seruare posse: quia potest quis legem continuo seruare, & tamen ex humana fragilitate aliquando errare, legem non adimplendo.

Sexta Obiectio. Christus est noster mediator apud Patrem, ut Ioan. Epist. 1. cap. 1. inquit. *Sed & si quis peccauerit advocatum habebit apud Patrem, Iesum Christum iustum.* Ergo si non semper peccamus legem non implendo, seu transgrediendo, Christus maneret otiosus, cum materiam aduocandi non haberet.

Est decoctorum argumentatio ineptissima. Cur non pudet, Sectarios has scurrilitates nobis obijcere? debemus ergo peccare continuo, ne Christus maneat otiosus. Non finiat sæculum, mundus non accipiat terminum præfixum, viuant peccatores in æternum, ne Christus maneat in æternum otiosus. Miror Sectariorum stoliditatem. Si nunquam homo peccaret Christus semper deberet nobis auxiliari, & intercedere pro perseverantia dono. Præterea Ioannes loquitur conditionatè dicens. *Sed & si quis peccauerit; & non dicit, quia semper peccatis vel peccato continuo, & semper: ne Christus maneat otiosus; Sed valeant huiusmodi ineptiæ.*

Gratia, quæ est
per Christum, facit
ingr. legi. sua
uc.

Peccatum veniale
difficile vitatur.

Ve teres Patres legem Moysis seruauerunt auxilio gratiæ, ob merita Christi præuisa, exhibite.

FINIS LIBRI SEXTI.

LIBER



DE SACRAMENTIS MILITANTIS ECCLESIAE. LIBER SEPTIMVS IN ORDINE DE SACRAMENTIS IN GENERE.



DISPVATIO PRIMA.

Quid sit Sacramentum.



REDEMPTIONIS Nostræ diuinum beneficium, quod in merito Infantis Saluatoris præcipue consistit; nemini prodesse posse, nisi fuerit per statuta media applicatum, nemo sanæ mentis dubitat. Nô enim omnes homines salui fiunt, et si illud pro omnibus sit sufficientissimum; quia non omnes assumunt media quibus redditur efficax. *Liberionim facti sumus per gratiam, quæ est in Christo Iesu, et iustificati sumus gratis per gratiam ipsius*: inquit Apostolus Rom. 3. & non nisi medio baptismo, alijsque Sacramentis id consecuti sumus. Hæc enim sunt media quibus paratam medicinam, seu fructum illius suscipimus. Hæc sunt via quibus sacratissimum redemptionis nostræ conuiuium gustamus, & nostræ spiritualis purgationis lauacrum, quo mundamur. Hæc etenim sunt maris rubri aque, quæ Ægyptios, putâ culpas nostras, & dæmones submergunt, & disperdunt; vt Populus Israel, fideles scilicet, sicco vestigio salui fiant, terramque æternæ promissionis dignè possideant. Hinc pius Lector colligat has huius temporis hæreses super omnes perniciosas fuisse: & hoc bellum quod vitimis temporibus Angeli

apostatæ contra Christi Ecclesiam excitauerunt, super ea quæ olim gesserunt, valdè fuisse perniciosum; dum Sacramenta per hæreticos satellites suos, vel penitus auferunt, vel inefficacia, & unualida reddunt; vt infra videbis. quid enim prodesset nobis opus redemptionis, si media quis auferret, quibus illud attingitur, adiungitur & ascitur? His itaque medijs ab orbe remotis, vanum fuisset nasci, & nihil redimi profuisset. Hæc inuidia diaboli est: hic fructus est hæresum. Doctrinam ergo firmissimam atque sanctissimam de Sacramentis, quam habet Catholica Ecclesia omni, qua possumus diligentia à calumnijs, mendacijs, & erroribus hæreticorum vindicabimus, vt tanquam salutaris medicina, diuina pietate, toti orbi præparata, sinè vilo impedimento, omni tempore possit assumi. Disseremus ergo de illis primò in genere, & secundò in specie, vt nihil supersit, quod non sit à falsitate purgatum.

Igitur eorum omnium, quæ Ecclesia Catholica ab initio semper credidit, ac tradidit de Sacramentis in communi, de quibus in præsentis libro disseremus; sex sunt quæ ab hæreticis impugnantur. Primò nomen, & definitio illorum. Secundò modus quo Sacramentum componitur, & conficitur; tertio auctor, & minister. Quarto effectus, putâ iustificatio ex opere operato. Quintò character, qui per illorum aliqua imprimitur. Sextò eorum numerus, & cæremonia.

Remotis Sacramentis, vana redditur redemptio.

Præ Sacramentis genero sex errores hæreticorum.

Hæreses circa Sacramenta Ecclesie perniciosissimæ alijs.

Kk

Qua

Quapropter sex texemus disputationes, ut illorum sex erroneas opiniones facile prostertere valeamus.

Et quantum ad primam. Manifestum est quod vox ista Sacramentum, aliquid absconditum seu reconditum significat: nam hæc ratione apud Græcos idem est Sacramentum, quod mysterium; nempe res occulta. & iuxta hanc simplicem significationem dicitur Tobia 12. *Sacramentum Regis* (id est secretum Regis) *bonum est abscondere.* & Sapient. 2. *Nescierunt Sacramenta Dei;* id est fidei arcanum.

Impropriè autem sumitur, cum ad omnem rem diuino cultui mancipatam trahitur, quatenus ut sic res sacra est. iuxta autem proprium significatum ad vera, & propria Sacramenta Ecclesiæ à Salvatore nostro instituta, vox huiusmodi iure descendit, quia signa sunt sensibilia, quid occultum efficaciter significantia ex diuina institutione, nempe gratiam interiori sanctificantem, ab humanis sensibus omnino remotam: ea igitur ratione, qua hæc signa sensibilia gratiam sanctificantem, sensibus occultam insunt, Sacramenta dicuntur. Licet eorum fundamentum, quid sensibile sit, idcirco Chrysostomus Homil. 60. ad Populum Antiochenum tom. 5. inquit: *In baptisate per rem nempe sensibilem aquam donum confertur: Intelligibile vero quod perficitur, generatio & renouatio: si enim incorporeus esses nuda & incorporea tibi dedisset ipse dona.* itaque Sacramentum, ut abstrahit ab hoc & illo, & genericè sumptum, rem secretam significat: Ipecificè verò, ut nobis sumitur, rem sensibilem efficaciter gratiam sensibus absconditam causantem præferat.

Sacramentum in quo sensu à nobis sumatur.

Quid sit Sacramentum.

Hinc est quod in Catechismo Concilij Tridentini sic definitur: *Sacramentum est res sensibus subiecta, qua ex Dei institutione sanctitatis, & iustitiam significanda tum efficienda vim habet.* Eæ verò definitiones, quas Doctores Scholastici tradunt, sub diuersis verbis, non habent diuersum sensum ab ista, nec in se inter se differunt: omnes enim hunc sensum faciunt: scilicet, Sacramentum est signum efficax sensibile gratiæ iustificantis, & sanctificantis ex institutione diuina. Lutherani autem, & Calvinistæ negant Sacramentum signare, & causare gratiam iustificantem: & in explicanda illius quidditate, quot capita, tot sententiæ, more solito: Alij quod sit promissio, ut Lutherus libro de Captiuitate Babylon. cap. vltim. Alij quod sit sigillum, & obsignatio promissionis æternæ benevolentiae Dei: ita Calvinus lib. 4. institut. cap. 15. §. 1. Alij quod sit signum institutum ad discernendum Populum Christianum à Iudæis & Paganis, sicut olim toga distinguebat Romanos à Græcis: ita Zuuighiani, & Anabaptistæ. Alij quod sit signum externum, cui apponitur est promissio de non imputandis peccatis, eo quod dicant in iustificato manere peccata, sed regi & non imputari: ita Philippus in Apologia Contentionis Augustinæ: sed omnia ineptè, & inaniter excogitata, ut infra probabimus.

Quid sit Sacramentum secundum Sectarios.

Sacramentum non est sola promissio gratiæ.

Prima Conclusio. Definitiones Sacramenti traditæ à Sectarijs inanes sunt, & hominum adinventiones. Probatur, & primò quod non sit tantum promissio, ut opinatur Lutherus. Vel Sacramentum actu exhibet donum Dei, vel tantum illud promittit. si actu exhibet, ergo non est promissio, sed exhibitio; promittitur autem quod actu non datur, ut patet. si tantum promittit, hoc est contra sacram Scripturam;

quia Baptismus actu exhibet donum Dei: patet Act. cap. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.* & Act. 22. *Exurge & baptizare, & ablue peccata tua,* ergo Baptismus non promittit, sed exhibet gratiam, & donum Dei, & remissionem peccatorum, ut ex his Scripturis constat.

Secundò probatur Sacramentum non esse sigillum, & obsignationem promissionis, sic. Sacramentum causat & confert gratiam, & donum Dei sanctificantis, ergo non est tantum sigillum, & obsignatio promissionis. Anteced. probatur, Act. 2. *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti, & Act. 22. baptizare, & ablue peccata tua;* ergo baptismus actu iustificat, exhibens gratiam & remissionem peccatorum. si igitur actu causat gratiam, non erit obsignatio seu sigillum rei prius acceptæ, & applicatæ, nihil actu causans, ut ait Caluinus. Res est manifesta.

Sacramentum non est sigillum nisi præceptum.

Tertio probatur, quod non sit signum tantum institutum ad distinguendum Populum fidelem ab infidelibus: Sacramentum confert gratiam, & donum Dei interiori sanctificans animam, ergo non est tantum institutum, ut signum exterius distinguens fideles ab infidelibus. Sequela patet; Antecedens probatur ad Ephel. 5. *Sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lauacro aqua in verbo vite.* Ioan. 1. *Hic est qui baptizat in spiritu sancto.* Act. 2. *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum.* & Lucæ 16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.* & Act. 22. *Exurge, et baptizare, et ablue peccata tua.* & Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & intra: Qui manducat me, et ipse viuet propter me: et qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Ergo manifestum est Sacramentum non esse tantum signum externum distinctiuum Populi Dei ab infidelibus, sed collatiuum etiam interioris gratiæ Spiritus sancti.

Sacramentum non est tantum signum distinctiuum.

Quartò probatur, quod non sit tantum signum externum cum promissione de non imputandis peccatis. Sacramentum confert gratiam sanctificantem, & donum Spiritus sancti, ergo non tantum tribuit non imputationem peccatorum. Antecedens probatur Lucæ 3. *Ipse vos baptizabit Spiritu sancto et igne.* & Ioan. 1. *Hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* & Ioan. 6. *Qui manducat me ipse viuet propter me.* Ergo tribuit vitam spiritualem, seu gratiam iustificantem, & donum Spiritus sancti, ut fuscè dictum est lib. 6. nec opus est eadem repetere.

Sacramentum non est tantum signum externum de non imputandis peccatis.

Secunda Conclusio. Sacramentum, ut Ecclesia Catholica semper docuit, est signum sensibile gratiæ iustificantis (manifestum est autem Eucharistiam, esse etiam signum gratiæ subsistentis, ut suo loco dicemus; in præsentem autem tantum mentionem facimus gratiæ inherens, quia cum Sectarijs disputamus, qui Sacramenta gratiam inhærentem causare negant) Probatur Conclusio, Ioannis cap. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest intrare in Regnum Dei.* Act. 2. *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.* Ioan. 1. *Hic est qui baptizat in Spiritu sancto:* & cap. 6. *Qui manducat me, et ipse viuet propter me.* & 1. I. m. 4. de

Sacramentum est signum sensibilem efficax gratiæ sanctificantis.

de Sacramento ordinis legitur: *Noli negligere gratiam quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum Presbyterii.* & de Sacramento Confirmationis legitur Act. 8. *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum;* ergo Sacramentum est signum sensibile gratiae iustificantis, & sanctificantis.

Secundo probatur Conclusio Sanctorum veterum Patrum testimonio. August. Tract. 26. in Ioannem cap. 6. tom. 9. ait. *Nam & nos hodie accepimus visibilem cibum: sed aliud est Sacramentum, aliud est virtus Sacramenti.* & lib. 3. quaest. super Leuiticum tom. 4. ait. *Domum autem invisibili gratia per Spiritum sanctum, ubi est totus fructus etiam visibilium Sacramentorum. Nam sine ista sanctificatione invisibili gratia, visibilia Sacramenta quid prosunt? Merito autem quaeritur utrum etiam ista invisibilis sanctificatio sine visibilibus Sacramentis, quibus visibiliter homo sanctificatur; pariter nihil proficit, quod utique absurdum est.* & infra: *Nihil quippe profuit Simoni Mago visibilis Baptismus, cui sanctificatio invisibilis defuit: sed quibus ista invisibilis, quoniam affuit, profuit; etiam visibilia Sacramenta perceperant similiter baptizati.*

Chrysostomus Homil. 116. in Psalm. 22. tomo 1. ait de Sacramento Eucharistiae. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. qui sunt isti, qui nos tribulant? Suggestiones inimici, exagitatioes, cupiditates, delectationes, saeculi honores. isti tribulant, quia huiusmodi, qui ita viuunt tribulationes carnis habent, sed veniunt ad mensam potentis, considerantes ea quae apponuntur ei, accipere cum timore & tremore, & tribulationes efficiuntur consolationes, auferuntur ea quae sunt carnis, infunduntur ea quae sunt spirituum; & ex mensa preparata proficiunt contra eos, qui tribulant eos.* & Homil. 60. ad Populum Antiochenum, de indignis sumentibus diuina mysteria tom. 5. ait: *Nihil enim sensibile vobis Christus tradidit, sed res quidem sensibiles, omnes autem intelligibiles. Idem, & in baptismo, per rem nempe sensibilem aquam, donum conferitur. Intelligibile verò quod perficitur, generatio & renouatio. Si enim incorporatus esses, nuda & incorporea tibi dedisset ipse dona.* & Homil. 11. in cap. 3. Matth. tom. 2. ait: *Ipsa inquit baptizabit vos in Spiritu sancto & igne. Vides ne quanta sit Baptizatio quamque admiranda sapientia; quando enim ipse praedicat, offert omnia plena terroris; & quia auctoris auctoritatem maxima proferuntur comminatione conueniens. Quando verò illos ad Christum remittit, incuncta ponit & prospera, & quae faciliè possint recreare metuentes. Non enim comminans securum, non occidendam & comburendam proponit arborem, non iram futuram adducit in medium, sed indulgentiam peccatorum, interitumque panarum, iustificationem, sanctificationem, liberationem, filiorum adoptionem, fraternitatem, cohereditatem communionemque Christi, & sancti Spiritus dona largissima. Haec etenim vniuersa pariter complexus est dicendo, ipse vos baptizat in Spiritu sancto: ipsa quoque translatione sermonis exponens gratiam largitatem. Non enim dixit dabit vobis Spiritum sanctum, sed baptizabit vos in Spiritu sancto. iam uerò commemorationem ignis adiuncta rursus ipsius gratia uehemens atque incomprehensibile signauit.*

Ambrosius lib. 10. in Euangel. Lucae 22. tom. 7. ait: *Vnde & Corpus Christi edimus, ut uita aeterna possimus esse participes. Non enim uictus, & potum nobis praesens loco spondetur & honoris, sed communicatio gra-*

tia caelestis & uita, & in Comment. in Epist. ad Rom. cap. 4. tom. 3. ait super illud, *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata; Beatus uir cui non imputabit Dominus peccatum.* *Manifesto, inquit, beati sunt quibus sine labore, uel opere aliquo remittuntur iniquitates, & peccata teguntur, nullo ab his inquisito penitentiæ opere, nisi tantum ut credant. Beatus etiam hic uir est, cui non imputabit Dominus peccatum. Remittere & tegere, & non imputare, una ratio est & unus sensus. Omnia enim uno modo obtinentur & donantur. Videtur autem quibusdam tripartita ratio esse in his dictis, quia diuersis Prophetis usus est uerbis, & quia plurali numero ad singularem transcendit. Cum enim ueritatem gratia Dei, quia peccati diuersa sunt nomina, per delictorum uocabula enumerare uult, latius locutus est, unus tamen significationis sunt uerba, & quia cum tegit, remittit, & cum remittit non imputat. Ad laudem enim gratia Dei prolixius loquitur, ut amplificet donum Dei. Tres enim gradus fecit propter delictorum uarietatem. Quorum primus gradus est iniquitas, uel impietas, dum non agnoscitur Creator. Secundus grauium peccatorum operibus. Tertius uerò leuium. Hos tamen omnes in baptismo obliterari, tribus his gradibus totius peccati corporis significauit. Quomodo autem ad penitentium personam potest pertinere, cum dicit. *Beati quorum tecta sunt peccata.* Cum confitet penitentes labore, & gemis remissionem peccatorum acquirere? *Aus quomodo martyrio quod dicit: Beatus uir cui non imputabit Dominus peccatum?* Cum scimus gloriam martyri passionibus, & presuris acquiri? *Propheta autem tempus felix praedens in Saluatoris aduentu; beatos nunciat, quibus sine labore, uel aliquo opere per lauacrum remittuntur, & teguntur, et non imputantur peccata.* *Apostolus tamen propter plenitudinem temporum, et quia plus gratia in Apostolis est, quam fuit in Prophetis, maiora protestatur, quae ex dono Baptizati consequuntur. Quia non solum remissionem peccatorum accipere nos, sed iustificari, et filios Dei fieri proficitur, ut beatitudo haec perfectam habeat, et securitatem et gloriam.**

Hieronymus tomo 9. in Symbolo Ruffini. *Scribitur Iesus in latere percussus, aquam simul et sanguinem profudisse. Hoc quippe mysticum est, ipse enim dixerat. Quia flumina de ventre eius procedent aqua uita, sed produxit et sanguinem, quem petierunt Iudaei, uenit super se, et super filios suos, produxit ergo aquam, quae credentes diluas: produxit et sanguinem, qui condemnet incredulos, potest tamen etiam intelligi illud, quod duplicem gratiam baptizati figurauit. & in Comment. super Marcum cap. 1. tom. 6. inquit: *Ioannes gratia Dei interpretatur, à gratia narratio incipitur: Vnde sequitur baptizans: per baptismum enim gratia datur, quia peccata gratis dimittuntur.**

Gregorius lib. 4. in 1. Regum cap. 10. ait. *Quia sacrorum ordinum Sacramenta ab Ecclesiae Doctoribus foris accipiuntur, sed Sacramentorum uirtute ab omnipotente Deo interiori roborantur. Virtus uerò Sacramenti, gratia est Spiritus septiformis. Quam certe gratiam, qui accipiunt, quasi alio accepto corde immutantur: quia quos gratia sua sanctus Spiritus roborat, esse eos facit proximos quod non erant.*

Testimonium
Sanctorum veterum
Patrum, ac
Doctorum.

His uerbis Propheta
ca usus legis gra-
tia nunciat.

Nunc ad obiectiones Sectariorum. Prima Obiectione. Apostolus ad Rom. cap. 4. de Sacramento Circumcisionis inquit de Abraham. *Es signum accepit Circumcisionis signaculum iustitiae fides, qua est in praepotio, ut sit pater omnium credentium per praepotium, ut repusetur et illis ad iustitiam: et sit pater Circumcisionis, non ijs tantum qui sunt ex Circumcisione, sed et ijs qui sectantur vestigia fides, qua est in praepotio patris iustitiae Abrahama.* Si circumcisio est signum iustificationis praehabita per fidem: ergo Sacramentum non est signum sensibile iustitiae, quam actu confert, sed signum iustitiae praeeceptae.

Respondeo, utique verum esse Abraham per Sacramentum circumcisionis non obtinuisse iustitiam inherentem, quae est effectus Sacramenti; ratio est quia prius iustificatus fuerat per fidem, ut inquit Apostolus. Quapropter circumcisionem accepit, ut signaculum iustitiae fidei praeeceptae; nec augmentum gratiae recepit, quia Sacramenta veteris legis, si suscipiens erat in gratia, non dabant augmentum gratiae, sicut Sacramenta novae legis, puta Evangelicae: ratio seu congruentia est, quia nunc merita Christi sunt exhibita, & tunc tantum erant praevia; magis enim sunt accepta obsequia exhibita, quam praevia. Sed sciant Sectarij hoc fuisse Abrahamae peculiare, ad hoc ut esset pater credentium per praepotium, nempe omnium gentium; si enim iustitiam accepisset per circumcisionem, non esset pater credentium in praepotio, eorum scilicet qui ex gentibus conversi sunt ad fidem, quia gentes circumcisionem non habebant nec acceperunt, nec post fidem illam accipere debebant. hac igitur ratione id fuit Abrahamae peculiare, & hoc modo fuit pater Iudaeorum per circumcisionem; & Christianorum, per iustitiam fidei, ut docet Apostolus loc. cit. his verbis: *Ut sit pater omnium credentium per praepotium, et sit pater circumcisionis.*

Quod autem peculiare fuerit Abrahamae, circumcisionem significare iustitiam praeeceptam, & non quae actu confertur; patet ex hoc, quia omnes Iudaei, praeter Abraham, remissionem culpae originalis accipiebant tunc quando circumcidebantur, tanquam effectum illius Sacramenti, ut legitur Genes. 17. *Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris tam vernaculus, quam emptivus circumcidetur; & postea: Masculus cuius praepotij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de Populo suo, quia pactum meum irritum fecit.* Puer autem octo dierum non aliud pactum rupisse potest, nisi illud Adae in Paradiso terreftri, in cuius lumbis continebamur omnes. & puer octo dierum per actum fidei, illius culpae remissionem obtinere non potest, ut patet; sequitur ergo a primo ad ultimum talem remissionem esse effectum circumcisionis, & Abrahamae peculiare fuisse, circumcisionem esse signum iustitiae praeeceptae; quae stante verissima doctrina, veniamus nunc ad obiectionem propositam. Cum dicunt, circumcisio fuit signum iustificationis praehabita, concedimus in Abraham, sed non in alijs: ergo Sacramentum est sigillum promissionis, salustissima sequela, ex omni parte; quia signat actu iustitiam quam confert, & loquendo de circumcisioe actu, signabat remissionem culpae originalis; quia pueri post circumcisionem si immediate post mortui essent, salvi fiebant.

Secunda Obiectione. Genes. 9. Arcus Caelestis dicitur signum foederis inter Deum, & Noe, & cap. 17. circumcisio dicitur signum foederis inter Deum, & Abraham eiusque posteris: si autem iris, & circum-

cisio fuerunt sigilla confirmantia pactum ac promissionem Dei, ergo de Baptismo, & Eucharistia idem dicendum est. & confirmant argumentum, quia inter homines usitatum est, ut pacta firmentur signo externo, vel porca caelesti, vel contactu dexterarum, quae signa nihil essent, nisi praecederent verba pacti.

Respondeo exemplum de Irade, & quodcumque simile nihil facere ad propositum; quia non est Sacramentum, nec remissionem peccatorum causat. Quapropter erant tantum signa confirmantia promissionem, & donum praeteritum; circumcisio autem causabat remissionem culpae originalis, ut dictum est supra; licet in Abraham hunc effectum non produxisset ex speciali euentu, antecedentis scilicet iustificationis per fidem; at in posteris eiusdem, actu causabat remissionem culpae originalis; ideo erat signum causativum, actualis domi Spiritus sancti, & pari modo caetera Sacramenta novae legis.

Ad illud simile dico, quod sicut inter homines constituantur signa externa, quae significant pacta & promissiones praeteritas, sic etiam signa quae significant immediate futura: & his Sacramenta sunt similia. Ex quibus patet obiectionem nihil concludere. Omne enim signum & sigillum, sicut praeterita signa potest, sic etiam futura, vel quae actu exhibentur. unde habent Sectarij, quod signa & sigilla signent tantum dona praeterita, & non immediate futura.

Tertia Obiectione. 1. Petr. cap. 3. *Quod et vos similis forma saluos facit Baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio in Deum.* Et ubi legitur Latine interrogatio; Lutherus ex Graeco vertit pactum, & Calvinus responsum & testimonium; unde sic exponitur; Baptismus saluos nos facit, non quatenus lauat Corpus, sed quatenus ob signat pactum, quod habet anima cum Deo; sicut enim accipit promissiones eius; quatenus ob signat Baptismus esse sigillum promissionis.

Respondeo Petrum Apostolum ibi similitudinem ponere inter aquas diluuij, & aquam Baptismi, & inter baptizatos, & eos qui ex aquis per Arcam Noe salvi facti sunt, dicit enim sic: *In Arca pauci, id est octo animae saluae factae sunt per aquam. Quod & vos nunc similis forma saluos facit Baptisma.* Et sensus est ex vi verborum; sicut aquae diluuij terram operuerunt, sic ablutio Baptismalis culpas & peccata. Et hac ratione Baptismus figuratus est in mari rubro, qui Aegyptios submersit, ut legitur Exodi cap. 14. & sicut ille octo animae per Arcam Noe ex aquis diluuij saluae factae sunt: sic qui baptizantur a peccatis salvi fiunt; sicut etiam filij Israel ex aquis maris rubri liberati sunt ab Aegyptijs. Sequitur autem, *non carnis depositio sordium.* Id est non quod effectus Baptismi sit mundare, & purgare corpus naturalibus sordibus & immunditijs, sed conscientia bona interrogatio in Deum. Id est sed puritatem, & munditiam conscientiae tribuere. Quod necessario sequitur; quia sicut sordes, vel materiales sunt, vel spirituales; sic munditia vel materialis est, vel spiritualis. Sed cur munditia spiritualis hic dicitur, bona conscientia interrogatio in Deum? Dico interrogationem significare etiam responsum, quia interrogationi responsum datur, & est sermo metaphoricus, quia interrogatio & responsum, ut plurimum est amica, & familiaris oratio; ideo significare vult Petrus effectum baptismi esse Dei amicitiam, de qua legitur Ioan. cap. 5. *Vos amici mei estis si feceritis, &c.* Ea scilicet amicitia, quae est inter Deum, & animam iustam, seu iustificatam, de qua legitur Sapient. 4. *Infans*

Signum sicut est aliquando praeteritorum, pari modo erit & futurorum.

Exponitur similitudo inter Arcam Noe, & Sacramentum Baptismi.

Abraham ob mysterium quod in se continebat, extra Sacramentum circumcisionis iustificatus est quod omnibus regulariter non contingit.

Iudaei iustificabatur a culpa originali per circumcisioem actu collatam.

Infinite enim thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt participes facti sunt amicitia Dei. Et dato quod iuxta textum græcum significet pactum, ut Lutherus dicit, vel testimonium ut ait Caluinus; nil tamen pro se obtinent, quia illud pactum significat, quod est inter Deum & sumentem Sacramentum; scilicet de iustificatione, & remissione peccatorum, quæ per collationem Sacramenti actu conferuntur; sicut etiam dicitur testimonium, prout actu testatur, & signat actualem remissionem peccatorum, & iustificationem: inanis est ergo sequela Lutheri, & Caluini, admissa etiam quacunq; explicatione.

Quarta Obiectio. August. lib. 1. exposit. epist. ad Rom. tom. 4. vocat Sacramenta signacula, sic. *Nam & Cornelius Centurio voluntatem Dei usque Apostolo Petro docente cognouit, & ipsum Spiritum sanctum manifestissimè coactestantibus signis, antequam baptizaretur accepit: quamquam non ideo Sacramenta illa comprehensu, sed multo certior baptizatus sit, est etiam ipsa sacrosancta signacula, quorum res in eo præcesserat ad perficiendam scientiam ueritatè percipere nullo modo moraretur.* Similiter & ceteri patres ut plurimum vocant Sacramenta signacula & sigilla, ergo Sacramenta sunt sigilla promissionum, & non signa quæ dona conferunt, vel distribuunt.

Respondet negando consequentiam, quia Patres vocant Sacramenta signacula & sigilla, prout significabant dona Dei efficienter, & non ut sigilla, & confirmationes donorum antea collatorum, ut opinantur Sectarij. Sacramentum autem non dicit ordinem ad dona præterita, sed ad illa quæ actu causat ex pacto, & instituto Dei. Quapropter licet August. dicat Cornelium antè Baptismum accepisse rem Sacramenti, id est gratiam inhaerentem, & donum fidei; non tamen illam vocat rem Sacramenti, quia fuerit effectus Sacramenti, sed quia similis est illi gratiæ, quæ confertur per Sacramenta. Cum enim Cornelius Sacramenta suscepit, tunc augmentum gratiæ recepit, & illa gratia fuit effectus Sacramenti, non autè quæ antecessit: quia nullus effectus præcedit suam causam, nec vlla forma suam dispositionem.

Dices ergo sine Sacramentis poterit quis iustificari ut patet de præfato Cornelio, admissa hac nostra explicatione. Respondet utique Deum hoc aliquando operari; quia non est ita alligatus Sacramentis, ut extra illa, seu sine illis, non possit homini gratiã sanctificantem conferre. Verùm hoc regulatè non fit, nisi medijs Sacramentis. Et quicumque sit, qui gratiã Dei recipit extrà Sacramenta, in ordine ad Baptismum, & Pœnitentiam, illa Sacramenta, necessariò debet postea suscipere; & tunc non sunt signa, & sigilla gratiæ prius acceptæ, sed actuales causæ augmenti gratiarum. Hinc est quòd Ecclesia Catholica distinguit triplicem Baptismum, puta fluminis, fluminis, & sanguinis; quia extrà baptismum fluminis, qui tantum est Sacramentum (ut intrà suo loco dicemus) potest homo iustificari; licet deinde, si facultas adfuerit, Baptismum Sacramentum admittere debeat, ad præceptum Domini implendum: qui dixit Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei.* Non sequitur autem ex hoc, Sacramentum Baptismi esse signum gratiæ præacceptæ, quia Baptismus qui iustificato confertur, aliquando nullum ordinem dicit ad gratiam præacceptam, cum detur ad implendum diuinum præceptum; sed signum erit augmenti gratiarum, quod actu confert, & hoc est proprium Sacramentorum nouæ legis. Ne

negamus autem aliquando Patres extrà hunc sensum appellare Sacramentum signacula & sigilla, sed non iuxta excogitatas expositiones Sectariorum; sed ut optimè etiam monet D. Cardinal. Bellarm. lib. 1. de Sacramen. in genere cap. 17. quatenus obsignant fideles eos exterius separando, & distinguendo ab infidelibus, qui non sunt de grege, vel exercitu Domini; ut Basilus in exhortatione ad Baptismum, Hieronymus in cap. 4. ad Ephesios. Et Augustin. lib. 19. contra Faustum cap. 11. & alibi. Similiter Gregorius Nazianzen. oratione de Baptismo non procul ab initio, dicit Baptismum etiam sigillum, quia ita conseruat hominem baptizatum, ut notæ Regiæ res obsignatas. Secundò Sacramenta sunt signacula, quia claudunt intrà se rem sacram, puta inuisibilem gratiã quod enim clauditur solet obsignari, ut legitur Apocal. 5. *Liber signatus sigillis septem,* & hac significatione Augustin. lib. de Cathchizandis rudibus cap. 26. vocat Sacramenta sacra signacula. Tertiò vocant Baptismum sigillum & obsignationem fidei, quia Baptismus est publica approbatio, & testificatio fidei, eius qui baptizatur; ita Tertullian. lib. de Pœnitent. & Basilus lib. 3. contra Eunomiũ, & libro de Spiritu sancto cap. 12. vocat Baptismum etiam sigillum fidei: quia baptizatus eo signo ostendit se credere, si fuerit aduersus, nunquam tamen Patres dixerunt Sacramenta non signare gratiam inhaerentem, quam actu causant, ut superius in probatione conclusiõis probauimus, sed hoc admisso, aliter adhuc Sacramenta, signa & signacula esse dixerunt.

In quo sensu Patres dixerunt Sacramenta signa & sigilla.

DISPUTATIO II.

Quomodo comparatur, & conficiatur Sacramentum.

Indubitatum est in Ecclesia Catholica, Sacramenta nouæ legis perfici rebus, ut materia, & verbis ut forma; ut apparet in Concil. Floren. post ultimam sessionem, in decreto Eugenij IV. his verbis. *Hec omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus, tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministris conferentis. Sacramentum cum intentione faciendū, quod facit Ecclesia: quorum si aliquod desit non perficitur Sacramentum.* Licet non eodem modo omnia Sacramenta constituantur rebus & verbis, tanquam materia & forma; nam Eucharistia perficitur rebus & verbis; sed constituitur Corpore & Sanguine Christi sub speciebus panis & vini; est enim hoc peculiare huius Sacramenti, quòd in re permanenti consistit; cetera autem per modum transeuntis & ipso usu habent totum esse, itaque forma Eucharistiæ v. g. *Hoc est Corpus meum,* est tantum perfectiua, & non constitutiua, quia res transeuntis, & successiua non potest constituere rem permanentem; forma verò cæterorũ Sacramentorum perficit, & simul constituit illa.

Sacramenta nouæ legis verbis, & rebus perficiuntur.

Sectariorum maior pars duo tantum cognoscit Sacramenta, nempe Baptismum, & Eucharistiã; & circa utriusque formam ipsi à nobis differunt; asserunt enim in Baptismo duplex verbum requiri, unum solemne, scilicet, *Ego baptizo te in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti.* Alterum concionale, seu concionè, qua promissiones Dei exponuntur, & in memoriam reuocantur. In Eucharistia autem non requiri aliud verbum,

Opinio Sectariorum de duplici forma.

Sacramentum nõ dicit ordinem ad gratiam quæ confertur ante susceptionem illius.

verbum, quam instructionis. Licet Lutheranos aliqui recitent verba Eucharistiae necessaria, non tantum historicè, sed etiam intentione consecrandi. Ecclesia autè Catholica ab initio nunquam docuit Baptismum requirere necessariò concionem; sed tantum verbum solemne, quod communiter dicitur forma: scilicet, *Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Similiter Eucharistiam tantum necessariò requirere verbum consecratorium, quod dicitur forma: non autem instructorium, seu informativum. Non negat autem utilitatem instructionis, & concionis antè baptismum, qui confertur adultis, & ante sumptionem Eucharistiae; sed asserit ea non esse de essentia, & necessitate Sacramenti, vt Sectarij nouiter excogitauerunt. Ad quorum errores rejiciendos, duas ponimus Conclusiones.

Prima Conclusio. Non requiritur verbum concionale ad essentiam vilius Sacramenti. Probat, si verbum concionale esset de essentia Sacramenti, sequeretur infantes baptizari non debere, at constat oppositum in Ecclesia Catholica ab initio, & in presenti, & etiam apud Sectarios; ergo evidens est verbum concionale non esse de essentia Sacramenti. Prima sequela probatur, quia infantes nequeunt percipere concionem.

Huic argumento respondent primò Lutherani, infantes pro eo tempore habere concionis, & fidei intelligentiam; & dant exemplum de S. Ioanne Baptista, qui in ventre matris suae ex miraculo Christi Domini presentiam sensit in utero Immaculae Virginis existentis. Sed hæc responsio est inanis & futilis: contra quam inquit Augustin. in epist. ad Dardanum: *Si propter unum Ioannem credendum est omnes parvulos ante aetatem consilio, & ratione, vitæ, etiam propter Asinam Baalam, qua aliquando sapienter loquuta est, homines monendi sunt, in deliberationibus suis, Asinam expectare consilia.*

Præterea si infantes tunc habent intelligentiam, cur deuotè & libenter non suscipiunt baptismum, cum renuntiant ablutionem & plorent? Vel ergo non sentiant, seu non intelligunt quid eo tempore fit; vel baptismum, & illius effectum non recipiunt; quia inuiti illum suscipere manifestant. Inanis ergo est huiusmodi excogitatio, & inter fabulas connumeranda. Calvinistæ autem huic argumento respondet, parvulos tunc recipere Sacramentum, sed non utilitatem Sacramenti, quam tamen adulti postea percipiunt.

Sed vana est hæc responsio, quia si parvuli baptizati antè aetatem adultam moriantur, fortiuntur effectum baptismi, licet concionem non perceperint, ergo concio non requiritur ad essentiam baptismi; sequela patet, quia remotis essentialibus conditionibus à causa, illa non producit effectum. Præterea si infantes non recipere utilitatem baptismi, frustra baptizarentur, at oppositum est in vfu ab initio, ergo constat ex hoc, infantes recipere utilitatem baptismi; non requiritur ergo concio ad essentiam baptismi.

Secundò probatur Conclusio sic. Si de essentia Eucharistiae esset concio præcedens, Scriptura hoc doceret; & tunc præcipue cum apud Euangelistas legitur illius institutio: hæc propositio est ad hominem contra Sectarios asserentes illud tantum esse tenendum & affirmandum in rebus huiusmodi, quod Scriptura narrat. At hoc nullibi legitur, vt quisque videre poterit, ergo falsa excogitatio.

Secunda Conclusio. Ad essentiam Sacramenti requiritur certa forma verborum, quæ sanctificat &

consecrat elementum, non autem vt instruat populum, qua ratione Sectarij dicunt vulgari lingua, & non latina pronunciandam esse. Probat. Saluator præscribens formam Baptismi, & Eucharistiae, non verba instructionis tradidit, sed inuocationis & benedictionis, ergo falsa assertio Sectariorum. Antec. probatur ex ipso modo loquendi Saluatoris Matth. 28. *Baptizantes eos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti*; non dicit autem docete nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Adde quòd non tantum mysterium Trinitatis docere debebant, ergo tunc de concione non fit sermo: loquens autem ibidem de instructione sub alia forma loquendi, inquit: *docentes eos seruate omnia quaecunque mandavi vobis*. ex quo patet sub prioribus verbis consecrationem, & sanctificationem insinuassee, sub posterioribus autem instructionem, quam in adultis prærequiri vtique verissimum est; non sequitur tamen ad essentiam Sacramenti, vt Sacramentum est, pertinere. Similiter dans formulam Eucharistiae, Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. verba protulit super panem & calicem, ea immutando in Corpus, & Sanguinem suum, dicens. *Hoc est Corpus meum. Hic est calix nouum testamentum in Sanguine meo*. idque semper faciendum esse præcipiens, subdit. *Hoc facite in meam commemorationem*. ergo ex diuina institutione ad essentiam Sacramenti requiritur certa forma verborum, quæ sanctificat, & consecrat elementum, & non vt populum instruat. Quapropter Apostolus 1. Corint. 10. ait: *Calix benedictionis cui benedicimus, nonnè communicatio Sanguinis Christi est?* ergo iuxta Apostoli doctrinam, verba diriguntur ad Calicem, & non ad Populum manducantem, & bibentem, quia inquit, *Calix cui benedicimus*.

Contra primam Conclusionem obijciunt Sectarij sic. Apostolus ad Ephes. 5. loquens de Sacramento Baptismi ait: *Viri diligite uxores vestras sicut, et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aqua in verbo vite*. Ex quibus verbis patet totam virtutem baptismi pèdere ex verbo vite, scilicet, quod prædicatur & creditur, ergo verbum concionale requiritur ad essentiam Sacramenti.

Respondeo ex verbis Apostoli nullatenus haberi, quòd verbum concionale necessariò requiratur ad ponendum in esse effectum Sacramenti, vel ad constituendum ipsum Sacramentum; vt quisque ex verborum serie colligere potest; nullibi enim habetur, ly verbum vite esse verbum concionale præcedens, cum forma ipsa baptismi, scilicet, *Ego te baptizo*, sit etiam verbum vite; hac enim ratione Cathecismus Romanus sic definit Sacramentum Baptismi: *Baptismus est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vite*; vbi per verbum vite, nil aliud intelligit nili formam eiusdem Baptismi quæ est, *Ego te baptizo in nomine Patris et Filij et Spiritus sancti*; quia aliud verbum vite non narrat Ecclesia, cum tale Sacramentum actu conficit & confert. Vnde ergo colligunt Sectarij ly verbum vite significare concionem? itaq; sensus huius Scripturæ idem est cum eo, quem verba Petri Apostoli epist. 1. cap. 3. habent: scilicet: *Quod et vos nunc simul formæ saluos facit baptismus: non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio in Deum; id est, munditia quæ cauetur per baptismum non est materialis, eo quia aqua purgat sordes materiales corporis, nec virtus baptismi consistit in virtute aquæ, quæ materiales sordes purgat, sed in verbo vite, nempe in virtute Dei, quæ per formam Sacramenti; quæ est verbum vite, & verbum Dei prolatum*

Certa forma verborum requiritur ad essentiam Sacramenti.

Forma baptismi quæ est: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, est verbum vite.

Verbum concionale non est de essentia alicuius Sacramenti.

Occurrit Lutheranos inanis est.

Occurrit Calvinistæ eorum refellitur.

Argumentum ad hominem contra Sectarios.

latum à ministro, confertur.

Sed instant: quia Hieron. in Commen. huius loci per verbum vitæ intelligit doctrinam, ergo iuxta Hieron. ibi fit sermo de verbo concionali.

Respondeo Hieron. cum ibi dicit, animam doctrina mundavit, non loqui de iustificatione, quæ confertur per baptismum, sed de purgatione animæ ab erroribus, circa doctrinam de Deo, & vero cultu eius, qua carent infideles; qui tunc mundantur, cum in fide instruuntur. Adde quod aliud est mundare animam à culpis, & aliud à falsis dogmatibus: vera doctrina purgat animam ab erroribus, non autem à culpis. Hieron. tunc loquitur de munditia ab erroribus infidelitatis, non autem à culpis & peccatis; quæ tantum fit per accessum gratiæ iustificantis in animam per efficaciam Sacramenti.

Secunda Obiectio. Matth. 28. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis.* quibus verbis constat Saluatorem, verbum concionale apposuisse cum baptismo, ergo absque verbo concionali baptisimus nullus est.

Respondeo, Saluatorem, cum eo tempore præciperet Apostolis, ut Gentes ad fidem converterent, loquutum fuisse de adultis infidelibus, qui proculdubio primò debent instrui, secundò baptizari, illos igitur debebant primò Christiana fide instruere, & postea baptizare; vt fecisse legitur Philipp. erga Eunuch.

Act. 8. Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à Scriptura ista Evangelizavit illi Iesum.

Et dum irent per viam, venerunt ad quamdam aquam: & ait Eunuchus: Ecce aqua quid prohibet me baptizari? dixit autem Philippus: si credis ex toto corde licet. Et respondens ait: Credo filium Dei esse Iesum Christum. Itaque nulli dubium est adultos primò catechizari debere, seu in fide instrui, & deinde baptizari; & hoc ex præcitata Scriptura inferitur, nõ autem, quòd hæc instructio sit pars essentialis Sacramenti baptismi, sicut est verbum solemne, seu propria forma scilicet, *Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Tertia Obiectio. August. Tract. 8. in Ioan. postquam dixit: *Vndè tanta virtus aqua, ut corpus tangat, & cor abluat?* subdit: *Nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus manens, hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Vndè in Actu Apostolorum: fide mundans corda eorum: Et Petrus Apostolus: sic nos baptisma salvos facit, non depositio sordium carnis: sed conscientia bona interrogatio. hoc est verbum fidei, quod prædicamus.* Loquitur itaque August. de concione, quam vt necessariam in baptismo cognoscit.

Respondeo sensum horum verborum nequaquam inferre quòd Calvinus intendit; concionem scilicet, prærequiri ad baptismum. Nam August. ibi nil aliud docet, nisi quòd verbum, vt quid naturale est, non producit effectum baptismi, sed vt quid creditum, & supernaturale nempe ex diuina institutione; cum autem subdit: *Hoc est verbum fidei, quod prædicamus;* Tunc non loquitur de prædicatione, quæ ibi fit, vel facienda est, cum baptismus confertur, sed quæ in Ecclesia continuò Populo exhibetur. hinc est quòd Sectarij nihil colligere poterunt excitatis verbis, ad proprium errorem probandum; quia August. intendit tantum docere verbum, vt quid naturale non producere effectum baptismi, sed vt quid supernaturaliter reuelatum, & ab Ecclesia creditum, quòd Populo

in concionibus explicatur: vt locum Augustini attentè legenti patebit.

DISPUTATIO III.

Quis sit auctor, & quis minister Sacramentorum.

Circa auctorem Sacramentorum nouæ legis inter nos, & Sectarios non est controuersia: omnes enim fatètur Deum esse auctorem illorum, & Christum Dominum, vt hominem ea ex commissione, & delegata potestate instituisse. Cum hoc tamen discrimine, vt Sectarij duo esse vera Sacramenta à Christo Domino instituta affirmant; scilicet Baptismum, & Eucharistiam; cætera autem nequaquam; nec esse, vera Sacramenta dicunt. Ità Calvinus in Antidoto Conc. Trid. sess. 7. Can. 1. qui talis est. *Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora, quàm septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse verè, & propriè Sacramentum anathema sit.*

Quis autem sit Sacramentorum minister, disputat inter se Sectarij, & omnes à Catholica sententia discrepant. Lutherus enim libro de Missa priuata, non tantum omnes homines agnoscit indifferenter ministros Sacramentorum, verum & ipsum diabolum, si tali munere fungi contingat: & subdit, quòd ad tollendam confusionem, non oportet omnes vti hac potestate, sed tantum qui legitime vocati sunt: ità in lib. de Captiuit. Babylon. cap. de Ordine. Calvinus verò ex opposito, ad aliud extremum saltans, non concedit diabolum, aut fæminas, aut quoslibet Christianos posse prædicare Dei verbum, & Sacramenta ministrare; sed tantum qui sunt legitime vocati, & taliter, vt neque in casu necessitatis possit laicus, vel fæmina baptizare: ita in Antidoto Concil. Trident. sess. 7. Can. 10. & lib. 4. Inlit. cap. 3. §. 20. & cap. 15. Ad huiusmodi autem errores conterendos, quatuor Conclusiones statuimus.

Prima Conclusio. Deus est auctor Sacramentorum. Probat, solus Deus potest creare gratiam iustificantem, ergo solus Deus potest instituere signum efficax causatiuum talis gratiæ, vt est Sacramentum. res est manifesta.

Secundò probatur veterum Patrum testimonio. Ambrosi. de sacram. lib. 4. cap. 4. ait: *Auctor Sacramentorum quis est nisi Dominus Iesus? de Cælo ista Sacramenta venerunt, episcipulum enim omne de Cælo est. & infra: Ergo sermo Christi hoc conficit Sacramentum. quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia, iussit Dominus, & factum est Cælum: iussit Dominus, & facta est terra: iussit Dominus, & facta sunt maria: iussit Dominus & omnis creatura generata est. Vides ergo quam operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse, quæ non erant: quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? Cælum non erat, mare non erat, terra non erat, sed audi dicentem: Ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Ergo tibi vt respondeam, non erat Corpus Christi ante consecrationem: Sed post consecrationem dico tibi, quòd iam Corpus est Christi.*

Verbum doctrinae non purgat a culpa, sed ab erroribus, & falsa doctrina, seu infidelitate.

Instructio in fide dirigitur ad infideles aduertos, ad quos Saluator dicitur Apostolus.

Augustinus non loquitur de concione, quæ debet fieri ante collationem baptismi, sed de concione, & prædicatione, quæ semper populo fidelis fit in Ecclesia.

Circa auctorem Sacramentorum non est controuersia inter nos, & Sectarios.

De Ministris Sacramentorum varis sunt inter Sectarios opiniones pharisaicæ.

Solus Deus est auctor Sacramentorum.

Christi: ipse dixit & factum est: ipse mandavit & creatum est.

August. super Ioan. Tract. 5. de cap. 1. tom. 9. *Tantum potestatem baptismati ipsum Dominum habenturum, & sibi retenturum, sine presentem in terra, sine absentem corpore in Caelo, & presentem maiestate sibi retenturum baptismati potestatem: ne Paulus diceret baptismum meum: ne Petrus diceret baptismum meum, &c.*

Angelus nec bonus, nec malus est minister Sacramentorum.

Secunda Conclusio. Angelus sine bonus siue malus, itante lege Dei ordinata, nec premissa dispensatione, non potest esse minister Sacramentorum. Probat: Nec Scriptura, nec traditio docet Angelos esse ministros Sacramentorum; ergo nullatenus hoc est asserendum. Anteced. patet, quia nullibi hoc habetur. Quod autem hominibus hoc sit commissum, patet 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. Hic inquam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. & ad Ephes. 4. Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. & paulo post: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in aedificationem Corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitioni filij Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, ad Heb. cap. 5. Omnium namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs qua sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis: ergo, &c.*

Præterea Ecclesia militans est hominum congregatio & vocatio, & non Angelorum, ergo ministeria Ecclesie hominibus competunt, & non Angelis, & eo magis, quia Sacramenta ministrantur per actus corporis naturalis, puta per verba & elementa, & Angeli corporibus carent: non negamus autem ex diuina dispensatione posse Angelum in corpore assumpto talia exercere, at regulariter, & ordinaria potestate, hoc fieri nequit.

Angelis malis non quam est credendum.

Præcipue autem Angelis malis hæc non est concedenda facultas, quia genus hominum odio habent; nec debitam intentionem haberent Sacramenta administrandi, hominesque deciperent: de huiusmodi autem Angelis proculdubio verum est, quod legitur Eccles. 12. *Nō credas amico tuo in æternum sicut enim aramentum erumpas ita nequitas illius: & si humilatus vadat cursum ad iuce animi suum, & custodi se ab illo.*

Non omnia Christi datus est ministeria Sacramentorum.

Tertia Conclusio. Minime Sacramentorum non quilibet Christianus esse potest, sed tantum ille, qui à Pastoribus Ecclesie talem suscepit ordinem: excipimus autem Baptismum, & Matrimonium. De Baptismo patet, quia cum sit Sacramentum simpliciter necessarium ad salutem, non videtur dicendum, absente Sacerdote, in mortis discrimine contututum baptizari non debere à laico, vel foemina: vt ex antiqua Ecclesie consuetudine constat. De Matrimonio autem pariter dicendum est, quod licet absque Ecclesie ministri presentia, apud fideles, contractus ille sit inualidus post Concil. Trident. tamen cum ipsi contrahentes sint ministri, sequitur ministerium talis Sacramenti non requirere habentes sacros ordines in Ecclesia.

Probat autem Conclusio sic. 1. Tim. 3. *Noli negligere gratiam, qua in te est, qua data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyteri.* quibus verbis satis exprimitur solemnitas ordinatio ministrorum

Ecclesie, & consequenter ministeria Sacramentorum non esse omnibus fidelibus communia; etenim si communia essent, vt quid illos solemniter tot caeremonijs ordinare? nec talis ordinatio iure dici posset gratia non negligenda, sed ordinaria, si præfata potestas esset in omnibus fidelibus. & confirmatur per id quod legitur ad Ephes. 4. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores, et Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in aedificationem Corporis Christi.* ex quibus patet omnes fideles idem munus non obtinere in Ecclesia. & Isaias cap. vi. de gentibus post eorum conuersionem inquit; *Et assumam ex eu in Sacerdotes, et Leuitas dicit Dominus.* Quibus verbis manifestè exprimitur solemnitas assumptio, & ordinatio fidelium in ministros Ecclesie; ergo falsum est quod dicit Lutherus, omnes scilicet fideles esse Sacerdotes, & Ministros Ecclesie; & ad vitandam confusionem tantum aliquos particulariter assumi ex multitudine: nam si ita esset, non promulgaretur à Spiritu sancto talis assumptio, vt præcipuum donum, & honor particularis: & si omnes fideles essent Sacerdotes, & Leuitæ, non diceretur ibi, & assumam ex fidelibus, scilicet quosdam ex illis in Sacerdotes, & Leuitas. Sensato Lectori patet hæc veritas, & Sectariorum falsitas.

Et ex eo quod legitur Malach. 2. scilicet. *Labia Sacerdotum custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.* & ad Hebr. 5. *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Sic et Christus non semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret. Apertissime colligitur Sacerdotij exercitium, & munus esse quid particulare, stabile & per solemnem ordinationem collatum iuxta formam à Deo præscriptam, & non quid omnibus commune.

Et huius rei veritas, & verus Scripturarum sensus in hac re ex antiqua consuetudine Ecclesie percipitur, quæ est verissima diuinæ legis interpres; etenim Concilia, quæ antiqua Dei ecclesia celebravit, & antiquorum Patrum communis consensus, & vniformis sententia, huiusmodi veritatem manifestant: quapropter probatur Conclusio primò per Concilia, secundò veterum Patrum testimonio.

Ex Concil. Gener. 1. Nicæn. Canon. 1. habetur: *Quod si quis à medicis propter languorem defectus est, aut à Barbaris abscissus, permanere debet in Clero, si qui autem seipsum sanum abscidit deponendus est à dignitate Clericali. Et similes nunquam assumendi ad talem dignitatem.*

Testimonium antiquæ Ecclesie Catholice.

In tertio Canone habetur, quod Episcopus, Presbyter, vel Diaconus non debet habere domi mulieres, nisi fortè aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas personas quæ suspicionem effugiunt.

In quarto Canone habetur, quod Episcopus debet ordinari ab Episcopis Prouincie, vel saltem à tribus.

In nono Canone, quod Presbyteri indignè promoti non recipiantur.

In Canone decimo, quod Clericus lapsus ordinatus per ignorantiam, postea cognitus, deponatur.

In Canone decimo quarto, quod Diaconi non præbeant Corpus Christi Presbyteris, cum sint illis inferiores: imò quod non sedeant coram Sacerdotibus.

In Canone decimo sexto, quod Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel in quocunque Ecclesiastico ordine positus, non debet recedere ab Ecclesia sua.

In Canone decimo septimo. Quòd si quis ausus fuerit aliquem ordinare, quò ad alterum pertineat Episcopum absque consensu proprii Episcopi, irrita sit illa ordinatio.

In Canone decimo octauo habetur, quòd à Clero eijciendi sunt, qui viuras & mercationes exercent.

Ex quibus manifestè colligitur apud antiquam Ecclesiam Catholicam inauditum esse, omnes fideles esse ministros Ecclesiæ & Sacramentorum: sed illos tantum esse, qui à Pastoribus Ecclesiæ solènter ordinati sunt, & ex laico statu clero adscribuntur.

Ignatius in epistola ad Trallianos docet esse infidelium deteriorum eum, qui audet aliquid facere circa altaris ministerium, nisi fuerit Episcopus, aut Presb.

Tertullianus lib. de præscript. Hæreticorum irridet Marcionistas, eo quod apud eos, aliqui hodiè sint clerici, & cras laici, & quod laicis munera Sacerdotum committantur.

Cyprianus lib. 1. epist. 2. & 9. & lib. 3. epistol. 25. docet eos, qui Sacerdotes non sunt non posse Eucharistiam conficere, nec apud hæreticos veram esse Eucharistiam, inquit, eo quod apud illos non sint Sacerd.

Chrysostomus Homil. 83. in Matth. ait: *Ad vos ministrantes dico. Nam & ad vos sermonem conuètere necessarium est, ut multo cum studio hac dona distribuatur. Non parua vobis imminet ultio, si quemquam illius culpæ conscij huius mensa participem esse concedatis, sanguis eius de manibus vestris exquiretur: si quis dux militia sit, sius præfectus, sius princeps diademate coronatus, indignè autem accedat, prohibe, maiorem illo potestatem habes. Propterea vos Deus hoc insigniuit honore, ut salua discernatis. Hoc vestra dignitas, hoc securitas, hoc omnis corona, non ut albam & splendens tunicam circummeatis induiti. Verum & tu laice, cum Sacerdotem videris offerentem, ne ut Sacerdotem esse putes hoc facientem, sed Christi manum inuisibiliter extensam.*

Ambrosius de Sacramentis lib. 4. cap. 4. ait: *Vbi venit ut conficiatur venerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos, sed usus sermonibus Christi.*

Hieronymus in epist. 1. ad Heliodorum, & 85. ad Euagrium docet Diaconos inferiores esse Sacerdotibus, quia ipsi non habent potestatem Eucharistiam consecrandi.

Augustinus serm. 37. ad fratres in Eremito per totum tom. 10. ait: *Non enim lascis spiritualia dona tradita sunt, sed Domini Vicarijs. Vicarij Domini sunt, qui vicem Apostolorum tenent, &c.* Et paulò superius dixerat: *O Sacerdotes hoc quod dicitis, omnino negare non audeo, sed sciatis quod Deus intuetur corda hominum. Nam si Sacramentum dare distuleris, etiam si fueris omni paupertate vallatus, non pastores, non minister Christi es, sed mercator, &c.* Ex quibus omnibus colligitur non omnes fideles esse Sacerdotes, & ministros Ecclesiæ, nec tantum ad vitandam confusionem aliquos particulariter assumi ex multitudine; sed munus hoc esse ita proprium habentibus per sacram ordinationem, ut & illis sit summa dignitas, nec ad libitum ab eis auferri posse.

Quarta Conclusio. In collatione Sacramentorum ad hoc ut sit valida, requiritur intentio faciendi, quod facit Ecclesia. Probat: Omnis actus humanus ex libertate procedens debet esse deliberatus, & cum intentione finis: sed conferre Sacramenta est actus humanus, ergo debet esse deliberatus, & cum debito fine intento. sed finis quem debet habere minister Sa-

cramentorum est illa conferendi iuxta sensum Ecclesiæ, & Christi Domini institutionem; ergo illo remoto, actus nec erit humanus, & consequenter nec validus.

Secundò probatur Conclusio. Quandoquocumque verba quæ proferuntur sunt in se indifferentia, & diuersarum rerum significatiua, necessariò restringi debet ad particulare significatum per intentionem illa proferentis; sed sic est quòd formæ Sacramentorum sunt in se indifferentes in significando, ergo ut fortiantur effectum suum, necessariò requiritur intentio ministri proferentis. Minor probatur. sumatur ver. gr. forma Baptismi. *Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, hæc verba possunt etiam lotionem materialium sordium significare; quia illud, *Baptizo*, lauare & purgare sordes denotat, similiter sumatur forma Eucharistiæ: *Hoc est Corpus meum. Hic est Sanguis meus.* Hæc verba æquè seu potius significant Corpus, & Sanguinem dicentis, quam Corpus, & sanguinem Christi; ergo necessariò restringi debent ad proprium significatum per intentionem ministri proferentis: nam ex alio capite non apparet vnde rationem proprii significatus habere valeant: ergo remota intentione ministri non conficitur Sacramentum. Iurè igitur Concil. Trid. sess. 7. Can. 11. sic statuit: *Si quis dixerit in ministris dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia. Anathema sit.*

Tertiò probatur Conclusio ex absurdis, quæ sequeretur itate opposita sententia. si aliquis Sacerdos ver. gr. legeret Euangelium vbi dicitur: *Hoc est Corpus meum, & Hic est Sanguis meus*, & in aliqua maueret domo, vbi esset panis, & vinum, vel ut venderetur, vel quomodocumque; tunc totus panis, & vini dolium consecratum esset; patet quia ibi est materia, forma, & minister, nec intentio requiritur per Secretarios, ergo &c. Hoc autem asserere ineptissimè est.

Nunc ad obiectiones Lutheranorum, quibus probare nituntur omnes fideles esse Sacerdotes, & ministros Sacramentorum. 1. Petri 2. *Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatus, à Deo autem electum & honorificatum: & ipsi tanquàm lapides viuus superadificamini, domus spiritualis, Sacerdotium sanctum.* & infra: *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, &c.* Ergo omnes fideles sunt Sacerdotes, & consequenter omnes erunt ministri Sacramentorum.

Respondeo ex Ambrosio in Comment. in epist. ad Ephesios super illud. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos.* Petrum idè omnes Christianos genus Sacerdotale appellare, quia non tantum ex vna tribu nunc Sacerdotes fiunt, vel assumuntur, ut olim in Synagoga; sed ex omni populo, omnibusque fidelibus, ut fit de facto: non autem quòd omnes fideles actu sint Sacerdotes, sed tantum potentia & aptitudine. Præterea dico Petrum supracitatis verbis nequaquam asserere omnes fideles esse Sacerdotes; sed quia de dignitate & honore populi Christiani fermocinabatur (dixerat enim, *Vobis igitur honor credentibus*) Sacerdotium in illo existens, putà in particularibus, seu aliquibus eiusdem populi personis, commemorauit: nam licet fidelium pars aliqua tantum obtineat Sacerdotium, honor tamen illius ad vniuersam Ecclesiam diffunditur, & communis est. itaq; hoc tantum sequitur scilicet Sacerdotij honorem super vniuersam Ecclesiam, seu super omnem populum Christianum diffundis: quia ex vniuerso populo Sacerdotes eliguntur & assumuntur; nõ inferitur autè omnes fideles esse Sacer-

In quo sensu Petrus omnes Christianos dicit Genus Sacerdotale.

Testimonium ad eiquissimoz & Petrum.

Intentio ministri ad valorem Sacramenti necessariò requiritur.

Secunda Obiectio. Apocal. cap. 1. Ioannes omnes fideles appellat Sacerdotes, dicens, *Et fecit nos Regnū & Sacerdotes Deo & Patri suo.* & cap. 5. *Et fecisti nos Deo nostro Regnū & Sacerdotes.* & cap. 20. *Sed erunt Sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis,* ergo omnes fideles sunt Sacerdotes & ministri Sacramentorum.

Verba Ioannis intelligi debent distributivè, non collectivè.

Respondeo, *ly & Sacerdotes*, non debere intelligi collectivè, adeò quod omnes quotquot sunt fideles, sint Sacerdotes: sed distributivè: quatenus fidelium aliqui ad Sacerdotium assumuntur. Hæc autem dignitas refertur ad universū populum fidelem ex hoc capite, quatenus ex omnibus assumuntur ad Sacerdotium, & talis dignitas in particularibus ex eodem populo inest. & ne videatur voluntaria hæc distinctio, probatur ex Apostol. 1. Timot. 5. *Aduersus Presbyterum accusationem nolite recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Ergo Apostolus distinguit Presbyteros à laicis, seu cæteris fidelibus. Non enim inquit, aduersus omnes fideles, & fratres accusationem nolite recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus; sed aduersus Presbyteros; ergo distinguit Presbyteros à cæteris fidelibus: ut igitur non omnes sunt presbyteri, sic non omnes sunt ministri Sacramentorum. Locus itaque Ioannis supradictus hunc sensum facit, & non quem Sectarij dederunt: quia scriptura scripturæ non contradicit.

Tertia Obiectio. 1. Petri 2. *Ut virtutes annuncietis eius, qui vos vocavit de tenebris in admirabile lumen suum.* & 2. Cor. 3. *Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti.* ergo omnes fideles habent potestatem annunciandi verbum Dei, suntque ministri noui testamenti, & consequenter etiam Sacerdotes.

Respondeo, quod Lutherus nititur in cassum, dum ex his scripturis conatur ostendere omnes fideles esse Sacerdotes; duplici ratione; primò quia ut superius diximus *ly Sacerdotium regale* non refertur ad singulos fideles ratione potestatis æqualis, ita ut unusquisque actu dignitatem, & ius Sacerdotij obtineat; sed solum in potentia; quatenus ex omnibus assumi possunt ad talem dignitatem; decor autem Sacerdotij actu refertur ad omnes fideles, quatenus Gentibus, & Ecclesiæ collatum est nobilissimum Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, quod est longè altioris ordinis Sacerdotio Aaronico, quod habebat Synagoga. Secundò, quia verba illa. *Ut virtutes annuncietis eius, &c.* dupliciter intelligi possunt, vel de annunciatione solemnè, ut est munus docendi, & prædicandi in Ecclesia; vel de annunciatione particulari; si primo modo, non debet intelligi collectivè: ita ut singuli fideles debeant annunciare verbum Dei: sed distributivè nempe, qui ex multitudine fidelium pro tali munere assumuntur. Si secundò modo, hoc parum refert, quia cum Gentes tunc per signa & prodigia quæ fiebant per Apostolos ad fidem conuerterentur, Petrus eos docebat, ut talia cæteris manifestarent: ut quemdam à natiuitate cæcū cum fecisse legitur, Ioan. cap. 9. *Da gloriam Deo.*

Verus sensus citatis Scripturæ aperitur.

nos scimus quia hic homo peccator est. dixit ergo eis illa: si peccator est nescio: unum scio, quia cæcus cum essem, modo video. dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi, quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: dixi iam vobis & audistis, quid iterum vultis audire? unumquod & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille

*homo & dixit eis: in hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos: scimus autem, quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit; à saculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati: nisi esset hic à Deo non poterat facere quidquam. Responderrunt & dixerunt ei: in peccatis natus es totus. & tu doces nos? Nullus tamen affirmabit huiusmodi cæcū illuminatum solemniter tunc verbum Dei annunciasse, & Sacerdotem fuisse; cum huiusmodi discursus fuerit particularis, & familiaris annuntiatio; de hac eadem loquutus est Petrus dum dixit: *Ut virtutes annuncietis eius qui vos vocavit de tenebris in admirabile lumen suum.* Non sequitur autem omnes primitiuos fideles, qui signa & prodigia, quæ fiebant per Apostolos in conuersione gentium ad maiorem Dei gloriam patefacere debebant, fuisse Sacerdotes, & Prædicatores Verbi Dei.*

Ad illud 2. Cor. 3. *Quidoneos nos fecit ministros noui testamenti.* Respondeo tunc Apostolum loqui de seipso, cæterisque Apostolis, non autem de omnibus fidelibus; & quod ita sit, ipse textus citatæ Scripturæ hoc docet. sic enim habet. *Incipimus iterum nosmetipsos commendare? aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatis epistolis ad vos, aut ex vobis? epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, qua sciuntur & leguntur ab omnibus hominibus: manifestati quod epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non littera, sed spiritu.* & intra cap. 5. sequitur idem sermo. *Ideo habentes administrationem iuxta, quod misericordiam consequuti sumus, non defecimus, etc.* & intra: *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum Nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum, etc.* Loquitur igitur de seipso, cæterisque Apostolis, & non de omnibus fidelibus. itaque nullo modo colligitur ex hac Scriptura omnes fideles ex vi fidei Christianæ esse Sacerdotes. Præterea si de cæteris fidelibus loquutus esset Apostolus, non colligeretur tamen singulos fideles esse ministros, sed quosdam ex fidelibus, ut superius dictum est.

Ibi Apostolus de seipso loquitur, & non de omnibus fidelibus.

Quarta Obiectio, per quam Lutherus probat etiã mulieres posse concionari. Iobelis 2. *Prophetabunt filij vestri, & filia.* Act. 21. *Erant Philippo quatuor filiae virgines Prophetantes.* Exod. 15. Maria prophetauit. Iuacum 4. Debora docuit Barach 4. Reg. 22. Oida consilium dedit Regi Iosif. Lucæ 1. Virgo Maria prophetauit. 1. Cor. 11. *Mulier velato capite orat & prophesat.* & his verbis exponit illud 1. Corinth. 14. *Mulieres in Ecclesia taceant,* idest viris præsentibus doctis, qui tunc prædicare velint; extrã autem illud tẽpus mulieres possunt concionari; inquit Lutherus.

Respondeo huic obiectio cum Card. Bellar. lib. 1. de Sacramentis in genere cap. 25. quod aliud est prophetare, idest futura prædicere; & aliud est concionari, siuè Scripturas interpretari: primum non est propriè munus Sacerdotis, seu prælatis Ecclesiasticis; cum sit gratia gratis data, quæ etiam laicis viris & feminis conuenire potest. certè David, Elias, Eliseus, Maïas & alij permulti, Sacerdotes non erant, & tamen prophetabant; & de hoc genere prophetandi intelliguntur fere omnia loca allegata.

Alterum

Aliud est magis prophetia, & aliud ordo Sacerdotij.

Alicum genus est proprium Sacerdotis, neque con-
stat feminis, quia feminarum est subesse, non pra-
esse. & hanc rationem addert B. Paulus 1. Cor. 14.
*Mulieres taceant in Ecclesia; non enim permittitur eis
loqui, sed subditae esse.* Nec tamen prohibetur, quin
Deus, possit extraordinarie feminis concedere, ut do-
ceant viros, ut quondam contigit Deborah, & ante
annos ducentos sanctae Catharinae Senensis. Sed hec
privilegia non faciunt legem. Hinc Bellarminus, &
optimè: Nō licuit itaque Luthero iam Regulari per-
mittere Catharinae uxori suae, ut concionaretur Lu-
theranis.

Quinta Obiectio. Christus est Sacerdos. Ps. 109.
Tu es Sacerdos in aeternum. Omnes autem Christiani
sunt fratres Christi Psal. 21. *Narrabo nomen tuum fra-
tribus meis.* & Psal. 44. *Vinxit te Deus oleo lactis pra-
confortibus tuis;* ergo omnes Christiani sunt Sacerd.

Respondeo omnes fideles ex adoptione esse fratres
Christi; sed quid inde? Christus fuit Sacerdos, ergo
omnes pariter fideles, negatur consequentia. Christus
fuit Redemptor, operator miraculorū, Propheta, Rex
regum, &c. ergo pariter omnes fideles. ineptissime. &
et magis, quia sacerdotium noui testamenti ex libera
electione confertur, ut legitur Isaia. ult. *Et assumā ex eis
in Sacerdotes, & Levitas dicit Dominus.* & vnde quā-
sō, Sectarii hanc modum syllogizandi habuerunt nū.
quid notiter ex Indijs frater meus est Dux, vel Doc-
tor, vel miles, &c. Ergo etiam ego, frater meus bi-
bit, ergo etiam ego, & tamen nunc sum ieiunus.

Sexta Obiectio. Officium Sacerdotis est con-
dona- baptizare, consecrare, absolvere, sacrificare, orare
pro alijs, & iudicare de doctrinis: sed haec omnia ad
petū omnibus fidelibus; ergo omnes fideles sunt Sa-
cerdotes & ministri Sacramentorum, minor probatur
per singula; 1. Cor. 11. *Quotiescunque manducabitis
panem istum; morsam Domini annuntiabitis;* annuncia-
re autem mortem Domini praedicare est, at omnibus
fidelibus hoc praecipitur, ergo praedicare Verbum Dei
omnibus competit. 1. Petri 2. omnibus dicitur. *His
virtutes annuntietis.* 1. Cor. 14. *Si quis quisque vestrum
psalmodias, doctrinam habet, & Apocalypsim habet;*

Quod omnes possunt baptizare, probat ex viti noti-
tate Ecclesiae, quae corripit etiam haereticos, ut bap-
tizent, & praedicent, ut ministrant, & sabbam, quia Baptis-
mus sine verbo non potest, nisi in nomine Patris & Filii &
Spiritus Sancti conficiatur. Eucharistiam quoque
probatur. Luce 22. *Christum in Caena omnibus dā-
xit. Idcirco supra in meam commemorationem.* & 1. Cor. 11.
omnes in Ecclesia loquens inquit Ego comēdo
panem Domini, quod est vultus vobis. Ita ut necesse sit
quis est baptizare & concionari, quoniam consecrare
est, ut concionari & baptizare deus, permissio peccatorum,
et consecratione nihil sequitur, nisi sicut per Sacerdotis
in potestate & dignitate, non in dignitate.

Quod omnes possunt orare pro alijs probatur, quia
vultus dominica est commemoratio, & ut pro alijs oranda
est. Quod omnes possunt iudicare & detestare dogma-
ta, probatur simpliciter, primò ex illis Scripturis, quae
docent, ut falsos Prophetas fugiamus, ut in 10. Quae
omnes verum memm videmus, & cum alienorum non au-
diunt. Math. 7. *Adversus omnes falsos Prophetas.* Secuti-
dè ex 1. Corint. 14. *Si sedem revelatum fuerit, prior
taceat;* & hinc collegio Lutherus, vnde quae licet reu-
laturo Ecclesia Rom. licet ipsa sedeat, ut mater, & ma-
gistra Ecclesiarum, hinc ex lib. de instit. inquit dicitur.

Et tandem in Assertionē 13. art. ait. Qui bap-
tizatus est spiritum Christi habet; vbi autem spiritus
Christi est, ibi omnium potestas & libertas.

Respondeo huic catena ineptiarum ordinatiō.
Ad primam nego minorem. ad probationes: Ad il-
lud 1. Cor. 11. dico annunciare mortem Domini ex-
sumptione Eucharistiae non esse concionari, sed pas-
sionem Salvatoris in memoriam revocare; non enim
omnes qui simul sumunt Eucharistiam concionantur,
nunquam enim fuit hoc in usu, nec citata Scriptura
hoc docet, nisi iuxta glossam Lutheranam. Ad il-
lud 1. Petri. *Ut virtutes annuntietis eis.* iam su-
perius responsum est. Ad illud 1. Corint. 14. Dico
fideles in primitiva Ecclesia, ut legitur loco citato,
multa dona per Apostolos, & gratias gratis datas à
Deo recepisse, ad hoc ut fides in gentium cordibus
magis, ac magis firmaretur. Apostolus itaque eos
hortatur, ut ordinatè praefatis donis & gratis utere-
tur in particularibus collationibus & fermocinationi-
bus ad consolationem, & progressum spirituales.
Nō docet autem omnes praedicare debere, & Ver-
bum Dei solentiter exponere. idcirco sequitur Scri-
ptura eodem loco. *Sine lingua qui loquitur, secundum
duos, aut ut multum tres, & per partes, & unus inter-
pretetur.* Post primitivam Ecclesiam Deus non re-
didit amplius omnibus fidelibus talia dona, cum fides
in gentibus firmata esset. Signa enim dantur in fide-
libus & noviter conuersis; at munus concionandi se-
per fuit; ergo munera quae ibi narrantur, ab omni
Verbum Dei praedicandi sunt diversa.

Ad illud, quod mulieres possunt baptizare, verum
est in casu necessitatis, cum Sacramentum Baptismi sit
simpliciter necessarium ad salutem; ac non baptizant
solemniter, & ea ratione, ut Sacerdotes, nec caetera
Sacramenta conferre possunt; quapropter ineptè ex
hoc colligitur, mulieres etiam habere Sacerdotium; nec
baptismus cum cōiugio confertur, ut supra dictū est.

Ad illud, quod omnes possunt consecrare, dico
falsū esse, quoniam Christus Dominus tantum Apo-
stolos dixit, *Hoc facite in meam commemorationem;* tum
illis etiam solum cenavit, ut Evangelistae testantur.
Martin. 26. *Haec fecerunt discipuli, sicut continuit illis
Iesus. Et peraverunt Babylam, & Esperem, autem factū est
quod habuerunt duodecim discipulis suis.* Et ad hunc
locū. Ergo igitur ad duodecim Apostolos, cum quibus
cenavit, ea dixit: etenim si omnibus dictum esset,
quāto fieri, & mulieres tenerentur Eucharistiam
consecrare, & hoc inauditum est. Cum autem Apo-
stolos 1. Cor. 11. omnibus fidelibus inquit. *Ego autem
accepi a Domino, quod & tradidi vobis,* loquitur non
de potestate consecrandi, quam accepit; sed de doc-
trina Eucharistiae, quam à Salvatore recepit, illam quē
omnibus fidelibus docendo manifestavit, ut legitur
eodem illud capitulum parit. & simul videtur
etiam cognoscat Lutherum per has distortas Scriptu-
ras saepe expositiones nimis malitiosum fuisse. Quod
autem plus sit baptizare, &c. quam consecrare, ne-
gat, & effectus eorum consecrationis est ipsius Salvo-
ris praesentia sub speciebus panis, & vini; & hoc ma-
ximum donum est, quae mirabilia. Praeterea in bap-
tismi modum voluntas instituta, ut attendenda est, dato
enim quod plus esset baptizare quam consecrare, non
tamen ex hoc colligeretur, mulieres & omnes posse
consecrare, quia possunt in casu necessitatis baptizare,
quia consecrare potest committi tantum Sacerdoti-
bus; & baptizare etiam laicis.

Quis sit iudicium
diale mori de Do-
mini in sumptio-
ne Eucharistiae.

In collatione bap-
tismi non requiritur
conco.

Supra ad locum
26. Martinus
discipulis suis
discipulis suis
discipulis suis

Apostolus non
loquitur de potestate
consecrandi
sed de doctrina
Eucharistiae.

Enthos inquit
discipulis suis
discipulis suis
discipulis suis
discipulis suis

Ineptis Solutio-
num.

Ad hunc locum
discipulis suis
discipulis suis
discipulis suis

Cetera breviter
et non faciant
discipulis suis
discipulis suis

Quod omnes possint absolueré, falso colligitur ex illo loco, Quaecumque ligaveris, &c. quia ibi Saluator cum Ecclesie ministris non autem cum omnibus fidelibus loquitur. & quod ita sit, patet ex ipso textu. differit enim Saluator de correptione fraterna, quae à laicis fieri debet; & deinde corripientem monet, ut se delinquens emendari noluerit, Ecclesie ministris id annunciet, illamque manifestet; qui si Ecclesie ministris obedire noluerit; subdit, ut sit apud omnes sicut Ethnicus, & Publicanus; quia quae illi in terris statuerent, rata erunt atque in Caelis firma. itaque cum ait: Quaecumque alligaveris, &c. Ministris Ecclesiae tantum dixit, & non omnibus fidelibus; idque subiungit ne potestas Ecclesiae sperneretur.

Ad illud quod omnes possunt sacrificare, quia quisque potest vitia mortificare, nihil concludit; quia huiusmodi opus dicitur improprie, & similitudinarie sacrificium; quatenus propter Deum, & bonum virtutis, carnalia desideria mactantur & abijciuntur. Proprium autem sacrificium, quod Sacerdotibus tantum competit, est Missae sacrificium; seu Eucharistia conficere & offerre, de qua in epist. ad Hebr. cap. 13. scribitur. *Habemus altare de quo edere non habemus potestatem, quia tabernaculo deservimus.*

Ad illud quod omnes possunt orare pro alijs; dico non omnes publice, & solemniter, & ex munere posse orare pro populo, sed tantum Sacerdotes; oratione privata id concedimus.

Ad illud quod omnes possunt iudicare, & discernere dogmata: respondeo cum Curdis, Bellarmi illa non Scripturae docere omnes homines debere iudicare de dogmatibus, non quidem examinando illa ad regulam Scripturae, ut faciunt haeretici; si enim id omnibus liceret, non esset opus Pastoribus & Doctoribus in Ecclesia, quos tamen Deus in illa posuit, ut doceret Apostolus ad Ephesios 4. sed examinando illa ad doctrinam antea traditam, & ad doctrinam aliorum Pastorum. Facile enim possumus omnes iudicare, ut doctrina sit bona, & tunc cum fidei doctrinam habere debent. *Patet etiam Dominus non appellat ordinarios Pastores illos, & falsos Prophetas, sed extraordinarios, qui per se veniunt; ut venerunt omnes haeretici.*

Ad illud *De se demeritum fuerit, prius tamen Deo, Apostolum, se ibi videre esse, loqui de particularibus collationibus spiritualibus, non tantum de vana gloria, & publico, quod fit ab Ecclesia; quod tempore non est credendum, alio particulari; asserens se revelationem accepisse, per eum ad invicem Ecclesiae contradicendum, ut autem hoc non deo, ut monuit Bellarmus. hoc citato aditus omnibus haereses, & errores introducendi. Praeterea deo & dicta sunt antea pro collationibus particularibus; quae primi fideles faciebant, ut superius dixi, et ubi plerumque supernaturalia, quae sensibilibus non possidebant, quae a Deo eisdem eo tempore in fidei testimonium distribuuntur; dicitur Apostolus sequitur, *duo autem pro deo, & in mundum.* Legimus etiam textum, veritas responsionis patet.*

Ad ultimam objectionem: Quod baptizatus est habet spiritum Christi haec propositio indiget explanatione; vel enim intelligit de operibus bonis, & gratijs quae fuerunt in Christo; & hoc restorarium est; nam non omnis qui baptizatus est percipit omnia dona Christi, ut patet, vel intelligit de aliquibus donis, puta gratia sanctificante, fide, spe, & caritate, secundum aliquos gradus, quae ob merita Christi, Deus distribuit, & hoc concedimus: cum autem subdit, sed qui spiri-

tum Christi habet, omnium rerum habet potestatem, falsum est; quia ex vi baptismi illud obtinet, propter quod Baptismus institutus est: effectus autem baptismi non est Sacerdotium, & quaecumque iurisdic-tio & potestas, & quod ita sit, patet ex eo, quod legitur 1. Tim. 4. ipsum constitutum esse Sacerdotem, & Episcopum per novam ordinationem, licet primo esset baptizatus; sic enim legitur, *Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterij.* Si per baptismum fideles sunt Sacerdotes, & Ecclesiae ministri, nova & solennis ordinatio adhiberi non debuisset: at constat oppositum; nunc ergo Sectariorum excogitatio.

Contra quartam Conclusionem, Prima Obiectio: Verbum Dei quacumque intentione dicatur, excitat fidem in audiente. sed fides est quae iustificat, ergo verbum sacramentale quacumque intentione profertur efficax est, & confirmatur, quia Apost. ad Philip. 1. gaudet praedicari verbum quacumque intentione, & etiam si aliqui praedicant, ut invidiam Paulo conferrent; quia nimirum etiam eo modo ponitur verbum esse fructuosum; ergo eodem modo verbum in Sacramento, licet ioco prolatum, vile erit, ita Lutherus in Act. ar. 12. ergo non requiritur intentio ministri.

Idemque confirmat in lib. de Missa privata, eo quia Alexander Episcopus Alexandrinus ratum habuit baptismum, quem Athanasius puer, alijs pueris per iocum contulerat.

Similiter quia legitur de quibusdam Caetibus parvulis, qui unum ex his baptizarunt, ut Christianos irriserent; & ille statim conversus est, cum aqua cum auriga colliguit, illum fuisse verum baptismum, & tamen non adfuit intentio ministri, ergo illa necessitudo non requiritur.

Respondeo has obiectiuaculas nihil concludere. Prima est haec: Concilio sacra, quacumque intentione fiat, excitat fidem in audiente, ergo a parte Sacerdotis, quacumque intentione profertur, in suo productione effectum. Falsa est pariter, & nullius valoris; nam ad excitandam fidem per verba facta, conscientia, aut in se se habet, & remota intentio, conscientiam, non ille est factus concipit, licet concionator dixerit, si habet; quia verba facta proponit, & proponit, at intentione conferenda Sacramento, intentione, & habet ad actionem sacramentalem, & ut pars essentialis est, potest talia intentione, & minister intentione est, quia remota intentione, verba, quae minister profert, significant effectum Sacramenti. Exe impli gratia. *Baptizo te in nomine Patris, &c.* Remota intentione, baptizandi Sacramento, materiale locum est, significant, nam idem possumus balneatorum dicere, cum in balneo homines purgant, quid ergo est, quod sit ad differre huiusmodi verba, ad iniectum, minister, & ministri? Ergo intentio minister, intentione se habet, ad conficiendum Sacramentum; & idem dicendum est de hominis caeterorum Sacramentorum. Non in intentionem in sacris concionibus; quia ea quae dicuntur, & in verbosum significant fidem, & mysteria diuina, per quae audientia excitantur ad credendum, vel ad bene operandum remota, ergo se habet intentio concionantis, ordine ad efficaciam conscientiam, iure ergo Basilica dicitur ad Philip. 1. *Quid enim? ubi estis, in modo, sed per occasionem, sed per veritatem, & Christus annuntietur: Et in hoc gaudeo, sed in gaudeo.* Ad hoc exemplum Athanasij & Geneth, Respondeo casus esse particulares, qui non faciunt regulam, sed obediunt

Potestas ligandi tantum ministris Ecclesiae concessa est, ut ipse textus Evangelij docet.

Sacrificium proprie sumptum in nouo testamento potest sacrificium. Cuius non est nisi oblatio Eucharistiae, quae dicitur Missa.

Apostolus loquitur de particularibus collationibus spiritualibus.

Baptismi effectus non est Sacerdotium, nec omnis gratia, quam habuit anima Christi sancti.

Verum discrimen inter concionem & baptismum aperitur.

Casus particulariter non faciunt regulam quae Ecclesiae vti debet.

dunt Deum (qui talia operatur, vel ad significandam
 eamiam sanctitatem alicuius, futuram in Ecclesia
 sua, vel ob fidei confirmationem, & infidelium con-
 fusionem.) non esse suis Regulis, quas dedit, ita liga-
 tum, ut non possit, si voluerit, aliter operari; sed Ec-
 clesia ordinarias, & prefixas regulas sequi debet; ve-
 prudenti patet. Addendum quod attinet ad bap-
 tismum. D. Achanasij, in ipso non defuisse veram inten-
 tionem, prout ex ipsius testimonio colligunt commu-
 niter Auctores.

Secunda Obiectio ex Calvino in Antidoto, & ex
 Kemnitio in 2. par. examinis. Si ab intentione mini-
 stri penderet efficacia Sacramenti, periret certitudo
 qua homo debet habere de effectu Sacramenti, & cō-
 solatio spiritualis; quia nemo potest certus esse de in-
 tentione alterius.

Respondeo, iustificacionis nostræ, regulariter lo-
 quendo, tantum certitudinem moralem in præsentî
 vita nos habere posse, & non eam quæ est ita infalli-
 bilis, ut est certitudo fidei diuinæ: ista autem satis ha-
 betur ex assensu ministri cognito extrinsecè, & sensibi-
 liter. Et hoc idem illis accidit. Nam & ipsi baptizant
 infantes, qui in ætate adulta credunt parentibus tes-
 tantibus eos baptizatos fuisse, cum tamē parentes eos
 decipere possint. dicendam ergo est ministros Sacra-
 mentorum ob præcipuam Dei assistentiam non tam
 facillè in ualem errorem prorumpere posse; ut diuinæ
 Sacramenta exhibent, necessariam intentionem ex
 conferendi suspendere, & ex instituto alienare velint.
 Quod si aliquando contingat, præ credendum est, Deū,
 qui Sacramenta non dicitur alligatus, ut non possit si-
 ne illis absolute potentia gratiam conferre, effectum
 Sacramenti sine Sacramento tribuere. hoc enim di-
 uinæ misericordiz conuenite videtur.

Tertia Obiectio. Nimis durum videtur, ut Deus
 in arbitrio impij ministri posuerit salutem hominum;
 cum minister possit in ministrando non habere de-
 bitam intentionem, ut noceat proximo.

Respondeo, quod difficile est inuenire tam impij
 ministrum, qui talia operetur. Tamen si aliquando
 contingat, dicimus iterum, tunc esse valde probabile
 Deum conferre gratiam his, qui partibus suis functi
 sunt, & quod in ipsis est exhibuerunt. quia non est ita
 alligatus Sacramenti, ut extra illa effectum illorum
 conferre non possit. intentio autem mi-
 nistri requiritur regulariter, quia conferre Sacramen-
 ta est actus humanus, qui debitam intentionem re-
 quirit: etenim intentio facit, ut talis forma sit forma
 Sacramenti; ut dictum est in responsione ad primam
 obiectiōnem contra vltimam Conclusionem.

DISPUTATIO IV.

De effectu Sacramentorum: an causent iusti-
 ficacionem ex opere operato.

Circa præsentem disputationem. Sectarij more
 solito delirant, eamque ad sensum ineptissimum
 & falsum reducunt, ut ostensam faciunt legentibus
 sententiam Catholicam. dicunt enim nos in præsentî
 disputatione querere, an Deus causet gratiam; vel hoc
 munus concesserit sensibilibus signis; quod tamen
 apud Catholicos in auditum est; etenim nostrum nul-
 lus in ualem de mensiam incidit, ut astat. creaturam

sensibilem posse gratiam iustificantem causare, Deo
 ipso gratiam non creante. Est igitur secundum rei
 veritatem controuersia inter nos, & illos in præsentî
 negotio de causalitate Sacramentorum: An idem in-
 stituta sint Sacramenta, ut tantum excitent fidem,
 quæ deinde iustificet; quia soli fidei hanc virtutem
 adscribunt; vel ut conferant gratiam iustificantem;
 priorem partem nouiter excogitaram. Sectarij defen-
 dunt, secundam Catholici.

Et antequam ad veritatis decisionē descendamus,
 dicendum est quid sit conferre gratiam ex opere
 operato; ratio est, quia cum Doctores Catholici id
 affirmant, & habetur in Concil. Trident. sess. 7. Can.
 8. his verbis. *Siquis dixerit per ipsa uerba legis Sacra-
 menta ex opere operato non conferri gratiam, sed solum
 fidem diuina promissionis ad gratiam consequendam suf-
 ficere, anathema sit.* Sectarij nolentes rei sensum per-
 cipere, ad calumnias cōfugiunt; volunt enim per opus
 operatum nos intelligere gratiam ex merito operan-
 tis ministri, vel recipientis, ita Caluinus lib. 4. instit.
 cap. 14. §. 26. & in Antidoto. Concil. Trident. sess. 7.
 Can. 8. & Kemnitius in 2. par. examinis pag. 95. Id
 autem quomodo inauditum sit apud Catholicos, patet ex
 eo quod totam oppositum tueantur; est enim apud
 nos firmissimum axioma: Sacramentorum efficaciam
 non pendere à meritis, vel operibus nostris, sed ex
 diuina uoluntate, & ex meritis Saluatoris nostri; &
 contra Donatistas, semper Catholici dixerunt, virtu-
 tem Sacramentorum à bonitate ministri minime pē-
 dere. Præterea talis expositio est contra vim termi-
 norum; nos dicimus ex opere operato, putà ob vir-
 tutem Sacramenti, quod tunc operatur; & ipsi expo-
 nunt per bona opera nostra, quod dicitur opus ope-
 rantis. est itaque hæc Sectarij expositio impos-
 tura & calumnia. Secundo afferunt, per opus opera-
 tum nos affirmare Sacramenta conferre gratiam im-
 pio absque fide præuia, & bono motu uoluntatis eius-
 dem; ita Lutherus lib. de Captiuit. Babyl. cap. de
 Baptismo. Caluinus in Antid. Concil. Trident. sess. 7.
 Can. 8. & Kemnitius in 2. par. examinis pagina
 125. & hæc expositio pariter inanis est & mendax.
 Nullibi enim docent Catholicos iustificacionem in adultis
 excludere fidem, & penitentiam, ut lib. 6. disput. 3.
 de iustificacione impij dictum est.

Sextus ergo Catholicorum est, quod Sacramenta
 habent efficaciam, seu vim conferendi gratiam sancti-
 ficantem, seu iustificantem, non ex probitate ministri,
 nec ex bono motu liberi arbitrij, & ex actibus vir-
 tutum, puta penitentiz, spei, timoris, &c. Licet in
 adultis hæc prærequirantur, ut dispositiones præuiz
 ex parte eius, qui iustificatur; sed ex collatione, & ef-
 ficacia signi sensibilibus à Deo instituti, quod dicitur o-
 pus operatum; gratia autem quæ obtinetur ex vi o-
 peris operantis illa est, quæ precibus, & pijs operibus
 recipitur à Deo absq; aliquo signo sensibili, cui Deus
 ex pacto colligauerit gratiam, tanquam effectum ne-
 cessarium eiusdem signi; hæc est, & fuit semper hu-
 ius rei legitima expositio; & non ea quam Sectarij sō-
 nauerunt ad excusandas excusaciones in peccatis.

Conclusio. Sacramenta conferunt gratiam sancti-
 ficantem ex opere operato, seu quod idem est, Sacra-
 menta sunt ueræ causæ instrumentales gratiæ ex diu-
 ina institutione. Probatum. Remissio peccatorum fit
 per accedentem gratiam Spiritus sancti, iuxta illud
 Rom. 3. *Iustificati per gratiam ipsius*: sed baptismus
 proxime & immediate causat remissionem peccato-
 rum, ergo baptismus proxime & immediate causat
 gra-

Quæ nobis ob-
 iectio Sectarij, &
 ipsi obici possunt
 in hoc casu.

Sectarij ad calum-
 nias cōfugiunt.

Quid sit opus ope-
 rantis, & quid o-
 pus operantis.

Statuunt enim
 hæc operari.

Sacramenta sunt
 causæ gratiæ ex o-
 pere operato.

gratiam Spiritus sancti. Minor probatur. Act. 22. *Exurge & baptizare & ablue peccata tua, invocato nomine ipsius.*

Respondet Calvini lib. 4. Instit. cap. 15. §. 18. *ablueri peccata per baptismum nil aliud esse, quam per baptismum accipere sigillum iustificationis præacceptæ per fidem. ineptissime, & contra litteræ sensum expressum: non enim dicit Scriptura baptizare, quia abluisti peccata tua, sed baptizare & ablue peccata tua, patet sensatis, abluitionem peccatorum poni ibi effectum proprium baptismi, & non ut quid præcedens. Patet etiam à simili; nam si quis dixerit surge, & per aquam laua corpus tuum, & purgaberis à materialibus sordibus, tunc ineptum esset asserere lotionem esse signum purgationis sordium præacceptæ, cum sit causa immediata illius, præcedens purgationem; sicut omnis causa suū effectum, ita à pari.*

Secundò probatur Conclusio sic. Remissio peccatorum & donum Spiritus sancti, significant formalissimè nostram iustificationem; sed baptismi Sacramentum ponitur causa immediata & proxima remissionis peccatorum & doni Spiritus sancti, in sacra Scriptura; ergo Sacramentum baptismi est causa immediata & proxima iustificationis nostræ ex opere operato. Maior patet. Minor probatur: Act. 2. *Hic autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus vero ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.*

Nec valet occurrere hic describi iustificationem præacceptam, & Baptismum esse signum, vel sigillū illius. Quia iustificatio ponitur, ut effectus sequens baptismum, per verbum futurum, & non significatiuum rei præteritæ: ait enim, *Baptizetur unusquisque vestrum & accipietis*, & non dicit quia accepistis, ergo occurfus huiusmodi est manifesta suppositio.

Tertiò probatur Conclusio: Ezech. 36. loquitur propheticè de baptismi Sacramento ut patet, & sic ait: *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquamentis vestris, & dabo vobis cor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri, &c.* Manifestum est autem ex vi litteræ remissionem peccatorum, & infusionem gratiæ & spiritus sancti poni, ut proprium effectum baptismi, & non ut quid præcedens baptismum; quia, inquit, ex effusione aquæ mundabimini, &c. & dabo, &c. & non dicit, quia mundati estis, & quia dedi, accipietis aquam ut signū rei receptæ; ergo Sacramenta conferunt gratiam sanctificantem ex opere operato, seu quod idem est, Sacramenta sunt veræ causæ gratiæ ex diuina institutione.

Præterea 4. Reg. 5. Curatio Noaman Syri à lepra per aquas Jordanis iussu & precibus Elisæ Prophetæ, fuit figura baptismi, ut omnes Catholici semper intellexerunt; ratio autem illa causa propria & verè fuit mūdationis à lepra, & non signū mūdationis præceptæ, ergo vanum est negare iustificationem non esse effectum Sacramenti Baptismi; sed esse signum tantum iustitiæ præceptæ, vel signum ad excitandā fidem, ut Sectarij excogitauerunt aliter inter figurā, & figuratum non esset proportio.

Quartò probatur ex Concilio Constant. in Synbolo fidei, *Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum.* Cuius sententiæ sensus manifestus est. Credo Sacramentum Baptismi causare remissionem peccatorum. sanis patet.

Quintò probatur veterum Patrum testimoniis, & re verà miror Sectariorum inane ingenium, & cur nō pudeat illos talia docere, cum nouerint antiquam Ecclesiam Catholicam nunquam talia docuisse, vel credidisse. August. in exposit. epist. Ioan. Tract. 5. to. 9. *Ecce accepit Sacramentum natiuitatis homo. Baptizatus Sacramentum habet, & magnum Sacramentum diuinum, sanctum, ineffabile, considera quale, ut nouum hominem faciat, dimissionem omnium peccatorum.*

Et de peccatorum meritis, & remissione contra Pelagianos lib. 1. in fine tom. 7. ait: *In parvulo certè gratis Deus per Baptismum eum, qui venit in similitudine carnis peccati, id agitur, ut euacuetur caro peccati. Euacuatur autem non ut in ipsa uiuente carne concupiscentia conspersa, & immata repente assumatur, & non sit, sed ne absit mortuo, qui ueraciter nato, nam si post baptismum uixerit, atque ad aetatem capax præcepti peruenire potuerit, ibi habet cum qua pugnet, nam adiuuante Deo superet si non in vacuum gratiam Dei susceperit.*

Chrysost. Homil. 40. in cap. 17. Gen. 1999. 1. inquit. *Verum considera Dei misericordiam, & ineffabilem eius erga nos beneficentiam, illa enim circumcisio dolorem habet & laborem. & nulla alia ex circumcisione sua utilitas, quam hac sola, quod ex hoc signo essent cognoscibiles, & ab alijs gentibus sequastrarentur. Nostra autem circumcisio, vel baptismatis inquam gratia, iniquitatem habet extra dolorem, & innumera bona nobis offert, & Spiritus sancti gratia nos implet, & nullam defensionem habet tempus sicut illic: sed licet & in prima, & in media, & in ultima aetate hanc non manifestam circumcisio recipere in qua non sustinetur labor, sed peccatorum depuratur onera, & remissio inuenitur omnium peccatorum, qua per totam uitam gesta sunt.*

Ambros. in Commen. epist. ad Rom. cap. 5. to. 3. inquit. *Propheta tempus salis præuidens, in Saluatore aduenit beatorum nuncupat, quibus sine labore, vel aliqua opere per lacrum remissionem, & regnum, & non imputantur peccata, Apostolus tamen propter plenitudinem temporum, & quia plura gratæ in Apostolo est, quam sunt in Propheta, maiora præstat, quæ ex dono baptismatis consequuntur; quia non solum remissionem peccatorum accipere potest, sed iustificari, & filius Dei fieri proficitur, ut beatitudo hæc perfectam habeat & securitatem, & gloriam.*

Hieronym. in Comment. super Psalm. 44. tom. 7. sup. r. i. l. d. *Diffusa est gratia in labijs eius, inquit, diffuso gratia in scripturis sanctis, gratia Spiritus sancti est, vel Christi, diffusa est gratia Spiritus sancti in baptismum, in specie columbae, cum descendit in eum, uenit in barbam, deinde in oram, uel humerum. Caput nostrum Christo tuus est: barba Sancti Apostoli: ora uel uentus eius sancti Prædicatores: sicut ait Propheta: sicut uentus in capite, quod descendit in barbam Aaron, & quod descendit in oram uel humerum eius. Gratia in labijs eius: quia lex per Moysen data est: gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.*

Superest nunc ut obiectiones Sectariorum soluamus. Prima Obiectio. Omnis nostra iustificatio per Scripturas adscribitur fidei, ergo nō habetur per Sacramenta nisi quia excitant fidem. Anteced. probat Rom. 5. *In fidei ergo iam fide, pacem habeamus ad Deum, &c.* ad Hebræos *habemus pacem cum fide, uel me. Act. 13. in hac uocem qui credidit iustificatur.* Rom. 3. *Iustificatio datur per fidem Iesu Christi, omnes & super omnes, qui credunt in eum.* & alibi plures.

Respondet negando Anteced. nam in Scripturis iustificatio nō tantum fidei adscribitur, sed etiam in mori,

Occursus Caluini refellitur.

Baptismus causat immediatè & propriè gratiam Spiritus sancti & remissionem peccatorum.

Uent aqua Iordane mundauerunt Noaman Syrum, &c. baptismus autem a culpa.

Testimonium sanctorum veterum Patrum, & Doctorum.

Idem uerbum in Gen. 1999. 1. ubi dicitur de circumcisio.

Idem uerbum in Act. 13. ubi dicitur de iustificatione.

moti, ut legitur Eccles. 1. *Qui sine timore est non poterit iustificari.* Spei. Prou. 28. *Quis sperat in Domino sanabitur.* Poenitentia. Act. 3. *Poenitentiam & conversionem ut deleantur peccata vestra.* Dilectionis. Luc. 7. *Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum.* Fidei. *Iustificati ergo ex fide.* Quid ergo dicendum? occurret fortasse Calvinus cum Calvinistis & dicit, timorem charitatem, ceterasque virtutes iustificare in virtute fidei, quapropter soli fidei iustificatio est adscribenda. Sed contra: Scriptura potius charitati hoc attribuit; patet ex Apoll. ad Gal. 5. *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque praeputium, sed fides qua per charitatem operatur.* cur Apollolus inquit fides quae per charitatem operatur, nisi quia fides non est efficax ad iustificandum sine charitate? Unde August. 15. de Trinit. cap. 18. ait. *Ipsam fidem non facit vultum nisi charitas: sine charitate quippe fides potest quidem esse, sed non prodesse.* Dico igitur ad obiectionem, quod fides iustificat initiatiue; quatenus sine fide impossibile est placere Deo, & aliae virtutes dispositiue; formaliter autem iustificatio est per gratiam inherentem & sanctificantem, seu charitatem; & haec obtinetur per Sacramenta tanquam effectus illorum infallibilis, nisi ponatur obex ob cordis indispositionem. quod autem gratia Spiritus sancti iustificans & sanctificans sit effectus Sacramentorum, iam probatum est supra. redditur ergo inanis Sectariorum obiectio.

Secunda Obiectio. Marci ultimo. *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur,* ex quibus verbis sic Lutherus arguit. Qui credit & baptizatur saluus est: qui non credit damnatur, etiamsi baptizetur, ergo non baptismus, sed fides saluat. Praeterea Christus dicit: *Qui non crediderit condemnabitur,* & non dixit, qui non fuerit baptizatus condemnabitur, ergo sola fides saluat, non baptismus.

Respondeo, falsam esse consequentiam, cum non descendat directe ex antecedenti; concedimus enim eum qui non credit, licet baptizetur, saluari non posse; at hoc non provenit ex eo quod baptismus non saluat, sed quia ponit obicem puta infidelitatem, ne baptismus producat effectum suum; quapropter vera sequela quae directe descendit ex illo antecedenti est, ergo baptismus ponenti obicem nullum, producit effectum; quod verissimum est. Ad secundum argumentum dico, in illo verbo, *crediderit*, includi baptismum, & omne quod in Christi lege continetur, & sensus est, *qui non crediderit condemnabitur*, id est qui legem & fidem seu Euangelium non recipit, condemnabitur; patet quia Saluator prius dixerat, *predicite Evangelium omni creaturae*, & postea sequitur: *qui crediderit, &c.* ergo per *ly non crediderit*, intelligit eos, qui omnia quae Christus docuit, non recipiunt; sequela est evidens; & sic redditur nulla illa sequela Lutheri, ergo fides sola saluat non baptismus; quia in fide & lege Christi continetur principaliter necessitas Sacramenti baptismi, ut legitur Ioannis 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest intrare in Regnum Dei.*

Tertia Obiectio. Abraham iustificatus non fuit ex circumcisione, sed ut inquit Apost. ad Roman. 4. *Signum*, accepit circumcisionis signaculum iustitiae fidei quae est in praeputio, quod idem est ac docere, circumcisionem Abraham fuisse tantum signum iustificationis praeceptae per fidem. ergo a pari cum baptismus succedat circumcisioni, erit non causa

iustificationis, sed tantum signum iustitiae praeceptae, seu quae accipitur in virtute fidei.

Respondeo hanc obiectionem sic concludere: Sortes claudicat, ergo omnis homo claudicat; falsa consequentia; quia ex actu singulari non valet inferre sequelam vniuersalem; ita in proposito. Abraham ut esset pater omnium crederetur per praeputium, ut ibidem ait Apollolus, accepit iustificationem ex fide; ceteri autem Iudaei non eodem modo accipiebant iustificationem ante circumcisionem, sed per circumcisionem immunes fiebant a culpa originali: ex quo aperte colligitur, iustificationem ex fide praecedentem Sacramentum circumcisionis, fuisse quid speciale seu particulare Abraham; idcirco non valet inferre omnes iustificari ex fide aut baptismum; cum Scriptura id baptismum attribuat, ut dictum est supra. & hoc idem argumentum Sectariorum solum est in disp. superioribus.

Quarta Obiectio. Bernardus in Serm. de Coena Domini, inquit: *Sicut inuestitur Canonici per libram, Abbas per baculum, Episcopus per anulum, sic diuisiones gratiarum, diuersis suis tradita Sacramenti.*

Respondeo haec verba Bernardi nihil pro Sectariis, sed bene contra illos concludere. nam Bernardus praefatis exemplis hoc tantum affirmat, Sacramenta scilicet non esse causas physicas gratiae, sed morales: quia Deus est qui causat gratiam, eamque producit & infundit; sed Sacramentis exhibitis tanquam signis efficacibus moraliter causatis illius ex pacto & institutione diuina. sed quia inquit quod diuisiones gratiarum sunt diuersis Sacramentis traditae, sequitur contra Sectarios gratiam esse effectum Sacramenti, quod ipsi negant.

Quinta Obiectio. In Sacramento est promissio, ergo requiritur fides quae promissionem accipiat, ergo fides est quae immediate operatur, & iustificat. & confirmatur ratio, quia multi per fidem saluantur sine Sacramento; ut qui non habent a quo baptizentur; & e contra, qui Sacramentum habent sine fide damnantur. igitur in Sacramento fides est quae iustificat, non Sacramentum.

Respondeo Sacramentum esse promissionem si consideretur in genere dum non confertur; & in hoc sensu nihil contra nos; at si Sacramentum proprie sumatur, cum scilicet conficitur & exhibetur, tunc non continet promissionem, sed actualem exhibitionem, & causat effectum suum, puta gratiam sanctificantem; Cum dicit ergo requiritur fides, concedimus, sed non ut causa immediata iustificationis, sed ut quid necessario praerequisitum.

Ad Confirmationem. Respondeo multos saluari sine Sacramento in casu necessitatis, licet votum suscipiendi Sacramentum habere debeant; sed tunc tales non iustificantur formaliter per fidem, sed per gratiam inherentem & charitatem, quae tamen datur a Deo habenti fidem; quapropter initiatiue fides iustificat; quatenus ea principaliter praerequitur & supponitur in iustificatione. Cum subdit: *Qui Sacramentum habent sine fide, damnantur;* verum est, quia fides est necessaria ad salutem, imo est initium salutis. Sed cum infert, ergo in Sacramento fides est quae iustificat, falsa est illatio, quia gratia & charitas quae est effectus Sacramenti iustificat: nec quia fides necessario requiritur, valet inferre; ergo fides est quae iustificat, nam non valet asserere: *approximatio est necessaria inter stuppam & ignem, ut fiat combustio.* ergo approximatio comburit, quia approximatio est

Iustificatio Abraham cum esset mysetium, continet quid speciale.

Bernardus contra obiectionem refutatur.

Fides non est causa immediata iustificationis sed prima conditio praerequisita.

Exemplum aptum ad maiorem rei intelligentiam.

Iustificatio initiatiue est a fide, dispositiue ab aliis virtutibus: formaliter a charitate.

Illud verbum crediderit omnia quae fides praecipit, includit.

Praeterea dixit qui non crediderit, & non subdit, & baptizatus fuerit, ob Cathecumenos & eos qui credunt, & baptismum habent in voto, & a morte praeventi saluantur qui sine baptismo aquae tunc saluantur, & dicuntur habere baptismum flammis. Cum adultis autem viuentibus intelligi debet fides. Qui non crediderit, nec baptizatus fuerit, condemnabitur.

est tantum conditio necessaria, & non causa combustionis, quæ est ignis. Sic in casu: Sacramentum non iustificat remota fide, quia fides est necessaria conditio nostræ iustificationis, efficiens autem est Deus, & formalis causa, gratia inhærens seu charitas, quæ per Sacramenta confertur; ideòque Sacramentum quod gratiam confert, magis propriè nõs iustificare dicitur. Adde quod in adultis etiam pœnitentia seu detestatio peccatorum requiritur in digna susceptione Sacramenti baptismi: vndè Act. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum* & Lucæ 7. Magdalena sine Sacramento iustificatur per pœnitentiam & dilectionem; & tamen non valet inferre, ergo in Sacramento Baptismi, non Sacramentum iustificat, sed pœnitentia; quia pœnitentia est conditio necessaria iustificationis: Sacramentum verò est causa immediata illius, quatenus ex pacto Dei causat gratiam iustificantem formaliter.

Sexta Obiectio. Sicut iustificat verbum Dei, ita Sacramentum; sed verbum iustificat excitando fidem, ergo Sacramenta solum iustificat excitando fidem: maior probatur, quia sicut Scriptura docet Sacramenta iustificare, sic etiam verbum. Roman. 1. *Euangelium virtus Dei est in salutem omni credenti.* Secundò probatur, quia in iustificatione per Sacramentum concurrunt duo quasi manus, vna est Dei offerentis gratiam, altera est hominis illam accipientis; manus Dei est verbum & Sacramentum, manus hominis est fides, ergo nec verbum nec Sacramentum quidquam prodest nisi fide accipiatur, & si quid prodest, ideo prodest quia fide accipitur ad Hebr. 4. *Non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei.*

Respondeo hanc obiectionem nihil probare: falsum enim est quod sicut iustificat verbum ita Sacramentum; nullibi enim habetur quod omni concioni succedat gratia iustificans, tanquam effectus necessarius, sicut Sacramentis; quæ sunt causæ gratiæ ex institutione diuina. Ad illud Rom. 1. *Euangelium virtus Dei in salutem omni credenti;* Respondeo per Euangelium ibi sumi omne quod fides Christiana complectitur, & hoc modo includuntur etiam Sacramenta, quæ immediatè causant iustificationem; Euangelium igitur dicitur causa salutis genericæ; quatenus docet & continet media ordinata à Deo, quibus proximè confertur iustificatio, hæc autem media sunt Sacramenta.

Ad illud Heb. 4. *Non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei.* Apostolus docet ea quæ Moyse in deserto docuit ludæos ideò eis non profuisse quia vera esse ea quæ dicebat, & quæ promittebat non crediderunt. sed quid inde? ergo verbum iustificat sicut Sacramentum, negatur consequentia: nam licet fides necessaria esset ludæis erga ea quæ Moyse annūciabat, proximè tamè iustificatione accipiebant medijs sacrificijs & oblationibus, quæ in doctrina Moyse continebantur: ita in casu licet Euangeliū & fides ponatur causa iustificationis, nõ tamen est causa proxima, sed tantum ea ratione qua continet Sacramenta, quæ ad proximè iustificandū à Deo ordinata fuerunt, vt legitur Ioan. 3. *Nisi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto nõ potest introire in Regnū Dei.* Act. 2. *Pœnitentiam agite & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum.* & cap. 22. *Exurge & baptizare, & abluere peccata tua.* frustra ergo laborant Sectarij huiusmodi obiectiuiculis.

Sexta Obiectio. Deus tantum potest creare gratiam & iustificare, & non creatura aliqua, sed Sacramenta sunt creaturæ, ergo non possunt esse causa gratiæ & iustificationis.

Respondeo vtique Deum tantum creare gratiam & iustificationem physicè & principaliter; at creatura potest etiam poni causa moralis & instrumentalis illius ex pacto Dei. habemus exemplum de organizatione corporis humani, quæ causa est moralis creationis animæ, quia necessitat Deum vt auctorem naturæ ad creandam animam, & tamen organizatio creationem animæ non attingit. sic à pari Sacramentum cum exhibetur, necessitat Deum ex pacto, vt auctorem gratiæ, ad creandam illam, & iustificandum hominem; & hoc modo Sacramentum ponitur causa gratiæ: quamobrem nullum sequitur absurdum circa causalitatem Sacramentorum.

Deus est causa principalis & reuera gratiæ iustificantis: Sacramenta verò sunt causa moralis & instrumentalis.

DISPUTATIO V.

An aliqua Sacramenta imprimant characterem in anima.

NEGANT omnes Sectarij Sacramenta imprimere characterem in anima suscipientis, Catholici autem affirmant tria Sacramenta illud imprimere, putà Baptismum, Confirmationem, & Ordinem. vt expressè legitur in Conc. Florent. in instructione Armenorum, & in Conc. Trid. sess. 7. Can. 9. his verbis: *Si quis dixerit in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile, vndè ea iterari non possunt: anathema sit.*

Est autem character vox græca, latinè dicitur figura vel imago. & vt sumitur in præfenti est signum spirituale impressum à Deo ei qui suscepit Sacramentum inreiterabile, assimilatum alijs habenti, distinctiuum a non habente, rememorative Sacramenti suscepti, Christo configuratiuum, cuius Sacramentum suscipitur, & significatiuum obligationis animæ ad ipsum. an verò sit forma absoluta vel relatiua, & in qua animæ potentia subiectetur, disputant Doctores Scholastici; sed hanc disputationem nos omittimus, cum contrà Sectarios tantum certamen in præfenti suscepimus; quapropter cum ipsum dari, & tria Sacramenta prædicta illud imprimere probauerimus, operi satisfacimus.

Prima Conclusio. Character de quo loquimur datur, & animæ imprimitur. Probat 2. Cor. 1. inquit Apostolus, *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus: qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris.* Ad Ephes. cap. 1. *In quo & vos cum audissetis verbum veritatis (Euangelium salutis vestræ) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, &c.* & cap. 4. *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei in quo signati estis in diem redemptionis.* idest in die quo baptismum suscepistis. Quod autem sermo fiat in præfatis Scripturis de signo quod dicitur character, quod per Sacramentum confertur, notum fit ex infallibili iudicio Ecclesiæ; de qua inquit August. de moribus Manichæorum; Euangelio non crederem nisi Ecclesiæ crederem. & per

Character quid sit.

Expositio Ecclesiæ infallibilis est.

Euangelium vt hic sumitur, significat vniuersa que lex Christi continet.

per veterem Sanctorum Patrum intelligentiam, nam de signaculo quod in Baptismo recipitur, Greci & Latini intellexerunt illud ad Ephes. 1. ita Chrysostomus, Theophilactus, Hieron. Beda, Anselmus, & quatuordecim alij.

Secunda Conclusio ex septem Sacramentis tantum imprimunt characterem; puta Baptismus, Confirmatio, & Ordo. de Baptismo patet ex autoritatibus sacre Scripture adductis, & confirmatur ex Augustino super Epistolam Iohannis tract. 5. tomo 9. ubi sic ait. *Baptismus Sacramentum habet, & magnum Sacramentum, diuina, sanctum, ineffabile, considerabile, & bonum hominum, facit, dimissionem omnium peccatorum. ascendet tamen in cor si perfectum est. ibi, quod factum est in corpore, videat si habeat effectum in tuis, dicit, natus sum ex Deo. Si autem non habeas, characterem quidem impositum habet, sed defectum, uagatur.*

Proterea a Baptismo imprimere characterem, probatur, quia circumcisio cui successit Baptismus, & quae fuit figura Baptismi imprimere characterem in corpore, ergo ut figuratum figuram correspondens. Baptismus tanquam nobilior imprimet characterem in anima. de Confirmatione & Ordine idem probatur; Ratio autem prima est institutio diuina, quae nobis innotescit per traditiones quas ab initio Ecclesia accepit ab Apostolis, & seruat atque seruabit usque ad consummationem seculi.

Secunda ratio. Haec tria Sacramenta sunt tantum inimitabilia, ergo tantum haec tria imprimunt characterem; sequela patet, quia ad hoc praecipue ponitur character, ut docet Concil. Trident. loco superius. Anteced. prob. & primo de Baptismo, de quo sic Ioannes Scotus in 4. dist. 6. quest. 7. inquit. *Dico ergo quod ratio inimitabilitatis Baptismi est institutio diuina, cuius non est aliqua causa prior, nisi uoluntas eius; tamen ista institutio est rationalis, tum ex morbo contra quem principaliter instituitur. istud enim remedium principaliter instituitur contra originale peccatum, quod non est nisi uoluntaria. tum quia per alia Sacramenta, cum sit principium & lanua per quam intratur in legem Christianam, adscribitur aliquis familiae Christi, & sic membrum eius & Ecclesiae Militantis, hoc autem semel fit.*

De Sacramento Confirmationis idem Doctor in 4. d. 7. q. 5. sic ait. *Sacramentum Confirmationis iterari non potest, adeoque iteratum habeat propriam efficaciam; ratio principalis est institutio diuina, & congruentia, quia per istud Sacramentum instituitur aliquis in determinato gradu Ecclesiae, scilicet in gradu bellatoris, & Sacramentum instituens in gradu determinato non iteratur, esset autem inanis repletio.*

De Sacramento Ordinis seu Ordinationis hoc eodem modo probatur, quia per illud adscribitur quis in numerum Ministrorum, Praepositorum, & Pastorum Ecclesiae; est enim ordinatio alicuius institutio in gradu Ecclesiae praeminenti, non praesertim itaque mutationem status; cum igitur eadem potestas semel conferatur, multiplicatio traditionis illius esset superflua, incongrua, & inutilis. & ex his sequitur etiam characterem indelebilem esse.

Nunc ad obiectiones aduersariorum. Prima Obiectio. In Christo nullus fuit character, licet esset summus Sacerdos, ergo neque est ponendus in membris, puta fidelibus. Anteced. conceditur a

S. Thom. 3. part. quest. 63. art. 3. sequela probatur quia quidquid dicit perfectionem in membris, non est tollendum a capite Christo.

Respondeo concedendo in Christo nullum fuisse characterem impressum in anima per susceptionem Sacramentorum, duplici ratione: primo quia ipse non indiget Sacramentis, licet fuerit institutor Sacramentorum; non enim habuit peccatum originale, ut indigeret baptismo; & licet fuerit circumcisus octauo die iuxta legem Moysis id fuit, ut ostenderet legem, & legis praecipua a Deo fuisse. Nec Sacerdotium habuit ex aliqua ordinatione, & participatione humana, sed a Deo fuit constitutus summus Sacerdos Dux, & Rex Ecclesiae. Dux autem vel Rex triuit participationem suae potestatis per signa aliqua sensibilia seruis & ministris suis, licet ipse ligno non utatur; ita in eisu, qui Sacerdotium illius participant ex susceptione Sacramenti Ordinationis accipiunt signum spirituale in anima, ipse autem Christus Dominus absque aliquo signo principatum Sacerdotij habet. itaque in nobis character dicit perfectionem, non autem in Christo.

Secunda Obiectio. Sacra Scriptura & Pastores de isto characterem nunquam loquuti sunt, ergo est noua & falsa excogitatio.

Respondeo, falsum esse antecedens, patet enim ex dictis sacra Scripturam de tali signo mentionem fecisse; praeterea licet sacra Scriptura id non affirmaret, non tamen dicendum esset characterem non imprimi, nec ex doctrina Christi haberi; multa enim credimus, & ipsimet Sectarij credunt, quae in Scriptura non habentur, cum tantum per traditiones Ecclesiae ab Apostolis ea accepit. Ver. gr. quod tota Scriptura ueteris, at noui testamenti sit uerbum Dei. Quod Scriptura sacra maneat incorrupta, & Quod Symbolum Fidei sit uere Apostolicum, Quod infantes sint baptizandi. Quod baptizati ab haereticis non sint rebaptizandi. Quod in baptismo necessario sit pronuntianda haec forma. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c.* Haec enim Sectarij etiam credunt, & tamen Scriptura nullam horum facit mentionem.

Ad illud, quod veteres Patres de characterem non sunt loquuti: pariter falsum esse dicimus. Nam Dionysius de Ecclesiast. Hierarch. cap. 2. par. 3. ut optime etiam notauit Cardinal. Bellarm. de effectibus Sacramentorum lib. 2. cap. 21. Cyrillus Hierosolym. Cathed. 4. Basilus Orat. 13. Nanzianzenus Oratione in Sanctum Lauacrum: Chrylostomus Homil. 2. in Epistol. ad Ephes. Epiphanius haeresi 8. & haeresi 30. Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 6. & Augustinus lib. 6. de baptismo cap. 1. expresse de tali signo, quod dicitur character, qui est praedictorum Sacramentorum effectus, loquuti sunt: Non est igitur noua excogitatio, sed antiqua Catholicae Ecclesiae doctrina.

DISPUTATIO VI.

De numero, & ceremonijs Sacramentorum.

Circa numerum Sacramentorum Sectarij uelut Turris Babilonicae operarij, spiritu vertiginis, M m & dis-

Character in nobis est. in Christo autem nequaquam, quia participationem praefert, in Christo autem est omnia plenitudo, &c.

Sectarij uolentes nolentes tenent recipere traditiones.

De doctrina de eo quod dicitur in Epistol. ad Ephes. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Doctrina Doctoris subtilis Scoti.

& diffensionis agitati, inconstantes apparent; Lutherus lib. de Captiuit. Babylon. nunc n̄num esse Sacramentum, nunc tria, postea duo; & tandem se non damnare septem Sacramenta affirmat: ex cuius instabilitate variz deinde ortę sunt sequacium illius opinionones. Licet apud Lutheranos tria esse Sacramenta, idest Baptismum, Eucharistiam, & Pœnitentiam, sit sententia magis communis & in vsu. Calvinus primò duo esse Sacramenta docuit, scilicet, Baptismum, & Cœnam lib. 4. Instit. cap. 19. §. 18. & 20. & postea tria esse protestatus est: subdit enim cap. 19. §. 31. etiam Ordinationem esse Sacramentum: & excusat seipsum de numero binario quem posuerat, eo quòd tunc loquutus esset de Sacramentis vniuersę Ecclesię coramunibus. Zuinglius lib. de vera, & falsa Religione cap. de Matrimonio tria Sacramenta recipit, putà Baptismum, Cœnam, & Matrimonium. Philippus in locis communibus, primò posuit duò Sacramenta, deinde tria, & in vltima editione suorum operum quatuor esse affirmauit. Nulla itaque firmitas, & certitudo apud Sectarios cernitur; estque hoc firmissimum argumentum falsitatis, & nouarum adinventionum eorum: & quod Apostolus à Christianę Fidei firmitate excludit. 2. Cor. 1. hoc apud Sectarios manifestè apparet. ait enim Apostolus. *Aue qua cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me est, & non? Fidelis autem Deo, quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo, est, & non. Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos predicatus est, per me & Siluanum, & Timotheum, non fuit, est & non, sed est, in illo fuit.* Cum igitur Sectarij circa numerum Sacramentorum inter est, & non, versentur; proculdubio Ægyptiacas tenebras inhabitant. At è contra Ecclesia Catholica, verissimus Populus Israel, lucem veritatis colit: temper enim septem esse Sacramenta docuit, sicut ab initio Sancti Apostoli tradiderunt, vt infra probabimus.

De cæremonijs verò Sacramentorum, seu quibus Sacramenta administranda sunt, antequam differamus; dicendum est primò, quòd cæremonia est actus externus sensibilis factus ad honorem Dei, & consequenter spectans ad virtutem Religionis; & vt in præsentī sumitur, est ritus seu formula, qua Sacramentum solemniter exhibetur, & suscipiens externè disponitur, & præparatur, & ipsa diuina mysteria non nudè sensibus obijciuntur, sed rebus significatiuis vestiuntur & ornantur; & sicut olim nulla fuit Religio vera, vel falsa, quæ ad Deum colendum proprijs non gauderet cæremonijs, quia homo anima, & corpore constat, & ad Deum colendum internis ac externis, seu sensibilibus actibus vti debet, sic vera Christiana Religio suas necessariò habere debet cæremonias, vt mysteria diuina solemniter, decenter, & magnificè pertractentur, & exhibeantur.

Habuit Ecclesia Dei præfatas cæremonias à Sanctis Apostolis, qui doctrinam Sacramentorum promulgauerunt, at non omnes per Scripturas, sed oretenus, seu traditionibus; colligitur hoc 1. Corint. 11. vbi Apostolus quædam docuit pro ministerio Eucharistię, eaque scripsit, & deinde subdit: *Cætera autem cum venero disponam.* Quas autem dispõluit cæremonias, non scripsit; nec est dicendum eas non disposuisse, quia illud firmiter promisit; nec Apostolus negligens fuit in docendis Ecclesijs; est igitur afferendum Ecclesiam multas cæremonias, imò omnes quas ipsa seruauit ab ini-

no, licet Scripturę eorum non faciat mentionem; ab Apostolis, ore traditas, habuisse. Non negant autem Catholici Ecclesiam multas deinde addidisse; idque rationabiliter: Primò, quia cursu temporis, Ecclesię maiori libertate, ac magnificentia mysteria diuina exortere permissum fuit. Secundò quia Apostoli eo tempore ea, quæ magis necessaria erant docere intendebant; & eo magis, quia Ecclesia in huiusmodi rebus instituendis plenariam habet auctoritatem; vt legitur Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram, eris ligatum, & in cælis, & quodcumque solueris super terram, &c.* Hoc autem pro omni tempore Ecclesię dictum est; scilicet supremo Ecclesię Pastori visibili, qui est Petri successor, vt suo loco probatum est. Omnes itaque cæremonias, quibus vtitur Ecclesia in administrandis Sacramentis, vel fuerunt ab Apostolis, vel ab Ecclesia institutę ad vtilitatem suscipientium Sacramenta, ad maiorem explicationem beneficiorum Dei, quæ per Sacramenta participantur, maioremque reuerentiam, & decorum talium mysteriorum; iuxta doctrinam Apostoli 2. Corinth. 14. *Omnia honestè & secundum ordinem facite in vobis.* Cum igitur Sectarij nostras cæremonias reprehendant, nil aliud operantur, nisi esse Sectarios aperire; quorum semper fuit actus Catholicę Ecclesię spernere, & calumniari. 2. Corinth. 14. *Omnia honestè & secundum ordinem facite in vobis.* Cum igitur Sectarij nostras cæremonias reprehendant, nil aliud operantur, nisi esse Sectarios aperire; quorum semper fuit actus Catholicę Ecclesię spernere, & calumniari.

Conclusio. Septem sunt Catholicę Ecclesię Sacramenta; scilicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Ordinatio, Pœnitentia, Matrimonium, & Extrema vntio. Sacra Scriptura de tali numero non loquitur, sicut nec pro Sectarijs loquitur de binario, ternario, vel quaternario; quia Scriptura non habet formam Catechismi, licet varijs in locis data occasione multa referat, quæ credimus, & ex illa colligamus aliquo modo, quæ sint propriè Sacramenta. Non enim dicit Scriptura duo, vel tria esse Sacramenta, imò neque, ibi Baptismo, vel Eucharistia, vel Ordinationi nominem Sacramenti tribuit, nec quid sit Sacramentum noui testamenti expressè docet; quomoddò ergo Sectarij, qui traditiones abijciunt, tria, vel quatuor, vel duo esse affirmant, non vident. Ecclesia Catholica traditione antiqua id credit, ab initio sic semper credidit vbique terrarum; idque non nisi ab Apostolis accepisse necessariò fatendum est. Et hoc firmiter tenemus, dicente Apostolo 2. Thess. 2. *Itaque fratres istate, & tenete traditiones quas didicistis.* Et nos stamus, & tenemus. Traditionibus itaque probandum erit septem esse Sacramenta, nec plura, nec pauciora, quapropter veteres Patres afferemus in medium, antiquam Catholicę Ecclesię doctrinam narrantes, & explicantes, & primò de Baptismo.

Augustinus serm. 3. in Dominica Palmartina, tom. 10. inquit: *Et quamuis omnibus etiam fidelibus baptizatis admonitio nostra conueniat, & unusquisque qui de anima sua salute sollicitudinem gerit, unde proficere possit, credimus quod in ista humilis suggestione nostra reperiat, peculiariter tamen eos qui nunc Baptismi Sacramenta desiderant, volumus admonere.*

Et Conc. 1. super Psal. 103. ait: *Respicite ad manera ipsius Ecclesię, manus Sacramentorum in Baptismo, in Eucharistia, in cæteris sanctis Sacramentis, quale munus est.*

Ambro-

Opiniones variz
Sectariorum de
numero Sacramē
torum.

Septem sunt
Sacramenta Ecclesię
Catholicę à Saluatore
instituta.

Septem sunt Sa-
cramēta Ecclesię
Catholicę à Saluatore
instituta.

Scriptura sicut
non loquitur de
numero septenario
Sacramentorum,
sic nec pro
Sectaris loquitur
de numero binario,
vel quaternario.

Traditionibus v-
tendum est in hoc
negotio.

Cæremonia quid
sit.

Cæremonia fuit
Ecclesię ore
tradita ab Apo-
stolis, quia Scrip-
tura non habet for-
mam Catechismi,
& Cæremonialia
vt legenti patet.

Ambrosius in Psalm. 50. post initium tomo 2. inquit super illud: *Lana me ab iniustitia mea, & a delicto meo munda me. Non tam sapius quam plenum lanari petis, ut conceptam sordem possis eluere: nouerat secundum legem plura quidem mundari esse subsidia, sed nullum plenum atque perfectum: Ad illud ergo perfectum tota intentione festinas, quo iustitia omniu impletur, quod est Baptismatis Sacramentum.*

Et lib. 1. de Spiritu sancto cap. 3. tomo 4. inquit. *Ergo isti quia nec in Christi nomine, nec cum fide Spiritum sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptismatis Sacramentum. & paulo post. Vbi autem non est plenum baptismatis Sacramentum, nec principium vel species aliqua baptismatis estimatur. plenum autem est si patrem & filium, spiritumque fidearum.*

De Sacramento Confirmationis Augustinus lib. 2. contra literas Petiliani cap. 104. tom. 7. *In hoc unguento Sacramentum Christum uult interpretari, quod quidem in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse Baptismus. & Tractat. 3. in Epistola Ioannis: Vnctio spiritualis ipse Spiritus sanctus est, cuius Sacramentum est in unctioe visibili.*

Ex Epistola decretali Urbani Papae I. qui Ecclesiae praefuit anno Domini 224. habetur. *Omnes enim fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut plene Christiani inueniantur: quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conscientiam aduocatur.*

Ex Epistola 2. Fabiani Papae qui Ecclesiam tenuit anno Domini 237. *Litteris vestris uero inter cetera inferunt mentionem, quosdam regionis uestrae Episcopos a uestro nostroque ordine discrepare, & non per singulos annos in Cena Domini christum conficere, & c. & infra: Nam sicut ipsius dies solennitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti christum conficere per singulos annos est agenda, & de anno in annum renouanda, & fidelibus tradenda, quia nouum Sacramentum est per singulos annos, & iam dicto die renouandum, & uetus in sanctis Ecclesijs erigendum. Ista a Sanctis Apostolis & successoribus eorum accepimus, uobisque tenenda mandamus. Haec Sancta Romana Ecclesia, & Antiochiana tempore Apostolorum custodit, Haec Hierosolymitanum, & Ephesum, & cetera, in quibus uel apostoli praesidentes haec docuerunt, & uel christi interitum & non amplius quam uel uel uel.*

De Sacramento Eucharistiae. ex Concilio Niceno primo Generali cap. 14. Sic habetur. *Peruenit ad sanctam Concilium, quod in locis quibusdam & Cuiuslibet presbyteris Sacramenta ditionis porrigant. Hoc neque regulae, neque consuetudo tradidit, ut per qui offerendi sacrificii non habent potestatem, ipsorum officium, Corpore Christi porrigant. Sed & illud inuenit, quod quidem dicitur, etiam ante Episcopum Sacramenta sumunt. Haec ergo omnia impudentur, & maneat ditionis uera propriam mensuram, scilicet quia Episcoporum quidem ministri sunt, presbyteri autem inferiores sunt. accipiant ergo Eucharistiam secundum ordinem post presbyteros ab Episcopo uel a presbytero, & c.*

Augustinus Epistol. 23. tomo 2. inquit. *Nonne semel immolatus est Christus in seipso, & tamen in Sacramento non solum per omnes Pascha solennitate, sed*

omni die, populus immolatur: nec utique mentitur, qui interrogatus cum responderet immolari? Si enim Sacramenta quandam similitudinem, eorum rerum quarum Sacramenta sunt non haberent, omnino Sacramenta non essent. ex hac autem similitudine plerumque etiam ipsarum rerum nomine accipiunt. Sicut ergo secundum quemdam modum Sacramentum Corporis Christi, Corpus Christi est: Sacramentum Sanguinis Christi, Sanguis Christi est, & c.

Ambrosius de Sacramentis lib. 4. cap. 4. *Auctor Sacramentorum quis est nisi Dominus Iesus? de calo ista Sacramenta uenerunt. Verè autem magnum est & diuinum miraculum, quod populo plus Deum manna de calo, & non laborabat populus, & manducabat. Tu fortè dicis: mens panis est uisus. Sed panis iste panis est ante uerba Sacramentorum: ubi accesserit consecratio de pane fit caro Christi, & c. & infra: Vbi uenerit ut conficiatur uenerabile Sacramentum, iam non sunt Sermonibus Sacerdos, sed uisus sermonibus Christi.*

De Sacramento Ordinis seu Ordinationis. Augustinus lib. 2. contra Epistolam Parmeniani cap. 13. *Utrumque Sacramentum est, & quadam consecratione utrumque homini datur: illud cum baptizatur, illud cum ordinatur, ideoque in Ecclesia Catholica utrumque non licet iterare. & postea. Sed si nos male fecimus, ipsi explicent, quomodo Sacramentum baptizati non possit amitti, & Sacramentum ordinati possit amitti?*

De Sacramento Pœnitentiæ. Augustinus lib. 1. de Adulterinis coniugijs, tomo 6. cap. 26. & 28. ait. *Eadem est causa Baptismi & reconciliationis, sine quibus Sacramentis homines credunt se non debere exire de corpore. & Epistol. ad Honoratum, quæ est 179. tomo 2. ait. An non cogitamus, cum ad istorum periculorum peruenitur extrema, nec est uisus ulla fugiendi, quantum in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu atque ab omni aetate concursus: alijs baptismum flagrantibus, alijs reconciliationem, alijs etiam pœnitentia ipsius actionem, omnibus consolationem, & Sacramentorum confessionem & erogationem.*

De Sacramento Matrimonij. Chrylостomus Homil. 56. in caput 29. Genesis tomo 1. ait. *An non audis Paulum dicentem quod Sacramentum sunt nuptiae & imago dilectionis Christi, quam erga Ecclesiam declarauit? ne igitur confundamus nos ipsos, & honestatem nuptiarum corrumpamus.*

August. lib. de Fide & Operibus cap. 7. *In Ecclesia Dei nuptiarum non solum uinculum, uerum etiam Sacramentum ista commendatur, ut non liceat uero uxorem suam alteri tradere.*

De Sacramento Extremæ unctiois. August. lib. de Visitacione infirmorum tomo 9. inquit. *Nec primum quidem est illud: Apostoli Iacobi preceptum infirmatur quis in uobis inducat presbyteros Ecclesiae, ut orent super eum, & ungetes eum cum oleo sancto in nomine Iesu, & uisus saluabit infirmum. ergo si roges de te, & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus, imperat Apostolus suum Dominus: ipsa uide licet olei sacra de his, intelligitur Spiritus sancti typicalis unctio.*

Quia autem Sacramentum est signum efficax gratiae iustificantis, probatur nunc ex sacra Scriptura hæc septem quæ numerauimus esse Sacramenta, cum Scriptura ea ponat causas gratiae & salutis.

Testimonium & traditio Veterum SS. Patrum Ecclesie Catholicae.

ni. Rocca
vulgo
id
1778 80

Testimonium Sa-
crorum Scriptura-
rum.

De Baptismo legitur Marci ultim. *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.* Ad Tit. cap. 3. *Secundum suam misericordiam saluos nos facit per linaerum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vite aeterna.* Ioannis cap. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in Regnum Dei.*

De Confirmatione, Act. 8. *Cum autem audissent Apostoli qui erant Hierosolymis quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem: Qui cum venissent orauerunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.*

De Eucharistia. Ioannis cap. 6. *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum; & panem quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.* & paulo post. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam aeternam.*

De Ordine. 1. Tim. cap. 4. *Noli negligere gratiam quam te est, quae data est per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij.*

De Pœnitentia. Ioannis cap. 20. *Quorum remisit peccata remittuntur eis, & quorum retinuerit retenta sunt.* & 2. Cor. 5. *Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis.*

De Matrimonio. ad Ephel. cap. 5. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adheret uxori suae: & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est.*

De Extreme vñctione. Ex Epist. Iacobi Apostoli cap. vlt. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae: & orent super eum unguentes eum oleo in nomine Domini: & ratio fides saluabit infirmum, & alleviat eum Dominus, & si in peccatis sit remittentur ei.*

Nunc ad obiectiones Sectatorum, quas contra factas caeremonias, & aduersus septenarium numerum Sacramentorum excogitauerunt. Prima Obiectio, ex Caluino lib. 4. Inst. cap. 10. *Apostolus 1. Cor. 7. ait. Porro hoc ad vñctionem vñctum dico: non ut laqueum vobis iniecerim, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem praebet sine impedimento Dominum obsecrandi.* ex quibus sic arguit Caluinus: *Apostolus non est ausus praecipere quae Dominus in libera potestate postea reliquit, ne in laus infligeretur conscientijs, si eorum necessitas illis imponeretur, quorum relicta esset à Domino libertas; ergo à pari nempe poterit caeremonias statuere quae obligent in conscientia, praeter eas quae Dominus, vel Apostolus de mandato Domini docuerunt, ne occasio peccandi degerit.*

Respondet ceremonialia huiusmodi, quae ab Ecclesia instituta sunt, non ita obligare in conscientia, ut vnaquaeque caeremonia sit inuisa praecipuum, vel lex, quae talem obligationem inferat, ut Sectarij putant: cum sint praeter institutiones, & regulae praescriptae, ut decenter & magnifice Diuina mysteria celebrentur: sed eorum obligationem ad vnam praecipuum reduci putat ad obedientiam debitam Ecclesiae. Praeterea negatur paritas quae in obiectione adducitur; Apostolus circa virginitatem seruandam noluit praecipuum aliquod statuere, quia quisque idem do-

Quomodo caeremonia Ecclesiae obligent.

numa & eandem dispositionem pro illa seruanda non habet, cum sit res difficilis; at factas caeremonias Ecclesiae seruare, nulla est difficultas: & oritur ex earum obseruatione magnificentia & decor in saecularum ac diuinarum rerum ministerio: ideoque paritas nullius est valoris hanc autem potestatem leges ferendi in ordine ad cultum Dei, Ecclesiam semper habuisse, & habere, patet Matth. 16. *Quaecumque ligaueris super terram, &c.* & cap. 18. *Quaecumque ligaueritis, &c.* ut suo loco dictum est.

Secunda Obiectio. Apostolus in Epist. ad Coloss. docet non esse de verò Dei cultu petendam ab hominibus doctrinam: quia Dominus fideliter nos, & ad plenum instruit, qualiter sit colendus. Primum quia in Euangelio docet contineri omnem sapientiam, qua perfectus reddatur homo Dei in Christo. Initio secundi capitis dicit, omnes thesauros sapientiae & scientiae in Christo esse absconditos: inde postea concludit. caueant fideles ne per inanem philosophiam abducantur à lege Christi secundum constitutiones hominum. in fine capitis maiore fiducia damnat omnes ficticios cultus, quos homines sibi ipsa comminiscuntur, vel ab alijs accipiunt, & quaecumque de cultu Dei tradere praecipua ex se audent.

Verum ut huiusmodi obiectiones Caluini nullius esse valoris appareat, ponemus illas in forma. Apostolus docet doctrinam cultus Dei non esse petendam ab hominibus, quia Dominus totaliter nos instruit, qualiter est colendus; sed caeremoniae Ecclesiae sunt hominum doctrinae, ergo non sunt seruandae: sed abijciendae.

Secunda. In Euangelio continetur omnis sapientia qua perfectus reddatur homo Dei in Christo, sed caeremoniae quae Ecclesiae instituit non sunt in Euangelio, ergo superfluae sunt, ad hoc ut quis sit bonus fidelis in Christo.

Tertia. Apostolus docet, ut fideles caueant ne per inanem philosophiam abducantur à lege Christi secundum constitutiones hominum: sed caeremoniae Ecclesiae sunt constitutiones hominum per inanem philosophiam, ergo abijciendae sunt.

Quarta. Apostolus damnat omnes ficticios cultus, quos homines ex se componunt, at Ecclesiae caeremoniae sunt huiusmodi, ergo damnatae sunt ab Apostolo.

Huiusmodi obiectionibus primò respondeo in genere. Apostolus in illa Epistola nihil de sacris caeremoniis Ecclesiae docuit, ut quisque videre poterit; fuit enim scripta ab Apostolo, contra Simonem Magum, ceterosque illius temporis haereticos, ut Chryostomus, Ambrosius, Theodorctus, Theophilactus, & Quocumque docent: ut notat etiam Gard. Bellarm. lib. 2. de Sacramentis in genere cap. 2. dicebant autem praefati haeretici ad Deum per quosdam Angelos ascendendum esse, nec Christum sufficere; docebantque Christianos, ut quosdam ritus Iudaicos & Ethnicos seruant: quapropter Apostolus de excellentia Christi dilucit, ipsumque caput esse, hominum & Angelorum praedicat, dicens. *Qui est imago Dei invisibilis primogenitum omnia creaturae, quoniam in ipso coepta sunt uniuersa in caelis, & in terra, visibilia, & invisibilia, sine Thyron, sine Dominacione, sine Principatu, sine Ratione: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso consistunt. Et ipse est caput Ecclesiae, quae est praecipuum primogenitum ex mortuis: ut sit in omnibus ipse praematus saeculis, quia in ipso complacuit omnem ple-*

Paritas inter consilium castitatis, obseruancia caeremoniarum est inopitissima.

Apost. in Epist. ad Colossenses scribit contra Simonem Magum.

plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem Crucis eius, sine qua in terris, sine qua in calis sunt. & cap. 2. monet eosdem ne decipiantur per philosophiam scilicet Platonis & similiū, qua utebantur Simoniani & Gnostici, eosque pariter reprehendit quod quosdam Iudaicos ritus seruarent, qui per Christum iam euacuatū erant, & per Religionem Angelorum quam dicti hæretici adiuuenerant putarent ad Deum accedendum esse. hæc autem omnia non faciunt contra nos, qui sacras ceremonias mysteriorum Dei solum tenemus, ut cum decore & magnificentia, quæ diuina sunt celebrentur.

Nunc ad Obiectiones in particulari. ad primam: Christus docuit totaliter nos quæ seruare debemus circa cultum eius. Respondeo, verum esse de præceptis fidei, moralibus, & Sacramentis, sed de ritibus in particulari negatur, quia huiusmodi disponenda reliquit per Ecclesiæ Pastores, quibus dixit Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* & cap. 18. *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* & Lucæ 10. *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit; & Apostolus 1. Cor. 7. inquit, Nam ceteris ego dico, non Dominus. & cap. 11. cetera autem cum uenero disponam.* Similiter cum Caluinus dicit a postolus docere, nos non debere accipere ab hominibus doctrinam cultus Dei; hoc falsissimum est, & contra Dominum dicentem, Lucæ 10. *Qui uos audit me audit, qui uos spernit me spernit, &c.* & contra Apostolum ad Hebr. vii. dicentem, *Obedite præpositis uestris, &c.* & ad Ephel. 4. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij in edificationem Corporis Christi, donec occurrant omnes in unitatem fidei, &c.* & 1. Tim. 4. *Præcepta & doctr. nemo adolecentiam tuam contemnat, non prohibetur itaque doctrina ministrorum Ecclesiæ, sed perulantia hereticorum, & Ethnicorum.*

Ad secundam: In Euangelio continetur omnis sapientia, qua perfectus reditur homo in Christo. dico hæc uerum esse in genere, sed nõ in specie; nam multa sunt necessaria ad salutem, & creduntur etiam à Sectarijs, quæ in Euangelio non leguntur, puta quæ & quot sint sacramenta, Symbolum Apostolorum, &c. Item infantes baptizari debent, &c. Scriptura itaque non omnia narrat quæ sunt credenda, quia multa per traditiones habuerit Ecclesia, & potest autem omnia rite de se legem diuinam: non de omnibus in particulari decernere: ideoque multa disponenda per Pastores Ecclesiæ suæ reliquit; & non alia ratione dixit Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in calis.* cum autem subdit, sed ceremoniæ quas Ecclesia instituit non sunt in Euangelio, dico quod implicite ibi sunt cum potestas illas instituendi ibi habeatur, ut dictum est.

Ad tertiam dico ceremonias non esse constitutiones hominum per instituta philosophorum, sed per institutiones per sacras & christianas regulas. Apostolus ibi, ut dictum est, prohibet doctrinam Platonis, & Philosophorum Gentilium, eorumque superstitiones, non autem doctrinam Pastorum Ecclesiæ. O miseri & uere miserabiles Sectarij? uideat Amicus lector quibus fallacijs plebem decipiunt.

Apostolus damnat omnes ficticios

cultus quos homines ex se componunt, tales sunt ceremoniæ Ecclesiæ ergo, &c. dico Apostolum damnare cultus uoluntarios & supersticiosos hæreticorum & Gentilium, quales erant Simoniani, contra quos scribit Apostolus in eadem Epist. ad Coloss. quæ Caluinus abutitur in presenti: non autem sacras institutiones & ritus Ecclesiæ, qui à capite uisibili eiusdem Ecclesiæ ad maiorem Dei cultum disponuntur, cum infert, ergo ceremoniæ Ecclesiæ abijciendæ sunt, in præta est consequentia.

Tertia Obiectio. Apostolus ad Galatas cap. 5. non patitur ullo modo ut fidelium conscientiæ in seruitutem redigantur, ergo non licet instituire ceremonias quæ obligent in conscientia.

Respondeo utique Apostolum præcipere Galatis ut ceremonialia ueteris legis dimittant, quæ erant umbra futurorum; at ipse non loquitur ibi de ceremonijs & ritibus Ecclesiæ, ut quisque præfatam Epistolam legens manifestè cognoscat. Sed infert Caluinus, ceremoniarum Ecclesiæ sunt multe, & sic lex Euangelij grauissima redditur. Dico ceremonias Ecclesiæ non obligare in conscientia, dummodo non contemnantur; cū sint tantum formulæ, quibus Diuina mysteria dicenter celebranda sunt; quas propter omnes sub vno præcepto & lege continentur, quod scilicet Ecclesiæ Pastoribus obediendum est. ut legitur ad Hebr. vii. *Obedite præpositis uestris, &c.* Matth. 23. *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* Matth. 18. *Quodcumque alligaueris super terram, &c.* Lucæ 10. *Qui uos audit me audit, &c.* itaque non omnis ceremonia est uia lex, uel præceptum, quod obliget, ut essent ceremoniæ legis Moysæ; non sequitur ergo quod lex Euangelica ex institutione ceremonialium reddatur grauissima. Proterea nulla est difficultas in sacrorum mysteriorum nouæ legis ceremonijs seruandis, ut quibuslibet, quales ipsi tenent; & non mutantur.

Quarta Obiectio. Dominus Matth. 23. reprehendit traditiones hominum, & idem facit Lucas 11. *frustra colunt me mandata hominum.*

Huic Obiectioni optime respondet Camb. Bellar. lib. 2. de Sacramentis in genere cap. 30. Dominum tria reprehendit in traditionibus Iudicis: Primo quia quædam pugnant cū mandatis Dei ut illa Matth. 23. & Marc. 9. & filij donantes sacerdotibus quæ necessaria erant parentibus. Secundò quia multa ex Iudaicis traditionibus phariseorum inanes erant, & propterea inuiles, ut iurare toties manus, & hæc duo genera ceremoniarum Dominum uocauit mandata hominum, ad hæc autem nihil haberet nisi humilitatem.

Tertiò quia quædam alia homines & uiles seruabant, sed peccabant in mandata, obstatentes in eis fundamentum religionis, ut pluris istas facerent quam diuina mandata: de quibus loquitur Dominus Matth. 23. nec uocat eas humanas traditiones, sed dicit, *Hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Cerimoniarum autem Christianarum ab Ecclesia approbatarum, non sunt primi aut secundi generis: nec aduersarij adhuc protulerunt argumenta ab aliis sylogis; sed sola mendacia ad probandam oppositam. Quod si qui sunt inter Catholicos rudiores qui pluris faciant ceremonias quam grauiora mandata, eos corrigendos putamus, non enim probamus quidquid homines faciunt, sed id quod facere debent, secundum sanam doctrinam Ecclesiæ.

Quinta Obiectio, & prima contra numerum septenarium Sacramentorum Scriptura tantum duo esse Sacra-

Apost. relict ceremonias ueteris testamenti, non autem ceremonias Ecclesiæ quæ sunt ritus ministrandi Diuina.

Tria reprehendit Dominus in ceremonijs.

Ceremonia implicitè sunt in Euangelio.

Sacramenta docet, ergo non sunt septem. Anteced. prob. quia Ioannis 19. legitur quod ex latere Christi fluxerunt Sanguis & Aqua, idest Baptismus, & Eucharistia, vt exponunt Chrylost. Cyrillus, Theophilactus super illum locum Ioannis; & Damasc. lib.4. de fide cap.10. & August. lib.2. de Symb.c.6. & tract.9. in Ioannem.

Mysterium Aquae & Sanguinis qui exierunt de latere Christi non inueniunt duo Sacramenta.

Respondeo, quod licet citat; Patres illum locum exponant de Baptismo & Eucharistia, non tamen sequitur illa tantum esse Sacramenta: quia tunc mystica expositio non literalis; Nam si ex littera hoc probaretur, sequeretur Eucharistiam consistere tantum in consecratione calicis, vbi Sanguis efficitur, & non in consecratione panis qui transubstantiatur in carnem seu Corpus Christi; nam non exiit panis, vel frumentum de latere Christi. & hunc fuisse sensum citatorum Patrum, patet ex eo, quod plura Sacramenta posuerunt quam duo, vt superius ostendimus; Graeci autem vsque in hodiernum diem septem esse Sacramenta fatentur; igitur citati Patres duo tantum esse Sacramenta non docuerunt, licet illa duo figurata pronuntiarent in Aqua & Sanguine.

Sexta Obiectio. Apoc. 17. Angelus vocat Sacramentum Bestiam, quae septem capita habebat: ex quo significari videtur septenarium numerum Sacramentorum ad Antichristum pertinere, qui per eam Bestiam designatur.

Respondeo huic ineptissimae obiectioni, quod Ioannes ipse exponit quid sint illa capita septem: ait enim: *Ego dicam tibi Sacramentum mulieris, et Bestia quae portat eam, quae habet capita septem, & cornua decem: Bestia quam vidisti, fuit & non est, & ascensura est de abyso, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram. (quorum non sunt scripta nomina in libro: vnde a constitutione mundi) videntes Bestiam quae erat & non est: & hic est sensus: quae habet septem capita, septem montes sunt, super quos multi sedes, & Reges septem sunt.* Cum igitur Ioannes per septem capita intelligat septem colles, & septem Reges, vt quid per septem capita septem Sacramenta accipiunt? estque talis expositio blasphemata quia sequitur Baptismus & Eucharistiam, quae vera sunt Sacramenta, etiam secundum Sectarios, inter capita illius Bestiae numerari: Praeterea Ioannes inquit: *Ego dicam tibi Sacramentum mulieris & bestiae, quae portat eam; id est significat non vel significationem mulieris & bestiae, vnumque dicit esse mysterium & Sacramentum, & non duo vel septem; auis itaque, est haec obiectio:*

Septima Obiectio. Patres duo esse Sacramenta dicunt, scilicet Baptismus & Eucharistiam. Et Augustinus qui solet vt plurimum quaerere mysteria in

numeris, de isto numero septenario, nihil vnquam scripsit; & Dionysius in Ecclesiast. Hierarch. quatuor tantum Sacramenta exponit, scilicet Baptismus, Eucharistiam, Confirmationem & Ordinem; & aliquando Patres plura quam septem dixerunt Sacramenta: ergo de numero septenario Sacramentorum nulla habetur certitudo.

Respondeo falsum esse Patres duo tantum posuisse Sacramenta, vt patet locis superius citatis in probatione Conclusionis: cum autem duo dicunt, non asserunt tantum duo esse; sed illa duo tunc exponunt, quia illa tantum pro eo tempore faciunt ad propositum eorum, quae tunc dicunt; patet hoc ex August. Con. 1. super Psalm. 103. vbi ait. *Responde ad munera ipsius Ecclesiae, munus Sacramentorum in Baptismo, in Eucharistia, in ceteris sanctis Sacramentis, quale munus est.* Quod August. quandoque ponat mysterium in numeris, hoc verum est, sed raro vt patet Tract. 17. in Ioannem post initium; quod autem non posuerit & exposuerit mysterium septenarium Sacramentorum, parum refert; nam nec exposuit mysterium numeris articulo fidei, nec virtutum Theologicarum, nec dixit duo esse Sacramenta, nec talis numeri binarij posuit mysteria; imo totusque argumentum contra Caluinum sic. Si ex eo quod August. solet mysterium in numeris quaerere, & de numero septem Sacramentorum nihil loquens est; sequitur non esse septem Sacramenta, ergo eadem numero ternario Sacramentorum quem ponit Caluinus ipse August. mysterium non exposuerit, sequitur Sacramenta non esse tria. Caluinus igitur incidit in foueam quam fecit. Dionysius loco cit. loquitur tunc de illis quatuor Sacramentis, sed non dicit tantum esse quatuor, quia deinde etiam de Sacramento Extremae vnicionis differit, & de Sacramento Poenitentiae in Epist. ad Demophilum.


Retrahetur obiectio contra Augustinum.

Ad illud quod Patres pluribus rebus imponunt nomen Sacramenti, dico, eorum non accipere Sacramentum proprie, vt est signum efficax gratiae et institutione diuina; sed improprie vt quid significans aliquid aliud, praeter id quod apparet; sicut v.g. lotio pedum, quae legitur Ioan. 13. dicitur Sacramentum, quatenus significat aliquid aliud quod in illa lotione significatur, puta humilitatem, & charitatem Christi Salvatoris nostri; vel mundiciam spiritus quam fideles habere debent & cetera huiusmodi. Praeterea Patres quandoque signum Crucis etiam Sacramentum dicunt: vt August. in Psalm. 141. sed improprie vt dictum est, quatenus Sacramentum non sacramentum uino cultui mancipatum, significat: non autem proprie est signum efficax gratiae inherens et institutione diuina.

missio...

FINIS LIBRI SEPTIMI.

LIBER



LIBER OCTAVVS.
DE BAPTISMO.
CONFIRMATIONE.
ORDINE, ET EXTREMA
VNTIONE.



DISPUTATIO PRIMA.

De forma, & necessitate Baptismi.



DE Baptismi Sacramento dissentientes Moderni Sectarij, septem errores pronunciauerunt. Primum, circa formam. Secundum, circa necessitatem illius pro salute acquirenda. Tertium, circa Ministrum. Quartum, circa eos qui possunt suscipere Baptismum. Quintum, circa effectum. Sextum, in quo differat à baptismo Ioannis. & Septimum, circa eiusdem caeremonias. Hos omnes errores examinabimus & simul refellemus.

Et antequam ad singulos descendamus, dicendum est, quod Baptismus, vel baptisma est vox Græca, quæ Latinè significat, vel immersionem: quia ut plurimum fit per mersionem in aqua, ad representandam Christi sepulturam, iuxta illud ad Coloss. 2. *Consepulsi es per baptismum.* Vel illuminationem, ob fidei lumen quod recipitur, de quo Apostolus ad Hebr. cap. 6. *Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti.* &c. Vel lotionem, cum hoc Sacramentum per abluionem fiat: ut legitur ad Titum cap. 3. *Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. per lustrum regenerationis, &c.* At secundum rem, in Cathedismo Romano sic definitur. *Baptismus est Sacramentum regenerationis per aquam in uerbo uita.* Quæ definitione Doctores Scholastici pluribus verbis

explicant; & Ioannes Scotus sic optimè in 4. Sentent. dist. 3. quæst. 1. ait. Baptismus est Sacramentum abluionis animæ à peccato, consistens in abluione hominis aliquammodo consentientis, facta ab alio in aqua, & in uerbis certis, simul ab eodem ablute cum debita intentione prolatis. vel, Baptismus est abluio hominis aliquammodo consentientis facta ab alio simul uerba certa cum intentione debita proferente, significans efficaciter ex institutione diuina abluionem animæ à peccato. In qua definitione omnia includuntur, quæ ad Baptismi Sacramentum conficiendum sunt necessaria: id est abluio in aqua, sub debita forma uerborum, intentio ministri conferentis, & diuini mandatum, seu diuina institutio. & effectus pariter illius describitur, cum dicitur significans abluionem animæ à peccato, quia baptismi effectus est remissio omnium peccatorum, quod ad culpam, & poenam. Sectarij cum quibus disputamus hanc definitionem uniuersaliter non recipiunt, errant enim circa effectum illius. Cum itaque præfatum errorem inferius reijcimus, eodem tempore hanc esse veram, & illorum falsam definitionem simul ostendemus.

Quantum ad formam baptismi de facto non errant Sectarij, cum baptismum conferant sub uera forma, dicentes; *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Sed tantum circa necessitatem prædictæ formæ; nam Lutherus, Zuinglius, & Brentius, licet consueta forma conferendum esse dicant, tamen ad substantiam baptismi putant non esse necessariam, sed sufficere ut baptismus in nomine Domini detur, vel saltem in Dei nomine suscipiatur: quod tamen

Septem errores habet Sectarij in doctrina de Sacramento Baptismi.

Baptismus tria significat, immersionem, illuminationem, & lotionem.

Quid sit sacramentum Baptismi.

Circa formam Baptismi Sectarij non errant, sed circa necessitatem illius decipiuntur.

mentis fallum est, & infra in primo Concilio...
Sunt autem baptismi necesse est medium ad salu-
tem non affirmant; quia dicitur esse signum, &
sigillum justificationis, quia continentur per actum huius
habetur, & non per Sacramentum: Et est ratio et
vernum symbolum, nullum dicens ordinem ad Be-
gnum Calorum, ut innotuit Videtur apud V. A. G.
sem tom. 2. cap. 96. Zuvinglius lib. de vera, & falsa
Religione, & Martinus Buccerus in cap. 3. Mathei.
Veritas autem Catholica est, Baptismus esse neces-
sarium tanquam medium, quo quis iustificatur, &
potest in Regnum Calorum introire; iuxta quem
sensum sic Concil. Trident. contra Sectarios statuit
sess. 7. Cap. 2. Si quis dixerit Baptismum non esse neces-
sarium ad salutem aeternam. Quibus breuiter pre-
missis, pro presentis controuersie statu explicando,
ad veritatis Catholice probationem veniemus.

Prima Conclusio. Forma baptismi necessaria necesse est
necesse est Sacramenti, adeo quod ea remota baptismus
non est Sacramentum, hoc est: Ego te baptizo (vel bap-
tizetur in nomine Christi, & Spiritus sancti) in nomine Pa-
tris, & Filij, & Spiritus sancti: Nec sufficit si tantum
in nomine Domini detur, vel suscipiatur. Probatur
Christus Dominus Matth. 28. Tradens doctrinam &
preceptum baptismi, docet fieri debere cum expres-
sione trium Diuinarum Personarum, dicens: Eun-
tes, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Pa-
tris, & Filij, & Spiritus sancti: Ergo qui aliter bap-
tizatur, non seruata scilicet hac forma expressionis trium
personarum, contra mandatum Christi tradit bap-
tismus: ergo nullius erit valoris. Vltima sequela pro-
batur. Quod fit contra formam instituentis Sacra-
mentum, irritum Sacramentum & effectum illius: Et
remota expressione trium diuinarum personarum
fieret contra mentem instituentis, ergo remota tali
forma seu expressione, non fiet Sacramentum, nec
effectus Sacramenti habebitur.

Secundo probatur. Constantia Ecclesia Orientalis
& Occidentalem semper hanc formam seruasse, cum
expressione trium personarum, et ipse experientia
docet, ergo necessarium faciendum est ab Apostolis Ec-
clesiam hoc habuisse mandatum: iuxta regulam Au-
gust. lib. 4. de baptismo: Quod uniuersa tenet Eccle-
sia: una Concilio institutum, sed semper retentum, et
non nisi auctoritate Apostolica, in aduim, restitutum er-
ditur. Cum igitur sit Christi mandatum, & Aposto-
lorum doctrina: vanum est ad hanc baptismum, va-
lidum esse sub alia forma non expressiuam trium diu-
narum personarum.

Tertio probatur testimonio, Concilii, Constantia
Can. 7. qui habetur apud Sax. con. ubi dicitur Hære-
ticos, qui errant circa mysterium Trinitatis, & ad Ec-
clesiam redeunt, baptizandos esse: eo quod baptismus
eis collatus ab hæreticis, non sit, validus, & hæc eadẽ
doctrina habetur apud Augu. lib. de Ecclesiast. dog-
matibus cap. 3. tom. 3. ubi sic ait: Baptisma unum
est, sed in Ecclesia, ubi una fides est, ubi unum nomine Pa-
tris, & Filij, & Spiritus sancti datur. Et ideo si qui apud
alios hæreticos baptizati sunt, qui in Sancta Trinitate
confessione baptizati, & veniunt ad nos, recipiuntur qui-
dem, ut baptizati, ne Sancta Trinitas inuocatio, vel con-
fessio annullentur: sed doceantur integre, & instruantur
quo sensu sancta Trinitas in mysterium in Ecclesia teneat-
ur: & si senserint: & credere, vel acquiescere con-
suerint, purgati iam fidei integritate confirmantur, manuum
impositione. & paulo post. Illos autem qui non sunt

... baptizati, non debent proinde...
Naghe enim credendum est, quod fuisse bap-
tizati, qui non in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
sancti, sed in nomine Domini positi sunt, sicut
fuit Paulus, Praxilla, Dorcas, & alij, qui
uocantur Bonosium, Phoinicum, Montanum, &
alios, & alios, qui in nomine Domini positi sunt, sicut
origini sue ordini pestes, quo duo principia sibi ignota
introducunt: ut Cerdon, & Marcion: vel contraria,
ut Manichæus: vel ut uel Barbara; ut Setianus, &
Theodosius, & alij, ut Valentinus: vel Christum
Dominum fuisse absque Deo, ut Cerinthus, Hebion,
& Artemon, & Phormus. Ex istis manum, si quis ad
nos uenerit, non recipiendum ab eis, uel in nomine
sine an no, sed hoc tantum, si credant in Ecclesia
& baptizentur Ecclesiastico baptismo.

Gregorius lib. 9. Epistolarum, Epist. 61. to. 2. ait.
In uera Heretico, quoniam Trinitatem non inuenit bap-
tizantur, cum ad sanctam Ecclesiam ueniunt baptizan-
tur, quia baptismus non fuit, quod in errore positi, in sac-
ta Trinitate nomine in nomine interpretantur, hoc est hoc
ipsum baptismus dicitur ueratum; quod sicut dictum est, in
Trinitate nomine non erat datum.

Secundo Conclusio. Sacramentum baptismi est
medium necessarium ad iustificationem, & salutem
æternam consequendam. Probatur. Illud est mediũ
necessarium ad salutem, quod iustificat, dans scilicet,
remissionem peccatorum, & remissionem peccatorum:
baptismus est huiusmodi, ergo baptismus est mediũ
necessarium ad iustificationem, & salutem æternam
consequendam. Maior patet. Minor probatur. Act. 2.
Baptizetur unusquisque in nomine Iesu Christi in remis-
sione peccatorum, & accipietis donum Spi-
ritus sancti. & cap. 2. Et uerba, & baptizare, & ablue
peccata tua, inuocato nomine ipsius. ad Tit. cap. 3. Se-
cundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum
regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effu-
dit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nos-
trum; ut iustificati gratia ipsius, heredes sumus secundum
spem uitæ æternæ: Ergo baptismus dat gratiam Spi-
ritus sancti, & remissionem peccatorum, & consequen-
ter est medium necessarium, ad iustificationem, & sa-
lutem.

Secundo probatur. Conclusio Sanctorum Patrum
testimonio, August. de fide ad Petrum lib. vno to. 3.
inquit. Quomodo dicitur ex illo tempore, quo Saluator
nostrer dixit, si quis remissum non fuerit ex aqua, & Spi-
ritu sancto, non potest introire in Regnum Dei: huius Sa-
cramento baptismati præter eos, qui in Ecclesia Catho-
lica sine baptismate pro Christo sanguinem fundunt, nec
Regnum Calorum potest quisquam accipere, nec uitam
æternam, & quia sine in Catholica Fide, sine in hæc quæ-
cumque, uel schismate, quisquam in nomine Patris, & Fi-
lij, & Spiritus sancti baptismate Sacramentum accipere
integrum Sacramentum accipit: sed salutem, quia uer-
tum est Sacramentum, non habet si extra Catholicam Ec-
clesiam ipsum Sacramentum habuerit.

Chrylost. Homil. 116. in Psal. 22. tom. 1. ait. Et
aqua Catholica in qua ostenditur fons æternus, qui refecit,
id est uitam facit, quomodo generatio, & regenera-
tio reficit animas, quia innotat in fide. Abluit fons
solus ueraciter, eadem facit aptum, ac palam ueterum
baptismum, cum actibus suis, induens nauum eum, qui sa-
crandum Deum creatum est: Hæc aqua primum ueraciter
innotat, sed eum est ad Elementum accipere Spi-
ritum sanctum, sit Sacramentum: & idem nomen est aqua
potationis.

Forma Baptismi
cum expressione
trium diuinarum
personarum est
necessaria neces-
sitate Sacramenti

Testimonium
Ecclesie uniuersalis,
Occidentalis,
& Orientalis.

Sacramentum
Baptismi regula-
riter est medium
necessarium ad ius-
tificationem, &
salutem æternam
consequendam.

Testimonium
ueterum Sanctorum
Patrum.

peccationis, sed sanctificationis: non oris aqua communis, sed refectio. Per ipsam aquam eductus purgatus facit perfectus ratione claratus. Et gratia, illuminans et replens eos, ut ubi abundauerat peccatum, faceret diuites in gratia.

Ambrosius lib. 2. de Abraham cap. 11. tom. 1. ait. Ergo, et Indam, et Graem, et quicumque credideris, debet scire se circumcidere a peccato, ut possit saluus fieri et domesticus, et alienigena, et iustus, et peccator, circumcidatur remissione peccatorum, et peccatum non operetur amplius: quia nemo ascendit in Regnum Calorum, nisi per Sacramentum baptismatis. et lib. de Elia, et ieiunio cap. 22. tom. 1. ait: Nemo enim nisi per aquam, et spiritum ascendit in Regnum Calorum. et paulo post. Nonne hoc dicit, qui excusas se a baptismo? Ad quam gratiam vocaris homo? Purgaris, et non exuretur; sanaris et non doles; reformaris, sed non dissolueris; istum mortem non excipis, et resurgis.

Hieronymus in Psalm. 65. tom. 7. inquit: Ergo sicut tunc ha aqua ipso duce diuisa populo uiam in terram repromissionis aperuerunt; ita nunc nos si baptismum non polluamus, per ipsum abluti praecunte eo in quo renati sumus in regionem uiuorum ingredimur.

Tertia Conclusio. Absque Sacramento baptismi infantes saluari non possunt. Conclusio est contra Caluinum asserentem in Antidoto Concilij ad sess. 6. cap. 5. et lib. 4. instit. cap. 16. §. 24. et 25. paruulos fidelium etiam sine baptismo esse sanctos, et membra Ecclesiae, et si moriantur saluari. Probat. Qui sunt filij irae non saluantur, ac infantes non baptizati sunt filij irae, ergo non saluantur, si in ea etate moriantur. Minor probatur ad Ephel. cap. 2. Erasmus, et natura filij irae sicut, et ceteri. Super quae uerba Apostoli, inquit August. Tract. 44. in Ioannem circa initium. Quandoquidem Apostolus uisus uigente propheta dicitur sumus, et nos aliquando natura filij irae sicut et ceteri, si filij irae, filij uindictae, filij pernae, filij gehennae; quomodo natura, nisi quia peccante primo homine, uisum pro natura uoluit. et de uisum pro natura uoluit, secundum mentem, omni homo carnis natus est.

Et Dauid in Psalm. 50. inquit. Ecce anima iniquitatem conceptus sum, et in peccatis concepta mater mea. et de hac eadem culpa originali, inquit Apostolus ad Rom. 5. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Cum igitur ob primi parentis culpam, omnes fuerint constituti peccatores, ut subdit Apostolus eodem loco, sic. Sicut per unum delictum in omnes homines in condemnationem. Necessario sequitur absque Sacramento baptismi pro quibus quisque iustificatur, infantes saluari non possunt.

Quod autem culpa Adae omnes homines eos obligauerit, adeo quod quisque nascatur peccator indignus beatitudine, et aeternae poenae addictus, manifestum est in Scripturis sanctis, non tantum in locis supra citatis, sed etiam Genesis cap. 3. ubi sic legitur de praeccepto, et necessitate circumcisionis. Masculus cum praepit caro circumcisa non fuerit, dabitur anima illa de populo suo: quia pactum meum uisum fecit. Quod enim pactum infans octo dierum potest irritum fecisse, ita aeterna poena sit dignus? certe non aliud pactum, praeter illud quod legitur Genesis cap. 2. Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiae boni, et mali, ne comedas; in quocumque enim die

comederis ex eo, morte morieris. et de hac culpa inquit Apostolus ad Romanos 5. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. et poena. Sicut per unum delictum in omnes homines in condemnationem, et cetera. Praeterea poenae, et maledictiones quae Adae immissae fuerunt ob transgressionem diuini praeccepti, sunt actu super omne genus humanum; ergo, et eius culpa pariter erit in omnibus hominibus. sequela patet, quia poena supponit necessario culpam.

Secundo probatur ex Isaia cap. 43. ubi legitur de Adamo, de eius culpa, ac de poena quam illa induxit, et simul de medela per baptismum inducenda, sic. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam, et iudicemur simul: narra si quid habes ut iustificeris. Pater tuus primus peccauit, et interpretes tui praenati sunt in me. Et contaminasti Principes sanctos, dedi ad interitionem Iacob, et Israel in blasphemiam. et nunc audi Iacob serue meus et Israel quem elegi. Hac dicit Dominus faciens et formans te, ab utero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, et recitissime quem elegi. Effundam enim aquae fontem, et fluentia super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, et benedictionem meam super stirpem tuam.

Tertio probatur veterum Patrum testimonio. August. lib. 1. de peccatorum meritis, et remiss. contra Pelagianos cap. 16. tom. 7. inquit: Potest promissa recte dici paruulos sine Baptismo de corpore exentes, in damnatione omnium iustissima futurorum, multum autem fallit, et fallitur qui eos in damnatione praedicat non futuros, dicens Apostolo. Iudicium est una delicto, in condemnationem: et paulo post. Per unum delictum in omnes homines ad condemnationem. Quando ergo peccauit Adam non obediens Deo, tunc eius corpus quantum esset animale, atque mortale, gratiam perdidit, qua cum animam omni ex parte obediens, et cetera. et cap. 17.

Quapropter qui dicunt paruulos ideo baptizari, ut hoc eis remittatur quod in hac uita proprium contraxerunt, non quod ex Adam traduxerunt, non magno molimine uelutandum sunt, et cetera. et cap. 28. Sine ista ergo regeneratione saluus in aeternum posse paruulos fieri, qui audeat affirmare, tanquam non pro eis mortuus sit Christus? Eadem Christus pro impijs mortuus est. Ista, quoniam quae ut manifestum est nihil in sua propria uita impie commiserunt, si nec originaliter delicto impietatis uinculo detinentur, quomodo pro eis mortuus est, qui pro impijs mortuus est? Si nulla originalis peccati agitudine sauciati sunt, quomodo ad medicum Christum, hoc est ad percipiendum Sacramentum salutis aeternae suorum currentium pro timore portauerunt, et non eis in Ecclesia dicitur: Auferite hinc innocentes istos, non est opus sanis medicum, sed male habentibus. Non uenit Christus uocare iustos, sed peccatores. et cap. 25. inquit. Nemo qui audeat dicere non esse Christum infantum Saluatorem nec Redemptorem? Unde autem saluos facis si nulla in eis est originalis agitudine peccati? Unde redimit si non sunt per originem primi hominis uenudati sub peccato? Nulla igitur ex nostro arbitrio praeter baptismum Christi salutis aeternae promittitur infantibus, quam non promittit Scriptura diuina, humana omnibus ingenijs praeferenda.

Omnis poena supponit culpam.

Testimonium veterum Sanctorum Patrum.

Infantes absque Sacramento Baptismi non saluantur.

Culpa Adae omnes homines constituit peccatores reos gehennae, et excludit an beatitudine.

Ambrosius lib. 2. de Vocatione Gentium cap. 8. to- mo 4. inquit. Unde cum omnes homines velis Deus saluus fieri, quod est quod alienatur a salute perpetua nona infansim multitudine, tota in his atatum hominum nulla exita vitam relinquuntur aternam. & paulo post: Quia hoc profundum, quod mirabilis esse potest; neque credi fas est, eos qui regenerationis non adepti sunt Sacramentum, ad vltimum bonorum pertinere conferuntur, &c.

Chrysostomus Homilia de Adam, & Eus, tomo primo ait. Ergo ideo predicat Ecclesia Catholica ubique diffusa debere paruulos baptizari propter originale peccatum, quia filios procreare ex precepto Dei venit; Cupiditas vero, qua facit filios procreare ex peccato peccati venit. Ideoque ille clamabat sanctissimus, & bene clamabat: in iniquitatibus conceptus sum, & paulo post. Sed quia ipsa conceptio sine carnis cupiditate non fuit, ideo dixit de transgressione peccati: venio in originali cupiditate, ut baptismus paruulorum abluat omne originale peccatum.

Hieronymus in Comment. Psalm. 118. tom. 7. super illud. Præuaricantes reputant omnes peccatores terra. Opstando dicit Propheta in persona Ecclesia: quia ante aduentum Christi præuaricatores erant, qui sub debito tenebantur propter præuaricationem primi hominis Adæ, & omnes ad Infernum descendebant, etiam ipsi infantes ad infernum descendebant: quia propter illud debitum præuaricatores reputabantur, nisi per baptismum ab his remitterentur. Et modo qui non sunt baptizati ad infernum descendunt.

Quarta Conclusio. Absque Sacramento Baptismi saltem in voto ad vitam saluari non possunt. Probat ex mandato Dei manifesto Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in Regnum Dei. Quæ verba exponens Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis, & remissionibus contra Helagianos ep. 30. tomo 7. inquit:

Iam nunc scrutemur diligentius quantum adiuuat Dominus, etiam ipsum Euangelij capitulum: ubi ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non intrabit in Regnum Dei. Quæ ista sententia, nisi interpretetur; omnino paruulos nec baptizandos esse conserens. Sed quia non minus inquitur, nisi qui renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non habebit salutem, vel vitam æternam; tantummodo autem sem dixit, non intrabit in Regnum Dei; ubi paruuli baptizandi sunt, et secundum verbum Christi in Regno Dei, ubi non erant sub baptizati non fuerunt; quoniam, & sunt baptizati, si paruuli uocantur, salutem vitamque æternam habent, sicut quod vitam nullam peccati vinculo subiecti sunt. Hæc dicentes, primo nunquam explicamus, quia per baptismum nullum peccatum habent. Imago Dei, separatur a Regno Dei: deinde uideamus uicium Dominus Iesus unus & solus magister bonus, in solo ipsa Euangelica lectio non significauerit, & ostendit, nam nisi per remissionem peccatorum facti, et ad Regnum Dei perueniant baptizati, quomodo recte intelligemus sufficere debuerit quod dictum est, nisi qui renatus fuerit deus, non potest uideri Regnum Dei. Et nisi qui renatus fuerit ex aqua, & Spiritu, non potest introire in Regnum Dei. Cur tunc nascatur deus, nisi renouandus? Unde renouandus nisi a ueritate? Quæ ueritas, nisi in qua ueritas homo noster simul crucifixus est cum illo, & crucuetur corpus peccati? Aut unde Imago Dei nomi-

intrat in Regnum Dei, nisi impedimento prohibente peccati?

Quibus uerbis refellitur, quod somniauit Caluinus cum cæteris Sectarijs aquam scilicet hic lumen dam esse, ut epithetum Spiritus, eò quod Spiritus purget animam, ad modum aquæ, quæ purgat materiales sordes, quod quam falsum sit, & inane patet, primo quia de facto baptismus confertur per aquam naturalem, & ueram; & baptismus ipse ubique dicitur regeneratio, mundatio, & lauacrum; cum igitur de facto detur in aqua naturali, cur ibi aqua mysticè sumi debeat ratio non apparet. Secundò; cum per Sectarios in iustificatione non tollantur peccata, sed tantum tegantur, sordetque criminum maneat: cur nunc dicunt, spiritum purgare animam sicut aqua, materiales sordes? Extremum aqua uerè tollit sordes materiales, & non tegit illas, ergo secundum doctrinam eorum, hæc expositio non subsistit: imò sibi contradicit.

Nec ualet occurrere cum Caluino in Antidoto Concil. Triden. Basilium lib. 4. de Spiritu sancto cap. 15. per aquam mortificationem intelligere; quia Basilus supponit iuxta litteram aquam naturalem; & mysticè deinde querit cur per aquam? & respondet, quia aqua mortificationem significat peccatorum.

Zuinglius in cap. 1. Marci per baptismum intelligit conuersionem, ut notauit Cardinalis Bellarm. lib. 1. de Sacramento Baptismi. cap. 4. Brentius in cap. 3. Matthæi, uerba illa, Nisi quis renatus fuerit, &c. exponit de penitentia, ita ut sensus sit. Nisi quis penitentiam egerit non introibit in Regnum Cælorum. Ioannes Wiclef ex Waldensi tom. 2. cap. 101. per aquam ipso citato intelligit aquam illam, quæ fluxit ex Christi latere, ut sensus sit, nisi quis renatus fuerit ex aqua, quæ fluxit ex meo latere, id est ex passione mea, &c. Sed mirum est cur non exponat etiam de celatris uel uino: quia Scriptura dicit Genes. 49. Danubius in uino stabit super. Psal. 105. Ut unum sacrificet cor hominum. Proverb. 9. Bibite uinum, quod miscui uobis. Cant. 5. Bibite & inebriamini charissimis. Nam si licet uerba Scripturæ tam aperte ad alium sensum uertere, licebit etiam locum illum ad illud, quem Sectarij concidunt, sic intelligere. Ad inquam est sacra Scripturam extra uerborum proprietatem exponere, & intelligere, nisi conuicti simus, ut fugiat quod absurdum, quod sequeretur; estque huiusmodi propositio axiomatodempium Theologorum. Alio omnibus liceret ad libitum nouo componere sensus sacra Scripturæ, & omnia etiam loca aperta de prauare, nec aduersarij possunt aliquod ostendere absurdum, quod sequatur, si per aquam ibi intelligatur aqua naturalis, nisi quia hinc refellitur est iam hæresis.

Ad id quod si hic per aquam non intelligamus aquam naturalem, difficile erit statuere Sacramentum Baptismi constare ex aqua, quod tamen affixant hoc tempore omnes Catholici, & hæretici, ut optime uocat Cardinal. Bellarm. loco citato. Nam cetera loca Scripturæ, ubi fit mentio aquæ in baptismo, ut Act. 8. & Ephel. 5. Probant quidem posse homines baptizari aqua, sed non probant non posse baptizari alijs etiam liquidibus. Et præterea poterunt ea loca deorsum quasi ad metaphoras non minus, quam iste. Rude igitur Concil. Trid. sess. 7. Can. 2. anathema dicit

Occurrit Caluini refellit.

Expositio Sectarios calumnes

Baptismus saltem in voto, est simpliciter necessarius ad salutem.

dicit omnibus, qui hunc locum Euangelij detorqueant ad metaphoras, & non intelligunt de vera, & naturali aqua, ut verba sonant. Hoc tamen argumento adhuc probo illum locum Ioannis 3. debere intelligi de vero Sacramento baptismi.

Baptismus in Scripturis dicitur regeneratio, ut legitur ad Titum 3. *Secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti.* Ergo baptizari est regenerari, & renasci. Cum ergo inquit Saluator Ioannis 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei.* idem pronunciauit, quod Apostolus ad Titum loco citato docuit: si ergo Apostolus loquutus est ad Titum de Sacramento baptismi: ut etiam omnes Sectarij de facto concedunt: de eodem loquutus etiam erit Saluator Ioan. 3.

Testimonium veterum Sanctorum Patrum.

Probatur tandem Conclusio testimonio veterum Patrum. August. lib. de fide ad Petrum Diaconum, cap. 3. tom. 3. *Ad quod Regnum diuersis temporibus per Sacramenta, qua ad fidem incarnationis sua Christus instituit, illi perueniunt, quos Deus gratis nullo bona voluntatis, vel boni operis merito precedente saluauit. Quemadmodum ex illo tempore, quo Saluator noster dixit, si quis renatus non fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in Regnum Dei, absque Sacramento baptismati prater eos, qui in Ecclesia Catholica sine baptismate pro Christo sanguinem fundunt, nec Regnum Celorum potest quisquam accipere nec vitam aeternam, &c.*

Et lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione, contra Pelagianos cap. 23. tom. 7. ait. *Domini nostri Iesu Christi medicinalis aduentus non est opus sanis, sed agrotantibus, quia non venit vocare iustos, sed peccatores: in cuius regnum non intrabis nisi qui renatus fuerit ex aqua, & Spiritu; nec prater Regnum eius salutem ac vitam possidebis aeternam, &c.*

Ambrosius lib. de vocatione Gentium cap. 5. tom. 4. ait: *Nec opus esset per aquam, & spiritum renasci, si per mandatum sufficeret erudiri. & euacuaretur fides, qua credit per baptismum omnia peccata dimitti, si gratia non malis, & impijs, sed bonis; & rectis doceretur imponi. Ergo itaque vera vita veraque iustitia in regenerationis est posita Sacramento, ut ubi homo renascitur, ibi etiam ipsorum virtutum veritas oriatur.*

Gregorius lib. 4. Moralium in 3. cap. Iob cap. 2. tom. 1. inquit: *Quisquis enim regenerationis vnda non soluitur; reatu prout vinculis ligatus tenetur. Quod vero apud nos valet aqua baptismati: hoc egi apud Veteres, vel pro parualis sola fides, vel pro maioribus virtutis sacrificij; vel pro his qui ex Abrahæ stirpe prodierant mysterium circumcisionis. Nam quia unusquisque cum primi parentis culpa concipitur. Propheta testatur dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis conceptus me mater mea; & quia is quem salutis vnda non diluit originalis culpa supplicia non amittit, aperda per semetipsam veritas perhibet, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non habebit vitam aeternam.*

Chryostomus Homil. 16. in cap. 1. Ioannis tom. 3. ait. *Hoc enim caput, & sors omnium bonorum relinquatur, ut scilicet qui baptizati sunt digni essent Spiritu sancto.*

Et Homil. super Cap. 3. 2. Cor. tom. 4. ait. *Per litteram autem hoc loca legem intelligit qua peccatores*

antes supplicio afficiebat, per spiritum autem gratiam baptismi, qua n, qui a peccato interempti sunt ad vitam reuocantur.

Et Homil. 26. in Cap. 3. Ioannis tom. 3. inquit. *Siquidem hac duo maxime ineffabilem Christi in nos amorem praeferunt, & quod pro inimicis passus sit, & mortuus: per baptismum integram peccatorum veniam largitus sit.*

Et Homil. 40. in cap. 17. Genesis tom. 1. ait. *Notra autem circumcisio, vel baptismatis inquam gratiam medicinam habet citra dolorem, & innumera bona nobis affert, & Spiritus sancti gratia nos implet, & nullum desinitum habet tempus sicut illic: sed licet & in prima, & in media, & in ultima aetate hanc non mansuetam circumcisionem recipere, in qua non sustinetur labor, sed peccatorum deponuntur onera, & remissio inuenitur omnium peccatorum, qua per totam vitam gesta sunt. Quippe cum Deus vidit grauem nostram infirmitatem, & quod agrotarem incurabiliter, summaque indigeremus medicina, ac misericordis dispensans nostram salutem, largitus nobis, per lauacrum regenerationis inuocationem, ut deposito homine vetere, hoc est operibus malis, & induti nouum, in viam virtutis eamur.*

Superest nunc, ut obiectiones Aduersariorum in medium afferamus, & soluamus. Contra primam Conclusionem Prima Obiectio. Apostoli Act. 8. Baptizabant in nomine Christi: sic enim legitur: *Cum vero credidissent Philippo Euangelizanti de Regno Dei, in nomine Iesu Christi baptizabantur viri, ac mulieres.* & Act. 10. *Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi.* & cap. 19. *His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu.* Ergo licet baptismus non conferatur cum expressione trium diuinarum personarum, validus erit.

Respondeo, baptizare in nomine Iesu, locis citatis, non esse baptismum conferre tantum in nomine Christi, absque expressione diuinarum personarum; sed conferre baptismum institutum à Christo Domino: ad distinctionem baptismi, quem praedicauit Ioannes. Patet hoc. Act. 19. ubi legitur Paulum quosdam discipulos interrogasse, an Spiritum sanctum acceperint, qui responderunt se, neque si Spiritus sanctus est audiuisse. Tunc Paulus. in quo ergo baptizati estis, qui dixerunt in Ioannis baptismate: dixit autem Paulus, *Ioannes baptizauit baptismum penitentiae populum dicens, in eum qui venturus esset post ipsum ut crederent, hoc est in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu:* Ex quibus patet baptizari in nomine Iesu: nil aliud esse, quam accipere baptismum non Ioannis, sed quem Iesus Christus dedit. At talis datur cum expressione trium personarum, ut ipse Dominus docuit Matth. 28. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti:* Baptizare itaque in nomine Iesu, non est cum omissione inuocationis trium personarum, ut obiectio infert, sed baptizare baptismum à Christo Iesu institutum: quem Scriptura baptismum in nomine Christi, tantum ad distinctionem baptismi Ioannis, appellat.

Secunda Obiectio. Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 3. quem sequuti sunt Beda in cap. 10. Actuum. Bernardus Epist. 140. ad Henricum. Hugo de Sancto Victore lib. 2. de Sacramentis, par. 2. cap. 2. Petrus Lombardus in 4. Sent. dist. 1. & Nicolaus

Baptismus in nomine Christi dicitur ad distinctionem baptismi Ioannis: non autem ad excludendam inuocationem trium diuinarum personarum.

colaus Papa in Epist. ad Bulgares, vt habetur Cap. A quodam Iudæo. de consecrat. dist. 4. docere videtur sufficere inuocationem, & expressionem vni tantum personæ diuinæ, ac præcipue Christi Domini; ergo falsa Coclusio, quæ docet necessariam esse simpliciter expressionem trium personarum.

Huic obiectioni respondeo quod omnes Theologi sequuti hanc Ambrosij expositionem super acta. Apostolorum, dixerunt Apostolos in primitiua Ecclesia, verè baptizasse in nomine Christi Iesu, absque expressione trium personarum, & asserunt, eos tunc vsos esse tali forma dispensatiuè, ad hoc vt nomen Christi promulgaretur; cessante autem causa dispensationis, non esse amplius tali forma vtendum. & pro huius reiresolutione adducit ea quæ subtilis Doctor Ioannes Scotus Ordinis Minorum in 4. dist. 3. quæst. 2. docet. Quid ergo? Non audeo dicere, quod baptizatus hodie in nomine Christi esset baptizatus. Sed nec audeo dicere, quod non esset baptizatus, quia non lego vbi fuerit illa dispensatio, reuocata. in hoc ergo casu reputo dubium, an talis sit baptizatus. circa istum autem tale remedium habendum est, sicut vniuersaliter in alijs dubijs adhibetur. De quo extra de Baptismo, & eius effectu; de quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizentur verbis istis præmissis, si baptizatus es non baptizo te, sed si non es baptizatus, ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et vniuersaliter in omnibus dubijs quantum ad materiam, & formam, sunt tres maximæ; prima est ista. si possibilitas adest, via tutissima est eligenda. Secunda, si non adest possibilitas, via tutissima proxima est tenenda. Tertia est ista. Cessante impossibilitate, cautè est supplendum, quod impossibilitas prohibebat.

Hæc tamen doctrina Theologorum Catholicorum non fauen Sectarijs assensibus baptismum in nomine Domini sufficere, absque illa expressione, vel Christi Iesu, vel diuinarum personarum; quia aliud est nomen Christi Iesu, & aliud nomen Domini solum; quia nomen Iesu Christi personam diuinam continet implicitè, & redemptionem humani generis, at nomen Domini est quid nimis commune, & vtuntur hoc nomine etiam Ethnici.

Contra tertiam, & quartam Conclusionum. Prima Obiectio. Genes. 17. Dixit Dominus Abraham. Et statuum. pactum mecum inter me & te, & inter seminem tuum post te in generatombus suis sicut dicit sempiterno: ut sim Deus tuus, & seminis tuo post te. Præmissis itaque Dominus Abraham, omnes descendentes ab illo futuros populum Domini; sed nos per Christum successimus posteritati, Abraham, quia Christus solus inæternus, quæ nos separabat à populo Dei, ergo omnes, qui nascuntur à Christianis sunt fideles priusquam baptizentur; non est ergo baptismus necessarius simpliciter.

Huic obiectioni optime respondet. D. Cardinal. Bellar. loco supra citato. cap. 4. promissionem illam non fuisse remissionis peccatorum, sed peculiaris protectionis, & gubernationis, & vtriusque felicitatis; tamè sensu quodam mystico fuisse etiam spirituales promissiones remissionis peccatorum, ac vitæ æternæ, & ad nos pertinere: sed ad nos descendere non per carnalem generationem parentum, sed per spirituale regenerationem Christi. Nam Apostolus Rom. 4. & Gal. 3. & 4. aperte docet eos esse verè Abraham filios; non qui sunt filij carnis, sed qui sunt filij fidei; id est qui imitantur fidem Abraham. Tunc

ergo incipimus secutum Apostolum esse filij Abraham, cum incipimus esse fideles: quod paruuli non faciunt nisi cum baptizantur, illis enim baptizari est credere, vt dicit August. lib. 1. de peccat. meritis, & remiss. cap. 27. & præterea ratio idem docet, nam per carnalem generationem non possumus fieri filij Abraham, cum parentes nostri ab Abraham non descendant; sed quia Christus verè fuit filius Abraham, tunc, & nos incipimus esse filij Abraham, cum incipimus esse Christi filij, vel fratres; id autem certum est non fieri nisi per baptismum. Vnde Ioan. 1. Qui non est sanguinis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus sunt, & cap. 3. oportet vos nasci denum. Vide August. Epist. 200. ad Aellicum. Hæc Bellar. .

Secunda Obiectio. Apostolus. 2. Cor. 7. inquit, Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, et hic consensus habitare cum illa, non dimittat virum: sanctificatus est enim vir infidelis, per mulierem fideliem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fideliem: alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Ergo filij vnius parentis Christiani sancti sunt sine baptismo, sed ea tantum ratione, qua sunt filij aliterius fidelis seu Christiani, vt inquit Apostolus.

Respondeo, per ipsam proportionem, & similitudinem, quam ponit Apostolus: ait enim, Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fideliem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fideliem. Sed quomodo hoc potest fieri? An putas quod mulier infidelis sanctificetur per virum fideliem si mulier permanferit in infidelitate, & Christianam fidem non amplectatur; & contra; vir infidelis sanctificari possit per mulierem fideliem, si vir in sua infidelitate steterit? Hoc autem asserere impium est, & inane. quid ergo Apostolus præfatis verbis docuit? Nil aliud nisi quod occasione coniugij, & cohabitationis, infidelis ad fidem conuertitur: & ad persuadetur ex eo, quod licet inter eos sit Religionis disparitas, tamen infidelis à fidelis separari non vult; & sic desiderium habet ostendæ Christianam fidem recipiendi. Cum inquit sequitur, alioquin filij vestri immundi essent, puta infidelis, nunc autem sancti sunt, sic necessarium debet intelligi, alioquin filij vestri immundi essent, id est non mundati lauacro in verbo vitæ, id est non baptizati; nunc autem sancti sunt, scilicet baptizati & Christiani; ratio est, quia sanctus, & vocatus Christianum baptizatum significant in Epistolis Pauli: patet hoc 1. Cor. 1. Ecclesia Dei quæ est Corinthi, sanctificata in Christo Iesu vocata sancta. 2. Cor. 1. Ecclesia Dei quæ est Corinthi cum omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia. ad Ephes. 1. Paulus & Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei quibus sanctus, qui sunt in Epheso & fideli in Christo Iesu, & c. Et talis frequentem. cum ergo dicit, Nunc autem sancti sunt, idem est ac si dixisset, quod autem baptizati sunt. docent itaque Apostolus ex experientia hoc verum esse, quia aliqui filij eorum ad quos scripsit, puta Corinthorum, licet essent vel ex matre infideli, & patre infideli, vel ex patre infideli, & matre fideli, erant membra Ecclesie sanctificata per baptismum: & hic est sensus Apostoli. Si tamen impium esset asserere coniugem, sine conversione & baptismo sanctum esse, sic pariter impium esset de eorum filijs idem affirmare. nisi est manifestum.

Et hæc est doctrina Augusti lib. 2. de peccatorum meritis, & remissione contra Pelagianos cap. 27. cap. mo 7. sic enim inquit. Nam & coniuges infidelis in coniugibus fidelibus sanctificari dicunt, eo ipso loco ad loquuntur. Sanctificatur enim vir infidelis in uxor,

Resolatio Doctorum Catholicorum circa baptismum collatum in nomine Christi.

Per eadem gentes sunt filij Abraham, cui factus sunt per promissiones.

Verus sensus dicitur Scripturæ apertus.

et sanctificatur mulier infidelis in fratre, alioquin filij ves-
tri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Non opinor
quisquam tam audaciter intelligit quodlibet his verbis
intelligas ut ob hoc existimes etiam marum non Christianum
quia Christianus fuerit uxor eius, neque baptizari oportere,
et ad peccatorum remissionem peruenisse, et in Regnum
celorum esse intraturum, quia sanctificatus dicitur est
in uxore. Quisquis uero adhuc uouetur quare bap-
tizetur, qui non de baptizati nascuntur, hoc breuiter
accipias. Sicut generatio carnis peccati per unum
Adam in condemnationem trahit omnes qui eo modo
generantur, sic generatio spiritus gratia per unum Ie-
sum Christum ad iustitiam uita aeterna ducit omnes qui
eo modo predestinati regenerantur. Sacramentum
autem baptismi, profecto Sacramentum regenerationis
est. Quocirca sicut homo qui non uixerit, mori non
potest, et qui mortuum non fuerit resurgere non potest:
ita qui natus non fuerit, renasci non potest. ex quo con-
fiscitur uerum in suo parente renasci potuisse non na-
tum. Oportet autem ut si natus fuerit renascatur,
quia nisi quid renatus fuerit datus, non potest uidere
Regnum Dei. oportet igitur ut Sacramento regenera-
tioni, ne sine ulla male de hac uita exeat, etiam par-
tibus nubiatur. Quod non fit nisi in remissione pecca-
torum, quod etiam ipso loco Christum ostendit, cum in-
terrogatus quomodo possent fieri ista, commemorauit
quid Iudas fecerit in exaltatione serpenti. Cum ita-
que per baptismum Sacramento ueritatis Christi conforma-
tur infans, ut a serpente morsu ferendum est libera-
re: sic a Christiana fidei regula uoluntas aberrare. Quae
tamen morsum non in suo uita propria, sed in illo cui
morsum infigitur est, ac exprimit. Neque aliud fallas, quod
si nec parentis post confessionem obijit. propria peccata,
quae magis iniquitas, sibi eius obesse non possunt. Sed
qui hoc sentiunt non attendunt, quia sicut parentis per
hoc quod spiritus renatus est propria peccata non obijit,
ita qui de illa natus est, nisi eo modo renascatur, quae a
parente malitia sunt obijit. Quia et inuicem paren-
tes non ex promissis nouerunt, sed ex reliquijs uoluntatis
carumque gignunt. Et sicut ex pauca uoluntate uoluntatis
morsum uoluntatis peccata carum propagari, dant
morsum uoluntatis hominis dicitur, Sacramento spiritus
et regenerationis omnibus, et c.

Tertio Obiectio. Infantes Iudaeorum, qui ante
octiduum diem moriebantur non poterant circumci-
di, & tamen non est uerisimile eos perijisse. ergo si-
ne circumcissione saluabantur, ac eadem ratio est de
baptismo, qui circumcissioni succedit, infantes qui si-
ne illo moriantur non est uerisimile eos perire, sed
saluari dicendum est.]

Respondeo utique infantes qui ante octiduum
diem moriebantur, non potuisse circumcidi; quod
solum non essent salui; factum tenendum est, nisi
Sacramento contra originale peccatum, quod erat
in lege auctum, & quo utebantur matres quae cum
enim deditur uisum uisum fuerit. hoc omnino probabile
est, quod si filij Iudaeorum 40. annis in deserto
sub Moysse non uisum fuerit circumcissione, ut legitur
Iosue 5. (quod mandauerat Deus, ne in itinere do-
lorum circumcissionis poterantur) & tamen dicendum
non est eos qui in bello praecipue occiderunt danna-
tos esse ob defectum circumcissionis, quia Domi-
nus pro eo tempore abstergerat, quia fortasse Sacra-
mento legis naturae uisum sunt. quod fuit contra origi-
nale peccatum: sic infantes Iudaeorum, qui ante oc-
tiduum diem moriebantur poterant salui fieri, si co-
rum parentes Sacramento contra quod in lege auctum

fuit contra originale peccatum illis applicassent. Te-
pus autem octo dierum positum fuit a Deo ne in-
fantes ob carnis teneritudinem dolore perirent: post
autem octo dies carnes habebant solidiorem. At
in nouo testamento nulla est difficultas, nullumque
periculum in infantibus ob assumptionem baptismi, etiam
eadem hora qua nascuntur, ideo stante firmo decre-
to Christi. Ioannae 3. & Marci ultimo, de necessitate
baptismi, qui eorum uisum, & in cui non confer-
tur, proculdubio non saluatur, ut supra probatum
fuit.

Quinta Obiectio. Si baptismus est necessarius
sine sua culpa infiniti perirent infantes quod alienum
uidetur a Diuina misericordia. sequela patet, quia
multi infantes moriuntur absque baptismo.

Respondeo tales infantes utique perire sine sua
culpa actuali, sed non absque culpa originali, de qua
Apostolus ad Ephes. 2. *Etiam & nos natura filij
ira.* & ad Rom. 5. *per unum delictum in omnes homi-
nes in condemnationem.* & sicut per unum hominum
peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors,
& ita in omnes homines mors pertransiit in qua omnes
peccauerunt. & Iob 44. *Nemo mundus a sordibus, nec in-
fans, cum est unius dies uita super terram.* Itaque
tales infantes in se perirent, scilicet ob culpam origi-
nalem, & August. lib. 1. contra Iulianum cap. 2. to-
mo 7. inquit de hac culpa originali. *Omnes homines
primorum illorum hominum peccato nascuntur obnoxij.*
*Hoc enim qui negat, ipsa Christiana fides subtertere
firmamenta conatur.* & reuera fundamentum Chris-
tianae fidei in causa duorum hominum subijit, puta
Adae & Christi Domini. de quibus Apostolus. 1. *Cor. 15.*
*Per hominem mors, & per hominem resurrex-
it mortuorum, & sicut in Adam omnes moriuntur,
sic & in Christo omnes uiuificabuntur;* Adam uendi-
dit genus humanum per peccatum inobedientiae: Chris-
tus per Passionem illud redemit. consequens igitur
est firmissimum infantes, scilicet qui absque uoluntate
Christi Redemptoris, quae per Sacramenta applica-
tur moriuntur, per culpam Adae actuale, & moti-
tram originale non saluari.

Ad aliud quod tangitur de Diuina misericordia:
dico quod stante miseria totius generis humani iuste
iustitia propter Adae peccatum dicendum est curam
Apostolo ad Rom. 9. *Cur enim mundum uisum fuisse,
aut aliquid boni egressum, aut mali, (ut secundum elec-
tionem propositum Dei maneret) non ex operibus; sed ex
uocantis dicitur est: Quia maior seruet numerus sicut
scriptum est; Iacob dilexi, Esau autem odio habui, quod
ergo dicimus? nunquid iniquitas apud Deum? absit.
Iudith enim dicit. miserere cuius miseror & miseri-
cordiam praestabo cuius miseror. igitur non uoluit
negare curam, sed miserere est Deus. dicit enim.
Scriptura Pharaonis: Quia in hoc ipsum curam te
ut ostendam in te uirtutem meam: & ut amoniam
nomen meum in uisum terra. ergo cuius uisum misere-
or, & quum uisum uisum; dicit itaque mihi; Quod
adhuc quomodo est uoluntas enim eius qui resistit? O
homo in quis es qui respondas Deo? nunquid dicit fig-
mentum ei qui se fitit; Quod uisum fuit? an non
habet potestatem signum huius, ex eadem massa facere
aliud quidem uisum honorem, aliud uero in contumeliam?
& cap. 11. ait. Sicut penitentia enim sunt dona, & uo-
catio Dei, sicut enim aliquando, & uos non credidistis
Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis in propter
incruentatatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt
in uestram misericordiam ut & ipsi misericordiam con-
sequan-*

Sicut infantes In-
dorum absque
circumcissione non
saluabantur, sic
nec infantes Chri-
stianorum sine
baptismo salui
sunt.

Infantes non bep-
tizati iuste dam-
nantur ob culpam
originalem.

Libera est etio ius-
torum non oppo-
nuntur misericor-
dia: nec e contra.

sequantur. conclusit enim Deus, omnia in iniquitate: ut omnia miseretur. O altitudo diuitiarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius? quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarium eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? &c.

Contra quartam Conclusionem Obiectio. Martyrium absque baptismo Sacramento, dat salutem animæ. & similiter baptismus flaminis puræ desiderium efficacis baptismi Sacramenti, sufficit ad salutem: ergo Sacramentum baptismi non est medium necessarium ad salutem.

Respondeo Deum non esse sic Sacramentis alligatum, ut aliquando, & præcipue in casu necessitatis hominem absque Sacramentorum perceptione & sumptione iustificare non valeat: attamen, quia baptismi Sacramentum quod fit in aqua, iuxta præceptum Domini omnibus est necessarium, Martyr qui non est baptizatus debet illud saltem in voto habere, adeo quod illud reciperet, si Tyrannus impedimentum non præberet: quod annuere videtur Conc. Trid. sess. 7. Can. 4. cum dicit. *Si quis dixerit Sacramenta noua legi non esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine eorum voto per solam fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licet omnia singula necessaria non sint, anathema sit*; notet lector illam particulam (aut eorum voto). & sicut si Martyr baptizatus, si in peccatis actualibus existeret, debet Sacramentum penitentia saltem in voto habere, illudque recipere, si possibilitas aduerit; sic Martyr nisi fuerit baptizatus, desiderium baptismi tenere debet. & idcirco Martyriū, & desiderium baptismi dicuntur baptismata, quia Deus ex sua misericordia dat illis effectum baptismi, licet baptismum non suscipiant ex defectu occasionis vel impedimenti positione per Tyrannum. Itaque baptismus cognoscitur semper necessarius regulariter: dummodo non adsit tale impedimentum, quod viribus proprijs superari non possit, quo tempore Deus supplet, quia non est alligatus Sacramentis, ut dictum est.

Dices infantes, si pro Christo occidantur, ut qui ab Herode occisi sunt, Matth. 2. saluantur; & sunt Martyres, & tamen baptismum, vel circumcisionem quæ tenuit locum baptismi in voto habere non poterant, cum usum rationis non habeant vel habuerint, ergo falsum est baptismum Martyri saltem in voto esse necessarium.

Respondeo baptismum esse necessarium adultis in voto, quia illum in voto habere possunt, sed non infantibus, qui votum habere nequeunt. Deus enim ex sua bonitate statuit ut qui mortem corporalem pro ipsius nomine sustinent, sortiantur effectum baptismi, & iustificetur; nec requirit impossibilia, cum igitur impossibile sit, infantes ex defectu usus rationis baptismum in voto habere, sequitur ut ad iustificationem effusio sanguinis eis sufficiat. hac itaq; ratione martyriū dicitur baptismus, quia Deus tunc per illud, effectum baptismi tribuit, puræ remissionem peccatorum, & gratiam iustificantem. a se his omnibus non sequitur baptismum non esse simpliciter necessarium, licet homo quandoque iustificetur per media æquiualentia baptismi Sacramento, ut est martyrium. nec insuper sequitur solum actum fidei ad iustificationem sine baptismo vel martyrio sufficere, ut Sectarij opinantur.

DISPUTATIO II.

De ministro Baptismi.

MOS est Sectariorum ad extrema confugere, in quibuscunque quæstionibus resoluendis, quas aduersus Ecclesiam Catholicam commouerūt: & iure, quia cum sint vitiosæ ac falsæ opiniones, extremitatis locus illis dignè contingit. Nam virtus in medio, & vitium in extremis consistit.

De ministro itaque baptismi differentes, Lutherus vnum extremum; & Calvinus aliud, amplexi sunt. ille lib. de Capt. Babyl. cap. de ordine tuetur etiam Diabolum esse ministrum baptismi, si baptizare voluerit: hic verò non licere neque in casu necessitatis laicis baptizare obstinatè defendit: ita in Antid. Conc. Trident. sess. 7. Can. 10. & lib. 4. instit. cap. 3. §. 10. & cap. 15. §. 20. 21. & 22. At. è contra Ecclesia Catholica inter huiusmodi extrema tenens medium semper docuit ac credit non licere Diabolo aliquando baptizare; ordinariè conuenite hoc minus tantum Ecclesie ministris, & in casu necessitatis etiam laicis. sic enim legitur in Conc. generali Florent. in decreto Eugenij IV. his verbis. *Minister huius Sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare, in casu autem necessitatis, non solum Sacerdos vel Diaconus, sed etiam Laicus, vel mulier, imò etiam Paganus, & Hæreticus baptizare potest, dummodo formam seruet Ecclesia, & facere intendat quod facit Ecclesia.* Et hoc idem prius definierat Nicolaus Papa, ut habetur Can. A quodam Iudæo; de consecrat. dist. 4. idemque habetur, Can. Romanus.

Quæstiones non paucas mouent & resoluunt Doctores Scholastici de ministro baptismi in 4. sent. nos autem cum tantum contra Sectarios disputare statuerimus, eas omittimus, & præsentem disputationem tantum resoluemus, quia hæc tantum viget de ministro baptismi inter nos & illos. Quod autem Dæmon nequeat esse minister baptismi nec exterorum Sacramentorum, iam probatum est lib. superiori de Sacramentis in genere disp. 3. restat, itaque ut in disputatione præsentis tantum opinio Caluini refellatur.

Conclusio. In casu necessitatis licet laicis quibuscunque, etiam mulieribus, baptizare. Probat, & primò de mulieribus. Exodi 4. Sephora vxor Moyse coram Moyse filium suum circumcidit, & sic Moysem à mortis periculo liberauit, quam Angelus Domini illi comminatus est, ut ipsa Scriptura testatur. manifesta autem est baptismum succedere circumcisioni; ergo si licet mulieribus in casu necessitatis circumcidere, licet etiam in tali casu baptizare. Cum autem Sephora dixit, *Sperpsi sanguinem tu mihi ex;* affirmare voluit sponsum suum ob effusionem sanguinis in circumcisione filij sperasse. ideoque vocauit eum sponsum sanguinum, & cum legitur ibi. *Et dimisit illum;* non debet intelligi de Sephora quod dimiserit Moysem; sed de Angelo, quia eum non occidit, eo quod Sephora iam circumcidisset filium suum. neque hoc audeat negare Calvinus, licet probare conetur Sephoram errasse, sed nititur in cassum; quia Scriptura illam minime damnat, imò eam esse dignam laude, affirmare, ratio cogit: quia vitam suam à morte liberauit. si autem

Sectarij loca extrema occupant

Caluinus Lutherum in hac disputatione aduersat.

Baptismus saltem in voto est necessarius ad salutem.

Cur martyriū desiderium baptismi dicuntur baptismata.

In casu necessitatis licet laicis & mulieribus baptizare.

Sephora vxor Moyse circumcidit filium suum.

tam errasset, & actus ille Deo non fuisset acceptus, Angelus Moysen liberum non dimisisset.

Nunc autem probatur laicis licere baptizare in casu necessitatis. Act. 2. In ipso die Pentecostes, cum Spiritus sanctus descendit super Apostolos, & eos qui cum illis erant; in ipsa Petri praedicatione tria milia hominum credidisse legitur: & insuper baptizatos fuisse; at hoc per solos Apostolos factum fuisse non est verisimile, quia Apostoli erant duodecim, & baptizandorum erat magnus numerus; quapropter in tali casu necessitatis etiam 72. Discipulos contulisse baptismum simul cum Apostolis asserere, ipsa ratio cogit: Discipuli autem tunc laici erant; quia Dominus in Cena solos Apostolos secum habuit, eosque tantum ordinavit Sacerdotes; ergo discipuli pro eo tempore laici erant, & licet laici essent, probabile est ipsos baptizasse.

Secundo probatur Augustini testimonio, qui contra Epist. Parmen. lib. 2. tomo 7. inquit. *Quamquam si laicus aliqua perennis dederit necessitate compulsus; quod cum ipse acciperet, dandum esse addidit; nescio an ipse quisquam dixerit esse repetendum. nulla enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est; si autem necessitas urgeat, aut nullum, aut veniale delictum est. sed si nulla necessitate usurpatur, & a quolibet cuiuslibet detur quod datum fuerit, non potest dici non datum, quamvis recte dici possit illicitum datum. Illicitum ergo usurpationem corrigit remissionis, & penitentiae affectus. Quod si non correxerit manebit ad peccatum usurpatoris, quod datum est, vel eius qui illicitum dedit, vel eius qui illicitum accepit, non tamen pro non dato habebitur, neque ullo modo per delictum militem, quod a primatis usurpatum, est signum regale, violabitur, &c.*

Et infra: *Et haec quidem alia quaestio est, verum, & ab iis qui nunquam fuerunt Christiani possit baptismus dari: nec aliquid tamen inde affirmandum est, sine auctoritate tanti Concilii, quantum causa rei sufficit; (nunc autem Generalis Concilii auctoritate declaratum est, ut dictum est supra in initio huius disputationis) & sequitur Augustinus. De iis vero qui ab Ebraeis unum separati sunt nulla iam quaestio est, quin & habeant & dare possint, & quia perniciosos habeant perniciososque eradant, extra vinculum pacis, &c.*

Superest nunc ut obiectiones Calvini solvamus. Prima Obiectio. Saluator Matth. ultimo tantum Apostolis commisit ius baptizandi, dicens. *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, &c.* ergo illis tantum licet baptizare, qui Apostoli successerunt; at laici non sunt tales, sed tantum qui sunt ordinati ministri Ecclesiae ergo, &c.

Respondeo utique Apostolis & successoribus illorum qui sunt Episcopi & Sacerdotes licere tantum ex officio, & solemniter baptizare; & potestate ordinaria; at extraordinarie in casu necessitatis licet etiam laicis, qui Apostolis in tali munere non successerunt, & patet, a simili, nam sicut Saluator eisdem Apostolis dixit eodem loco, *Euntes docete omnes gentes*, & tamen etiam laici docuerunt fidem multas gentes, ut legitur Act. 18. de Aquila, & uxore eius Priscilla, ac de Apolline nec Scriptura illos reprehendit; & similiter Apostolus ad Philip. 1. non damnat laicos illos qui ex contentione Christum annuntiabant, dicens. *Quidam autem ex contentione Christum annuntiant, non sincere, existimantes profueram se suscipere vinculis meis. Quia enim? damnum modo, sine per occasionem, sine per veritatem.*

Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Sic damnare non licet eos qui stante necessitate, extraordinaria potestate baptismum conferunt. Secunda Obiectio. Concil. 4. Carthag. quod fuit probatum a Leone IV. Can. 100. sic ait. *mulier baptizare non praesumat. ergo non licet mulieribus baptizare.*

Respondeo Conc. loqui extra casum necessitatis. Quod utique concedimus: at sicut idem Conc. Can. 99. dicit. *Mulier quamvis docta & sancta, viros in conventu docere non praesumat; & tamen stante necessitate proculdubio posset mulier aliquos infideles morti periculo expositos fidem Christi docere ut salventur; sic a pari stante necessitate, & imminente periculo salutis, licebit mulieri baptizare.* Prudens lector dicat.

Tertia Obiectio. Tertullianus lib. de Virginibus velandis, inquit. *Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere, nec offerre, &c.*

Respondeo Tertulliani mentem ex modo loquenti fieri manifestam, dicit enim. *non permittitur in Ecclesia; ergo intelligit de collatione baptismi solemniter & ex officio; & non pro tempore necessitatis. hoc autem nos non impugnat; tempore enim necessitatis extra Ecclesiam confertur.*

Quarta Obiectio. Epiphanius haeresi 42. quae est Marcionis, inquit: *permittit etiam mulieribus ut dantur baptismum; ergo haeresis est permittere mulieribus baptizare.* Haeresi 79. ait. *Nec Sanctissimae Christi Matri datum esse ut baptizaret, alioquin ipsa potius quam Ioannes Christum baptizasset.*

Respondeo Epiphanium pariter loqui de potestate baptizandi ex officio & solemniter, non autem de potestate privata tempore extremae necessitatis. Certum est enim, mulieribus in Ecclesia coram hominibus minimè licitum esse, imò turpe esse dicimus: at non aliter sentimus, quia stante extrema necessitate, cum nullus vir adest, qui baptismum conferat, & puer vel adultus moriatur, tunc eis licet docemus.

Exemplum & potestas apta ad solvendam obiectionem.

Sententia Catholica multum distat ab haeresi Marcionis.

August. quanti facit decreta Conciliorum.

DISPUTATIO III.

An infantes sint capaces baptismi: seu An liceat illos baptizare. & fidem cum baptizantur habeant, vel recipere possint.

SECTARIOS non habere pro fidei regula Dei revelantem, sed proprium iudicium, ut Apostolus ad Titum cap. 3. de homine haeretico dicitur. *Cum sit proprio iudicio condemnatus: ipsa experientia docet: nam difficile in unam conspirare sententiam eos aliquando in unum. Semper enim vel in affectionibus, vel in modo probandi, vel alio modo discordant: & hoc quia non captivant, iuxta Apostoli momentum, Cor. 10. intellectum in obsequium Christi: sed quaeque fidei Christianam iudicio proprio subternit; & sua voluntati, & libidini accommodat: idque testantur pro nunc variae opiniones circa resolutionem disputationis, quam in praesentia pertractamus. Nam infantes posse baptizari concedunt Lutherani, & Calvinistae, sed negant Anabaptistae. Vt utique Lutherus, & Calvinus aliquando veri-*

Conditiones Sectariorum aperitur.

quod dicitur de

veritatem cum Ecclesia Catholica tenere inueniantur: illicò ad chimericas opiniones intraverunt. Nam Lutherus lib. de captiuit. Babyl. cap. de Baptismo & lib. contra Cocleam anno 23. dicit infantes cum baptizantur vsum rationis habere, & credere, exemplo Ioannis Baptistæ, & per actum illum fidei iustificari. Caluinus verò vt meliorem artificem Lutero se esse ostendat, negat infantes, cum baptizantur vsum rationis habere, & actum fidei. & subdit, si contingat eos mori, licet iustificati non sint, quia actum fidei quæ sola iustificat nõ habent, saluari ex vi æterni decreti de illorù electione, ita asserit lib. 4. instit. cap. 16. §. 18. 19. & 21. Et huiusmodi Lutheri chimeras omnes Lutherani sectantur. & licet illorù quidam aliquo modo illas modificare quærant, vt fecit Conuenticulum Wittembergense, ponens in illis nouos motus fidei & charitatis sine cognitione: tamen in re eadem est opinio, cum ponant actum; & non habitum fidei, & charitatis: & pariter omnes Caluinistæ Caluini sectantur astutiam.

Sententia autem Catholica semper fuit & est, infantes baptizari posse & debere; nec vsum rationis eo tempore habere, nec actum fidei proprium: sed bene alienum. eos autem quibus sine baptismo mori cõtingit, damnatos esse nec esse de electorum numero, vt res ipsa docet. pro cuius firmissimæ veritatis defensione, quatuor ponimus conclusiones.

Prima Conclusio, licet infantes baptizare, & fructuosè baptizantur. Probatur infantes sunt capaces culpæ originalis, quia in Adam omnes peccauerunt, iuxta Apostolum Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* & ibidem, *per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi.* ergo sunt etiam capaces iustificationis per gratiam Christi Iesu quæ per baptismum confertur. consequens probatur, quia gratia Christi non est minoris efficacis; & valoris quàm fuerit vel sit Adæ peccatum; & de facto ita esse probatur per id quod Dominus docuit Matth. 19. Marci 10. & Lucæ 18. *Sinon paruulos venire ad me, saluum est enim Regnum calorum.* & Marcus subdit Dominum eosdem paruulos complexum esse, eisque benedixisse. Hæc autem acta illos paruulos iustificatos esse manifestat, & præcipue cum dixerit; *saluum est enim Regnum calorum.*

Hæc valet occurrere tunc paruulos Iudæorum nondum suscepisse baptismum, & hac ratione eos non fuisse tunc iustificatos, quia saltem circumcisionem acceperant quæ tenebat locum baptismi, & tollebat culpam originalem, & iustificabat, vt legitur Gen. 17. *Hoc est pactum meum quod obseruabitur inter me, & vos, & semen tuum post te: Circumcidetur enim vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me, et vos, & postea. Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.*

Si autem dixerint Anabaptistæ Dominum in personis paruulorum benedixisse innocentiam, & humilitatem paruulorum, non autem ætatem, cum dixerit talium esse, & non horum esse Regnum calorum.

Dicimus huiusmodi occursum esse inanem, quia sicut Isaac, & Ismael allegoricè sunt duo testameta, vt docet Apostolus ad Gal. cap. 4. & tamen his-

toricè duo veri homines fuerunt; sic etiam ætas infantium humilitatis & innocentis est figura, & tamen in re apta est pro Regno calorum.

Secundò probatur Conclusio per eas Scripturas, quæ docent integras familias baptizatas fuisse, in quibus aliquos fuisse infantes, valde probabile est. Act. 16. *Cum autem baptizata esset Lydia, et domus eius. & infra: & baptizatus est ipse, et omnis domus eius, continuo, & 1. Cor. 1. Baptizati autem, et Stephana domum.*

Tertiò probatur ex praxi & antiqua Ecclesie traditione: semper enim fuit in vfu, vt infantes baptizarentur; Vndè Augustinus lib. 10. de Genes. c. 23. ait. *Consuetudo matris Ecclesie in baptizandis paruulis nequaquam spernenda est, nec ullo modo superflua deputanda, nec omnino credenda, nisi Apostolica esset traditio.*

Quartò probatur veterum Patrum testimonio; ex Apostolicis Constitutionibus Clementis I. lib. 6. cap. 15. sic habetur: *Baptizate autem vestros pueros infantes et educate eos in disciplina et monitione Dei. Sicut enim, ait Dominus pueros venire ad me, et non prohibete eos.*

Innocentius Primus Epist. 26. quæ est ad Conc. Mileuitanum ait. *Illud verò quod eos vestra fraternitas asserit predicare, paruulos aeterna vita premijs absque baptismati gratia posse donari per factum est. & paulò post. Si ergo nihil voluit officere non renouari: fateantur necesse est, nec regenerationis sacramenta prodesse. Verum vt superfluum hominum praua doctrina celeri veritati possit ratione discendi, proclamat Dominus in Euangelio dicens: Sinite infantes, & nolite eos prohibere venire ad me, talium est enim Regnum calorum.*

Concilium Mileuitanum in Numidia contra Pelagium tempore Innocentij Papæ I. anno Domini 402. probatum ab eodem Innocentio Epist. ad idè Conc. quæ num. est 26. cap. 2. sic ait. *Item placuit vt quicumque paruulos recentes ab uterij matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalem peccati, quod regenerationis lauacro expietur; unde fit consequens, vt eius forma baptismati in remissionem peccatorum non verè, sed falsè intelligatur: anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt; nisi quem admodum Ecclesia Catholica vbi que diffusa semper intellexit; propter hanc enim regulam fides, etiam paruul; qui nihil peccatorum in semetipsis auihac committere potuerunt, idè in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.*

Augustinus Epist. 23. tomo 2. ait. *Ac per hoc potest paruulus semel ex parentum carne generari; Dei spiritu regenerari, vt & illius obligatio contrahatur. Non potest autem semel Dei spiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, vt obligatio quæ soluta est, iterum contrahatur. & ideo semel perceptam paruulus Christi gratiam, non amittit, nisi propria impietate, si atati accessu tam malus emaserit. tunc enim propria incipit habere peccata, quæ non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanantur.*

Et Epist. 90. contra Pelagianos, & Manichæos tomo 1. inquit. *Quod autem dicunt infantes morte præ-*

Varia & contra-
re opiniones
Sectariorum.

Sententia Ecclē-
siæ Catholicæ ex-
ponitur.

Licet infantes
baptizari.

Testimonium an-
tiquæ consuetudi-
nis Ecclesiæ.

Testimonium ve-
terum SS. Patrum.

Occursus Anabap-
tistarum refellitur

præventum non baptizatum perire non posse quoniam sine peccato nascitur: non hoc dicit Apostolus: & arbitror esse melius ut Apostolo potius quam istis credamus. Dicit enim ille Doctor Gentium, in quo Christus loquebatur. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & usque in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. & paulo post dicens: Nam iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem: gratiam autem ex multis delictis in iustificationem: promittit isti, quem forte inuenimus infantem non ex illius unius hominis concupiscentia procreatum, ipsum dicant illi damnationi non esse obnoxium. nec per Christi gratiam ab illa damnatione esse liberandum. Quid est enim ex uno delicto in condemnationem, nisi illo delicto quo deliquit Adam? & quid est ex multis delictis in iustificationem, nisi quia Christi gratia non solum illud delictum soluit, quo abstringuntur infantes ex illo uno homine procreati, sed etiam multa delicta, quae cum creuerint homines addunt malis moribus suis? Tamen & illud unum quo est obligata propago carnalis, quae ab illo primo homine originem ducit sufficere dicit ad condemnationem. ideo non est superfluum baptismus paruulorum, ut qui per generationem illi condemnationi obligati sunt, per regenerationem ab eadem condemnatione liberentur.

Chryostomus Homilia de Adam & Eua tom. 1. ait. Ergo ideo praedat Ecclesia Catholica, ubique diffusa, debere paruulos baptizari propter originale peccatum, quia filios procreare ex precepto Dei venit, cupiditas vero quae facit filios procreare, ex parte peccati venit, ideoque & ille clamabat sanctissimus, & benè clamabat: In iniquitatibus conceptus sum: quia sine cupiditate nullus hominum concipitur.

Gregorius lib. 3. Epist. ex Registro (cap. 9. to. 2. inquit. Presbyteri baptizatos infantes signare bis in fronte chrismate non presumant. Sed presbyteri baptizatos tangant in pectore, ut Episcopi postmodum tangere debeant in fronte.

Ambrosius lib. 2. de uocatione Gentium cap. 8. tomo 4. Non autem, latet quantum cordibus fidium defidia gignentur, si in baptizandis paruulis nihil de cuiusquam negligentia, nihil de ipsorum esset mortalitate metuenandum: quandoquidem, ut tales baptismo fraudarentur nullo modo possent accidere, &c. & in toto citato capite tractat Ambrosius cur tanta multitudo non reparatorum infantium à salute alienetur perpetua.

Secunda Conclusio. Infantes dum baptizantur, non habent usum rationis, nec actum fidei, vel alicuius virtutis. Probatur. Non sunt ponenda miracula absque necessitate: at infantes vltimè rationis habere, est miraculum: ergo non est ponendum absque necessitate: absurdum, sed nulla apparet necessitas pro iustificatione infantium ponendi in illis vsu rationis, ergo non est asserendum. Probatur minor, quia sicut absque rationis vsu sunt capaces culpae originalis, eodem modo absque vsu rationis sunt capaces gratiae Christi; non est enim maioris efficacitiae peccatum Adæ quam redemptio, & gratia quae est per Iesum Christum. Cum igitur vsus rationis non habeant, consequens est quod nec actum alicuius virtutis exercent; quia actus virtutis non sit absque vsu rationis & libertatis expedito.

Secundò probatur ratione qua vitur. S. August. Epist. 57. tomo 2. vbi ait. Sed hoc plane manifestum

(id est exultatio Ioannis in utero) & noua exiit, quia in utero, & ad eius aduentum, quae hominum Saluatorem fuerat paritura. Ideò mira. Ideò in magnis signis deputanda. Ideò hac exultatio, & tanquam matri Domini reddita resalutationi, hinc solent miracula fieri, facta est diuinum in infante non humanum ab infante. Quamquam etiam si usque adeò est in illo puero acceleratus vsus rationis, & voluntatis, ut intra viscera materna, iam posset agnoscere, credere, consentire, quod in alijs paruulis aetas expectatur ut possint; etiam hoc in miraculum habendum Diuina potentia, non ad humana trahendum est exemplar natura. Nam quando Deus voluit, etiam iumentum mutum rationalius est loquutum. Nec ideo admoniti sunt homines in deliberationibus suis etiam Animam expectare consilia. Quocirca nec quod factum est in Ioanne contemno, nec inde regulam, quod sentiendum sit de paruulis figo. immo in illo propterea mirabiliter praedico, quia in alijs non inuenio. Habet quidem aliquid simile etiam illa in Rebecca utero lucta geminorum. Verum & hoc usque adeò prodigium fuit, ut diuinum propterea mulier oraculum quaerere, & audiret duobus illis infantibus duos populos fuisse figuratos; scire autem diuina paruulos qui nec humana adhuc nouerunt, si verbis velimus ostendere, vereor ne ipsis sensibus nostris facere videamur iniuriam; quando id loquendo suademus, ubi omnes vires officiumque sermone facillimè superat euidencia veritatis. An non videmus etiam cum articulata vocis qualiscunque signa edere coeperint, atque ad initium fandi transire ab infantia, adhuc eos talia sentire ac dicere, in quibus si remansissent, annisque accedentibus talis esse persisterent nullus eos vel fatum nimum fatuos esse dubitaret. Nisi forte id restat, ut in vagiu infantia vel in ipso adhuc uteri silentio credamus paruulos fuisse sapientes, postea vero quam nobiscum ceperunt loqui ad hanc ignorantiam, quam videmus crescendo venisse. Quod opinari vides quam sit absurdum, cum puerorum sensus in qualiacunque verba prorumpent, qui certè ad ea quae maiores sapiunt penè nullus est, tamen comparatus illi, in quo nascuntur intelligentia dici potest. Vnde autem in ipso tanto salutis praesidio, quando eis Christiana gratia subuenitur, quod vocibus quibus possunt, & motibus reuelantur, non eum impetratur, atque omnis sensus ipsorum nihil penditur donec in eis Sacramenta peragantur, quibus id quod de originali damnatione tractum est expietur, vsi quia in tantum nesciunt quod faciunt ut nec facere indigentur? Porro si iam uterentur rationis & voluntatis arbitrio, quo illi sanctificationi adhiberi deberet assensus, quantum mali esse resistere tanta gratia, quamquam non solum nihil prodesse quod fieret, verum etiam inde reatus accresceret, quis Christianus ignoret? Dicimus ergo in baptizatis, quamuis ad nesciant, habitare Spiritum sanctum, &c.

Tertia Conclusio. Infantibus in baptismo infunditur habitus fidei, spei, & charitatis. Probatur, Apostolus ad Heb. cap. 11. ait, Sine fide impossibile est placere Deo. Sed pueri seu infantes baptizati placent Deo, ergo habent fidem: non actum fidei, ut probatum est, ergo saltem habitum illius, sed quia in iustificato fides non est sine spe & charitate, quia fides per charitatem operatur, inquit Apostolus, Gal. 5. & 1. Cor. 13. Nunc autem manens,

Infantes dum baptizantur non habent usum rationis.

Infantibus in baptismo infunditur habitus fidei, spei & charitatis.

non, fides, spes, charitas; ergo cum infundit habitum fidei, dat etiam habitum spei & charitatis, quia simul manent.

Secundò probatur Conclusio. Apostolus ad Ephel. cap. 3. inquit. Christum habitare per fidem in cordibus nostris: sed sic est quod in infantibus baptizatis Deus habitat, ergo per fidem, non per actum illius, ut dictum est supra, ergo per habitum. Minor est August. Epist. 57. tomo 2. ubi ait. *Dicimus ergo in baptizati parvulis, quamvis id nesciant, habitare Spiritum sanctum.* Sed Spiritus sanctus non est in homine absque fide & spe. ergo in infantibus baptizatis inest fides, spes & charitas.

Testimonium Conc. Viennensis & Trident.

Tertiò probatur firmissimo decreto Concilij Generalis Viennensis. Clement. I. de summa Trinitate, & fide Catholica. & pariter Concilij Tridentini sess. 6. cap. 7. cuius verba sunt hæc. *Vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum, hac omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui miseritur, fidem, spem, & charitatem. Nam fides nisi ad eam spes accedat, & charitatis neque unit perfectè cum Christo neque corporis eius vivum membrum efficit. Qua ratione verissimè dicitur fidem sine operibus mortuam, & otiosam esse: & in Christo Iesu neque circumcissionem aliquid valere, neque praputium, sed fidem que per charitatem operatur. Hanc fidem ante baptismum Sacramentum ex Apostolorum traditione Cathecumena ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem vitam æternam præstantem, quam sine spe & charitate fides præstare non potest, Vnde & statim verbum Christi audiunt. Si vis ad vitam ingredi serva mandata. Itaque, veram & christianam iustitiam accipientes, eam cum primam stolam pro illa quam Adam sua inobedientia sibi & nobis perdidit, per Christum Iesum illi donatam candidam, & immaculatam subentur statim renati conservare, ut eam perferant ante Tribunal Domini Nostri Iesu Christi, et habeant vitam æternam. Sed infantibus per baptismum iustificatur & verè baptizantur, ergo accipiunt seu recipiunt à Deo habitum fidei, spei & charitatis.*

Infantes qui moriuntur sine baptismo non sunt de numero Electorum.

Quarta Conclusio. Infantibus qui moriuntur antè baptismum, seu priusquam baptizentur, de numero electorum esse non possunt. Probatur, qui vult alicui efficaciter finem, dat etiam media, quæ sunt necessaria ad consequitionem talis finis; ergo si Deus vellet infantibus omnibus, vel illis qui ex Christianis nascuntur finem, puta beatitudinem, daret etiam media necessaria ad illam; iuxta doctrinam Apostoli ad Rom. 8. *Quos prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificavit, quos autem iustificavit illos & glorificavit.* at cum tales infantibus non habeant vocationem; & iustificationem; nec fidem quæ saltem in habitu est necessaria ad salutem; ut omnes scripturæ clamant, ergo glorificationem nequaquam habere possunt. Inauditum quippè est quòquam posse habere finem, absque medijs præfixis ad illum finem; baptismus, iustificatio, & fides, sunt media necessaria ad beatitudinem; ergo illis ablati seu non positi, impossibilis est iustitia talibus consequutio æternæ beatitudinis. Valde enim cognoscimus aliquem electum & prædestinatum esse ad gloriam, nisi quia videmus Deum ex sua misericordia dare illi media ad eandem effectus eandem gloriam; & media ceterum sunt, vocatio, & iustificatio: at infantibus nisi baptizentur, non vocantur, nec iustificantur; ergo nec salvantur; & huius argumentationis

complementum erit id quod legitur Ioannis 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non poterit intrare in Regnum Dei.*

Secundò probatur. Si infantibus absque baptismo ex vi electionis salventur, ut somniat Calvinus, sequeretur vanum esse & superfluum eos baptizare; at oppositum est de facto, & semper fuit ab initio Ecclesiæ, ut dictum est supra; quapropter August. Serm. 10. de verbis Apostoli tomo 10. dixit: *Accomodat mater Ecclesiæ infantibus aliorum pedes, ut veniant, aliorum cor ut credant; aliorum linguam, ut confiteantur.* ergo indubitatum fuit semper infantibus absque baptismo, ex hac vita abeuntes non assequi beatitudinem. Prima sequela probatur quia per Calvinum infantibus salvantur ex vi æternæ electionis, ergo non esset opus eos baptizare, quod iniquum est asserere.

Testimonium veterum Sanctorum Patrum.

Tertiò probatur veterum Sanctorum Patrum testimonio. August. lib. 1. de peccatorum meritis, & remis, contra Pelagianos cap. 6. tomo 7. ait. *Potest promodè rectè dici parvulos sine baptismo de corpore exeuntes in damnatione omnium mississimi futuros. Multum autem fallit, & fallitur qui eos in damnatione prædicat non futuros, dicente Apostolo. Iudicium ex uno delicto in condemnationem. Quando ergo peccavit Adam, non obediens Deo, tunc cum corpus quamvis esset animale atque mortale gratiam perdidit, qua eius anima omnis ex parte obedebat.*

Et cap. 18. subdit. *A quibus tamen cum quaeritur utrum non baptizati, & non effecti carerent. Christi Regnique. Colorum participes, habebunt saltem beneficium salutis æternæ in resurrectione mortuorum, laborant vehementer, & ex eorum invenimus. Qui enim Christianorum fuerat, cum decideret ad æternam salutem posse, quemquam pervenire si non nascatur in Christo quod per baptismum fieri voluit, eam tempore quo tale Sacramentum constituendum fuit regerandum in spem salutis æternæ. Vnde dicit Apostolus. Non ex operibus iustitiæ quæ faciunt nos, sed secundum suam misericordiam salvas nos fecit per lavacrum regenerationis.*

Et cap. 21. inquit. *Nam & in quibus videtur iniustum, ut parvuli sine gratia Christi de corpore exeuntes, non salvi in Regno Dei, quo, & ipsi fatentur, nisi per baptismum renatos intrare non possent, verum etiam vitam æternam, & salutem præmerentur; quaerentes quomodo iniustum sit, ut alius ab origine impius nec solvatur, alius non solvatur, cum eadem sit utriusque conditio; ipsi respondentes secundum suam sententiam: quomodo idem in eis iniustum sit, ut hinc præstetur baptismus qui intrat in Regnum Dei, illi non præstetur; cum sit utriusque par causa. si enim auctoritas auctoritas his duobus, cum ex quo ambo sine originali peccatore, alius ab hoc vitio solvatur, cum conceditur baptismus; alius non solvatur; cui talis gratia non conceditur, cum non pariter monet; quod ex duobus originaliter innocentibus alius accipit baptismum qui in Regnum Dei possit intrare, alius non accipit ne in Regnum Dei possit accedere? Nempe in utraque causa ad illam exclamationem redditur. Quæ auctoritas dominum, & ipsi deinde baptizati parvuli dicatur multis, alius rapitur, ne malitia moveat intellectum eius, & alius vivit impius factum non nisi si ambo reperantur, ambo in Regnum colorum ingrediantur? Et tamen non est iniquitas apud Deum. Quid est illud: quem non moveat, quia non in tanta auctoritate, & exclamatione compellat, quod alij parvuli spiritum non modo vocantur, sed etiam salvi putantur, alij etiam*

etiam in utero matrum, sicut Hieremias sanctificatur. Cum omnes, si est originale peccatum, pariter resint, si non est, pariter innocentes sint. Unde ista tanta diuersitas, nisi quia inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius?

Ceteros Patres pro hac materia citauimus in disput. 1. libri presentis, conclus. 3.

Ad obiectiones Sectariorum. Contra primam Conclusionem Prima Obiectio. In Scripturis sacris nullibi inuenitur pædobaptismus, & nullum de eo mandatum vel exemplum habemus: ergo reijciendus.

Respondeo obiectionem esse ineptissimam ex duplici capite; primò, quia licet Scriptura hoc non doceret, non tamen sequitur tenendum non esse; cum multa Catholica Ecclesia teneat, & etiam ipsi Sectarij, quæ tamen Scriptura non narrat, sed ex traditionibus Apostolicis, quæ etiam sunt verbum Dei, ea habeantur: verbi gratia, Symbolum fidei esse verè Canonicum, & Apostolicum. Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio. Filium à Patre solo, esse non factum nec creatum, sed genitum. Spiritum sanctum esse à Patre, & Filio, non factum, nec creatum, nec genitum, sed procedentem. Baptizatos ab hæreticis non esse rebaptizandos. Quod tota Scriptura veteris & noui testamenti simul sumpta, sit verbum Dei. Scripturam manere saluam, & incorruptam, &c. & eodem modo scimus infantes baptizandos esse, quia testimonium habemus antiquæ Ecclesiæ Catholicæ quæ ab Apostolis edocta fuit. Secundò falsa est Obiectio ex alio capite, scilicet quod Scriptura hoc non doceat, nam vt in prima Conclusionem probatum est, hæc veritas ex Scriptura colligitur & deducitur, & hoc satis est: quia sacra Scriptura non omnia docet expressè, vt omnibus notum est.

Secunda Obiectio: Mandatum est vt prius doceamus, postea baptizemus; prius ergo docendi snt pueri quam baptizentur. *vt doceat omnes gentes baptizantes eos, &c. Math. 28.*

Respondeo tunc Saluatorem loquutum esse de modo quem Apostoli in Gentium conuersione tenere debebant; nam inquit. *Euntes ergo docete omnes gentes.* & tunc proculdubio prius debebant prædicare eosque docere, ac in rebus fidei instruere, & postea baptizare. ergo idem modus in infantibus tenendus est; ineptissimè, & inaniter.

Tertia Obiectio. Reprobi non sunt baptizandi, multi ex infantibus sunt reprobi, ergo abstinendum, ne prophanetur Sacramentum per nostram ignorantiam.

Respondeo, quod hac ratione nemo esset baptizandus, quia nescimus qui sunt electi vel reprobi; nam licet homo hodie credat, potest tamen cras fidem negare; itaque ineptissima est hæc Obiectio. Præterea Sacramentum non prophanatur ex hoc capite, quia datur peccatori, quia est Sacramentum mortuorum morte peccati; & peccatores iustificando facit eos spiritualiter viuos. Præterea Christus Dominus Iudam esse reprobum optimè nouerat: & tamen cum cæteris Apostolis ipsum baptizatum fuisse discendum est; eique Dominum in Coena Eucharistiæ dedisse, & Apostolatus & Episcopatus dignitatem concessisse, ipsa Scriptura docet.

Quarta Obiectio. Gloriat Paulus, & gratias agit Deo quod neminem baptizauerit præter Ca-

ium, & Crispum, & Stephanæ domum 1. Cor. 1. Vndè colligitur pædobaptismus non esse necessarium; Adde quod nec Christus nec Ioannes aliquem infantem baptizauit.

Respondeo Apostolum grauiori onere occupatum, scilicet prædicationis Euangelij munus baptizandi cæteris commisisse; gratias autè ipse agit Deo quod præfatos tantum baptizauerit, ad tollendum errorem eorum, qui dicebant. *Ego sum Paulus, ego sum Cepha, &c.* putantes virtutem baptismi pendere, à ministro: ac ratione dixit, *Numquid diuisus est Christus, aut Paulus crucifixus est pro vobis:* annuncians baptismi efficaciam à meritis Christi pendere, & non à sanctitate ministri. cum Anabaptizæ inferunt, ergo non licet baptizare infantes, ineptissima est hæc sequela: quomodo quæso descendit ex dictis? imò totum oppositum inde habetur, quia cum baptizasset Stephanæ domum, seu vniuersam familiam illius, verisimile est inter eos fuisse infantes, quia raro contingit, quod in aliqua familia vbi sunt vxo-

ratia quis infans & puer inter eos non adsit. Ad illud quod nec Ioannes nec Christus aliquem infantem baptizauit: dico Scripturam hoc non affirmare, nec negare. Ioannes absque dubio non baptizauit infantes, quia baptismus illius erat tantum præparatio ad baptismum Christi, ideoque dicebat, *Ego baptizo in aqua, ille baptizabit in Spiritu sancto.* Ioannes itaque baptismum Pœnitentiæ prædicans inter adultos versabatur, quorum est posse pœnitere, & disponi ad meliorem formam recipiendam: Christum Dominum saltem baptizasse Petrum, & Petrum cæteros Apostolos deinde baptizasse, necessariò dicendum est. an baptizauerit vnum vel multos, Scriptura non docet. ergo infantes non debent baptizari: inanis sequela. sicut si quis dicat non legitur Christum aliquando fecisse eleemosynam; ergo non licet eleemosynam præbere: ineptè. sic in casu: licet ipse non baptizauerit infantes, potuit alijs præcipere vt illos baptizarent; & hoc de facto mandasse, docet nos Apostolica traditio, vt superius dictum est.

Quinta Obiectio. Qui non credit à baptismo est arcendus. Act. 8. si credis licet. infantes non credunt Deut. 1. nec sciunt malum nec bonum; ergo non sunt baptizandi.

Respondeo eum qui non credit, si fuerit adultus, vtique à baptismo arcendum esse, nam de adultis, sit sermo loco citato Act. 8. at infantes non sunt huiusmodi, quia se nolle credere nec ostendunt, nec ostendere possunt: hac ratione adiuti aliena fide, quæ tunc fungitur munere fidei propriæ, credentes accedunt ad baptismum. Vndè August. Serm. 10. tomo 10. de verbis Apostoli ait. *Accomodat mater Ecclesia infantibus aliorum pedes, vt veniant, aliorum cor vt credant, aliorum fidem vt confiteantur.* Præterea ipse accessus ad baptismum est protestatio, seu professio fidei. sicut etiam de Sanctis Innocentibus ab Herode occisis, dicit Ecclesia, quod non loquendo, sed moriendo confessi sunt. idcirco infantes suo modo credere dicuntur.

Sexta Obiectio. Ad fidei articulos credendos Ecclesia tantum obligatur. ergo cogi ad pædobaptismus non debet, cum non sit articulus fidei.

Respondeo esse articulum fidei, baptismum necessarium esse ad salutem, vt patet in Conc. Const. 1. & secundo in ordine; *Confiteor vnum baptismum in-*

Cur Apostolus dicat sibi gratum esse paucos baptizasse.

Sectarij, velimoneant Traditiones Apostolicas quas impugnant.

Infantes per aliam fidem, cum baptizantur, credere dicuntur.

remissionem peccatorum. Ioannis 3. *Nisi quis renatus fuerit, ex aqua & Spiritu sancto, &c.* de fide autem est omnes baptizatos nisi ponant objicē, saluos esse: & consequenter de fide est infantes dum baptizantur saluari. charitas autem & dilectio proximi, quam docet Euangelium, Ecclesiam cogit, vt infantes baptizet: nē si antē vsum rationis ex hac vita decedant, damnentur, sed per baptismum salui fiant.

Plures adhuc obiectiones proponunt. Anabaptistae, sed quia nullius sunt roboris ac valoris, breuitatis gratia illas omitto.

Contra secundam Conclusionem. Prima Obiectio, quae est Lutheri, loco citato. Si infantes non crederent illuderetur Sacramentis sacrilego mendacio, dum respondetur pro infante, Credo.

Respondeo nequaquam ibi esse mendacium, nam qui respondet, Credo, non dicit infantem credere, sed ipsam loquentem credere ex parte infantis.

Secunda Obiectio. Matth. 18. *Qui scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt, ergo pusilli credunt.*

Respondeo ipsa verba citata Saluatoris soluere, obiectioem: nam dicit, *qui scandalizauerit unum de pusillis istis*; ergo loquitur de talibus pueris, qui capaces sunt scandalo, seu scandalizari possunt: infantes autem non sunt capaces scandalo, quia non habent vsum rationis. itaque Saluator loquitur de pueris vsum rationis habentibus, qui vtiq; actum fidei debent habere, & hoc quisq; concedit.

Pusilli qui capaces sunt scandalo sunt rationis capaces.

DISPUTATIO IV.

Quos effectus habeat Baptismus in suscipiente.

Sectarii ponunt effectus in baptismo quos non habet, & auferunt quos habet.

SECTARII in presenti materia, vt se continuos hostes Catholicæ Ecclesiæ ostendant, à Baptismo proprios tollunt effectus, & quos non habet illi ascribunt. semper enim Ecclesia Catholica docuit baptismum verè tollere omnem culpam & poenam: Conferre gratiam iustificantem ex opere operato; habitus fidei spei & charitatis, & simul characterem indelebilem imprimere. & hæc omnia voluntariè negant Sectarij. Ex ne pluries repetamus quæ semel probauimus, rogamus Lectorem, vt cap. percurrat quæ lib. 6. de Iustificat. & in septimo de Sacramentis in genere diximus, & hæc omnia rationibus & auctoritatibus probata inueniet.

Effectus autem quos illi baptismo ascribunt hi sunt, scilicet baptizatum non posse damnari, dummodo credat, ipsum liberare hominem ab obseruantia diuinarum, & humanarum legum, & ab omnibus votis, & solam illius memoriam iustificare, & à peccatis, quæ post baptismum committuntur purgare. Ita Lutherus lib. de captiuit. Babyl. cap. de Baptismo, & lib. de votis Monachorum. & Caluinus lib. 3. in sit. cap. 15. & 19. & in Antidot. Concil. Trident. super Canon. 6. 7. 8. 9. & 10. sessionis septimæ de Baptismo.

Canones autem præfati Conc. Trident. loco cit.

Sectarii tollunt baptismum causare remissionem peccatorum quod conferunt, & dicit postea memoriam solam collati baptismi delere omnia peccata quæ deinde committuntur.

hi sunt Can. 6. *Si quis dixerit baptizatum non posse etiam si velit gratiam amittere quantumcumque peccet, nisi nolit creare, anathema sit.*

Can. 7. *Si quis dixerit baptizatos per baptismum ipsam solus tantum fidei debitores fieri, non autem vniuersa legis Christi seruandas, anathema sit.*

Can. 8. *Si quis dixerit baptizatos liberos esse ab omnibus Sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta vel tradita sunt; ut aut ea obseruare non teneantur, nisi se sua sponsa illis submittere voluerint, anathema sit.*

Can. 9. *Si quis dixerit uia renocandos esse homines ad baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia quæ post baptismum fiunt, ut promissioni in baptismo ipsa iam facta irrita esse intelligant, quasi per ea, & fides quam professi sunt destrahatur, & ipsi baptismi: anathema sit.*

Can. 10. *Si quis dixerit peccata omnia quæ post baptismum fiunt, sola recordatione, & fide suscepti baptismi, vel dimitti vel venialia fieri, anathema sit.*

Cum itaque veros effectus baptismi alibi probauerimus, reitat vt falsos effectus, quos Sectarij confixerunt, tantum retellamus.

Prima Conclusio. Baptismus non facit hominē impeccabilem, etiam manente integra fide baptizati, seu quod idem est: Baptizatus etiam dum credit, ob mala opera, & peccata, potest damnari. Conclusio est contra Lutherum lib. de captiuit. Babyl. cap. de Baptismo lib. de libertate Christiana, in quaest. an opera faciant ad salutem: lib. de votis Monachorum, & in Serm. 1. super Euang. Foris 2. Pentecost. Probatur. Act. cap. 5. legitur Ananiam & Saphiram fideles baptizatos perijisse ob defraudatum pretium agris: Matth. 25. Saluator damnat multos fideles ob mala opera. *Iste in ignem æternum, quia esuristi & non dedisti mihi manducare, furus, & non dedisti mihi bibere: hospes eram & non collegisti me, &c.* super quæ Domini verba August. lib. de fide & operibus cap. 15. tomo 4. ait; *Si mandatum non seruatum ad vitam uentis potest per saluam fidem, quæ sine operibus mortua est, quomodo uerum erit quod eis quos ad finitæam pasciturus est dicit: iste in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius? Nec increpat quia in eum non crediderunt: sed quia bona opera non fecerunt: Nam profecto ne sibi quisquam de fide quæ sine operibus mortua est promittat æternam uitam, propter à omnes gentes segregatarum se dixit, quæ permixtè eisdem pascuis utebantur: ut appareat eos illi dicituros: Domine quando te uidimus illa, & illa patientes, & non inuisitauimus tibi? qui in eum crediderunt, sed bona operari non curauerunt, tanquam de ipsa fide mortua ad uitam peruenirent internam.*

Baptismus non facit hominem impeccabilem etiam manente integra fide.

Secundò probatur sic. omnis qui peccatum facit, licet credat, reus est æternæ damnationis; sed baptizatus fidelis potest peccare, & de facto multi peccauerunt: ergo baptizatus potest damnari, licet credat. maior & minor probatur per Scripturas 1. Cor. 6. Apollolus de quodam fideli incestuoso docet ipsum esse æternæ damnationis reum, &c. seq. de fidelibus seu Christianis loquens ait. *An nefarius quis inquit Regni Dei non possidebit? nolite errare, neq; fornicari, neque idola seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque male doli, neque rapaces Regni Dei possidebunt.* Et infra: *Nescitis quoniam membra uestra membra sunt Christi: tollis ergo membra Christi, faciis membra*

membra metricis? absit. & postea. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est, &c. ergo baptizatus potest peccare, & consequenter damnari, licet vere credat, quia tales Regnum Dei non possidebunt; inquit Apostolus: ergo gehennam possidebunt; nam non datur medium.

Tertio probatur, 1. Cor. 13. inquit Apostolus. *Si habuero omnem fidem, ut autem montes transferam, & barbaritatem autem non habuero, nihil mihi prodest; nec valet occurrere Apostolum loqui de fide miraculorum, & non de fide iustificante, quia licet hæc distinctio sit inanis & voluntaria, ut lib. 6. demonstratum est; at tamen Apostolus dicit, si habuero omnem fidem; dicēs omnem fidem, nullam excludit, ergo stante omni fide, homo damnari potest ob defectum charitatis, res patet.*

Quarto probatur, ad Rom. 8. Apostolus fidelibus baptizatis & Christianis inquit: *Ergo fratres debuit esse sumus non carnis, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem viveremus, si autem spiritu facta carnis mortificaverimus, vivemus.* Apostolus docet fideles quod si peccaverint carnis petulantiam sectantes, damnabuntur; ergo baptismus non facit hominem impeccabilem, ergo stante fide in baptizato, damnari potest propter mala opera.

Quinto probatur Conclusio, 1. Cor. cap. 9. inquit Apostolus de seipso, *Ego igitur sic curro non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aërem verberans; sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo: ne forte cum alijs prædico, ipse reprobus efficiar.* Apostolus licet crederet, dabatur ne si male operetur damnatur, ergo baptizatus licet credat, potest peccare, & damnari. & 2. Cor. 12. Apostolus ad fideles baptizatos scribens, inquit. *Coram Deo in Christo loquimur. omnia autem charissimi propter edificationem vestram. Timea enim, ne forte cum venero, non quale volo inveniam vos: & ego inveniatur, a vobis, qualis non vultis: ne forte contentiones, emulations, animositates, dissensiones, detractiones, susurraciones, inflationes, seditiones, frustretur vos: ne iterum cum venero humiliter me Deum apud vos: & laqueum multas ex his qui ante peccaverunt, & non egerunt penitentiam super inmunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt: & cap. 13. ait, prædico, & prædico, ut præsum: & nunc absens, ut qui ante peccaverunt, & cetera omnibus, quoniam si venero iterum non peccam, & ergo infideles de facto peccaverunt, & consequenter reatum gehennæ habebant, nam si aliter res se haberet, cur Apostolus peccatores lugere debebat, dum salua fide, stante quocumque opere malo baptizatus damnari nequit?*

Ad Coloss. cap. 13. Apostolus ad fideles baptizatos ait: *Domina Christo servite, qui enim in mundum facti, accipietis ad quod inquit gessit: & non est personarum acceptio apud Deum.*

Sexto probatur veterum Sanctorum Patrum testimonio. August. lib. 1. de peccatorum meritis & remis. cap. 21. tomo 7. inquit. *Ex ipso deinde baptizatus parvulus dicitur mihi, cur alius rapitur, ne malis membra intellectum eius, & alius autem impius sustinet? nonne si ambo raperentur, ambo in Regnum celorum ingrederentur? & tamen non est iniquitas apud Deum.*

Et lib. 6. contra Iulianum Pelagianum cap. 5. to. 7. *An parvulum malum est, per quod homo non percipit quia sunt spiritus Dei? de baptizato neque dicitur*

bat Apostolum: animalis homo autem non percipit quia sunt spiritus Dei: stultus est enim illi, & non potest scire quoniam spiritualiter iudicatur. Deinde paulo post. & ego inquit fratres, non potui loqui vobis, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: quasi parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: non damentum poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. adhuc enim estis carnales. Cum enim sint inter vos, amulatio & contentio nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Vide qua dicas mala de ignorantia malo venientia. & pato quod non cathecumenis ista dicebat, parvuli quippe in Christo quomodo essent: nisi iam renati essent? quod si nondum credis, quid eis post pauca dicat, attende: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitet in vobis? an adhuc dabitis vel negatis non eos potuisse esse templum Dei in quo habitaret spiritus Dei, nisi baptizatos? saltem ergo illud respice quod eis dicit: Numquid in nomine Pauli baptizati estis? non igitur carneratis tanto ignorantia malo in lavacro regenerationis, ubi tamen omnibus carneratis sine dubitatione peccatis.

Et paulo superius dixerat; sed cum dicit Iacobus Apostolus unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & allectus; deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum: profecto in his verbis parit a pariente discipulatur. Parit enim est concupiscentia, parit peccatum. Sed concupiscentia non parit nisi conceperit: non concipit nisi illuxerit, hoc est ad malum: perpetratum abstinere volentis assensum. Quod ergo adversus eam dominatur, hoc agitur ne concipiat pariatque peccatum. Dimissis itaque in baptismo peccatis omnibus, id est omnibus concupiscentie febribus, si ibi etiam ipsa consumpta est, quomodo contra eam ne concipiat dominatur sancti, lavare corporis, pedore membrorum, constitutione servit? que verba sua sunt. Quomodo, inquit, lavare, pedore, constitutione templi Dei contriciam, belligeratur a sanctis, si ipsa est ablata baptizate? manet ignis: nec ea regenerationis lavacro carnis, si non ibi carnis sensu, quo tam manere sentimus.

Hieronymus in Comment. Psalm. 135. cap. 35. tomo 7. ait. *Baptizati cum peccata dimiserit, & quasi de carcere liberati a Regna autem calorum non potest donare; si non tunc aliquis, per opera & fidem intraverit non potest securus esse.*

Ambrosius in Comment. Epist. ad Rom. cap. 6. tomo 3. inquit. *Hoc dicit ut sciamus baptizatos nos iam non debere peccare, quia cum baptizamur commorimur Christo: hoc est in morte eius baptizari. & super illud. scientes hoc quia verus homo nosse simul crucifixus est: ut destruat corpus peccati, &c. ait. mala membra, & uterque, ut baptizatos doceat tam non debere peccare, &c. Apostolus monet baptizatos ne peccent, ergo possunt peccare & consequenter damnari ob mala opera, etiam manente fidei integritate.*

Gregorius lib. 9. Epist. cap. 39. versus finem, tomo 2. *Certe enim maris rubri transitus signa sancti baptismati: sunt; in quo hostes a tergo sunt mortui, sed alij contra faciem in eremo sunt viventes. Sic quippe omnes qui in fide baptizati tinguntur, eorum peccata præterita omnia laxantur: quia eius velus Egypti hostes a tergo moriuntur. Sed in eremo alios hostes viventes, quia dum in hac vita vivimus, priusquam ad promissionis patriam pertingamus, multa tentationes nos fatigant, & ad terram viventium tendentibus iter impetrandum festinant.*

Secun-

Fidelis ille credit, si peccaverit damnatur.

Testimonium veterum SS. Patrum.

Baptismus non liberat a obligatione seruandi legem Diuinam, & humanam.

Secunda Conclusio. Baptismus non liberat hominem ab obligatione legem diuinam, & humanam seruandi. Conclusio antequam probetur, explicatur. Sectarij ad circumtegendam libertatem carnis, quam ex Euangelio obtinuisse putant, non dicunt aperte eos non debere bene operari, cum euidentia Scripturarum circa hanc veritatem resistere nequeant; fatentur enim ea fieri debere, vt fructus fidei: sed opera quantumcunque mala non posse accusare, & damnare credentem, nec opera quacumque bona posse hominem defendere, & iustificare opinantur. volunt itaque salutem, & iustificationem à sola fide, & misericordia Dei, & non ab obseruantia legis pèdere: ita Lutherus lib. de votis Monasticis, & in Comment. cap. 2. ad Galat. & Calvinus lib. 3. Instit. cap. 19. §. 2. 4. & 7. dicunt ergo legem esse seruandam, sed inobseruantiam legis crediti non imputari, & sic sibi circumliniunt carnalem, & animale libertatem, quam omnes Sectarij assumpserunt; ratio est, quia iuxta eorum principia coguntur asserere inobseruantiam legis non impedire salutem, quia dicunt legis obseruantiam esse impossibilem, & omnia opera etiam bona esse peccata; quapropter si salus penderet ab operibus, & obseruantia legis, sequeretur neminem saluari posse. At de omnibus his satis dictum est lib. 2. disp. 4. & lib. 6. de iustificatione per totum. Superfluum autem est ea repetere.

Per baptismum non redditur omne votum inane.

Tertia Conclusio. Per baptismum non irritantur omnia vota. Vide lib. 4. disp. 6. vbi fuse confirmatur veritas, & errores refelluntur.

Sola memoria baptismi non est causa remissionis peccatorum.

Quarta Conclusio. Sola memoria baptismi non dimittit peccata, quæ sunt post baptismum. Probat, si ita esset, frustraretur Sacramentum Pœnitentiæ: consequens est hæreticum, ergo & antecedens prima sequela patet, quia non esset opus confugere ad pœnitentiam pro remissione peccatorum post baptismum commissorum, sed tantum ad memoriam baptismi & fidei. Secunda sequela patebit in Disp. de Sacram. Pœnit.

Secundò sic. Idèd memoria baptismi iustificat per Sectarios, quia tantum fides de Dei misericordia sufficit: consequens est erroneum, vt videtur etiam lib. 6. de iustificatione per totum, ergo & antecedens.

Contra præmissas Conclusiones arguunt Sectarij: Per baptismum addicitur diuinæ seruituti, ergo liberamur ab omnibus alijs vinculis. Atque hoc est, quod Scripturæ passim docent. Matth. vii. *Baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare quacumque mandata vobis dixerim.*

Respondeo vtique per baptismum nos additi diuinæ seruituti: ad sequelam, ergo liberamur ab omnibus alijs vinculis; quæ sunt contraria seruituti Dei, concedo; talia autem sunt seruitus diaboli, & peccati de qua Apostolus inquit ad Rom. 6. *Liberati a peccato, serui autem facti Deo;* sed non liberamur ab obseruatione diuinarum, & humanarum legum; cum Scriptura dicat ad Hebr. vii. *Obedite prepositis vestris.* & Lucæ 10. *Qui vos audis me audis.* ad Ephel. 6. *Filij obedite parentibus vestris in Domino.* & paulò post. *Serui obedite Domini carnalibus, cum timore, & timore in simplicitate cordis vestri sicut Christo:* ad Titum 3. *Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.* Ab illis ergo vinculis liberamur per baptismum, quæ seruituti Dei contradicunt; at huiusmodi non sunt præcepta Dei, Ecclesiæ, & temporalium principi-

Baptismus liberat à vinculis quæ seruituti Dei contradicunt.

pum: quorum finis rectus, & iustus est.

Secunda Obiectio. Apostolus 1. Cor. 7. inquit. *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.* Ergo per baptismum liberi sumus ab omnium hominum, & legum humanarum seruitute.

Ineptissima sequela. Nam pretio empti sumus scilicet sanguine Christi, ergo fieri serui hominum non debemus in his, quæ nostræ redemptioni, & Christianæ perfectioni, & fidei opponuntur: hæc est vera sequela. Non prohibet autem Apostolus vniuersaliter omnem obedientiam, & seruitutem; aliter sibi contradiceret, dum in citatis locis in responsione antecedenti, obedientiam, & seruitutem non damnat, imò persuadet.

Scriptura quæ opponitur seruituti Dei refellitur ab Apostolo.

Tertia Obiectio. Ad Coloss. 2. si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc decretis mundi tenemini iuxta mandata, & doctrinas hominum? Docet Apostolus vt non obediamus legibus, & doctrinis hominum, ergo baptizati nulli tenentur humanis legibus.

Huic obiectio respondimus, Apostolum per elementa mundi, & doctrinas & mandata hominum intelligere regulas Philosophorum, & Ethnicorum, & cæremonias, quas Gentiles habebant, non loqui autem de sacris legibus Ecclesiæ, de quibus dixit ad Hebr. vii. *Obedite prepositis vestris:* & Saluator Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in calis.* & quod ita sit, ipsa verba Apostoli testimonium reddunt, ait enim. *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.* Ea itaque prohibet, quæ non sunt secundum Christum; at Ecclesiæ leges statuit, quæ sunt secundum Christum, puta ad cultum, & honorem Christi, animarumque spirituales progressum.

Quarta Obiectio. Ezech. 20. *In præceptis patrum vestrorum nolite ambulare.* Matth. 15. *Frustra colunt me mandata hominum.* Ergo baptizati liberi sunt ab obseruatione legum humanarum.

Respondeo Dominum per Ezechielem exprobare Iudeos, qui in exitu de Ægypto, cum essent in deserto, sequuti sunt abominaciones Ægypti, & cultum Idolorum: quapropter monuit eos, ne præcepta patrum suorum circa prælatas abominaciones, & cultum Idolorum loquerentur: & quod ita sit: in textus Scripturæ. *Et irrueratis me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt; & iudicia mea proiecerunt, quæ faciendæ hominibus vives in eis; & sabbata violauerunt vehementer: dixi ergo ut effunderem sanguinem meum super eos in deserto, & consumerem eos.* Et facti propter nomen meum, ne violaretur coram gentibus, de quibus dicebat in confessione eorum; ego uero tenui manus meas super eos in deserto, ne violarem eos in terram, quam dederam, flumen in lacte, & melle, præcipitum terrarum omnium: Quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbata mea violauerunt: post Idola enim cor eorum gradiebatur: & periecit oculus meus super eos, vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem ad filios eorum in solitudine. *In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custoditis, nec in Idolis eorum polluamini.* Quæ autem sint hæc præcepta Patrum suorum, explicans subdit; *Certe in via Patrum vestrorum vos polluamini, & post offendicula eorum vos fornicamini res in oblatione donorum vestrorum, cum traducatis filios vestros per ignem, vos polluamini in omnibus.*

his Idolis vestris usque hodie. Itaque cum inferunt ex his verbis, ergo baptizati liberi sunt ab obseruatione legum humanarum, ineptissime concludunt.

Ad illud Matth. 23. *Frustrè colunt me mandatis hominum.* iam responsum est disp. vlt. de Sacramentis in genere.

Quinta Obiectio. Deus in testamento veteri disposuit de votis, quomodo fierent, & quando, & de quibus rebus. At in nouo testamento Christus, & Apostoli nihil præscripserunt, nisi vnicam promissionem, quæ fit in baptismo Matth. vlt.

Respondeo falsum esse assumptum, nam in nouo testamento Saluator dedit cõsilia Euangelica, & præcepit obedientiam, paupertatem, & castitatem, quæ quisque potest vouere, vt diximus lib. 4. disp. 5. particulares autem dispositiones de votis, & quibuscunque rebus Deus Petro, & successoribus suis commisit dicens, Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* Quod Summo Sacerdoti Synagogæ datum non fuit, præcipue quia Deus omnia per Moysen minutim statuerat, & disposuerat. Votum autem esse seruandum postquam emissum fuit, legitur 1. Tim. 5. vbi Viduæ reprehenduntur, quæ votum continentiarum non seruauerunt. Præterea doctrina de voto quæ habetur Psal. 75. *Vouete, & reddite,* & Eccles. 5. *Si quid vouisti Deo non moreris reddere;* est doctrina moralis, quæ tenet in nouo testamento. Et Dauid insuper potius pro nouo testamento prophetauit & docuit, quam pro veteri.

Sexta Obiectio. Vel vouere volumus id quod præceptum fuit in Euangelio, vel id quod non est præceptum. si primum: hoc vanum est; quia iam in baptismo promissum fuit: si secundum: pugnamus cum baptismo, qui liberauit nos ab omnibus humanis inuentionibus.

Respondeo nos vouere, quod non est de præcepto, sed de consilio, vt dictum est lib. 4. disp. 7. Consilia enim ad hoc data sunt, vt quisque ad libitum possit illa per votum sibi assumere vt præcepta, vt dictum est loco citato, ad maiorem Christianam perfectionem assequendam. Cum subdit id pugnare cum baptismo; dico eum qui sic asserit, baptismum scilicet repugnare Euangelio, insanire. Nam profiteremur in baptismo seruare Euangelium; Euangelium autem docet consilia, quæ voueri possunt; quæ consilia non sunt hominum inuentiones, sed doctrina Saluatoris nostri Dei. Hæc autem obiectio & consimiles, sunt intentiones des hominum Sectariorum: doctrina autem quæ impugnatur est Euangelica, & Catholica, creditur ab initio nascentis Ecclesiæ: vt loco citato dictum, & probatum fuit.

Septima Obiectio. In baptismo plus vouemus, quam possumus obseruare & amplecti: ergo stultus est qui aliquid vouet: & iniuriam facit baptismo, quasi in eo factum, non sit sufficiens.

Respondeo falsissimum esse nos in baptismo promittere supra id quod seruare possumus. vanum quippe esset promittere, quod exhiberi non potest, & Deus irideretur, & promittens munus mendacis profiteretur. Saluator enim Matth. 23. dicit legem Euangelicam iugum suauem, & onus leue hærentem verba destruant, quæ ipsi sompniant. Ad sequelam dico eum qui vouet non esse stultum, sed cupidum amplioris Christianæ perfectionis, de qua legitur Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, &c.* & Lucæ cap. 14. *Sic ergo omnis ex vobis, qui annuntiat omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus.*

Promissio autem quæ fit in baptismo sufficiens est ad salutem obtinendam: sed assumere deinde consilia Euangelica, vt præcepta, ex vi voti necessarium est non ad salutem, sed ad maiorem perfectionem Christianam possidendam: ad quam non ducit promissio præceptorum, quæ fit in baptismo, vt diximus, lib. 4. disp. 5. & 7.

Octaua Obiectio, qua probant per memoriam baptismi remitti peccata, quæ post baptismum committuntur. Marci cap. vlt. dicitur. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit.* Hæc autem promissio semper manet, & semper est vera. Ergo qui peccando, à fide, & à baptismi fœdere recessit, si iterum incipiat credere, & amplecti fœdus baptismi sui, certe saluus erit. Confirmat Lutherus hoc argumentum sic. In testamento veteri Iudæi; quando redibant ad penitentiam, vt reconciliarentur Deo, ad memoriam reuocabant exitum de Ægypto. Ergo pro nostra reconciliatione pari modo ad baptismum confugere debemus.

Respondeo, quod si verba Saluatoris, sic intelligenda essent. Sequeretur omnem hominem post peccatum cum penitet, iterum baptizari debere. Ratio est quia efficacia baptismi oritur tanquam ex causa proxima ab ablutione in aqua cum debita forma verborum, & non ex memoriali actus ablutionis, ergo qui eundem effectum desiderat, causam illius applicare debere manifestum est. at hoc est absurdum, vt omnibus patet: ideo Obiectio Lutheri concludit in Barabpton, Sensus itaque ille est, quem ipse Saluator ibidem docuit; dixit enim Apostolis pro Gentium, & omnium infidelium conuersione. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit.* id est gentes quibus Euangelium prædicabitur, tunc saluæ fient, cum credent, & baptismum recipient; tunc damnabuntur, cum in infidelitate persistant, & credere noluerint; & in hoc sensu semper promissio est vera. Non infert autem peccata, quæ post baptismum committuntur, per memoriam baptismi, & replicationem eiusdem actus fidei deleri posse. Sicut igitur qui deficit à fide, & alia peccata mortalia habet, dicitur Apostata, & non Gentilis, ignorans fidem Christianam, vt erat priusquam baptizaretur; sic cum eum poenitet, redire iterum non potest ad Ecclesiam per eandem viam baptismi, sed per Sacramentum poenitentiarum, vt ab initio factum est in Ecclesia Catholica, & in disp. de Sacramento Poenitentiarum differemus.

Nona Obiectio. Scriptura de effectu baptismi loquens, omnes differentias temporis illi attribuit, puta præteritum, præsens & futurum; ergo baptismus vim habet purgandi omnia peccata præterita ante baptismum, præsentia, & futura nempe post baptismum. Antec. Probat. Ad Titum 3. dicitur in præterito. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis:* Marci vlt. dicitur in futuro. *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.* 1. Petri 3. dicitur in præsentem. *Saluos nos facit baptisma.* & ad Ephes. 5. *Mundans cum lauacro aquæ.* De quo loco inquit August. lib. 1. de Nuptijs, & concupiscent. cap. 33. *Quod Paulus ait. Mundans cum lauacro aquæ, sic accipiendum est, vt eodem lauacro regenerationis, & verba sanctificationis, omnia profusa mala hominum re-generatorum mundentur: atque sanentur, non solum præterita peccata, quæ omnia nunc remittuntur in baptismo, sed etiam quæ posterius, humana ignorantia, vel infirmitate contrahuntur: nõ vt baptismus quoties peccatur, toties repetatur: sed quia ipse, quod sequitur dicitur est, fit vt non solum antea, verum etiam*

Vota laudabilia sunt & commendata etiam in nouo testamento.

Materia voti sũt Consilia Euangelica.

Exponitur verus sensus citatæ Scripturæ.

etiam postea quorumlibet peccatorum vena fidelibus im-
petretur.

Respondeo falsum esse, effectum baptismi esse cir-
cà peccata futura & presentia in eo sensu, quo hoc
docent Sectarij; nec Scripturæ citatæ talia docent, vel
continent. Ad Titum 3. quia loquitur in præterito
nulla est difficultas. Ad illud Marci. *Qui crediderit,*
& *baptizatus fuerit saluus erit, & saluus erit,* cum de
salute finali dicatur nempe de æterna beatitudine;
manifestum est eam nõ posse esse effectum baptismi
sed tantum finem illius; ratio est quia multi baptizati
damnantur, nec post baptismum illicõ salus æterna
attingitur, ergo non est effectus baptismi, sicut remis-
sio peccatorum præteritorum, quæ immediate sequi-
tur: at nos de fide baptismi non disputamus, sed de
effectu; indubitatum enim est, finem baptismi esse,
æternam beatitudinem; at tunc consequitur finis, si
promissio quæ fit in baptismo seruetur, vel per poen-
itentiam post culpam reficiatur. Illud 1. Petri. *Sal-
uos nos facit baptisma.* non facit ad rem; nec conclu-
dit pro Sectarijs, quia Petrus baptismum Arcæ Noæ
assimilat, quæ ipsum ab aquis diluuij saluũ reddidit:
sic baptismus purgat & saluat nos à peccatis; at de
culpâ quæ post baptismum patrantur Petrus non
sermocinatur, vt Sectarij opinantur. Præterea bap-
tismus saluat absque aliquo medio, si suscipiens illicõ
post baptismum moriatur, at si multo tempore bap-
tizatus vixerit, saluat tantum, quatenus sine illo nemo
glorificari potest; verum necessaria sunt alia media
nempe obseruantia promissionis, quæ fit in baptismo
circà ea quæ præcepit Saluator; vt legitur Matth. vii.
Docentes eos seruare omnia quacunque mandauimus vobis.
Qui autem aliquandõ non seruauerit ad poenitentiam
Sacramentum confugere debet; itaque ad fidem bap-
tismi assequendam, non tantum baptismus est neces-
sarius, sed obseruantia præceptorum Dei, & poeni-
tentia.

Ad illud Ephes. 5. *Mundans eam lanacro aquæ.* A-
postolus loquitur de efficacia baptismi, per quem
Deus eos, qui baptizantur mundat; & quia qui bap-
tizantur constituunt Ecclesiam, ideo Deus mundat
Ecclesiam suam per lanacrum aquæ in verbo vitæ.
Hic est huius Scripturæ legitimus sensus. Sed pecca-
torem post baptismum, etiam per baptismum pur-
gandum esse, hoc ibi non dicitur.

Quod autem sibi August. adducant, in vanum la-
borant, quia August. his verbis citatis: *Sed quia ipso,*
quod semel datum est, fit, vt non solum ante, verum
etiam postea quorumlibet peccatorum vena fidelibus im-
petretur. Docet baptismum causam esse, vt finis ca-
paces reconciliationis, & fructus poenitentiae, quam
propter peccata quæ post baptismum patramus, ag-
gredimur. & quod ita sit, patet quia August. de ne-
cessitate Sacramenti poenitentiae post baptismum ló-
gos fecit sermones, nec aliquandõ dixit redeundum
esse propter peccata, quæ post baptismum patrantur,
ad baptismi memoriam, sed ad Sacramentum recon-
ciliationis, seu poenitentiae. ita præcipue Epist. 108.
tom. 2. in qua sic ait. *Agunt enim homines ante bap-*
tismum poenitentiam de suis prioribus peccatis; ita tamen
vt etiam baptizantur, sicut scriptum est in Actibus A-
postolorum cap. 2. loquente Petro ad Indæos, & dicens ad
Agite poenitentiam, & baptizetur unusquisque vestrum
in nomine Domini Iesu Christi, & dimittentur vobis pec-
cata vestra. *Agunt etiam homines poenitentiam, si post*
baptismum ita peccauerint vt excommunicari, & post-
ea reconciliari mereantur. Sicut agunt in omnibus Ec-

clesijs, illi qui proprie poenitentes appellantur. De tali
poenitentia enim loquutus est Apostolus Paulus 2. Corin-
12. *ubi ait. No uerum cum uenero humiliet me Deus*
apud uos, & iugam multos ex uis, qui ante peccauerunt,
& non egorunt poenitentiam super immunditia & luxuria,
& fornicatione quam egerunt: neque enim scribebas ista
nisi es, qui iam baptizati fuerant. Habemus etiam
in Actibus Apostolorum, Simonem iam baptizatum,
cum pecunia uellet emere ut ei per impositionem manus
daretur Spiritus sanctus admonitum à Petro, ut de hoc
gravi peccato ageret poenitentiam. Est etiam poenitentia
bonorum, & humilium fidelium poena quotidiana in qua
peccata tundimus, dicentes: dimitte nobis debita nostra,
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: neque enim
ea dimitti volumus nobis, qua dimissa non dubitamus in
baptismo, sed illa utique qua humana fragilitati, quam-
uis parua, tamen crebra subrepunt. Patet itaque Au-
gustinum non docere peccata quæ post baptismum
committuntur, per memoriam baptismi remitti de-
bere, sed per aliud Sacramentum, nempe poenitentiam.

Decima Obiectio. Fœdus Dei cum homine per-
petuum est, vt legitur in Isaia cap. 54. *In misericordia*
semperterna misertus sum tui. Rom. 3. Nunquid illo-
rum incredulitas fidem Dei euacuabit? Tim. 2. Si nos
credimus ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.
Hier. 3. *Tu autem fornicata es cum amatoribus malis*
tamen reuertere ad me, dicit Dominus. ergo fœdus no-
biscum initum in baptismo nunquam ita frangitur,
quin possimus ad illud redire, illudque renouare.
Præterea Apostolus ad Galat. 3. & 1. Cor. 12. Lap-
sos post baptismum reuocat ad promissionem gratiæ
baptismi. & ipsius promissionis natura hoc ostendit;
nam promissio baptismi est. Tit. 3. *Ut iustificati gra-*
tia ipsius, hæredes simus uitæ æternæ. Hæc autem est
generalis ratio iustificationis, post quemcunque lap-
sum: ergo semper iustificamur per baptismum, huic
obiectioni optimè satisfacit Cardinal. Bellarm. verbo
illius referam ex lib. 1. de Sacram. Baptif. cap. 18.

Respondeo Kemnitium sine vlla verecundia ludæ-
re in Scripturis, earumque testimonijs abuti, nam
locus Isaia 54. continet promissionem absolutam,
nimirum de fouenda perpetuò Ecclesia; ista enim
promissio à nulla conditione pendet: est enim matri-
monium inter Christum & Ecclesiam planè indis-
solubile. Similiter locus Rom. 3. continet absolutam
promissionem de missione Messie in mundum. At
promissio baptismi non est absoluta, sed conditiona-
ta, vt patet; quia includit conditionem fidei, perseue-
rantia, &c. Locus autem 2. Tim. 2. pro nobis est.
Cum enim Paulus dicit: *Si nos credimus, ille fidelis*
permanet, negare seipsum non potest: significat Deum
esse fidelè, quia tacit quod promisit, dum iusto præ-
mio, impios poena afficit. Vnde præmitit: *Si sustine-*
mus, & conuincemus: si negauerimus ille negabit nos.
Vbi vides promissionem conditionatam. Locus Hier.
3. docet Deum recipere homines ad gratiam, si re-
deant: sed non docet recipere eodem modo, & per
eadem instrumenta, quibus antea recepit. Locus Gal.
3. nihil faciat rem. Nam Paulus non docet eo loco,
quomodò iustificentur impij lapsi post baptismum,
vt Kemnitius fingit; sed docet homines non iustifi-
cari circumcissione alijsque operibus legis, sed per fidem
Christi. Locus autem 1. Cor. 12. ne vlla quidem
specie ad rem presentem facit. Solum enim Paulus
dicit esse omnes vnum Corpus, quia in vno spiritu
baptizati sumus; nec aliquid addit de lapsis iustifican-
dis post baptismum. Denique argumentum ex natu-
ra

Beatitudo non est
effectus baptismi
sed finis illius.

Per baptismum
sumus capaces
effectus & effectus
poenitentiae post
baptismum.

Sacri Scripturae à
Sectarijs ita con-
culcatur vt potius
ludære, quam se-
riò discurre vi-
deantur.

ra promissionis baptismi; est ineptum sophisma; & si enim baptismus promittat salutem per Christum, & quicumque post quemcumq; lapsum iustificatur, per Christum iustificetur; non tamen inde sequitur, eos iustificari per baptismum, qui post baptismum lapsi sunt. Nam latius patet iustificari per Christum, quã iustificari in baptismo per Christum: nam etiam Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, & cætera promittunt salutem per Christum.

Vndecima Obiectio ex Caluino lib. 4. Instit. c. 15. §. 3. In baptismo communicatur nobis Christi puritas, sed ea semper viget, nec vllis maculis opprimitur, igitur semper manet virtus baptismi nobis semel collati, & semper ad eam redire possumus, & per eam iustificari. Confirmat ex Patribus, qui reprehendunt eos, qui differunt baptismum vsque ad mortem. multi enim olim hoc errore decepti, quod baptismus non purget nisi præterita peccata, nolebant baptizari, nisi in fine vitæ, quando non amplius erant peccaturi: sed Patres arguunt eiusmodi errorem: proinde credebant baptismo purgari peccata omnia etiã futura.

Respondeo nobis in baptismo communicari Christi puritatem, at non eam qua ipse purus, & iustus est, sed illam qua nos iustos facit, putã gratiam inherentem, de genere qualitatis. Cum subdit, sed ea semper viget, dico eam semper vigere, dum quæ promissus in baptismo, seruamus. At cum mandata Dei transgredimur, non viget, quia *Deus odia habet peccatores*, ergo semper manet virtus baptismi semel collati. ineptissime inferitur.

Ad Confirmationem dico ipsam esse somnium; Patres enim dilationem baptismi damnant, sed non ea ratione, quam Caluinus assignat; nullibi enim talis inuenietur ratio, nec in Patrum, nec in filiorum doctrina. ratio autem quam Patres adducunt est, quia periculum ex hac vita absq; baptismo abeundi vitatur, nam quis posset subitanea, & improuisa morte perire.

Duodecima Obiectio ex Caluino loc. cit. §. 4. potestas clauium non potest separari à baptismo; ergo qui post baptismum lapsi, virtute clauium reconciliantur, per baptismum reconciliantur. Antec. prob. quia potestas clauium, non exercetur sine præicatione Euãgelij; qua annunciamus impios mundari Christi Sanguine; signum autem & testimonium Sanguinis Christi effusi, est baptismus, ergo potestas clauium non exercetur sine baptismo.

Respondeo huiusmodi fabulæ inani; quod per potestatem clauium vel Caluinus intelligit potestatem ordinis, & iurisdictionis, vel tantum potestatem prædicandi verbum Dei; si primum, verum est quod non potest separari à baptismo in hoc sensu, quia scilicet qui non est baptizatus non est capax ordinis, & iurisdictionis Ecclesiasticæ; sed non ex eo quod omnis baptizatus habet tales clauis ordinis, & iurisdictionis. & ex hoc nihil pro se obtinet Caluinus. Si intelligit per potestatem clauium, potestatem prædicandi verbum Dei, negamus quod hæc non possit separari à baptismo, quia absq; eo quod quisq; baptizet, vel baptizetur, potest vel prædicare, vel audire verbum Dei, & baptismus non indiget cõcione, vt suo loco probatum est: ergo lapsi post baptismum per baptismum reconciliantur: ergo Caluinus nescit de quibus affirmat: hæc est aptior sequela. Ad illud, mundamur per Sanguinem Christi; & testimonium Sanguinis Christi effusi est baptismus; dico omnia Sacramenta esse testimonium Sanguinis Christi effusi, sicut baptismus; itaq; cū per pœnitentiæ Sacramentum reconciliamur Deo, remissionem

& iustificationem accipimus per tale Sacramentum in Sanguine Christi, & per merita Sanguinis Christi. Quid ergo cõcludit Caluinus? nihil, præter hæresim.

DISPUTATIO V.

De differentia inter baptismum Ioannis, & baptismum Christi; & an ceremoniæ quibus vitur Ecclesia Catholica, in administratione baptismi sint tenenda vel abiicienda.

Doctrina Catholica de baptismo Ioannis est; ipsum fuisse à Deo institutum, & Ioanni traditum ac inspiratum; vt legitur Ioan. c. 1. *Qui misit me baptizare ille dixit mihi, super quem videru spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* & Luc. 3. *Factum est Verbum Domini super Ioannem.* Nec fuisse Sacramentum, sed præparationem, & dispositionem ad Sacramentum idest ad baptismum Christi, quod fit manifestum præcipue ex hoc quia parum durauit: nam cœpit Ioannes prædicare, & baptizare an. 15. Tiberij Cæsaris, & durauit per annu, & menses aliquot, nam deinde in carcere inclusus fuit ab Herode; probabile autem est illu sub nulla forma verboru baptizasse, vel sub forma Christi venturi, scilicet in nomine Christi venturi vt legitur. Act. 19. *Ioan. baptizans baptismum pœnitentiæ populum dicens, in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est in Iesum.* vnde elicitur huiusmodi baptismum gratia non cõtulisse, quia iteru baptismum Christi baptizari debebant, qui baptismum Ioannis baptizati fuerant. Fuit vero idem baptismus conueniens, primò vt nunciaret populo Iesum esse Messiam, vt legitur Ioan. cap. 1. *Ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel: properet à veni in aqua baptizans.* Secundò vt ab eo Christus susciperet baptismum, & ipsum baptismum consecraret, sanctificando aquam. Tertiò vt disponeret & præpararet ad baptismum Christi; & quartò vt ad pœnitentiam homines duceret. De quo baptismo in Concl. Trident. sess. 7. Can. 1. sic legitur. *Si quis dixerit baptismum Ioannu habuisse eandem vim cum baptismo Christi: Anathema sit.*

Doctrina Catholica de baptismo Ioannis.

Moderni autem Sectarij in hac materia plures errores eructarunt, dicunt enim baptismum Ioanis Sacramentum fuisse. Peccata remisisse, & ab eo baptizatos, non fuisse iterum baptizandos; ita tenent omnes discipuli, & sequaces Lutheri, & Caluinus pariter cum Calvinistis in Antid. Concl. Triden. & lib. 4. instit. cap. 15. §. 7. & 8.

Errores Sectariorum circa baptismum Ioannis.

Sed sciendum est Lutherum initio suæ Apostasiæ docuisse baptismum Ioannis non fuisse Sacramentum, nec remisisse peccata; & tali baptismo baptizatos iterum baptizandos fuisse baptismum Christi; ita docuit in disputatione de baptismo legis, Ioannis, & Christi, edita ann. 20. at quia non bene consonabat cum doctrina eiusdem Lutheri de Sacramentis, eius discipuli in huiusmodi re vale ei dixerunt. Vt igitur ordinatè procedamus in talibus erroribus refellendis, tres firmabimus Conclusiones.

Prima Conclusio. Baptismus Ioannis non fuit idem cum baptismum Christi. Probat ur; Baptismus Ioannis non fuit Sacramentum; ergo non fuit idem cum baptismum Christi, qui est Sacramentum. Antec. probatur. Sacramentum causat gratiam, vt superius probatum est. Baptismus Ioannis non fuit huiusmodi, ergo non

Baptismus Ioannis non fuit idem cum baptismum Christi.

fuit Sacramentum. Minor patet. Ioan. cap. 1. *Ego baptizo in aqua, & ut manifestetur, scilicet Christus in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans: & de Christo dicit. Hic est qui baptizatus in Spiritu sancto; & Marci 1. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto.* Ergo baptismus Ioannis non erat in Spiritu sancto. Ergo non erat idem baptismus, sed ille Ioannis erat dispositio & preparatio ad istum; nulla autem dispositio est forma ad quam est dispositio, sicut calor qui disponit ad formam ignis, non est ipsa forma ignis. Res patet.

Secundò probatur. Christus est auctor Sacramentorum novi testamenti, ut ipsimet Sectarij cōcedunt, sed baptismus Ioannis nō fuit institutus à Christo; ut legitur Ioan. cap. 1. ergo baptismus Ioannis non fuit idem cum baptismo Christi. Minor patet etia Match. 3. ubi legitur, *Videns Ioannes multos venientes ad baptismum suum.* & c. 21. *Baptismus Ioannis de Calo erat an ex hominibus.* Ex quibus patet baptismum Ioannis non esse baptismum Christi.

Tertiò probatur per rationem S. August. lib. 2. cōtrà litteras Petiliani Donatistæ c. 32. tom. 7. qui Petilianus eiusdem erat opinionis in hac re cum Sectarijs. *Iam verò quod unum quidem baptismum esse dixisti, sed tamen tribus gradibus consecratum, ipsaque tria sic personis singulis dispersus es, ut aquam Ioanni, Spiritum sanctum Domino Iesu Christo, & ignem tertium paracletico desuper misso tribueris: quantum error sit, parumper adverte. Eo quippè ductus es, ut ita sentiret. Quia Ioannes ait, ego quidem baptizo in aqua, qui autem post me venit maior me est, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. Hac considerare voluisti, non tria tribus sigillatim esse coaptata, aquam Ioanni, Spiritum Christo, ignem Paracletico, sed tria hac ad vos potius pertinere, unum ad Ioannem, & duo cetera ad Dominum. Neque enim dictum est, ego quidem vos baptizo in aqua, qui autem post me venit maior me est, cuius nō sum dignus calcamenta portare, ipse vos baptizet in Spiritu sancto, qui autem post illum venturus est paracletum, ipse vos baptizet in igne; sed ego quidem, inquit, in aqua, qui autem post me venit in Spiritu sancto & igne, unum sibi tribuit, illi duo. Vides ergo quemadmodum te sefellus numerus. Adhuc attende: unum dixisti baptismum tribus gradibus consecratum, aqua, Spiritu sancto, & igne, & tres personas, & singula posuisti, Ioannem ad aquam, Christum ad ritum, paracletum ad ignem: si ergo aqua Ioanni ad eundem pertinet, cuius unitas commendatur, non debuerunt baptizari iubente Paulo Apostolo quos competeras baptizatos à Ioanne. iam enim habebant aquam ad eundem sicut dicitur baptismum pertinentem: restabat ut Spiritum, & ignem acciperent, quia defuerant Ioanni ut completetur baptismus tribus, ut asseru gradibus consecratum: cum vero auctoritate Apostolica missi sunt baptizari, satis declaratum est aquam illam Ioanni nō pertinere ad baptismum Christi, sed pro necessario tempore alterius dispensationis fuisse.*

Secunda Conclusio. Baptismus Ioannis nō remittebat peccata ex opere operato. Prob. Remissio peccatorum fit per superuenientem gratiam Spiritus S. sed baptismus Ioannis non dabat gratiam Spiritus S. ergo nec remissionē peccatorum. Min. prob. Mar. c. 1. *Ego baptizavi vos in aqua, ille vos baptizabit Spiritu S.*

Respondent huic Scripturæ Philip. Calu. & Kem. ut notat Card. Bellar. de Sacram. baptif. c. 21. Ioannem Baptistam voluisse distinguere hoc loco ministerium externum quod sibi conueniebat, ab interno ministerio quod est solius Christi, adeout aqua esset

per Ioannē exhibita, & remissio peccatorum à Christo; & hoc modo esse eundem baptismum.

Cōtrà, si ita esset nullum esset discrimen inter baptismū Ioannis, & baptismum, quem Apostoli, & nos damus in nomine Christi; quia eodē modo nos aqua damus, & verba profertimus, & Christus tribuit remissionē peccatorum, & dona spiritualia; at hoc est falsū, quia baptismus Ioannis, verē dicitur baptismus Ioannis at quem Apostoli dederunt, nō potest dici baptismus Pauli, Cephe, Andree, &c. imò hoc reprehenditur ab Apostolo 1. Cor. 1. *Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab ijs qui sunt Chloes, quia contentiones sūt inter vos. Hoc autem dico quod unusquisq; vestrum dicat, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha, ego autem Christi, diuisus est Christus? nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizatus est? &c.*

Præterea Ioannes, ut idem Bellar. loc. cit. inquit loquitur de suo ministerio in tempore præterito, & de operatione Christi in futuro, *Ego baptizavi vos aqua, ille vos baptizabit Spiritu sancto.* Etenim si per ministeriū Ioannis Christi dedit tunc remissionē peccatorum, dixisset Ego baptizavi vos aqua, ille vos baptizavit Spiritu sancto, sicut Paulus dixit; *Ego plantavi, Apollo rigauit, Deus incrementū dedit;* quia fuit eadem actio; & non dixit Deus incrementū dabit, ne doceret duas esse actiones; quod esset falsum, quia cōcurfus fuit simultaneus; ergo sequitur à primo ad vltimū cum Ioannes dixerit ego baptizavi vos aqua, & ille vos baptizabit Spiritu sancto; duas fuisse actiones distinctas, seu duo baptismata.

Præterea de baptismo Christi dicitur Matth. 3. *Ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igne,* quod factū est in die Pentecostes; tunc enim cum Ecclesia fundaretur Deus gratiæ internæ signa addidit externa, ut legitur Act. 2. at hoc dici nequit de baptismo Ioan. ergo baptismus Ioannis est alius baptismus, à baptismo Christi.

Quod autem baptismus Ioannis non fuerit Sacramentū. Prob. quia si fuisset Sacramentum sacrilegiū fuisset illos iterū baptismo Christi baptizare, qui baptismo Ioannis baptizati fuerant; sicut sacrilegium est iterare baptismum; at Scriptura docet oppositum; nā Act. 19. Paulum ad quosdam Ephesios dixisse legitur. *In quo ergo baptizati estis? qui dixerunt in Ioannem baptizate. dixit autē Paulus. Ioannes baptizauit baptismum penitentiæ populum dicens. in eum qui venturus esset post ipsum ut crederent, hoc est in Iesum. Hi auditi baptizati sunt in nomine Domini Iesu. & sequitur Scriptura. Et cū imposuisses illi manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur lingua & prophetabant. itaq; yigne, non significabatur effectus proprius baptismi sēper duraturus, sed donum aliquod consequēs baptismū distribuendū tm̄ tēpore primitiæ Ecclesiæ.*

Præterea cū Apostoli, ut legitur in Actis, tot millia hominum baptizauerint, absq; dubio istorum plurimi baptizati erant baptismo Ioan. quia Mar. c. 1. narrat vniuersos Ierosolymitas baptizatos à Ioanne; consequēs igitur & baptismum Ioannis non fuisse Sacramentum, nec ex opere operato remissionem peccatorum dedisse; aliter concedenda esset homini iteratio baptismi; hoc autem ipsimet Sectarij falsum esse dicunt.

Prob. tandē conclusio veterū PP. tertium. Baptismus scilicet Ioannis non remittit peccata, Aug. lib. 15. de baptif. cōtrà Donat. c. 10. to. 7. ait. *Quaro itaq; si baptismo Ioan. peccata dimittebatur, quid amplius præstari posset per baptismū Christi, eū quos Apost. Paul. post baptismū Ioanis, Christo baptismum voluit baptizari. si autem Ioan.*

Osculus Sectariorum refellitur.

Doctrina Augustini de baptismo Ioannis.

Baptismus Ioannis non remittit peccata ex opere operato.

Si baptismus Ioannis fuisset Sacramentum, sequeretur baptismi iterari posse.

Testimoniū veterum Sanctorum Patrum.

Baptismus Iohannis in spe remittebat peccata.

Joan. baptismo non dimittebantur peccata, &c. & paulò post. Quapropter quamquā ita credam baptizasse Ioan. in aqua penitentia in remissionem peccatorum, ut ab eo baptizati in spe remitterentur peccata, re ipsa verò in Domini baptismo id fieret, sicut resurrectio quæ expectatur in finem, spe in nobis facta est, sicut dicit idem Apostolus, quia simul nos excusavit, & simul fodere fecit in Cælestibus; & idem dicit: spe enim salvi facti sumus. Nam & ipse Ioannes in remissionem peccatorum: Domini videns ait. Ecce agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Chrylost. Homil. 12. in cap. 3. Matth. tom. 2. ait. Sicut ergo in una tunc mensa, ita in uno nunc flumine, & approbavit umbram & addidit veritatem. Sancti enim Spiritus gratia in Christi baptismo est. Ioannem vero baptisma hac donatione privatur.

Gregor. Homil. 20. in Euang. Tom. 2. ait. Concilio legentibus liquet, quia Ioannes non solum baptismum penitentia predicavit, verum etiam quibusdam dedit, sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur, predicans baptismum penitentia in remissionem peccatorum: quoniam baptismum quod peccata solueret, quia dare non poterat predicabat, ut sicut Incarnatum Verbum Patris præcurrere verbo prædicationis, ita baptismum penitentia quo peccata solvantur præcurreret suo baptismo, quo peccata solvi non possunt. ut quia eius sermo præcurrerebat præsentiam Redemptoris, ipsum quoque cum baptisma præcedendo fieret umbra veritatis.

Videns autem Calvinus hanc doctrinam de baptismo Ioannis quam nunc tenet Ecclesia Catholica eandem esse quam à principio tenuit Ecclesia Dei, sic loquitur lib. 4. Instit. cap. 15. §. 7. ut notavit Card. Bell. loc. sup. cit. Quare neminem perturbet quod alterum baptisma, ab altero baptismo discernere veteres contendunt: quorum non tanti esse nobis debet calculus, ut Scripturæ certitudinem quatefaciat. Quis equum Chrylostomum potius auscultet, quam Lucam? nec recipienda est illa Augustini argutia; in spe dimissa fuisse peccata baptismo Ioannis, Christi baptismo re ipsa dimitti. At non rectius, inquit Bellar. dicere possumus, quis Calvinum potius auscultent, quam Chrylostomum, & Aug. & tot alios antiquissimos & doctissimos PP. non enim questio est, an sit credendum Lucæ an Patribus, sed an Lucam melius intellexerit Calvinus, quam tot Patres.

Tertia Conclusio. Sacræ ceremoniæ, quibus utitur Ecclesia in collatione baptismi sunt laudabiles, & tenendæ. Probat, idè tenendas non esse vociferatur Sectarij, quia in divinis litteris non habetur, ut inquit Calvin. lib. 4. Instit. c. 16. §. 19. sed hæc ratio est nullius momenti, ergo inane est assumptum. Minor probatur. Quia ut sæpius probatum est, non omnia quæ tenet Ecclesia, & tenuit ab initio, habentur in Scripturis; & multa ipsi Sectarij retinent, quæ Scriptura nō docet; ut dictum est. Quapropter cum August. fatendum est lib. 4. de Baptismo. Quod universa tenet Ecclesia, nec Concilijs institutum, sed semper retentum est, non nisi Apostolica auctoritate traditum, rectissime creditur. Omnes autem sacræ ceremoniæ quibus utitur Ecclesia in collatione baptismi servantur ab universa, tam Græcorum, quam Latinorum Ecclesia, ut manifestum est. Ergo Apostolica auctoritate statuas fuisse necessarium credendum est. & dato quod Ecclesia sequentibus temporibus post Apostolos aliquas posuerit, iure hoc fecisse dicendum est, propter potesta-

tem à Christo ei traditam Matth. 16. & 18. & alibi, ut diximus lib. 2. disp. 4.

Præterea ipsi Sectarij præscripserunt suas ceremonias, & formulam habent in administratione Sacramentorum, quæ in sacris litteris non habetur, v. g. ut infans afferatur die Dominico ad Baptismum, vel alio die cum ad Ecclesiam populus ad concionem concurrat. ut patris spondeat suo tempore doctorem in fide, & moribus eum qui baptizatur. ut nomen baptizato imponi debeat. ut forma Sacramenti dicatur, lingua patria. ut recitetur Symbolum, & oratio Dominica. ita Caluin. in libello de forma administr. Sacram. Lutherani similes habent ceremonias, addita abrenunciatione Satanae & pompis eius; ut patet in agenda Saxonica, & alijs similibus. & Lutherus in suo Catechismo signum Crucis in fronte & pectore baptizandi pingi debere præcepit. At horum nihil habetur in Scripturis sacris ut patet; nam licet habeatur oratio Dominica, non tamen ibi dicitur in baptismo recitanda esse. cur autem ipsis id liceat, & non Ecclesiæ Catholicæ ratio non apparet nisi quia sic placuit illis opinari.

Ad Obiectiones Sectariorum. Prima Obiectio Calvini in Antid. & lib. 4. instit. cap. 15. §. 18. Eadè fuit doctrina, idem ritus, eadè gratiæ oblatio in baptismo Ioannis & Christi; ergo idè baptismus erat, & eundè efficaciz: Antec. prob. Nam Ioannes, quod attinet ad doctrinam, prædicavit Christum esse hostiam pro peccatis nostris cum ait. Ioan. 1. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi, quæ certè est summa totius doctrinæ Christianæ. quantum ad ritum; baptizavit in aqua, & in nomine Christi, ut patet Act. 19. Deniq; quantum ad oblationem gratiæ, utriq; in penitentiam, utriq; in remissionem peccatorum, baptizarunt, ut patet de baptismo Ioan. Luc. 3. & de baptismo Christi Act. 2.

Respondeo falsum esse antec. ad probat. dico Ioannem utique docuisse Christum esse Agnum qui tollit peccata mundi, sed genericè & implicite; quia passionem Christi non prædicavit nec mortem, nec resurrectionem eius, quorum notitia necessariò requiritur in baptismo adultorum. Patet ex hoc quia Apostoli, qui doctrinam Ioannis habebant, nesciebant Christum passurum; nam cum Saluator de morte sua loqueretur Apostol. Matth. 6. nihil ipsi intellexerunt. sic enim ibi legitur. Exinde cepit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis, & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere & assumens eum Petrus cepit increpare illum dicens: absit à te Domine: non erit tibi hoc, & Luc. 18. Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis, tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & confuetur, & postquam flagellaverint, occident eum, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur. igitur falsum est, quod Calvinus asserit, eandem scilicet fuisse doctrinam, quæ in baptismo Ioannis, & Christi prædicabatur.

Quantum ad ritum, nec adest identitas; quia licet baptizaret in aqua, tamè differètia erat in forma baptismi, quod magis importat; nam Ioannes an baptizaverit in nomine Christi futuri dubium est, quia eodè baptismo baptizavit Saluatorem, nec tamen dicere potuit in nomine Christi futuri; & dato quod ita dixerit, multum tamè differt à forma baptismi Christi, quæ habetur Matth. vlt. Baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Baptismus Iohannis & baptismus Christi omni ex parte differunt.

Occursus Calvini egregiè refellitur à Car. Bellar.

Sacræ ceremoniæ quibus Sacramenta conferuntur laudabiles sunt,

Quantum ad oblationem gratiæ valdè differunt : quia baptismus Ioannis dolorem peccatorum cõmisorum intendebat , & propositum mutandi vitam in melius , & doctrinam Christi recipiendi ; & hac ratione dicitur baptismus pœnitentiæ. Lucæ 3. *Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum* ; id est obtinendam per baptismum Christi ; at baptismus Christi dicitur Ioan. 3. regeneratio , & ad Tit. 3. *lavanacrum regenerationis* . & licet legatur de baptismo Christi Domini Act. cap. 2. *Pœnitentiã agite , & baptizetur unusquisq; vestrum* . Tamen ponitur hic pœnitentiã , vt quid prærequisitum in baptismo adultorum ; sed non exprimitur in baptismo Ioannis effectus , qui de baptismo Christi legitur Act. c. 2. *Baptizetur unusquisq; vestrum in remissionem peccatorum & accipietis donum Spiritus sancti* . quod legitur de baptismo Ioannis tantum in spe ; quia solum per Christum mediante suo baptismo habetur remissio peccatorum .

Secunda Obiectio , Apostolus ad Ephes. 4. per gradationem ostendit in nouo testamento quod vbi vnũ est Corpus , vnus Spiritus , vna spes vocationis , vnus Dominus , vnus Pater , vna fides , ibi etiam est vnum baptisma . At illa omnia erant tempore Ioannis Baptistæ . ergo idem tunc erat baptismus .

Respondeo Apostolum non inferre vnitatẽ baptismi ex eo quod est vnus Dominus , vnum Corpus , & vnus Spiritus , &c. sed vnitatem Spiritus & pacis . Nam inquit quia vno baptismo baptizati sumus , & vnum corpus sumus sub vno Domino , hac ratione vnitatẽ Spiritus in vinculo pacis tenere debemus . verba Apostoli hæc sunt . *Obsecro itaq; vos ego vinctus in Domino , vt digne ambuletis vocatione , qua vocati estis , cõ omni humilitate & mansuetudine cum patientia supportantes inuicem in charitate , solliciti seruari vnitatem Spiritus in vinculo pacis . vnum corpus , & vnus Spiritus , sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae . vnus Dominus , vna fides , vnum baptisma* . itaq; obiectio proposita sic cõcludit , debemus seruari vnitatem Spiritus in vinculo pacis , quia vno baptismo baptizati sumus ; ergo baptismus Ioannis est idẽ cum baptismo Christi , quid ineptius ?

Tertia Obiectio . In baptismo quem Ioannes dedit Christo in Iordane adfuit Spiritus sanctus in specie columbæ , vt ostenderet gratiam & beneplacitũ Dei , quod adest in nostro baptismo . at Saluator baptizatus fuit baptismo Ioannis , ergo baptismus Ioannis habet eundem effectum cum baptismo Christi , puta donum Spiritus sancti , erga est idem baptismus .

Respondeo Spiritum sanctum adfuisse Christo , nõ vt ostenderet baptismum Ioannis conferre gratiam Spiritus sancti , vt baptismus Christi ; sed vt ostenderet Christum esse filium Dei , olim promissum per Prophetas , habentem plenitudinem omnis gratiæ , & vnitatis . sic ipse Ioannes Baptista docuit . Ioan. cap. 1. *Quia vidi spiritum descendentem quasi columbã de Cælo , & mansit super eum . Et ego nesciebam , eum sed qui misit me baptizare in aqua , ille mihi dixit . super quem videris spiritum descendentem , & manentem super eum , hic est qui baptizat in Spiritu sancto . & ego vidi & testimonium perhibui , quia hic est filius Dei* .

Sed cur baptizari voluit Saluator baptismo Ioannis ? Mihi valdè placet ratio quam Hieronymus in cap. 3. Matth. assertit , vt scilicet ostenderet baptismum Ioannis fuisse bonum , & à Deo inspiratum ; & sic omnes testimonium Ioannis , quod dabat de Christo , vt verissimum recipere ; quia venerat , *in testimonium ; vt testimonium perhiberet de lumine* .

Quarta Obiectio . Apostolus 1. Cor. 12. docet nõ effici vnũ corpus per baptismum . at vnũ corpus efficiuntur non solum inter nos , sed etiam cõ Christo ; ergo idẽ baptisma habemus cum Christo , ergo baptismus Ioannis , quem Christus accepit , erat idem cum baptismo Christi .

Respondeo , ad hoc vt efficiamur membra corporis Christi , opus non esse , vt Christus baptizetur baptismo quo nos baptizamur ; sed requiritur , vt omnes baptizemur baptismo quem ipse instituit , & fidem in ipsum , quam docuit habeamus . Patet à simili ; nam ad hoc vt milites sint de exercitu Regis , non est opus vt Rex fiat miles , & arma militaria sumat , sed satis est illi præcipere , & militibus obedire in omnibus quæ tunc imperat , & hoc Regiæ Maiestati magis congruit : ita in casu .

Quinta Obiectio . vnũ corpus sumus , non solum nunc inter nos , sed etiam cum illis , qui erant prædicante Ioanne , & baptizate antequam Dominus baptizare inciperet . at vnũ corpus efficiuntur per vnũ baptisma , ergo baptismus Ioannis idem erat cum baptismo Christi .

Respondeo nos vnũ corpus esse cum illis qui baptismo Ioannis baptizabantur eo modo , quo vnũ corpus facit Ecclesia cum Synagoga Iudæorum , antequam per legem Euangelicam sepeiretur . at sicut ex hoc nõ sequitur Synagogam baptismum Christi habuisse ; sic nec illi , qui baptizabantur baptismo Ioannis , Christi baptismum habuerunt , qui quali omnes iam de facto circumcisionem habebant , cum essent Iudæi , vt legitur Marci cap. 1. *Fuit Ioannes in deserto baptizans , & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum . & egrediebatur ad eum omnis Iudæa regio : & Ierosolyma uniuersi , & baptizabantur ab illo in Iordane flumine* . qui deinde baptismum , & fidẽ Christi susceperunt , vt legitur in Actis cap. 19. & verissimile est omnes quotquot baptismum Ioannis susceperunt , fidem & baptismum Christi post diem Pentecostes receperunt ; cum iam essent dispositi & præparati per Ioannem , & hoc erat proprium munus illius , vt legitur Lucæ 1. *Ut conuerteret corda Patrum , in filios , & incredulos ad prudentiam inforum , parare Dominum plebem perfectam* . Vtq; testimonium de Christo præberet , vt legitur Ioan. 1. *Fidẽ venit in testimonium , vt testimonium perhiberet de lumine* .

Sexta Obiectio . Tempore Pauli Apostoli multi erant vnũ Corpus Christi , qui tamen non habuerant nisi baptismum Ioannis , nam Apostoli non sunt baptizati nisi baptismum Ioannis , excepto Paulo ; similiter Apollo quidam Act. 18. non nouerat nisi baptismum Ioannis , & tamen non est coactus rebaptizari . Denique ipse etiam Baptista non fuit à Christo , vel à discipulis eius baptizatus .

Respondeo falsum esse , eos qui tempore Pauli de Corpore Christi erant , scilicet de Ecclesia , non suscepisse baptismum Christi ; cum Act. 19. legatur tales debuisse baptizari baptismum Christi ; sic enim ibi habetur . *In quo ergo baptizati estis ? qui dixerunt in Ioannis baptismo : dixit autem Paulus : Ioannes baptizauit baptismum pœnitentiæ populum dicens in eum qui venturus esset post ipsum , vt crederetis , hoc est in Iesum . His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu* . Ad illud quod Apostoli non sunt baptizati , nisi baptismum Ioannis , falsum est ; & licet Scriptura id non dicat , nõ tamen infertur ex hoc eos baptismum Christi non suscepisse ; quia Scriptura nõ omnia quæ facta sunt , narrat : vt Ioannes Apostolus cap. vlt. dicit ; *Sunt autem , & alia*

Apostolus ex vnitatẽ baptismi , &c. infert vnitatem Spiritus & pacis inter fideles .

Cur Spiritus sanctus in specie columbæ apparuit super Christum in Iordane .

Cur Saluator baptizari voluerit à Ioanne .

Exemplum aptum ad rei intelligentiam .

Et alia multa qua fecit Iesus: qua si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros. Et hac ratione Romanos à Petro, & Ephesios, Galatas, &c. à Paulo, non recepisse baptismum affirmare possemus, eo quod Scriptura id non dicat. Quod tamen verum non esset. & sicut id factum colligimus quia Saluator dixit Matth. vii. *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eas, &c.* Sic & Apostolos omnes pariter baptizatos fuisse affirmare debemus ex illo expresso præcepto Christi de suo suscipiendo baptismo, quod habetur Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest intrare in Regnum Dei.* Addito loco Act. 19. in quo legitur baptizatos baptismo Ioannis non recepisse Spiritum sanctum, & baptismo Christi baptizatos esse. De Apolline Act. 18. Sectarij inferunt non suscepisse baptismum Christi; at locus ille totum oppositum continet; quia illum insufficientem esse ad docendum, nec perfectum Christianum fuisse legitur, ex eo quod tantum baptismum Ioannis sciret; quia ille erat tantum præparatio & dispositio ad baptismum Christi; ergo adhuc ut esset perfectus in via Domini, baptismum & doctrinam Christi suscipere debebat. Sic enim dicit Scriptura loc. cit. *Iudeus autem quidam Apollon nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens devenit Ephesum, potens in Scripturis. Hic erat edoctus viam Domini, & fervens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea qua sunt Iesus, sciens tantum baptismum Ioannis. Hic ergo cepit fiducia agere in Synagoga. Quæ cum audissent Priscilla, & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam Domini. Via autem Domini est, ut quisque baptizetur baptismo quem ipse instituit.*

An autem Ioannes Baptista à Christo vel discipulis eius baptizatus fuerit, dico, ex Scriptura Ioannem suscepisse baptismum Christi satis elici. nam Matth. 3. Ioannes dixit Christo petenti baptismum, *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Cui Saluator: *sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Ex quo elicitur Ioannem necessitatem baptismi Christi confiteri, quia dicit: *debeo à te baptizari:* quid est debeo, nisi necesse est fieri? & Christus ad illum: *sine modo: id est nunc, à te baptizabor, sed postea & tu sumes baptismum meum.* Hic mihi videtur verus huius Scripturæ sensus; ut etiam attentè legenti patebit.

Septima Obiectio. Maior consolatio esset si Christus suscepisset baptismum nostrum, seu quem nos sumimus, & ipse instituit: quod sequeretur si diceretur baptismum Ioannis esse eundem cum baptismo Christi.

Respondeo nullam esse consolationem falsam sequi opinionem: & id quod Salvatore detrabit, affirmare. nam non decet Salvatore accipere remediū saluandorum; & signum adoptionis filiorum, cum sit filius naturalis Dei; & etiam secundum humanitatem plenus gratia & veritatis, innocens, impollutus, segregatus, à peccatoribus, &c. baptismum autem Ioannis suscepit, ut sanctificaret aquam, & materiam sui baptismi: ut probaret testimonium Ioannis; ut figuraret baptismum nostrum, quia descendit Spiritus sanctus super illum; sic super recipientes baptismum suum gratia Dei accedit. ut ait August. 13. de Trinitate cap. 26. tomo 3. his verbis: *Nec sanè tunc unctus est Christus Spiritu sancto, quando super eum baptizatum velut columba descendit, tunc enim Corpus Iuvenis, id est Ecclesiam suam, præfigurare designatus est, in qua præcipue baptizati accipiunt Spiritum*

sanctum. Sed ista mystica, & invisibili unctio tunc intelligendus est unctus, quando verbum Dei caro factum est; id est quando humana natura sine ulla præcedentium bonorum operum meriti, Dei verbo est in utero Virginis copulata; itant cum illa fieret una persona. At dices: Saluator circumcisus est, circumcisio autem signum est saluandorum, & signum adoptionis: ergo pari modo poterat suscipere Sacramentum baptismi.

Respondeo negando paritatem, quia Saluator circumcisus fuit, ut legem veterem sanctam esse doceret, & populo Iudæorum coniungeretur, cui promissio Messie à Deo per Prophetas fuit exhibitæ, quod scilicet Salvatore ex eodem populo eis tribueret: & si circumcisus non esset, de populo Iudæorum non scriberetur. Adde quod illi Nationi, puerum ex Iudæis natum non circumcidere magnum fuisset scandalum. hæc autem non eveniunt eo quod baptismum quem ipse instituit, non suscepit.

Saluator cur circumcisus sit, & non baptizatus baptismo quem instituit

De Sacramento Confirmationis.

DISPUTATIO VNICA ET VI.

An Confirmatio sit verum & proprium Sacramentum.

NEGANT Sectarij Confirmationem esse propriè Sacramentum, ut dictum est lib. 7. disp. 6. de numero Sacramentorum, & consequenter damnant materiam, ministrum, effectum, & omnia quæ ad hoc Sacramentum spectant. Lutherus lib. de captiv. Babyl. cap. de Confirmatione eam esse ecclesiasticam ceremoniam, ut est consecratio aquæ & similibus quæ fieri solent, confinxit. Zuvinglius lib. de vera & falsa Religione addit fuisse ritum in Ecclesia institutum ad examen puerorum qui in infantia fuerant baptizati, idem fere docet Kemnitius in 2. parte examinis pag. 320. Philippus in locis cap. de Confirmat. Calvini lib. 4. instit. cap. 19. §. 4. & sequaces. itaque partes nostræ in disputatione præsentis erant, ut hæc omnia probemus, quæ ipsi negare voluerunt.

Aduersus huiusmodi errores Concilium Trident. sess. 7. tres Canones statuit: & hi sunt: *Si quis dixerit, Confirmationem baptizatorum omnem ceremoniam esse, & non potius verum & proprium Sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse quam Catechesin quædam, qua adolescentiæ proximi, fidei suæ rationem coram Ecclesia exponant. Anathema sit.*

Si quis dixerit inuarias esse Spiritus sancti eos qui sacro Confirmationis chrismate uncti sunt, aliquam tribuunt, Anathema sit.

Si quis dixerit sanctæ confirmationis ordinarium ministrum, non esse solum Episcopum, sed quemcumque simplicem Sacerdotem. Anathema sit.

Ut autem firmum fundamentum ponamus, quo veritatem huius Sacramenti ostendere possimus, breuiter relegendum est, verbum Dei aliud esse scriptum, & aliud non scriptum, sed traditum, & utrumque esse æqualis auctoritatis. Nam sicut mandatum Principis eandem vim, & auctoritatem habet apud subdi-

Omnis Secta negant Confirmationis Sacramentum.

Doctrina Catholica de Sacramento Confirmationis.

Ioannes baptizatus est baptismo Christi.

Verbum Dei aut
est scriptum, aut
traditum, & utri-
que eiusdem est
fuitatis.

subditos, siue scripto siue viua voce proferatur, sic
etiam verbum Dei, siue scriptum, siue traditum sit.
hinc Apostolus 2. Thess. cap. 2. inquit. *In quo fra-*
tres stete, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per
sermonem siue per epistolam nostram. & 1. Cor. cap. 11.
Cetera autem cum venero, disponam. quæ autem dis-
posuit, non leguntur: quia ea ore tradidit.

Et hac ratione aliqua habet Ecclesia Dei quæ sunt
dogmata fidei necessaria ad salutem, & tamen in
verbo scripto non habentur, & ab omnibus fideli-
bus necessariò creduntur, & ipsimet Sectarij recipere
coguntur; v. g. quod omnis Scriptura veteris,
& noui testamenti simul sumpta sit verbum Dei.
Quod eadem Scriptura vnde fidei dogmata accipi-
mus maneat sincera, nec sit falsata. Quod habea-
mus verum sensum illius. Symbolum fidei quod
omnes fideles habent, esse canonicum, & verè ab
Apostolis traditum fuisse. Quod infantes sint bap-
tizandi. numerus Sacramentorum, &c. Hæc in ver-
bo scripto non habentur, & tamen necessariò cre-
denda sunt: manifestum est igitur verbum Dei aliud
esse scriptum, & aliud non scriptum: & vtrumque
æqualis esse auctoritatis.

Parimodo olim Synagoga quædam dogmata fi-
dei ad salutem necessaria per traditiones habuit, quæ
in verbo scripto non continebantur, v. g. quod libri
Moylis essent veri & sinceri, & à Deo inspirati, &
non humana industria Moylis compositi. Remedi-
um quod pro mulieribus datum fuit contra peccatum
originale. Quod sanguinolenta sacrificia animalium
quæ Synagoga habebat mortem Christi figurarent
& significarent; quod saltem à doctis cre-
ditum erat & iustis, vt populum deinde instruerent,
qui certè sine tali fide in Christum saluari nequibat;
& tamen Scriptura veteris testamenti hoc expresse
non docet. Itaque populus Dei semper traditionum
necessitatem credere debuit: seu multa dogmata
necessaria ad salutem habuit per traditiones absque
Scriptura. Et hoc veteres Patres animaduertens sem-
per traditiones firmissimè tenuerunt, idcirco Ter-
tullianus lib. de Corona militis cap. 4. inquit. *Harum*
& aliarum eiusmodi disciplinarum, si legem exposules
Scripturarum, nullam inuenies. Traditio tibi præstati-
tur uelutrix. Consuetudo confirmatrix, & fides obser-
uatrix. Basilii in lib. de Spiritu sancto cap. 29. contra
Macedonianos, & Eunomianos qui nolebant admit-
tere: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto,* eo
quod in Scriptura non haberetur: inquit. *At non*
desunt isti sursum deorsum iactare, Deicum sancto
Spiritu glorificationem carere testimonio, carere Scrip-
tura. & in initio cap. 29. subdit. *Somnil aliud est re-*
ceptum absque Scripturis, ne hoc quidem recipiatur.
Sed plurima arcana circa Scripturam recepta sunt no-
bis: cum alijs plurimis, & hoc recipiamus. arborum
autem Apostolorum esse, etiam non scriptis traditio-
ibus adherere & cap. 27. ait, Dogmata qua in Ecclesia
seruantur, & prædicantur, partim ex conscripta doc-
trina habemus, partim ex Apostolorum traditione in-
mysteria ad nos delata recipimus. Quo utramque ean-
dem ad pietatem vim habent, & nemo his contradicit
qui vel mediocrem saltem Ecclesiasticorum iurium ex-
perientiam habet.

August. Epist. 118. tomo 2. ait. *Illam autem qua*
non scripta, sed tradita custodimus, qua quidem toto
terrarum orbe obseruantur dantur intelligi, vel ab ipsis
Apostolis, vel plenarijs Concilijs, quorum est in Eccle-
sia saluberrima auctoritas, commendata absque siatura

retineri. & lib. 5. de Baptismo contra Donatist. c. 25.
to. 7. ait. *Consuetudo illa qua opponatur Cypriano,*
(puta de non rebaptizandis hæreticis) *ab Apostolo-*
rum traditione exordium sumpsisse credenda est.

Chrysolomus super 2. Thess. 2. tomo 4. super
illud, *tenete traditiones,* inquit. *Hinc patet quod non-*
omnia per epistolam tradiderit, sed multa etiam sine
litteris. eadem vero fide digna sunt tam illa quam ista.

Epiphani. hæresi 61. ait. *oportet autem & traditio-*
ne uti, non enim omnia à diuina Scriptura possunt acci-
pi. Quapropter aliqua, in scriptis, aliqua in traditio-
ne sancti Apostoli tradiderunt, quemadmodum dicit
S. Apostolus; Sicut tradidi vobis.

Et hæc veritas de necessitate traditionum confie-
matur adhuc duplici ratione. Primò, quia olim illi
tantum qui fuerunt hæretici negauerunt traditiones.
quod notauit P. Beccanus in Manuali cõtrou. lib. 1.
cap. 2. Arriani enim vt scribit August. lib. 1. contra
Maximum in principio tomo 6. Macedoniani, &
Eunomiani nolebant admittere, *Gloria Patri, &*
Filio, & Spiritui sancto, eo quod in Scriptura non
legeretur, vt scribit Basilii loco supra citato. Euti-
ches Archimandrita, deinde hæreticus; vt legitur
Act. 1. Conc. Chalced. vbi actio quinta Conc. Con-
stantinop. relecta est, parimodo dicebat. Ego à
sacris Scripturis non didici de duabus naturis. Cui
respondit Mamas presbyter. Neque de Homousion
à sanctis Scripturis edocti sumus. Pelagiani etiam
dicebant; credamus igitur quod legimus: & quod
non legimus nefas credamus astruere: vt scribit Au-
gust. lib. de natura & gratia cap. 39. tomo 7. Hi sunt
itaque in hac materia, antesignani Lutheranorum &
Caluinistarum.

Secundò, quia omnes qui traditiones impugnant
neptissimè argumentantur, & mendaciter conclu-
dunt; vt sæpius in superioribus libris data occasione
demonstrauimus. ostensa itaque breuiter necessitate,
firmitate, & veritate traditionum, superest nunc vt
probemus per antiquas traditiones confirmationem
esse verum Sacramentum: & deinde quis sit minister,
& quæ materia, ac forma, & effectus, differemus.
quæ omnia in eius definitione includuntur, quæ ta-
lis est, & traditur à Scoto in 4. distinct. 7. quæst. 1.
Sacramentum Confirmationis est unctio hominis viato-
ris aliquatim consentiens facta in fronte in figura Cru-
ci, cum chrismate sanctificato, & hoc à ministro ido-
neofimulcum intentione debita, in ungente, & verba
certa proferente, significans efficaciter, ex institutione
diuina unctioem anima per gratiam roborantem ad cõ-
fitemdum cum constantia fidem Christi.

Prima Conclusio. Confirmatio est propriè &
verè Sacramentum, vnum ex septem quæ Christus
Dominus instituit. Sed aduertat lector, quod licet
per traditiones id probare velimus, non tamen dici-
mus, Scripturam de tali Sacramento non facere mē-
tionem: sed licet baptismum esse Sacramentum, &
tali forma, & verbis ministrandum traditionibus
probamus, licet Scriptura de baptismo sæpè differat,
quamuis ipsum Sacramentum esse non dicat;
itã Scriptura de Sacramento Confirmationis loquitur,
& tamen ipsum verum esse Sacramentum tra-
ditionibus debemus ostendere.

Habetur itaque hoc Sacramentum, & collatio
illius per Apostolos Act. 8. vbi sic legitur. *Cum au-*
tem audissent Apostoli qui erant Ierosolymis, quod re-
cepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum
& Ioannem, qui cum venissent orauerunt pro ipsis ve-
acci-

Sectarij velint no-
lunt, credant & te-
nent traditiones.

Olim qui nega-
runt traditiones
Apostolicas sem-
per fuerunt he-
retici.

Testimonijs San-
ctorum veterum
Patrum de verita-
te & necessitate
traditionum.

Confirmatio est
verum Sacramen-
tum, vnum inter
septem.

Confirmatio habetur in sacris literis.

accipere Spiritum sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu: tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. quam manuum impositionem super omnes baptizatos cum dono Spiritus sancti, nunquam Apostoli sic ordinariè & semper ministrassent, nisi fuisset mandatum Domini. Quod autem tunc Apostoli contulissent Sacramentum Confirmationis, à Salvatore pro omnibus fidelibus institutum, probandum est traditionibus.

Testimonium primitivum Ecclesie.

Sanctus Clemens Romanus Pontifex, qui fuit Apostolorum discipulus, in Epist. 4. quatuor discipulis suis Iulio & Iuliano scripsit ait. Omnibus ergo festinandum est, sine mora renasci Deo. & demum consignari ab Episcopo, id est septiformem gratiam Spiritus sancti percipere, quia incertum est uniuscuiusque exitus vita. Quum autem regeneratus fueris per aquam, & postmodum septiformi Spiritus gratia ab Episcopo (ut memoratum est) confirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poteris, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate, sed incuria aut voluntate remanseris, ut à B. Petro acceptus, & ceteri Sancti Apostoli precipiente Domino docuerunt: & demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem eum qui cum genuit, patri.

Urbanus Papa Primus qui Ecclesie præfuit anno Domini 224. in sua Epist. decretali, inquit. Omnes enim fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut plene Christiani immutentur: quia cum Spiritus sanctus infunditur cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatat.

Fabianus Papa, qui Ecclesiam rexit anno Domini 237. in Epist. 2. sic scribit. Litteris vestris vero inter cetera insertum invenimus, quosdam regionum vestra Episcopos, à vestro nostroque ordine discrepare, & non per singulos annos in Cena Domini chryisma consecrare, & c. & infra: Nam sicut ipsius dies solemnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti Chrysmatis consecratio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renovanda, & fidelibus tradenda: quia novum Sacramentum est per singulos annos, & iam dicto die innovatum, & vetus in sanctis Ecclesiis cremandum. Ita à Sanctis Apostolis, & successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus. Hac Sancta Romana Ecclesia, & Antiochena, à tempore Apostolorum custodit. Hac Hierosolymorum, & Ephesinorum tenet, in quibus Apostoli præsidentes hac docuerunt, & vetus chryisma incendi, & non amplius quam uno anno uti.

Eusebius Papa anno Domini 309. in Epist. tertia ad Episcopos Tusciae & Campanie, inquit. Manuum quoque impositionis Sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi à summis Sacerdotibus. Nec tempore Apostolorum ab alijs quam ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse: neque ab alijs sicut iam dictum est, quam ab illis qui eorum locum tenent, nunquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter presumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum: nec inter Ecclesiastica unquam reputabitur Sacramenta.

Melchisedech Papa anno Domini 311. in Epistola decretali ad omnes Episcopos Hispanie ait. De his vero super quibus rogasti vos informari, id est utrum manus esset Sacramentum, manus imposito Episcoporum, aut baptismus; scitote utrumque magnum esse Sacramentum. & sicut unum à maioribus fuit, id est à

Summis Pontificibus, quod à minoribus perfici non potest, ita & maiori veneratione venerandum, & tenendum est. sed consumpta sunt hæc duo Sacramenta, & c.

Innocentius Papa Primus anno Domini 402. in Epist. ad Decetium Episcopum Eugubinum: inquit. De consignandis vero infirmis, manifestum est, non ab alio quam ab Episcopo fieri licere. nam presbyteri licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem à Pontificibus solis debere, ut vel consignent vel Paracletum spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, quæ assertit Petrum, & Ioannem esse directos, qui iam baptizati traderent Spiritum sanctum. nam presbyteri seu extra Episcopum, seu presente Episcopo baptizati, chrysmate baptizatos ungeri licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen fronte ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopi cum tradunt spiritum Paracletum.

Sanctus Leo Papa Primus, anno Domini 440. Epist. 86. ad Episcopos Germanie, & Gallie: ait. Siquidem nec erigere eum altaria, nec Ecclesias vel altaria consecrare licet: nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis, vel conuersis, ex hæresi Paracletum Spiritum sanctum tradere, nec chrysmate conficere, nec chrysmate baptizatorum frontes signare, & c. Hæc enim illicita sunt Chorepiscopis, qui ad exemplum & formam septuaginta discipulorum esse noscuntur; vel presbyteris, qui eandem gerant figuram, quoniam quantum consecrationem habeant, Pontificatus tamen apicem non habent.

Sanctus Gregorius Papa lib. 3. Epist. 9. tomo 2. Presbyteri baptizatos infantes figurare in fronte chrysmate non presumant. Sed Presbyteri baptizatos tangant in pectore, ut Episcopi postmodum ungere debeant in fronte.

Concilium Arelatense Provinciale, in Gallia Narbonensi tempore Silvestri Papæ Primi, Canon. 8. inquit. De Arriano qui propria lege sua vivitur, ut rebaptizentur placuit. Si ad Ecclesiam aliqui de hac hæresi venerint, interrogent eos nostra fidei Sacerdotes Symbolum, & si pervererint in Patre, & Filio, & Spiritu sancto eos baptizatos, manus eorum tantum imponant ut accipiant Spiritum sanctum.

Concilium Arelatense secundum Provinciale, tempore Silvestri Papæ Primi, Canon. 17. Bonoscos autem ex eodem errore venientes, dum interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrysmate, & manus impositione in Ecclesia recipi sufficit.

Concilium Laodicenum tempore Damasi Papæ Primi, estque Provinciale, in Phrygia Pacatiana celebratum, Canon. 7. Et nunc qui apud eos fideles dicuntur Symbolum fidei doceantur, atque ita unctos sancto chrysmate divino Sacramento communicare conveniet. Et adhuc plura Concilia idem testantur, nec Sectarijs est ignotum, antiqua testimonia huius Sacramenti non desse.

Augustinus lib. contra litteras Petiliani Donatistæ cap. 104. tomo 7. ait. Et in hoc unguento Sacramentum Chrysmati vulgo interpretari, quod quidem in genere visibilibus signaculorum Sacrosanctum est, sicut ipse baptismus. & infra: discerne igitur visibile Sanctum Sacramentum, quod esse, & in bonis & in malis potest: illis ad premium, istis ad iudicium, ab invisibili unctioe charitatis, quæ propria bonorum est.

Dionysius Areopagita lib. de Ecclesiastica Hierarch. cap. 2. inquit. Baptizatum indutum alba veste

Testimonium veterum Sanctorum Patrum.

ad Pontificem ducunt: ille dextero ac Dextico prorsus unguento virum signat. & cap. 4. sed. & ipsis qui sanctissimo regenerationis mysterio consecrantur, aduentum Spiritus sancti consummans, unguenti munusculo elargitur.

Cyrillus Hierosol. Cathech. 3. de Sacramento Confirmationis ait. *Quemadmodum panis Eucharistia post sancti Spiritus invocationem, non amplius est panis communis, sed est Corpus Christi: sic & sanctum hoc unguentum, non amplius est unguentum nudum, postquam consecratum est, sed est Chrisma Christi, quod aduentu Spiritus sancti per ipsius diuinitatem energiam habet; quo frons & alij sensus tui Symbolicè inunguntur, & Corpus quidem isto visibili unguento perungitur, anima vero sancto, ac viuifico spiritu sanctificatur.* & tractans Cyrillus in præcedentibus Cathech. de Sacramento baptismi, & in sequentibus de Eucharistia, ponit Confirmationem inter illa duo, tanquam verissimum, & proprium Sacramentum sicut est Baptismus, & Eucharistia.

Gregorius Nazianzenus Oratione in sanctum lauacrum ait. *At si tu per baptismum teipsum obfirmaueris, ac præclarissimo, & firmissimo auxilio tibi in futurum caueris, animum, scilicet & corpus unctioe & spiritu consignans, &c.*

Tertullianus lib. de Resurrect. carnis discurrens de Sacramentis Baptismi, & Eucharistia. de Confirmationis Sacramento subdit. *Caro ungitur, ut anima consecretur: Caro signatur, ut anima muniat: Caro manus impositione adumbratur, ut anima spiritu illuminetur.*

Cyprianus lib. 1. Epist. vltim. ait. *Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit; ut accepto Chrysma esse unctus Dei, & habere in se Christi gratiam possit.* & lib. 2. Epist. 1. inquit. *Tunc demum plene sanctificari & esse filij Dei possunt, si Sacramento utroque nascantur.*

Gregorius in exposit. cap. 1. Canticorum tom. 2. super illud *Botrus Cypr dilectus meus mihi in vineis Engaddi*: inquit. *In Engaddi balsamum signatur quod cum oleo Pontificali benedictione Chrysma efficitur: quo dona sancti Spiritus exprimuntur.*

Hieronymus in Comment. in Sophoniam cap. 3. tomo 5. ait. *Sacerdotes quoque qui dant baptismum, & ad Eucharistiam, Domini imprecantur amentum, faciunt oleum Chrysmatis, manus imponunt: Cathecumenos erudiunt, Leuitas & alios constituunt Sacerdotes, &c.*

Secunda Conclusio; Materia huius Sacramenti, non proxima quæ est ipsa unctio, sed remota est oleum balsamo admixtum, & ab Episcopo consecratum. Conclusio redditur firma, & stabilis ex Scriptura, & traditionibus 2. Cor. 1. Apostolus ait. *Qui confirmat nos Deus, & unxit nos & signauit & dedit pignus spiritus in cordibus nostris*: quibus verbis omnia quæ sunt in hoc Sacramento exprimuntur. habetur Confirmatio, & corroboratio, quæ est fructus, unctio, quæ est materia proxima. & cum inquit. *dedit pignus spiritus in cordibus nostris*; tunc describitur effectus huius Sacramenti, qui est gratia Spiritus sancti. Traditiones autem sensum huius Scripturæ manifestant; nam Ecclesia huiusmodi doctrinam de Confirmatione, ministerium, effectum, materiam, & ministrum, ab Apostolis accepit, ut antiquissimi Patres supracitati testantur: & vniuersalis Ecclesia vbique profitetur. Qui autem his temporibus oppositum docere præsumit, audiat

Augustinum Epist. 118. tomo 2. *qua tota die per Orbem frequentat Ecclesia: an ita faciendum sit, disputare; insolentissima insanie est.*

Tertia Conclusio. Minister ordinarius huius Sacramenti, est Episcopus; licet in casu necessitatis possit etiam simplex Sacerdos delegatus ab Apostolica Sede illud conferre. Conclusio probatur ex doctrina Concilij Florentini in decreto Eugenij IV. sic. *Secundum Sacramentum est Confirmatio, cuius materia est chrysma confectum ex oleo quod nitorem significat conscientia, & balsamo, qui odorem significat bona fama, per Episcopum benedicto. forma autem est, signo te signo Crucis, & confirmo te chrysmate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Ordinarius minister est Episcopus. & cum ceteras unctioes simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi Episcopus debet conferre, quia de solis Apostoli legitur, quorum vicem tenent Episcopi, quod per manus impositionem Spiritum sanctum dabant: quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat. Cum enim

audissent, inquit, Apostoli qui erant Hierosolymis, quia receperat Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum venissent orauerunt pro eis, ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum, erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos & accipiebant Spiritum sanctum. loca autem illius manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio; legitur tamen aliquando per Apostolica Sedis dispensationem, ex rationabili, & urgente admodum causa simplicem Sacerdotem chrysmate per Episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis Sacramentum. Effectus autem huius Sacramenti est, quia in eo datur Spiritus sanctus ad robur, sicut datus est Apostoli in die Pentecostes, ut videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi veritatis sedes est confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipue Crucem eius qui Iudæis est scandalum, gentibus autem stultitia, securam Apostolorum; propter quod signo Crucis signatur.

Veritas autem huius doctrinæ patet per testimonia antiquitatis supra citata: nec enim veteres per totum orbem hanc doctrinam de Confirmatione, adinuenerunt, sed quam docuerunt Sancti Dei Apostoli tenuerunt, & scripserunt; vt ipsimet testantur.

Nunc veniendum est ad maledicta, blasphemias & contumelias Sectariorum. vocant enim Confirmationem rem, à diabolo introductam, pinguedinem incantatam, oleum stercoreis, oleum pro ocreis. Hebræorum cæremonias; & confectionem olei dicunt magiam esse & Idolatriam; & veterum hæreticorum vestigia Sectarum, Patres Concilij Trid. vocant Atinos Porcos. Sed ex abundantia cordis os loquitur. Det illis Dominus veniam cum misericordia.

Prima Obiectio, ex Caluino lib. 4. inst. cap. 19. §. 12. Sacramentum non è terra sed è Cælo, non è ex hominibus, sed ab vno Deo, ergo licet consensum multorum sæculorum ostendant de Confirmatione, nihil tamen efficiunt.

Respondeo huic inani obiectiunculæ, nos ostendere consensum antiquitatis de veritate Sacramenti Confirmationis, non quia antiquitas illud influerit & adiuuenerit, quia sic de terra venisset, sed quia ab Apostolis veteres Patres hanc acceperunt doctrinam

Minister huius Sacramenti quibus sit.

Doctrina Catholica de Sacramento Confirmationis.

Apostolus omnes doctrinam de Sacramento Confirmationis aperte tradidit.

August. naturam Sacram. describit.

doctrinam, quæ semper & ab initio fuit in Ecclesia Catholica, & hoc modo fit nobis manifestum doctrinam hanc à Salvatore manasse: quia ipse Apostolos docuit & Sacramenta instituit. Si Patres qui hanc veritatem narrant ipsos tale Sacramentum composuisse affirmarent. obiectio concluderet; at aliter res est, quia dicunt ab Apostolis accepisse, ideo est, ineptissima.

Secunda Obiectio. August. lib. 3. de Baptismo cap. 16. dixit manuum impositionem nil aliud esse, quàm orationem, ergo non est Sacramentum.

Respondeo Augustinum tunc loqui de simplici manuum impositione quæ fieri solet super poenitentes vel ad aliquod donum scilicet sanctitatis obtinendum, &c. & non de manuum impositione cum chrismate quæ tantum est Sacramentum Confirmationis. hanc autem secundam esse Sacramentum, ipse testatur lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 104. tomo 7. dicens. *In hoc unguento Sacramentum Chrismatis vult interpretari, quod quidem in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse baptisimus. nam si de hac quæ est Sacramentum tunc loquutus fuisset, cum dixit. Quid est enim aliud nisi, oratio super hominem? responderi potuisset, adhuc aliquid aliud est quod tu dixisti in tract. 3. in Epist. Ioannis, vbi ait. Vnctio spiritualis ipse Spiritus sanctus est, cuius Sacramentum est in vnctione visibilis. itaque adhuc aliquid aliud est, putà vnctio cum Chrismate; & licet August. in principio illius capituli loquatur de ea quæ est propriè Sacramentum: tamen in fine de simplici manuum impositione loquutus est, de qua diximus.*

Tertia Obiectio. Vfus Chrismatis ad elementa huius mundi spectat, & ad Iudaicas cæremonias, à quibus nos reuocat Paulus ad Col. 2. dicens. *Si mortui esis cum Christo, ab elementis mundi huius; quid adhuc his detemini.*

Respondeo Apostolum loco citato per elementa mundi intelligere humanam philosophiam Platonis Aristotelis, & cæterorum similium, qui doctrinæ Christi aduersantur. & hoc ita esse, ipsa Scriptura testatur dicens; *Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum, in ipso ambulare, radicati, & super adificati in ipso, & confirmati fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, &c.* itaque per ly elementa mundi intelligit notitiam naturalem philosophorum, quæ pro obiecto habet corpus naturale quod elementa mundi, & elementa includit, nec de supernaturalibus rebus, & de doctrina Christi reuelata aliquid attingit: cū dicitur in obiectione Chrisma pertinere ad elementa mundi, ineptissime dicitur: quia etiam aqua est elementum, & tamen est materia baptismi.

Quod autem sit cæremonia Iudzorum, est dictum chimæricum; hoc tamen verum, mytheria nostræ fidei figurata fuisse per Iudzorum cæremonias; & in hoc sensu Confirmationis Sacramentum fuit in lege veteri; at nunquam ibi legitur, sicut in Ecclesia nunc est in vfu: nempe per consecrationem chrismatis & frontis vnctionem cum inuocatione Sanctissimæ Trinitatis, & expressione doni Spiritus sancti: quomodo igitur pertinere potest ad Iudzorum cæremonias.

Quarta Obiectio. Dionysius Areopagita non

obscurè significat ritum chrismatis desumptum ab athleticis vnctionibus Ethnicorum, & partim ex lege Mosaica. at Moyles Deut. 12. inquit; *Cave ne imiteris gentes, & requiras cæremonias eorum.*

Respondeo huic crasso mendacio nunquam Dionysium talia dixisse, sed tantum docuisse, vt etiam cæteri Patres docuerunt, hoc Sacramentum figuratum fuisse in lege Moylis, sicut cætera Sacramenta, & mytheria nostræ fidei; nec aliquando dixit desumptum esse ab athleticis vnctionibus; sed assert similitudinem differens non de Sacramento, sed de eius fructu, quod sicut athlete vngebantur, vt vincerent: ita fideles Chrismate sacro vnuntur vt accepto dono roboris, à Spiritu sancto, dæmonum tentationibus non succumbant. & sicut si quis daret exemplum de baptismo, quod sicut materialis ablutio per aquam, mundat sordes materiales, sic aqua baptismi purgat peccata: non tamen affirmare liceret baptismum pertinere ad lauatrices. ita in casu. sanis patet.

Quinta Obiectio. Acta Conciliorum testantur chrisma institutum esse à Siluestro Papa, non igitur Apostolis fuisse in vfu vt Fabianus scribit.

Respondeo cum Card. Bellarm. de Sacram. Confirm. cap. 9. Acta Conciliorum, seu potius Damasum in vita Siluestri solùm testari Siluestrum præcepisse, vt presbyteri tangerent verticem baptizati chrismate, quæ vnctio distincta est à Sacramento Confirmationis quod in fronte ab Episcopo datur, vt quisque in Rituali Romano legere potest. Non potuisse autem Chrisma à Siluestro institui, euidenter patet. ex Tertulliano. Theophilo Antiocheno, Cypriano, Cornelio, & alijs supra citatis, qui fuerunt antè Siluestrum, & expressè Chrismatis meminerunt.

Sexta Obiectio. Actorum cap. 2. & 10. datur Spiritus sanctus sine vilo Chrismate. & Act. 8. & 19. fit mentio impositionis manuum, non autem Chrismatis. ergo quod Chrisma sit materia est humana institutio.

Respondeo huic obiectioni per doctrinam Ioannis Duns Scoti Doctoris subtilis in 4. dist. 7. quæst. 1. Christum non alligasse potentiam suam Sacramentis, & ideo ipse siue in terris, siue post Ascensionem in Cælo existens, potuit confirmare Apostolos sine tali materia; & tali forma. Cum Apostolis etiam in primitiua Ecclesia potuit dispensare, & maxime quia in Confirmatione ab eis collata, erant aliqua signa sensibilia, scilicet descensus Spiritus sancti super confirmatos, & donum linguarum: sed tamen cessantibus talibus miraculis, ministri debuerunt hanc materiam, & hanc formam seruare. Supponitur enim institutum esse à Deo, licet tempus, & modus huius institutionis in Scriptura non legatur, forte, quia historici Scripturam vsque ad tempus illud non produxerunt: non enim produxerunt vltra tempus Apostolorum, nec etiam vsque ad plures annos antè mortem. Toto autem tempore Apostolorum fortè mansit donum linguarum in Sacramento Confirmationis, nec est improbabile multa esse tradita auctoritatiuè, à Christo Ecclesie per Apostolos, quæ tamen in Scriptura non legimus, vt dixit Damasc. 4. lib. cap. 4. vbi loquens de adoratione imaginum ait. *Est autem nobis tradita ista traditio, quemadmodum oportet ad Orientem adorare Crucem, & alia plurima his similia.* Hæc Scotus. Hæc autem doctrina similis est illi, quæ legitur in Concil. Florentin. in decreto Eugenij

Antè Siluestrum doctrina de Sacramento Confirmationis patebat.

Doctrina Doctoris subtilis.

August. loquitur de simplici manuum impositione.

Sacramenta Ecclesie figurata fuerunt in veteri Testamento, sicut omnia mytheria nostræ fidei.

Papæ IV. & Innoc. III. cap. Cum venisset extra de sacra Vnctione legitur enim sic. *Iesô autem illum manuum impositionis datur in Ecclesia Confirmatio: & sensus est, quod licet Apostoli in primitiva Ecclesia hoc Sacramentum absque Chrismate contulissent ex divina dispensatione, tamen postea idem Apostoli docuerunt ex præcepto Domini sic ministrandum esse, puta cum materia Chriftatis.*

Septima Obiectio. Tertull. lib. de Baptismo dicit hanc vnctionem sumptam esse ex veteri disciplina, id est ex testamento veteri, ergo non fuit instituta à Christo. Cyprianus in Sermon. de abluc. pedum dicit has ceremonias non à Christo, sed ab hominibus institutas, & in Sermone de Chriftate dicit relictam esse hanc vnctionem ex Testamento veteri. Basilus ait nullam fieri mentionem de vnctione Chriftatis, vnde Kemnitius concludit mendacem esse Fabianum Papam & martyrem, asserentem hanc vnctionem ab ipso Christo Apostolis traditam.

Non puto Kemnitium tanta crassitudine ingenij laborasse, vt non cognouerit solutionem harum araneæ telarum, quas ipse obiecit, sed sicut non pauca mendacia Catholicis opponit, sic etiam satis est illi plurima maledicta adducere, vt magna volumina compleat.

Tertull. nunquam dixit Sacramentum Confirmationis Catholicos à Synagoga accepisse, sed tantum huius Sacramenti in veteri Testamento præcessisse figuras; & hoc cæteri Patres etiam docent: nec Cyprian. loquitur de Sacramento Confirmationis, cum talia dicit quæ obijciuntur, sed de quibusdam ritibus quos Ecclesia adhibet: & in eodem Sermon. dicit Christum esse huius Sacram. auctorem. Quod Basilus dicit in Scriptura nullam fieri chriftatis mentionem, verum dicit, nec aliquis nostrum oppositum affirmavit; mentitur itaq; Kemnitius cum reprehendit S. Pontificem Fabianum, quia ille non dixit Chriftam haberi in Scriptura, sed ab Apostolicis traditionibus, & hoc etiam dicit Basilus.

Octava Obiectio. Natium balsamum vna cum operibus perijt, vt scribit Plin. lib. 12. cap. 25. quia in duobus hortis Iudæ nasci solebat, qui iam vastati sunt: neque potest suppleri artificioso balsamo, sicut nec aqua baptismi, artificiosa aqua, nec vinum Eucharistiæ, artificioso vino.

Respondeo nõ deesse balsamum naturale in Indijs & de facto semper ex illis partibus ab orientibus habitum fuit, & ab Orientalibus Occidentales obtulerunt: & nunc talis liquoris adeit copia, & licet aliquantum à priori differre videatur, tamen vtrumque verum est balsamum. sicut igitur variaz sunt species vini, & vnaqueque apta est pro Sacramento Eucharistiæ; sic licet sint variaz species balsami: vnaqueque apta est pro Sacramento Confirmat. & qui balsamum posuit materiam Confirmationis, Deus, optime nouerat illud nunquam in Ecclesia defuturum. Plinius autem in suis historijs multa, quæ falsa sunt scripsit, & quæ de balsamo narrat inter ea sunt cõnumeranda.

Nona Obiectio. Calvin. lib. 4. inst. c. 19. §. 5. & §. 7. duo reprehendit in huius Sacramenti forma. primũ, quod non adest in illo verbum Dei; ait enim consigno te signo Crucis, & confirmo te chriftate salutis; in nomine Patris, &c. pulchrè inquit & venustè, sed vbi Dei verbum? Secundò reprehendit illud. *oleum salutis*, dicens. vnde vocant oleum salutis? quis eos in oleo salutem querere docuit? Hoc verò subdit, non à me sed à Deo audacter pronuncio: tui oleum vo-

cant oleum salutis, salutem quæ in Christo est abierant. Chritum abnegant, partem in Regno Dei nõ habent. oleum ventri, & venter oleo: vtrumque Dominus destruet.

Respondeo in præfata huius Sacramenti forma vti que adesse verbum Dei, non scriptum, sed traditum; & sicut verbum Dei est baptismũ, & Eucharistiæ esse Sacramenta; & tamen verbum scripturæ hoc non docet: verbum traditum vti que sic à pari affirmandum est de forma Confirmationis. Quod oleum Chriftatis dicatur oleum salutis, nullum est inconueniens, quia Catholici non intelligunt salutem ab oleo habere, & non à Christo Salvatore: quis sane mentis hoc obijceret? sed dicimus, quod sicut aqua baptismi iurè dici potest aqua salutis, quia per baptismum à Christo obtinemus salutem; quod annuere videtur Christus Dominus. Ioannis cap. 4. *Si sciveris donum Dei, & quis est qui sibi dicit, da mihi bibere. tu forsitan petisses ab eo. Et dedisses tibi aquam vivam. & vitæ: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salutis in vitam æternam.* sic oleum Chriftatis dicitur oleum salutis, quia mediante vnctione Chriftatis, à Deo salutem obtinemus, dona scilicet Spiritus sancti: & non dicimus oleum dare salutem, & nõ Christum, vt Calvino placuit vociferari.

Decima Obiectio. Formam huius Confirmationis, nec antiqui habuerunt, nec moderno tempore, ritus Ecclesiæ, & præcipuè Orientalis eodem modo retinent, ergo est hominum inventio.

Respondeo, omnes formas conuenire in eodem sensu, & hoc sufficit; hæc autem obiectio tantum probat verba æquivalentia sufficere ad necessitatem Sacramenti; quod vti que concedimus. Præterea dico formam quam Greci retinent eandem esse, vt patet ex Severo Patriarcha Alex. in Biblioth. Patrum tom. 6. pagin. 43. vbi habentur reliquæ Sacramenti Baptismi & Confirmationis iuxta Græcorum ritum. Licet in tertia persona cum expressione actionis ministerialis suscipientis, materia, effectus, & sanctissimæ Trinitatis.

Vndecima Obiectio. Presbyteri succedunt Apostolis, vt patet de ministerio Eucharistiæ, quod tollis Apostolis commissum fuerat in Cœna: ergo possunt etiam confirmare.

Respondeo Presbyteros ratione Eucharistiæ vti que; Apostolis succedere, sed non ratione Confirmationis. Dices, vnde habetis hoc? Respondeo ex Verbo Dei tradito ab Apostolis, vt probatum est per veteres, & antiquissimos Patres, & Pontifices. Quod autem Apostoli fuerint Episcopi patet Act. 1. vbi Petrus de Iuda proditore sic ait. *Et Episcopatum eius accipiat alter: itaque Episcopi succedunt Apostolis.*

Duodecima Obiectio. 1. Tim. 4. Apostolus ait: *Noli negligere gratiam, qua data est tibi per impositionem manuum Presbyterij.* Ergo & Presbyteri possunt ordinare, & confirmare. & Act. 19. Ananias imposuit manus Paulo, & tamen non erat Episcopus.

Respondeo ad primum, quod obijciunt ibi de Episcopali ordinatione loqui: & veteres Patres per Presbyteros tunc intellexisse Episcopos, nam Chrylостomus in exposit. huius Epistolæ, sic testatur: & vsq; in hodiernam diem, vt cõsuetudo quæ est legum interpret docet plures Episcopi ordinant Episcopum, ad secundam de Anania dico illum fuisse Episcopum Damasci: & nunc temporis adest Damasci Ecclesiæ eius nomini dicatur, scilicet S. Ananij Episcopi; & hoc mihi narra-

Sicut aqua baptismi dicitur aqua salutis, sic oleum Chriftatis dicitur oleum salutis.

Presbyteri succedunt Apostolis non in omni munere illorum sed cum Episcopi.

Anania qui baptizavit Apostolum erat Episcopus Damasci.

Kemnitius mendax comprehensus.

erūt Syri, qui ibi nati sunt; sed dato quod tunc non fuerit adhuc ordinatus Episcopus; dico Paulū, & ceteros Apost. fuisse à Deo cōfirmatos, & non ab aliquo Episcopo: at hoc fuit peculiare Apostolis qui primitus spiritus acceperunt: illa autem impositio manuum facta per Ananiam fuit curatio ut vitam reciperet. Nam sic ibi legitur. *Et vidit virum introeuntem ad se Ananiam nomine, & imponentem sibi manum, ut usum recipias. nec obstat Ananiam dixisse. Paule frater. Dominus Iesus misit me, ut videas, & implearis Spiritu sancto, & ex hoc colligi finem illius manus impositionis fuisse donum Spiritus sancti. Hoc enim non rectè inferitur, quia Ananias illis verbis gratiam quam per baptismum, & tempore sequenti Paulus recipere à Deo debebat inuit, & non spiritum sanctum quem tunc per Confirmationis Sacramentum accipiebat; & ratio sic affirmare cogit: quia Confirmatio post baptismum confertur, tunc autem Paulus non fuerat baptizatus, ergo illa manus impositio non fuit Confirmationis Sacramentum. hoc tantum inde colligitur nempe Apostolos ceteros Domini discipulos manuum impositione etiam pro alijs donis à Deo obtinendis, putà sanitatis, &c. vlos fuisse.*

Decima tertia Obiectio. Scriptura ignorat differentiam Episcopi & Presbyteri: ergo etiam presbyteri iure ordinario poterunt Confirmare.

Respondeo falsum esse antecedens, nam Timotheus erat Episcopus; & illi dicitur 1. Timoth. 6. *Adversus presbyterum accusationem nola recipere nisi sub duobus, aut tribus testibus; & ad Titum cap. 1. Huius rei gratia reliqui te Creta, ut ea qua de sumo corrigas; & constituas per Civitates presbyteros sicut & ego disposui tibi; manifestum enim est, in his locis sermonem fieri de simplicibus presbyteris, qui subsunt Episcopo. Præterea adest verbum traditum: quia ab initio ubique terrarum ita observatum fuit. ergo est Apostolorum doctrina, iuxta regulam Aug. lib. 4. de Baptismo. *Quod universa tenet Ecclesia, nec Concilijs institutum, sed semper retentum est non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.**

De Sacramento Ordinis.

DISPUTATIO VNICA ET IN ORDINE VII.

An Ordinatio sit propriè Sacramentum.

Quot sint Ordines & an Episcopatus sit ordo.

ORDINATIONEM esse verum Sacramentum negat Lutherus lib. de captiv. Babyl. cap. de Ordine. affirmat Calvinus lib. 4. instit. cap. 14. §. 2. p. & cap. 19. §. 31. Philippus Melancthon, in locis editis anno 36. 52. & 58. & in Apologia Confess. Augustanz art. 13. idem cum Calvino affirmat. Kemnitius in 2. parte examinis in disput. de Sacramento Ordinis dicit in Ecclesia non esse Sacerdotium, sed ordinationem ministrorum posse dici propriè Sacramentum concedit. Veritas autem Catholica in hoc negotio est que legitur in Conc. Trid. sess. 3. ubi sic dicitur.

Caput primum. *Sacrisacrum & Sacerdotium id est Dei ordinatum sacramentum sunt, ut utrumque omni lege*

existere. Cum igitur in novo testamento S. Eucharistia Sacrisacrum visibile ex Domini institutione, Catholica Ecclesia acceperit, sateri etiam oportet, in ea novum esse visibile, & externum Sacerdotium, in quod vetus translatus est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis eorumque successoribus in Sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi & ministrandi Corpus, & Sanguinem eius, nec non & peccata dimittendi, & retinendi, sacra littera ostendunt, & Catholica Ecclesia traditio semper docuit.

Caput secundum. *Cum autem divina res sit tam sancti Sacerdotij ministrorum, consentaneum fuit, quo dignum, & maiori veneratione exerceri posset, ut in Ecclesia ordinatissima dispositione plures, & diversi essent ministrorum ordines, qui Sacerdotio ex officio deferrent: ita distributi, ut qui iam clericali consura insigniti essent, per viam ad maiores ascenderent. Nam non solum de Sacerdotibus, sed et de Diaconis sacra littera aperta mentione faciunt, et qua maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimi verbi docent: & ab ipso Ecclesia initio sequentium ordinum, nomina, aut unusquisque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolyti, Exorcista, Lectoris, et Ostiarii, in usu fuisse cognoscuntur quibus non pari gradu, nam Subdiaconatus, ad maiores ordines à Patribus, & sanctis Concilijs refertur, in quibus de alijs inferioribus frequentissime legimus.*

Caput tertium. *Cum Scriptura testimonio, Apostolica traditione, & Patrum unanimi consensu perspiciatur, per sacram Ordinationem, qua verbis & signis exterioribus perficitur gratiam conferri: dubitare nemo debet ordinem esse verè, & propriè unum ex septem S. Ecclesia Sacramentis, inquit enim Apostolus. 1. Tim. 2. *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei qua est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deum spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis & sobrietatis.**

Definitur autem hoc Sacramentum, à Doctoribus Scholasticis, & præcipuè à Scoto in 4. d. 24. q. 1. sic. *Ordinatio est institutio alienius in gradu Ecclesie præminente, cui cōvenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendum, facta à ministro idoneo, certa verba proferente, & simul cum intentione debita ministrorum gradus illius aliquo signo visibili representans ex institutione adiuvata, efficaciter signans gratiæ præminentem, qua ordinatus dedit aliquod ministerium exequatur. Que definitio manifesta est, nec explicatione indiget, estque sufficientissima, quia omnes huius Sacramenti partes continet; nempe ministrum, materiam, formam, & effectum, ut legenti patet.*

Sed quia Episcopatus est propriè Ordo ut infra dicemus, hinc est quod à præmissa definitione tollenda est illa particula *circa Eucharistiam*, per quam declaratur Sacerdotium esse simpliciter supremum, & alia particula vniuersalior apponenda est, quæ munus etiam Episcopi includat. & est hæc. *Est gradus eminentissimus in Ecclesia disponens, ad potestatem exercendam, & actum aliquem Sacramentalem exequendum, &c.* & hoc modo potestas quam addit Episcopatus supra Sacerdotium includitur, quæ respicit aliquem actum Sacramentalem, videlicet confirmare, Ordines conferre, pascere gregem Christi, &c. qui actus sunt proprii Episcopo.

Dicitur est in definitione Ordinationis: *ministerium circa Eucharistiam exhibendum*: duplici ratione; prima, quia hic est actus nobilissimus in Ecclesia, ratione obiecti; puta præsentis Corporis, & Sanguinis Christi

Doctrina Catholica de sacris Ordinibus.

Quid sit Sacramentum Ordinationis

Varie sunt Sacerdotiorum opinionones & phantasia de Sacramento Ordinationis.

Domini. secunda, quia ceteri ordines infra Sacerdotium huic actui subordinantur: nam posito Sacerdotio cuius est consecrare Eucharistiam, ponuntur munera precipue inferiorum ordinum circa illam; nam Diaconus ministrat proximè Sacerdoti sacrificanti, & distribuit Corpus Christi fidelibus: licet de facto hoc munus distribuendi Corpus Christi Diaconi non exercent ob Sacerdotum copiam, quibus dignius hoc munus habere contingit. Subdiaconus præparat quæ Eucharistia sunt necessaria; Acholytus illuminat cereos, disponens populum ad deuotionem. Lector disponit populum ad deuotionem & orationem per sacram lectionem. Ostiarius remouet indignos. Exorcista remouet demones, ne fideles à deuotione & reuerentia Eucharistia perturbent.

Manera ordinis exponuntur.

Circa numerum præfatorum ordinum quem tenet Ecclesia Catholica, errat Calvinus, lib. 4. Inst. cap. 4. & cap. 19. & etiam Martinus Kemnitius in examine 23. sess. Conc. Trid. dum tantum tres esse ordines opinantur, scilicet. Episcoporum, seu Pastorum; Presbyterorum, seu Seniorum vel verbi ministrorum; & Diaconorum, & à minoribus ordinibus auferunt Exorcistatū, & ponunt Lectores, Acholytos, & Ostiarios, quos tamen veros ordines esse negant: sed fuisse tantum quosdam quos pastores ad ministerium Ecclesie ad libitum eligebant ad tempus, affirmant.

Materia autem necessaria huius Sacramenti non est tantum exhibitio instrumenti, quo in exercitio ordinis utitur ordinatus: sed etiam impositio necessaria requiritur: & licet de necessitate impositionis manuum dubitent aliqui Scholastici; attamen mihi probabilior videtur pars affirmatiua; ratio est, quia Apostoli per manuum impositionem ordines conferbant, quemadmodum Scriptura aperte testatur. Act. 6. & 13. 1. Tim. 4. & 5. & 2. Tim. 1. & de traditione instrumenti non fit mentio, & licet Scriptura non omnia narret quæ facta sunt; tamen cum aliquid huius Sacramenti describat, non est dicendum quod omittat essentiale, & ponat accidentale; & ex hoc colligitur manuum impositionem esse essentialem in presenti negotio; & licet manuum impositio non legatur, cum Christus Dominus Apostolos instituit Sacerdotes in Cæna dicens: *Hoc facite in meam commemorationem*, & post Resurrectionem Ioannis c. 21. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata remittantur eis, & quorum retinueritis retenta sunt*; quia utraq; potestas, puta super Corpus Christi verum, & super Corpus Christi mylticum integrant Sacerdotium: hoc tamen non obstat, quia non omnia quæ facta sunt, Scriptura narrat, vt Ioannes Apostolus cap. vltim. inuuit: & vir sensatus in lectione Scripturæ veritatis, ex modo loquendi eiusdem Scripturæ manifestè colligit.

Potestas super Corpus Christi verum, & super Corpus mylticum ad Sacerdotium æque spectant.

Hæc autem doctrina de impositione manuum, mihi videtur Conc. Tridentin. sess. 14. cap. 3. cum de extrema unctione sic ait. *Nam, & ostenditur illic proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesie presbyteros; quo nomine eo loco non asate seniores, aut primores in populo intelligendi venimus: sed aut Episcopi, aut Sacerdotes ab ipsis rite ordinati per impositionem manuum presbyteri*: itaque Concilium affirmat veram ordinationem fieri per manuum impositionem.

Et licet in Concil. Florent. in Instru. Armenorum, vbi de Sacramentis agitur; de manuum impositione non fiat mentio, hæc tunc quia Armeni,

& omnes Orientales semper manuum impositionem, vt necessariam cognouerunt; & de traditione instrumentorum ordinum precipue monendi erant & similiter licet Christus Dominus diuerso tempore compleuerit ordinationem Apostolorum in Sacerdotes, quia cœpit pridè quam pateretur, scilicet in Cæna, camque perficit post resurrectionem suam, cum potestatem dimittendi, & retinendi peccata, illis concessit, Ioannis cap. 20. non fuit tamen hoc disconueniens, quia eo tempore Apostoli, quo Christus in sepulchro iacebat, sacrificium offerre non debebant; & hac precipue congruentia adhuc accedente; quia peccata peccatorum tunc soluere expleuit cum in cruce passus, & mortuus fuit; iurè igitur antequam pateretur, non dedit Apostolis potestatem remittendi peccata; & licet Eucharistia institutio sit etiam in memoriam passionis eius, & hac eadem ratione post resurrectionem institui debuisset: attamen non est par ratio, quia post passionem non est par ratio, quia post Passionem non erat congruum Saluatorem nostram conuiuium cum Apostolis habere, quia huiusmodi opus spectat ad statum hominis antequam moriatur, & non post resurrectionem. Et quamuis Saluator post resurrectionem panem comederit, vt legitur Lucæ 24. vt ostenderet veritatem suæ resurrectionis, non tamen habuit cum Apostolis conuiuium. Ideoque nunc rationabiliter eodem tempore utraq; potestas traditur Sacerdoti in ordinatione sua: prima scilicet ad faciendam Eucharistiam, quæ dicitur potestas in Corpus Christi verum, & secunda ad peccata dimittenda, vel retinenda, quæ dicitur potestas super Corpus Christi mylticum, scilicet Ecclesiam: nec si in diuerso tempore nunc perficeretur, congrua & rationalis esset ordinatio.

Cur in Cæna & ante passionem Saluator non dedit Apostolis potestatem remittendi peccata.

Minister huius Sacramenti est Episcopus. Scriptura non aliter docet, cum de ordinatione loquitur locis citatis similiter nec praxis antiqua, nec traditio aliter sonant; vt ex antiquissimis Concilijs apertissime colligitur. Effectus autem huius Sacramenti est character, & gratia Spiritus sancti, vt dictum est lib. 7. de Sacramentis in genere. superfluum est autem ea hic repetere.

Minister huius Sacramenti est Episcopus.

Prima Conclusio. Ordinatio est proprie, & verè Sacramentum. Probatür, verum Sacramentum illud est, quod fit per ritum aliquem externum, & sensibile à Deo institutum, qui tanquam proprium effectum habet gratiam Spiritus sancti. Hæc propositio à nemine in dubium verti potest, & ipsi Scetarij eam veram esse concedunt; sed ordinatio est huiusmodi, ergo ordinatio est Sacramentum. Minor probatur. Ioan. cap. 20. *Insufflatis & dixit: Accipite Spiritum sanctum quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt*: adduo priori ritum in Cæna tradito cum dixit. *Hoc quotiescunque feceritis in meam memoriam facite*: 1. Tim. 4. *Noli negare gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri*; & de hac eadem in 2. Epist. ad Tim. cap. 1. subdit. *Propter quam causam admones te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum: non enim dedi nobis Dem spiritum sanctorum, sed virtutem, & dilectionem & sobrietatem*. Nec fas est his Scripturis alium tribuere septam ab eo quem habet Ecclesia Catholica; quia statim occurrit antiqua consuetudo omnium Ecclesiarum, & Nationum Orientalium, & Occidentalium, quæ ab ipsis Apostolis edocuit fuerunt, quæ nouas & chimæ-

Ordinatio est verè & proprie Sacramentum.

chimicas fictiones, & adinventiones Sceleratorum
 conterit. impossibile enim est omnes Ecclesias ab ip-
 sis Apostolis edoctas non percipisse sensum Apos-
 torum, & Scripturarum, quas dederunt in hoc nego-
 tio; & nouissimis temporibus quosdam homines ob-
 tinuisse illum, quis enim sanæ mentis hoc doceret?
 Præterea consuetudo est vera legum interpret; ab
 initio autem hæc adfuit consuetudo.

Testimonium ve-
 terum Scriptorum
 Patrum Ecclesie
 Catholice.

Secundò probatur antiquorum Patrum testimo-
 nio, Sanctus Leo Papa I. Epist. 85. ad Episcopos A-
 fricanos per Mauritianiam Cæsarensis conuictos.
 cap. 1. de ordinatione loquens ait. *Vbi est illa Beati
 Pauli Apostoli per spiritum Dei emissa præceptio, qua in
 persona Timothei omnium Sacerdotum Christi numerus
 eruduit, & potestatis unicuique nostrum dicitur: Manus
 eiusdem imposueris, nequid communicaueris peccati
 aliqui? Quid est. cito manus imponere, nisi ante ad eum
 interrogatum, ante tempus oramus, ante meritum labo-
 ris, ante experientiam disciplinae Sacerdotalem honorem
 tribuere non probas? & quid est. communicare pecca-
 ti, nisi saltem officium ordinantis qualis ille est, qui non
 spernit ordinans? sicut enim boni operis sibi comparat
 fructum, qui rectum seruat in eligendo Sacerdote iudicium
 ut grauis seruetur damno, qui ad suæ dignitatis
 collegium sublimis indignum. & infra. *Quis ergo desi-
 mulare audeat quod in tanti Sacramenti perpetratur in-
 iuriam? Dixit itaque: ordinationem esse Sacramentum.*
 ergo doctrina antiquæ Ecclesie Catholice est, quod
 ordinatio sit Sacramentum, imò magnum Sacra-
 mentum.*

Ex Concl. Chalced. Act. 14. Can. 2. sic habetur.
*Si quis Episcopus propter pecuniam ordinationem fecerit
 & non venalem gratiam, in ordinationem deduxerit, &
 propter pecuniam ordinauerit Episcopum, vel Chorep-
 scopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel aliquem
 eorum qui in Clero annumerantur, vel propter pecuniam
 promouerit, &c.* Testatur itaque sancta Synodus per
 ordinationem conferri gratiam Spiritus sancti, ergo
 intellexit esse Sacramentum, cuius effectus est talis
 gratia.

Ex Epist. Anastasij Papæ II. ad Anastasium Au-
 gustinum Anno Domini 496. cap. 7. sic habetur. *Nul-
 lum de his quos, vel baptizans Acacius, vel quos Sa-
 cerdotes, sine Leuita secundum Canones ordinant, ul-
 la eorum nomine Acacij portio laisionis attingit, quo for-
 sita per iniquam tradita Sacramenti gratia minus fir-
 ma videatur. & cap. 8. ait. *Nam inuolabile Sacra-
 mentum quod per illum datum est alijs, perfectione sua
 uersus obtinuit, et autem obtinuit. itaque vocat ordina-
 tionem Sacramentum, & gratiam conferre docet.**

August. lib. 2. contra Epistolam Parmeniani cap.
 13. Tom. 7. ait. *Nam illud quod quidam eorum uer-
 tate conuicti decere caperant, baptismum quidem non
 amittit, qui recedit ab Ecclesia, sed in tamen dandi a-
 mittit: multo modis apparet frustra, & maniter dici.
 Primo, quia nulla ostenditur causa, in ille qui ipsum
 baptismum amittere non potest, in dandi amittere possit.
 utrumque enim Sacramentum est, & quodam consecra-
 tione utrumque hominis datur, illud cum baptizatur,
 istud cum ordinator: ideoque in Catholica Ecclesia utrum-
 que non licet iterari. Nam si quando ex ipsa parte ue-
 nientes etiam propositi pro bona pace correctio Schismatis
 errore suscipiunt: & si iustum est opus esse, ut eadem
 officia gererent, qua gererant, non sunt rursus ordinandi:
 sed bene baptismum in eis, ita ordinatio mansit integra,
 quia in præcissione fuerat uisum, quod unitatis pace con-
 ciliatum est, non in Sacramentis qua ubique sunt, ipse*

uera sunt. & cum de ipso hoc uideatur Ecclesia, ut
 propositi eorum ueniens ad Catholicam societatem, &
 bonos suos ibi non admittit: non enim tamen ipsa
 ordinationis Sacramenta detrahuntur, sed manent super
 eas. Ideoque non in eo populo maxime imponitur, ne non
 homini, sed ipsi Sacramento fiat iniuria, & si quando
 ignorantur sit, nec animosa defenditur factum, sed corripi-
 tur cognitum, uisita facili impetratur. Demum enim
 uoluerit non est dissolutioni Deum, sed paci: nec Ecclesia
 cum Sacramenta ipse, qui ab Ecclesia recesserunt, sed
 ipsi qui recesserunt inimici sunt.

Sicut autem habens in baptismo, quod per eum dari pos-
 sit: sic in ordinatione in dandi, utrumque quidem ad per-
 misionem suam, quoad in charitatem non habens unitatem.

Hieron. lib. de septem ordinibus Ecclesie tom. 9.
 de ordine Diaconorum sic inquit. *Quintus in Dia-
 conibus ordo Sacramenti est, quorum fors Deus est, &c.*

Gregor. lib. 4. in 1. Reg. cap. 4. tom. 2. ait. *Tuba
 autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput
 eius. Hoc profecto hac uisione exprimitur, quod in
 sancta Ecclesia nunc etiam materialiter exhibetur, quia
 qui in culmine ponitur, Sacramenta suscipit uisionis.
 Quia uero ipsa uisio Sacramentum est, in qui promoue-
 tur, bene fors uigetur, si uisus uirtute Sacramenti robo-
 retur.*

Secunda Conclusio. Ordinatio Episcopi est Sacra-
 mentum, sicut ordinatio Presbyteri. Probatur. Or-
 dinatio Episcopi est ritus externus, seu signum sensi-
 bile gratia sanctificantis ex diuina institutione, ergo
 est Sacramentum. Consequens tenet, quia Sacramen-
 tum ut suo loco dictum fuit, nil aliud est. Anteced.
 probatur, Apostolus ad Timotheum, quem ordina-
 uerat Episcopum scribens. 1. Tim. 4. inquit. *Noli
 negligere gratiam qua in te est, qua data est tibi per pro-
 phetiam, cum impositione manuum Presbyteri. & 2. Tim.
 1. idem Apostolus repetit hoc idem dicens. *Propter
 quam causam admonco te, ut resuscites gratiam Dei qua
 est in te per impositionem manuum mearum: nam enim
 dedit nobis Deus spiritum timoris, sed uirtutis, & dilec-
 tionis & sobrietatis. & Act. 13. habetur ordinatio Pau-
 li, & Barnabæ in Episcopos sic. *Admirantibus autem
 illis Domino, & ieiuantibus, dixit illis Spiritus sanc-
 tus: segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus ad
 quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes impo-
 nentesque eis manus dimiserunt illos. Habetur itaque,
 ritus externus & effectus puta gratia Spiritus sancti.***

Ordinatio Episcopi est Sacramen-
 tum, sicut ordina-
 tio Presbyteri.

Secundò probatur sic. Ordinatio Episcopi habet
 pro effectu gratiam Dei interiorem, ut Scriptura testatur:
 habet characterem, quia irreuerabilis est; ha-
 bet actus proprios incommunicabiles alijs, puta con-
 ferre sacros ordines, qui si à simplicibus Sacerdotibus
 conferantur, nihil fit: confirmare, pascere populum
 Dei, potestatem iudicandi, & discernendi in Concilijs
 circa fidei articulos. Veteres Patres hoc idem semper
 docuerunt, ut infra probabimus; imò cum dicunt or-
 dinationem esse Sacramentum, de ordinatione Episcopi
 loquuntur, quare ergo Episcopatus non sit Sa-
 cramentum, & ordo distinctus à presbyteratu, non
 uideo.

Præterea minor differentia est inter cæteros ordi-
 nes inferiores, puta Diaconatum, & Subdiaconatum,
 quam inter Sacerdotium, & Episcopatum, ob tot ma-
 nera Episcopi, quæ numerauimus, & simplici Sacer-
 doti incommunicabilia: & tamen sunt distincti ordi-
 nes, cur etiam Episcopatus non erit ordo distinctus à
 Sacerdotio? & eo magis, quia de Episcopatu habemus
 uerbum scriptum, quod testimonium reddat huic
 sensu

sententia; de cæteris tantum verbum traditum. Verbum autem scriptum testatur esse Sacramentum, iuxta omnium veterum Patrum intelligentiam; ergo non licet illo modo aliter asserere.

Tertio probatur. Episcopatus semel acceptus nunquam perditur, loquendo de dignitate, nec potest repeti: ergo imprimis characterem, ergo est Sacramentum. Patet quia si aliquis suspendatur ab exercitio Episcopatus si iterum absoluitur, iterum non ordinatur, ergo non est simplex iurisdictionis, quæ ad libitum potest tolli & dari: at ex hoc præcipue probant Catholici aliquæ Sacramenta imprimere characterem, quia repeti non possunt.

Quarto probatur veterum Sanctorum Patrum testimonio. Ex Epist. 2. Anacleti Papæ Anno Domini 84. sic cap. 1. legitur de ordinatione Episcoporum, & omnium Clericorum. *Ordinationes Episcoporum, auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia Episcopi sunt celebranda. Qui simul convenientes, scrupulum diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus cum sancti Evangelii, qua prædicantur sunt, imponant; Dominica die hora tertia orantes, sacraque unctione, exemplo Prophetarum, & Regum capita eorum, more Apostolorum, & Moysis ungentes, quia omni sanctificatio constat in Spiritu sancto; cuius virtus invisibilis sancto Chrisma est permixta; & hoc ritu solemnem celebrent ordinationem.* & paulo post. Porro, & Hierosolymitarum primus Archiepiscopus Beatus Iacobus, qui iustum dicebatur, & secundum carnem, Dominum unctus est Frater, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus, successoribus, videlicet dantibus formam eorum, ut non minus quam à tribus Episcopis reliquisque omnibus assensum præbentibus, viliatius Episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur. reliqui vero Sacerdotes à proprio ordinentur Episcopo, ita ut, Civis, & alij Sacerdotes assensum præbeant, & ieiunantes ordinationem celebrent: simul, & Diaconi ordinentur.

Ex quibus patet ordinationem Episcopi solemnior esse, & distincta ab ordinatione Sacerdotis, seu Presbyteri simplicis, & utramque esse ordinationem, & æquali forma describi. cum igitur ordinatio Sacerdotis, & Diaconi sit Sacramentum, & ordines ad invicem distincti, multo magis ordinatio Episcopi.

Et in Epist. 3. eiusdem Anacleti cap. 1. sic legitur. *Episcopi vero: Domini Apostolorum: Presbyteri quoque septuaginta duorum Discipulorum locum tenent. Episcopi autem non in Castellis, aut modicis Civitatibus debent constitui, sed Presbyteri per Castella, & modicas Civitates atque Villas debent ab Episcopo ordinari; & poni: singuli tamen per singulos titulos suos. Et Episcopus non ab uno, sed à pluribus debet Episcopum ordinari. Et ut dictum est, non ad modicam Civitatem, ne vilescat nomen Episcopi, aut ab eubis, sed ad honorabilem urbem titulandam, & denominandam est. Presbyter vero ad quemcumque locum, vel Ecclesiam in eo constitutam, est proficiendus, atque in ea diebus visa sua duraturus.*

Amplius quam isti duo ordines Sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt.

Vide optatè Lector pari modo Episcopatum dici ordinem licet Presbyteratus, & duos ordines esse: & est antiquissima doctrina ab Apostolis emanans.

Ex Epist. decretali Gaij Papæ ad Felicem Episcopum Anno Domini 283. *De Episcoporum vero, & Presbyterorum, Diaconorumque, & sequentium Clericorum ordinationibus, sanctos Apostolos, & successores eorum, & præcipue Anacletum, & præterea alios sus-*

scientias statuisse cognoscimus; & idcirco non est necessarios replicare nisi quod illo non statuerunt. Illud tamen nos statuentes, vobis & omnibus servare mandamus, ut ad ordines Ecclesiasticos sic ascendant in Ecclesia, qui ordinari merentur, id est si quis Episcopus esse mereatur, sit primo Ostiarius, deinde Lector, postea Exorcista, inde sacretur Acolytus, deinde vero Subdiaconus, deinde Diaconus, & postea Presbyter: & exinde si mereatur, Episcopus ordinetur. Ex modo loquendi constat Episcopatum esse ordinem, verè & proprie, sicut cæteri ordines.

August. Epist. 110. Tom. 2. *Deo placens, tristitia fugata est, gaudium successit. Ordinatus est Episcopus quem præcedens Episcopus designaverat.*

Hieronym. lib. de septem ordinibus Ecclesiæ tom. 9. ponit Episcopatum ordinem septimum Ecclesiæ, distinctum à Presbyteratu quem sextum ordinem dicit his verbis. *Septimum autem in his dispositionibus, Episcopali ordo est, & qui & perfectus in concilio est.* &c. Ipse enim ordinat Sacerdotes, ipse Levitas, ipse Subdiaconos, ipse Lectores, ipse Ostiarios, ipse Possessores, ipse arundinem tenens metitur Hierusalem, ipse fabrica Dei præest, ipse quad unusquisque facere debet ostendit, ipse damnat, ipse recipit, ipse ligat, ipse ligata solvit, ipse claves Regni Cælorum habet, ipse thronum Dei referat, & claudis; supra se nubem habens, &c. Ad hunc pertinet Chrisma, quia ipsa Christus. *Christorum est, videlicet Sanctus Sanctorum, & Episcopus animarum, &c.*

Gregor. lib. 4. in 1. Reg. idem affirmat, ut in antecedenti Conclusionem dictum est.

Tertia Conclusio. In ordine ad Eucharistiæ Sacramentum septem sunt Ordines, qui proprie sunt Sacramentum: sed absolute loquendo sunt octo, addito scilicet Episcopatu. Secunda pars Conclusionis patet in Conclusionem antecedenti. Prima pars probatur traditionibus.

Sanctus Clemens Papa, & Martyr; qui Discipulus fuit Apostolorum lib. 8. Apostolicarum constit. mentionem facit de præfato numero ordinum.

Sanctus Ignatius in Epistol. ad Anthiochenes sic scribit: *Saluto sanctum Presbyterum vestrum, saluto sanctos Diaconos, saluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes Exorcistas.*

Gaius Papa Anno Domini 283. in Epist. decret. ad Felicem Episcopum, inquit: *Sic ascendant in Ecclesia, qui ordinari merentur, id est si quis Episcopus esse mereatur sit primo Ostiarius deinde Lector, postea Exorcista, inde sacretur Acolytus, deinde vero Subdiaconus, acinde Diaconus, postea Presbyter, & exinde si mereatur, Episcopus ordinetur.*

Synodus Romana sub Silvestro cap. 3. ait. *Presbyter non sit adversus Episcopum, non Diaconus adversus Presbyterum, non Subdiaconus adversus Diaconum, non Exorcistam, non Ostiarius adversus Lectorem de accusationem aliquam, &c.*

Nunc ad obiectiones aduersationum. Contra secundam Conclusionem. Prima Obiectio. Cum contra primam Sectarij nihil habeant, quod obijciant, Septem sunt Ordines, quæ Sacramenta esse dicuntur, at Episcopatus non est inter septem, cum sint quatuor minores, & tres sacri, nempe Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, ergo Episcopatus non est ordo, nec Sacramentum; maior elicitur ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 2.

Respondet septem esse ordines, qui Sacramenta dicuntur, si loquamur de ordinibus, qui dicunt respectum, & sub ordinatione ad Eucharistiæ Sacramentum

Testimoniū primivius Ecclesiæ.

tum est in principio huius disput. iuxta quem sensum intelligi debent confirmatae auctoritates : sed non esse septem, si de Ordine absolute loquamur, quia ut probatum est Episcopatus est verè Ordo, & Sacramentum. Hoc tamen verum est, quòd Episcopatus supponit necessariò Sacerdotium, sicut Papatus necessariò Episcopatum includit.

Dices, si ista res est, etiam Papatus erit Ordo, & Sacramentum.

Respondeo negando paritatem, quia Papa nihil aliud est nisi Episcopus, sed vniuersalis Ecclesie; sicut Episcopus est Pastor suae Diocesis. non sic accidit de Episcopatu, & Sacerdotio, quia sunt gradus in se diuersi, ut dictum est, habentes munera diuersa, & distincta.

Secunda Obiectio. Ex eo praeipue cognoscimus septem ordines esse inter se distinctos, quia si quis per saltum ordinaretur, ver. gr. si quis acciperet Presbyteratum non sumpto Diaconatu, verè esset Presbyter & tantum Diaconatus ordinem suscipere deberet, ut iuxta regulas Ecclesie munera sacra exercere valeret. At non sic accidit de Sacerdotio, & Episcopatu, quia nullus potest esse Episcopus, qui non sit Sacerdos; & si quis per saltum ordinaretur Episcopus, & non fuisset primò Sacerdos, Episcopatus ordinem non suscepisset: ergo sequitur Episcopatum non esse ordinem diuersum à Sacerdotio, sed tantum iurisdictionis augmentum.

Respondeo negando paritatem, quia licet ordinatus per saltum sit verè ordinatus, in ordinibus infra Sacerdotium; id accidit, quia munera talium ordinum sunt inter se disparata; nec alterum ab altero dependet; potest enim Diaconus fungi Diaconatus munere, licet aliquando Subdiaconatus officium nunquam exercuerit; at non sic euenit inter Presbyteratum, & Episcopatum: ratio est, quia qui est Episcopus habet essentialem respectum ad pascendum gregem Christi, cum sit formaliter Pastor Ouium; & qui est huiusmodi, necessariò debet esse Sacerdos, ut pro populo sibi subiecto valeat Deo offerre sacrificium, eique sacra mysteria ministrare, quod non posset, nisi esset Sacerdos; nam quomodo posset sacra conferre subditis nisi sacra cõficiendi haberet potestatem? est itaque ex hoc capite necessaria connexio inter Episcopatum, & Presbyteratum: & hæc est ratio cur Episcopatus necessariò supponit Sacerdotium; non sequitur autem non esse duos ordines distinctos, & hæc doctrina elicitur ex Apostolo ad Hebr. cap. 5. vbi sic inquit. *Omni namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, qui sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant, & quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, sua etiam & pro semetipso offerre pro peccatis.* & 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Episcopatus itaque necessariò supponit Sacerdotium.

Tertia Obiectio. Si ordinatio Episcopi est Sacramentum, ergo imprimet characterem, vel ergo est idè cum characterè Sacerdotali, vel maior, vel minor; nõ idem, cum dicatis duos ordines, ergo diuersus; vel ergo maior, & sic daretur gradus in Ecclesia maior Sacerdotio; si minor, sic Presbyter esset maior Episcopo. Quæ sunt inconuenientia, ergo Episcopatus nõ est ordo diuersus à Sacerdotio, seu à potestate consecrandi Eucharistiam.

Respondeo Episcopatum vtique imprimere cha-

acterem. ad illud, vel est maior, vel minor, dico esse vtrumque, maiorem scilicet, & minorem sub diuerso respectu; nam obiectiue maius est Sacerdotium, quia versatur circa præsentiam Corporis, & Sanguinis Christi; extensiuè, maior est Episcopatus, quia plurà sunt munera Episcopi. Puta pascere Corpus Christi mysticum, iudicare in rebus fidei in Concilijs, ordines conferre, & confirmare. Sed omne imaginarium inconuenienter tollitur ex hoc, quia scilicet Episcopus debet necessariò esse Sacerdos. Præterea hæc eadem instantia fieri potest etiam de dignitate ipsiusmet Apostolatus, qui gradus est primus in Ecclesia, ut Apostolus monet 1. Cor. 12. dicens. *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores, &c.* Et tamen nulla esset instantia; quia vel Apostolatus genericè sumitur, & sic includit Sacerdotium, vel in sua formalitate, & sic non includit Sacerdotium, sed tantum legationem pro Gentium conuersione, ut idem Apostolus ait. 2. Cor. 5. *Pro Christo ergo legatione fungimur.* Et sic sub diuerso respectu, & Apostolatus est maior Presbyteratu, & Presbyteratus maior Apostolatu, ut dictum est de Episcopo, & Presbytero.

Contra tertiam Conclusionem. Prima Obiectio. Cyprianus lib. 3. Epist. 9. dicit Diaconos nõ à Christo, sed ab Apostolo institutos; similiter Anacleus Papa Epist. 3. & Damasus Epist. 4. Et Confirmatur, quia videntur Diaconi, ex occasione temporalis ministerij instituti, nimirum ob solum ministerium mensarum, ut legitur Act. 6.

Respondeo huic obiectioni cum Cardin. Bellarm. de Sacramento ordinis cap. 6. Cyprianum solum docere, Christum non ordinasse vllos Diaconos, sicut ordinauit Episcopos, & Presbyteros; sed non sequitur ex hoc Christum non instituisse hunc ordinem, nam nec Christus aliquem confirmauit, & tamen instituit Sacramentum Confirmationis, Porro Damasus, & Anacleus solum docent Christum instituisse tantum duos ordines Sacerdotum, idest Episcoporum in Apostolis, & Presbyterorum in 72. Discipulis: quod scribunt contra Chresepiscopos, qui tertium genus Sacerdotum videri volebant, cum tamen reuera nihil essent nisi Presbyteri. Itaque non negant hi Pontifices, Diaconos, & alios ordines inferiores à Christo institutos, sed negant esse vllum ordinem Sacerdotum præter præfatos duos.

Ad Confirmationem respondemus, ex occasione quidem ordinatos fuisse primos Diaconos, sed non ex occasione inuentum esse ordinem Diaconorum. Neque verum est Diaconos solum ministros mensarum fuisse tempore Apostolorum; nam Diaconi etiã erant Philippis, & Ephesi, & in Creta, ut patet ex Epistolis Pauli ad Philipp. ad Timoth. & Titum. & tamen in illis locis non viuebant Christiani communiter, ut esset opus ministris mensarum. Deinde illa tam solemnis ordinatio per manus impositionem certè indicat aliud, quam solum mensarum ministerium. Præterea Philippus vnus ex primis Diaconis nõ solum dabat operam mensis, verum etiã prædicationi, & baptismo Act. 8. Denique ab antiquissimis temporibus Diaconi sunt ministri altaris, & Sacramentorum, ut patet ex Iustino Apologia 2. in fine, & ex omnibus antiquis Auctoribus. Hæc cum Bellarm.

Secunda Obiectio. Diaconi nullam habent potestatem faciendi aliquid supernaturale, aut effectum aliquem, qui sit ritus si fiat à non Diacono; ergo Diaconatus non habet proprium characterem, quia character

In ordine ad Eucharistiam septem sunt ordines ab solute loquendo sunt octo.

Papatus non est ordo distinctus ab Episcopatu; quia Papa est Episcopus vniuersalis Ecclesie.

Ratio cur Episcopatus supponat necessariò Sacerdotium. seu Presbyteratum.

Idem est querere, an Presbyteratus Ordo, maior sit Episcopatus & an Apostolus sit maior Presbyteratu.

Diaconi ab initio sacris ministerijs dicau fuerunt.

rafter datur ad operandum simpliciter, & non ad bene operandum.

Character non datur ad operandum simpliciter.

Respondeo negando antecedens; nam munus Diaconi est ministrare altari, seu Sacerdoti celebranti, legere Euangelium solemniter, & dispensare Corpus Christi: hæc autem non possunt iurè, & digne fieri à non Diacono, & hoc sufficit ad saluandam in Diaconatu rationem ordinis, & characteris. Quod character datur ad operandum simpliciter, dico hanc propositionem vniuersaliter intellectam esse falsam. quia Confirmatio datur ad robur, & multi absque Confirmatione robur habuerunt in confessione fidei, & pro fide occisi sunt, & vix erant Cathecumeni, vt pluries legitur; datur itaque character ad iurè, & digne taliter operandum, & ob alias causas, quæ positæ sùt lib. 7. disp. 5.

Tertia Obiectio. Diaconatus materia est traditio libri Euangeliorum, vt habetur in Concil. Florenti: sed cum ordinarentur primi Diaconi non erat scriptum Euangelium: ergo vel illi non habuerunt verum Sacramentum, vel Diaconatus non est Sacramentum.

Respondeo materiam Diaconatus esse impositionem manuum, & simul traditionem libri Euangeliorum: & licet tunc non esset scriptum Euangelium, tamen aderat liber Prophetarum in quo continetur Euangelium. Qui eundem effectum habet, vt liber Euangelij: nam satis est, vt sit aliquis liber, qui sacram Scripturam contineat.

Quarta Obiectio. Subdiaconatus olim non erat Ordo Sacer, sed postea factus est à Pontificibus, vt aperte testatur Innocent. III. cap. à multis, de etate, & qualitate, & ordine perficiendorum. & idem Innocent. III. cap. miramur, extra de seruis non ordinandis; & Urban. II. Can. Nullus, dist. 60. vnde Magister lib. 4. dist. 24. dicit Subdiaconatum, & Ordines minores ab Ecclesia introductos esse, cum Apostolorum tempore non fuissent.

Respondeo duo esse in Subdiaconatu; primum quod sit Sacramentum; secundum quod sit Sacer ordo; eo quia proximè ministrat Sacerdoti offerenti in altari, illud primum est de iure diuino, hoc secundum est de iure Ecclesiastico; quia vt monet etiam Cardin. Bellarm. loco citato. cap. 7. olim Subdiaconis non licebat tangere sacra vasa, vt patet ex Concil. Laodic. cap. 21. & Can. Nullus: dist. 24. qui ex decretis Siluestri sumptus est, & hac ratione non dicebatur ordo Sacer. Nec ex ordine Subdiaconorum poterat eligi Episcopus, sed tantum ex ordine Presbyterorum, & Diaconorum; tamen postea concessum est Subdiaconis tangere vasa sacra, vt patet ex Can. Non liceat, dist. 23. & cœperunt etiam in Episcopos eligi, vt patet ex Innocentio, & Urbano locis citatis.

Subdiaconatus Ordo est de iure diuino, & Sacramentum est, sed non vt Ordo Sacer est.

Quod autem Magister Sententiarum dicat fuisse; ab Ecclesia introductos; si intelligat quoad vltim, verum dicit, quia tempore Apostolorum nihil de eorum munere legitur: licet ex hoc, non valeat id inferri: quia multa facta sunt, quæ scripta non fuerunt, vt sæpius dictum, & probatum est. si autè intelligat quoad institutionem, falsum dicit; nam probatum est supra, quosdam Apostolorum Discipulos de talibus Ordinibus mentionem fecisse.

Quinta Obiectio. Subdiaconi ordinari poterant, à Chorepiscopis, vt patet ex Concil. Antioch. Can. 10. at Chorepiscopi erant simplices Presbyteri, qui Ordinis Sacramentum conferre non possunt, ergo Subdiaconatus non est Sacramentum ordinis.

Respondeo cum Cardin. Bellar. loco citato quod

Chorepiscopi duplicis generis erant: quidam ordinati Episcopi, qui tamen Diocesim non obtinebant, vt nunc sunt suffraganei, & de his loquitur Concil. Antiochenum; quidam vero solum Presbyteri, & ab his negat Damal. Epist. 4. posse ordinari Subdiaconos.

Sexta Obiectio. Dionysius Arcopagita cap. 5. Eccles. Hier. tres tantum numerat ordines, Pontificum Sacerdotum, & Ministrorum, ergo non sunt septem.

Respondeo Dionysium ita loquutum esse, vt ostenderet in Ecclesia Militante tres esse Hierarchias, ad imitationem Ecclesie Triumphantis. Nam per ministros intelligit omnes ordines, qui Sacerdoti subordinantur, quia omnes ad ministerium altaris diriguntur; & sic non opponitur numero septenario.

Septima Obiectio. Canones Apostolorum quinque ordines ponunt, putà Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Lectores, & Cantores. Ambrosius in Comment. cap. 4. ad Ephes. similiter ponit quinque; sed loco Cantorum, ponit Exorcistas. Ignatius in Epist. ad Antioch. & Epiphan. in fine Panarij plures ponunt quam septem, addunt enim Laborantes, & Confessores. Canonistæ apud Gratianum distunt. 23. & 25. addunt Psalmistam, concludit itaque Kemnitius in examine sess. 23. Concil. Trident. numerum septenarium ordinum non esse dogma catholicum.

Respondeo cum Cardin. Bellarm. lib. 1. de Clericis cap. 11. neminem citatorum Patrum ex instituto in præcatis locis de numero ordinum disputasse, determinasse, & scripsisse; at quia de ordinibus Ecclesie disterebant prout ad sermonis intentum spectabat de illis sermocinabantur, idcirco illorum aliquos tantum in medium afferbant. & experientia conitat ita esse, nam Hieronym. quem nobis etiam obijcit Calvinus lib. 4. inst. cap. 4. §. 1. quinque esse ordines ait: putà Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Fideles, & Cathecumenos, & tamen tunc non loquitur de ordinibus Clericorum, sed de gradibus Christianorum: & per fideles intelligit Laicos. Similiter Ambrosius tunc tantum quinque ordines assumit, vt exponeret illud Apostoli ad Ephes. 4. *Es ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores.* Ignatius autem, & Epiphanius tunc non solum ordines clericorum, sed etiam eos, qui improprie dicuntur ordines numerauerunt; vt sunt alicui seruitio, & gradu Ecclesie mancipati, vt laborantes in castris, & sepeliendis: velut etiam sunt, Monachi, Virgines, & Viduæ Deo lacratæ. de quibus Dionysius in Eccles. Hierar. cap. 6. & Epiphan. in compend. doctrina. & licet Canonistæ distinguant Lectorem à Cantore, tamen Lector, & Cantor in re idem sunt, etli Cantoris munus aliquando, qui Lectoratus ordinem non habet in Ecclesia exercet. Firmus itaque remanet numerus ordinum, quem Catholica Ecclesia possidet.

Intentio Patrum in citatis locis non fuit numerare distincte Ordines, sed loquebantur de illis prout ad eorum officio-nes spectabat.

DISPVATIO VIII.

De Sacramento extrema Vnctionis.

Extremam Vnctionem Sacramentum esse vnum ex septem, semper Ecclesia Catholica docuit, ac credidit, vt infra ostendemus. at quia nouissimis temporibus Lutherus in lib. de Captiuit. Babyl. de Extrema vnctione, & Calvinus lib. 4. Instit. cap. 19. §. 18.

Sectarii negant extremam Vnctionem esse verum Sacramentum.

§. 18; 19. 20. 21. eorumque Sectatores negauerunt ipsam esse Sacramentum propriè dictum, sequenti Waldenses, & Albigenes hæreticos, qui primò hæc hæresim excitauerunt: Concil. Trident. sess. 14. his verbis antiquam Ecclesiæ doctrinam de hoc Sacramento sic exposuit.

Visum est autem sancta Synodo precedenti doctrina de penitentia adiungere ea, quæ sequuntur de Sacramento extremae Vnctionis, quod non modo Penitentia, sed etiam totius Christiana vita, quæ perpetua penitentia esse debet, consummatum existimatum est à Patribus. Primum itaque circa illius institutionem declarat, & docet, quod Clementissimus Redemptor noster, qui seruum suum quoniam tempore voluit de salutaribus remedijs aduersus omnia, omnium hostium esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramento alijs preparauit quibus Christiani conseruare se integros dum vixerent ab omni grauiore spiritu incommoda possint: ita extrema vntionis Sacramento finem vita tanquam firmissimo quodam presidio muniri. Nam etsi aduersarius noster occasionem per omnem vitam quarat, & captes, ut deuorare animam nostram quoquomodo possit. Nullum tamen tempus est, quo uehementius ille omnes sua uersutia nervos intendat ad perdandos nos penitus, & à fiducia etiam, si possit diuina misericordia deturbados, quam eum impendere nobis exitum uita prospicit.

Cap. 1. Instituta est autem sacra hac Vntio infirmorum tanquam uerè, & propriè Sacramentum noui testamenti à Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum, per Iacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem fidelibus commendatum, ac promulgatum. Infirmatur, inquit, quis in uobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orans super eum ungentes eum oleo in nomine Domini. & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus uerbis, ut ex Apostolica traditione per manus acceptas Ecclesiæ didicit, docet materiam formam propriam ministrum, & effectum huius salutaris Sacramenti. Intellexit enim Ecclesiæ materiam esse oleum ab Episcopo benedictum. Nam Vntio apertissima Spiritus sancti gratiam, qua inuisibiliter anima agrotanti inungitur, representat. Formam demò esse illa uerba per istam vntionem, &c.

Cap. 2. Res porro & effectum huius Sacramenti illis uerbis explicatur, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Res etenim hac gratia est Spiritus sancti, cuius unctio delicta, si qua sint, adhuc expianda, ac peccati reliquia abstergit, & agroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuina misericordia fiduciam excitando, qua infirmus subleuatus, & morbi incommoda, ac labores lenius fert, & tentationibus demonum calcaneo infidians facilius resistit, & sanitatem corporis miserè ubi salutis anima expediens, consequitur.

Cap. 3. Jam uerò quod actus ad præscriptionem eorum, qui & suscipere, & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscurè fuit illud etiam in uerbis prædicti traditum: nam & ostenditur illis proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesiæ Presbyteros: quo nomine eo loco non atate seniores, aut primores in populo intelligendos ueniunt: sed aut Episcopi, aut Sacerdotes ab ipsis ritè ordinati, per impositionem manuum Presbyterij. Declaratur etiam, esse hanc vntionem infirmis adhibendam, illis uerò præsertim, qui tam periculosè decumbunt, ut in exitu uita consistenti uideantur. Vnde & Sacramentum extremum nuncupatur, &c.

Huius tamen doctrinæ ueritas à nobis probanda

est rationibus, & antiquæ Ecclesiæ testimonijs confirmanda. & ut ordinatè id fiat, hæc omnia quatuor conclusionibus explicabimus.

Prima Conclusio. Extrema Vntio est Sacramentum propriè dictum, unum scilicet ex septem Catholicæ Ecclesiæ Sacramentis. Probatur per eadem principia, quæ Sectarij habent, & concedunt. Sacramentum propriè dictum est promissio, & ritus externus, cui addita est à Deo promissio gratiæ. Sed extrema vntio est huiusmodi, ergo est propriè Sacramentum. Minor probatur Iacobi 5. *Infirmatur quis in uobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orans super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.* Quibus uerbis habetur primò diuina institutio, quia si Dominus hoc Sacramentum non instituisset, Iacobus effectum suum firmitè promittere non potuisset. Præterea diuina institutio innuitur per illud, *Alleuiabit eum Dominus.* Nam sensus est: quia ipse Dominus sic instituit, & promisit. Habetur ritus externus per illa uerba, *Ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei, &c.* Habetur promissio gratiæ, per illud; *Et si in peccatis sit, remittentur ei.* Ergo est uerissimum Sacramentum.

Secundò probatur per principia Catholicorum Doctorum. Sacramentum est signum sensibile gratiam, vel effectum Dei gratuitum ex instituto Dei efficacitè significans ordinatum ad salutem hominis uiatoris. Talis est extrema vntio, ergo est uerissimum Sacramentum. Minor probatur, est signum sensibile, quia est vntio externa per oleum; habet gratiam pro effectu: quia dicitur, si in peccatis est, qui ungitur remittuntur ei. Ex instituto Dei efficaci, *Et alleuiabit eum Dominus;* Absolutè enim loquitur, & non conditionatè, est ad salutem hominis uiatoris; quia dicitur, *Infirmatur quis in uobis.* Exprimitur minister, qui est Sacerdos, & Presbyter Ecclesiæ; & etiam materia, quæ est oleum nempe oliuæ, quia hoc est propriè oleum: est ergo uerissimum Sacramentum.

Tertiò probatur Conclusio antiquo testimonio Innocentij Papæ I. qui Ecclesiæ præfuit anno Domini 402. qui cap. 8. in Epist. 1. ad Decentium Episcopum Eugubinum ait. *Sane quoniam de hoc fisci de ceteris consilere uoluit dilectio tua, adiecit etiam. filius meus Celestinus Diaconus in Epistola sua, esse à tua dilectione positum illud, quod in Beati Apostoli Iacobi Epistola conscriptum est. Si infirmus aliquis in uobis est, uocet Presbyteros, & orans super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit laborantem, & suscitabit illum Dominus: & si peccata fecit remittet ei. Quod non est dubium, de fidelibus agrotantibus accipi, uel intelligi debere, qui sancto Oleo Chrismatis parungi possunt, quo ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus uis Christianis licet in sua, aut suorum necessitate inungendo. Caterum illud superfluum uidemus adiectum, ut de Episcopo ambigatur, quod Presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de Presbyteris dictum est, quia Episcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Caterum si Episcopus, aut potest, aut dignum ducit, aliquem à se uisitandum, & benedicere, & tangere Chrismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum Chrisma conficere. Nam penitentibus istud infundi non potest, quia genus est Sacramenti. Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?*

Extrema vntio est uerum Sacramentum.

Extrema vntio habet omnes Sacramenti conditiones.

Testimonium ueterum Scriptorum.

Augustin. lib. 2. de visitatione infirmorum cap. 4. Tom. 9. inquit. *Nec pratermittendum est illud Apostoli Iacobi preceptum. Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, ut orans super eum ungentes eum Oleo sancto in nomine Iesu, & oratio fidei saluabit infirmum, ergo si roges de te, & pro te fieri sicut dixit Apostolus Iacobus, imo per Apostolum suum Dominus: ipsa videlicet Olei sacra delibutio, intelligitur Spiritus sancti typicalis unctio.*

Conc. Aquigranen. 2. celebratum anno Domini 804. Can. 8. sic ait. Parochos debere accipere ab Episcopis ampullam Olei sancti pro infirmis inungendis iuxta Apostolicam traditionem.

Conc. Cabilonense 2. tempore Leonis Papae III. & Caroli Magni anno Domini 813. Can. 48. inquit. *Habetur secundum Beati Iacobi Apostoli documentum, cui etiam decreta Patrum consonant, quod infirmi Oleo, quod ab Episcopo benedicuntur, à Presbyteris ungi debent.*

Conc. Vormatiense anno Domini 868. Can. 72. inquit; *Episcopi est Chrisma conficere, quo infirmi ungi debent.* Et Innocentius III. fusè de hoc Sacramento tractat cap. Cum venisset. extra de Sacramenti vntione.

Materia huius Sacramenti est oleum, ab Episcopo benedictum.

Secunda Conclusio. Materia huius Sacramenti est Oleum Oliuæ, ab Episcopo benedictum. Forma. *Per istam sanctam Vntionem, & suam pyssimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, &c.* Vel verba his similia. Minister autem est Sacerdos ritè ordinatus ab Episcopo. Prima pars Conclusionis probatur. Iacobi 5. legitur: *ungentes eum Oleo.* Oleum autem propriè est oleum oliuaru, vt patet. Præterea antiqua consuetudo Ecclesie id manifestat. Secunda pars scilicet, forma huius Sacramenti tangitur ibidem, cum dicitur, *in nomine Domini, & oratio fidei,* nam minister ungens debet nomen Domini exprimere, & oratio fidei, nihil aliud est nisi verba sacra, quæ proferuntur; quod autem illa sint verba, quæ superius posita sunt, constat ex antiqua consuetudine Ecclesie. Quod minister sit Sacerdos, colligitur manifestè ex eodem loco citato Iacobi, cū dicit: *Inducat Presbyteros Ecclesie:* Nam Presbyter Ecclesie est Sacerdos, vt colligitur ex illo 1. Tim. 5. *Qui bene præsent Presbyteri duplici honore digni habentur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina.* & paulò post: *Aduersus Presbyterum accusationem non recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus:* & cap. 4. *Noli negligere gratiam, qua in te est, qua data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum Presbyterij.* Confirmantur hæc omnia per testimonia superius allata in antecedenti Conclusionè.

Effectus huius Sacramenti est duplex.

Tertia Conclusio. Effectus huius Sacramenti duplex est, primus spiritualis, quo reliquæ peccatorum tolluntur. Secundus corporalis, quo ægrotus alleuiatur in partem, vel in totum. Probatur ex loco citato Iacobi 5. *Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit remittentur ei.* Et per illud, *alleuiabit eum Dominus,* docet Iacobus Apostolus hominem, qui ungitur debere esse grauius infirmum; nam illud alleuiare est metaphora; ille autem dicitur alleuiari, qui graue onus portat, non qui minimum; nam si quis vnum librum portet, & aliquis dixerit alleuiate illum, ineptus esset sermo, sed si magnum onus portauerit, iurè dici potest, alleuiate illum; id est partem oneris auferte: ergo transferendo hanc metaphoram ad infirmitatem, qui ungitur hac vntione Sacramentali debet esse oneratus graui infirmitate. Græci autem legunt: *Eriget illum*

Dominus, & hoc idem ex hac etiam metaphora dicitur: nam qui est parum inclinatus non indiget supernaturali auxilio, cum naturaliter possit erigi; sed cum est grauius inclinatus, tunc supernaturali indiget auxilio. Præterea standum est verbo latino, quia Iacobus scripsit Hebraicè, erat enim Episcopus Hieros. & scripsit ad duodecim Tribus, quæ erant in dispersione; nec melius Græcus, quam Latinus interpret transulit verbum illud. & per illud adducat Presbyteros, hoc idem colligitur, nam nisi esset grauius infirmus, diceretur accedat ad Presbyteros, hoc enim magis congruum est; dicitur ergo adducat Presbyteros, quia supponit grauem infirmitatem, quæ impediât talem accessum ad Ecclesiam, & ad Presbyteros.

Et Confirmatur testimonio Augustini, qui loco supra citato monet nepotem suum, vt hoc Sacramentum suscipiat, quia in extremis laborabat. Sic enim in initio lib. 1. ait. *Vsitationis gratia nepoti meo charissimo morienti extremum vale diciturus besterna die processi, &c.* & lib. 2. inquit. *Mi charissime, recessurus à nobis, te enim compellit dies vltima, fideliter esto, &c.* & postea: *Nec pratermittendum est illud Iacobi Apostoli preceptum: infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, & orans super eum, ungentes eum oleo sancto, in nomine Iesu, & oratio fidei saluabit infirmum. Ergo sic roges de te, & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus, imo per Apostolum suum Dominus: ipsa videlicet olei sacra delibutio intelligitur Spiritus sancti typicalis unctio.*

Quarta Conclusio. Vntionem quam faciebant Apostoli, quæ legitur Marci cap. 6. non erat Sacramentum, quod legitur Iacobi 5; legitur autem sic Marci 6. *Es exentes prædicabant, vt penitentiam agerent; & demonia multa eiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & sanabant.* Probatur Conclusio. Hoc Sacramentum ministratur à Presbyteris, principaliter ad gratiam Spiritus sancti habendam, qua reliquæ peccatorum tolluntur. At hoc non habetur in illa vntione, quæ legitur Marci 6. ergo illa non erat Sacramentum, nec eadem cum illa, quam promulgauit Iacobus Apostolus. Maior patet Iacobi 5. *Inducat Presbyteros Ecclesie: & si in peccatis fuerit remittentur ei.* Minor probatur. quia tunc Apostoli non erant Presbyteri, seu Sacerdotes, sed quasi adhuc piscatores. Tunc enim illos instituit Sacerdotes cum potestatem conficiendi Eucharistiam eis tribuit dicens: *Hæc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis.* & Ioan. 20. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remissionis peccata remittentur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Nec illa vntio remittebat peccata; nam erat tantum pro sanitate corporis recuperanda, vt ibi legitur; quæ non est per se effectus Sacramenti, sed secundario, & per accidens: dona enim spiritualia in ordine ad remissionem peccatorum, & confessionem vite æternæ effectus sunt Sacramentorum nouæ legis; ergo vntio illa, quæ habetur Marci 6. non erat Sacramentum extremæ vntionis, quod legitur Iacobi cap. 5. Præterea hoc Sacramentum supponit baptismum, quia est Sacramentum nouæ legis. At tunc Apostoli omnes ægros indifferentes ungebant, etiam non baptizatos. colligitur ergo illam vntionem hanc non fuisse, quæ est Sacramentum, & habetur Iacobi 5. Hoc tamen debemus asserere, Sacramentum scilicet extremæ vntionis; quod à Christo Domino institutum fuit, & à Iacobo promulgatum, fuisse insinuatum, & figuratum per eam vntionem, quæ Marci 6. legitur. Sicut loco ecci nati

Græci infirmis hoc Sacramentum dandum est.

Vntio quam faciebant Apostoli ante passionem Domini non erat Sacramentum.

nati in aqua Siloë, quæ facta est mandato Domini Sacramentum baptismi insinuauit ab eodem Domino postea institutum.

Nunc ad obiectiones Sectariorum. Prima Obiectio ex Lutero loco citato. Epistola Iacobi Apostoli non est tantæ auctoritatis, ut possit sine testimonijs Scripturæ Canonicæ Sacramenta instituire, ergo extrema vnctio, de qua ibi tractatur, non est numeranda inter vera Sacramenta. Antec. probatur ex Sancto Hieronymo, qui in lib. de Scrip̄toribus Ecclesiasticis testatur, veteres iudicasse non esse Epistolam illam à Iacobo Apostolo scriptam. & ex Eusebio, qui lib. 3. histor. cap. 23. ait. de illa sciendum, quod notha sit.

Respondeo Epistolam Iacobi utique esse canonicam, nec Hieronymum testari oppositum; sic enim ait. *Iacobus qui appellatur frater Domini cognomento Iustus, statim ab Apostolis Hierosolymorum Episcopus ordinatus, unam tantum scripsit Epistolam, quæ de septem Catholicis est.* Ergo affirmat ipsam canonicam esse. quod autem sequitur; *quæ & ipsa ab alio quodam sub nomina eius edita offeritur*: Refert particularem quorundam opinionem, quæ nullibi locum obtinuit; quia à solemnioribus scriptoribus semper canonice habita fuit, ut constat ex Clemente Can. vii. Apostolorum. Ex Innocentio I. Epist. 3. Gelasio I. in Concil. 70. Episcoporum. Concil. Laodiceno Can. vii. Carthag. 3. Can. 47. Origene Homil. 7. in Iosue. Athanasio in Synopsi. Epiph. hæresi 76. Hieron. Epist. ad Paulinum. August. lib. 2. de doctrina Christiana cap. 8. & alijs. Eusebius autem, ut refert Cardin. Bellarm. lib. 1. de extrema vnctio. Dicit quorundam opinione Epistolam illam esse adulterinam; subdit tamen: *Nos autem scimus, in plurimis Ecclesijs publicè esse receptam.* itaque huiusmodi vagæ opinionis nullius roboris locum obtinuerunt.

Præterquam quod licet Scriptura hoc non narret, scilicet extremam vnctio. Sacramentum esse. Habemus verbum Dei traditum, quod actu tenetur ab vniuersis Ecclesijs, à solis ortu, vsque ad occasum; & hoc Catholicis, & sensatis sufficit: quia antiqua Ecclesia ab Apostolis edocta fuit; & quidquid Catholica Ecclesia, quæ errare non potest, in vniuerso orbe tenet, credit, & exercet: proculdubio doctrina est firmissima Apostolorum Christi; quicquid phantasiæ Sectarij.

Secunda Obiectio ex eodem Lutero, qui sic ait: si esset Iacobi Apostoli, dicerem, non licere Apostolo sua auctoritate Sacramentum instituire, id est diuinam promissionem cum adiuncto signo dare, hoc enim ad Christum solum pertinebat.

Quid ineptius his verbis? quasi Apostolus Iacobus correptione Lutherana dignus esset: etenim Iacobus potestati sibi indebitam nullatenus assumpsisset; manifestum autem est Christum Dominum potuisse tantum Sacramenta instituire; quia Deus solus signo sensibili efficaciam causandi gratiam potest tribuere: homines autem nequaquam. itaque Iacobus Apostolus à Spiritu sancto edoctus præfatis verbis non instituit hoc Sacramentum, sed illud, iam à Christo institutum promulgauit: & fideles hortatur ad vsum illius. Apostolus autem errare non potuit docendo, ob Spiritus sancti specialem assistentiam; nam qui aliter affirmat, vniuersam fidem subuertit, & in dubium reuocat, cum illam Apostoli prædicauerint. videat prudens Lector, quæ semina iecerit Lutherus digna sui.

Tertia Obiectio. Lutero & Caluino communis Verba Iacobi intelligi possunt de virtute sanandi infirmitates corporis; ergo vanum est illa Sacramentum promulgare. Wicleffus putat Apostolum loqui de naturali curatione: & ideo meminisse olei, quia est naturaliter medicinale. Philippus existimat eum loqui de vnctio. quæ partim naturaliter, partim etiam dono diuino curabat: & dicit Abraham, Isaac, Iacobum, Isaiam, & cæteros Prophetas fuisse professione medicos, & habuisse perfectam notitiam herbarum, & aliorum medicamentorum, & simul etiam ornatos dono miraculorum. Lutherus tamen; Calvinus, Brentius, & Kemnitius, simpliciter exponunt Apostolum de curatione ex dono Dei, & non magis fuisse Sacramentum istam vnctio. quam fuerit probatica piscina; vel lutum cum sputo, & aqua Siloë. nunc autem, quia donum illud cessauit, ut opinantur, non modò vnctio. esse Sacramentum negant, sed etiam esse rem inutilem, & superstitiosam, affirmant.

Respondeo huiusmodi instantias esse inanes, & vacuas. nam Iacobus Apostolus loquitur de remissione peccatorum, quæ fit per vnctio. ergo non de rebus medicinalibus, & miraculis loquitur, sed de verissimo Sacramento, quorum propria est peccatorum remissio. nec loquitur pro eo tantum tempore; nam genericè inquit ad omnes. *Infirmatur quis in vobis?* Adde quod eodem modo de cæteris Scripturis idem affirmare possemus. nam multa dicta fuerunt tantum ad Apostolos, quæ etià nobis dicta esse intelligimus. Ver. gr. *Quis maior est vestrum fiat sicut minor.* Præterea ea quæ hæc verba præcedunt, & sequuntur in præfata Iacobi Epistola, omnibus pro omni tempore dicta sunt; cur non etiam verba de vnctio. infirmorum? Verè nugæ; verè fugæ decoctorum. Sanatio ceteri nati fuit opus Saluatoris miraculosum, & particulare circa illum, qui sanatus est; & manifestè patet fuisse opus particulare: sicut è contrà constat verba Iacobi Apostoli ad omnes dicta esse, dum inquit. *Infirmatur quis in vobis?* Probatica piscina non erat Sacramentum, quia erat pro vno tantum, qui semel cū moueretur aqua per Angelum sanus fieri poterat; Sacramentum autem ex sui natura est commune: præterea sanitas corporis est effectus per accidens Sacramenti; effectus per se est gratia interna Spiritus sancti. Probatica autem piscina sanitatem corporis tantum habebat pro effectum, non erat ergo Sacramentum: ideoque paritas inter piscinam, & extremam vnctio. infirmorum non currit, ut patet.

Quarta Obiectio. Si Vnctio infirmorum Sacramentum esset, haberet effectum infallibilem; at non habet, ut ex eo constat, quod paucissimi sanantur, cū tamè promissio huius cæremoniz sit sanitas corporalis.

Respondeo concedendo maiorem, nam omne Sacramentum habet effectum infallibilem, dum modò non ponatur obex à suscipiente Sacramentum; ad minorem dico illam esse insufficientem, & mancã; quia assignat effectum huius Sacramenti sanitatem corporis, quæ secundariò, & conditionatè, nempè si saluti animæ expedit huic Sacramento, competit. Effectus autem primarijs, proprijs, & per se, est remissio venialium peccatorum, & finalis quædam condonatio præteritorum criminum: quia dicitur ibi. *Et si in peccatis fueris remittentur ei.* Et hic effectus cum sit proprius, est infallibilis. ruit ergo obiectio Lutheri.

Quinta Obiectio, estque Caluini. Si ex eo quod Apostoli inungebant oleo, & curabant, Sacramentum

R 2 colli-

Epistola Iacobi
Apostoli est scriptura
Canonica.

Expositiones Sectariorum directè
opponuntur textui

Iacobus Apostolus non fuit institutor Sacramenti
extreme vnctio. nis, sed promulgator.

Quis sit proprius
& per se effectus
huius Sacramenti.

colligitur vñtionis infirmorum, debet etiam colligi Sacramentum ex eo, quod Dominus luto, & sputo, & aqua Siloè sanavit cœcum, & ex alijs similibus cœremonijs.

Respondgo falsum esse assumptum: nam vñtionem, quam Apostoli faciebant Marci 6. non esse hoc Sacramentum suprâ probatum est; exemplum de luto, & sputo, & aqua Siloè non facit ad rem, quia vt dictum est, sunt facta singularia directâ pro vna vice ad singulares homines: hæc autem vñctio, vt Scriptura testatur, est pro omnibus, nam dicitur: *Infirmatur, quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesia, &c.*

Sexta Obiectio ex Kemnitio. Vñtionis cœremonia extrâ donum curationis, partim ab hæreticis partim ab Ethnicis originem ducit. Nam qui primi cœperunt vti cœremonia vñtionis per modum Sacramenti sine dono curandi, fuerunt hæretici Valentini, vt patet in Ireneo lib. 1. cap. 18. Præterea ethnici cõsueverunt vngere mortuos, vt patet ex illo Virgilij, corpusque lauant frigentis, & vngūt. Vndè Apuleius illud vocat vltimum lauacrum lib. 9. de Asino aureo. Similia vero sunt his Ethnicis superstitionibus, quæ narrat Dionysius cap. 7. de Ecclesiastica Hierarchia.

Respondgo, & non possum non mirari Sectariorum ipse ingenium, & audaciam; nam cum aliquid dicunt, illicõ exclamant, Scriptura, Scriptura; vbi est verbum Scriptum? Nunc autem manifestum est verbum Dei scriptum circa hoc Sacramentũ, quod omnes huius Sacramenti partes apertissimè tradit, nempe ministrum, materiam, formam, & effectum spiritualem, & temporalem, & diuinam institutionem; & tamen Kemnitius in talia verba proflire non dubitat, vt dicat esse Ethnicorum cœremoniam. numquid Iacobus Apostolus erit Ethnicus? qui talia promulgat, & præcipit, & tot Patres, & præcipuè Augustinus vir sanctitate, & doctrina insignis, & valdè eruditus, qui hæc vñtionem persuadent, erunt Ethnici? si autem Ethnici, & Hæretici abutãtur hæc vñctione, quid nobis nocet & veritati? numquid quia Turcæ abutãtur

agua, dum antequam ingrediantur Misquitas sunt baptizant seiplos, putantes peccatorum remissionem obtinere: baptismus Christianorum cœremonia erit Tartarum? &c. abeant huiusmodi ineptiæ, & infamiz hæreticorum.


Septima Obiectio eiusdem Kemnitij. Progressus istius vñtionis apertè docet non esse Sacramentum. Nam initio Apostoli vngabant oleo simplici ægrotos vt illos curarent. deinde cœperunt aliqui addere benedictionem, oleumque consecrare: vtebantur tamen eo ad eundem finem, ad quem Apostoli quondam; nimirũ ad curandos ægrotos diuino miraculo, vt patet ex miraculis, quæ narrantur facta per oleum benedictum à Sancto Martino, alijsque multis Sanctis Viris, vt legere est apud Sulpitium in vita Beati Martini, & Palladij historia Lausiaca, & Theodoretij historia religiosa. Tandem cum miracula omninõ cessassent, ne ociosa maneret cœremonia vngendi, Felix IV. voluit vngi infirmos.

Respondgo, præsentem obiectioem esse cantilenam mendaciorum: nam diximus, quod alia est vñctio, quæ legitur Marci 6. & alia Iacobicap. vii. Quæ autem sequuntur, sunt manifesta mendacia; nam Apostolus Iacobus docet esse in remissionem peccatorum & alleviationem morbi per Presbyteros Ecclesiæ; & Kemnitius dicit fuisse postmodum ad miracula operanda, & à Felice IV. pro infirmis dicatam fuisse; cũ Iacobus dicat, *infirmatur quis in vobis? antiqua Ecclesia hoc idem testatur vt ostensum est suprâ, & Kemnitius Astrologicè veritatem huius rei inquirat; & vt Ariolus vaticinatur.*


Quantum ad benedictionem olei; ab initio sic fecit Ecclesia, & Apostoli hoc fecerunt, vt habetur in Apostolicis constitutionibus Clementis Romani, qui fuit Petri Apostoli discipulus lib. 8. cap. 29. his verbis: *De aqua, & oleo ego Mattheus constituo. vt benedicat Episcopus aquam, aut oleum, si vero non aderit, benedicat Presbyter presente Diacono, &c.*

Hæc Obiectio cõcludit obiectioem esse iniquum hæreticum.

FINIS LIBRI OCTAVI.



LIBER NONVS.
 DE SACRAMENTO
 EVCHARISTIAE,
 ET SACRIFICIO
 MISSAE.



DISPUTATIO PRIMA.

An sub Speciebus panis & vini in Sacramento Eucharistiae adsit verè, realiter, & substantialiter Corpus & Sanguis Christi Domini.



ADVERSUS Catholicam doctrinam de admirabili Eucharistiae Sacramento (quod est Dominicae Passionis memoriale perenne; veterum figurarum complementum; miraculum omnium miraculorum, Animarum singulare

solatium. Spiritus robur, ac nutrimentum, & futuræ gloriæ pignus suavissimum) quæ excogitauerunt multis transactis sæculis post Christianæ fidei establishmentem, homines quidam Satanæ nefarij ministri: ad quatuor capita reduci & aduari possunt. Primum est de reali ac substantiali præsentia Corporis & Sanguinis Christi sub speciebus panis & vini. Secundum, circa modum existendi Christi Domini sub dictis speciebus. Tertium, circa essentiam eiusdem Sacramenti, & an ipso usu tantum sit. & quartum, de consecratione, & oblatione Eucharistiae, an sit sacrificium: quod Missam nuncupamus.

Quoad primum, de reali scilicet & substantiali præsentia Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis & vini. Notandum quod huiusmodi veritas impugnari cepit, non in Concilio Constantino, quod septimam synodum falsò vocabantur

anno Domini 692. congregato sub Constantino Comproynio Græcorum Imperatore, ut putat Cardin. Bellarm. lib. 4. de Sacram. Eucharistiae cap. 8. quia licet tale Conciliabulum falsò asserent Eucharistiam esse imaginem Christi, non tamen negabat veritatem, & realitatem Corporis Christi sub speciebus panis & vini; ut manifestè legitur in 7. Synodo Nicœna 2. Act. 6. tom. 3. in fine: imò præterea 7. Synodus Eucharistiam imaginem Christi dixit, & tamen veritatem Corporis & Sanguinis Christi sub speciebus panis & vini non negauerat, contradictoria affirmasse annuncians. Sic enim loco cit. legitur. *Et præter id, quod est singularis rudis ac imperitæ quoque admixtam habet. demè admittentes mendacium, quodantem veritatem contingunt, confessi diuinum Corpus panem fieri. ut si imago Corporis est, non potest sanè fieri diuinum Corpus. & paulò post. Idemque quod insanè homines patiuntur, iam hoc, iam illud imaginantes: èt nunc quidem sanctum, èt notabile nostrum sacrificium, imaginem sacri Corporis Christi, nunc autem sacrum, & diuinum Corpus asserunt, &c. Præterea si falsa synodus id negasset, cum res magni momenti sit, ipsa vera 7. synodus particulare decretum huius veritatis declaratum proculdubio dedisset, quod tamen factum non est; ex quo sequitur falsam synodum non ideò imaginem Christi dixisse Eucharistiam, ut veritatem præsentiae Christi Domini negaret.*

Initium itaque sumpsit huiusmodi error, & simul propagationem, circa annum Domini millesimum quinquagesimum, per Berengarium Ecclesiæ Andegauensis in Gallia Archidiaconum. hic ut refert Alphonsus de Castro lib. aduersus hæreses, verbo, Eu-

Quo tempore cepit hæresis circa Eucharistiam.

Hæreses de Sacramento Eucharistiae ad quatuor capita reducuntur.

Eucharistia fuit hinc parum veritas, sed dialecticis quibusdam communibus prolixius additus, per quas fallaciosa huius mundi gloria affertabatur, & hanc ob causam in talem profertur mundum; Quamobrem Leo IX. tunc Summus Pontifex Vercellis Concilium congregavit, eumque accedere nolentem, anathemate damnavit. & interim cum Berengarius hanc hæresim venientem per Galliam diffunderet. Victor II. qui Leoni IX. successit Concilium Turonis adunavit, ad quod Berengarius cum accessisset, ab Archiepiscopo Cantuariensi convinctus fuit; sed inde discedens, velut canis ad vomitum rediit. Hinc factum est, ut Nicolaus II. qui Victori in Pontificatu successit, Romæ Concilium 1059. & 13. Episcoporum congregaverit, in quo cum pater adesset Berengarius, vel emendatus vel emendatum se fingens palinodiam recantavit, quæ in volumine Decretorum habetur de Consecrat. dist. 2. cap. Ego Berengarius. hoc itaque fuit solemne initium huius blasphemie; quia licet, ut ipse Card. Bellarm. loco cit. scribit; quidam Ioannes anno Domini 800. de hac veritate dubie scribere cepit; & similiter Bertranus anno Domini 886. eandem opinionem explicaverit, nemo tamen talem errorem sequutus fuerat.

Hic itaque Berengarius ut etiam scribit idem Card. Bellarm. loco cit. quatuor eructavit errores: primum quod parvuli baptizari non debeant. secundum quod Corpus Domini non sicut Eucharistia, nisi ut res significata in suo signo. Tertium post alteram palinodiam quæ ter decantavit, quod Corpus Domini est in Eucharistia, sed simul cum pane. Quartum, quod legitima matrimonia dissolvi possunt. Hinc est quod Lutherus & Calvinus in præsentis negotio, Berengarii discipuli comprehenduntur; cum Calvinus errorem secundum, & Lutherus tertium amplexati sint: & ante Calvinum sequuti sunt Berengariani hæretici Albigenes, flagellantes. Ioannes Wiclef, Zuvinglius, Oecolampadius, & alij.

Opinio itaque Lutheri in huiusmodi re est, quod in Eucharistia Corpus Christi sit simul cum panis substantia, licet in Epist. ad Argentinenses dicat, hinc eam sequutum esse sententiam quæ affirmat in Eucharistia nihil esse præter panem, si Scripturis, quæ obijcebantur satisfacere potuisset: & in lib. de Eucharistia ad Waldenses negat Eucharistiam adorandam, & indubium revocat an simul cum Corpore Christi in Eucharistia sit etiam anima, ac divinitas. Calvinus autem vagatur hinc inde, & nescit de quibus affirmat; nunc videtur concedere Corpus Christi descendere in sumptione Eucharistia, ut in lib. 4. instit. cap. 17. §. 5. & §. 32. & nunc non descendere, sed nos per fidem ascendere ad ipsum: nam loco cit. §. 31. & §. 12. sentire videtur carnem Christi per solam virtutem putâ qualitatem aliquam nos penetrare: sed mendax facile illaqueatur; etenim inter contradictoria non datur medium; vel igitur ponit Corpus Christi substantialiter præsens sub speciebus panis & vini, vel non ponit; primum negat, ergo secundum affirmat; & sic hæreticus necessario comprehenditur. quod autem Corpus Christi existens in Cælo his qui in Cœna sumunt panem, aliquod donum spirituale infuset, hoc est præter controversiam; certum est itaque Calvinum, & Calvinizantes negare substantialē præsentiam Corporis Christi sub speciebus panis & vini in Eucharistia, & ad imaginariam apprehensionem hanc sacram Commu-

nionem reducere; quia communiter Calvinus, Eucharistia esse signum conjunctionis iam prius factæ cum Christo mediante fide opinatur.

Adversus huiusmodi deinationes Concilii Tridentini sess. 13. cap. 1. sic affirmat. *Paterque docet sancta Tridentina Synodus, & aperte ac simpliciter proficitur in alio sancta Eucharistia Sacramento post panem & vini consecrationem D. N. Iesum Christum, verum Deum atque hominem, verè realiter, ac substantialiter sub speciebus illarum rerum sensibilium contineri.* Nec ut quid de novo excogitatum hoc docet more Sectariorum: sed quod semper ab initio credidit, ac docuit Catholica Ecclesia hinc verbis manifestat, ut inferius suo loco demonstrabimus. & ut in presenti negotio ordinate procedamus, tres ponimus Conclusiones.

Prima Conclusio. Sub speciebus panis & vini in Eucharistia est verè, realiter, & substantialiter Corpus & Sanguis Christi Domini. Probatum. Corpus Christi quod traditum est pro nobis in Cruce, fuit verè, substantialiter, realiter Corpus Christi: & Sanguis qui pro nobis in Cruce effusus est fuit verè, realiter, & substantialiter Sanguis Christi. at hoc idem Corpus est sub specie panis in Eucharistia, & hic idem Sanguis est sub specie vini ibidem, ergo sub speciebus panis & vini in Eucharistia est verum Corpus, & verus Sanguis Christi realiter substantialiter. Minor probatur. 1. Cor. cap. 11. *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens fregit & dixit: Accipite & manducate: hoc est Corpus meum, quod pro vobis traditur. similiter & Calicem postquam cenavit dicens: Hic calix novum testamentum est in meo Sanguine, hoc facite quotiescunque bibitis in meam commemorationem.* Matth. 26. *Comestibus autem ei accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit; deditque discipulis suis & ait: Accipite & comedite hoc est Corpus meum. & accipite calicem, gratias egit: & dedit illi dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim Sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum; & idem habetur Marci 14. & Lucæ 22. Cum itaque sit idem Corpus quod traditum est in Cruce, & idem Sanguis qui ibidem est effusus, hoc mysterium redditur ipsa luce clarius.*

Respondent communiter Sectarij *hæc est Corpus meum, & Hic est Sanguis meus*, debere intelligi per tropum & figuratè; quapropter plurimas excogitaverunt expolitiones, sed ineptissime & blasphemè; quia huiusmodi ineptias sapientia Christi prævenit: dum immediatè dixit: *Hoc est Corpus meum quod pro vobis traditur. & Hic est Sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* at Corpus Christi non figuratè, sed verè & realiter traditum est in Cruce, & Sanguis eius non per tropum effusus est, sed realiter: ergo sub speciebus panis & vini verè & realiter est Corpus & Sanguis Christi, & non metaphoricè & figuratè, vel quocunque alio modo à Sectarijs excogitato.

Præterea, est axioma firmissimum apud Sectarios, licet falsissimum, verba Divina accipienda esse iuxta Grammaticæ nudam intelligentiam, ita ut nec liceat per Angelum, nedum per hominem, vim ullam facere, ne detur occasio adversarijs Scripturas eludendi. Si igitur vera apud ipsos est præfata propositio, cur ad tropum confugiunt in hac littera, quæ est manifesta, *Hoc est Corpus meum quod pro vobis*

Quoties habuerit Berengarius.

Corpus Christi in Eucharistia, & Sanguis ibidem, est illudmet Corpus & illemet Sanguis qui in Cruce immixtus, ut docet Salvator.

Lutherus & Calvinus in hac materia sunt discipuli Berengarii.

Occursum Sectariorum deijctum.

Argumentum effectum ad hominem.

vobis tradetur. & Hic est Sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum? itaque si praesens pactum quod excogitauerunt, seruare voluerint, de facto iam vicimus.

Tertio sic. Antiqua Ecclesia Catholica, quae de vero sensu Scripturarum ab ipsis Apostolis edocta fuit sic intellexit, ut Romana Ecclesia in praesenti docet: quemadmodum veteres Patres, qui homines sanctitate & doctrina praestantissimi fuerunt, testantur; cur non pudet Sectarios oppositum sentire. & hoc sensatis viris grande est argumentum; quia, verum sensum Scripturarum proculdubio habuit primitiua Ecclesia, quae ab Apostolis, & Apostolorum discipulis edocta fuit. Assumptum interius probatur cura veterum Patrum testimonia adducentur. Sed cognoscat Amicus lector Sectariorum vanitatem: etenim in praesenti materia non habent testimonium verbi Dei pro se; quia Scriptura manifeste docet oppositum, quapropter ad tropos confugere coacti sunt, non habent testimonium antiquitatis, nec Patrum, nec Conciliorum, cum oppositum praedicent, quod est ergo eorum fundamentum? proprium iudicium & phantasia. Sunt ergo haeretici, qui proprio iudicio condemnantur, ut scribit Apoll. ad Tit. cap. 3. dicens: *Haereticum hominem post unam & secundam correptionem denota: sciens quia subuersus est qui confusus est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus.* Sed audiamus quae loquuntur sint huiusmodi figuratae expositiones, quas Sectarij somniauerunt. Refert autem has Sectariorum expositiones Card. Bellarm. lib. 1. de Sacramento Eucharistiae cap. 8. & 10. easque praecipue non esse testatur: quatum tres fundantur in pronomine *Hoc*: duae in verbo *Est*: tres in nomine *Corpus*: vna in pronomine *Meum*. prima est Carolstadij, secunda Buceri, tertia Ioannis Langi, quarta Zuinglij, quinta Petri Boquini, sexta Oecolampadij, septima Caluini lib. 4. Instit. cap. 17. §. 21. octaua quorundam Calvinistarum quorum sententiam sine nomine citat Cornelius Iansenius in Comment. cap. 59. nonam per iocum excogitauit Lutherus anno 27. in lib. Quod verba Domini firmiter stent, ad irridendos enim Sacramentarios dixit se in eorum gratiam pulchriorem expositionem posse afferre. *Hoc est Corpus meum*, id est. Hic panis est Corpus à me factum & creatum; & hanc expositionem ioco excogitamam assumpsit, & serio defendit Ioannes Campanus: ut testatur Lutherus in sua breui confessione edita anno 44.

Prima igitur expositio est: Hoc est Corpus meum. id est Hic sedet Corpus meum. Secunda, Haec tota actio est Corpus meum. Tertia Corpus meum est hoc, scilicet panis. Quarta. hic panis significat Corpus meum. Quinta quod *ly*, est, significet communicationem idiomatum nascentem ex vnione Sacramentali panis & Corporis Christi. Sexta, Hoc est id est significat Corpus mysticum, scilicet Ecclesiam. Septima, hoc est signum Corporis Christi. Octaua Hoc est signum efficax Corporis mei. Nona. Hoc est Corpus meum id est à me creatum & productum.

Huiusmodi autem expositiones sunt ridiculae, blasphemae, & inanes excogitationes Apostaticae, non enim habent testimonium antiquae Ecclesiae Catholicae: nullus enim antiquorum per tropum praefata verba Christi exposuit.

Prima enim expositio est ridicula, & puerilis; quia hunc sensum facit. Accipite & manducate, quia

hic sedet in mensa Corpus meum, quod pro vobis tradetur. Apostoli enim iam eum videbant in mensa sedentem, itaque de tali re Apostolos monere, opus non erat. & quorsum haec ratio sumptionis, accipite & edite, quia hic sedeo? verè inanis expositio. & praesens ratio est Card. Bellarm. loco cit.

Secunda expositio est mendax, quia tota actio coenae non potest esse Corpus Christi, nam Calix, fractio panis, distributio, benedictio, & verba quae dixit, non sunt Corpus Christi, ut patet.

Tertia expositio est crassa & falsa, & contra litterarum sensum: nam Christus sumens panem dixit: *Hoc est Corpus meum*, & isti è contra dicunt illum de Corpore suo dixisse, Hoc Corpus est panis, quod est oppositum verborum Christi. nam si quis diceret, carta quam tibi do facta est ex lino, & aliquis ex opposito, lino factum est ex carta, intelligat.

Quarta est contra textum, quia sumit est pro significat; haec enim verba inter se opponuntur; nam, est praesertim rei veritatem & realitatem; ut Petrus est homo. Significare autem non est verè esse, sed rem, quae ibi non est, aliquo modo representare; itaque qui sic affirmat per terminos omnino oppositos rem explicare conatur, v.g. si quis hanc propositionem Petrus est homo sic verteret scilicet, Petrus significat hominem, priorem propositionem destrueret, vel herba est viridis, & alter exponat herba significat viridem, tunc supponit herbam non esse, formaliter viridem; at hoc modo textus non exponitur, sed corrumpitur.

Quinta est falsissima, quia communicatio idiomatum est communicatio praedicatorum duarum rerum, vel naturarum vni tertio, in quo conueniunt; ut patet de anima & corpore in vno supposito hominis, & de natura humana, & diuina in vno supposito seu Persona verbi. Verbo autem conueniunt ea, quae de natura diuina & humana praedicantur ob vnionem hypostaticam humanam naturam cum illo. at non sic accidit hic quia panis & Corpus Christi non conueniunt in vno tertio supposito, cui talia contingere valeant. panis autem & Corpus Christi quodammodo conueniunt in ratione signi sacri, scilicet in ratione Sacramenti, & sacro signo non possunt conuenire, quae praedicantur de pane & de Corpore Christi; ut patet. nihil enim quod dicitur de pane, & de Corpore Christi praedicari potest de signo sacro Eucharistiae, nisi blasphemetur, dicendo: sacrum signum Eucharistiae crucifixum, passum, mortuum, & sepultum, &c. quae omnia signato conueniunt, & non signo. sed quam inanis sit haec expositio patet intelligentibus.

Sexta est ineptissima, quia ut inquit Card. Bellarm. loco citato destruitur per verba quae immediate sequuntur, scilicet *quod pro vobis datur, & qui pro vobis effundetur*; quae de Ecclesia, quae est Corpus Christi mysticum verificari nequeunt, ut patet.

Septima est impia, contra textum, quia Christus dicit esse illud idem Corpus quod crucifigetur, & ille Sanguis qui effundetur, & hic inquit non esse, illudmet realiter, sed tantum signum illius.

Octava per rationem falsa est, quia loquitur Saluator de vero Corpore suo, quod traditum est, & de vero Sanguine, qui effusus est, & hic totum oppositum affirmat; panis autem non competit illud quod sequitur qui pro vobis tradetur, nec vino competit illud quod sequitur, qui pro multis effundetur: nam panis

Sectarij in hac materia nullum habent pro se testimonium.

Expositiones Sectariorum inanes & ridiculae.

panis non est in Cruce traditus pro nobis, nec vinū est ibi effusum pro nostra Redemptione, sed verissimum Corpus eius, & verus Sanguis illius.

Nonā est insipida, facit enim hunc sensum, hic panis est à me creatus qui pro vobis tradetur. Hic calix est vinum à me productum, quod pro multis effundetur in remissionem peccatorum, quid stolidius.

Secundò probatur Conclusio per locum Ioan. 6. in quo promisit Saluator se veram carnem in cibum daturum, & verum Sanguinem in potum, quod deindè fecit pridie quam pateretur, vt superius dictū est. sic itaque dixit. *Ego sum panis vita: patres vestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt. Hic est panis de calo descendens: vt si quis ex ipso manducet non moriatur. Ego sum panis viuus qui de calo descendis, si quis manducauerit ex hoc pane viuet in aeternum, & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.* Capharnaïtae hæc audientes, ipsum scilicet carnem suam in cibum velle distribuere, eodem modo dubitauerunt, sicut nunc dubitant Sectarij; dixeruntque: *quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Eo quod Christus veram carnem in cibum se dare dixisset: Verum Saluator per ea quæ subdit, idem quod dixerat sic confirmat.

Amen amen dico vobis, nisi manducauerit carnem filij hominis, & biberit eius Sanguinem, non habebit vitam in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum Sanguinem in me manet, & ego in illo. Manifestum enim est quod si sub alio sensu loquutus esset ab eo quem prius dederat, ne errorem induceret, vel errorem confirmaret, mysticum sensum dedisset, & rem exposuisset: vt fecit Ioannes 3. cum dixit. *Oportet vos nasci denuo*, quod ad dubitationem Nicodemi explicuit de spiritali generatione per aquam & Spiritum sanctum. & Math. 13. similiter explicuit parabolam seminis. & pariter Ioannis 10. & alibi. at ipse, idem, iuxta eundem sensum, replicauit: imò clarioribus verbis, vt patet. ergo verus sensus Saluatoris est quod caro verè & realiter sit cibus, scilicet sub speciebus panis; & Sanguis eius sit verè & realiter potus sub speciebus vini, nempe in Sacramento Eucharistia. & confirmatur, quia summa adest proportio inter promissionem quæ hic fit, & exhibitionem huius Sacramenti: Hic namque legitur, *Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita*, & ibi in institutione, *Accipite, & manducate: Hoc est enim Corpus meum, quod pro vobis datur in remissionem peccatorum.*

Respondet autem Sectarij huic argumento Saluatorem mysticè & figuratè loquutum fuisse: quia subdit ibidem. *Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quidquam.*

Sed hæc est fuga miserorum, quia Saluator his verbis non rei veritatem, quam manifestauerat infirmavit, sed ne crederent quod carnem suam veluti concisam, more humano ob nutrimentum Corporis vellet distribuere, talia dixit. Vndè August. tract. 27. in Ioannem tomo 9. inquit: *Multi itaque audientes non ex inimicis, sed ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Si discipuli durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? & paulò post: Non crediderunt aliquid magnum dicentē, & verbis illis aliquam gratiam cooperantē, sed pro vt voluerunt, ita intellexerunt, & more hominū, quia poterat Iesus, aut hoc disponebat Iesus, carnem, quam manducatum erat verbum veluti concisam distribuere cre-*

dentibus in se. Durus est, inquiunt, hic sermo, quis potest eum audire? Putauerunt itaque discipuli carnem Christi concisam manducandam esse ob restaurationem vitæ corporalis: & hac ratione Saluator noster vt eos doceret modo Sacramentali manducandam, esse ob augmentum scilicet & robur vitæ spiritualis loco cit. dixit. Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quidquam: verba quæ ego loquutus sum vobis spiritus & vita sunt.

Quod autem Saluator hoc loco de Sacramento Eucharistia in illa solemni cœna loquutus sit, probatur primò, quia Ioannes cum in Euangelio suo c. 23. de Eucharistia institutione loqui debuisset scribens, quæ tunc Saluator fecit, id narrare omisit; & solum dixit: *& Cœna facta.* cur Ioannes tam mirabilem cœnam vbi institutio fuit Eucharistia ibi tacere voluit, nisi quia iam prius de illa cap. 6. sermonem fecerat?

Secundò: quia comparat carnem suam cum manna, dicens: *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: qui manducat hunc panem viuet in aeternum.* At manna verè manducabatur; ergo & carnem suam verè sub speciebus panis manducandam docet, & non vt fide tantum credendam absque manducatione: alioquin nulla esset proportio, quam ponit inter manna, & carnem suam.

Tertiò: si de fide loquebatur, vt Sectarij dicunt; cur tanta distinctio, & repetitio carnis & Sanguinis? *Nisi manducaueritis, &c. qui manducat, &c. Caro mea vere est cibus, & Sanguis meus, &c.* Spiritualis enim perceptio Christi per actum fidei non eget tot tantisque distinctionibus; sufficiebat enim vt per cibum id exprimeret; cur etiam per potum? & cur actum fidei tanto offendiculo discipulorum tot obsecris metaphoris exprimere voluisset? manifestum est igitur de vera manducatione Sacramentali tunc loquutum fuisse, ergo sequitur à primo ad vltimam sub speciebus panis in Eucharistia verè, realiter, & substantialiter esse Corpus Christi; & sub speciebus vini verè, realiter, & substantialiter esse Sanguinem eius.

Et hic optimè facit ad rem quod Ioannes Sectus Doctor subtilis docet in 4. sent. d. 10. quæst. 1. vbi de veritate Corporis & Sanguinis sub speciebus panis & vini, sic ait. *De primo dico quod Corpus Christi esse ibi verè & realiter est simpliciter de substantia fidei eo modo quo veritas alicuius Sacramenti pertinet ad articulos fidei, ista enim veritas à principio fuit expressè tradita, ex quo Eucharistia fuit instituta. fundamentum autem auctoritatis est Matth. 26. & Luca 22. vbi in cœna ait Christus. Hoc est Corpus meum. Hic est Sanguis meus. & si hereticus vellens ista exponere discendo quod sint figuratue dicta, sicut illud quod ait Ioannes 13. Ego sum vitis vera, & illud 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus. Istud omnino est contra intentionem Saluatoris; quod patet ex Aug. 83. q. 9. 69. Solet circumstantia Scripturarum illuminare sententiã. Vniuersaliter enim intellectus verborum Christi, aut loquatur figuratue, an ne, colligi potest ex precedentibus, vel consequentibus ibidem, vel ex alijs Scripturæ locis. Vndè cum Christus ait: Ego sum vitis vera: substantia, & vos palmites. Constât autem quod discipuli non erant palmites naturales, sed tantum figurales, sed iuxta dixit Luca 22. Hoc est Corpus meum, subdit quod pro vobis tradetur, eum etiam dixisset. Hic est calix Sanguinis mei, subdit. qui pro vobis fundetur. Hoc etiam manifestè patet ex alio loco Scripturæ, scilicet*

Cur Ioannes non scripserit cœnam Domini.

Christus Dominus, quo d fecit in cœnam promissit se factum.

Occurrus Sectariorum reuictur.

Celebris doctrina Doctoris subtilis de Sacramento Eucharistia.

dicet Ioannis 6. ubi est diffusa predicatio de isto Sacramento. Et si dicas quod Christus videns aliquos abiisse propter predicationem suam de Eucharistia, postea exposuit se dicens; spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam. Verba quae loquutus sum vobis spiritus & vita sunt. Quod pertractans August. de Consecr. d. 2. Prima haeresis ait: Non hoc Corpus quod videtur manducaturus estis nec Sanguinem effundendum. Sacramentum aliquod vobis commendavi spiritualiter intellectum vivificavit vos: ergo ex verbis Christi & August. videtur quod non intellexit de Corpore suo nisi figurative. Dico quod magister respondet in littera huic auctoritati & bene, quod nec Christus, nec Augustinus exponens vult negare veritatem Corporis Christi, sed quod non est in Sacramento Corpus Christi sic carnaliter sicut ipsi intellexerunt qui abierunt retro, scilicet visibiliter in forma propria, sed per oppositum ad istum modum intelligendus est ibi spiritualiter & intellectualiter, & hoc est quod dicit August. & Magister adducit, & est de Consecr. dist. 2. ipsum quidem, & non ipsum Corpus quod videbatur, manducatur ipsum invisibiliter non ipsum visibiliter. Isto etiam modo de Eucharistia diffusè pertractatur à Paulo 1. Corin. 11. &c. Hæc Scotus.

Tertio probatur Conclusio per locum Apostoli. 1. COR. 10. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio Sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini est? Quoniam unus panis, unum Corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Videte Israel secundum carnem: nonne qui edunt hostias participes sunt Altaris? quid ergo dico, quod Idoli immolatum sit aliquid? sed quae immolant Gentes, demonijs immolant & non Deo. Nolo autem vos socios fieri demoniorum: non potestis calicem Domini bibere, et Calicem demoniorum. Non potestis mensam Domini participes esse, & mensam demoniorum. his verbis primò Apostolus consecrationem calicis necessariam ad hoc Sacramentum conficiendum docet, cum dicit, Calix benedictionis cui benedicimus; & deinde subdit, quod panem sumere est communicatio, idest participatio Corporis Christi; & Calicem sumere est participare Sanguinem Christi. quid à Paulo clarius dici potest? quid enim est participare Corpus, & Sanguinem Christi, nisi verè & realiter sub speciebus panis & vini sumere Corpus, & Sanguinem eius.

Sed respondent communiter Sectarij Calvinistæ quod est participatio Corporis & Sanguinis Christi, non realiter & corporaliter, sed significatiuè & spiritualiter. ineptissimè.

Nam Apostolus paritatem ponit inter hanc participationem & illam quam Idolatræ in participatione mensæ demoniorum tenebant, & eam quam populus Israel habebat in communi comestione hostiarum Altaris, putà sacrificiorum; at huiusmodi participationes erant per realem comestionem hostiarum, putà animalium quæ sacrificabantur; ergo & participatio Corporis & Sanguinis Christi est per realem & veram sumptionem eiusdem; aliàs non curreret paritas quam assumit Apostolus.

Quarto probatur Conclusio per locum eiusdem Apostoli 1. Cor. 11. ubi sic habet. Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo; & sic de pane illo edat, & de Calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè,

iudicium sibi manducat, & bibit: non discernens Corpus Domini. Quorum verborum manifestus sensus est. qui indignè sumit Eucharistiam, offendit seu peccat in ipsum Corpus & Sanguinem Christi; quod non esset consequens, nisi ibi esset Corpus & Sanguis Christi realiter & substantialiter: sèntatis patet.

Sed respondet Calvinus lib. 4. inst. cap. 17. §. 33. & Petrus Martyr in Comment. huius loci, quod qui indignè accedit fit reus Corporis & Sanguinis Christi non ibi realiter existentis, sed tanquam in sua imagine, & Symbolo, vt si quis offenderet statuam vel imaginem Principis fieret reus Principis.

At hæc responsio formaliter est contra textum, nam inquit Apostolus. Qui enim manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit, non discernens Corpus Domini, idest non discernens, ac si non esset Corpus Domini, quodnam Corpus Domini? illud scilicet quod præsens est, & sumitur sub speciebus panis, & vini.

Præterea huc accedit argumentum 7. Synodi contra Conciliabulum Constantinopolitanum, quod asseruit Eucharistiam esse imaginem Christi. Act. 6. sic loquitur, tomo 3. in fine. Legas quousque vobis nunquam inuenies, neque Dominum, neque Apostolos, neque Patres, inuentum illud sacrificium, quod à Sacerdote offertur, imaginem dixisse, verum ipsum Corpus, & ipsum Sanguinem. attamen ante sanctificationis consecrationem quibusdam Patribus pie sanè visum est exemplar similis formæ nominare. post consecrationem autem Corpus Domini, & Sanguinem Christi, atque ita esse creduntur. Sed generosi isti sacrarum imaginum cupientes contemplationem obscurare, aliam scilicet imaginem introduxerunt, quæ sanè non imago est, sed Corpus & Sanguis.

Præterea Calvinistæ tam impij hostes sunt cultus sacrarum imaginum, quorum nunc recurunt ad venerationem imaginem, dicentes Eucharistiam vt imaginem Salvatoris venerandam esse, & dignè sumendam? Si nullus honor debetur imaginibus, quia non transit in prototypum, vt ipsi opinantur, quorsum nunc indignè sumentes Eucharistiam rei fiunt Corporis & Sanguinis Christi, quia non colunt & honorant imaginem Christi? Sectarij inciderunt in foueam quam fecerunt.

Quintò probatur Conclusio, ex figuris huius Sacramenti, quæ in veteri testamento præcesserunt. Tres enim præcipuè figuræ huius Sacramenti præmissæ fuerunt: scilicet manna: Exod. 16. Agnus Paschalis Exod. 12. Panis quem obtulit Melchisedech Gen. 14. & Psalm. 109. & panes propositionis Exod. 25. De manna legitur Ioannis 6. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, vivet in æternum. De Agno legitur Ioan. cap. 1. Ecce Agnus Dei, cuius comestio Exod. 12. figuravit Eucharistiam. De pane Melchisedech, & de panibus propositionis legitur Ioannis 6. Ego sum panis vivus, si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum. Proportio autem quæ est inter huiusmodi figuras, & Eucharistiæ Sacramentum hæc est: Manna data est in deserto vsque dum populus Israel ad terram promissionis pervenit. & Eucharistia data est Ecclesie Militanti, & peregrinanti in deserto præsentis vitæ, & in consummatione sæculi terminum accipiet: non enim in terra æternæ promissionis dabitur. Manna enim in terra æternæ promissionis dabitur.

Sf

æqua-

Supra miseroribus
Sectariorum.

Calvinistæ, ne cederent veritatem Eucharistiæ, sunt cultores sacrarum imaginum quæ sunt hostes.

Proportio inter figuras Eucharistiæ, & ipsam Eucharistiam.

Relictur occur-
sus Calvinistæ.

æqualiter participabatur ab omnibus; & Eucharistiæ virtus similiter; licet in parua panis quantitate, vel magna sumatur.

Agnus Paschalis comedebatur à filijs Israel sub forma peregrinorum. sic enim legitur Exod. 12. *Reges vestros accipietis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festimantes: est enim Phasæ, idest transitus Domini:* & Eucharistia à nobis solum sumetur dum peregrinamur ad patriam: Agnus comedebatur cum panibus azimis & lactucis agrestibus. Et Eucharistiæ sumptionem præcedere debet pœnitentia, meditatio Passionis Christi, & puritas conscientiæ: iuxta illud Apostoli Cor. 11. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit.*

Panis Melchisedech offerebatur ab eodem qui erat Sacerdos Dei Altissimi, vt legitur Gen. 14. *Erat enim Sacerdos Dei Altissimi.* Et Eucharistiæ Sacramentum institutum est à Christo Domino summo Sacerdote, & hac ratione Dauid dixit de Christo: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* & confici deinde debet tantum à Sacerdotibus, vt Catholica docet Ecclesia. Panis propositionis semper manere debuit in Altari Domini, vt legitur Exod. 25. *Es panes super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Et sacra Eucharistia semper in Ecclesijs seruari debet, vt adoretur, & iuxta necessitatem distribuatur. Panes propositionis comedi non poterant nisi à mundis, & ab his qui à mulieribus erant ad tempus separati, vt legitur 1. Reg. 21. *Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum. Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus.* Et Eucharistiæ Sacramentum sumi debet à iustis & mundis ab omni scelere, vt docet Apostolus 1. Cor. 11.

Quibus stantibus sic argumentor. Figura & umbra rei futuræ minus continet veritatis, quam res quæ figuratur; quæ veritas dicitur respectu figuræ: umbra autem quid inane est, corpus verò cuius est umbra, est quid reale subsistens. Vnde Apostolus ad Hebr. 10. inquit: *Umbra enim habens lex suorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* ergo res quæ figuratur multò præstantior est ipsa figura. At si Eucharistia non continet verè, & realiter, ac substantialiter Corpus & Sanguinem Christi non est præstantior ac nobilior prædictis figuris: ergo aliter asserere, est omnem doctrinam præmissam figuratè veteris testamenti abijcere, atque prosternere. Minor probatur, quia manna erat quid mirabile: Agnus erat Animal viuum nobilior pane. panis Melchisedech, & panis propositionis erant æqualis valoris cum pane Eucharistiæ: ergo veritas & nobilitas rei figuratæ supra figuram non habetur nisi concedatur, quod sub speciebus panis & vini continetur veritas quæ promittitur per figuras, & Corpus, cuius præmissa est umbra. & quid hoc euidentius esse potest? Itaque iuxta ineptias Sectariorum sequeretur Salvatore in hoc negotio nil aliud egisse, nisi mutare materiam figurarum, nempe loco mannae & Agni Paschalis instituire panem, & vinum simpliciter commemoratiuum illius. Et vbi à Sectaris est excellentia huius Sacramenti, quæ ipsis Angelis redditur admiranda, de quo veteres Patres iure magnalia prædicauerunt, si est tantum simplex panis? Sed valeant huiusmodi insanie, & peruersæ diaboli excogitationes:

Conatur respondere huic argumento Petrus Martyr in sua defensione de Eucharistia parte 3. pag. 692. vt refert Cardin. Bellarm. de Sacramento Eucharistiæ cap. 4. asserens hoc esse discrimen inter figuras, quæ præcesserunt de Eucharistia, & Eucharistiam ipsam: quia illæ figuræ fuerunt datæ ad tempus, Eucharistia autem quæ est figura Christi, data est vsque ad consummationem sæculi. & similiter quia Eucharistiæ adiuncta sunt verba quædam declaratiua, quæ non erant coniuncta cum figuris veteris testamenti.

Audistis subtilitatem ineptiarum? quid enim, refert in ratione vmbre, & Corporis, & figuræ & figurati quod sit ad tempus, vel pro semper: essentia & formalitatis figuræ vt distinguitur à re figurata; & vmbre vt distinguitur à Corpore in hoc consistit, quod Corpus est id quod continetur, & figura illud non continebat; ideo figuræ habent rationem promissionis: quod autem promittitur & speratur non est, sed futurum est, sed veniet; sed sic est quod figuræ præfatæ veteris testamenti figurabant Corpus Christi, ergo cessante umbra, & figura, & accedente re figurata, & Corpore cuius erat umbra, ipsum quod promittebatur & figurabatur formaliter & realiter accedit; erant autem illæ figuræ Corporis Christi veri, vt comedendi, ergo in Eucharistia quæ comeditur cõtinetur formalissime ipsissimum Corpus Christi; quia ipsum figuratum fuit. & similiter de Calice, & Sanguine dicendum est, &c. quod autem figuræ sint ad tempus, hoc verum est, sed non in hoc opponuntur rei figuratæ. imò retorqueo argumentum. quia cum figuræ sint ad tempus vsque dum veniat quod figuratur & promittitur, Eucharistia autem erit semper vsque dum finiatur sæculum, ergo non est figura, sed Corpus, & veritas: quia perpetuitas rei figuratæ competit, & non figuræ; quæ adèò durat, dum res quæ figuratur superuenit. Similiter quod addita sunt verba quædam, quæ rem declarant; in hoc non contradistinguitur figura à figurato, & umbra à Corpore; quia umbra & figura promittit Corpus & non tantum verba clara; licet claritas verborum etiam subsequatur; semper itaque verificanda est veritas & realitas Corporis & rei quæ figuratur, & promittitur. Hinc Sectaris fugere nunquam poterunt.

Præterea verba quæ addita sunt, seu per quæ explicatur Eucharistiæ Sacramentum supponunt veritatem & realitatem Corporis, quia dicunt. *Hoc est Corpus meum quod pro vobis traditur, & Hic est Sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* hæc autem verba manifestant realitatem & veritatem Corporis, & Sanguinis Christi quam ipsi negant, ergo quidquid respondeat fuga est miserorum.

Sexto probatur Conclusio testimoniis antiquorum Conciliorum. In Concilio Nicæno primo Generali Can. 14. sic habetur. *Peruenis ad sanctum Concilium, quod in locis quibusdam, & Crustatibus, Presbyteris Sacramenta Diaconis porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, ut hi qui offerunt sacrificij non habent potestatem hi qui offerunt; Corpus Christi porrigant.* patet enim ex hoc modo loquendi in Sacramento Eucharistiæ esse verè & realiter ac substantialiter Corpus Christi, non enim dixit imago vel figura Corporis Christi, sed Corpus Christi.

Ex Epist. 1. Decr. Alexandri Papæ I. qui Ecclesis præ-

Figuræ & figurati quomodo differant & competant.

Solemne testimonium primitiuæ Ecclesiæ.

præfuit anno Domini 109. sic habetur cap. 4. In Sacramentorum quoque oblationibus, qua inter Missarum solemnia Domino offeruntur, Passio Domini miscenda est, ut eius cuius Corpus, & Sanguis conficitur, Passio celebretur. & postea. Nihil enim in sacrificijs minus esse potest, quam Corpus, & Sanguis Christi.

Ex Epist. decretali Thelesphori Papæ anno Domini 127. c. 2. Ab Episcopis autem idem Angelicus hymnus protempore, & loco Missarum solemnibus celebrandus est, atque solemniter recitandus. ipsi enim qui proprio ore Corpus Domini conficiunt, & ab omnibus sunt audiendi, obedendi, atque timendi, &c.

Ex Epist. Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Nestorium probata à 3. Synodo Ephesina, sic habetur: *Quia illud quoque non possum hoc loco non adijcere, prout dum unigeniti filij Dei: hoc est Iesu Christi mortem, & ex mortuis resurrectionem annunciamus, eiusdemque in Cælum assumptionem profiteamur, inuentum in Ecclesia Dei cultum nos obire, mysticasque benedictiones adire, ex quo ratione sanctificare: ut potest sacra Carnis, & pretiosi Sanguinis Christi omnium nostrum Seruatoris participes effecti; neque enim illam ut Carnem communem suscipimus, absit hoc; neque versum tanquam viri cuiuspiam sanctificati, aut dignitatis tantum aequalitate verbo consociati, aut Diuinam inhabitationem sortiti, sed tanquam verè viuificam ipsiusque verbi propriam. Nam cum vita sit, & Deus secundam naturam, simul atque unum quiddam cum ipsa sua carne effectum est, mox viuificandi virtutem illi contulit. Quamuis ergo ad nos dicat. Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, &c. neuisquam tamen illam communem, hoc est, hominis cuiuspiam nostra conditionis carnem esse existimare debemus. Quomodo enim hominis caro secundam suam ipsius naturam viuifica esse queat? Sed verè illius propriam, qui nostri causa filius hominis & factus & appellatus est. Hoc dicebat contra Nestorium, qui Christi diuinitatem negabat: quapropter, inquit Cyrillus, quod caro Christi non erat caro communis & puri hominis, sed Dei, quia aliter nos viuificare spiritualiter non posset, cum illam verè, & realiter ore sumimus.*

Ex 7. Synodo Generali Nicæna 2. Act. 6. tom. 3. in fine sic habetur. *Neque enim unquam Sanctorum Apostolorum, qui tuba sunt Spiritus sancti, aut gloriosorum Patrum nostrorum inuentum nostrum sacrificium in memoriam Passionis Christi Domini, Dei nostri, & totius sua dispensationis factum imaginem Corporis illius dixerit. Nam is qui accepit à Domino, sic non dicit aut confitetur, sed audians eum sic dicentem euangelicè: Nisi comederitis Carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem non habebitis vitam in vobis. Et qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum in me manet, & ego in eo. & cum accepisset panem, & gratias egisset fregit, & dedit discipulis suis, & dixit: Accipite, edite: hoc est Corpus meum. Et accepto calice cum gratias egisset, dedit illis dicens: bibite ex hoc omnes. hic est enim Sanguis meus novi testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. non autem dixit: Sumite, edite imaginem Corporis mei. Quia etiam Paulus diuinus Apostolus à sacris Domini verbis hauriens dixit. Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis, quia in ea qua traditus est nocte, &c. legas quosque volas, nunquam inuenis neque Dominum neque Apostolos, ne-*

que Patres inuentum illud sacrificium, quod à Sacerdote offertur imaginem dixisse, verum ipsum Corpus, & ipsum Sanguinem. Attamen ante sanctificationis consecrationem quibusdam Patribus pie sanè visum est antitipa, hoc est exemplar similis formæ nominare, quorum de numero Eustachius, confans his propugnator Orthodoxa fidei, & Arrianica insanie expugnator clarus; item Basilus eiusdem superstitionis auerruncator: qui apertam, & planam rectorum, & probatorum dogmatum viam docentes uno ore, & spiritu loquuntur: hic quidem exponens dictum illud in Proverbij Salomonis: Edite meum panem, & bibite meum vinum quod commiscui vobis; hic inquit, per panem & vinum antitipa membrorum Corporalium Christi prædicat. Ille verò ex eodem fonte hauriens, ut omnes Sacerdotij mysticæ cognoscunt in prædicatione diuina anaphora (ita Græci missæ partem vocant) sic alibi legit. Confidentes tuo sacro altari appropinquamus, & proponentes antitipa sancti Corporis, & Sanguinis Christi tui, & precamur, & inuocamus. & qua deinceps sequuntur sententiam Patris amplius confirmant, quod ante sanctificationem antitipa vocauerint, post consecrationem autem Corpus Domini, & Sanguinem Christi, atque, ita esse creduntur, &c.

Ultimo probatur Conclusio testimonio veterum Sanctorum Patrum. Hilarius lib. 8. de Trinitate, ante medium inquit. *Non est humano aut sæculi sensu in Dei rebus loquendum, qua scripta sunt legamus: & qua legerimus intellegamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Christi unitate, qua dicimus nisi ab eo discimus stulte atque impie dicimus. Ipse enim ait: Caro mea verè est esca, & Sanguis meus verè est potus. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum in me manet & ego in eo. De veritate carnis & sanguinis non relictus est ambigendi locus.*

Augustinus Tract. 26. in Ioan. sub finem tom. 9. inquit. *Propterea quippe, sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei: Dominus Noster Iesus Christus Corpus & Sanguinem suum in eis rebus commendaui, qua ad unum aliquid rediguntur. Et Epist. 86. tomo 2. ait. Dicit cessisse panis (scilicet noui testamenti) pecus (id est sacrificium veteris testamenti) tanquam nesciens, & tunc in Domini mensa panes propositionis poni solere, & nunc se de agni immaculati Corpore panem sumere: dicit cessisse poculo Sanguinem, non cogitans etiam nunc se accipere in poculo Sanguinem. Hæc Augustinus. Remota itaque reali ac substanciali præsentia Corporis Christi, & Sanguinis sub speciebus panis & vini, non concluderet Augustinus quæ inferre voluit, si panis scilicet signum tantum esset Corporis Christi, quia etiam agnus veteris testamenti signum erat Corporis Christi.*

Ambrosius de Sacramentis lib. 4. cap. 4. tomo 4. inquit. *Auctor Sacramentorum quis est nisi Dominus Iesus? de Cælo ista Sacramenta venerunt, consilium enim omne de Cælo est. Verè autem magnum est & diuinum miraculum, quod populo plus Deus manna de Cælo: et non laborabat populus, et manducabat. Tu fortè dicis: meus panis est visitatus. Sed panis iste panis est ante verba Sacramentorum, ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur adstruamus, quomodo potest qui panis est, Corpus esse Christi? consecratione. Consecratio igitur quibus verbis est, et cuius sermonibus? Dominus Iesu. Nam*

Testimonium
85. Doctorum antiquorum.

per reliqua omnia qua dicuntur, laus Deo deferretur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris: ubi venit ut conficiatur venerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos, sed vivitur sermonibus Christi. ergo sermo Christi hoc conficit Sacramentum. Quis sermo Christi? nempe is quo facta sunt omnia. Iussit Dominus, & factum est caelum: iussit Dominus, & facta est terra: iussit Dominus, & facta sunt maria: iussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo quam operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, ut inciperent esse qua non erant: quanto magis operatorius est, ut sint qua erant, & in aliud commutentur? caelum non erat, mare non erat, terra non erat: sed audi dicentem: Ipse dixit & facta sunt: ipse mandavit & creata sunt. Ergo tibi ut respondeam, non erat Corpus Christi ante consecrationem: Sed post consecrationem dico tibi, quod iam Corpus est Christi.

Chrysostomus Homilia 83. in Matth. tomo 2. ait, Quoniam verbum dicit, Hoc est Corpus meum: & assentiamur, & credamus, & intellectualibus ipsum oculis intueamur, & paulo post: quod nunc dicitur. Vellem ipsius formam aspiciere, figuram, vestimenta, calceamenta. Ecce eum vides, ipsum tangis, ipsum manducas. & tu quidem vestimenta capis videre: ipse vero tibi concedit, non tantum videre, verum, & manducare, & tangere, & intra te sumere. Igitur accedat nemo cum nausea, nemo resolutus, omnes averti, omnes servantes & excusati. Nam si Judaei stantes, & calceamenta in pedibus habentes, & baculos manibus gestantes agnum cum festinatione comedebant: te multo magis oportet esse solertem. Nam illi quidem in Palestinam erant profecturi, & propterea viatorum figuram habebant, tu vero debes in caelum migrare. quapropter in omnibus oportet te vigilare, nec enim parva pena proponitur indignis sumētibus. Cogita, quantum adversus proditorem indignaris, et contra eos qui illum crucifixerunt: itaque considera, ne tu quoque sis reus Corporis, et Sanguinis Christi. Illi Sanctissimum Corpus occiderunt, tu vero polluta suscipis anima post tot beneficia. Neque enim illi satisfecit, hominem feri colaphis cedi et crucifigi: verum, semetipsum nobis commiserit, et non in fide tantum, verum et ipsare, nos suum efficit Corpus. Quo non oportet igitur esse puriorem tali fruente sacrificio? quo solari radio non splendidiorem manum carnem hanc dividendam? os quod igni spirituali repletur, linguam qua tremendo minus sanguine rubescit? cogita qualis sis insignitus honore, quali mensa fruuaris. Quod Angeli videntes horrescunt, neque libere audent intueri propter emicantem inde splendorem; hoc nos pascimur, huic nos unimur, & facti sumus unum Christi Corpus & una caro. Quis loquetur potentias Domini, audiat faciet omnes laudes eius? Quis pastor oves proprio pascit errore? Es quid dico Pastor? matres multae sunt, qua post partus dolores, filios alij tradunt nutricibus. hoc autem ipse non est passus, sed ipse nos proprio sanguine pascit, & per omnia nos sibi coagmenat.

Hieronymus Epist. 150. ad Hedibiam q. 2. tom. 3. ait. Nos audiamus panem quem fregit Dominus, dediditque discipulis suis, esse Corpus Domini, ipso dicente ad eos, Accipite, & comedite, hoc est Corpus meum. & infra: Non Moyses dedit nobis panem verum, sed Dominus Iesus, ipse conuiuia, & conuiuimus; ipse comedens, & qui comeditur, illum bibimus sanguinem, & sine ipso potare non possumus, & quotidie in sacrificio eius, de ge-

mine vis vera rubentia multa calcamus.

Gregor. Hom. 22. in Euang. to. 2. ait. Quid sis Sanguis Agni, non iam audiendo, sed bibendo didicisti: qui sanguis super utrumque portem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur.

Secunda Conclusio. Potest vnum, & idem Corpus simul esse in pluribus locis per potentiam Dei absolutam manente unitate substantiali eiusdem Corporis: Ad veritatem huius propositionis probandam, aptior, & verior doctrina inveniri non potest ea, quam dedit Ioannes Scotus Doctor subtilis in 4. sent. dist. 10. quaest. 2. quapropter eam ad litteram hic apponere volui. Sic enim ait. Dico ergo ad quaestionem quod est maxima mihi certissima, quod Deo est possibile omne quod non includit evidenter contradictionem, & ad quod non sequitur necessario contradictio: hoc est huiusmodi, ergo possibile est Deo, ut patebit soluendo rationes. Dico ergo quod Deo simpliciter est possibile idem Corpus simul facere in diversis locis localiter, hoc patet ex intellectu terminorum. Quod cum quolibet concedam secundum maximam mihi notam, esse possibile quod non includit contradictionem evidenter, nec aliquo auctore asseritur includere, & istud sit huiusmodi, quia rationes quae inducuntur ad probandum contradictionem, non videntur concludere, ut patebit respondendo.

Concedo simpliciter possibile Deo idem Corpus localiter simul esse in diversis locis, hoc breviter declaratur considerando intellectum terminorum. Cum enim dico idem Corpus simul esse localiter in diversis locis, nihil dico super hoc Corpus, nisi quaedam respectum extrinsecus ad venientem fundamentum in vno quanto, ad aliud quantum circumscribens: respectum autem talem plurificari super idem fundamentum ad diversis terminos non apparet contra aliquid notum secundum rationem, quia respectus intrinsecus advenientes, de quibus minus videtur possunt plurificari fundamento eodem manent ad diversos terminos, ut super eandem albedinem possunt duae similitudines fundari ad duos terminos, ut probatum est lib. 3. dist. 8.

Assumptum scilicet, quod ubi non dicit nisi respectum extrinsecus advenientem ad circumscribens, satis patet ex dictis in precedenti quaestione. Et mirum est quod sequentes rationem tantum, sequuntur imaginationem, quod quia imaginatio non separat locum a corpore, nec est conuersio, nec percipit vnum plurificari sine alio: ideo dicatur simpliciter impossibile vnum sine alio plurificari, sequendo tamen imaginationem non apparet aliud, sed exclusa ista imaginatione, quae semper innitens sensibus non aliud apprehendit, & sequendo rationem ex rationibus terminorum nulla est necessitas quod plurificato vno plurificetur aliud, ut plurificato posteriori non est necesse prius plurificari: ipsa autem ubi sunt manifeste posteriora ipso quanto locato, & accidentaliter, & contingenter advenientia in multis etiam alijs, ubi maior est connexio secundum rationem concedimus, vnum sine altero plurificari: vix enim est aliqua alia habitudo accidentalior suo fundamento, quam sit ubi, nec aliquis modus essendo in, nec aliquis modus ab. & sic de alijs multis habitudinibus, & tamen in alijs habitudinibus non ita proterue asseritur impossibilitas plurificationis habitudinibus circa idem fundamentum. & si istes quod verum est, quod plures respectus possunt fundari in eodem fundamento, quando

Idem Corpus per Dei omnipotentiam potest esse in pluribus locis.

vnus eorum non adæquat totum fundamentum : hic autem vnus vbi adæquat totam rationem quanti, in quantum locabile est. Hoc videtur sine ratione dictum, quia respectus qui oritur ex natura fundamenti magis videtur adæquari fundamento, quam ille qui extrinsecus aduenit cæteris partibus, sed ad duos terminos possunt esse in eodem fundamento duo tales respectus orientes ex natura fundamenti, vt duæ æqualitates ad duo quanta æqualia : ergo sine ratione fingitur, quod hic vnus respectus adæquatur.

Confirmatur, quia non magis adæquat quantitatem suam presentiam ad locum, quam adæquat substantiam suam presentiam sibi conueniens, sed substantia ponitur posse habere plures presentias, etiam primo, cum sit primus terminus multarum conuersionum in multis Altaribus, & cum hoc tamen est presentis in Cælo sub modo quantitatio, ergo.

Aliqua argumenta sunt facilia, & soluentur eo modo, quo procedunt in generali. Multa alia sunt difficilia secundum imaginationem, quæ procedunt in exemplis supra adductis de calore, & frigore, fame, & saturitate, sanitate, & ægitudine, morte, & vita, & sic de alijs. & pro illis soluendis pono tres propositiones, quarum prima est. Quæcunque sunt priora essentialiter ipso vbi, vniformiter in sunt corpori, quæuis habenti diuersa vbi, nec variabuntur variatio ipso vbi; quæ vero posterius vel simul, nam variabuntur secundum varietatem ipsius vbi, hoc patet quia prius essentialiter non variatur propter variationem posterioris, sed posterius bene variatur ad variationem prioris, quæ autem sunt simul natura cum aliquo, variantur cum illo.

Secunda propositio est. Sicut passum existens in vno vbi potest recipere formam à duobus agentibus sibi ibidem approximatis: sic ipsum in duobus locis existens, patietur ab eisdem sibi in illis duobus vbi approximatis, & hoc intelligo de passione, quæ est ad formam absolutam. Hoc patet, quia ad hoc quod patiens patitur ab agente recipiendo istam formam non oportet, nisi quod sit in potentia passiva, & agens habeat formam actiuam, & sint debite approximata, siue in hoc vbi, siue in illo sit approximatio, nihil differt quantum ad actionem, quæ est ad formam absolutam, sed passio posita in duobus, vbi ipsum habet eandem potentiam passiuam ad formam absolutam, & actiuam habet eandem potentiam actiuam, & eodem modo potest approximari sibi, vt est in isto vbi, sicut in alio: ergo eodem modo patietur quantum ad omnem formam absolutam, à quocunque actiuo sibi approximato siue in isto vbi, siue in alio, sicut si tantum esset in vno vbi, & esset agens sibi approximatum.

Addidi autem secundum formam absolutam, quia non oportet quod eadem patiat loquendo de respectibus, quæ sunt simul natura cum vbi, vel posteriora, quia illa possunt variari, sicut & vbi, ex prima propositione. Veruntamen ibi etiam posset concedi ista secunda propositio, vt patebit in respondendo ad instantias in speciali.

Tertia propositio est. Sicut corpus in vno vbi existens se haberet in ratione actiuæ ad diuersa sibi approximata in illo vbi, sic ipsum, vt existens in duobus vbi se habet ad eadem sibi in illis vbi approximata, hoc patet ex probatione præcedentis. Hæc Scotus.

Quæ doctrina firmissimum fundamentum est ad cognoscendam possibilitatem huius assertionis, & ad soluendas omnes apparentes contradictiones, quæ

obijciuntur, vt patebit in solutione illarum. Cum itaque nulla sit repugnantia nec contradictio, idem corpus esse per Dei omnipotentiam in pluribus locis, consequens est quod nec implicantia aliqua erit, cum dicimus, Corpus Christi Domini esse simul in Cælo, & in terra in pluribus locis, imò multò magis, quia in Cælo tantum ponimus illud modo extenso, & quantitatiuo, & sub speciebus panis, & vini modo inextenso.

Tertia Conclusio. Non repugnat corpori manere alicubi, & non occupare locum, & per diuinam potentiam fieri potest, vt de facto Corpus, & Sanguis Christi est sub speciebus panis, & vini, inextenso modo. Ad intelligentiam autem Conclusionis, & vt aduersarijs manifestus fiat modus iste inextensus, quem habet Corpus Christi Domini sub speciebus panis & vini, notandum est quod repletio loci est effectus quantitatis, estque effectus naturalis, idcirco naturaliter repugnat duo corpora esse in eodem loco, sicut repugnat ignem non calefacere passum bene dispositum; quapropter cum locus repletus vno quanto non possit alio repleti, repugnantia erit ex parte effectus producti. at quia Deus potest reddere causam naturalem sine suo effectu; vt ignem sine calefactione & combustionem; vt factum fuit in fornace Babylonica, Dan. cap. 3. eodem etiam modo operari potest, vt duo corpora sint in eodem loco. & quia eodem modo extensio corporis quanti in ordine ad locum est effectus quantitatis, & Deus potest effectum à causa separare, seu suspendere concursum suum, ne causa suam producat effectum, idcirco sequitur quod corpus quantum tunc existet inextenso modo non occupando locum, vt est de facto Corpus Christi, sub speciebus panis & vini, non commensuratiue, sed definitiue, id est ita ibi quod non vbi que.

Et licet implicare videatur aliquod diuisibile, & extensum esse in loco indiuisibiliter, & inextense: Hoc tamen verum est solum naturaliter, non autem supernaturaliter, spectata scilicet Dei omnipotentia: nam cum essentia quantitatis, quæ inuariabilis est sit extensio tantum in ordine ad se, quæ licet naturaliter exigat extensionem in ordine ad locum, separabilis tamen hæc est; sicut prius à posteriori, & effectus à causa licet necessario causante; habet itaque Corpus Christi quantitatem, & figuram in se sub speciebus panis & vini, sed non in ordine ad locum, quia ordo ad locum est effectus naturalis quantitatis separabilis per Dei omnipotentiam ab illa. indubitatum enim esse debet, Deum posse effectum etiam naturalem à propria causa separare, vt pondus à corpore graui; ergo potest à corpore quanto separare occupationem, seu repletionem loci, vt effectum illius, vt de facto separat à Corpore Christi, & Sanguine sub speciebus panis & vini: vt etiam fiet circa corpora glorificata, & vt factum est in Corpore Christi, cum ianuis clausis introiit ad Apostolos, Ioannis cap. 20. & clauso exiit de sepulchro, Matth. 27. & similiter cum de Immaculato Virginis utero prodijt, & pariter cum Cælum ascendit, quod tunc non dicitur apertum, sed penetratum fuisse à Christo, vt legitur ad Hebr. 4. his verbis. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit calos Iesum Filium Dei, teneamus confessionem.* Et Paulum de Christo post Ascensionem talia pronuntiasse patet ex sequentibus verbis. *Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adæamus ergo cum fiducia ad thronum gratia*

Doctrina Scoti apertissima est in hac materia.

Non repugnat corpori non occupare locum, per Dei omnipotentiam.

Repletio loci est effectus quantitatis.

Prius essentialiter, non variatur per variationem posterioris.

gratia, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Quid autem sit penetrare patet, quia non est simpliciter intrare, sed transire per aliquod corpus, ut dicitur de radio solis, qui penetrat vitrum, id est transit per medium vitrum.

Sed Oecolampadius respondet Christum intrasse ianuis clausis, sed non per ianuas, sed per fenestram; eo quod ianuas penetrare non posset, quod ante ipsū etiam somniauit Duran. in 4. d. 44. q. 6. Calvinus autem lib. 4. instit. cap. 17. §. 29. dicit Christum aperuisse ianuas, & quia non expectauit, ut Apostoli aperirēt, idē subdit textum Euangelicum docere, quod ianuis clausis intrauit. Tandem Petrus Martyr libro contra Gardinerum obiect. 11. & 12. ait, Dominum patefecisse, & rarefecisse ianuas illas per quas intrauit, ita ut corpus per vacuum intrauerit.

Verū huiusmodi expositiones immediatē, & directē sunt contra textum Euangelij: nam ibi dicitur, quod ianuis clausis, seu per ianuas clausas intrauit; quare ratione Euangelista illud tanquam rem mirabilem, & miraculosam notauit: & huiusmodi homines quod intrauerit per fenestrā opinari voluerunt. Etenim sicut Euangelista, ut rem mirabilem describeret, ut est intrare per ianuas clausas hoc notauit, sic si intrasset per fenestram, ut huiusmodi introitum etiam mirabilem manifestaret, quia per volatum fieri debuisset ipsum per fenestram intrasse, & non per ianuas clausas, dixisset.

Præterea nemo sanctorum Patrum, ac veterum Doctorum talia dixit, imo oppositum docuerunt, ut videre est apud illos. & ut notauit Cardin. Bellarm. lib. 3. de Sacram. Euchar. cap. 6. Patres optimam habuerunt occasionem negandi Christum per ianuas clausas intrasse, eo quod Marcionitæ, Valentiniāni, Origenistæ, & alij negabant veram corporis resurrectionem, & hoc loco pro se argumentabantur; ut patet ex Cyrillo super illum locum Ioannis, Epiphano hæresi 64. & Hieronymo in Epistola ad Pammachiū; illam autem objectionē faciliē Patres soluere potuissent dicentes Christum intrasse per fenestras, aut per ianuam à se patefactam, vel annihilatam, & deinde restitutam in pristinum; & tamen nemo illorum talia dixit: est ergo noua, & mendax excogitatio contra ipsa Euangelij verba manifesta.

Secundum exemplum de immaculato Deiparæ Vtero, & tertium de sepulchro clauso, ac signato, negant pariter Sectarij: sed illis obijcimus antiquissimā & communem sententiam Ecclesiæ Catholice, & communem sensum veterum sanctorum Patrum. Præterea hoc quod secundo diximus, colligitur ex illo Ezechiel. 44. vbi quandam portam clauis per quam solus Dominus intrat Propheta describit, qua B. Maria Virgini vterum significasse Patres intellexerunt, ita Ambrosius lib. de inst. Virg. cap. 7. & Hieron. in Commento, huius loci. Sectarij autem absque vilo fundamento oppositum excogitauerunt, non enim habent testimonium scripturarum, nec traditionum, nec veterum Patrum, sed tantum propriam phantasiā.

Aduersus præmissas Conclusiones multæ extant Sectariorum obiectiones. Prima Obiectio ex Luthero qua probare intendit Ioannem cap. 6. non loquutum esse de Eucharistia. Cœna Domini instituta fuit pridie passionis Christi. Quæ autem narrat Ioannes cap. 6. anno integro ante passionem dicta sunt, ergo tunc de Cœna Domini non fit sermo. Confirmat Kemnitius hanc rationem Lutheri sic.

Ideo Papistæ reformare volunt Communionem: quia Ioan. cap. 6. dicitur; *Qui manducat hunc panem viuet in aeternum*: ergo deberet in Cœna tantum aqua apponi, quia Ioan. cap. 4. dicitur: *Qui biberit ex hac aqua non sitiet in aeternum*.

Quid ineptius hac obiectione? Ut autem sermo Christi, quem habuit loco citato manifestus fiat: Sciat lector quod Christus Dominus post miraculū de multiplicatione panum statim venit Capharnaū; & immediatē post illum venerunt pariter multi ex his, qui fuerant in præfato conuiuio, querentes eum, Ut Ioan. 6. inquit. *Alie vero superuenierant naues à Tiberiade, iuxta locum vbi manducauerant panem, gratia agente Domino. Cum ergo vidisset Turba, quia Iesus non esset ibi: neque Discipuli, eum ascenderunt in nauiculis, & venerunt Capharnaum querentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei. Rabbi quando huc venisti? respondit ei Iesus, & dixit: Amen amen dico vobis, quæratis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis: operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominū dabit vobis. Hunc enim Pater signauit Deus. Cum igitur Iudæi carnalia quærent, & temporales commoditates, Christus necessitatem cibi spiritualis, id est fidei, & mysterium suæ Incarnationis eos docuit: ideoque respondit eis interrogantibus. *Quid faciemus ut operemur opera Dei?* Hoc inquit, est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. & quia Iudæi deinde dixerunt: *Quid ergo tu facis signum, ut videamus, & credamus tibi? Quid operatus?* Patres nostri manducauerunt manna in deserto sicut scriptum est: *Panem de Calo dedit eum manducare.* Christus Dominus hac occasione, etiam de fide sub metaphora cibi loquutus fuit: quapropter subdit: *Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de Calo, sed Pater meus dat vobis panem de Calo verum, panis enim Dei est, qui de Calo descendit, & dat vitam mundo.* Patet quod loquitur de fidei mysterijs necessarijs ad salutem, sub metaphora cibi. Dixerunt ergo ad eum. *Domine semper da nobis panem hunc.* dixit autem ei Iesus: *ego sum panis vite: qui venit ad me non esuriet: & qui credit in me non sitiet unquam: sed dixi vobis, quia, & vidistis me, & non creditis. Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis viuus, qui de calo descendi, & dicebant. Nonne hic est Iesus filius Ioseph? cuius nos nouimus Patrem, & Matrem? quomodo ergo dicit hic, quia de calo descendit. quibus Saluator. Amen amen dico vobis. Qui credit in me habet vitam æternam. Ego sum panis vite. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de calo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur, ego sum panis viuus qui de calo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in aeternum. & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Id est pro redemptione mundi. Hucusque de fidei mysterijs loquutus est Saluator; verū quia Iudæi de vero cibo loquutum esse intellexerunt. Subdit Ioannes; *Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Et quia ipse verè carnem suam in cibum, & sanguinem suum in potum pridie quam pateretur sub specie panis, & vini daturus erat, confirmauit sensum illorum; & sic deposito sermone metaphorico de articulis fidei sub figura panis, transijt ad litteralem, & nudum sensum de vera manducatione, suæ carnis sub specie panis, & potatione sanguinis sub specie vini, qualis fit in Sacramento Eucharistie, quod inti-**

Responsiones in
opem Sectariorum

Reiciantur oc-
curfus Sectariorū

Effæx coniectu-
ra de vero sensu
huius Scripturæ.

Litteralis expo-
sicio textus Ioh.
cap. 6.

institueret decreuerat suo tempore; & hac ratione tunc cepit etiam de potu loqui dicens: *Amen Amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam aeternam: & ego resuscitabo eum in nouissima die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, &c.* Et quia hæc verba nimis carnaliter Capharnaitæ perceperant; putantes, carnem eius laniandam esse, & diuidendam in partes, vt sit de carne bouina, &c., scandalizati sūt; & tunc Saluator ad tollendum hunc errorem dixit. *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam, verba qua ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt, id est carnem meam verè manducabitis, & sanguinem meum verè bibetis, sed non visibiliter, sed invisibiliter, ad vitam spiritualem conferuandam, & augendam. Hic est verus, & realis sensus illius capituli, vt attentè legenti patebit.*

Nunc ad obiectionem Lutheri. Saluator instituit Sacramentum Eucharistiæ pridè, quam pateretur; concedo hanc propositionem; ergo Ioan. 6. non loquutus est de Eucharistia, eo quod non fuit tunc pridè quam pateretur; falsa consequentia; quia non dicimus ipsam tunc instituisse Eucharistiã; sed de ea tunc loquutum esse, quam instituire volebat. Sicut si quis vellet in sua domo conuiuium futuro mense præparare, posset iurè ante tempus sic pronunciare, domus mea est locus conuiuij, licet actu non sit, sed futura sit locus conuiuij, sic in casu.

Confirmatio Kemnitij est ineptissima. Quia cum laicis damus Eucharistiã sub specie panis tantum, non reformamus communionem, sed quia cum sumptione corporis sumitur etiam sanguis, & habetur fructus spiritualis, id est gratia Spiritus sancti; ad vitanda inconuenientia, dicimus laicis sufficientem esse communionem sub vna specie scilicet panis, ergo est faciendã in aqua loco vini, quia Ioan. 4. legitur. *Qui biberit ex hac aqua non sitiet in aeternum: ineptissima sequela, quia Ioannes sub metaphora aquæ de gratia Spiritus sancti loquitur, vt omni legenti, & intelligenti patet, & non de aqua materiali, secundum Kemnitij phantasiã.*

Secunda Obiectio eiusdem Lutheri. Dominus Ioannis cap. 6. loquitur de manducatione panis caelestis, qui dat vitam, sed sola manducatio spiritualis per fidem dat vitam, ergo de illa sola agitur.

Respondeo Saluatorem in principio illius sermonis vtique de fide fuisse loquutum sub metaphora cibi, sed postea de reali manducatione carnis lux sub specie panis, vt superius dictum est sermocinatum esse: cum dicit quod prior tantum dat vitam, hoc est spirituale; falsum dicit; quia etiam cibus Eucharistiæ dat, seu auget vitam spiritualem; si diceret, primam comestione scilicet fidem esse principium vitæ spiritualis, & posteriorem nempe Eucharistiã, nutrimentum & augmentum vitæ spiritualis tribuere, verum diceret, ceterum falsum est quod asserit.

Tertia Obiectio ex eodem Luthero. Dominus Ioan. 6. de necessitate huius cibi inquit. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & nisi biberitis, &c. Non habebitis vitam in vobis.* Si hoc præceptum tam arctum intelligi deberet de manducatione Eucharistiæ, perirent infantes, qui illam manducare non possent: & similiter perirent adulti, qui impediti eam sumere non valent.

Hoc argumentum ita concludit. Saluator dicit: *Esurius, & non dedisti mihi manducare.* Matth. 25. *Ita in ignem aeternum.* Marci cap. 13. *Omnibus dico vigilate.* Lucæ 6. *Omnis petenti te tribue.* & eadem quippe mensura, qua mensi fueritis remetietur vobis. Hæc non possunt ab infantibus seruari, ergo peribunt infantes. quomodo huic instantiæ responderet Lutherus? falsam diceret esse sequelam, quia Dominus tunc loquutus fuit de adultis: quia ea tantum adulti exequi possunt; ergo pari modo Dominus Ioan. 6. de adultis loquutus fuit, quia tantum adulti decenter Eucharistiã sumere valent.

Ad illud, quod etiam perirent adulti, qui impediti Eucharistiã non sumunt; dico sequelam esse falsam, quia Deus non obligat ad impossibilia; itaque intelligi debet de adultis non legitime impeditis; & sicut in casu necessitatis, posito impedimento ad baptismum aquæ, sufficit baptismus fluminis in adultis, sic dicendum est de Eucharistia; & in hoc sensu dicitur, crede & manducaisti.

Quarta Obiectio ex eodem Luthero. Augustin. lib. 2. contra Iulianum docet infantes manducare, carnem Christi quatenus fidei communicant; ergo hic locus de manducatione per fidem intelligitur; & huic obiectioni alij Sectarij addunt similes Patrum expositiones de manducatione spirituali circa fidei articulos, seu per fidem.

Respondeo Saluatorem Ioan. 6. vt superius dictum est primò de manducatione per fidem, seu de fide, sub metaphora cibi loquutum esse, & deinde de reali manducatione sui sub speciebus panis & vini. Patres priora verba explicantes benè de fide intellexerunt, explicantes autem posteriora, benè etiam locuti sunt de Eucharistiæ Sacramento. Præterea si quis vellet, sub eadem metaphora verba, quæ sequuntur de Eucharistia mylticè explicare, non esset inconueniens; non sequitur tamen Saluatorem ad literam ibi de Eucharistia non fuisse locutum.

Quinta Obiectio ex Zuuinglio libro de vera, & falsa relig. Cibus de quo disseritur Ioan. 6. est fides, nam cum Dominus dixisset, *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet*, dixerunt Iudæi. *Quid faciemus vs operemur opera Dei?* Respondit Dominus. *Hoc est opus Dei vs credatis in eum, quem misit ille.*

Respondeo tunc verè locutum esse de fide sub metaphora cibi. Sed postea locutum esse de Eucharistia, vt dictum est ad primam obiectionem, ideò præsens obiectioni nihil contra nos concludit.

Sexta Obiectio ex eodem Zuuinglio. Christus ait. *Qui manducat hunc panem viuet in aeternum.* At verum non est nisi de spiritali manducatione, multi enim sacramentaliter manducando non solum non viuunt, sed manducando moriuntur: *Qui cum manducat indignè, iudicium sibi manducat.* 1. Cor. 11.

Respondeo tunc Saluatorem docere quis sit effectus huius Sacramenti pro dignè sumentibus, dicens, illum esse vitam aeternam, id est gratiam quæ ad vitam aeternam acquirendam est necessaria. Cum infert, at hoc non est verum nisi de spiritali manducatione, dico vtique de spiritali manducatione intelligi debere, at hæc in hoc Sacramento supponit etiam realem, & materialem manducationem; non sequitur ergo, quod tantum de fide fiat ibi sermo.

Septima Obiectio. Ex Petro Martyre in sua defensione contra Gardinerum par. 1. obiect. 13. si illa verba: *Panis quem ego dabo*, ad symbola Cæcæ Domini pertinent, cur panem abijciunt Papistæ? Nec enim

Effectus instantiæ.

In quo sensu dicitur de Eucharistia crede & manducaisti.

Non sola fidei vitæ dat vitam spiritualem, sed benè institutum vitæ spiritualis.

Spiritalis manducatio Eucharistiæ, supponit corporalem illius.

enim accidentia sola, panis dici possunt.

Cur Eucharistia
dicatur panis, cū
substantia panis
non adsit.

Respondeo Corpus Christi sub speciebus panis in Eucharistia pluries in Scripturis panem appellari, vt Act. 20. *Cum conuenissemus ad frangendum panem*. 1. Cor. 10. *Panis quem frangimus*. & cap. 11. *Quotiescunque manducabitis panem hunc*, &c. Sed facile est reddere rationem huius rei; nam in Scriptura sepius omne quocunque modo comestibile dicitur panis. Eccles. 29. *Initium uita hominis aqua & panis*: id est cibus & potus. Psalm. 27. *Panem calis dedit eis*: Quod dicitur de manna, quæ proculdubio non erat panis, &c. Hac eadem ratione Eucharistia etiam dicitur panis, licet post consecrationem, substantia panis non adsit; quia scilicet manducatur.

Secundò respondeo, quod communis est consuetudo quandoque aliquid nominare, non secundum id quod est, sed secundum id quod fuit. & hoc patet Exod. 7. ubi virga, etiam virga dicitur postquam in serpentem conuersa fuerat. sic enim legitur: *Deuorauit virga Aaron virgas magorum*. & si quisquam v. gr. donauerit mihi vinum, quod deinceps in acetum vertatur; dicam ei qui donauit: Hoc est vinum, quod mihi dedisti, cum tamen actu non sit, sed fuerit vinum. sic in casu, Eucharistia dicitur panis post consecrationem, eo quod ante consecrationem panis fuerit, & adhuc maneat accidentia panis.

Octaua Obiectio ex eodem Petro Martyre. Dominus Ioan. 6. nullam mentionem facit panis materialis nec calicis, neque gratiarum actionis; neque fractionis, neque distributionis, neque testamenti, neque memoriam, neque annunciationis mortis Christi, ergo ibi non loquitur de Sacramento cœnæ, quod sine illis symbolis esse non potest.

Respondeo Saluatorem vtique de pane locutum esse Ioan. 6. dum dixit: *Es panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita*. &: *hic est panis, qui de calo descendit*. &: *qui manducat hunc panem uiuet in aeternum*. Cætera ibi omisit, quia tunc non instituit tale Sacramentum, sed tantum promisit se illud instituturum; & satis est hic dixisse se daturum carnem in cibum, & sanguinem in potum, formulam autem tunc dedit, cum actu illud instituit.

Nona Obiectio. Si Ioan. 6. locutus est de hoc Sacramento, nequit defendi vsus Ecclesie de Communionem sub vna specie, quia nimis expressè dicitur: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & nisi biberitis eius sanguinem, &c.*

Respondeo falsum esse assumptum, quia si hæc ratio valeret, vrgeret pariter aduersus ea loca, in quibus legitur institutio huius Sacramenti; nam etiam ibi legitur expresse exhibitio panis, & calicis. Ex alio igitur capite soluenda est huiusmodi apparens difficultas, vt suo loco dicemus.

Decima Obiectio, & prima qua probant verba institutionis figuratè accipi debere. Particula, Hoc, est demonstratiua: sed Dominus cum dixit, *Hoc est Corpus meum*, solum panem præ manibus habuit, quem ostenderet, & ex sententia Catholicorum non fuit Corpus Domini in Sacramento cum dixit, Hoc: sed post consecrationem, & hæc fuit ratio Berengiani, vt notat Bellarm. lib. 1. de Euchar. cap. 11. ex Guimundo lib. 2. Confirmatur ratio ex verbis Matthæi 26. *Bibite ex hoc omnes*, ubi illud, ex hoc, non potest referri nisi ad vinum, iussit itaque Dominus, vt vinum biberent, ergo non erat sanguis, nisi figuratè; vel si repente mutauit vinum in sanguinem, præstigijs vsu esse videtur, dum vinum obtulit, quod deinde

abstulit, cum illud essent bibituri.

Respondeo illud, Hoc, sumi debere pro singulari entis, non vagè, sed signatè. est quoque communissimus modus loquendi apud omnes: nam quocunque præ manibus aliquid habetur, vt liber ver. gr. dicitur, quid est hoc? vel Hoc est aliquid boni, &c. Tunc illud hoc sumitur pro singulari entis signatè, id est hæc res. vt Hebræi etiam Exod. 16. dicebant de manna: *manhu?* quid est hoc? Saluator autem sic loqui debuit duplici ratione, primo quia si dicebat, Hic panis est Corpus meum; non docuisset veritatem conuersionis panis in Corpus suum; imo nec panem esse Corpus suum figuratè, vt Sectarij opinantur, quia signaret tantum panem, & vinum: neque de Corpore illud proferre poterat, quia adhuc non erat Corpus; Præterea esset propositio identica & inepta: exempli gratia. Corpus est Corpus meum. necessariò itaque sic loqui debebat; scilicet, Hoc, puta hæc res quam præ manibus habeo. neque expediebat, vt diceret; Hic, id est in hoc loco est Corpus meum, quia de Corpore suo secundum præsentiam naturalem intelligi poterat. Summa itaque sapientia dictum est; Hoc, id est, Hæc res, iuxta communem modum loquendi. Similiter de Calice, & Sanguine, &c. Quod autem illud, Hoc, panem non denotet, patet, quia panis, est generis masculini, & Hoc, est neutrum; & similiter cū de vino dicitur, Hic est Sanguis meus; illud, Hic, non potest signare vinum, quod est generis neutri. Hæc autem sic descripta fuerunt à Marco in Latino, & à Luca in Græco, qui mentem Saluatoris nouerant. hoc dico, quia licet Hebræi, quæ lingua locutus est Saluator genus neutrum non habeant. Tamen Euangelistæ mentem Saluatoris inspicentes, sic verterunt, vt docerent illa pronomina non significare panem, & vinum; eo quod nec panis nec vini substantia maneat cum Corpore, & Sanguine Christi: & magna fuit in hac re diuina prouidentia ad tollendam materiam errorum.

Quid significat
hic Saluator per
illam particulam
Hoc.

Hebræi non habent genus neutrum.

Ad illud, quod videtur præstigium fuisse, dico modum esse loquendi hæreticorum. Nam stante hac verissima illius particulæ intelligentia, nullum sequitur præstigium, sed tantum opus omnipotentis Dei, quo panis substantiam in Corpus, & vinum in sanguinem conuertitur.

Vndecima Obiectio. Lucas, & Paulus dixerunt, *Hic Calix*, ergo pronomen demonstrat calicem, non sanguinem: & eadem est ratio panis, & calicis, ergo illud, *Hoc est Corpus*, significat, Hic panis est Corpus.

Respondeo illud, Hic, vtique referri ad calicem; nam hunc sensum facit, Hic est Calix Sanguinis mei; quia scilicet in calice erat sanguis eius, & ratio huius loquendi modi, est, quia sicut illud, Hoc, significat indiuiduum entis, puta, Hæc res, ob rationes superius positas, ne intelligeremus esse etiam ibi panis substantiam, sic pari ratione dixit, Hic calix, ad demonstrandum tantum, quod præ manibus habebat, & sine intelligeremus ibi vinum remanere, idè nullam particulam appoluit, quæ ad vinum applicari posset. & cū legitur Mar. 14. *Hic est Sanguis meus*; illud, Hic, sumi debet, vt diximus de particula, Hoc, scilicet pro singulari entis signatè, nõ vagè, quia particularis res demonstratur.

Quid significat
hic, in consecra-
tione Calicis.

Duodecima Obiectio est Lutheri cap. 1. de Captiuit. Babylon. Hebræi non habent genus neutrum, ergo Dominus nõ dixit, Hoc est Corpus meum, sed hic est Corpus meum, ergo demonstrauit panem non Corpus.

Respon-

Euangelista scilicet
tes scilicet Salu-
toris aperuerunt
intelligentiâ hu-
ius orationis.

Respondeo, quod licet Hebræi non habeant genus neutrum, tamen tale pronomen appositum est in textu Hebræo, quod illum sensum, quem Euangelistæ dederunt habet, ita ut nihil aliud significet, nisi rem aliquam, quæ tacetur ad vitandum errorem intellectionis eius, ut dictum est. Euangelistæ autem mentem Saluatoris declarauerunt: nam Marcus Latinè, & Lucas Græcè ita verterunt, ut superius dictum est.

Decima tertia Obiectio. Quod accepit Dominus ac benedixit, & fregit, id dedit discipulis suis, nam omnia verba: Accepit, benedixit, fregit, dedit, regit eundem accusatiuum, sed accepit, & benedixit, ac fregit panem, ergo & panem dedit: ergo illud, Hoc panem demonstrat.

Respondeo concedendo maiorem. Ad minorem, sed accepit panem communem, hoc verum est, benedixit eundem panem, & hoc verum est; sed quia non solum benedixit, sed etiam conuertit substantiam panis in corpus suum, idè cum fregit, & dedit discipulis; nõ fregit nec dedit panis substantiam, sed suum Corpus sub illis speciebus, quod etiam panis dicatur post benedictionem, & consecrationem; hoc veritati præfatæ conuersionis non obstat, ob rationes superius assignatas in responsione ad septimam obiectionem.

Decima quarta Obiectio ex Petro Martyre in lib. contra Gardinerum par. 3. pag. 658. super verbum, Est. Prius debet esse res quam pronuncietur, at cum dicitur, Hoc est Corpus, tunc non verè est, quia completis verbis illis, per Papistas fit præsens Corpus Christi, ergo illud Est, non potest intelligi litteraliter, sed per tropum, ita quod scilicet sit, Hoc fiat Corpus meum, & eo magis quia hæc verba ponuntur causa effectiua conuersionis.

Respondeo illud verbum litteraliter sumi debere: & ut sic signare, & moraliter causare conuersionem panis in Corpus, & vini in Sanguinem Christi. Ad rationem in oppositum, scilicet quod tunc actu non est, sed immediatè erit, dico illud Est posse dupliciter considerari, primo ut nota solitaria, & indifferens ad plura significanda, & hoc modo concepta, non signat, & præferat præsentiam Corporis Christi, sed est quid antecedens. Secundo modo, ut est pars illius propositionis, Hoc est Corpus meum. Hic est Sanguis meus, & sic cum dicat oruinem, & respectum ad illam propositionem completam, & adæquatè sumptam, verè signat Corpus, & Sanguinem Christi præsentem sub illis speciebus, quia illud Est, est pars illius propositionis, quæ ponit præsentiam Christi sub speciebus, & hoc modo sumitur hic: & ut sic litteraliter significat Corpus Christi præsens.

Quintadecima Obiectio. In Scriptura sacra illud Est sumitur pro significat. v.g. *Peira autè erat Christus. Semen est verbum Dei.* Ergo cum dicitur: *Hoc est Corpus meum*: idem est quod *Hoc significat*, & figurat Corpus meum.

Respondeo huic obiectioni, quæ est cõmunis omnibus Sectarijs, quod aliquadò in Scriptura illud, est, significat figurare rem, sed rarò; cõmuniter tamen & vniuersaliter significat verum, & reale esse, Exod. 3. *Qui est misio me ad vos.* Plal. 92. *A saculo tu es.* & 118. *Quia in æternum mihi est.* Eccles. 1. *Sapientia est ante animum.* & cap. 6. *Est amicus,* &c. 1. Ioan. 3. *Videbimus eum sicut est.* & cap. 4. *Sicut ille est,* &c. Et alibi plurics, itaq; rarò illud, Est, denotat, significare, & figurare; vnde malè Sectarij colligunt illud Est loc. cit. debere intelligi pro significare, & figurare.

Particula, Est, quia est pan illius propositionis quæ ponit ibi Corpus Christi, refertur ad idem Corpus Christi.

Particula est, non significat, figurare, in Scriptura.

Decima sexta Obiectio. Quæ plurimi fit à Caluino, & Petro Martyre est hæc. Illa sententia, Hoc est Corpus meum, est sacramentalis; ergo sacramentaliter exponenda, ergo significat panem esse Corpus Christi sacramentaliter, seu significatiuè.

Hæc Obiectio fundatur super rationem Sacramenti, quod dicitur mysterium, eo quia aliquid absconditum continet, & significat; quod vtique verum est, quia Sacramentum est signum sensibile rei absconditæ, puta gratiæ in hærentis, vt in Sacramento Baptismi, & alijs; vel etiam subsistentis, vt in Sacramento Eucharistiæ. Vnde cum dicitur, *Hoc est Corpus meum*, species panis apparet, sed Corpus Christi, quod ibi continetur non videtur; & hac ratione Sacramentum dicitur mysterium. Nunc ad obiectionem, illa sententia, *Hoc est Corpus meum*, est sacramentalis, verum est iuxta sensum præfatum, quia de speciebus panis illud dictum est, quæ abscondunt veram, & realem Christi præsentiam: vnde species illæ significant Corpus Christi realiter, & substantialiter præsens. si dicat, quod est sacramentalis, quia Corpus Christi, quod ibi non est, significat, falsissimum est, quia Sacramentum est signum sensibile, quod continet actu, & realiter gratiam insensibilem.

Decima septima Obiectio ex Caluino lib. 4. inst. cap. 17. §. 23. Nisi Apostolis venisset in mentem Corpus figuratè accipi debere, turbati fuissent de re tam prodigiosa. at qui tranquillè, & quietè participasse sacram illam carnem, &c.

Respondeo huic inani obiectioni, quod Apostoli tunc turbati debuissent si Christus dixisset comedite Corpus meum, quod est naturaliter præsens, absque speciebus panis. sed cum illud offerret sub speciebus panis, cur turbati debebant? eo vel maximè, quia prius Ioan. 6. de huiusmodi re præmoniti fuerunt; adde quod tempore illius sacre Cene Apostolos pro illius mysterij intelligentia à Deo illuminatos esse, piè tenendum est; iuxta illud Matth. 13. *Quia vobis datum est nosse mysteria Regni Calorum: illis autem non est datum.*

Decima octaua Obiectio. Christus de Corpore suo dicit: *Accipite, & manducate.* at Corpus Christi non potest propriè manducari, cum non possit dentibus teri: ergo vel accipitur Corpus figuratè, vel ipsum manducare figuratè sumi debet, ita ut sensus sit, manducate panem, qui signum est Corporis mei, vel manducate corde, non corpore; fide, non ore, ipsum verum Corpus meum.

Respondeo, secundum Recipe Medicorum huic insulsæ obiectioni, quod manducare non semper est cibum dentibus terere, sed etiam illum deglutire, absque eo quod dentibus prematur; satis enim est, vt per eos ad modum cibi transferatur in ventrem, vt accidit pueris, & senibus, qui carent dentibus. Præterea cum Corpus Christi non nudè sumatur, sed sub speciebus panis; consequens est, vt iurè manducari dicatur, cum species quæ illum continent verè manducentur.

Decima nona Obiectio ex Caluino 4. inst. cap. 17. §. 23. si Corpus in illa sententia, *Hoc est Corpus meum*, accipitur propriè; vel significat solum Corpus, vel totum Corpus, si solum Corpus, ergo erit alicubi Corpus Domini sine anima, Sanguine, & Deitate; si totum Christum, ergo erit confusa battologia, Hoc est Corpus, & Hic est Sanguis, idem enim ista significant, & poterit dici de pane; *Hic est Sanguis*, & de Calice, *Hoc est Corpus meum*.

Confirmatur, quia si totum Christum significat vox Corpus, erit tropus, qui dicitur intellectio; ergo non possumus tropos fugere in hac sententia, nisi impiè detrahamus Corpus Domini à Sanguine.

Respondeo illud, *Hoc est Corpus meum*, significare solum Corpus esse terminum illius conuersionis, & illud, *Hic est Sanguis meus*, significare solum sanguinem esse terminum illius consecrationis, & transubstantiationis: cum inquit, ergo alicubi erit Corpus Domini sine anima, & Diuinitate, & alicubi sanguis sine corpore, anima, & Diuinitate, negatur consequentia, quia cum verissimum Corpus Christi ibi adsit sub speciebus panis, quod non est separatum ab anima, & Diuinitate; sequitur quod sub speciebus panis sit Corpus Christi viuum, ac Diuinitati vnitum; & sic per concomitantiam terminus illius transubstantiationis est etiam anima, & Diuinitas; licet ex vi consecrationis panis sit ibi tantum Corpus; vnde si in triduo suæ sepulturæ facta esset huiusmodi consecratio, nequaquam esset ibi anima, quia tunc erat à Corpore separata, & eodem modo dicendum est de consecratione vini.

Ad illud, quod ex hoc sequeretur, posse dici de Corpore, *Hic est Sanguis*, & de Sanguine, *Hoc est Corpus*: & quod esset confundere assertiones; dico sequelam esse voluntariam; quia ex vi conuersionis, & consecrationis hoc non sequitur, nisi secundariò, & non per se primò; nec ad hanc veritatem intelligendam opus est recurrere ad tropum, nec ad aliquam figuram. itaque non valet dicere de Calice, *Hoc est Corpus*, nisi in obliquo, non in recto: verbi gratia, *Hic est Sanguis Corporis Christi*, & de Corpore non potest dici in recto, *Hic est Sanguis*: sed *Hoc est Corpus cum Sanguine Christi*, nec hoc est inconueniens, vt sanè menti patet.

Vigesima Obiectio ex Caluino loco citato, §. 20. & sequacium. cum dicitur 1. Corin. 11. *Hic Calix nouum testamentum est in meo Sanguine*. Duplex tropus est necessariò admittendus, primus in voce Calix, accipitur enim omnium consensu continens prore contenta, qui tropus dicitur Metonymia. Secundus in voce testamenti: neque enim vinum, aut Sanguis est propriè testamentum, sed signum testamenti. & hoc probant quadrupliciter.

Primò, quia alioquin singulis diebus renouaretur testamentum Christi, & præcedens antiquaretur.

Secundò, necesse esset sæpè Christum mori. Testamentum enim non valet nisi moriatur, qui testator est Hebr. 9.

Tertiò: Matthæus ait: *Hic est Sanguis meus noui Testamenti*. Ergo sanguis non erat Testamentum: at quod erat in Calice erat Testamentum, teste Luca, ergo in Calice non erat sanguis.

Quartò: Lucas, & Paulus dicunt Calicem esse Testamentum in sanguine, ergo quod erat in Calice non erat sanguis: esset enim sensus: *Hic sanguis est Testamentum in sanguine*, quod est absurdum, & impossibile: nam non possunt illa esse vnum & idem, nisi dicamus idem esse in seipso. Ex quibus infert Caluinus verba Matthæi, & Marci, quæ sunt aperta exponi debere per verba Lucæ, & Pauli, quia illa sunt pauciora, ista plura.

Itaq; illud: *Hic est Sanguis meus*, quod Matthæus, & Marcus dixerunt, sic exponi debent. Hoc est Testamentum in sanguine meo, id est signum Testamenti sanguine meo confirmati, & similiter illud: *Hoc est Corpus meum*, exponi debet. Hoc est Testamentum in Corpore meo, non solum enim sanguis, sed etiam Corpus Christi Testamentum nouum stabiluit: non ergo propriè accipi potest vocabulum Corporis, nisi idem esse velimus Corpus, & Testamentum in Corpore. Hoc argumentum est Achilles Caluini.

Vt autem huiusmodi Achilles chimæricus, qui nec est Pigmæus, euanescat. Notandum huiusmodi Testamentum in Scripturis nil aliud esse, nisi Diuinam legem, vt legitur etiam Psal. 49. *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum*. Psalm. 88. *Disposui testamentum electi mei. Et Testamentum meum fidele ipsi*. Baruc. cap. 2. *Et statuam illi testamentum alterum sempiternum, vt sim illi in Deum, & ipsi erit mihi in populum*. ad Hebr. 10. *Contestatur autem nos, & Spiritus sanctus. Postquam enim dixit: Hoc autem Testamentum, quod testabor ad illos post dies illos dicit Dominus, dando legem meam in cordibus eorum: & in mentibus eorum superscribam eam: & ad Gal. 4. *Hæc enim sunt duo testamenta: unum quidem in monte Sina in seruus utem generans, & c. itaque Testamentum est lex à Deo tradita.**

Sed cur lex à Deo tradita dicta est Testamentum? Respondet Apostolus ad Hebræos cap. 9. *Vbi enim Testamentum est, mors necesse est. intercedat Testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet dum viuus, qui testatus est. Lecto enim omni mandato legis à Moysè uniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyssopo: ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit dicens: *Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum, & omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et omnia præ in sanguine secundum legem mandantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Itaque lex dicta est Testamentum, quia Testator pro remissione præuaricationum suarum legum mori debebat, & quia lex vetus umbra erat futurorum; per umbram etiam confirmata fuit, id est per sanguinem hircorum, & taurorum, qui umbra erat sanguinis Christi; itaque sanguis noui Testamenti est verissimus sanguis Christi realiter, & substantialiter; sed illemet sanguis erat in Calice, dum dixit, *Hic est sanguis meus noui Testamenti*, vt scribit Matthæus: ergo proprium, & realem sanguinem suum dedit eis ad bibendum: & hæc est litteralis, & historialis narratio huius veritatis.**

Videamus nunc cur Lucas, & Paulus de Calice, dixerint. *Hic est Calix nouum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur*: Lucæ 22. & 1. Cor. 11. *Hic Calix nouum Testamentum est in meo sanguine*: certum est, nouum Testamentum per verissimum, & realem Sanguinem Christi confirmari debuisse: cum igitur Christus dixerit de calice, Sanguinem noui Testamenti, proculdubio affirmavit in calice esse suum realem Sanguinem, & non aliquid figuratiuum sui Sanguinis, quia Christus non venerat instituire figuras, cum sit veritas, & terminus figurarum; & præcipuè, quia putà

Ratio necessaria conuersionis inter animam, & Corpus, sub speciebus Eucharisticis est 10. tæ Christus, &c.

Quid sit Testamentum in Scripturis factis.

Quid sit sanguis Testamenti, exponitur.

Ratio efficax.

quod fuerit figura sanguinis sui, sanguis hircorum, & vitulorum, quam vinum. Sensus igitur huius locutionis est. Hic est sanguis meus verus, & realis, qui effundi debet ad confirmandum novum testamentum, loco sanguinis hircorum, & vitulorum, qui fuit in veteri testamento. docuit itaque Apostolos se sanguinem suum in Cruce debere effundere, in remissionem peccatorum, & illummet sanguinem se illis tunc in calice ad bibendum tribuere.

Matthæus, & Marcus veritatem conversionis panis in Corpus, & vini in Sanguinem solum descriperunt. Lucas autem, & Paulus addidit illum esse Sanguinem, qui pro confirmatione novi testamenti dandus erat, & qui ut veritas succedebat sanguini hircorum, & vitulorum veteris testamenti. Cum itaque sensus historialis huius rei veritatem, & realitatem Sanguinis Christi ostendat in Calice, opus non est recurrere ad aliquem tropum, & figuram; quam Catholici excludunt ad probandam veritatem Sanguinis Christi, in quo consistit nodus difficultatis, & controuersie. quod autem admittenda sit aliqua figura super vocem illam, Calix, quia sumitur continens pro re contenta: hoc parum refert, dum modo saluetur, ut de facto saluetur sensus literalis de veritate Corporis, & Sanguinis absque tropis, & figuris.

Inspiciamus nunc in qua particula adsit figura. Dico quod in ordine ad veritatem Sanguinis nulla est figura, quia de vero Calice loqui videtur, qui verum Sanguinem continebat, ut patet apud Matthæum, & Marcum; cum igitur hæc verba exponi debeant, vanum imo iniquum esset alium sensum illis dare præter illum, quem præfati Euangelistæ dederunt. Dixerunt autem sic. *Hic est Sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.* Quid clarius? & in hoc sensu locutus sunt Lucas, & Paulus, quia Scriptura Scripturæ non contradicit illud, *Testamentum*, cur appositum sit, dictum est supra; & in quo sensu sumi debeat patet ex dictis, & licet ruunt omnes illæ obiectiunculæ à Caluino, & Caluizantibus propositæ.

Vigesima prima Obiectio ex illis verbis. *Hoc facite in meam commemorationem.* Memoria est rerum absentium: ergo panis, & vinum non sunt Corpus, & Sanguis, nec in ea mutantur, sed sunt mera symbola rei absentis, ergo Corpus, & Sanguis figuratè accipiuntur pro signo Corporis, & Sanguinis. Confirmatur, quia commemoratio mortis Domini est proprius finis symbolorum Eucharistie: ipsius autem veri Corporis alius est finis sublimior: & Dominus in institutione Sacramenti solum meminit commemorationis: ergo Corpus figuratè accipitur pro symbolo Corporis.

Respondeo duo consideranda esse, quæ facta sunt à Salvatore pridè, quam pateretur, primum est, quod ipsemet per præsentiam naturalem tale Sacramentum instituit. Secundum: quod illud instituit cum passurus erat ob redemptionem nostram. Hæc autem duo non sunt præsentia, sed absentia, quia fuerunt: cum igitur Sacramentum hoc conficimus, in prædictorum memoriam illud facimus, quæ tantum tunc fuerunt. Vnde Apostolus 1. Cor. 11. inquit: *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Fit igitur ad repræsentandam passionem eius quæ non est præsens, sed semel fuit. & in hoc sensu dixit: *Hæc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis.* At non sequitur ex hoc Corpus, & Sangu-

nem Christi sub speciebus panis, & vini ad præsentem non fieri.

Vigesima secunda Obiectio. Luc. 22. legitur Salvatore de Calice vini in Cena dixisse: *Non bibam de generatione vitis donec regnum Dei veniat.* Hoc autem dictum est post consecrationem, ergo post consecrationem erat vinum in Calice, & non Sanguis.

Respondeo falsum esse talia verba post consecrationem dicta fuisse cum fuerint prius dicta; sic enim habet textus. *Et cum facta esset hora discubuit, & duodecimo Apostoli cum eo, & ait illis: Desidero desiderare hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc nun manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei, & accepto Calice gratias egit, & dixit: Accipite, & dividite inter vos, dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis donec regnum Dei veniat.* Manifestum est Dominum primo Cenam legalem absoluisse antequam inciperet sacramentalem: & quod ita sit, patet ex eo quod Euangelistæ scribunt: Matth. 26. *Accesserunt discipuli decem, ubi non paremus tibi Pascha, & apud te facio Pascha. parauerunt Pascha. Discumbentibus cum duodecim: Edantibus illis. Qui intingit mecum manum in paropside. Et Marci 14. *Quo vinum, & paremus tibi ut manducemus Pascha. Vbi est refectio mea, ubi Pascha cum discipulis meis manducem? & parauerunt Pascha, & discumbentibus, & manducantibus: Qui intingit meum manum in cratino, &c.* Et idem habetur Lucæ 22. itaque indubitatum est, Salvatorem primo absoluisse cenam legalem, quam inciperet sacramentalem.*

Nunc ad obiectioem: *Saluator dixit, Non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat:* Verum est; sed ante consecrationem ea dixit de cena legali, ubi vinum bibit cum Apostolis; & non in cena sacramentali. hoc patet quia Lucas deinde aliam cenam putà sacramentalem describens, sic sequitur dicens: *Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit ei dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur: Hoc facite in meam commemorationem. Similiter, & Calicem postquam canauit dicens: Hic est Calix nouum testamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Hic loquitur de Cena sacramentali; & in hac non dicitur, *Non bibam de generatione vitis.* itaque obiectio nulla est, quia primo fit sermo de Calice vini; pro tempore, quo eo utebantur in cena legali: & secundò prout vsus est illo in cena sacramentali.

Imo valdè probabile est quod absoluta cena legali Saluator immediatè surrexit, & pedes discipulorum lauerit antequam inciperet cenam sacramentalem, ut ostenderet quam animi munditiam habere debeant, qui hoc Sacramentum sumunt: & hoc colligitur ex illo Ioan. 13. & licet legatur ibi, *& cena facta;* & postea: *Surgit à cena, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum pracinxit se, deinde misit aquam in peluum, & cepit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.* Hoc tamen de cena legali intelligi debet: quod autem deinde cenam sacramentalem inchoauerint, patet quia idem Ioannes eodem loco subdit Salvatore iterum in mensa cum discipulis suis sedisse: ait enim. *Amen amen dico vobis: quia unus ex vobis tradet me.* affricabant ergo ad mucem discipuli hæsitantes de quo diceret. *Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in-*

Saluator antequam institueret Eucharistiam absoluit cenam legalem.

Antè institutionem Eucharistie Saluator lauit pedes discipulorum.

Triplicem coenam
fecit tunc Salu-
tor.

finu Iesu; quem debebat Iesus, dicitur etiam Salu-
tor, & dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaque rursus
recubans illi supra Petrus Iesus, dicit ei. Dominus quis
est? Respondit Iesus: ille est tuus ego unicum panem por-
tavero. Et cum intrasset panem dedit Iuda: Simon
Petrus. Ergo sequitur eum immediate post coe-
nam legalem pedes discipulorum lavisse, & deinde
coenam visuale, & ultimo sacramentalem perfec-
tisse.

Sed cur dixit Saluator in Cana legali, vel usuali:
Non bibam amodo ex hac gemmine vasis, donec illud
bibam. nonum in Regno Dei. Verum videntium est
quando iterum Saluator vinum bibit, & sic intelli-
gimus quid in presenti dixerit. Petrus Apostolus,
Act. 2. inquit Saluatorem post resurrectionem ad
ostendendam veritatem suae resurrectionis iterum
cum Apostolis manducasse, & bibisse, ait enim: Qui
manducamus & bibimus cum illo postquam resurre-
xit a mortuis: sed quare dicit: nonum in Regno Dei?
Respondeo, quia tunc Saluator iam glorificatus erat
secundum utramque portionem, & erat iam de
Regno gloriae, & hac ratione taliter est locutus.

Tunc Saluator
nonum in Regno Dei
dicitur, &c.

Vigesima tertia Obiectio ex Petro Martyre in
lib. contra Gerdinerum parte prima, Christi Corpus
est in Caelo: Christi Corpus est in Sacramento, ergo
Sacramentum est in Caelo, hoc est falsum; ergo &
id ex quo sequitur.

Respondeo hanc rationem aliquid concludere
si Corpus Christi esset tantum in Caelo, sed quia est
etiam in altari per praesentiam sacramenta-
lem, ideo non sequitur id quod conuenit ei, ut hic
conuenire etiam illi, ut alibi. Unde in forma respon-
deo huic informi obiectioni. Christi Corpus est in
Caelo, per praesentiam naturalem concedo. ad mipo-
rem, Christi Corpus est in Sacramento, verum est sed
per aliam praesentiam, puta sacramentalem, absque
extensione, & repletione loci: ergo Sacramentum
est in Caelo, falsa sequela, quia fit saltus ab vna praesentia
ad aliam; tunc autem sequeretur quod infer-
tur, quando tantum vnam praesentiam haberet puta
naturalem in Caelo: non enim quidquid dicitur de
Christo, ut est in altari, dicitur de eo, ut est in Cae-
lo per praesentiam naturalem: hoc discas Petrus
Martyr.

Duplex praesentia,
naturalis, &
sacramentalis.

Vigesima quarta Obiectio. Matth. 23. Omne quod
intrat in os in ventrem vadit, & in secessum emittitur.
Sed Corpus Christi non emittitur in secessum, sed
solum panis; ergo non intrat Corpus Christi in os, sed
solum panis.

Respondeo Saluatorem tunc loqui de cibis com-
muni, qui pro Corporis nutrimento sumuntur, &
non de cibo sacramentali, qui pro nutrimento spiri-
tualianimae capitur, ut patet.

Vigesima quinta Obiectio. Matth. 24. Si dixeritis
vobis, ecce hic, aut illic est Christus, nolite credere.
Non igitur credendum est, cum dicunt Papista, Ecce
in illo altari, aut in illa pixide est Christus.

Quid ineptius hac obiectione? Saluator loco
citato monet Ecclesiam suam, quod extremis tem-
poribus surgent pseudochristi, & pseudoprophetae,
& dabunt signa magna & prodigia; itaut in errorem
inducantur, si fieri potest, etiam electi; & sequitur;
Si ergo dixeritis vobis, Ecce in deserto est, nolite exire.
Ecce in penetralibus nolite credere, &c. Itaque crede-
re non debemus alium esse Christum, & verum
Prophetam praeter ipsum; quia ipse est verus Salua-
tor mundi: at nos in altari non dicimus esse alium

Christum, & Saluatorem, qui dicitur deus & fi-
lius Dei sed eundem esse sub speciebus illis sacramen-
tibus, qui in Caelo sedet ad dexteram Maiestatis.
Sed quam sit inanis haec obiectio, legat ipse patet.

Vigesima sexta Obiectio. Matth. 26. Pauperes
semper habebitis vobiscum, me autem non semper ha-
bebitis. Super quem locum multa dicit Caluinus li-
bro 4. Instit. cap. 17. §. 26. & Petrus Martyr contra
Gardinerum in 2. obiecit. Nam si verè Christus est
in Eucharistia, inquit Petrus Martyr, contra-
dictoria erit vera, nimirum: Pauperes non semper
habebitis, me autem semper habebitis. Nam post
resurrectionem non habebimus pauperes; sed in
hac vitatantum, atque ita non semper habebimus.
Et quia Catholici fortè respondero possent, hic agi
de praesentia Christi pauperis, & egentis hominum
obsequijs, qualis nunc non habetur à nobis. Con-
tra sic, Christus hoc loco se à pauperibus distingit,
cum ait: Pauperes semper habebitis, me autem non
semper, haec loquitur de obsequio utili, sed de cultu,
& honore: nam ideo Apostoli murmurabant, quia
viderant subtractum praedium pauperum necessitati-
bus, & effusum in cultum, & honorem, quo Chris-
tus non egebat neque eum requirebat. At huiusmodi
cultum adhuc possemus exhibere Christo praesenti,
si in Eucharistia adesset. ergo necesse est, vel
quod Christus non sit in Eucharistia, vel falsa si-
la verba: Me autem non semper habebitis, id est non
praesentem, ut Corpus meum honorare possitis.

Addit Petrus Martyr Christum his verbis aper-
tè notasse Papistarum idololatricam, qui Eucharis-
tiam honorant auro, argento, suffitu, aliisque re-
bus pretiosis: & tandem simul cum Caluino con-
firmat hanc suam expositionem ex Augustino qui
Tractat. 90. in Ioannem conferens hunc locum:
Me autem non semper habebitis: cum illo, Vobiscum
sum omnibus diebus: dicit priorem locum in-
telligi de praesentia carnis, posteriorem de praesentia
Maiestatis.

Huic obiectioni respondeo cum Cardinal. Bel-
larm. lib. 2. de Eucharistia cap. 14. Saluatorem
loqui de praesentia sua corporali, & visibili, &
secundum eam statum, in quo aliquid utilitatis
corporalis ab hominibus recipere poterat, id pa-
tet, quia loquitur de illo obsequio à Maria sibi
praestito in illa vinctione: & dicit non semper se
ita fore praesentem, ut tale obsequium recipere
possit. Praeterea loquitur Dominus de praesentia,
qua habemus nobiscum pauperes: id enim requi-
rit antithesis, pauperes semper habebitis, me
autem non semper; puta eo modo, quo habe-
tis pauperes id est visibiliter, & modo humano con-
terfentem, & indigentem: neque enim tale Mag-
dalena obsequium fuit solum honoris, sed etiam
commodi, & utilitatis; siue respiciamus inten-
tionem Mariae; siue intentionem Spiritus sancti illam
mouentis. Illa enim sine dubio id fecit ad refocila-
nda Christi membra ex laboribus fatigata. Vinctio
autem corporis, non est tantum honoris fi-
gnum, sed etiam utilitatis causa, quia confortat,
& odorem tribuit. Secundum praesentiam igitur
talem id est visibilem, & obsequio indigentem non
habemus nunc Christum; non tamen carentia hu-
ius praesentiae repugnat praesentiae eiusdem Christi
in Eucharistia, quae est invisibilis nullo indigens
obsequio.

Vinctio Magdale-
nae praebuit Salua-
tori utilitatem cor-
poralem, hac enim
ratione Pauperum
talibus vinctio-
bus utebantur.

Nam

de Panis & Domini. Lucæ vii. dixit. *Hæc loquens*
sub voce: cum adhuc esset vobiscum, ubi significa-
tiõ non efficiam eum illa, quia non conuertaba-
tur amplius cum eis more humano, licet verè, &
visibiliter adesset; quanto magis nos affirmare pos-
sumus Christum non efficiam nobiscum, iuxta illud
non enim non semper habebit. cum non modo non
conuertetur nobiscum more humano, sed nec adit
quidem visibiliter.

Unde sequitur sensum esse quod in Eucharistia
possimus idem obsequium præstare Christo sicut
Magistro, cum obsequium illius non fuerit mo-
dus honoris, imò veritatis maxime cuius nunc non
est capax.

Ad illud de idololatria dico esse blasphemiam;
quia Christo Domino cultum exhibere, non est ido-
latrare; sed adorationem illi debitam tribuere, non
est idololatriæ; sed adorationem illi debitam tri-
buere, ut legitur Ioan. cap. 9. *Ed procedite adoran-*
tes eum, & ad Philipp. 3. In nomine Iesu omne genuflexio-
nis & cultum stantibus, & inferantur.

Ad illud Augustini, patet illum loqui de presen-
tia naturalis, cum dicit hæc verba *non enim non sem-*
per habebit, intelligi debere de presentia carnis.

Vigesima septima Obiectio. Marci vii. *Assump-*
tus est in caelum, & sedes ad dexteram Dei. Act. 1.
Videmus illi eleuatus est. Act. 3. Oportet illum
caelum suscipere, usque ad tempus restitutionis omnium;
ad Philipp. 3. Conuersatio nostra in caelo est: unde etiam
Saluatorem expectamus, &c. quibus locis sic arguit
Caluinus lib. 4. inst. cap. 17. §. 27. Scriptura testa-
tur Christum; quod ascendet ad naturam humanam
ascendit in caelum ubique mansurum usque ad diem
iudicij: & tunc demum, & non antè ad inferiora
hæc loca rediturum; non igitur verum est tam sæpè
descendere, ut sit in Eucharistia, ut Papistæ vo-
lant.

Respondeo Christum utique futurum semper in
caelo, & de caelo non descendurum usque dum ve-
niet iudicaturus orbem terræ in æquitate; at cum
dicimus Christum realiter esse presentem sub spe-
ciebus panis & vini, non dicimus ipsum deseret
caelum, sed manere in caelo per presentiam natu-
ralem, & descendere in terram per presentiam
Sacramentalem. itaque non deseret caelum se-
cundum presentiam naturalem usque dum veniet
iudicaturus; & sic intelliguntur quæcunque scriptu-
rae afferunt vel afferri poterunt in hac re, Cum
autem dicitur in Symbolo fidei, *Inde venturus est*
iudicare vivos et mortuos intelligi debet quod ita tunc
veniet per presentiam naturalem, ut locum in caelo
deseret, & nobiscum erit sensibiliter, & visibiliter.
quod nunc facit: at hoc non opponitur multiplica-
tione locali, quæ fit circa eius Corpus in consecra-
tione Eucharistiae, ut sensatis patet.

Vigesima octava Obiectio. Lucæ 24. *Palpate,*
& videte quia spiritus carnis, & ossa non habes, sicut
imagine habere. Caluinus ex hoc loco lib. 4. cap. 17.
§. 29. sic arguit. Veritas carnis Christo teste pro-
batæ aspectu, & contractu, at in Eucharistia nihil
videtur aut tangitur, nisi panis; non igitur ibi caro,
sed panis est. Petrus Martyr in lib. contra Gardine-
rum obiect. 124. aliam consequentiam deducit. Si
posset fieri ut sensus fallerentur, & aliquid panis vi-
deretur, & esset caro: Christi argumentum infirmum
fuerit, cum probauit se carnem habere, quia videtur,
& tangi potest: potuisset enim respondere, vide-

si quidem sensum iudicio esse carnem, sed tamen
aliud quidpiam esse.

Respondeo veritas carnis probatur aspectu & con-
tractu, verum est de veritate carnis presentiam natu-
ralem habentis eum sensibus cognoscenda exhibe-
tur, ut fecit Saluator loco citato ad probandam veri-
tatem resurrectionis suæ; talem est autem de veri-
tate carnis existentis modo Sacramentali, quæ non
est palpanda, sed tantum ut credenda exhibetur. Ad
minorem, at in Eucharistia nihil videtur aut tangi-
tur nisi panis, id est species, & accidentia panis, con-
cedo; ergo non est ibi caro, distinguo, presens sen-
sibiliter, & visibiliter iuxta naturalem presentiam,
concedo; presens invisibiliter per presentiam Sa-
cramentalem, scilicet absque extensione actuali in
ordine ad locum, nego; sicut ergo caro Christi pal-
pata & visa ab Apostolis, non fuit credita ab illis,
quia visio opponitur fidei; sic à nobis caro Christi
in Eucharistia non debet videri ut credamus, &
meritum fidei habeamus. Nec puto Caluinum
hoc ignorasse, sed quia finis eius erat veritatem
impugnare, & Romanæ Ecclesiæ contradicere,
ideo in tales pueriles, & inanes obiectumculas pro-
ripit.

Et per hanc verissimam doctrinam patet Ierimas
Petri Martyris, qui per sensibilem notitiam carnis
Christi quæ ad probandam veritatem resurrectionis
eius fuit exhibita inferri in Eucharistia non esse Chri-
sti Corpus, quia non palpatur, quatenus quæ cre-
denda sunt palpanda sunt; sed valeant huiusmodi ho-
mines mente corrupti.

Vigesima nona Obiectio, quæ est Zuinglij lib.
de vera & falsa Religione cap. de Eucharistia. Ioan.
cap. 6. *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quid-*
quam. & similiter Petrus Martyr lib. contra Gardi-
nerum obiect. 34. sic per citatum locum arguit, Ca-
pharnaitæ putabant Christi carnem corporaliter man-
ducandam, ut nunc arbitramur Papistæ esse Christus
errorem illorum reprehendit; cum ait: *Caro non*
prodest quidquam: significat igitur Dominus carnem
sua non corporaliter manducandam, sed sola fide
spiritualiter.

Respondeo Capharnaitæ sensum verborum
Christi circa manducationem carnis eius non perce-
pisse, sed iuxta naturalem intelligentiam carnem il-
lam lanandam esse ut carteræ carnes intellexerunt, &
ex tali comestione nutrimentum valde utile se per-
cepturos putauerunt, huiusmodi autem error inde
ortum duxit, quia cum de carnis comestione disse-
ratur, nisi à Spiritu sancto edoceamur, illic quod com-
munem modum comedendi carnes cogitamus, qua
ratione quidam illorum dixerunt, *durus est hic sermo.*
Et qui potest eum audire? & alij litigabant dicentes:
Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad man-
ducandum? quod non videret Saluator dū dixit
loco citato: *Caro non prodest quidquam*; putat carnalis
ista intelligentia vel carnalis comestio modo naturali
nil animæ prodest. Spiritus est qui vivificat, nempe
vitam spiritualem auget & conseruat; ut de facto ex
comestione Eucharistiae id obtinemus, his itaque
verbis veritatem carnis, & sanguinis sui sub specie-
bus panis & vini non negavit quia sic ea quæ prius
dixerat destruxisset id autem aliter est absurdum,
ut patet.

Et hoc luculenter elicitur ex August. tract. 27. in
Ioan. tomo 9. vbi sic ait: *Sed qui aderant, plures non*
intelligendo scandalizati sunt: non enim cogitabant
hac

Christus descendit
ad species panis &
vini in Eucharis-
tia, non deserit
caelum, ubi habet
presentiam natu-
ralem.

hoc audiendo, nisi carnem quod ipsi erant. Apostolus autem dicit, & verum dicit, sapere secundum carnem mors est: carnem suam dat nobis Dominus manducare: & sapere secundum carnem, mors est, cum de carne sua dicat, quia ibi est vita aeterna: ergo nec carnem debemus sapere secundum carnem, sicut in his verbis. Multi itaque audientes non ex inimicis, sed ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Si discipuli durum habuerunt istum sermonem quid inimici? & tamen sic oportebat ut diceretur, quod non ab omnibus intelligeretur. Secretum Dei intentos debet facere, non aduersos: isti autem cito defecerunt, talia loquente Domino Iesu Christo. Non crediderunt aliquid magnum dicentem, & verbis illis aliquam gratiam cooperientem: sed prout voluerunt ita intellexerunt, & more hominum, quia poterat Iesus, aut hoc disponebat. Iesus, carnem qua indutus erat verbum veluti concisam distribuere credentibus in se. Durus est, inquit, hic sermo, quis potest eum audire?

Trigesima Obiectio. Ioan. 12. Vbi sum ego illic & minister meus eris, at Sancti non sunt in Eucharistia igitur neque Christus est ibi.

Respondeo Sectarios huiusmodi argumentis, vel ludere, vel certè insanire, dum dogmata fidei huiusmodi sophismatibus probare contendunt. Saluator loco citato fideles monet, quod post huius vite agonem vna cum ipso in caelo à Patre glorificabuntur: at non sequitur Sanctos etiam cum ipso sub speciebus panis & vini in Altari esse debere? si species illae caelum essent empyreum utique sequeretur, sed cum non sit locus vbi glorificatur Iesus, puerilis est obiectio.

Aliud est, vbi sum & aliud, vbi sum que sum.

Egrege autem Card. Bellarm. loco supra citato huic obiectio sic occurrit. Respondeo Christum non dixisse, Vbi sum ego, sed vbi ego sum, illic, & minister meus eris. Satis igitur est si Sancti alicubi sint cum Christo, etiam si non sint vbi sum est ipse, alioqui etiam in Cruce cum ipso omnes esse debuissent. Secundò certum est Christum illis verbis promississe consortium regni & gloriae, sic enim ait clarius Ioan. 17. Pater volo ut vbi sum ego & ista sint mecum ut videant claritatem meam.

Sed instat Petrus Martyr contra hanc solutionem in lib. contra Gardinerum obiect. 37. vel Christus in Eucharistia est in gloria Patris, vel non: si est, igitur etiam Sancti cum illo in Eucharistia esse debent: Si non est, impiè faciunt qui, cum à gloria Dei Patris ad haec inferiora detocant.

Respondeo Christum, qui est in Eucharistia, utique esse in gloria Patris sui: quia ille idem est qui sedet ad dexteram maiestatis in excelsis; sed non est in gloria Patris, prout est in Eucharistia; & per consequens Sancti non debent esse cum illo in Eucharistia; nec cum est in Eucharistia tollitur à gloria Patris sui; quia ille idem qui est in Eucharistia, est etiam eodem tempore in caelo in gloria Patris. discat itaque Sectarij hanc veritatem, & tales obiectiunculas non proponant.

Trigesima prima Obiectio. Ion. 14. Relinquo mundum, & vado ad Patrem. & cum respondemus Dominum reliquisse mundum visibiliter, mansisse autem in mundo invisibiliter; Occurrit Petrus Martyr lib. contra Gardinerum obiect. 3. & Caluinus lib. 4. in lit. cap. 17. §. 26. & probant id rectè dici non posse, quia Dominus in eodem loco promittit Paraclytum, id est Spiritum sanctum, qui suppleat ab-

sentitiae suae defectum; at non suppleret defectum absentitiae Christi Spiritus sanctus, nisi verè saltem ut homo abesset: si enim totus Christus, & ut Deus, & ut homo adesset, quorsum eget Vicario?

Denique notat Caluinus antitheta esse, Christi ascensum & descensum Spiritus sancti: quocirca necesse est inquit, ut verè ex mundo Christus abierit quoad carnem, si ei succedere debuit Spiritus sanctus.

Respondeo Christum reliquisse mundum secundum naturalem praesentiam, qua humano modo alijs conuersabatur, & non iuxta praesentiam Sacramentalem. Ad illud quod Spiritus sanctus debet supplere vicem illius, quando hoc verum esset, secundum istorum intellectum; dico quod suppleret doctrinam Christi, quam Christus naturaliter praesens dedit, hanc Spiritus sanctus suppleuit, robur internum, & lumen cognitionis pro eiusdem doctrinae intellectu exhibens. Sed non ut Vicarius Christi, nam hoc blasphemum est. etenim Vicarius minor est eo cuius est Vicarius, at Spiritus sanctus non est minor Christo, ut asserbat Macedonius damnatus in 2. Synodo Generali; ideò non est Vicarius, ut isti opinantur. Propria autem ratio, cur Saluator dixerit, Si ego non abiero Paraclytus non veniet ad vos, cum autem abiero mittam vobis eum, est, quia Apostoli per aduentum Spiritus sancti ita perficiendi erant, ut iure de illis idem Spiritus sanctus, per os David Psalm. 46. sic pronunciauerit, Quoniam dii sortem terra vehementer eleuati sunt: nam potestatem miraeulorum; genera linguarum; infallibilitatem in docendo, &c. accepturi erant. haec autem Christi tantum in hac vita mortali existenti propria erant. Nec enim membra erant tanta gratia ornanda ante capitis glorificationem. Adde quod August. tract. 94. in Ioan. in initio tomo 9. inquit, Consolator ergo ille, vel advocatus (utrumque enim interpretatur quod est. Graece Paraclytus) Christo abscedente necessarium fuerat: et ideo de illo non dixerat ab initio, quando cum illis erat, quia omnis praesentia consolabantur. Praeterea Apostoli post acceptum Spiritum sanctum per vniuersum mundum docturi gentes profecturi erant: & sic Christum in terris manentem reliquissent, quod non decebat. his igitur & non alijs rationibus dixit Saluator, Nisi ego abiero Paraclytus non veniet ad vos. Haec autem quae diximus, excludunt praesentiam Christi Sacramentalem, ut dictum est.

Spiritus sanctus non potest esse Vicarius Christi.

Cur Spiritus sanctus non veniet super Apostolos postquam Christus.

Trigesima secunda Obiectio. Ioan. 20. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum. Super haec verba inquit Caluinus lib. 4. cap. 17. §. 29. Dominus ipse non oculis tantum, sed omnes sensus nostros è terra subducere voluit, se tangi à mulieribus vetans, donec ascendisset ad Patrem. Cum pio reuerentiæ studio Mariam videat properare ad osculandos pedes, cur tactum hunc improbat, ac prohibeat, donec in caelum receptus fuerit, nulla causa est nisi quia nusquam alibi vult quæri.

Respondeo negando consequentiam, quia aliud est quætere, & aliud tangere, Christus tangi prohibet ergo nec quæri, falsa sequela; itaque neque sit nudè intellectus hic locus facit pro Caluino, quia tactum prohibuit secundum praesentiam naturalem quae multum distat à sumptione illius Sacramentali.

Cur autem ita dixerit Saluator, plures rationes veteres Patres afferunt: ut autem, & ipse quid in hac re sentio aperiam, dico quod Maria cum reuerenter Christi pedes ante passionem complexi sole-

Cur Saluator dicit non veniet super Apostolos postquam Christus non me tangens.

per narrat historia Lucæ 7. Matth. 26. Marci 14. Ioan. 12. voluit similiter post resurrectionem Christum tangere, & summa charitate pedes illius osculari, ipse autem prohibuit dicens, *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*, id est, non licet viatoribus & mortalibus sic mecum agere cum sim gloriosus, pertinens ad statum patriæ seu gloriæ, hoc tibi nunc non licet, nec ego huiusmodi amplectum debeo permittere; cum autem ascendero ad Patrem meum, scilicet in cælum, tunc tibi & omnibus beatis me amplecti, osculari, & tangere licebit: hæc mihi videtur literalis, & historialis expositio huius loci, nam Lucæ 7. Mariam osculatam esse pedes Christi Domini, & Ioan. 12. etiam capillis pedes eius absterxisse legitur huiusmodi actus sibi à viatoribus fieri Saluator prohibuit, cum tunc ad statum patriæ pertineret.

Trigesima tertia Obiectio. Act. 7. & 17. *Deus non in manufactu Templi habitas*: non igitur manet inclusus Christus, cum sit Deus, in singulis templis. Vt ut hoc argumento Petrus Martyr lib. contra Gardinerum obicit, 8. sed quia videtur facile solui posse, dicit hanc esse vim huius argumenti, & hoc modo à suis Martyricolis proponi solet. Deus ob suam immensitatem non potest vllotemplo concludi, quia est maior omni templo. ergo neque Corpus Christi, quod iustam hominis staturam habet, poterit includi in Pixide, quia maius est Pixide.

Respondeo negando paritatem; nam Deitas non potest non esse vbiq;e, semper eodem modo, quia Deitas est immensa, nec cadit sub obiecto omnipotentis, nam voluntas Diuina nequit illam restringere, vt non sit vbiq;e quia natura sua est inalterabiliter talis; at è contra substantia creata materialis vt est Christi Corpus Sanctissimum est sub obiecto omnipotentis Dei, sicut omnis creatura, & cum sit extensa, & locum occupet per quantitatem propriam, potest Deus separare effectum naturalem à sua causa, id est occupationem & repletionem loci actualem à quantitate, sicut Calefactionem, & combustionem actualem ab igne, cuius sunt actus proprii naturales, & inde postea sequitur, vt Corpus Christi, & quæcunque substantia materialis includi possit in aliquo loco, qui talem materialem substantiam non caperet, nisi Deus per suam omnipotentiam effectum à quantitate separaret, & auferret, & hinc discunt Sectarij modum quo Corpus Christi sub speciebus panis, & vini in altari de facto includitur & continetur.

Trigesima quarta Obiectio. 1. Cor. 10. *Patres nostri eandem escam spiritualem manducauerunt, & eandem potum spiritualem biberunt*. & illi non manducarunt carnem Christi, nec biberunt ore Corporali vt notum est, sed fide tantum: igitur etiam nos fide tantum manducamus & bibimus.

Confirmatur ex Aug. qui in Psal. 77. & tract. 26. in Ioan. dicit, eandem escam nos & Hebræos comedis, ex hoc loco Pauli.

Respondeo Apostolum non ponere similitudinem inter nos & Iudæos, cum tantum de Iudæis loquatur, docet enim omnes eandem escam comedis, & eundem potum bibisse, & tamen non omnes saluos fuisse, quia inquit, *non in pluribus eorum beneplacitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto*, & quod ita sit, textus citatæ Scripturæ hoc aperit. *Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam Patres nostri omnes sub*

nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt: (bibebant autem de spirituali, consequente eos Petra, Petra autem erat Christus) sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, nam prostrati sunt in deserto. hucusque loquitur semper de Iudæis, & deinde iuxta sensum moralem nos monet dicens. Hac autem in figura facta sunt nobis, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt, neq; idolatra efficiamini sicut quidam ex ipsis, &c. ruit igitur argumentum, & nihil contra nos concludit. Iudæi autem fide tantum manducauerunt Christum verum est, ergo etiam nos tantum per fidem, negatur consequentia. hoc non dicitur ibi.

Quod August. hoc dicat scilicet nos, & Iudæos simili modo manducasse Christum per fidem. Respondeo Augustinum non sic affirmare, vt Petrus Martyr falso testatur; sed eos in signo manna, & aquæ de petra Christum figuratè sumpsisse docet: quatenus figurabatur per manna & petram; nos autem alio signo veritatem figuræ, putà carnem Christi sumere. sic enim ait ibi, tract. 26. de cap. 6. Ioan. tom. 9. circa medium. *quomodo eum eundem potum? bibebant quidem de spirituali sequente petra, petra autem erat Christus inde panis inde potus, petra Christus in signo, verus Christus, in verbo, & in carne. quæ autem prius, & postea dicit explicans illud Pauli etià de nobis: ut iuxta sensum litteralè nō differit, sed mysticè, nunc allegoricè, nunc moraliter; vt legenti patet. Sicut etiam ipse Paulus egit loco citato, vt dictum est, transiens à litterali ad moralem sensum. qui sensus, id est mystici non sunt ad rem in controuersijs de sacris dogmatibus.*

Trigesima quinta Obiectio. Ad Philipp. 3. *Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*. Hinc arguit Caluinus lib. 4. inst. cap. 17. §. 29. Corpora nostra post resurrectionem habebunt eas dotes, quas nunc habet Corpus Christi: at stultum esset expectare vt nostra corpora esse possint in pluribus locis, vel sub modica panis specie.

Respondeo posse esse in pluribus locis, & non occupare locum, non esse effectum glorificationis corporis, nec spectare aliquo modo ad integritatem status corporum gloriosorum, licet quod Deus in Eucharistia circa Corpus Christi operatur, possit etià & circa corpora glorificata operari; non sequitur tamen necessariò naturam glorificationis corporum, & hinc ruit obiectio Caluiniana.

Trigesima sexta Obiectio. ad Coloss. 3. *Quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens*. ex hoc loco Caluinus arguit lib. 4. inst. c. 17. §. 36. Christum non esse querendum in pane Eucharistia, & addit non sine causa in antiqua Ecclesia fuisse institutum, vt antè mysteriorum celebrationem diceretur, sursum corda.

Respondeo Apostolum ea dixisse ne terrena, & caduca ita queramus, vt cælestia dimittamus; sed Christum sedentem in cælis amemus, & sequamur mente & operibus. ergo non est querendus in pane Eucharistia; falsa consequentia; quia sic lumentes Eucharistiam Christum qui sursum est vt glorificator, querimus: neque enim Apostolus per ea quæ sunt super terram, hic intellexit Sacramenta, alioqui omnia Sacramenta dimittere deberemus, sed ea quæ terrena sapiunt, & quæ ad cælestia non dirigunt.

Sa-

Iudæi quomodo manducauerunt Christum sub manna.

Essentia diuina non potest esse obiectum omni potentis.

Multiplicatio loci non pertinet ad integritatem status beatorum.

Sacramenta autem, & inter illa Eucharistia, licet sint in terra, cælestia tamen sunt & ad cælestia nos eleuant, nam præsentia Christi Sacramentalis eleuat nos ad præsentiam Christi naturalem in cælo.

Trigesima septima Obiectio. August. in Epist. 23. ad Bonifacium inquit; *Si Sacramenta quandam similitudinem earum rerum quarum Sacramenta sunt non haberent, omnino Sacramenta non essent: ex hac autem similitudine plerumque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quemdam modum Sacramentum Corporis Christi, Corpus Christi est, Sacramentum Sanguinis Christi, Sanguis Christi est: ita Sacramentum fidei, fides est.* August. dicit Sacramentum Corporis Christi esse secundum quemdam modum Corpus Christi, ergo non est verè & realiter Corpus Christi.

Et in Epist. 57. ad Dardanum: *Spacia tolle corporibus, & nusquam erunt, & quia nusquam erunt, nec erunt, tolle corpora qualitatibus corporum, non erit ubi sint, & ideò necesse est ut non sint.* ex quibus patet iuxta August. Corpus Christi non posse esse indiuisibiliter in Sacramento, neque accidentia panis & vini sine proprio subiecto.

Respondeo August. in Epist. ad Bonifacium eos impugnare qui dicunt infantes dum baptizantur actu credere; & postea dicit hoc quodammodo posse admitti; sed in hoc sensu, quatenus ipsa susceptio baptismi, qui vocatur Sacramentum fidei, est actus fidei; cum fides tunc exerceatur, sic enim ait. *Nihil est autem aliud credere quam fidem habere. ac per hoc cum respondetur paruulus credere, qui fides nondum habet affectum, respondetur fidem habere propter fidei Sacramentum, & conuertere se ad Deum propter conuersionis Sacramentum, quia ipsa responsio ad celebrationem perimet Sacramenti, sicut de ipso baptismo Apostolus. Consepulti, inquit sumus Christo per baptismum in mortem. Non aut Sepulturam significamus, sed prorsus ait consepulti sumus. Sacramentum ergo tanta rei, non nisi eiusdem rei vocabulo nuncupauit.*

Itaque paruulam, etsi nondum fides illa, qua in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei Sacramentum fidelem facit, nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipsa mente annuendo, sed ipsius rei Sacramentum percipiendo. & ponens exemplum huius doctrinæ antequam talem doctrinam traderet, inquit. *Senim Sacramenta quandam similitudinem earum rerum quarum Sacramenta sunt non haberent, omnino Sacramenta non essent.* id est, si signa sensibilia Sacramentorum (quia Sacramentum est signum sensibile) non haberent similitudinem cum effectu illorum, signant enim effectum gratuitum inuisibilem, puta donum Spiritus sancti. omnino Sacramenta non essent. itaque August. ponit similitudinem inter signa sensibilia & externa Sacramentorum, & ea quæ signantur id est effectus illorum. & deinde subdit. *Sicut ergo secundum quemdam modum Sacramentum Corporis Christi, Corpus Christi est: Sacramentum Sanguinis Christi Sanguis Christi est, ita Sacramentum fidei (id est baptismus) fides est.* id est sicut species sensibilis panis quodammodo est Corpus Christi, quia reuera species panis non est Corpus Christi, sicut nec species vini est Sanguis, sed sub speciebus panis continetur Corpus, & sub speciebus vini Sanguis; ita à pari ipse baptismus potest dici quodammodo fides. & hac ratione infantes dum baptizantur fideles & credentes dici possunt. Hic est verissimus sensus August. ut attentè legenti patebit.

ex quo sequitur Augustinum non negasse realitè præsentiam Corporis Domini sub speciebus panis Eucharistiæ, nec Sanguinis sub speciebus vini, &c. ut Calvinus blasphematur.

Ad secundum locum scilicet Epist. 57. ad Dardanum circa medium tomo 2. dico eum de corporibus iuxta vires & regulas naturæ disserere, quia naturaliter impossibile est Corpus esse sine spatio loci sibi proportionato, & Corpora sine proprijs accidentibus permanere; ut ibi videre est, at non loquitur de modo existendi Christi sub speciebus panis, & vini iuxta diuinæ omnipotentis regulas; ideò nihil ex loco Sectarij aduersus veritatem colligere possunt.

Contrà secundam & tertiam conclusionem prima Obiectio, ex Caluino in vltima admonitione ad Westphalum. Matth. vlt. *Non est hic, surrexit enim:* quæ consequentia infirma esset, si posset idem Corpus esse in pluribus locis, posset enim discedere, & remanere.

Respondeo huic obiectio iure Angelum dixisse, *Non est hic, surrexit:* quia iam Christus quæ in sepulchro prius extinctus iacebat surrexerat, & inde abierat: neque ibi iacebat, nec per præsentiam naturalem ibi manebat: quod autem idem Corpus Christi potuisset etiam tunc in sepulchro fieri præses per Dei omnipotentiam, concedimus; sed hoc non fit frustra, & absque necessitate, ideò cum surrexisset Christus, & alibi esset, non erat quippè in sepulchro, nec est infirma illa sequela, *Non est hic, surrexit enim:* sed optima: quia illud, surrexit enim, supponit Christum actu non esse ibi præsentem, sicut de facto non erat; at non opponitur rei possibilitati: quod autem sit in pluribus locis præsens sub speciebus panis, & vini in hoc Sacramento, adest ratio, & est præcipuè eius institutio, ut satis probatum est.

Secunda Obiectio. De Deo legitur Hierem. 23. *Cælum & terram ego impleo.* ergo est proprium Dei ut vbique sit, & nulli conuenire potest. at si Christus ut homo posset esse in pluribus locis, posset etiam esse vbique, quod utique illi repugnat, ut homo est.

Confirmatur. Veteres Patres probabant Spiritum sanctum esse Deum, quia est vbique, iuxta illud Psalm. 138. *Quo ibo à spiritu tuo?* ita Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 17. Hieronym. in Psalm. 138. Augustinus lib. 3. contra Maximinum cap. 21. Basilii lib. de Spiritu sancto cap. 22. & alij. At si Corpus Christi posset esse in multis locis, eadem ratione posset esse in omnibus, & tamen non esset Deus: ergo ratio Patrum nihil concluderet.

Præterea Patres, qui scripserunt contra Eutichetem, probant humanam Christi naturam non esse confusam cum diuina, quia Diuina est vbique, humana autem etiam post resurrectionem certo loco circumscribitur. ita ex Theodor. Dial. 2. & 3. Vigilio lib. 1. & 4. contra Eutichetem. & Fulgentio lib. 2. ad Transyundum cap. 17.

Respondeo cum Card. Bellarm. lib. 3. de Eucharist. cap. 4. duas esse differentias inter Deum & Corpus Christi, quod pertinet ad existentiam in loco: prima est, quod Deus reipsa ac de facto est vbique: Corpus Christi reipsa ac de facto non est vbique, nec vnquam erit; sed in vno loco est localiter, nimirum in cælo: in multis Sacramentaliter; in multis alijs nullo modo: & hoc sufficit ad saluanda argumenta

Deus est necessarius ubique adeo quod non potest non esse ubique.

menta Patrum de Spiritu sancti Diuinitate, & de differentia naturarum in Christo. Nam si solus Deus de facto est ubique, certe Spiritus sanctus conuincitur Deus esse, quia est ubique: & Christi humanitas conuincitur non esse confusa cum Diuinitate, quia non est ubique. Secunda differentia est quod Diuinitas non solum est ubique, sed etiam non potest constringi ad vnum locum; imò non potest non esse ubique, cum sit intrinsicè & essentialiter immensa: at Christi Corpus licet possit esse & sit per Dei potentiam in multis locis; tamen potest etià redigi ad vnum solum locum, quemadmodum ante Sacramenti institutionem in vno solo loco erat: & post mundi consummationem in vno solo loco erit. & hinc habemus argumentum propositum optimè concludere contra Vbiquistas; sed nihil contra Catholicos. Nam Vbiquistæ docent Christi Corpus per vnionem ad Verbum semper reipsa, & de facto esse ubique, nec posse redigi ad vnum locum. Et hoc est quod ex professo oppugnant Theodoretus, Vigilius, & alij, qui scribunt contra Euthichetem. Hæc cum Bellarm.

Tertia Obiectio. Non potest aliquid simul esse, in duobus temporibus: ergo nec in duobus locis.

Respondeo cum Card. Bellarm. loco cit. quod licet vna res quæ tempore mensuratur non possit esse in duobus temporibus, hoc prouenit non ex ipsa re quæ tempore mensuratur, sed ex temporibus seu differentijstemporibus, quæ non possunt esse simul, cum semper fluant. locus autem, cum sit relatio extrinsecus adueniens dicit quid permanens, nec repugnat idem fundare vel terminare plures relationes. ideo negatur paritas.

Quarta Obiectio. Si vnum Corpus erit simul in pluribus locis, erit vnum, & multa. Nam non continuatur Corpus vt est in altari, cum eodem vt est in celo, ergo diuisum est, ergo non vnum: & tamen ponitur esse vnum: ergo vnum, & non vnum.

Respondeo negando assumptum, quia cum vnũ Corpus ponitur in pluribus locis, est semper vnum, & idem absolutum: plurificantur autem relationes & respectus præsentialitatis ad plura vbi: quia locus formaliter nil aliud est nisi relatio extrinsecus adueniens, locantis ad locatum, & locati ad locum. materialiter nil aliud est nisi vltima superficies Corporis continentis; hæc omnia plurificantur implurificato locato, ideo non sequitur quod locatum multiplicetur, sed tantum loca quæ sunt quid extrinsecum locato.

Quinta Obiectio. Quod incipit esse alicubi, vbi antea non erat, aut venit eo per motum localem, aut ibi generatum est: Sed Corpus Christi non venit de celo ad Altare per motum localem, quia quod mouetur localiter deserit locum, vt alium acquirit. Christus autem nunquam deserit celum, neque generatur in Altari, quia quod iam est non potest fieri ergo non potest vt sic simul in Cælo & in terra.

Respondeo maiorem propositionem veram esse de ea re quæ tantum vnum vbi habet naturaliter & vnum locum; quæ vt acquirit aliud vbi debet localiter moueri, vel iterum in alio vbi reproduci, at cū res vna est, & plura vbi per Diuinam potentiam acquirit, tunc cum ea res primum locum non deserat, ad secundum locum non fit præsens per motum localem, neque per generationem, sed tantum per nouam relationem præsentialitatis ad nouum vbi.

Sexta Obiectio, Si idem Corpus in pluribus locis esse posset, multa sequerentur contradictoria, quia idem posset esse sursum & deorsum; idem moueri, & quiescere; accedere, & recedere: in vno loco summè calefieri, in alio summè frigeferi; in vno loco vulnerari & occidi; in altero benè valere, quæ sunt contradictiones.

Respondeo non repugnare simul esse sursum & deorsum secundum diuersa vbi; repugnat autem secundum idem vbi; quod non est contra nos, dum dicimus, quod idem secundum diuersa loca esset sursum & deorsum; sicut idem homo potest dici pater respectu sui filij, & filius respectu Patris sui. Ad secundum respondet Doctor subtilis in 4. dist. 10. quæst. 2. §. Dico ad argumenta principalia. Sic, Ad aliud quod idem moueretur simul & quiesceret: dico secundum primam propositionem illarum trium quod cū moueri vel quiescere secundum locum sit simul cum vbi vel posterius, ideo variatur ad variationem vbi, & ita poterit in vno vbi quiescere localiter, & in alio vbi moueri, quia quiescere hic localiter nihil aliud est quam habere continuè idem vbi quod prius, & ibi moueri nihil aliud est quam habere aliud & aliud vbi. Sicut autem est possibile quod idem Corpus habeat hic permanentem vbi vnum, & aliud ibi: sic possibile est quod permanentem habeat hic vnum vbi, & alibi plura successiuè.

Eodem modo dicendum est de partibus totius si fiant instantiæ, quia possibile est quod hic omnes partes totius quiescant in toto, & ibi aliqua moueantur, vt manus vel pes, quia omnia ista consequuntur vbi, putà hoc, & illud. & si arguas ergo vt est in vno vbi posset moueri ad seipsum, vt est in alio vbi, & ita accederet ad illud vbi, in quo iam est, & tunc vel expelleret seipsum de alio vbi, ad quod accedit, & tunc esset impossibile sibi ipsi secundum vbi, sicut aliud corpus, vel non expelleret, & tunc desineret habere illud vbi, virtute propria accipiens tantum illud vbi quiescentis, vel faceret se vt habens aliud vbi cum se ipso, & ita quasi duo corpora simul: similiter si esset animatum posset se ipsum mouere pellendo vel trahendo, & posset idem homo habens mille vbi facere Chorea & maximum exercitum in Campo, & multa alia quæ videntur mira; & iterum loqui & tacere & disputare cum se ipso. Dico quod hæc sunt puerilia, & imaginationem sensui innitentem sequentia. Si enim quæretur ratio eorum de quibus arguitur, nulla est difficultas maior quod corpus moueatur ad illud vbi in quo quiescit, quam ad aliud vbi, & tunc cum peruenerit ad illud vbi, dico quod idem corpus expellet se de illo vbi in quo quieuit. nisi fortè illa virtus agens, per quam habuit aliud vbi, desinat conseruare ipsum, vt aliud vbi tantum, & tunc non habebit nisi tantum vbi, quod habuit prius quiescens, sed prius non habebat illud, vt terminum sui motus: imò desinet secundum vbi, quod habebat in motu habere, aut quodcumque vbi siue vt in motu, siue in termino motus, nihil facit ad variationem vel multitudinem absolutorum quæ sunt in re. Per hoc patet de Chorea, & bello, confabulatione & disputatione cum se ipso. quia si loqui dicat actum imaginationis vel intellectus ille quidè ubique est idem vbicumque fuerit loquens: si autem non est, nisi formatio vocis per instrumenta naturalia in aëre percusso, & quidem alius erit

Valde differunt, hæc duo, mensurari duobus temporibus simul, & esse simul in duobus locis.

Quid sit formaliter locus actiue & passiuè.

aër contiguus Organis vocalibus in isto vbi, & alius in alio vbi, & esto quod idem aër sit: moueri tamé poterit hic localiter aër & ibi non, & sic in isto formabitur vox, & in illo non, & in illo loquetur, & in isto tacebit, & in isto tenebit tenorem; & in isto quintam, & ille attrahet aërem extrâ aquam existens, & idem existens in aqua non poterit attrahere, sed non summergetur hic, quia alibi habet aërem attractum refrigerantem ipsum. Ita etiam concedo quod in vno vbi poterit mouere Corpus suum, vt est in alio vbi pellendo vel trahendo, quia propter identitatem corporis non aufertur ratio mobilis, nec motui ab ipso. Et si arguitur sic: Si mouetur: ergo non quiescit: si quiescit ergo non mouetur, ergo si simul mouetur & quiescit: simul mouetur, & non mouetur, simul quiescit, & non quiescit. Respondeo in respectu oppositis non sequitur absoluta affirmatio & negatio, sed tantum secundum quid. sicut non sequitur, & similis vel dissimilis: ergo est similis. Nam antecedentia verificantur si intelligantur respectu diuersorum. Si enim est similis huic est similis, & si est dissimilis illi est dissimilis, sicut Philosophus arguit in Prædicamentis cap. de Quantitate. Quod si aliquid est magnum, & si paruum, ad illud est paruum, & ex hoc infert quod magnum, & paruum non sunt contraria, quod non teneret nisi magnum ad hoc inferret magnum, & paruum ad hoc inferret paruum. Eodem modo ad hoc quiescere in hoc vbi infert quietere, & moueri in hoc vbi infert moueri: tamen illæ affirmationes non inferunt illas negationes, putâ quiescere, non moueri, moueri non quiescere, imò est fallacia consequentis, quia antecedens verificatur in respectu ad vnum terminum, & consequens negatiuum negat respectu cuiuscunque. Hæc Scotus.

Ad illud quod poterit in vno loco summè calefieri; in altero summè frigesieri: vel etiam in vno loco vulnerari, & occidi, in altero bene valere; dico cum eodem Scoto loco citato; quod si Corpus in vno loco calefiat, in alio loco pariter calidum erit. & si in vno loco frigesiat, in alio loco etiam frigesiet: & si in vno loco summè calefiat, & frigesiet in alio; oriatur in Corpore calor remissus, ob resistentiam frigoris quod ex alio loco infertur. quia quæ sunt absoluta, & Corpore inferuntur; quod recipitur in vno loco erit etiam cum Corpore in cæteris locis: vnde si in vno loco occidetur, moritur vbiq; & pariter de vulnere & valetudine dicendum est: nullum autem ex his & similibus oriatur inconueniens. adde quod Deus omnipotens qui talia operari potest, bene nouit contradictorios effectus tollere & remouere; cum sint consequentes & impedibiles, manente tamen multiplicatione locali eiusdem locati.

Septima Obiectio. Augustinus in Epistol. 57. ad Dardanum inquit. *Non potuit obtinere quantitas Corporis, quod potuit quantitas, non ita distantibus partibus, quæ simul esse non possunt, quoniam sua quæque spacia locorum tenent, minores minora, & maiora maiora; non potuit esse in singulis quibuscunque partibus tota vel tanta, sed amplior est quantitas in amplioribus partibus, breuior in breuioribus, & in nulla parte tanta quantitas per totum.*

Respondeo Augustinum ibi non loqui de quantitate & effectu eius circa occupationem loci inspectata Diuina omnipotentia. Sed de corporibus

quantis discutit secundum ordinem naturæ, & de quantitate vt à qualitate naturaliter secernitur pertractat, vt quisque videre poterit loco citato tom. 2. vnde obiectio nihil penitus aduersus nos concludit.

Octaua Obiectio. ex Caluino lib. 4. instit. cap. 17. §. 29. Hæc, inquit, est propria corporis veritas, vt spatio contineatur, vt suis dimensionibus constet, vt suam faciem habeat: faceffat igitur thul-tum illud commentum, quod tam mentes hominû, quam Christum pani affigit; quibus verbis infert essentiam quantitatis destrui si alicubi ponatur, & tamen non occupet locum.

Respondeo essentiam quantitatis seu corporis quanti esse habere partes extra partes in ordine ad se, habere autem illas extensas in ordine ad locum esse effectum naturalem eius; Sicut enim comburere & calefacere in igne oritur ex virtute connaturali, quam ignis habet ad comburendum, & calefaciendum, tamen Deus potest suspendere effectus naturales ignis, sic effectus naturaliter manentes à quantitate tollere potest, adeout sit quantum alicubi, & locum non occupet; & sit ignis alicubi qui non comburat nec calefiat; vt de facto accidit de Corpore quanto Christi sub speciebus panis, & vini. itaque obiectio Caluini nihil concludit, quia ille putat essentiam quantitatis esse occupationem loci, quæ tamen est effectus naturalis essentia quantitatis, vel corporis vt quanti.

Nona Obiectio ex Petro Martyre lib. contra Gardinerum obiect. 74. qui prædictam responsionem, quam attulit ad obiectionem Caluini impugnaare videtur. Nam facultas, inquit, intelligendi est posterior ipsa hominis essentia; cum illa qualitas, illa substantia sit, & tamen non potest separari ab homine facultas intelligendi: neque enim homo erit si ratione careat. Similiter quantitas est posterior corporata substantia, & tamen separari nequeunt sine interitu substantia. Sed occupare locum, est quædam intrinseca proprietas quantitatis, ergo separari non poterit à quantitate, licet posterior sit.

Respondeo huic obiectioni quæ multipliciter peccat. primò quia asserit intellectum esse qualitatem; hoc enim falsissimum est, cum sit quasi pars animæ substantialis; est autem realiter ipsa substantia animæ, & formaliter potentia seu virtus illius inseparabilis ab illa. Secundò peccat, quia sumit intellectum pro actu secundo, scilicet intelligere; quod etiam falsum est: quia sicut differt ridere à risibilitate, quia risibilitas est potentia & virtus hominis; & ridere est actus secundus accidentalis separabilis ab homine, vt patet; quia non semper ridet: sic ratio seu ratiocinari, & intellectiua potentia inter se differat. Si autem intelligit pro ratione, intellectiuam potentiam, vtique est inseparabilis ab homine. Tertio peccat similitudo quam ponit inter intellectum & quantitatem; quia intellectus est animæ potentia inseparabilis ab illa, cum sit realiter substantia animæ: & quantitas est accidens realiter distinctum, & separabile per Diuinam potentiam à substantia; imò primo diuersum à substantia, cum sit aliud Prædicamentum seu genus generalissimum; genera autem generalissima sunt inter se primò diuersa.

Quarto peccat, quia dicit quantitatem separari non posse à substantia sine interitu substantia; hoc autem falsum est; quia aliud est substantia, & aliud quantitas, quæ est accidens alterius Prædicamenti, à substantia, vt Philosophia docet.

Quis sit essentia quantitatis & qui effectus eius.

Deus, cum ponit Corpus in pluri-bus locis tollit effectus contrarios qui possunt destruire & impedire multiplicationem loci respectu eiusdem Corporis.

Aug. loquitur de positione locati secundum ordinem naturæ, nō spectante Dei omnipot.

Sensitij nō bene philosophantur de quantitate, nec rationem, sed sensum sequuntur.

qua-

quapropter ex tot erroribus cum inferat, sed occupare locum est quaedam intrinseca proprietas quantitatis, ergo non poterit separari à quantitate: dico actualem occupationem loci esse effectum accidentalem quantitatis separabilem à Deo ab ipsa quantitate, licet sit effectus naturalis, naturaliter productus ab illa, sicut comburere, & calefacere in igne; ideoque separabilis est à quantitate: & hinc fit quod Deus separans à quantitate hunc effectum, res quanta locum non occupat: ut de facto accidit in Corpore Christi in Eucharistia, qui autem sensum sequitur in re huiusmodi, id pro re difficilissima habet; ac qui ratione ducitur, non sic.

Decima Obiectio ex eodem Martyre. Non potest separari quaternarius à modo quaternarij, itaut existat per modum unitatis, ergo nec poterit linea aut alia quantitas continua separari à modo suo, itaut existat non extensè, sed indivisibiliter.

Respondeo falsissimam esse paritatem: quia occupare locum est effectus quantitatis continuæ, ideo separabilis à sua causa per divinam potentiam, sicut quilibet effectus à sua causa; sed quaternarius numerus est ipsa essentia quantitatis discretæ: certum est quod essentia inseparabilis est à seipsa. ideo cum ab essentia quantitatis discretæ fit transitus ad effectum quantitatis continuæ, fit magnus & improporcionatus saltus.

Vndecima Obiectio. Non potest substantia existere nisi substantialiter: ergo nec quantitas nisi quantitativè.

Respondeo falsam esse paritatem, quia non est inter essentiam & essentiam rei, sed inter essentiam & effectum essentia; nam essentia substantia; semper est substantia, nec potest aliter esse; & essentia quantitatis semper est talis, essentia autem illius est habere partes extra partes in se, ordo autem & positio ad locum actualis, seu occupatio & repletio loci est effectus essentia; quantitatis, ideo separabilis ab illa per Divinam omnipotentiam, quæ potest omnes & quascunque causas spoliare effectibus suis.

Duodecima Obiectio. Non potest vilo modo spiritus indivisibilis existere per modum Corporis divisibiliter, & extensè; ergo nec potest Corpus divisibile existere vilo modo per modum spiritus indivisibiliter.

Respondeo negando paritatem, quia paritas non fit inter rem & rem, & essentiam & essentiam; sed inter essentiam & effectum alterius essentia;. Essentia enim spiritus est esse substantia indivisibilis inextensa. essentia quantitatis est extremitas partium in se; occupatio autem & repletio loci est effectus naturalis illius: arguere autem ab essentia ad effectum alterius essentia; inane est; tunc enim hoc teneret, cum diceremus quantitatem Corporis Christi carere partibus & extremitate partium; quia tolleretur essentia quantitatis; sed non sic affirmamus, quia saluatur essentia quantitatis, & tollitur effectus illius. Si autem spiritus divisibiliter extenderetur perderet essentiam spiritus, & transiret ad essentiam materialium & corporeorum.

Decima tertia Obiectio. Videtur implicare contradictionem ut Corpus trium cubitorum contineatur sub dimensionibus frustuli panis vnius digiti: nam si ita fiat erit idem Corpus maius & minus: & proinde maius & non maius respectu eiusdem, quod implicat.

Respondeo quod nulla est contradictio nisi apprensus apud eos qui sensum sequuntur, ratio autem ostendit rei veritatem. quæ nam contradictio est nisi apprensus quod ignis maneat ignis, & non comburat nec calefaciat, Hoc autem factum est Daniel. cap. 3. & licet non legeretur in Scriptura, ratio ostendit rei possibilitatem, quia Deus potest suspendere concursum suum qui requiritur ut omnis causa producat effectus suos naturales, vel quoscunque præterquamquod Deus potest separare quoscunque effectus à suis causis. Cum dicitur in obiectio, quod idem Corpus esset maius & non maius, malè dicitur; nullo enim modo hoc sequitur. Sicut si ignis non combureret nec calefaceret per Dei potentiam, non diceretur idem ignis & non ignis, vel maior ignis; quia essentia non mutatur, licet suspendatur & tollatur effectus; sic in casu: semper est idem Corpus eiusdem quantitatis, licet non occupat nec repleat locum: cum occupatio & repletio loci sit effectus illius; valet autem sic asserere. idem ignis nunc comburit & calefacit, & nunc non comburit nec calefacit. Sic à simili. Idem Corpus eiusdem quantitatis nunc occupat, & replet locum, & nunc non occupat nec locum replet.

Decima quarta Obiectio. Si Corpus Domini suam habet in Eucharistia figuram, & partium distinctionem & ordinem, ergo distant pedes magis quam pectus à capite, at distantia maior & minor sine relatione ad locum intelligi nequit: illa enim magis distant inter se, inter quæ maius interuallum interiectum est.

Respondeo Corpus Domini utique suam habere figuram in Eucharistia, & partium distinctionem & ordinem. idcirco magis pedes à capite distant quam pectus. cum subdit: sed distantia hæc maior & minor nequit intelligi sine relatione ad locum, distingo, sine aptitudinali relatione ad locum utique verum est, sine actuali falsum est: quia separabilis est à Corpore quanto actualis: relatio ad locum, sicut effectus à causa sua. ut pluries dictum est, itaque distant partes inter se, & aptitudinalem habent ordinem ad repletionem loci, non autem actualem.

Quinta decima Obiectio. De essentia quantitatis est habere partes extra partes: ergo vbi est vna pars non est alia, non igitur tota quantitas Corporis Domini in eadem Hostia particula esse potest.

Respondeo verum esse antecedens: illa enim est essentia quantitatis extremitas, scilicet partium seu habere partes extra partes; sed in ordine ad se, seu ad quantum, non in ordine ad vbi; ergo vbi est vna pars non est alia; in se utique verum est: in ordine ad vbi etiam verum est si naturaliter loquamur: sed posita omnipotentia Dei circa hoc, in ordine ad vbi & locum, vbi est vna pars est etiam alia. quia repletio loci tollitur à quantitate, velut effectus illius. Hæc autem difficulta sunt si sensum sequamur; si autem rationem inspiciamus, nequaquam.

Sexta decima Obiectio. Corpus quantum habet partem extra partem in ordine ad totum seu subiectum, ergo & in ordine ad locum. probatur consequentia. nam pars Corporis coexistit certæ parti loci: vel ergo eidem parti loci coexistit alia pars Corporis, vel non;

V u 2 si non,

Dei omnipotentia potest omnes causas spoliare effectibus suis.

Partus est falsis.

Corpus Domini suam habet figuram in Eucharistia, & partes habet extra partes absque occupatione loci.

si non, ergo etiam in loco habet Corpus illud partem extra partem; & proinde non est totum in qualibet parte: si coexistit, ergo etiam inter se partes Corporis coexistunt: at hoc fieri nequit, cum inter se distent, & vna sit extra aliam, ut dictum est.

Respondeo negando primam sequelam, scilicet ergo in ordine ad locum, si de ordine actuali intelligat: si autem de aptitudinali concedimus. Sed obiectio de actuali verget, ideo sequela illa simpliciter falsa est: ad probationem dico quod omnino falsum assumit: quia posito casu de quo loquimur, nempe Corpore Christi in Eucharistia, tunc partes Corporis non coexistunt partibus loci, quia hoc est quod per diuinam potentiam tollitur, scilicet actualis correspondentia loci & locati, quae dicitur repletio: quapropter omnes partes quae inter se sunt ordinatae in quanto correspondent vni loco, & eidem parti loci. ideo falsa est illa sequela, ergo etiam in ordine ad locum Corpus habet partem extra partem. cum dicitur, quod fieri nequit, quia partes inter se distant, falsum est, quia licet distent inter se in ordine ad quantum, non tamen distant in ordine ad vbi seu locum, & in hoc adest Dei omnipotentia, quae tollit à sua causa talem effectum naturalem quantitatis.

Decima septima Obiectio. ex Caluino lib. 4. inst. cap. 17. §. 32. Deus nihil frustra agere solet: ac frustra poneretur in Eucharistia vera Corporis Domini praesentia, cum satis sit si eam illic habeamus in signo. primo quia finis ac fructus Eucharistiae est, nutrire animas: Non minus autem nutrit animas Christus in Symbolo existens, quam re ipsa delitescens in pane. animae enim nutriuntur fide, & charitate: fides autem & charitas tam bene possunt complecti Christum in caelo, quam in Eucharistia. Similia habet Petrus Martyr lib. contra Gardinerum obiect. 52. & 60. & testimonium Scripturae addit: Nam Ioannis 16. Dominus ait Apostolis, *Expedi vobis ut ego vadam: Si enim non abiero Paraclytus non veniet ad vos:* ergo non erat utilis Apostolis praesentia Corporalis Christi; alioquin expediuisset ipsum manere cum eis, non autem ab eis recedere: at non potest esse utilior Corporalis Christi praesentia in Eucharistia quam esset illa eadem cum Apostolis manifesta, & visibilis: igitur si illa inutilis erat post certum quoddam tempus, quanto magis ista inutilis erit?

Respondeo quod operum Dei ratio à prioribus est suam voluntas; sic enim placuit illi, & ideo aliquid bonum est quia à Deo volitum, & non è contra; quia ipse à nulla creata re mouetur, *bonorum enim nostrorum non indiget.* Attamen motuum voluntatis eius est ipsa bonitas sua, charitas, & amor, ideo causa creationis rerum est ipsa bonitas, qua aeternaliter beatus est, voluit alios etiam esse beatos. & ut ostendat nobis talem bonitatem, charitatem, & amorem, multa dignatus est operari, quae simpliciter necessaria non fuissent; Cur enim factus homo tanta pati voluit pro nobis? respondet Ioannes Apostolus cap. 3. *Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret;* & sic illum nobis dedit, ut vere eximiam charitatem in nos demonstrauerit. Unde iure cantat Ecclesia Catholica:

Se nascens dedit socium, conuescens in edulium,

Se moriens in pretium,

Se regnans dat in premium.

O verè inestimabilis dilectio charitatis! ut igitur diuitias bonitatis & dilectionis suae nobis aperiret, non tantum donis spiritualibus, sed

propria praesentia sub speciebus panis & vini nos vilitat & reficit. Unde Chryostomus Homil. 61. ad populum Antiochenum inquit: *Necessarium est, dilectissimi, mysterium discere miraculum, quodnam sit, & quare sit datum, & quare rei utilis. Unum Corpus efficitur: membra, inquit, ex carne omni, & ex ossibus eius: sequamur autem initiati quae dicuntur. Ut itaque non tantum per charitatem hoc fiamus. verum etiam ipsa re in illam noscatur carne: hoc namque per escam efficitur, quam largitus est nobis, volens ostendere desiderium quod erga nos habet, propterea semetipsum vobis immiscuit, & Corpus suum in vos contempserunt, ut vnum quid fiamus, tanquam Corpus Capiti coaptatum: ardentem enim amantium hoc est: Tanquam leones igitur ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles, & caput nostrum mente reuoluentes, & charitatem quam erga nos ostendit. Nam parentes quidem alijs sapè filios tradunt alendos: ego autem, inquit, non ita, sed carnibus meis abo, & me ipsum vobis appono. vos omnes generosos esse volens, & spem bonam de futuris vobis praebens: quippe qui vobis hic me ipsum tradidi, multo magis in futuro faciam, Volui frater vester fieri, carnis propter vos & sanguinis communicari: vobis vicissim ipsam carnem & sanguinem, per qua cognatus vester factus sum, trado, &c.*

Sed animalis homo non percipit quae Dei sunt. Unde ad rem facit quod August. inquit tract. 26. in Ioannem post initium tom. 9. *Da amantem & sentis quod dico, da desiderantem, da feruentem, da in ista solitudine peregrinantem, eaque sitientem, & fontem aeternae patriae suspirantem: da talem, & scit quid dicam. Si autem frigido loquor, nescit quod loquor.* Unde igitur prouenit quod Sectarij per argumenta & obiectiones Ethnicorum, Iudaeorum, & Turcarum veritatem Corporis Christi in Eucharistia impugnant? non aliunde; nisi quia frigidi sunt, & tantum nomine Christiani, sed re Pagani & Apostatae. Utinam conuertantur & sanentur.

Ad illud: *expedi vobis ut ego vadam: Si enim non abiero: Paraclytus non veniet ad vos.* iam satis dictum est superius in expositione ad 29. obiectioem contra priorem conclusionem.

Decima octaua Obiectio. Baptismus confert gratiam, regenerat animam, ac proinde vitam spiritualem confert; licet non transmutetur aqua in Christum vel Spiritum sanctum, sed vera, & sola aqua maneat, ut antea erat. Cur ergo Eucharistia non poterit conferre gratiam, & vitam iam acceptam conferuare, & augere, etiam si non mutetur panis in carnem, sed verus & solus panis maneat ut antea erat?

Respondeo, utique operari potuisse ut Eucharistia esset tantum signum Corporis Christi, & ut sic gratiam conferret; sed voluit ipsemet fieri praesens, ut maiorem dilectionem in nos ostenderet. Praeterea sicut lex Euangelica est omnium legum perfectissima, sic decebat ut tam admirabile Sacramentum haberet, caeteris multo perfectius, quod longè excederet dona quae olim dederat Synagoga quae erat ancilla: Ecclesia enim est sponsa dilectissima.

Decima nona Obiectio. Ista praesentia Christi inuisibilis est, imò nullo sensu ac ne ipsa quidem mente perceptibilis, nisi per fidem. at fides non egebat ista praesentia, ut Christum apprehendere posset: nihil igitur confert praesentia ista Christi in Eucharistia.

Respondeo huic informi instantiunculae. utique pra-

Motuum praesentiae Christi sub speciebus Eucharistiae, quod iam sit.

Repletio loci, & correspondentia locati ad locum tollitur in caso nostro per Dei potentiam.

Causa creationis rerum quae sit.

præsentiam Christi esse invisibilem. cū subdit, quod nec mente est perceptibilis, verū est apud grossos homines, Paganos, Turcas, & Hæreticos; falsum autem est apud Catholicos & fideles. sequitur. at fides non egebat ista præsentia: concedimus, quia non ob necessitatem fidei, Christus sit ibi præsens: sed ut illum, ut verū cibum acciperemus, ut dixit Ioan. 6. *Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus.* ideò sit ibi præsens sub speciebus panis & vini. cur autem ita voluerit, dictum est supra. inanis est itaque illa sequela, ergo nihil confert præsentia Christi in Eucharistia.

Vigesima Obiectio ex Caluino contra Westphalum. Ista præsentia realis plus incommodi quàm commodi adfert: nam facit ut Corpus Christi sit commune pijs, & impijs, quod certè incommodum est non leue. & præterea breuissimo tempore nobis adest, nimirum quandū species illæ conseruantur: quod exiguum commodum est, ergo inutilis est ea præsentia.

Respondeo Corpus Christi fieri commune pijs & impijs nullum esse incommodum Christo, qui pro impijs mortuus est, sic enim ostendit multam charitatem; & exemplum nobis exhibet patientiæ, & mansuetudinis; quia posset eos punire, quos tamen ad emendationem & pœnitentiam misericorditer expectat; & flagellum iracundiæ suspendit. nec ipse Christus Dominus ex hoc aliquod recipit damnum, sed qui indignè sumit. vnde Apollolus 1. Cor. 11. *Qui enim manducat, & bibit indignè iudicium sibi manducat, & bibit, non iudicans Corpus Domini.*

Quod autem breui tempore maneat, dum species illæ conseruantur, verū est; & hoc satis est, & melius est quam si nunquam maneret personaliter. Nam si v. g. Rex visitat domum aliquam per breue tempus plus honoris tribuit, quàm si nunquam intraret. Sed istæ sunt obiectiunculæ nullius momenti, quæ valent tantum ad complenda magna volumina maledictorum.

Vigesima prima Obiectio ex Caluino lib. 4. inst. cap. 17. §. 32. afferere Corpus Christi esse realiter præsens in Eucharistia est inferre absurda quæ cælesti illius maiestati indigna sunt: ergo, &c. Quæ autem absurda sunt ipse non prodit, sed ab alijs afferuntur. quod scilicet hoc modo Christus in terra cadit, dentibus atteritur, in ventrem, & in secessum vadit, à muribus potest corrodi, deuorari, potest putrescere, acrescere, & etiam cremari. quæ omnia olim à Berengarianis obijcebantur, ut patet. ex Guitmundo lib. 2. & ex Algero lib. 2. cap. 1.

Respondeo cum Card. Bellarm. lib. 3. de Eucharistia cap. 10. Christum, ut existit in Sacramento, nullo modo laedi posse: proinde non cadit in terram, non teritur, non roditur, non putrescit, non acrescit, non crematur. ista etiam in speciebus illis recipiuntur, sed Christum non afficiunt; licet species illæ cū Christo aliquo modo sint coniunctæ. ipsa quoque diuinitas vbique præsens est, & tamen non sordescit in sordibus, nec crematur in flammis, nec putrescit in putrescentibus rebus.

Et sicut Philosophi indignum esse Deo putauerūt hæc inferiora considerare, quia vilesceret diuinus intellectus; & tamen errauerunt ut Euangelium testatur dicēs. *Vestri capilli capiti omnes numerati sunt. naluæ timere multas passeribus meliores estis vos.* quod

est effectus eximie in nos suæ charitatis, bonitatis, dignationis, ac beneuolentiæ. Sic non indignum, sed charitati Christi in nos est valde congruum sine vlla sui læsione, se nobis omninò exhibere in Eucharistia: & quia similibus instantijs olim Pagani, Iudæi, & Hæretici Catholicam fidem impugnabant: hinc notum fit easdem obiectiones assumentes, filios & hæredes illorum esse.

DISPUTATIO II.

An cum reali, & substantiali presentia Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini in Sacramento Eucharistia, adsit simul substantia eisdem panis & vini: vel fiat transubstantiatio.

BERENGARIUS olim, ut dictum est in superiori disputatione, propria abnegata erronea opinione, cum fuisset à Catholicis conuictus de veritate & realitate Corporis & Sanguinis Christi Domini sub speciebus panis & vini in Sacramento Altaris; in veritate non permanens, ad aliud transijt extremum; dum excogitauit panis & vini substantiam simul cum Corpore & Sanguine Christi sub eisdem speciebus permanere. cognouit enim nimis vituperabile esse, affirmare Eucharistiam esse tantum signum & figuram Corporis Christi, sicut in veteri testamento fuit manna, & Agnus Paschalis. quapropter sententiam mutauit: nec medium tenuit veritatis, ut crederet realitatem Corporis, & Sanguinis Christi: sed iuxta consuetudinem hæreticorum ad oppositum extremum saltauit, in nouas insanias prorupit, & in profundiores opinionum voragines se commisit; dum simul cum Corpore & Sanguine Christi, etiam panis, & vini, ut dictum est, substantiam adesse contendit; Quem errorem quidam deinde variè interpretati, & sequuti fuerunt, ut refert Card. Bellarm. lib. 3. de Sacramento Eucharistiæ controu. 2. cap. 11.

Rubertus Abbas Tuitiensis anno 1124. asseruit panem Eucharistiæ hypostaticè assumi à verbo, sicut ab eodem natura humana assumpta fuit. & sicut verbum factum homo non destruxit naturam humanam, nec mutauit; eodem modo per consecrationem Eucharistiæ, inquit, idem verbum fit panis, non destruendo vel mutando, sed assumendo suppositaliter panem; Vnde post consecrationem verbum dicitur panis, sicut verbum dicitur homo; & hoc tantum modo panem fieri Corpus Christi affirmabat; non quod vertatur in carnem Domini, sed quia à verbo assumitur. & similiter docet hæc duo Corpora posse dici vnum scilicet Corpus carneum, & Corpus panaceum; quia vnum est suppositum vtriusque & idem Christus est in Cælo in carne, & in terra per panem: Corpus autem panaceum, quod ore Corporali sumitur, tantum ab impijs sumi, carnem autè, quod est sursum, non sumi nisi ore spirituali, quo carent impij.

Ioannes quidam Parisiensis hanc hæresim impugnauit, sed aliam excogitauit; docuit enim panem assumi

Varie Sæculari sententiæ.

Christus in Eucharistia læsi non potest.

assumi à verbo, sed mediante Carne, seu Corpore, Saluatoris; sumendo Corpus, prout est pars hominis: & hoc dixit ne cogereetur asserere Deum esse panem, sicut dicitur Deus est homo: quod saluatur, inquit, cum verbo immediatè non variatur panis, sed mediante Corpore Christi.

Lutherus verò manifestè affirmat substantiam panis, & vini simul manere cum substantia Corporis, & Sanguinis Christi. ita in lib. de Captiuit. Babylon. cap. de Eucharist. sic enim ait. sicut de Christo dicimus: Hic homo est Deus: hic Deus est homo: ita de Eucharistia: Hic panis est Corpus meum: Hoc vinum est Sanguis meus, & è contra. Credo firmiter, non modo Corpus Christi esse in pane, sed panem esse Corpus Christi; & quia potest tripliciter intelligi, scilicet, quod panis sit cum Corpore Christi per vbiuitatem Christi, eo quod sit vbi que, vt ipse opinatur, & consequenter etiam in pane. Secundò, quod panis sit cum Corpore Christi per vnionem hypostaticam. & tertio per simplicem vnionem, seu coniunctionem, vnde ortum est nomen impanationis: indè factum est, vt in re huiusmodi Lutherani sint ad inuicem diuisi: nam illorum plurimi priorem explicationem, reliqui autem secundam, vel tertiam, amplectuntur.

Veritas autem Catholica semper fuit, Christum fieri præsentem in Eucharistia per conuersionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem Christi, solis remanentibus accidentibus: quam conuersionem Concilium Lateranense sub Innocentio III. iurè appellauit Transubstantiationem, vt inferius dicitur. Sic enim habetur in præfato Concilio Lateran. cap. 1. *Vna verò est fidelium Vniuersaliu Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. in qua idem ipse Sacerdos & sacrificium Iesu Christi cuius Corpus, & Sanguis in Sacramento Altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continentur, transubstantiati in Corpus, & vino in Sanguinem, potestate diuina; vt ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro, &c. & Concil. Trident. sess. 13. inquit Can. 1. Si quis negauerit in sanctissimo Eucharistia Sacramento contineri verè, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinem, una cum anima, & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum, sed dixerit, tantummodò esse in eo, vt in signo, vel figura, aut virtute, Anathema sit.*

Can. 2. *Si quis dixerit in sacrosancta Eucharistia Sacramento remanere substantiam panis, & vini vna cum Corpore, & Sanguine Domini nostri Iesu Christi, negaueritque mirabilem illam, & singularem conuersionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis, & vini, quam quidem conuersionem, Catholica Ecclesia apertissime Transubstantiationem appellat. Anathema sit.*

Can. 3. *Si quis negauerit in venerabili Sacramento Eucharistia sub unaquaque specie, & sub singulis eiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri. Anathema sit.*

Et quia de transubstantiatione fit sermo in præfati, quam vocem Sectarij hæreticam esse blasphemant. notet prius Lector egregiam doctrinam Doctoris subtilis in 4. senten. d. 11. q. 1. §. Hic secundum, vbi ait: Transubstantiatio est transitus totalis substantiæ in substantiam.

Et q. 3. §. quantum ergo ad istum artic. subdit:

quòd transubstantiatio cum sit inter terminos positiuos potest dupliciter intelligi, & explicari; vno modo quod per ipsam terminus ad quem accipiat esse, simpliciter, & hæc dicitur productiua; alio modo, quod per ipsam terminus ad quem tantum accipiat esse hic, seu acquirat nouam præsentiam; & hæc dicitur adductiua; & vtraque verè, & propriè est transubstantiatio: nam ad rationem transubstantiationis satis est, quod sit conuersio, & successio substantialis sub eisdem accidentibus; potest enim dici hæc conuersio substantialis primo modo, & substantiarum secundo modo: eo vel magis, quia nomen transubstantiationis dicit transitum; & quia substantiæ transeunt, vna enim recedit, alia accedit, idè dicitur transubstantiatio; idest transitus substantiarum: nec potest dici translocatio; quia transitus non est loci, sed locati, scilicet substantiarum. & licet possit quis obijcere transubstantiationem adductiuam nomen transubstantiationis iurè non suscipere, quia eius formalis terminus est præsentia: hoc tamen non sequitur: quia terminus est substantia, quæ succedit substantiæ, licet non secundum esse substantiale nouum, sed secundum præsentiam: quod sufficit ad rationem transubstantiationis.

In omni enim conuersione duo termini positivi requiruntur, à quo, & ad quem; & in hoc distinguitur hæc conuersio à creatione, & annihilatione; quia creatio habet pro termino à quo nihil: & annihilatio habet nihil pro termino ad quem: conuersio autem est alicuius rei in aliam versio: ideoque duas mutationes necessariò includit, vnã deperditiuam, & est termini à quo transeuntis ab esse ad non esse: alia est termini ad quem transeuntis de non esse ad esse: siue hoc esse sit esse simpliciter, siue esse hic: conuersio igitur de qua loquimur impropriè tantum potest dici creatio, vel annihilatio.

Quatuor autè sunt conditiones transubstantiationis; prima est, vt aliquid desinat esse, siue per se primò, siue per se secundò; seu siue necessariò, & directè, siue còcomitanter: nam nisi vnum destruat, nequit dici propriè conuerti in aliud. Secunda vt aliquid succedat in locum eius, alioquin non esset còuersio, sed annihilatio. Tertia, vt sit quædam connexio inter desitionem vnus, & successionem alterius; itaut ex vi conuersionis, desitioni vnus succedat alterum eodem tempore: quia si illa non essent connexa, non esset vna conuersio, sed duæ actiones; vna deperditiuam, acquisitiua alia: & hinc dici potest panem non annihilari, quia terminus conuersionis non est nihil, sed Corpus Christi ex vi conuersionis. Quarta conditio est, quod tam terminus à quo, quam terminus ad quem sit verè positiuus.

Non requiritur autem ad veram conuersionem, vt id in quod aliquid conuertitur, de nouo producat, sed satis est si vnum alteri succedat, vt diximus, siue id tunc producat, siue aliundè adducatur, siue alio modo id fiat: nam si terminus ad quem non existit; vi conuersionis necessariò produceretur, & tunc diceretur transubstantiatio productiua; qualis fuit conuersio aquæ in vinum in Cana Galilee; licet in illa conuersione probabile sit, quod manserit materia communis vtrique formæ; si verò terminus ad quem existit, vi conuersionis ex illo loco vbi est, adducetur ad locum in quo fit consecratio, & hæc est transubstantiatio adductiua.

S. Bonauen. in 4. d. 11. art. 1. q. 2. de transubstantiatione differens; docet, ipsam esse singularem quædam

Lutheri error.

Lutherani sūt ad inuicem diuisi.

Veritas Catholica

Apertissima doctrina Scoti de transubstantiatione.

Transubstantiatio quatuor habet conditiones.

Quando transubstantiatio dicitur productiua, & quidè adductiua

Quid sit Transubstantiatio secundum S. Bonaventuram.

dam mutationem; quia licet cum alijs mutationibus aliquo modo conveniat; semper tamen habet aliquid proprium per quod à ceteris differat: quia enim non habet commune subiectum assimilatur creationi; sed quia terminus à quo creationis est nihil, ab illa distinguitur; cum terminus à quo transubstantiationis sit aliquid positivum, puta panis, & vinum.

Est similis generationi, quia habet terminum à quo positivum: at quia terminus formalis non habet aliquid de novo factum, nec est subiectum commune, est dissimilis generationi, & similis augmentationi: & quia Corpus Christi non crescit, sed tantum in pluribus locis existit, est dissimilis augmentationi: est etià similis motui locali, quia tamen non recedit Corpus Christi à proprio loco priori, est dissimilis illi.

Non assimilatur corruptioni, quia illa est mutatio imperfecta, quæ tendit ad non esse; at hic licet panis penitus destruat, Corpus tamen, & Sanguis Christi succedit loco substantiæ panis, & vini: nec est similis alterationi, quia in tali mutatione mutantur tantum accidentia, hic mutatur substantia: est itaque inquit S. Bonaventuræ, quædam singularis mutatio: magis tamè proprie ait Scotus d. 10. q. 1. §. Quantum ergo, reducit ad prædicamentum ubi; quia de facto Corpus Christi acquirit novum locum, & novam præsentiam.

Vociferantur Sæctarij hanc vocem transubstantiationis esse novam, inauditam, inuentum trecentenarium, nec in sacris Scripturis haberi: sed ineptissimè, & inaniter: quia Evangelium ipsum id docet, quoad rem, nam Matth. 26. Marc. 24. Luc. 22. Paulus 1. Cor. 11. scribunt antè consecrationem esse panis substantiam, post consecrationem cum illum dedit Apostolis esse Corpus suum, quod est alia substantia à pane, ergo fit transitus ab una substantia ad aliam, & hæc est transubstantiatio. Sic enim ibi legitur. *Accipite Iesus panem, & præstitit, Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Sed dicunt, quod vox ista transubstantiationis non habetur ibidem: sed decipiuntur; quia licet illamet vox ibi non sit, quoad nomen Grammaticale; est tamen ibi secundum rem, & sensum manifestum. & sicut homoulion, seu Cõsubstantialitas Filij Dei, quæ primò sic in Concilio Niceno dicta fuit, humana excogitatio dici non potest, cum iuxta verissimum sensum pluries habeatur in Scripturis Sanctis, Ioan. cap. 10. *Ego, & Pater unum sumus.* & cap. 1. *Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. & Verbum caro factum est.* Sic transubstantiatio secundum rem, & verissimum sensum habetur in Scripturis, licet hæc proprie vox ibi non sit.

Est enim Catholica Ecclesia hoc semper secundum rem docuit, ut veteres Patres nobis testimonium reddunt; quia ea testimonijs Scripturarum probant quæ tunc Ecclesia à principio credidit, ac docuit; non enim more Sæctariorum proprio capite novas opiniones excogitabant. August. igitur serm. 8. de Verbis Domini tom. 10. inquit. *Antequam consecratur panis est, ubi autem Verba Christi accesserunt, Corpus est Christi.* & hæc est transubstantiatio, quia alia substantia est panis, alia Corpus Christi. Ambros. lib. 4. de Sacramentis cap. 4. *Sed panis iste, panis est ante verba Sacramentorum, ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi.* & infra: *Si tanta vis est in sermone Domini Iesu, ut inciperent esse, quæ non erant, quanto magis operatorius est, ut quæ erant in aliud commutentur.* Quid clariùs dici potest de veritate transubstantiationis? Cyprianus de Coena Domini inquit: *Panis non effigie sed natura mutatur. Omnipotens Verbis factus est caro.*

Testim. SS. DD. antiquorum de transubstantiatione.

Et eodem modo omnes Patres Græci, & Latini. Nec enim aliud Ecclesia intelligit per transubstantiationem, nisi conversionem panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Christi; seu transitum panis substantiæ in Corpus, & substantiæ vini in Sanguinem Christi. id autè non est inuentum trecentenarium, nec nova adinventio, sed antiqua veritas cognita à principio, ut in præcedenti disput. dictum, & demonstratum fuit. Undè Concil. Trident. sess. 13. Can. 2. inquit. *Quam quidè conversionem Catholica Ecclesia aptissimè Transubstantiationem appellat.* Quibus præmissis tres potissimum Conclusiones.

Prima Conclusio substantia panis, & vini non manet cum Corpore, & Sanguine Christi sub speciebus eiusdem panis, & vini in Eucharistiæ Sacramento, sed fit transubstantiatio. Probatur: Quandoquocumque in Scripturis sanctis legitur aliquid conuersum, & mutatum per divinam potentiam in aliud diuersum, nunquam eadem substantia rei mutatæ, & conuersæ remansit: ergo pari modo asserendum est de conversione panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Christi in Sacramento Eucharistiæ; quod scilicet panis, & vini substantia non maneat simul cum Corpore, & Sanguine Christi. Anteced. probatur. Ioan. cap. 2. legitur aqua mutata in vinum. *Vi autem gustavit Archiscelinus aquam vinum factam, &c.* & tamen certissimum est substantiam aquæ non remansisse, nec simul cum vino fuisse. Genes. 19. Vxor Loth mutata est in statuam salis. *Respicensque vxor eius post se, versa est in statuam salis.* Nec tamen dicendum est, cum substantia illa talis simul mansisset substantiam carnis, seu corporis illius mulieris. Exod. cap. 4. legitur virga conuersa in colubrum. *Quid est quod tenes in manu tua? respondit, Virga: dixitque Dominus, proice eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita ut fugerit Moyses, &c.* Nec enim dici debet tunc, cum substantia colubri fuisse simul substantiam ligni, seu Virgæ: cur ergo in hac sacra Conversione panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Christi, dicendum sit simul substantia panis, & vini manere, ratio non apparet. sensatis patet.

Confirmatur ratio, quia Christus accipiens panem absolute de illo pronunciat esse Corpus suum; & similiter accipiens vinum affirmat illud esse Sanguinem suum, nec dicit esse simul cum Corpore, & Sanguine suo, sed Corpus, & Sanguinem in recto; ergo aliter dicendo, manifesta iniuria fit. Verbis Salvatoris, quæ aperissima sunt.

Præterea antiqua Ecclesia Catholica, quæ Apostolicam doctrinam præcelsè tenebat, sic credebatur, & docebat; ergo oppositum asserere est in manifestissimam hæresim prorumpere. Anteced. probat. Theophilactus in cap. 6. Ioannis inquit: *Transformatur enim arcanis verbis panis iste, per mysticam hereditationem, ac accessionem sancti Spiritus, in carnem Domini.*

Chrysost. Homil. 83. in Matth. tom. 2. inquit: *Non sunt humana virtute opera hæc, quæ proponuntur; quæ tunc ipse fecit in illa cena, utrum ea unquam quoque factus: nos ministrorum tenemus torum: quæ vero sanctificat ea, & immutat, ipse est.*

August. serm. 8. de Verbis Domini, inquit: tom. 10. *Antequam consecratur panis est, ubi autem verba Christi accesserunt, Corpus est Christi.*

Ambros. de Sacramentis lib. 4. cap. 4. *Sed panis iste, panis est ante verba Sacramentorum: ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi: & paulo post.*

Substantia panis & vini non manet cum Corpore & Sanguine Christi in Eucharistia.

Et ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, ut incipient esse, quae non erant: quanto magis operatorius est, ut istae quae erant, et in aliud commutentur.

Cyprian. serm. de Cena Domini inquit. *Panis non effigie, sed natura mutatur, Omnipotentia Verbi factus est caro:*

Cyrill. Hierosol. Cathech. 4. mystagogica, inquit. *Aquam aliquando mutauit in vinum, quod est Sanguini propinquum, sola voluntate; et non erat dignus cui credamus, quod vinum in Sanguinem transmutasset? Sicut ergo post transmutationem aquae factam in Cana Galilaeae, substantia aquae non mansit: ita nec substantia vini manet in Calice, postquam in Sanguinem Christi transmutatur. & infra: Exultet anima mea in Domino, hoc sciens; et pro certissimo habens, panem hunc, qui videtur à nobis, non esse panem; etiam si gustus panem esse sentiat, sed esse Corpus Christi.* Et omnes veteres Doctores quotquot de Eucharistia scripserunt, sic docuerunt: cur igitur non pudet Sectarios diuersa opinari?

Secunda Conclusio. Substantia panis, & vini non est simul cum Corpore, & Sanguine Christi in Sacramento Eucharistiae per unionem hypostaticam Christi cum pane, & vino. Probat. Vel substantia panis, & vini vnitur hypostaticè Verbo Dei, vel humanitati Christi; neutrum dici potest, ergo imaginaria, & phantastica est hæc vnio hypostatica. Minor probatur: Non vnitur Verbo Diuino, quia sic Verbum diceretur impanatum, & inuinatum; sicut ob unionem personalem, quam habet cum humanitate Christi dicitur incarnatum, & humanatum: hoc autem inauditum est: Præterea Eucharistiae sumptio nõ esset participatio Corporis, & Sanguinis Christi, de qua Apostolus 1. Cor. 10. sed esset participatio verbi impanati, & inuinati, vel panis, & vini deificati; & tamè Christus dixit: *Accipite, Hoc est Corpus meum. Hic est Sanguis meus;* quæ verba manifestant panem, & vinum nec adesse, nec unionem habere cum verbo Diuino immediatè, dum humanitatem Christi formaliter inferunt, etsi natura humana Christi vnita est verbo Dei hypostaticè.

Nec panis, & vinum vnitur humanitati Christi hypostaticè, quia humanitas Christi nõ aliam habet personalitatem nisi verbi Diuini; & aliter asserere est labere in hæresim Nestorij, qui in Christo duas personalitates posuit, Diuinam, & humanam: ergo talis vnio tantum in verbo fieret, & non humanitati Christi; quia si humanitati Christi vniretur, non esset vnio hypostatica, fictio igitur est huiusmodi vnio hypostatica inter panem, & vinum, & Christum Dominum.

Secundò probatur Conclusio. Saluator dixit Apostolis in cena: *Accipite, Hoc est Corpus meum,* quod pro vobis tradetur: sed non fuit Corpus panaceu quod isti fingunt vnitum verbo hypostaticè traditum pro nobis in Cruce, nec Corpus vinaceum effusum, pro nobis, sed Corpus Carneum, & verus Sanguis; ergo quod tradidit in cena non fuit panis, & vinum vnitum verbo Dei hypostaticè, sed Corpus suum verissimum, quod de B. Virgine natum est, & verus Sanguis eius, qui personæ verbi vnique vnitus est.

Nec valet occurrere id dici posse per communicationem idiomatum, quæ est communicatio attributorum, seu prædicationum vnus naturæ alteri, ob unitatem suppositi vniusque naturæ; sicut de Christo prædicatur, quæ Diuina, & humana sunt, ob unionem naturæ humanæ in persona verbi, quia panis, & vinum nõ possunt suppositari à Corpore, & Sanguine Chris-

ti; cum Christi humanitas non habeat proprium suppositum, & personam, vt dictum est. Nec id potest asseri ex eo quod panis, & vinum est vnitum hypostaticè verbo, cui est etiam vnita hypostaticè humanitas Christi; & hac ratione caro Christi possit dici panis, & Sanguis vintum; quia vna natura non prædicatur de altera natura ob unitatem suppositi, & personæ; non enim valet dicere, Humanitas est Diuinitas; licet de supposito, & persona prædicari possint; vt verbum est Deus, & Verbum est homo: ergo licet panis, & vinum vnirentur suppositaliter verbo diuino non posset prædicari de carne, & Sanguine Christi, ver. gr. panis est caro, & vinum est Sanguis.

Tertia Conclusio. Corpus, & Sanguis Christi non est simul cum pane, & vino in Sacramento Eucharistiae ratione vbiquitatis eiusdem Christi Domini; eo quod Christus vbique sit secundum humanitatem, vt ipsi fingunt, & consequenter etiam in pane, & vino. Probat. Si ratione vbiquitatis Christus Dominus est cum pane Eucharistiae, & cum vino, ergo eodem modo est etiam in omni pane, qui paratur in forno, & in toto vino, quod est in cella vinaria; quia Christus vbique est, vt ipsi somniant; ergo non esset opus in Ecclesia conuenire, vt Apostolus docet: 1. Cor. 11. ad sumendum Corpus, & Sanguinem Christi: cum etiam in forno, & in cella vinaria illum sumere possimus. & sic sequeretur, quod quodocunque quis panem manducaret, & vinum biberet in conuiuio, sumeret semper Corpus, & Sanguinem Christi: ergo cum canis comedit panem, comedit etiam Corpus Christi, seu Eucharistiam, cur non pudeat Sectarios sic insanire, & tales phantasticas chimæras somnari?

Lutherus in lib. quod verba Domini firmiter stent; dicit, quod licet Corpus Christi vbique sit, tamen vbique capi non potest; sed tantum in ea re, quam ipse instituit: & dat exemplum de Solis radijs, qui licet vbique sint, tamen non possumus ex eis cistam implere, & nobiscum deferre, & sic excusat excusationem in peccatis.

Contra: quod est vbique vniformiter, & in omnibus rebus, & præcipuè quæ sunt similes, vniformiter sumitur cum illis rebus, si res ipsæ lumantur; sed per Lutherum Corpus Christi vniformiter adest vbique, & in omni pane, ergo vniformiter sumitur cum omni pane: exemplum autem de radijs Solis contra ipsum clamat, quia tales radij cum sint per totum orbem, eo modo, quo in vno loco sumi possunt, sumi poterunt etiam in alio: sic à pari, si Corpus Christi est vbique, & in omnibus rebus, & in omni pane, sicut sumitur per panem Eucharistiae, sic sumitur in quocunque conuiuio. Brentius in lib. de duabus naturis, & Ascensione Christi, dicit quod licet Christus sit vbique, tamen in Eucharistia est tantum efficaciter. Contra quid est hoc efficaciter? vel: gratia inhærens, & hoc non, quia Sectarij illam non cognoscunt, nec recipiunt; vel est gratia subsistens, puta ipse Christus, auctor gratiæ, & tunc prima ratio adhuc est in suo robore, quia cum vbique sit personaliter, vbique pariter sumeretur, quod est absurdum.

Præterea Christus non est vbique secundum humanitatem, sed tantum in Cælo secundum præsentiam naturalem, & sub speciebus panis, & vini secundum præsentiam sacramentalem; ergo falsa assertio, quod idem est in pane Eucharistiae, quia vbique est: sequelatenet. Anteced. probatur. Quod est vbique non ascendit, non descendit, non mouetur recè, nisi meta-

Non est vnio hypostatica inter panem, & vinum, & Corpus, & Sanguinem Christi in Eucharistia.

Christi humanitas non est vbique.

Occurrus Lutheri refellitur.

Occurrus Brentij deijciatur.

metaphoricè: vt de Deo legitur Gen. 18. *descendam, & videbo*: quod est metaphoricè dictum. at Christus verè, & non metaphoricè ascendit, & descendit, atque mouetur; ergo non est vbique: maior est omni intelligenti, & sanè mentè nota. minor probatur ex Symbolo Fidei, *Descendit ad inferos: ascendit ad Calos: inde venturus est iudicare vivos, & mortuos*. Act. 1. *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in Calum, sic veniet, quemadmodum vidisti eum euntem in Calum*. Hæc autem metaphoricè dici de Christo, inauditum est. ergo verè Christus mouetur localiter de loco ad locum, ergo non est vbique.

Accedant aduersus præmissas conclusiones obiectiones Sectariorum; & primò ponuntur, quæ Kemnitius collegit ex Luthero lib. de Captiuit. Babylon. cap. 1. & ex Caluino lib. 4. Instit. cap. 17. §. 13. 14. & 15. contra transubstantiationem: deinde quas Petrus Martyr composuit.

Prima Obiectio. Transubstantiatio est nomen peregrinum, & barbarum, inuentum à Concilio; ergo signum est, quod sententia etiam barbara est, & peregrina.

Respondeo vtiq; obiectionem esse barbaram, non autem nomen transubstantiationis; nam sicut consubstantialitas Verbi Dei, quam tradidit Concilium Nicænum non est nomen barbarum, licet prius hoc nomen communiter ab Ecclesia non haberetur: sic nec transubstantiatio est barbara, licet ab initio dicta non fuerit; & sicut vox illa à Concilio ad maiore explanationem antiquæ veritatis, scilicet æqualitatis Filij Dei cum Deo Patre aptata fuit: sic vox transubstantiationis ad maiorem intelligentiam veritatis antiquæ de definitione substantiæ panis, & vini in Sacramento Eucharistiæ, & de accessu Corporis, & Sanguinis Christi sub illis speciebus accommodata fuit: & sicut nomen homouision, seu consubstantialitas licet nouum esset, non tamen sententia erat noua, sic licet Transubstantiatio sit nomen nouum, non tamen sententia noua est.

Secunda Obiectio. Verissimum est illud axioma, nihil pro articulo Fidei, Ecclesiæ proponendum esse, quod non ex manifestis, certis, & firmis Scripturæ testimonijs aperte ostendi, & probari potest; lea transubstantiatio ab aliquibus Doctoribus Catholicis, scilicet Andræo, Scoto, & Cameraenti, & alijs collocantur inter illas res, quæ nullis Scripturæ sacre testimonijs aperte definitæ, & explicatæ sunt, ergo transubstantiatio non est proponenda Ecclesiæ, vt articulus Fidei credenda.

Respondeo falsissimum esse illud axioma, quia multa sunt necessaria credenda, quæ non habentur in Scripturis, sed tantum traditionibus, vt Symbolum Apostolorum, seu quod Apostoli tradiderunt; quot sint, & qui libri Canonici, vni è sacra dogmata Fidei habere possumus, & quod non fuerint corrupti. Qui sit legitimus sensus multarum Scripturarum, quas heretici pro se trahunt, litigantes inter se, & cum Ecclesia Catholica. Baptismus paruulorum, & similia. Ad minorem: sed transubstantiatio est inter ea, quæ ex Scriptura defini non possunt. & hæc propositio est etiam omnino falsa; quia Christus in Euangelio legitur de pane pronunciasse, post consecrationem esse Corpus suum, similiter de vino esse Sanguinem suum: ideò Scriptura docet transubstantiationem, quæ nihil aliud est nisi conuersio, & mutatio vnius substantiæ in aliam, & sic fuit semper creditum ab Ecclesia. Quod Concilium dederit hoc nomen transub-

stantiationis, non facit quod Ecclesia primò illam non tenuerit, quia sicut Concilium Nicænum dedit nomen consubstantialitatis, & tamen non sequitur, quod primò Ecclesia illam non crediderit (nam Arius id cepit impugnare, quod Ecclesia iam credebatur, & non quod creditum non erat) sic Concilium Lateranense, vel quodcunque aliud sit, accōmodauit nomen transubstantiationis, quæ tamen primò secundam rem iam credebatur ab Ecclesia, vt etiam veteres Patres suo loco citati testimonium reddunt. Et iuxta hunc sensum Doctores Catholici loquuti sunt, & loquuntur, & non aliter. & dato quod aliquis particularis Doctor, aliter docuisset, id fidei Catholicæ non obstat, quæ non pendet à testimonio vnius, vel duorum Doctorum, sed ab Ecclesiæ Pastoribus legitime congregatis.

Tertia Obiectio. Scriptura dicit Eucharistiā, etiam post consecrationem panem esse, ergo non sit transubstantiatio. Anteced. patet 1. Cor. 11. & 11. *Panis quem frangimus. Quotiescumque manducabimus panem hunc, &c.*

Responsum est iam huic obiectioni in præcedenti disputatione, quod eo modo Eucharistiā dicitur panis post consecrationem, sicut virga conuersa in Colubrum dicta est virga: & sicut Matth. 11. dicitur, Cæci vident, & claudi ambulant. id est qui prius fuerunt cæci, & claudi: sic Eucharistiā dicitur panis, quia prius panis fuerat. Præterquamquod, omne quod comeditur dicitur panis in Scripturâ. Adde quod etiam panis dicitur, quia figuram panis retinet.

Sed instat Kemnitius, quia si panis eodem loco accipi debet proprie, & metaphoricè, iudicemus in Scripturis, quod est absurdum.

Respondeo si nulla in Scripturis esset occasio sic intelligendi, vtiq; hoc esse absurdum, at Saluator docet post consecrationem panem esse Corpus suum, & idè Apostolus eodem loco 1. Cor. 10. ait. *Vnum panis, vnum Corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus*, ergo ipse Apostolus docet panem eodè loco nunc proprie sumendum esse, nunc metaphoricè. Quia Ecclesia non est proprie panis: numquid etiam Apostolus ludit in Scripturis dum panem eodè loco vocat verum panem, & improprie, seu metaphoricè dicit Ecclesiam esse panem? ergo iure optimo dicimus panem iuxta diuersum sensum accipiendū esse in Script.

Quarta Obiectio. Secundum Scripturas Eucharistiā Sacramentum est, sicut baptismus; at si desit substantia panis tollitur ratio Sacramenti, ergo non est conformis Scripturis ista transubstantiatio. Assumptio probatur. Primo in Sacramento requiritur, vt sint duæ res, materia, & forma: res terrena, & Cælestis: verbum enim accedens ad elementum, non annihilat elementum, sed facit Sacramentum: at transubstantiatio tollit materiam, & rem terrenam, & annihilat elementum.

Respondeo, vtiq; Eucharistiā Sacramentum esse sicut baptismus, quia de ratione Sacramenti est quod sit signū sensibile latentis gratiæ, & sicut baptismus est tale, sic Eucharistiā: itaq; in ratione Sacramenti idem sunt: at quia Eucharistiā est aliud Sacramentū à baptismo, ideò hoc habet peculiare, quod signet etiā gratiam subsistentem, quæ est ipse Christus Dominus auctor gratiæ inherens. Ad minorem: at si desit substantia panis tollitur ratio Sacramenti, dico hoc dictū esse ineptissimum, quia ablata substantia panis adhuc adest signū sensibile quod cōstituit Sacramentum,

Cur Corpus Christi in Eucharistiā dicatur panis.

Eucharistiā conuenit primò gratiā subsistentem, deinde inherentem

Exemplum aptè de Homouision.

Axioma citatum Sectariorum est falsissimum.

Traditionis sunt simpliciter necessaria.

quia manent species panis, quæ sunt signum sensibile gratiæ subsistentis idest Christi, qui signatur ab illis speciebus; ergo transubstantiatio non est conformis Scripturis, falsa consequentia.

Cum subdit, in Sacramento requiritur, ut sint duæ res, materia & forma, concedimus; res terrena, & cælestis; hoc est signum sensibile, quod est quid terrenum; & res cælestis, idest gratia, verum est; & in Eucharistia hæc sunt de facto; res enim terrena est species sensibilis panis & vini; cælestis est ipse Christus Dominus. Cum sequitur; Verbum accedit ad elementum, non annihilat elementum, concedimus; quia panis non annihilatur, sed mutatur manentibus semper speciebus sensibilibus panis & vini; & sic fit hoc Sacramentum. At transubstantiatio tollit materiam, & rem terrenam, dico quod non tollit totaliter materiam, sed mutat substantiam materiam; & partim manet, scilicet species sensibiles illius; & hoc est peculiare huius Sacramenti; itaque non offenditur ratio Sacramenti ex mutatione substantiæ materiam, quæ tunc tolleretur, si species sensibiles, quæ constituunt partem huius Sacramenti non manerent. at quia manent, ideo nihil concludit.

Quinta Obiectio. Sacramenta sunt instituta ad confirmandam fidem rerum invisibilium per signa visibilia: ideo enim abluimur in baptismo, ut credamus nos ita verè, & certè interius lauari per gratiam, ut exterius lauemur per aquam, & eodem modo panem manducamus in Eucharistia, ut credamus nos ita verè & certè accipere Corpus Domini, ut accipimus panem externum, sed si ille non est panis, sed spectrum panis, & ludificamur ac decipimur in simbolo externo, quomodo fides rerum cælestium confirmabitur?

Respondeo Sacramenta utique instituta fuisse signa sensibilia, ut per signa sensibilia cognoscamus dona spiritualia, quæ Deus confert; & ideo abluimur in baptismo, ut sciamus, & credamus nos ita verè, & certè interius lauari per gratiam; cum dicit, at eodem modo panem manducamus in Eucharistia, ut credamus nos ita manducare Corpus Domini, concedo; sed ad hoc ut cognoscamus nos manducare Corpus Domini, non est opus ut maneat substantia panis, quia sufficiunt species panis, & loco substantiæ ad hoc Corpus Christi, quod verè manducamus, quia Christus non dixit accipite, & manducate panem, vel Corpus meum simul cum pane, vel quod est in pane, sed accepto pane dixit, *Hoc est Corpus meum*, ergo manducare refertur ad Corpus, & non ad panem, & quia manducatur sub speciebus panis, ideo panis dicitur; unde enim ortum habet hæc proportio, quod sicut manducamus substantiam panis sic manducamus Corpus Christi? hoc est contra textum Scripturæ, quæ Corpus seu carnem exhibet ad manducandum, ut dictum est. vera itaque proportio est, quod aqua quia lauat ex sui natura sordes materiales ideo in baptismo est signum lotionis spiritualis animæ à peccatis per gratiam Spiritus sancti, & sicut substantia panis nutrit hominem carnaliter sic Corpus Christi sumptum sub speciebus panis nutrit hominem spiritualiter, discant itaque Sectarij veram proportionem, & dimittant suas ineptias.

Sexta Obiectio. Debet esse analogia inter Sacramenta, & rem cuius est Sacramentum, iuxta Augu. in Epist. 23: duplex autem analogia est in Sacramento Eucharistiæ; una quod sicut panis materialis alit, & sustentat corpus animale; ita Corpus Christi est cibus nutriens & sustentans novum, & internum hominem. Altera quod sicut panis triticeus est quædam substantia ex multis granis coacta, ita unum corpus efficiuntur,

qui de uno illo pane Eucharistiæ participant. Quæ significationes omnes intercidunt si substantia panis tollitur.

Respondeo analogiam hanc fundari in natura rerum qua constituuntur signa sensibilia Sacramentorum, & non in effectu proximo earundem rerum. V.g. analogia quæ est inter aquam naturalem, & effectum baptismi non consistit in eo, quod illa aqua particularis quæ infunditur in baptismo lauet sordes corporis baptizati, quia licet corpus baptizati sordes habeat, & aqua quæ infunditur illas non tollat, tamen sequitur effectus baptismi, scilicet spiritualis lotio peccatorum per infusionem gratiæ, quia talis similitudo fundatur in natura specifica aquæ, vel in aptitudine aquæ, quæ apta nata est sordes materiales purgare. ita à simili, illæ duæ analogiæ inter rem Eucharistiæ, & signum illius quod est panis, respiciunt panem in specie, & non in individuo; similitudo enim fundatur in natura: itaque vera analogia hæc est; sicut panis in specie nutrit hominem, sic Corpus Christi quod est sub talibus speciebus huius panis nutrit hominem spiritualiter. & sicut genus panis componitur ex multis granis, sic omnes, qui Eucharistiam sumimus unitatem habemus. Manifestum enim est exempla, & similitudines non currere quatuor pedibus: nihil enim officit his analogijs, quod sicut particularis sumptio Eucharistiæ nutrit hominem spiritualiter, sic ibidem debeat esse substantia panis ut nutriat eundem numero hominem carnaliter; Sectarij vellent eodem tempore etiam Coniuium corporale sumere cum spirituali, & animaliter etiam nutrir, sed hoc tunc non fit, quia fit tantum spiritualis refectio sub signis cibi corporalis; postea poterunt accedere domum, & nutrire corpora carnaliter, seu corporaliter; ut inquit Apost. 1. Corin. 11. *Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum?* & infra: *Si quis esurit, domi manducet.*

Septima Obiectio, & prima ex Petro Martyre; Sicut Dominus Ioan. 6. de se dixit, *Ego sum panis*; ita Matth. 26. de pane dixit, *Hoc est Corpus meum*. Sed cum ait, *Ego sum panis*, non se mutavit in panem, ergo cum ait, *Hoc est Corpus meum*, non mutavit panem in Corpus suum.

Respondeo falsissimam & inanem esse paritatem quia Ioan. 6. patet, tunc metaphoricè dixisse se esse panem; & ipsemet hoc aperit, cum dixit: *Ego sum panis vivum qui de Cælo descendit*, quid clarius dici poterat ad ostendendum se panem dixisse per metaphoram, quia verus panis non est vivus, & tali metaphora tunc usus est propter occasionem, quam ei Iudæi dederant. Dixerat enim eis Iesus, ut non cibum materiale quærent, sed spirituale; ut ibi videre est: Iudæi autem dixerunt: *Quod ergo tu facis signum ut videamus, & credamus tibi quid operaris? Patres nostri in deserto manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est: panem de Cælo dedit eis manducare.* Tunc dixit eis Iesus, accepta hac occasione à Iudæis, ut de se sub metaphora cibi fermocinaretur: *Amen amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panem de Cælo, sed Pater meus dat vobis panem de Cælo verum, panis enim Dei est, qui de Cælo descendit, & dat vitam mundo: Dixerant ergo ad eum: Domine semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vivo: qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet unquam.* Manifestum ergo est fermocinem de pane tunc esse metaphoricum. cum ergo infertur: eodem modo Matth. 26. dixit: *Hoc est Corpus meum*, Eadem est quia

Corpus Christi quia manducatur sub speciebus panis, panis dicitur.

Vera proportio inter Baptismum, & Eucharistiam.

Textus ostendit quod sermo est metaphoricus.

quia per verba, quæ subdix aperit se non loqui metaphorice; quia inquit: *Quod pro vobis tradetur, & quæ pro multis effundetur.* At verum Corpus traditum est in Cruce, & verus Sanguis illius effusus est, ergo hic absque metaphora loquutus est, & ibi metaphorice; ideoque Obiectio ruit; & quia huic obiectioni inscripserat Petrus Martyr: Nota vile argumentum. nunc sic scribemus. Nota argumentum futile nullius momenti.

Octava Obiectio. Transubstantiatio aperit fenestram Marcioni, Valentino, Euthicheti, aliisque Hæreticis; qui Corpus Christi phantasticum esse dicebant: nam si substantia Corporis eius inuisibilitet volitat per innumera loca, & modo hic incipit esse, modo illic, quis non suspicetur esse phantasma?

Respondeo cum Card. Bellar. lib. 3. de Eucharistia cap. 24. hanc obiectionem verè esse phantasticam, cum nihil concludat, & tantum faciem habeat argumenti, & non veritatem. Nam corpora phantastica, quale putabant esse Corpus Christi Marcionistæ, Manichei, & Euthichiani, videntur esse vera corpora tantum extrinsecè, cum reuera non sint: at Corpus Christi in Eucharistia ex opposito non videtur esse verum Corpus, & tamen re ipsa est. habet itaque Corpus Christi in Eucharistia contrarias conditiones illis, quæ Corpori phantastico conueniunt. Ideò Obiectio est phantastica.

Nona Obiectio. Non potest panis totaliter desinere esse, quia annihilatur. at quod annihilatur non potest conuerti, vel transire in aliam substantiam, & proindè nec transubstantiari, nisi vocabulis abuti velimus: ergo est impossibilis transubstantiatio, qualis à Catholicis ponitur. Probat primam propositionem: nam panis erat aliquid, & iam est nihil, ergo est annihilatum, quia nusquam est, & nulla pars eius remanet: nec valet respondere non annihilari, quia succedit ei res nobilior: nam quando cibus in stomacho vertitur in carnem humanam succedit ei res nobilior, & tamen dicitur simpliciter corrumpi.

Probat autem secundam propositionem, quia conuerti, vel transire vnum in aliud, significat, si propriè loquendum sit; vnum & idem manere sub vtroque termino, alioquin non transit; sed resilit, vel recedit vnum ab alio, si vno veniente alterum cedit. Et quia hoc argumentum videtur Petro Martyri insolubile, ita loquitur nobiscum. Si ageretur cum beluis non deberetis audere tam monstruosa loqui. Gratia sit Deo qui tam manifestè perdit sapientiam sapientium, & intelligentiam intelligentium reijcit. Ipse nouit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt: Hoc quoque tempore ad nostram institutionem non designatur comprehendere sapientes in astutiâ ipsorum.

Respondeo, quod panis in Eucharistia non potest dici propriè annihilari, quia rei quæ verè annihilatur nihil remanet, nec aliquid succedit sub speciebus illius, sed etiam ipsæ species destruantur; ac hic non sic accidit, quia manent species panis, & vini, & sub illis speciebus succedit Corpus, & Sanguis Christi, loco substantiæ panis, & vini, quæ tollitur, & aufertur: hæc igitur conuersio, vt in principio huius disputationis dictum fuit, est singularis quædam mutatio, quæ Philosophis incognita fuit, nec de illa valemus seu debemus secundum nudas Philosophiæ naturalis regulas discurrere: discat hoc Petrus Martyr, & non erubescat amplius huiusmodi pharisaicas iactantias, dicens, comprehendentes nos esse in nostra astutiâ, cum ipse in ignorantia naturæ huius conuersionis comprehendatur.

Nunc ad obiectionem dico falsam esse illam propositionem quod scilicet non potest panis desinere, quin annihiletur; quia rei quæ verè, & propriè annihilatur, nihil remanet, vt dictum est. Cum sequitur; at quod annihilatur non potest conuerti, vel transire in aliam substantiam. Verum est de re, quæ totaliter annihilatur, & destruitur; non autem de re, quæ secundum substantiam destruitur, & secundum eadem numero accidentia propria manet, vt est panis, & vinum hic. Præterea decipitur Petrus Martyr nesciens hanc conuersionem non esse similem conuersioni naturali, quæ fit v.g. inter elementa vel elementata, manente scilicet eadem materia, & generata tantum noua forma; nam hæc dicitur, & est conuersio, quia ablata substantia per diuinam potentiam, manentibus accidentibus illius, sub eisdem inducitur Corpus, & Sanguis Christi; hinc est quod dicitur transubstantiatio, non eo modo quo vnum elementum transubstantiatur, & conuertitur in aliud, vt aqua in aerem, & aer in aquam; sed quia fit transitus substantiarum sub eisdem formis accidentalibus numero: inscitia huius veritatis Martyrinæ admirationis, & proclamationis, quæ habetur in obiectione extitit causa. nec est abusus vocabulorum, quia in hac re terminis Philosophiæ in omni rigore vti non valemus, cum non sit naturalis, sed singularis quædam mutatio vt dictum est, præterquam quod transubstantiatio in omni rigore sumpta etiam huiusmodi transitum substantiarum significat, & Philosophus lib. 1. de Generat. sumit aliquando generationem pro mutatione, quæ in ea fit, licet propriè generatio sit productio, & non mutatio substantiæ; itaque Obiectio Martyris oritur ex ignorantia rei.

Decima Obiectio. In Confessione Berengarij quæ habetur Can. *Ego Berengarius, de Consecrat. d. 2.* quæ à Concil. Rom. approbata fuit habetur, panem & vinum post consecrationem esse non solum Sacramentum, sed etiam verum Corpus & Sanguinem Domini, & sensualiter, & in veritate, Sacerdotum manibus tractari, & frangi, & fidelium dentibus atteri: ex qua confessione aperte colligitur, panem verum esse in Eucharistia, & eum sensualiter tractari, frangi, atteri; neque enim ista de Chr. carne dici possunt sine ingenti blasph.

Respondeo difficultatem propositam versari circa hoc, quomodo si substantia panis abest, & Corpus Christi adest, dici potest Corpus Christi sensibiliter manibus tractari, & frangi, & dentibus atteri, quæ de solo pane naturali verè dici possunt, sed sciendum est huiusmodi verba fuisse probata ad conterendas fraudes hæreticorum, qui Christi Corpus ibi tantum esse tanquam in signo, & figura, sicut olim fuit in Agno Paschali; & manna excogitauerat: ad maiorem igitur veritatis expressionem, & maiorem, & clariorè erroris confutationem sic dictum fuit: Præterea supposita veritate realissimæ præsentis Christi Domini sub illis speciebus, optimè de Corpore Christi ea pronuciari possunt; quia de speciebus illis, sub quibus ipse est id intelligi debet. Adde quod ea quæ de speciebus quibus regitur dicuntur, de ipso, qui regitur intelligere, possumus & debemus; iuxta exemplum quod Card. Bellar. aptè adducit: nam Lucæ 8. legitur Dominum dixisse: *Quis me tetigit; tetigit me aliquis?* & tamen nemo Corpus suum immediatè tetigerat, sed tantum mediatè, nempe vestes illius. Sic ergo à simili, quæ de speciebus sacramentalibus immediatè prædicantur, de Corpore Christi mediatè dicuntur; & ita dicitur ad manifestandam veritatem, & realitatem præsentis sui ibidem. hoc discant Sectarij.

Panis desinit in Eucharistia non est annihilatio.

Quid sit corpus phantasticum.

Quomodo Corpus Christi in Eucharistia dicatur dentibus atteri frangi, & manibus tractari.

Vndecima Obiectio. Sensus falli non possunt circa sensibilem substantiam: at illi iudicant in Eucharistia esse panem. Item Patres probant, Christum fuisse verum hominem, contra Marcionem, Manicheum, & similes hæreticos, quia manducabat, bibebat, dormiebat, fatigabatur: ergo eodem modo probare possumus in Eucharistia esse verum panem, quia ibi est color, sapor, odor, figura veri panis, vel si hic sensus falluntur, & licet nobis dicere, non est panis, licet videatur omnibus sensibus; cur non licebit Marcionistis dicere, Christus non fuit homo, licet omnibus sensibus videretur esse homo? Ergo ista transubstantiatio præiudicat fidei, & fauet Hæreticis.

Quod sit obiectum intellectus nostri in presenti statum.

Respondeo obiectum sensuum esse accidens, & non substantiam, ut Philosophis patet: & pro presenti statu obiectum intellectus nostri in cognitione intuitiva esse quidditatem rei sensibilis; substantia enim tantum arguitur esse potest cognosci; quia omnis nostra cognitio in statu isto pœnali ortum habet à sensibus: sensus autem non percipiunt nisi accidentia, puta quantitatem, qualitatem, &c. Ideo intellectus non potest intuitivè intelligere rerum substantiam.

Nunc ad primam obiectionem, sensus falli non possunt circa sensibilem substantiam; dico hanc propositionem simpliciter falsam esse, cum sensus non attingat substantiam, & solum ex hoc illam cognoscamus quia cognoscimus accidentia propria illius: ideo Martyr ostendit se Philosophiæ operam non dedisse. Sed virgere potest, quia accidentia quæ naturaliter sentiuntur in Eucharistia sunt accidentia, quæ semper cum substantia panis sunt coniuncta, ideo si ibi non est substantia panis, falluntur. Pro rei resolutione dico quatuor sensus hic utique falli, quia visus, gustus, odoratus, tactus sentiunt accidentia, quæ semper cum substantia panis manent: sed auditus non fallitur; nam dum dicitur ex Deo revelante esse Corpus Christi, verum sentit, & audit. & hoc sufficit ad deceptionem vitandam: quia Eucharistia non datur Brutis, quæ intellectu carent, sed hominibus: qui tunc utique deciperentur, cum Deus semper substantiam panis adesse docuisset, quam tamen postea tolleretur, vel è contra. At res aliter se habet, quia docuit panis substantiam, conuerti in Corpus Christi; ideo nulla deceptio: itaque non omnes sensus hominis sentiunt esse panem: nam auditus sentit esse Corpus Christi, quia *fides ex auditu*: inquit Apostolus Rom. 10.

Cur sensuum cognitio valeat ad probandam veritatem Christi humanitatem, & eadem non valeat ad probandam veritatem Eucharistie.

Ad secundam instantiam dico paritatem esse inepitissimam: quia Patres iurè contra hæreticos Christum fuisse verum hominem ex veris actibus humanis, quos exercebat, probabant: addito hoc, quod nec ipse, nec Scriptura testatur se aliter se habere. Scriptura enim verè actus humanos, seu veri hominis habuisse docet, ut patet de sudore sanguineo in orto, de timore mortis, &c. At non sic de pane Eucharistie, quia licet sensus aliqui semper panis accidentia propria sentiunt; tamen Scriptura post consecrationem esse Corpus Christi, & Sanguinem eius mouet: ideo falsa est paritas, quæ tunc vera esset, cum nec Scriptura, nec traditio veritatem hanc nos doceret, tunc enim sensuum notitiam deberemus assumere. quia igitur Scriptura, & traditio docet, panem Eucharistie post consecrationem esse Corpus Christi, debemus auditum sequi, & credere non esse amplius ibi panis substantiam, sed substantiam Corporis Christi; & per hanc doctrinam patet solutio omnium similibus obiectionum.

Quoddecima Obiectio. Panis Eucharistie mutationes varias recipit, quæ nullo modo fieri possunt sine

substantia panis, quæ sit subiectum illarum mutationum: ergo substantia panis, & non sola accidentia, in Eucharistia reperiuntur. Anteced. probatur, quia panis Eucharistie potest alterari, ut calefieri, imò etiam veneno infici. Constat enim Victorem III. Papam: & Henricum VII. Imperatorem veneno perijisse, quod in Eucharistia positum fuerat. Item panis Eucharistie aliquando corrumpitur, & inde aliud generatur: nam ex eo homines nutriri constat, & vermes inde procreari, & illum etiam posse comburi: & vinum Eucharistie verti aliquando in acetum.

Respondeo iuxta communem Theologorum doctrinam, Deum ad seruandam fidem Eucharistie, suppleri in omnibus mutationibus, quæ supponunt substantiam panis, vicem illius, quia si Eucharistia esset incorruptibilis, & inalterabilis, humana ratio haberet experimentum presentie Corporis Domini, & transubstantiationis; & sic tolleretur fides, quæ pugnat cum euidencia rationum, vel sensus; nec meritum vllum haberet Ecclesia in credendo huic fidei articulo; quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum; & sic Deus, ut auctor naturæ, & gratiæ, supplet causalitatem substantiæ panis, & sic nulum sequitur inconueniens.

Deus supplet omnes effectus naturales panis & vini in Eucharistia.

Decima tertia Obiectio. De accidentium ratione, & essentia est, ut inhæreant in subiecto, sed in pane, Eucharistie accidentia panis inueniuntur, ergo & eorum subiectum, quod est substantia. Probant maiorem propositionem. Primò, quia accidentis esse est inesse 5. Metaphys. tex. 35. vnde accidens non tam dicitur ens quam entis, id est aliquid entis, siue aliquid in ente existens. Secundò, Arist. reprehendit Platonem, quod posuerit Ideas à materia separatas, quod si formæ substantiales, quales Ideæ sunt, à materia separari nequeunt, quanto minus poterunt separari formæ accidentales.

Tertiò, sicut accidenti conuenit inhærere in alio, ita substantiæ non inhærere, sed nullo modo fieri potest, ut substantia inhæreat in alio: ergo neque ut accidentia non inhæreant.

Quartò, ista accidentia vel sunt in se vel in alio; si in se, ergo subsistunt per se, & proinde substantiæ sunt, non accidentia: si in alio, ergo inhærent, ergo non manent sine subiecto.

Quintò, August. in Epist. 57. ad Dardaneum: *Tolle, inquit, ipsa Corpora qualitatibus Corporum, non erit vbi sint: & ideo necesse est ut non sint.* Alium locum huic similem afferebat Ioannes Wicleffus ex lib. 2. Soliloquiorum cap. 12. vbi sic ait Aug. *Cui fieri posse videatur, ut id quod in subiecto est maneat ipso intereunte subiecto?*

Respondeo de essentia accidentium esse inhærentiam aptitudinalem non autem actualem: inhærentia enim aptitudinalis accidentium inseparabilis est ab illis; actualis autem est actus secundus separabilis ab actu primo per Diuinam potentiam; licet omne posterius à suo priori, cum non adesset essentialis dependentia; ut inter totum Physicum, & partes causantes illud. si Martyr fuisset bonus Philosophus, hoc utique non ignorasset. sic enim intelligitur Philosophus 5. Methaphys. tex. 35. & quod ita patet, quia quis sanæ mentis affirmabit ver. gr. Quantitatis essentiam esse ipsammet inhærentem substantiæ, cum necessario prius debeat esse illud, quod inhæret, quam inhærentia ipsa; aliquid certè debet esse id quod inhæret, & non eademmet inhærentia; ideo impossibile est essentiam accidentis esse inhærentiam, nec

Inhærentia aptitudinalis non actualis est de essentia accidentium.

nec actualis inhaerentia potest esse passio accidentiū, quia nulla passio dicit actum, sed aptitudinem; & hoc patet exemplo quarumcunq; passionum, ver.g. risibilitas est passio hominis, & non risus; mobilitas est passio rerum naturalium, & non motus; & sic de singulis. & licet aliquando nominetur actus secundus, v.g. risus, necessariò tamen intelligi debet actus primus, idest risibilitas. Cum itaque dicitur in obiectione: in Eucharistia accidentia panis inveniuntur, verum est; sed cum infert, ergo & subiectū eorum idest panis substantia, falsum est; quia per Dei potentiam sine subiecto existunt, & esse possunt salua essentia & natura talium accidentium, vt dictū est; quia tantum inhaerentia actualis tollitur, sicut cum homo non ridet, adhuc risibilitas integra est in homine. Quod Arist. ceteriq; Philosophi hoc nō nouerint mirum non est; quia non nouerunt Dei omnipotentiam perfecte. Aristot. enim posuit Deum causam necessariam respectu creaturarum, & quod quidquid potuit causare causerit, ideò non cognouit Deum posse separare accidentia à subiecto, & similia & in hoc hallucinatus est, vt subtilis Doctor optimè notauit 1. sent. d.2. q.2. lit. R. & d.8. q. vlt. §. quantum ad secundum. & d.39. §. Contra istum argutum est, vbi arguit Philosophos ponentes libertatem in causis secundis, & Deum agere necessariò affirmant dicitque contradictoria concessisse, quia cum detur liberum principium in natura intellectuali participata, quod dicit perfectionem, vt naturali lumine patet; necessariò dari debet principium liberum independens, quod est à se, & ab ipso omnia, quod vtique est in Deo.

Ad secundam probationem dicimus Arist. iure Platonem arguere, quia Ideæ quæ sunt rerum similitudines & exemplaria secundum veritatem, & consequenter accidentia, non possunt sine materia seu subiecto naturaliter existere, at hoc non est contra nos, quia non dicimus naturaliter accidentia esse à subiecto, quod respectu illorum habet rationem materiz; separata: sed tantum hoc fieri posse per diuinam Omnipotentiam, quam Plato, & Arist. ignorauerunt: inanis est ergo hæc instantia.

Ad tertiam dico paritatem inter positium & negatiuum esse ineptam, quia inhaerentia est passio positua accidentium, at non posse inhaerere non est passio positua substantiarum. ideò est sophisma & fallacia secundum quid ad simpliciter, & non tenet, nec aliquid probat; quapropter falsa est maior propositio, non enim ita conuenit substantiæ non inhaerere, sicut inhaerentia accidenti, quia hæc secunda est passio, & illa prima nequaquam; nulla enim negatio est passio entis positui; quapropter tota illa instantia est sophisma.

Ad quartam, cum dicit, illa accidentia, vel sunt in se, vel in alio. dico cum sunt per Dei potentiam separata, illa esse in se; cum infert, sunt substantiæ quia subsistunt in se; tunc Martyr sarkat, quia aliud est existere, & aliud subsistere: discat primò terminos, & sic non componet has inanes obiectionulas; subsistere est incommunicabiliter existere, accidentia vtique non possunt subsistere, quia semper retineant communicabilitatem, seu inhaerentiam aptitudinalē, licet tunc non habeant actualem; hæc autem inhaerentia, quæ est propria accidentium passio nullo modo potest conuenire substantijs. ideò sic in forma respondeo; accidentia separata sunt in se, actu concedo, sed semper cum inhaerentia aptitudinali,

licet non actuali; ergo subsistunt, & sunt substantiæ, negatur consequentia; quia quod subsistit estq; substantia, non habet essentialē aptitudinem ad inhaerendum, sicut habent illæ formæ accidentales à substantia panis, & vini separata.

Ad quintam, respondeo August. loqui de corporibus iuxta vires & regulas naturæ, vt legenti locum illum August. Tim. 2. patebit. & dicit naturaliter impossibile esse, corpus esse sine spatio loci sibi proportionato, & corpora sine proprijs accidentibus permanere; sed non loquitur respectu diuinæ Omnipotentiz, nec de Sacramento Eucharistiz, vbi hæc fiunt, ideò verba illa nihil contra nos inferunt; & eodem modo intelligitur locus ille ex lib. 2. soliloquiorum. nam naturaliter pereunte subiecto, perit omnis forma accidentalissimus, & hoc docet August. sed per diuinam Omnipotentiam, pereunte subiecto, possunt conseruari à Deo formæ accidentales absolute, vt quantitas, & qualitas, quæ erant in illo; & hoc non negat August.

Quarta decima Obiectio. Transubstantiatio, vel fit ante verba consecrationis, vel post, vel simul; si ante, ergo non fit virtute verborum illorum: si post, ergo verba illa sunt falsa, *Hoc est Corpus meum*: si simul, ergo transubstantiatio fit successiue, non autem in instanti, vt omnes Theologi docent.

Respondeo transubstantiationem non fieri ante, verba consecrationis, nec simul, sed immediatè post, scilicet in ultimo instanti prolotionis verborum; & per primū non esse; ita vt primū esse Corporis Christi sub speciebus panis sit primū non esse formæ verborum consecrationis; quia omnis Sacramentorum forma tunc causat quando est completa, quando autem est completa tunc primò non est, & tunc est effectus verborum quæ sunt forma illius. Cum Martyr infert, ergo verba illa sunt falsa, *Hoc est Corpus meum*, negatur consequentia, quia propositio non dicitur vera vel falsa nisi post prolotionem eiusdem, seu nisi prolata fuerit totaliter, & completè; cum autem completur illa propositio, *Hoc est Corpus meum*; iam adest in illo instanti transubstantiatio, & sic verissima est illa propositio.

Quinta decima Obiectio. Posita transubstantiatione, sequitur ex pane fieri Corpus Christi, at hoc est absurdum, ergo transubstantiatio non est admitenda. Probatur assumptio seu minor tripliciter. Primò, si ex pane fit Corpus Christi, ergo generatur Corpus Christi, mutatio enim ad substantiam nulla est, nisi generatio, & absurdum est quotidie Christum generari.

Secundò, in Eucharistia est Christus Deus, & homo; ergo si quod est in Eucharistia fit à Sacerdote, per consecrationem, ergo Deus & homo fit à Sacerdote.

Tertiò, Corpus Christi quod fuit in cruce, & in utero matris, non fuit factum ex pane, sed ex carne & Virginis: at quod est in Eucharistia fit ex pane: ergo Corpus Domini quod est in Eucharistia non est illud quod fuit in cruce, & in utero matris.

Respondeo huiusmodi puerilibus & pedagogicis obiectionibus, docendo miseros & verè miserabiles Sectarios, quod Catholici in transubstantiatione panis in Corpus Christi, non dicunt panem corrupti & generari Christum, sicut v.g. fit mutua generatio elementorum, quis enim hoc diceret vel cogitaret? sed dicimus panem conuertere in Corpus Christi, quia deli-

Aliud est subsistere, & aliud existere.

Philosophi ad nouerunt Dei omnipotentiam.

Arist. lumine naturæ errauit ponendo Deum causam necessariam.

Omnis forma Sacramentorum in illo ultimo instanti quo completur causat effectum illius.

Nulla propositio dicitur vera vel falsa, nisi totaliter sit prolata.

Nullum negatiuum est passio entis positui.

definit substantia panis, manentibus accidentibus illius, sub quibus succedit localiter Corpus Christi verissimum genitum ex Maria semper Virgine, quam mutationem dicimus transubstantiationem, quia est transitus substantiarum sub eisdem accidentibus; & hæc mutatio magis propriè reducitur ad prædicamentum ubi, vt dictum est in principio huius disputationis; quia est singularis quedam mutatio. ex quo sequitur Corpus Christi non generari, cum localiter fiat ibi tantum præsens per nouam præsentiam, nec à Sacerdote fit Deus & homo, sed per verba Christi prolata à Sacerdote Deus & homo Christus fit tantum præsens sub speciebus panis, seu illudmet Corpus Christi, seu Christus, qui fuit in Cruce, & de immaculata semper Virgine natus est; & reuera Sectarij per has ineptas obiectiones mihi videntur insanire, nisi ex ignorantia excusentur ab infania.

Sexta decima Obiectio. Hoc Corpus (demonstrando Corpus crucifixum) nõ est factum ex pane. Hoc Corpus (demonstrando Corpus Domini in Eucharistia) est factum ex pane, ergo hoc non est illud.

Respondeo Martyrem vel ludere, vel multalaborare mentis cæcitate; quis enim aliquando Catholicorum dixit Corpus Christi quod est præsens sub speciebus Eucharistiæ, ita fieri ex pane, vt ex pane componatur & generetur tanquam placenta; vt hæc inanis fallacia supponit? diximus iam Corpus Christi in Eucharistia ideò fieri ex pane, quia locum substantiæ panis, sub panis eiusdem speciebus acquirit, & non aliter. qua stante veritate, veniamus ad inanem instantiam factam. Hoc Corpus crucifixum non est factum ex pane, dico illud esse factum ex pane, quia illudmet est præsens sub speciebus panis in altari; ergo non est illud, negatur consequentia. quia illud idem Corpus est, plura vbi acquirens.

Quid sit ex pane fieri Corpus Christi in Eucharistia.

DISPUTATIO III.

De materia, forma, efficiente, effectu, usu, & adoratione Sacramenti Eucharistiæ.

DE materia huius Sacramenti, quæ est panis triticeus, & vinum ex vitibus, nulla est controuersia inter nos & modernos Sectarios, nisi quia mixturem aquæ cum vino in Calice nolunt admittere.

De forma autem dissentiant à nobis in hoc, quia Ecclesia Catholica docet formam necessariam necessitatè Sacramenti in consecratione panis esse: *Hoc est Corpus meum*: & formam necessariam in consecratione calicis seu vini esse: *Hic est Sanguis meus*. Sectarij autem more solito non conueniunt inter se in mendacijs excogitandis contra hanc veritatem. nam Buccerus in caput 26. Matth. scribit non esse, opus recitare verba, sed tantum frangere & manducare. Caluinus lib. 4. Instit. cap. 17. §. 39. dicit verba recitanda esse, per modum concionis & lectionis ad excitandam fidem; quapropter in formula Sacramentorum ministrandorum præscribit

Errores Sectariorum circa formam Eucharistiæ.

lectionem ex cap. 11. 1. Cor. concionem ministris; & quasdam præfatiunculas. Lutherus lib. de capt. Babyl. cap. de Baptismo scripsit, parum referre quibus verbis conficiatur Sacramentum, dummodò adsit fides suscipientis. Kemnitius putat omnia verba esse necessaria, quæ Christus dixit in cœna, vt, *Accipite, manducate, &c.* & deinde à Caluino se dissentire ostendit, dum opinatur talia verba non tantum historicè recitanda esse: & à Catholica sententia se abesse putat, dum dicit nec talia verba, vt quid magicum sonare, nec pendere à personæ qualitate, idest intentione & potestate consecrandi, sed à Deo licet per os ministris. Brentius in lib. contra Bullingerum dicit, verba illa non facere Christum præsentem, sed ostendunt eum esse præsentem; & subdit, omnes Lutheranos sic debere affirmare, qui ratione vbiuitatis quam ponunt in Christo, cognoscunt illum præsentem in substantia panis, & vini.

Quantum ad ministrum iam dictum est lib. de Sacramentis in genere Lutherum omnes baptizatos cognoscere ministros Sacramentorum; quid autem sentiant Caluinus, & alij; lectorem rogamus vt disput. 3. lib. 7. de Sacramentis in genere percurrat, vbi fuisè suo loco de hac re agitur, quæ breuitatis gratia hic non petimus.

Circà effectum huius Sacramenti, Lutherus in Concione de digna præparatione ad sacram Eucharistiæ, habita anno 1518. & in Conc. de Confess. & Euchar. habita anno 1519. lib. de capt. Babyl. cap. de Euchar. edito anno 1520. lib. de Abroganda Missa priuata, & alibi, docet, primarium effectum Eucharistiæ esse remissionem peccatorum mortalium: & hominem cum maiora habet peccata tunc magis idoneum esse pro sumptione huius Sacramenti, nec prærequiri confessionem peccatorum seu penitentiam, vt quisque iustificetur; sed satis esse fidem qua quis certò credat in eo Sacramento sibi peccata dimitti. Kemnitius tamen in 2. parte examinis sess. 13. cap. 2. & 7. affirmat contra Lutherum primùm effectum huius Sacramenti non esse remissionem peccatorum mortalium, imò præmitti debere penitentiam, & propositum nõ peccandi; & quòd prius examinentur & absoluantur qui communionem sumere volunt. idem quoque habet confessio August. cap. de Confess. & cap. de Missa. Caluinus lib. 4. instit. cap. 17. §. 40. 41. & 42. affirmare videtur per Eucharistiæ non remitti peccata mortalia, sed reprehendit asserentes requiri summam charitatem. Sed postea §. 42. docet Eucharistiæ remittere peccata mortalia, & dare vitam mortuis, idest morte peccati.

Quoad usum omnes Sectarij conueniunt, & affirmant non licere sub vna specie Eucharistiæ, laicis distribuere, sed sub vtraque, nempe panis & calicis.

Tandem de veneratione huius Sacramenti, Caluinus lib. 4. instit. cap. 17. §. 35. & alibi adoratores huius Sacramenti vocat Idololatrias. Lutherus & Lutherani communiter dicunt extrà usum, scilicet tempus quo sumitur nullatenus venerandum esse; pro eo tamen tempore quo sumitur concedunt venerationem illius: ita Lutherus in formula Missæ & in lib. de verbis, *Hoc est Corpus meum*. Buccerus in actis colloquij Ratisponensis. Brentius in Apol. pro confess. Wittembergensi pericope 2. & Kemnitius in 2. par. examinis Conc. Trid. sess. 13. cap. 5. Hæc de cémentarijs Babylonicis.

Lutherus omnes baptizatos dicit esse ministros Sacramentorum.

Varij errores Sectariorum de effectu huius Sacramenti

Vnus vtriusque speciei.

Varij errores Sectariorum de adoratione Eucharistiæ.

Veritas

Veritas autem Catholica inconcussa, semper stabili, immutata, semper vniformis in huiusmodi negotio, vt testimonio antiquitatis suo loco probabimus, & in Concil. Trid. sess. 13. manifestè narratur ac declaratur est; quod materia huius Sacramenti debet esse panis triticeus, & vinum ex vite, forma: *Hoc est Corpus meum. & Hic est Sanguis meus: seu Calix Sanguinis mei*: quæ verba non tantum recitatiuè dicuntur, vt plura quæ hæc verba antecedunt, sed significatiuè; quia non tantum narrat factum Christi, verum efficiunt quod demonstrant. Efficiens: est Sacerdos ritè ab Episcopo ordinatus, & talis solummodò hæc Sacramentum cõficere potest; effectus: est augmentum gratiæ inhaerentis seu charitatis, quia hoc Sacramentum datur per modum cibi; cibus autem supponit hominem viuum, eumque conseruat, & nutrit: sic à pari cibustic spiritualis non dat initium vitæ spiritualis, quia illam supponit, sed augmentum illius. Vfus: quod laicis cõgruum sit tantum sub vna specie, & inde eundem recipere fructum, ac si sub vtraque Sacrosanctum Domini Corpus susciperent: nec tamen sub vtraque specie laicis hanc sacram Communionem repugnare docet. de Adoratione autem mandat Ecclesia Catholica hoc admirabile Sacramentum adorandum esse ab omnibus fidelibus, & summa reuerentia cõlendum, quia sub illis speciebus ille continetur filius Altissimi, de quo scribit Apostolus ad Phillip. cap. 2. *In nomine Iesu omne genuflectatur caelestium, terrestrium, & infernorum, & ad Romanos cap. 14. mihi flectatur omne genu, & omnia lingua confiteatur Deo.* & à Catholicis id etiam iure processionaliter fit, vt qui pro nobis processionaliter, illusus, blasphematus, & inhonoratus fuit per Vrbem Hierusalem, cum baulas sibi Crucem ad Caluariam montem crucifigendus pro nostris iniquitatibus & peccatis, accessit: nunc per Christianorũ vnũuersas Vrbes summo honore colatur, vt pro viribus ipsi grati simus, qui est per omnia benedictus in secula. Hostis Christi pessimus est Satan, ideo per Hæreticos ministros suos, hæc subuerrere quaritat.

Sed antequam ad veritatis probationem descendamus dicendam est Sacramentum hoc sic definiiri à Doctoribus Catholicis, & præcipuè à Doctore subtili Scoto in 4. d. 8. q. 1. *Eucharistia est signum Corporis & Sanguinis Christi veraciter contenti sub speciebus panis & vini post consecrationem factam à Sacerdote sub verbis certis cum debita intentione prolatis, & consuetudine diuina veraciter significans Corpus Christi & Sanguinem sub speciebus realiter contineri.* iure autem dictum est Eucharistiam esse signum Corporis & Sanguinis, quia Sacramentum est signum sensibile quod refertur ad signatum sub illo signo; signatum itaque sunt species panis & vini: signatum est Corpus & Sanguis Christi, quod est sub illis speciebus: itaque hæc duo integrant hoc Sacramentum, signum sensibile, puta species panis, & vini, & Corpus & Sanguis Christi; ideo differt à cæteris Sacramentis, quæ pro termino habent gratiam inhaerentem; hoc autem habet auctorem gratiæ, scilicet Christum; quapropter est Sacramentum permanens independenter à sumptione, & vsu; cum autem sumitur, tunc recipitur effectus huius spiritualis cibi puta gratia inhaerens; sicut in cæteris Sacramentis, potest autem sumptionem & vsum non esse hoc Sacramentum, quia vsus supponit conuersionem & consecrationem, per quam fit Sacramentum, ideo

sumptio est tantum conditio, vt fructus Sacramenti percipiatur, qui est spiritualis refectio per gratiam inhaerentem & charitatem: species itaque consecratae, vt actu signant Corpus & Sanguinem Christi præsentem sunt hoc Sacramentum, Quibus præmissis septem ponimus pro veritate Catholica comprobanda; Conclusiones.

Prima Conclusio. Sacramentum Eucharistiæ est permanens, & non tantum in vsu existit & consistit. Probatum Eucharistia est Sacramentum independenter ab vsu, ergo est permanens extra vsum illius. Antecedens probatur: Actio in hoc Sacramento est circa conuersionem panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi; vnde terminus huius sacri signi est Corpus & Sanguis Christi, vt præfens localiter & substantialiter sub speciebus prædictis, ergo Eucharistia est integrum Sacramentum independenter ab vsu.

Confirmatur, quia Saluatorem nostrum primò hoc Sacramentum consecrasset, & deinde illud distribuisset necessariò fatendum est; nam ordo naturalis actionis exoptulat, vt primò aliquid sit tale, quod exhibendum promittitur; & deinde actu exhibeatur; sed Saluator distribuit Apostolis Corpus & Sanguinem suum sub speciebus panis & vini, ergo primò ante vsum & distributionem iam consecrasset hoc Sacramentum; est igitur Eucharistia Sacramentum independenter ab vsu & sumptione.

Dices pro Sectarijs, illa tamen institutio Sacramenti dicebat ordinem ad vsum & sumptionem.

Respondeo hoc vtiq; verum esse: at quia talis vsus & sumptio sicut potest fieri immediatè post, ita post multum temporis; ideo sequitur Eucharistiæ institutionem & consecrationem aptitudinem ad sumptionem, & non actum inferre. & licet Christus Dominus immediatè post distribuerit, quod primò instituerat; ratio tamen est manifesta, quia immediatè ad passionem ducendus erat, & Apostoli erant dispersi vt legitur *Mat. 28. Tunc discipuli eius reliquies eum suserunt, & ipse met illis hoc prædixit dicens. Omnes scandali abimini in me. in nocte ista, quia scriptum est, percussam pastorem. & dispergentur oues, &c.*

Hoc tamen fieri posse, scilicet seruari Eucharistiam post vsum, & independenter ab vsu, docuit nos antiqua Ecclesia Catholica, quæ ab Apostolis & Apostolorum discipulis edocta fuit; ergo qui oppositum excogitauit & docuit, contra doctrinam Apostolorum docuisse comprehenditur: est ergo nouator, & hæreticus. Anteced. probatur: scilicet antiquam Ecclesiam Catholicam sic tenuisse, & credidisse.

Clemens Romanus lib. 8. Constit. Apostolicarũ cap. 13. in fine, ait: *Atque Episcopus quidem tribnas oblationem dicens: Corpus Christi: & qui arripit dicat Amen. Diaconi verò retineat Calicem: & reuoluet alij dicat, Sanguis Christi calix vite: & qui bibet dicat Amen. Recitetur verò Psalmus trigessimus tertius, dum ceteri omnes communicant. & post communicationem omnium tum virorum tum mulierum, sumant Diatona reliqua: & inferant in tabernaculum: Et apertum testimonium quod Eucharistiam quæ remanet, cõseruari debere in tabernaculo affirmat. Si enim Sacramentum non esset post sumptionem, in tabernaculo seruari non debuisset.*

Iustinus Apologia 2. propè finem, vt refert Card. Bellarm. lib. 4. de Eucharist. cap. 4. scribit post Missam

Euchar. est Sacramentum independenter à sumptione eiusdem.

Primitiua Ecclesia docuit Eucharist. seruari posse in Ecclesia.

Hæretici sunt ministri Satanae.

Quid sit Sacram. Eucharistiæ.

Eucharistiam dari Diaconis, ut ad fratres absentes eam deferrent.

Ireneus in Epist. ad Victorem Papam, & Eusebius lib. 5. Hist. cap. 24. scribit eo tempore consuetudinem esse ut Papa Eucharistiam mitteret alijs Episcopis in signum pacis & unionis.

Idem testatur Tertullianus lib. 2. ad uxorem, fideles scilicet in domum suam aliquando tulisse Eucharistiam.

Similiter Cyprianus sermone de lapsis.

Concilium Nicenum primum Generale Can. 12. iubet ægrotis deferri debere Eucharistiam, ergo tunc dabatur extra cœnam sacram seu Missam, ergo seruabatur post Missam, quia poterat aliquis noctis tempore periculose infirmari.

Et Can. 14. præcipitur ut Diaconi non præbeant Eucharistiam presbyteris, cum sint illis inferiores, quod extra Missam intelligendum est, quia in Missa Diaconi hoc non poterant presbyteris concedere, cum non ipsi, sed presbyteri tantum illam conficere valeant, ut idem Conc. ibidem testatur. manebat igitur Eucharistia extra illud tempus. Hos autem esse veros Canones Conc. Niceni testatur S. Cyrillus in Epist. ad Conc. Carthaginense, quæ habetur tom. 1. Conc. in Actis Concilij Africani, ut notat Card. Bellarm. loco cit.

Ambrosius Oratione de obitu Satiri fratris sui tomo 4. laudat illum quod Eucharistiam nauigans secum tulerat, his verbis. *Quid igitur obseruantiam eius erga Dei cultum prædicem? Qui priusquam perfectioribus esset initiatus mysterijs, in naufragio constitutus, cum ea qua ueheretur nauis scopuloso illica uado, & urgentibus hinc atque inde fluctibus solueretur, non mortem metuens, sed ne vacuum mysterijs exiret à uita, quos initiatos esse cognouerat. ab his diuinum illud fidelium Sacramentum poposcit: non ut curiosos oculos miseret arcana, sed ut fides sua consequeretur auxilium: etenim ligari fecit in oratio, & orarium inuoluit collo, atque ut se deceret in mare, non roquans de nauis compage resoluta tabulâ. cui super natam iuraretur, quoniam fides solam arma qua sitas, atque his se tutum atque munus sibi credens, alia auxilia non desiderauit.*

Obijciunt Sectarij quod Euangelistæ & Apostolus 1. Cor. 11. primò scribunt panem distributum esse, & deindè dictum fuisse, *Hoc est Corpus meum, & Hic est Sanguis meus.* patet Matth. 26. *Accipite Ism panem & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, Hoc est Corpus meum.* Marc. 14. *Et accepto Calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic est Sanguis meus noui testamenti, ita Caluinus, & Kemnitius locis citatis, sed ineptissime & inaniter, quia Euangelistæ in singulis rebus, ut optimè notauit subeilius Doct. Scotus in 4. d. 8. q. 2. s. De secundo rem gestam narrare intendunt, non autem tradere formulam actionum: quia hæc orationes ab Apostolis Ecclesiæ tradita sunt, & reuera hoc sensus patet, qui sacre Scripturæ considerant methodum, dum breuiter quæ gesta sunt, notat; & nunquam rerum faciendarum seu mysteriorum agendorum ordinem, & modum præscribit nam non habet formam Catechismi. Superaddit etiam hoc, quod Saluator noster suo Vicarij amplissimam potestatem dedit leges ferendi, & ea quæ sunt pro suo cultu disponendi, ut patet Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram erunt ligata, & in cælis, &c.* ut dictum est lib. 2.*

Secundò probatur Conclusio: Idè cætera Sacramenta non sunt permanentia, quia in ipso usu sunt talia, cum scilicet conferuntur; at hoc est prius quam eo utamur, & illud sumamus: ergo est permanens independenter ab usu: minor probatur quia uerba quæ hoc Sacramentum conficiunt, habent pro termino conuersionem panis in Corpus, & vini in Sanguinem Christi, & non uisum & sumptionem illorum; deindè autem fit sumptio; ergo est hoc Sacramentum antequam utamur eo, & per consequens independenter ab usu.

Secunda Conclusio. Vino in Altari, antequam consecratur, & fiat Sanguis, debet miseri aqua, quam tamen mixtionem aquæ non dicimus necessariam necessitate Sacramenti, sed necessitate præcepti. Hæc conclusio Scripturis probari non potest, sed tantum traditionibus, quæ in huiusmodi rebus, eiusdem sunt ualoris ac Scripturæ ipsæ, ut pluries dictum & probatum est. Habemus itaque insignè testimonium Alexandri Papæ I. qui Ecclesiæ præfuit anno Domini 109. hic Pontifex in sua prima Epist. decretali ad omnes Orthodoxos cap. 4. inquit. *In Sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter Missarum solemnias Domino offeruntur, Passio Domini miscenda est; ut cum Corpus & Sanguis conficitur, Passio celebretur, ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum, & uinum aqua permixtum in sacrificio offeratur. Non debet enim ut à fratribus accepimus, & ipsa ratio docet, in Calice Domini aut uinum solum, aut aqua sola offerri; sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere eius in passione sua profuxisse legitur, &c.*

Concilium Carthaginense 3. celebratum circà tēpora Sirieij Papæ anno Domini 397. probatur postea à Leone IV. d. 20. Can. de libellis, cui interfuit S. August. Episcopus Hipponensis, Can. 24. sic habet. *Ut in Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit; hoc est, panis, & uinum aqua mixtum. nec amplius in sacrificijs offeratur, quam de uinis & fermentis.*

Chrysostomus in sua liturgia, quæ habetur tom. 5. sic habet. *Ad infusionem uini: Es omnis miltum lancea latuensus aperuit. & continuo exiit Sanguis. & addens aquam dicit: & aqua: et qui uidit testimoniū perhibuit, et uerum est testimonium eius.*

Cyprianus lib. 2. Epist. 3. inquit. *Admonitos nec scias, ut in Calice Domini offerendo, Domine traditio seruetur; neque aliud, si a nobis, quam quod prout huius prior fecit, ut calix qui in commemorationem eius offeratur, uinum offeratur.*

Ambrosius lib. 4. de Sacramentis cap. 4. tomo 4. inquit. *Ergo didicisti quod ex pane Corpus fiat Christi, et quod uinum et aqua in Calicem mittitur; sed si Sanguis consecratione uerbis caelestis, & lib. 5. tom. 2. cap. 4. Dicimus ergo quod in Altari constituitur Calix et panis. In Calice mittitur uinum et quod aliud aqua. Sed in multis dicit: Quomodo ergo Melchisedech panem, et uinum obtulit? quia sibi uinis admixtio aqua? rationem accipe, etc.*

Tertia Conclusio. Forma necessaria necessitate Sacramenti pro consecratione panis, est: *Hoc est Corpus meum;* & pro consecratione Calicis. *Hic est Calix Sanguinis mei.* Oppositum huius conclusionis nõ tantum Sectarij, quos in principio præsentis disputationis citauimus, docent; sed etiam Græci recentiores, ut Marcus Episcopus Ephesus lib. de uerbis

Cetera Sacramenta ipso usu sunt permanentia.

Vinum aqua mixtum debere esse in Calice, probatur testimonio antiquæ Ecclesiæ Catholice.

Quæ sit forma huius Sacramenti.

con-

Relictur occur-
sar Sectarij per
uerrissimam & sub-
tillem regulam in-
telligendi sac. am
Scripturæ ex sco-
lo sumptam.

consecrationis, & Nicolaus Cabasila in explicatione Liturgie cap. 29. & 30. & Hieremias Patriarcha Constantinopol. in Censuras ad Augustinam Confess. cap. 10. Hiasserunt adhuc alia verba necessario requiri, scilicet fiat hic panis Corpus Christi, & hoc vinum Sanguis Christi, &c.

Pro qua re notandum est Sanctum Thomam, & Scotum in hoc quæso partim convenire, & partim differre; conveniunt quia uterque affirmat verba essentialia consecrationis panis esse; *Hoc est Corpus meum*: differunt verò, quia S. Thomas asserit Sacerdotem per ista verba absque præcedentibus verò consecrare. Scotus verò asserit, aliqua verba præcedentia esse necessario præmittenda, ad hoc ut verba essentialia id efficiant quod significant. Secundò differunt, quia S. Thomas arbitratur omnia verba quæ ab Ecclesia Romana ponuntur in Canone pro consecratione Calicis usque ad illa, in remissionem peccatorum. inclusivè esse de essentia consecrationis Sanguinis. Scotus verò, quod verba essentialia tantum sint. *Hic est calix Sanguinis mei*, vel, *Hic est Sanguis meus*. cætera verò esse necessaria necessitate præcepti vel ministri. Conveniunt insuper omnes Doctores illa verba quæ sequuntur scilicet. *Hæc quotiescunque feceritis, &c.* non esse de essentia consecrationis, quia verba illa post elevationem & adorationem dicuntur. Præterea per verba illa *Hæc quotiescunque feceritis, &c.* Christus contulit Apostolis potestatem consecrandi, ergo verba illa referuntur ad ministrum, non ad materiam.

Similiter advertendum est aliud esse verba dicitur recitatiuè, aliud significatiuè: primò modo narratur tantum factum alterius; secundò modo est significare id fieri & esse quod pronunciat. in proposito, Omnia verba quæ ponuntur in Canone, præcipuè incipiendo ab illis. *Qui pridè quam pateretur, &c.* usque ad *Hæc quotiescunque feceritis* inclinatiuè, dicuntur recitatiuè: illa autem verba, *Hoc est Corpus meum, &c.* *Hic est calix Sanguinis mei*, non tantum dicuntur recitatiuè; verum & significatiuè; quia non tantum narrant factum Christi, sicut & cætera verba; verum & efficiunt quod significant & demonstrant. recitantur autem omnia quæ Saluator noster dixit in Cæna, ad hoc ut verba sacramentalia ex vi verborum magis propriè significant; Corpus & Sanguinem Christi, quem efficiunt, nam remotis cæteris verbis quæ Christus dixit, verba illa Corpus & Sanguinem ministri, quam Christi Domini significare videntur.

Probatur vniò conclusio sic. Christus Dominus tantum præcætatè verbis consecrauit, seu mutauit panem in Corpus suum, & vinum in Sanguinem suum; ergo & nos eisdem verbis idem facimus. Antecel. ubi tota vis est argumenti, probatur. Tria leguntur facta fuisse à Christo Domino circa panem & vinum; scilicet, gratiarum actio, benedictio, & panis & vini mutatio in Corpus & Sanguinem suum. at non consecrauit gratias agendo; quia gratiarum actio habet Deum pro obiecto, & non panem, nec benedicens panem, quia Saluator panem semper benedicebat, cum ordinariè comedebat: ergo benedictio fuit ante panis consecrationem; ergo tunc consecrauit cum dixit: *Hoc est Corpus meum, &c.* *Hic est Calix Sanguinis mei*, igitur & nos eisdem verbis consecramus, & non alijs antecedentibus vel subsequenter. Sed quia ibi nec aliqua lectio nec concio fuit, nec vnquam Apostolos nec primitiuam

Ecclesiam talem habuisse concionem vel lectionem legimus, nec apud Græcos, ut videre est in eorum Liturgijs, nec apud Latinos: ergo inaniter Sectarij concionem & lectionem necessariam esse excogitauerunt.

Nec valet occurrere, Dominum sola voluntate absque verbis & signis externis consecrasse, quia non fuisset actio sacramentalis, quæ necessariò requirit ut sensibiliter fiat medijs sensibilibus; quia omne Sacramentum essentialiter est signum sensibile; quia hominibus ea data sunt, qui medijs sensibus operantur, & non Angelis. Vnde Chrysostomus Homil. 83. in Matth. ait. *Si enim incorporeus esse, nuda & incorporea tibi dedisset ipse dona: sed quoniam Anima Corpori conferta est, in sensibilibus intelligibilia tibi præbet.* necessariò itaque verba præcipua debuit Ecclesia assignare, quæ essent huius consecrationis effectiua; sicut de facto dedit. quæ autem esse poterunt magis propria quam, quæ superius posita sunt, & quibus singulis diebus Ecclesia consecrat? Prudens lector dicat.

Probatur tandem Conclusio testimonio veterum Sanctorum Patrum. Ambrosius de Sacramento lib. 4. cap. 4. inquit. *Hoc igitur adfirmamus, quomodo potest qui panis est, Corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. nam per reliqua omnia quæ dicuntur laus Deo deferretur, oratione petitur pro populo, pro Regibus, pro cæteris, ubi venatur ut conficiatur venerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos, sed utitur sermonibus Christi.*

Constat autem Christum Dominum non alijs verbis consecrasse quam his, scilicet: *Hoc est Corpus meum: Hic est calix Sanguinis mei*, quia ut dictum est nec per gratiarum actionem, nec per benedictionem, nec per illa verba, *Accipite edite, &c.* quia hæc non inferunt consecrationem, ergo per illa tantum fit consecratio.

Chrysostomus Homil. 2. in 2. ad Tim. tom. 4. inquit. *Quomodo verba quæ locutus est Christus eadem sunt quæ Sacerdotes nunc quoque pronunciant, nuda & oblatio eadem est.* Christus autem ea verba quæ Græci dicunt solite, fiat hic panis Corpus, &c. non dixit, sed tantum, *Hoc est Corpus meum, &c.* ergo ex sententia Chrysostomi hæc tantum quæ nos habemus sunt verba quæ consecrationem efficiunt.

August. Serm. 28. de verbis Domini tom. 10. ait. *Cum de Sacramento tractarem, dixi vobis quod ante verba Christi, quod offertur in Altari panis dicitur: ubi verba Christi de prompta fuerant iam non panis dicitur, sed Corpus appellatur.*

Cyprianus in Serm. de Cæna Domini ait. *Manducauerant & biberant de eodem pane secundum formam visibilem: sed ante verba illa cibus ille communis tantum nutriendo Corpori commodus erat, & visa corporalis subsidium ministrabat. Sed ex quo à Domino dictum est: Hoc facite in meam commemorationem; Hæc est caro mea; & hic est Sanguis meus: quotiescunque tuis verbis, & hac fide altum est, panis iste substantialis, & calix benedictione solenni sacratus, ad totius hominis vitam salutemque proficit, &c.*

Quarta Conclusio. Minister huius Sacramenti est solus Sacerdos, laicus autem in nullo casu consecrare potest. Hæc conclusio manet satis probata.

Testim. S. Doctorum antiquorum.

Minister huius Sacramenti est solus Sacerdos.

Controuersia inter S. Tho. & Scotum circa duo.

Quæ verba dicantur recitatiuè & quæ significatiuè.

Quibus verbis Christus consecrauit.

lib. 7. de Sacrament. in genere. disput. 3.

Quis sit digna preparatio ad Eucharistiam.

Quinta Conclusio. Digna preparatio ad sumptionem Eucharistiae est carentia peccati mortalis. Probatum primo ex figuris huius sumptionis Eucharistiae, quae praecesserunt in veteri testamento. Nam Agnus Paschalis ab immundis comedi non poterat, ut legitur in lib. Num. cap. 9. sic. *Præcepitque Moyses filiis Israel, ut facerent pascha: qui fecerunt in tempore suo: quartadecima die mensis ad vespertam in monte Synai. Iuxta omnia quae mandaverat Dominus Moysi fecerunt filij Israel. Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere Pascha in die illo, accedentes ad Moysen, & Aaron, dixerunt ei. Immundi sumus super anima hominis, quare fraudamur ut non valeamus oblationem offerre Domino in tempore suo inter filios Israel? quibus respondit Moyses: st ate ut consulam quid præcipiat Dominus de vobis: locutusque est Dominus ad Moysen dicens: loquere filiis Israel: Homo qui fuerit immundus super anima, sine in via procul in gente vestra, faciat Pascha Domino in mense secundo. &c. Si quis autem & mundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Pascha, exterminabitur anima illa de populo suo, quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo: peccatum suum ipse portabit.*

Agnus Paschalis ab immundis comedi non debet.

Panes propositionis ab immundis comedi non sumebantur.

Similiter panes propositionis, qui huius sumptionis figura fuerunt ab immundis comedi non poterant, ut legitur 1. Reg. 21. *Et ait David ad Achimelech Sacerdotem, &c. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes da mihi, aut quidquid inveni-ri. & respondens Sacerdos ad David, ait illi: non habeo laicos panes ad manus, sed tantum panem sanctum si mundi sunt pueri maxime à mulieribus? &c. & Leuit. 22. legitur sic. *Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quae consecrata sunt, & quae obtulerunt filij Israel Domino: in quo est immunditia, peribit coram Domino.**

Si ergo in sumptione figurarum munditia à peccatis mandato Domini necessaria erat, quanto magis in sumptione veritatis, & ipsiusmet Domini vir sentatus dicat.

Secundo probatur Conclusio per Apostoli doctrinam 1. Cor. 11. errabant Corinthij non in fide erga hanc sumptionem, sed in moribus: ut ipse Apostolus testatur, dicens: *Convenientibus ergo vobis in unum, iam non est Dominicam cenam manducare. Vnusquisque enim suam cenam præsumpsit ad manducandum, & alius quidem esuri, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? quid dicam vobis? laudo vos? in hoc non laudo. errabant itaque à charitate mutua, ac fraternae dilectione, quia divites sumptuosam cenam parabant, & post Corporis Domini sumptionem lautè in Ecclesia manducabant, pauperes autem ibidem esuri- bant, nec eis à divitibus ciborum portio tribuebatur; quamobrem duplex peccatum ibi aderat. Primum, quia in Ecclesia manducabant quod incongruum est, idcirco ait: *Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum?* Secundum, quia divites pauperibus fidelibus cibos non distribuiebant, ideo sequitur: *Et confunditis eos qui non habent.* & deinde utriusque peccatum simul arguit, cum dicit: *Et alius quidem esuri, alius autem ebrius est, numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut sicalem Dei contemnitis? & confunditis eos qui non habent?* Respondit autem Apostolus, *Itaque quisquis manducaverit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè: reus erit**

*Corporis, & Sanguinis Domini. Probet autem scriptum homo: & sic de pane illo edas, & de calice bibas: Qui cum manducas & bibis indignè, iudicium sibi manducas & bibis. Manducare autem iudicium sibi, est sententiam damnationis subire, ut legitur Matth. 15. *Audisti quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit reus erit iudicio. Hoc autem iudicium subire periculum faciebant, non ob defectum fidei, ut Sectarij somniant, sed morum: ut ipse Apostolus in ultimo eiusdem cap. 11. docet, dicens: *Itaque fratres mei, cum convenitis ad manducandum invicem expectate, si quis esuri domi manducet, ut non in iudicium conveniat. quid clarius ab Apostolo dici potest? ergo qui accedit ad Eucharistiae sumptionem, mundus à peccatis esse debet, ne in iudicium damnationis incidat. Inane est ergo quod Sectarij excoogitaverunt: per hoc scilicet Sacramentum remitti peccata mortalia, cum absque peccatis ad Eucharistiam sumendam accedendum sit.***

Quid sit manducare iudicium.

Vndè egregiè Cardin. Bellar. lib. 4. de Eucharist. cap. 18. inquit. Lutherani tria Sacramenta admittunt, Baptismum, Eucharistiam, & Absolutionem, per Baptismum remittitur originale, per Absolutionem actuale; ergo Eucharistia ad alium finem instituta fuit, quam ad remissionem peccatorum, aliter hæc Sacramenta inter se confunderetur. & pro Calvinistis, qui baptismum, & cenam tantum Sacramenta esse dicunt, inquit. Calvinistae dicunt Baptismum sufficientem esse ad remittenda omnia peccata usque ad mortem, quia sufficit illius memoria, ergo frustra Eucharistia est ad delenda peccata, cum hoc sit continuum munus baptismi.

Tertio probatur Conclusio testimonio firmissimo antiquæ Ecclesiae Catholicae. August. Homil. 50. cap. 9. tom. 10. inquit: *Tertia actio est Penitentia, quae pro illis peccatis subtrahenda est, quae legi decalogus committit. Et de quibus Apostolus ait: Quoniam qui talia agunt Regnum Dei non possidebunt. In hac ergo Penitentia, maiorem quisque in se severitatem debet exercere, ut à se ipso iudicatus, non iudicetur à Deo. Sicut enim Apostolus ait, si enim nos iudicaretis à Domino non iudicaretis. & postea: Postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignam homo iudicet participatione Corporis, & Sanguinis Domini. ut qui separata à Regno Caloriam timet, per ultimam sententiam summus Iudex; per Ecclesiasticam disciplinam à Sacramento caelesti panis interim separatur. Versetur ante oculos imago summi iudicij, ut cum alij accedunt ad altare Dei, qui ipse non accedit, cogitet quam sit contremiscenda illa pena, quae percipientibus alijs vitam aeternam, alij in mortem praecipitans aeternam. Ad hoc enim altare, quod nunc in Ecclesia est in terra positum, terrens oculis expectatum, ad mysterium divinum signacula celebranda, multi etiam sceleratis possunt accedere, quoniam Deus in hoc tempore commendat patientiam suam, ut in futuro exerceat severitatem suam. Accedunt enim ignorantes, quoniam patientia Dei ad penitentiam eos adducit. Illi autem secundum duritiam cordis sui, & cor impenitentis thesaurizant sibi iram in die ira, & revelationem iusti iudicij Dei, qui reddet utriusque secundum opera sua: Ad illud autem altare, quae praefatur pro nobis membra lesu, quae Caput Hierusalem processit, membris caeteris fructurus, nullus coram accedere poterit, de quibus, ut iam commiserat vocari, dicit Apostolus, quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non possidebunt.*

Testimonium ss. DD. antiq.

Chry-

Chrylſtoſomus Oratione de non condemnanda Eccleſia tomo 5. ait. multis ſemel in anno. myſteriorum ſuus participes, alij bu, alij crebro. quos igitur de his probabimus? eos qui ſemel an qui crebro? an qui rariuſ? neq; qui ſemel, neque qui crebro; neq; qui raro: Verum eos, qui cum pura conſcientia, cum puro corde, cum irreprehendiſſibili vita. Huiusmodi qui ſunt, ſemper accedat: qui minus, ne ſemel quidem: iudicium enim ſibi ipſi accipiunt atque damnationem. Vt enim alimentum natura alendi vim habens, ſi in eum quod male concoquit incidat, omnia deſtruit: atque corrumpit, & morbi occaſionem prabet: ita ſane & horrenda illa myſteria. & paulo poſt. Tanta verò graueolentia in animo cum ſit myſteriorum participes eſſe audeſ? dic mihi, quam veniam conſequeris? ait enim diuinus Apoſtolus. Qui manducat & bibit indignè, reus erit Corporis, & Sanguinis Domini: hoc eſt eandem panem dabit, quod ſupplicium laent ij, qui Chriſtum Cruci affixerunt. quem admodum enim illi iugulatores, rei ſunt Sanguinis: ita & hi qui indignè myſterijs participans.

Ambroſius Serm. ſuper Fer. 3. poſt 1. Dominic. Quadrag. tom. 5. inquit, Serpens cum venerit ad bibendum aquam, priuſquam bibat, extra fontem euomit venenum ſuum, & poſtea bibit: ita, & nos quando ad Altare Domini communicaturi accedimus, depouamus venenum peſſimum, hoc eſt, iracundiam, odium, inuidiam, ſeſſitatem, iniquitatem, auaritiam, cupiditatem, ſuperbiam, ſacrilegium, furium, luxuriam, falſum teſtimonium, diſcordiam, perurium: hæc ſunt animarum venenata: ita priuſ repellamus à nobis, & ſic ad Altare Domini poſſimus accedere.

Et Serm. 6. in Domin. 4. Aduentus tomo 5. ait. Propoſita diuinitate, fratres dilectiſſimi, iam adueniunt dies, in quibus Natalem Domini Saluatoris cum gaudio deſideramus celebrare: & idè rogo, & admono, vt quantum poſſimus cum Dei aduortio laboremus, quatenus in illo die cum ſincera & pura conſcientia, & mundo corde & caſto corpore ad Altare Domini poſſimus accedere, & Corpus, vel etiam Sanguinem eius non ad iudicium, ſed ad remedium anima noſtra mereamur accipere. In Chriſti enim Corpore vita noſtra conſiſtit, ſicut & ipſo Dominus noſter dixit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius Sanguinem non habebitis vitam in vobis, muſet ergo vitam, qui vult accipere vitam: nam ſi non muſat vitam, ad iudicium accipiet vitam, & magis ex ipſa corrumpitur, quam ſanctur: magis occiditur quam viuificetur. Sic enim dixit Apoſtolus: Qui manducat Corpus Domini, & bibit Sanguinem eius indignè, iudicium ſibi manducat & bibit.

Hieronym. in Plalm. 77. tomo 7. ait. Nam & nunc in Eccleſia ſi quis Carne, & Sanguine Chriſti reficitur, & declinat ad vitia, nouerit ſibi Dei iudicium imminere, ſicut Paulus Apoſtolus ait: Qui accipit Corpus & Sanguinem Chriſti indignè, iudicium ſibi ſumit & bibit: & loquitur ſuper illud. Es electus Iſrael impediri. Impediuntur, & nunc electi Eccleſia: ſi non & ipſi quoque Sacerdotes innocenter hæc Sacramenta percipiunt.

Gregorius lib. 2. expoſit. in 1. Reg. cap. 1. circa medium inquit. Saluti quippè fructum non percipiunt in comestione ſalutaris hoſtie, quia ea quibus ſe repleuerant flagitia portant in mente. Non ſaturantur ergo niſi ſemelici, quia vitijs perfectè ſenſuantes, diuina Sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis.

Et quia ſunt peccato electi etiam viri eſſe non poſſunt, quid reſtat niſi vt à peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare non deſinit, euacuari quotidie conentur? nam qui quotidie non exhaurit quod delinquit, eſt minima ſunt peccata que congerit, paulatim anima repletur, atque ex merito auferunt fructum interna ſaturatis. Hæc repletio nos euacuat Paulus inſinuat ait: probet ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid etiam eſt hoc loco probare, niſi euacuata peccatorum nequitia, ſe probatum ad dominicam menſam & purum exhibere? de repletis etiam ſubdit: Qui enim manducat & bibit indignè iudicium ſibi manducat & bibit. Qui ergo quotidie delinquimus, quotidie ad penitentiam lamenta curramus, quia ipſa ſola virtus eſt, que euacuat quod in ventre anima culpa coadunat. Et tunc verè ſemelici ſaturantur, quia quo ſtudioſius mundamur lamento penitentia, eo uberiorem diuina gratia fructum recipimus in ſpirituale reſeſtione.

Sexta Concluſio. Equè & iurè datur laicis ſacra Euchariftia ſub vna ſpecie, ſcilicet panis, licet illis non repugnet communio ſub vtraque ſpecie. Probat, Chriſtus Dominus doctrina & exemplo hoc docuit; ergo iurè optimo fit, & poteſt fieri. Antecedens probatur Ioannis 6. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum: & panem quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. ergo manducatio Carnis Chriſti ſub vna ſpecie, prodeſt ad ſalutem, vt Saluator docet, quæ vti que non prodeſt, ſi vtraque eſſet neceſſaria: res clara eſt.

Dices pro Sectarijs Huſſitis, qui contedunt eo loco Ioannem loqui de Euchariftia. Saluator poſtea inferre neceſſitatem vtriuſque ſpeciei, dum ſequitur: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & niſi biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Reſpondeo quod aliud eſt inſtitutio diuina, & aliud præceptum diuinum. Saluator inſtituit Euchariftiam ſub vtraque ſpecie, non tamen præcepit omnibus vſum vtriuſque ſpeciei: nam Dominus his verbis non ianuit præceptum omnibus de ſumenda vtraque ſpecie, ſed tantum inſtitutionem, quod patet; primò, quia ibidem inquit. Qui manducat hunc panem viuet in æternum; docet etiam per vnus ſpeciei ſumptionem haberi fructum huius Sacramenti: licet ergo communionem ſub vna ſpecie ſumere. Secundò ipſemet Saluator opere & facto docuit id fieri poſſe, vt infra dicemus: conſtat igitur quæ ſit menſallius in hæc re.

Dices pro Sectarijs, qui negant Ioan. cap. 6. loqui de Euchariftia: exemplo Domini patet, omnibus dandam eſſe Euchariftiam ſub vtraque ſpecie, nam ſumens calicem dixit Matth. 26. bibite ex hoc omnes.

Reſpondeo in Coena fuiſſe vtriuſque ſpeciei inſtitutionem, ſed non præceptum pro vtraque ab omnibus ſumenda ſpecie. & cum dixit, bibite ex hoc omnes: tantum cum Apoſtoliſ locutus eſt, quia non poterat calix diuidi in partes, vt panis, monuit ne vnus vel primus Apoſtolorum, vel ſecundus qui biberet; totum ſumeret: ſed partem ſumeret, vt omnes ex eo bibere poſſent. & quod ita ſuſcipiet, quia Marcus Euangelifta ſententiam huius rei declarat dicens, & biberunt ex illo omnes, putà omnes Apoſtoli, quibus dixerat bibite ex hoc omnes: ergo pro

Euchariftia ſub vna ſpecie laicis eſt ſufficiens.

Bibite ex hoc omnes, quomodo intelligi debeat.

solis Apostolis eo sensu quo dictum est, locutus est, & non pro omnibus fidelibus.

Quod autem de facto Saluator postea communione sub vna specie licere docuerit, probatur. Lucæ cap. 24. *Et factum est dum recumberet cum eis accepit panem, & benedixit ne fregit, & porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipse exiit ab oculis eorum.* Quod autem hic sermo fiat de Eucharistia, qua tunc hos duos discipulos scilicet Lucam, & Cleopham cibavit, per quem actum deinde cognouerunt eum, testatur Sanctus Augustinus lib. 3. de Consensu Euangelistarum cap. 25. tom. 4. Sanctus Hieronymus in Epithaph. Paulæ ad Eustachium, Ilychius lib. 2. in Leuit. cap. 9. Theophrastus, & alij, & hoc factum obtinemus ex hoc facto, hos Patres cognouisse licitum esse Eucharistiam sub vna specie sumere quia ibi Dominus vnâ speciem illis discipulis solum distribuit.

Secundò probatur Conclusio exemplo Apostolorum. Apostoli, fideles sub vna specie communicauerunt, ergò iurè optimo Ecclesia nunc etiam laicis eodem modo Eucharistiam distribuit, sequela est firma. Antecedens probatur: Act. 2. *Erant autem perseverantes (id est qui tunc crediderunt in Christum) in doctrina Apostolorum & communicatione fractionis panis, & orationibus.* hic loqui de Eucharistia concedunt etiam Sectarij. et legitur fieri tantum sub vna specie panis, ergo Apostoli sub vna specie dederunt Eucharistiam fidelibus.

Idem habetur Act. cap. 20. *Vna cum sabbati cum conuissis ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, &c.* id est die Dominico, qui est primus hebdomadæ dies, tunc enim fideles communiter conueniebant ad sumptionem Eucharistiæ: non fit autem vlla mentio calicis, ergo fidelibus laicis ab inicio sub vna specie tantum data est Eucharistia ab Apostolis.

Dices pro Sectarijs, Lucam per fractionem panis intellexisse totum Sacramentum per Synedochem. at hoc falsum est, primò, quia non semel hoc dixit Lucas; ergo aliquando saltem calicis mentionem fecisset. Secundò quia per Sectarios nihil debet asseri vt ipsi dicunt, quod Scriptura non narrat, at de calice Scriptura hic non loquitur, ergo calicis distributio ibi non fuit.

Tertiò probatur testimonio antiquitatis communionem sub vna specie vt plurimum in vsu fuisse. Tertullianus in lib. de Oratione in fine ait: *Accipit Corporis Domini, & reseruat, vtrumque saluum est, & participatio sacrificij, & executio officij.* & idem testatur lib. 2. ad uxorem. Solebant enim veteres Eucharistiam accipere in Ecclesia, & domi sequentibus diebus sumere. Similiter Eremitæ illam de manu Sacerdotis accipiebant, & secum in desertum deferrebat, vt deinde illam sumerent.

Basiliius in Epist. ad Cæsariam Patriciam inquit. *Istud autem in persecutionum temporibus necessitas cogit quædam non presense Sacerdote aut ministro, communionem propria manu sumere, nequaquam esse prauum, superuacuum est demonstrare; propria quædam tunc consuetudine hoc ipso rerum vsu confirmatum est. Omnes enim in eremis solitariam vitam agentes, ubi non est Sacerdos communicatio-*

nem domi seruantes, id se ipse communicant. In Alexandria vero, & in Aegypto, unusquisque vtrumque, qui sunt de populo, vt plurimum habent communionem in domo sua.

Cyprianus Sermon. de lapsis eadem consuetudinem narrat. idem Hieronymus in Apologia ad Pammachium pro suis libris quos scripserat contra Iovinianum. & August. Serm. 252. de Tempore, tomo 10.

His testimonijs dices pro aduersarijs, in domibus priuatis sub vna specie sumere Eucharistiam morem fuisse, non autem publicè in Ecclesia.

Contra, id quod illicitum est iure diuino, nullibi fieri potest: ergo si communicatio sub vtraque specie esset de iure diuino, vt Sectarij dicunt, nec in priuatis domibus concessa fuisset ab antiqua Ecclesia. ergo sentiebant antiqui, licitam & sufficientem ac fructuosam esse communionem Eucharistiæ sub vna specie.

Nec valet occurrere panem Eucharistiæ sumptum se domi, calicem autem in Ecclesia. Hoc, inquam, inane est, quia sicut calicem sumebant in Ecclesia sic etiam panem sumere poterant, vt quid illum seruare, & secum domum portare? ergo pro alijs diebus seruabant, vt sumerent; quia eadem iam sufficienter in Ecclesia sumplerant.

Dices pro Sectarijs talem priuatam communionem fuisse ab usum, & hac ratione postea ab Ecclesia prohibitam.

Contra, Patres citati, vt videre est apud illos, non damnant factum tanquam ab usum, imò laudant; Ecclesia autem deinde cognoscens homines malos abusi, posse Eucharistia ad magias, &c. hoc prohibuit, sed quid prohibuit, non communionem sub vna specie, sed priuatam communionem: nihil itaq; ex hoc obtinent Sectarij.

Probatur etiam testimonio Concilij Generalis Sardicensis antiquissimi celebrati anno Domini 347. sub Iulio Papæ I. Hoc enim Concilium Canon. 2. sic habet. *Opus Episcopus dicit etiam si talis aliquis existerit (id est Episcopus) communi, vt fortassis excusationem afferens, afferens quod populi literas acciperit, cum manifestum sit potuisse paucos promissio & mercede corrumpi eos qui sinceram fidem non habent, vt clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderentur Episcopum. omnino has fraudes damnandas esse arbitror hoc modo, vt nec his in sine communionem talis accipiat.* Quid est autem hæc laica communicatio quæ vix ægotanti tali culpa irreuerenti distribui permittitur? illa scilicet quæ tunc laicis dabatur in Ecclesia scilicet sub specie panis, & non vini, quod in pœnam Sacerdotis qui Episcopatum fraudulenter quæsiuit, mandatum fuit, qui sub vtraque specie communionem sumit, quia est Sacerdos.

Quartò probatur Conclusio, quod saltem iurè hoc factum sit ex eo, quod totus Christus sub vtraque specie contineatur. Sub specie panis Christus est presens eo modo quo de facto viuus, & existit, vt probatum est disputat. prima, huius libri, quia licet ex vi verborum, nempe *Hoc est Corpus meum*: tantum Corpus seu caro Christi fiat presens; attamen quia caro Christi de facto est cum Sanguine, anima, & Diuinitate; necessario sequitur per concomitantiam, seu naturalem unionem sub speciebus panis notum adesse Christum

Saluator dedit illi quando Euchar. sub vna specie.

Apost. aliquando sub vna specie dederunt Eucharist.

Relicitur quod possent excogitare Sectarij.

Testim. antiquit.

Relicitur quod obicere possent aduersarij.

Relicitur quid Sectarij obicere possent.

Solemne testimonium Ecclesie Catholice.

Sub vnaqueque specie Euchar. totus Christus contineatur.

Exemplum apertissimum.

exempli gratia, in pane materialiter color, sapor, quantitas, & substantia; oculus in pane videt colorē, & quantitatem, sed non substantiam, ut Philosophis notum est; at quia qualitas, & quantitas inseparatae manent à substantia illius panis, consequenter oculus dicitur videre totum panem; sic in casu nostro, ex vi verborum scilicet, *Hoc est Corpus meum*; sub speciebus panis, tantum caro Christi fit ibi præsens; at quia *Christum non nisi in unitate moris illi ultra non dominabitur*; ad Rom. 6. consequenter necessarium dicendum est totum Christum ibi esse. idemque dicendum est de consecratione Calicis, & Sanguinis, qui actu non est absque carne, anima, & divinitate Christi: Apud sensatos viros res clara est. Ergo quaecumque sumamus speciem, totum Christum sumimus; nihil itaque abstulit à laicis Ecclesia, cum præcepit illis communionem dari sub vna specie. quia vel sub vna, vel sub utraque totum Christum sumunt; & id correspondet figuræ huius Sacramenti, quæ habetur de manna Exod. 16. *Nec quisquam collegit habuit amplius: nec qui manum paraverat, reperit manum: sed singuli iuxta id quod adorare poterant congregaverunt.*

Idem sanctus colligitur ex vna specie Eucharistia, quam ex sumptione utriusque.

Quinto probatur conclusio ex eo quod idem fructus colligitur ex communione sub vna specie, quam sub duabus. Fructus huius communionis est gratia, pro conservatione vitæ spiritualis in ordine ad vitam æternam; at habetur etiam ex sumptione solius panis consecrati, ergo sufficiens est talis communio sub vna specie. maior patet Ioan. cap. 6. minor probatur ex eodem loco. *Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* & *panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.* & postea: *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Si ergo ex sola perceptione Christi sub speciebus panis habetur eadem gratia in ordine; ad vitam æternam, nihil abstulit Ecclesia à Laicis, cum illis tantum concedit communionem sub vna specie.

Congruentia pro communione sub vna specie.

Secundo probatur conclusio ex eo, quod legitimæ causæ inveniuntur, ob quas illi Ecclesia laicis omnibus præcepit communionem sub vna specie: prima est quia multi sunt abstemij à vino, secunda est, quia in multis partibus vinum in tanta copia haberi nequit, quod sufficiat magnæ multitudinis communicantium in die Paschatis, vel alio tempore. Tertia, quia in eommunione multitudinis, vel cum ægrotis asportaretur, inest evidens periculum effusionis, & irreuerentiæ: ut igitur communis forma, & uniformis modus habeatur in Ecclesia in laica, seu laicorum communionem, sapienter statuit omnibus laicis sub vna tantum specie, scilicet panis, Eucharistiam distribuendam esse.

Christus Dominus ut existit sub Eucharistia, est adorandus latius adorandus.

Septima Conclusio. Christus Dominus, ut existit sub speciebus Eucharistia, est adorandus cultu Latrice. Hæc Conclusio habetur in Concil. Trident. sess. 13. cap. 5. his verbis. *Nihil usque dubitandi locum relinquatur, quod nomine Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper recepto, latrice cultum qui vero Deo debetur, huius sanctissimo Sacramento in veneratione adhibeant. Neque enim minus est adorandum quod fuerit à Christo Dominico ut sumatur institutum. Nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus; quem Pater atrox in orbem terrarum dedit: Et adorent eum omnes Angeli Dei, quem Magi procedentes adoraverunt; quem denique in Galilea ab Apostolis adoratum fuisse. Scriptura testatur.*

Hebr. 1.
Phil. 96.
Math. 2.
Matth. 23.

Probatur Conclusio: Christus Dominus ut existit sub speciebus Eucharistia est verus Deus & homo; ergo est adorandus cultu Latrice. seq. probatur,

quia talis cultus Deo debetur: Christus autem est Deus ubique sit, vel per præsentiam naturalem, vel sacramentalem; ergo tali cultu Latrice adorandus est. res patet.

Respondent Sectarij communiter, utique Christum adorandum esse, sed ubi ipse iubet se adorari, seu ubi est ut adoretur, scilicet in Cælo: in Eucharistia autem non est ut adoretur, sed ut manducetur; non enim ait: Accipite, & adorare: *Sed accipite, & manducate.*

Secundo respondent, Christum utique adorandum esse, sed non esse Christum in Eucharistia, sed Corpus Christi, nec idem esse Corpus Christi, & Christum.

Huiusmodi responsiones egregie refellit Cardinal. Bellarm. lib. 4. de Sacramen. Eucharistia cap. 29. his verbis. In primis adoratio Dei non est alligata certo loco, ut patet Ioan. 4. sed ubiq; Christus adorari potest, & debet, quando cum eo tractare debemus: nõ enim consentit illi adoratio, quia in Cælo est, vel in alio loco, sed quia est Deus. Præterea non erat Christus quondam in Præsepio ut adoraretur, sed ut membra eius ibi requiescerent, & tamen Magi illum in Præsepio adoraverunt. Math. 2. sic etiam cum ambularet in terris nõ ambulabat ut adoraretur, sed ut doceret: & tamen passim adorabatur, ut Math. 8. 9. 14. 15. & 20. Ioan. 9. & alibi. Et cum hic in terris Principes aliquid proficiscuntur, non eunt ad eum finem, ut ab occurrentibus saluentur, & tamen nemo illis occurrit, quin se eis prosternat, ac reuenter salutet. Quare aduersarij pluris faciunt Principem terrenum, imo quemlibet amicum suum quam Christum, cum solam Christum sine vno honore excipiant, nec dignentur ei assurgere, nisi expressè id eis præcipiatur. Adde quod licet non sit primaria ratio institutionis Sacramenti, ut Christus ibi adoretur; tamen etiam illa ratio quædam fuit, ut haberemus Christum magis præsentem, & ut præsentem honoraremus. Vnde Eusebius Emisenus Homil. 5. de Paschate dicit, institutum esse Sacramentum hoc, ut cõderetur Christus iugiter per mysterium.

Altera solutio planè est inania & Nestoriana. Nam etiam si non esset nisi Corpus Christi in Eucharistia, tamen adhuc adorari deberet ab ijs, qui recipiunt mysterium Incarnationis: illud enim Corpus verum esse diuinitati hypostaticè; etiam si ab anima, & sanguine diuisum esset; ut fuit quando iacuit in sepulchro. Adde quod satis probauimus totum Christum esse sub quavis Eucharistia specie. Hæc Bellarm.

Secundo probatur Conclusio testimonio antiquitatis: August. super Psalm. 98. tom. 8. inquit. *Suscipit enim de terra terram, caro enim de terra est, & de carne Maria carnem accepit; & quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedis, nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit, inuentum est quem admodum adoratur tale scabellum pedum Domini, & non solum non peccamus adorando, sed peccamus non adorando.*

Et Epist. 118. cap. 3. tom. 2. ait. *Facias autem ut quisque quib; secundum fidem suam pie credit esse faciendum: Nouer enim eorum exhorat Corpus, & Sanguinem Domini, si saluberrimum Sacramentum curatum honorare contendunt. Neque enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri proposuit, Zachæus, & ille Centurio, omni alter eorum gaudentes in domino suam susceperit Dominum: alter dicit, Non sum dignus, ut intres sub tectum meum: ambo Saluatorem hono-*

Testimonium m. Sanctorum Doctorum antiquorum

honorificantes diuerso & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti.

Cyriil, Hierosolym. Cathed. 5. myllagoga ait. *Accede, & ad Calicem Sanguinis illius, non extendens manum, sed prout adorationis in modum, & venerationis, &c.*

Chrylottom. Homil. 24. in 1. ad Corin. in fine tom. 4. inquit. *Hoc Corpus etiam iacens in Praesepi reueriti sunt Magi; & viri impij, & barbari patrum; & domo relicta, & longam viam consecerunt, & cum venissent cum multo metu, & tremore adorarunt. Imitemur, ergo, vel barbaros nos calorum cives. Nam illi quidem cum, & in Praesepi viderent, & in tuguria, neque tale quidpiam vidissent, quale tu nunc, cum magna accesserunt reuerentia, Tu autem non in Praesepi vides, sed in altari, non faminam eum tenentem, sed Sacrdotem videntem, & spiritum cum magna copia ea, que sunt proposita super volantem, & paulo post: Nos ergo ipsas excitemus, & formidemus, & longe maiorem quam illi barbari ostendamus reuerentiam; ne si temere, & inconsiderate accesserimus in nostrum caput ignem congeramus, & infra: Vidisti quemadmodum quod est optimi pretiosissimum, & maxime honorandum vides in terra: nequa solum vides, sed etiam tangi, sed etiam comedere, & eo accepto domum reuertari, abstergere & mundare animam, & prapara mentem ad horum mysteriorum susceptionem, &c.*

Ambros. lib. 3. de Spiritu sancto cap. 12. tom. 4. inquit: *Vide amicus tamen ne terram illam dicat adorandam Propheta, quam Dominus Iesus in carnis assumptione suscepit. Itaque per scabellum terra intelligitur, per terram autem caro Christi, quam hodie quoque in mysterijs adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu, ut supra diximus adoramus. Neque enim diuisus est Christus, sed unus, neque cum adoraretur tanquam Dei Filius; nam ex Virgine negabatur.*

Supereft nunc, vt omnes obiectiones Sectariorum, quas duobus premiffis Conclusiones excogitauerunt afferamus, & simul refellamus. Contra primam Conclusionem prima Obiectio. Dominus cum Sacramentum hoc instituit, dixit: *Accipite edite*, ergo extra Sacramentum Eucharistia tantum vsque dum editur & fit communicatio sergo non est Sacramentum, permanens extra vsum illius.

Respondeo, illis verbis Saluatorem docuisse Eucharistiam sumendam esse vt cibum & potum: non autem esse tantum Eucharistiam dum sumitur, itaque verba illa doctrinam tribuunt circa modum obtinendi effectum Eucharistia, qui est sumptio illius, & nihil aliud.

Dices Saluator non tradidit Apostolis partem aliquam Eucharistia, vt illam seruant, ergo nec ab alijs hoc fieri debet.

Respondeo Saluatorem iure id non fecisse, primo quia Apostoli tempore Passionis Christi, quae immediate post cepit, praetere timore fugere debebant, vt legitur Marci 14. *Et relicto in montes fugerunt.* Secundo, quia eo tempore Ecclesia, quae vere erat pusillus grex, non gaudebat tanta libertate, vt id alicubi doctenter seruare posset. Tercio, quia adhuc eam mysteriosum Dei notitiam Apostoli non possidebant, quae ad Eucharistiae perfectam cognitionem necessaria erat, quam tamen post Christi Resurrectionem habere coeperunt, quia Ioan. 20. Saluator aliquo modo perficere cepit Apostolos, & idoneos reddere ministros noui testamenti, cum insufflauit & dixit, *Accipite spiritum sanctum, &c.* quod experientia nouum

factum est, quia Petrus qui rudis erat piscator Antea ante diem Pentecostes doctus super intelligentiam Scripturarum locutus est in electione Matthiae, & tandem in die Pentecostes repleti sunt omnes Spiritu sancto, & facti sunt ministri idonei scientia & doctrina pro gentium conuersione. His igitur rationibus constat minime expedire Apostolos eo tempore Eucharistiam extra vsum seruare debuisse.

Secunda Obiectio. Caetera Sacramenta non sunt Sacramenta extra vsum illorum, sed tantum dum fiunt, ergo etiam Eucharistia, quia ipsa est Sacramentum, sicut & caetera.

Respondeo vique Eucharistiam Sacramentum esse sicut & caetera Sacramenta in ratione Sacramenti quatenus Sacramentum est signum sensibile efficax ex institutione diuina rei sacrae latetis: sed sicut omnia Sacramenta non sunt vnum Sacramentum, quia vnumquodque sicut particulare est differit ab alio: sic Eucharistia, vt vnum est inter septem, hoc habet peculiare, vt contineat auctorem gratiae, & maneat extra vsum, cum continuo tamen & perpetuo ordinem seu relationem ad vsum, tanquam ad medium necessarium pro fine eius obtinendo.

Praeterea, in caeteris Sacramentis quasi ipse vsum dicitur Sacramentum, vt patet de Baptismo, nam ipsa actualis lotio est Sacramentum; in Confirmatione ipsa vinctio, & manuum impositio; in Ordinatione ipsa actualis manuum, & instrumentorum impositio est Sacramentum Ordinationis; & sic de reliquis: Ad in Eucharistia non est Sacramentum fractio, & distributio panis, quae transit, & est tantum in vsum, sed ipsa species panis, & vini quae continent Corpus & Sanguinem Christi: haec autem non statim transeunt, sed permanent; ideo hoc Sacramentum est permanente extra vsum, licet habeat relationem ad vsum.

Tertia Obiectio. Veteres iubebant reliquias Coenae Domini comburi, vel dari puerulis edendas, ne quid superesset: ergo eo tempore Eucharistia non manebat extra vsum, nec seruabatur.

Respondeo hoc esse falsum testimonium: quia veteres non iubebant reliquias Coenae comburi, sed tantum vt species corruptae pro temporis diuinitate quae sumi non poterant, comburentur; eo quod nauis, vel horror esset ad manducandum, quod pro aliorum Sacerdotum negligentia sicut olim, sic hoc tempore accidere solet: sic testatur Isichius lib. 2. in Leuiticum cap. 8. Guitmundus lib. 2. & Algerus lib. 2. cap. 1. vt refert Bellarm. lib. 4. de Euchar. cap. 5. vbi etiam inquit, quod licet Nicephorus lib. 17. Histor. cap. 25. scribat more fuisse apud Graecos, vt reliquias Eucharistiae darentur pueris innocentibus ad manducandum, vt notant etiam Euagrius lib. 4. Hist. cap. 35. & Gregorius Turonicus lib. 1. de gloria Martyrum cap. 10. non tamen quotidie, seu singulis diebus id faciebat, nec ideo fiebat, vt Eucharistia non seruaretur, cum semper Graeci Eucharistiam seruaerint, sed eo tantum tempore, quando Eucharistiam renouabant, quia longo tempore seruati non debet, ne species putrescant; & quia tunc animarum paruulorum seu multarum michi manebant & supererant, eas paruulis innocentibus distribuere solebant; & hoc etiam tangitur in Conc. 2. Matiscomensis celebrato Anno Domini 588. tempore Pelagij II. Papae. Can. 6. vbi sic dicitur. *Vt Sacramenta altaria non nisi a feminis hominibus celebrentur, excepto vno die, nimirum festo, quo Coena Domini celebratur. Quaecumque reliqua sacrificiorum post peractam Missam in sacra super se deris.*

Eucharistia sicut sacramentum, hoc habet peculiare, quod sit Sacramentum etiam extra vsum.

Quid olim debetur pueris de Eucharistia.

Cur Apostoli in Coena Domini non seruaerint partem Eucharistiae.

quadragesimal sexta Feria, innocentes ab illo enim mero & melle de suo adducuntur, & in dicto eis iunio, caldi reliquias confertur vino percipiunt.

Contra secundam Conclusionem arguit Lutherus, & Kernikus loco citato sic. Vini cum aqua permixtio pessimam habet significationem: nam *Isaie* cap. 7. dicitur: *Vinum tuum mixtum est aqua*: Quod significat teste Hieronymo in eum locum, Scripturæ & Verbi Dei sinceritatem corruptam fuisse à Pharisæis per admixtionem humanarum traditionum.

Respondeo cum Cardin. Bellarm. lib. 4. de Eucharistia cap. 11. in Scripturis vnam, & eandem rem alio, & alio modo consideratam, nunc bonam, nunc malam habere significationem. Leo ver. gr. ob fortitudinem Christum Dominum significat. Gen. 49. *Caules Leonis Iuda*. & Apocal. 5. *Vicius Leo de tribu Iuda*. Idemque Leo propter crudelitatem diabolum etiam representat Psalm. 90. *Conculcabit leonem & draconem*. 1. Petri 5. *Tanquam leo rugiens circumquærens quem deuoret*. Sic à pari mixtio vini cum aqua: si sumatur similitudo ab ijs, qui vinum vendunt, significat fraudem & corruptionem: decipitur enim, qui pro vino mero emit vinum aqua mixtum: & de hac re agit *Isaie* cap. 1. ubi Hieronym. legit. *Compones tuis miscens vino aquam*. Si autem sumatur similitudo ab ijs qui bibunt, optimam habet significationem illa mixtio: nam sobrietatem & temperantiam significat. Unde Prover. 9. *Bibite vinum quod miserit vobis*: Quoniam igitur in calice vinum miscetur aqua, non ad vendendum, sed ad bibendum: optimè fit, & optimam habet significationem.

Secunda Obiectio. Ideò Catholici miscent aquam in Calice ad significandam scilicet aquam, quæ simul cum sanguine fluxit de latere Christi: sed hæc ratio non probat ergo Catholici non solidè probant suam sententiam de mixtione aquæ cum vino. Minor probatur, primo quia illa aqua, quæ fluxit non fuit mixta cum sanguine, sed seorsum per se fluxit: nam aliter discerni non potuisset. Secundò quia illa effusio sanguinis & aquæ significabat duo Sacramenta, diuersa, nempe Baptismum & Eucharistiam, vt docet August. tract. 12. o. in Ioannem, & ceteri Patres: ergo illa aqua ad Eucharistiam non pertinet. Tertio, quia ex figuris & mysticis sensibus non sumitur solidam argumentum.

Respondeo huic obiectio cum Cardinal. Bellarm. loco citato, quòd ratio principalis cur Catholici aquam cum vino in calice miscent est institutio Christi Domini quem admodum Ecclesia ab Apostolis, & Apostolorum discipulis vt suo loco dictum est accepit. Ecclesia autem quod in hac re fecit Christus Dominus, imitari debet: rationes seu congruentias quæ adducuntur, tantum ad explicandam & confirmandam ius facti, valent.

Instantia autem quæ obijciuntur nullas sunt momenti: quia sanguis & aqua vtique impermixta fuerunt dum fluunt, sed in loco ubi ceciderunt mixta sunt simul, & si in aliquo calice recepta essent, simul permixta fuissent. Ecclesia autem nunc non representat modum quo fluxit, sed rem quo fluxit: ideoque congruum est, vt aqua cum vino ponatur in Calice.

Ad secundam. Aliud est representari & significari, aliud representare & significare: hæc enim sunt diuersa, nec se inuicem impediunt. Nos igitur non dicimus sanguinem & aquam significasse mixtionem

vini & aquæ in Calice: sed è contrario significari, & representari per hanc mixtionem calicis, quidquid significauerit illa effusio sanguinis & aquæ. Quare August. & Theophil. quid dicunt sanguinem & aquam significare duo Sacramenta, affirmant etiam inde colligi miscendam esse aquam in Calice Eucharistie.

Ad tertiam dicimus nullam hic esse figuram, aut sensum mysticum: quia non attenditur quid illa significauerint: sed ea nos representamus, quæ reuera facta sunt.

Contra tertiam Conclusionem adfunt primò Græcorum obiectiones: secundò obiectiones Lutheranorum. Prima Obiectio. In Liturgia S. Clementis, quæ habetur lib. 8. Constit. Apostol. cap. 12. S. Iacobi, S. Basilij, & S. Chrysostomi post verba Domini recitata: *Accipite, manducate, Hoc est Corpus meum, &c.* Habetur illa oratio, fac Domine panem istum Corpus Christi tui, &c. ergo per illa verba, *Hoc est Corpus meum*, non fit consecratio, seu transubstantiatio; aliter dicti Patres non dixissent, *Fac Domine panem istum, &c.*

Huic obiectioni Cardin. Bellarm. lib. 4. de Sacramen. Euchar. cap. 14. hæc optimam adducit solutionem ex Cardin. Bellarmone in suo libro de verbis consecrationis. videlicet, in illa Oratione Græcorum non peti, vt verba sonare videntur, mutationem panis in Corpus Domini, cum iam facta sit; sed peti confirmationem & stabilitatem rei iam factæ; non quòd Sacerdos timeat, ne euaneſcat munus iam consecratum, sed vt ostendat desiderium suum, & amorem erga presentiam Domini Corporis. similis enim locutio est Marci 5. cum mulieri quæ sanata iama erat per contractum sambre Domini, Christus ait: *Fides tua te sanauit fecit, vade in pace, & esto sana à plaga tua*. vbi illud: *esto sana*, non significat volo vt sanaris: iam enim sana erat: sed idem est ac si dixisset, placeat quòd sanata sis: nam habeo quòd factum est: similiter Lucæ 7. dicitur de Magdalena: *Remittuntur tibi peccata multa quoniam multum dilexisti me*: Tamen deinde Dominus eidem ait: *Remittuntur tibi peccata tua*. quæ tunc dimiserantur: cum essent iam dimissa.

Secundò offert propriam responsionem dicens: xplam petitionem non esse ad transubstantiationem faciendam, sed ad vtilitatem: & fructum faciendam ex ea iam facta. idque confirmat tripliciter: primò, quibus in Liturgia Clementis, & Basilij non dicitur: *Fac panem istum Corpus Christi*; sed *ostende quæsumus Corpus Christi*; nempe per effectum salutarem: mentibus nostris ostende istum panem sanctificatum non esse panem vulgarem, sed celestem. Secundò, quia idem patet per similes preces, quæ in Liturgia Latina habentur: nam post consecrationem dicitur: *Fiat nobis Corpus, & Sanguis, &c.* non autem petitur simpliciter vt fiat, sed vt fiat vtile nobis. Tertio, quia ex Confessione Græcorum hoc fit manifestum: nam Græci in vlt. less. Concil. Florentin. interrogati fuerunt à Summo Pontifice Eugenio, cur post consecrationem Eucharistie illæ preces quibus videtur peti consecratio apponerent respondissent nihil dubitare quin consecratio fieret per verba Christi, illas autem preces addi, vt peteretur à Deo nobis vtilitas ex tanto sacrificio, eo modo quo Latini idem petunt per illam orationem, *Subi hac perferris, &c.*

Secundò Obiectio. Damascenus lib. 4. cap. 24. dicit Basilium in Liturgia vocare panem Eucharistie antitypæ Corporis Domini ante consecrationem, non autem

Vinum mixtum aqua ad vendendum, malam habet significationem non autem ad bibendum.

Aliud est significari, & aliud significare.

Digitized by Google

autem post consecrationem. & idem habet Epiphanius ille qui in 7. Synodo A. C. & tom. 3. disputat pro Catholicis contra Iconomachos. Sed apud Basilium habetur illa vox antitypa post verba Domini, *Hoc est Corpus meum*, non autem post illam orationem qua Græci recentiores existimant fieri consecrationem: ergo Damascenus & Epiphanius existimant consecrationem non fieri per verba Domini, sed per illam orationem, quæ post verba Domini recitatur.

Respondeo Patres vfos esse illa voce post consecrationem, non quia tenuerint post verba consecrationis non adesse sub speciebus panis & vini Corpus & Sanguinem Christi, seu consecrationem non fieri per illa verba, *Hoc est Corpus meum*, & *Hic est Sanguis meus*, &c. sed quia species illæ continent Corpus & Sanguinem Christi eadem repræsentant & innunt. hinc est quod omnis sequela quæ ex hoc elicitur ad oppositum inferendum nullius est roboris ac veritatis.

Tertia Obiectio. Patres passim docent Eucharistiam precibus & inuocatione Dei conseruari. Sed illa verba *Hoc est Corpus meum. Hic est Sanguis meus*, non habent formam precum neque inuocationis: ergo illis verbis non consecratur Eucharistia, sed prece consequente vt Græci volunt.

Respondeo Patres docere verbis Domini consecrationem fieri, vt patet in tertia Conclusionè; verba autem Domini non sunt preces, sed significatiua & effectiua consecrationis; ea scilicet verba quibus nos consecrare intendimus. Cum Patres aliquando Eucharistiã dicunt precibus & inuocatione Dei fieri, tunc non de verbis consecrationis loquuntur, sed de tota liturgia, seu de verbis anteced. consecrationem, quæ ab Ecclesia adhibentur ad diuina beneficia obtinenda.

Quarta Obiectio. Verba illa; *Hoc est Corpus meum*; & *Hic est Sanguis meus*, vel dicuntur à Sacerdote recitatiuè, vel significatiuè; ac neutro modo possunt esse forma Sacramenti; ergo etiam verba non sunt forma Sacramenti. minor probatur; nam si recitatiuè dicerentur, sequeretur per illud, hoc, demonstrari non panem qui est in manibus Sacerdotis, sed qui fuit in manibus Christi: & proinde non consecraretur panis, qui consecrandus proponitur in Altari. Secundò sequeretur non posse consecrari quidquam his verbis; nam verba consecrant dum faciunt quod significant, ista autem nihil significant, cum dicantur materialiter tantum, & non significatiuè.

Si autem dicerentur significatiuè, sequeretur primo quod illud, *Hoc est Corpus meum*, demonstraret Corpus Sacerdotis, non Christi; ac dicere oporteret, *Hoc est Corpus Christi*. Secundò, omnia verba præcedentia clamant non dici significatiuè sed recitatiuè, cum legamus; *Accipite panem in sanctas ac venerabiles manus suas*, &c. & intra: *Benedixit, fragit, & dæque: dispersit sine dicens: Accipite, &c.*

Respondeo verba illa; *Hoc est Corpus meum*, & *Hic est Sanguis meus*, à Sacerdote dici recitatiuè & significatiuè. cum dicuntur in obiectiõne, sequeretur illud, *Hoc est Corpus meum*, demonstrare corpus Sacerdotis, falsa consequentiã, quia prius Sacerdos dicit, *Christus pridie quam pateretur accepit panem*, &c. & sequitur immediatè dicens in persona Saluatoris. *Hoc est Corpus meum*. non possunt itaque significare corpus Sacerdotis ac nec bona esse oratio, seu

propositio si diceretur, *Hoc est Corpus Christi*, quia sensus talis fieret; Christus dixit, *Hoc est Corpus Christi*. quid ineptius? propriè autem & aptè profertur sic, Christus pridie quam pateretur dicit, *Hoc est Corpus meum*, instantia itaque nulla est & nullius roboris.

Ad aliam, quod scilicet verba præcedentia ostendant illa dici recitatiuè, dico vtique ostendere ea dici recitatiuè; quia vt diximus etiam recitatiuè dicuntur; sed quia ex diuina institutione verba illa, *Hoc est Corpus meum*, & *Hic est Sanguis*, &c. sunt effectiua transubstantiationis, dicuntur etiam à Sacerdote significatiuè; nempe cum intentione efficiendi.

Quinta Obiectio ex Caluino. Cũ Dominus dixit *Accipite & manducate, Hoc est Corpus meum*, non alloquebatur panem, sed Apostolos: ergo verba illa non referuntur ad panem consecrandum, sed ad fidem instruendam. & addit, quod magicæ incantationis est, panem transmutari virtute verborum.

Respondeo verba illa, *Hoc est Corpus meum*, &c. non tantum ad fidem docendam dicta fuisse, verum magis principaliter super panem ad transubstantiationem faciendam. aptum exemplum ad hoc explicandum adducit Cardin. Bellarm. loco cit. nempe dicitur Lucæ 7. Dominus dixit ad Simonem de Magdalenâ *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mundum*; quæ tamen verba simul (efficacia fuerunt circa Magdalenam, quia remissa sunt illi peccata sua. & Ioan. 8. Dominus ait Regulo *Vade filius tuus uiuat*; & simul efficacia fuerunt filio Reguli, licet Regulo dicta fuerint.

Ad illud est magicæ incantationis, &c. dico quod si Caluinus de facto igne non cruciaretur æterno, ob hanc blasphemiam si uiuere igni condemnaretur à sæculari Iudice; quia cum omnia Sacramenta cõsent verbis, & elementis ex diuina institutione, & verba Sacramentorum sint efficacia respectu effectus illorum, sequeretur Christum Dominum Magum fuisse, quia magicam docuisset. quid iniquius? Audite, Caluistæ quid Sanctus & antiquus Doctor Chrysostomus Homil. 83. Matth. tomo 2. scribit. *Quoniam uerbum dicit: Hoc est Corpus meum & c. assentiamur, & credamus; & intellectualibus ipsi sum oculis intueamur, Nihil enim sensibile nobis Christus tradidit: sed sensibilibus quidem rebus, & omnia intelligibilibus. Itidem, & in baptismo per rem nempe sensibilem aquam, donum conferuntur: intelligibile uero quod percipitur, generatio et renouatio. Si enim incorporeus esses, nuda et incorporea tibi dedisset ipse dona: sed quoniam anima corpori conferta est, in sensibilibus intelligibilibus tibi præbes.*

Et Ambrosius doctrina, & sanctitate celeberrimus, de Sacramentis lib. 4. cap. 4. ait. *Hoc igitur adfirmamus. Quomodo potest qui panis est, Corpus esse Christi? consecratione. Consecratio igitur quibus uerbis est, et cuius sermonibus? Domini Iesu. namque per reliqua omnia qua dicuntur, laus Deo deferatur, oratione petatur pro populo, pro Regibus, pro cæteris: ubi uenitur ut conficiatur venerabile Sacramentum, non sunt sermonibus Sacerdos, sed uenitur sermonibus Christi, etc. auditis consecrationem fieri ex vi uerborum Christi? non est ergo magia uerbis Domini hanc tribuere uirtutem, vt Caluinus blasphematur.*

Sexta Obiectio ex Buccero, Nulquam scriptum est

Verba consecrationis dicuntur recitatiuè & significatiuè.

est debere Sacerdotes dicere: *Hoc est Corpus meum*, Ergo sufficit panem benedicere, & frangere.

Respondeo negando Anteced. quia Dominus ita præcepit cum dixit. *Hæc quotiescumque feceritis mei memoriam facietis*. Quid enim facere debebant Apostoli, & successores eorum? utique quæ ipse fecit; ipse autem fregit, & dixit: *Hoc est Corpus meum*, & *Hæc est sanguis meus*, Ergo & nos idem facere debemus. Præterea, si hoc scriptum nunquam fuisset, sufficeret traditio Apostolorum; nam omnis Natio in uniuerso Orbe Missam celebrat; & talia verba dicunt, & ab initio semper fuit sic: quis sanæ mentis negare audebit, non fuisse Apostolorum, & Domini doctrinam? iuxta Augustini regulam lib. 4. de Baptismo. *Quod uniuersa tenet Ecclesia, nec Concilij institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur*.

Præterea interrogo Sectarios, cur ipsi cenam celebrent, cum Dominus Apostolis dixerit: *Hæc quotiescumque feceritis*, &c. Non dicit autem hoc vobis mando, & successoribus vestris? Scriptura hoc non testatur. Vnde ergo habetur nos omnes cenam hæc celebrare debere? ergo non omnia sunt scripta, quæ faciendæ sunt. Sectarij igitur parauerunt foueam Catholicis, dum plebem decipientes dicunt illud tantum faciendum esse, quod scriptum est: & incidunt in eam, nam & ipsi cenam faciunt, cum tamen ad Apostolos tantum locutus sit Saluator, cum dixit: *Hæc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis*, si ergo subintelligitur, & successoribus vestris idem dicendum est de alijs Scripturæ locis scilicet, cum Ioan. vlt. dixit Petro, *Pasci oves meas*, & Matth. 16. *Quidcumque ligaueris super terram etiam ligatum erit in Cælis*, &c. Et idem dicendum est de his quæ Ecclesia facit, quæ in Scriptura non sunt explicita, sed tantum ore tradita.

Septima Obiectio ex Kemnitio, alijsque Lutheranis. Nihil addendum est, nec detrahendum à verbis Domini. At Catholici multa addunt, & detrahunt; nam addiderunt ad verba Calicis multa, & detraxerunt. Accipite, & manducate; & quod pro vobis tradetur.

Respondeo Ecclesiam Catholicam nil addere, vel detrabere ab his, quæ sunt essentialia, & necessaria pro celebratione huius sacrificij, & Sacramenti; quæ autem non sunt necessaria, potest Ecclesia tacere vel omittere, ut plura sancti, ac veteres Patres in tradendis formulis Liturgiarum fecerunt. Ver. gr. Iacobus, Basilius, Chrysostomus, Clemens, &c. Hanc enim potestatem habet Ecclesia, velint nolint Sectarij, ut dictum est lib. 2. Et eo magis, quia in ritibus, & legibus ferendis Ecclesia semper sequitur vestigia veterum Catholicorum, & Sanctorum Doctorum.

Contra quintam Conclusionem. Prima Obiectio ex Luthero. Christus non venit vocare iustos, sed peccatores, & dum fuit in terris sele omnibus tangendum exhibuit, & cum peccatoribus manducavit, qua de causa Apostolis dicebant Iudæi. *Quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat magister vester?* Lucæ cap. 5. ergo multo magis licebit peccatoribus accedere ad Eucharistiam, ut spiritus sanitatem acquirant.

Respondeo, falsum esse paritatem inter Christum conuersantem in terris, & Christum sub speciebus Eucharistia: quia primo modo venit peccatores vo-

care, docere, & conuertere, quod sine familiari conuersione commodè fieri nequit, ac cum se dat cibum sub speciebus Eucharistia: non exhibet se vt doctorem, & vocantem peccatores ad penitentiam; sed vt conseruatorem iustitiae, & sanctitatis præcepta, & vt robur, ac solatium in præfenti vita militantium; ideo habet rationem cibi, & potus, qui mortuis non pro sunt, vt reuiuiscant, sed viuis dantur vt conseruentur, ne deficiant: ideoque ad hanc mensam vini, nempe veste nuptiali charitatis ornati, & non mortui, ad hanc scilicet peccatorum accedere debent. Ad Christum conuersantem in terris mortui, id est peccatores accedere debebant, vt vitam reciperent: ad Christum sub speciebus Eucharistia: viuis accedant, vt conseruentur in vita præcepta, & spiritus augmentum recipiant.

Secunda Obiectio ex Caluino lib. 4. Instit. cap. 17. §. 41. & 42. si ab omni peccato purgatum esse oportet, qui ad communionem Eucharistia: accessurus est, omnes qui sunt, & qui fuerunt homines ab hoc Sacramento arceri debent: nam si hoc agitur, vt nostram à nobis dignitatem petamus, actum de nobis est. & si quis contritione, confessione, & satisfactione peccata sua expiare conetur, nunquam tamen certus erit se esse sine peccato, ergo nemo accedere poterit.

Obiectio est hæc nullius roboris; imo inanis, & vacua. Nam Ecclesia Catholica docet hominem accedentem ad Eucharistiam prius debere iuxta vires conscientiam suam discutere, & si peccatum aliquod se commississe nouerit, primò ad Sacramentum penitentia: debere confugere, & accepta absolutione à Sacerdote, deinde ad sacrum Altare pro Eucharistia sumenda accedere posse; iuxta illud Apostoli 1. Corin. 11. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat*. Probare autem seipsum est; omnem diligentiam iuxta vires adhibere, vt cognoscat peccata sua, & illorum penitentiam agat, & absolutionem quaerat: hoc non est impossibile, imò nec difficile, quia licet quis aliqua commiserit crimina, & illorum memoriam non habeat; dignè tamen ad Eucharistiam accedere potest, si eorum, quorum recordatur peccatorum prius absolutionem obtinuerit. & hinc patet obiectionem nihil concludere, quia hoc nostra dignitas non est, sed gratia Saluatoris nostri Dei, per quem remissionem peccatorum in Sacramento penitentia: obtinemus. & quamuis quilibet certitudine fidei sub qua non potest esse falsum, nesciat se immunem esse à culpa, hoc parum refert, quia talis certitudo innocentia: non requiritur pro sumenda Eucharistia: sed tantum certitudo moralis, quæ humanis viribus haberi potest.

Tertia Obiectio ex Kemnitio in exam. cap. 2. Filius Dei vocat Eucharistiam nouum testamentum. Lucæ 22. sed in nouo Testamento includitur pactum de remissione peccatorum, vt patet ex Hieremia cap. 31. & confirmatur Argumentum, quia in ipsa institutione Sacramenti fit aperta mentio remissionis peccatorum, dum dicitur: *Hic est Sanguis, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*.

Respondeo intelligere oportere quomodo Sanguis Christi sit nouum testamentum, vt obiectionis esse cognoscatur. Apostolus autè ad Hebr. c. 9. id explicat. ait enim. *Christum autem assistens Pontifex futurorum*

Magnum discrimen est inter Christum vt conuersantem inter homines, & vt est sub speciebus Euch.

Argumentum ad hominem contra Sectarios.

Ecclesia non variat nec mutat ea quæ sunt essentialia Eucharistia: cõsecranda.

Quid sit probare seipsum.

novum per arripit, & perfectum tabernaculum non
manifestum, id est non huius creationis, neque per
sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per propri-
um sanguinem intravit semel in sancta, & tunc
demptione immota: si enim sanguis hircorum, & vitu-
lorum, & cetera vitula aspersus inquinatos sanctificat
ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Chris-
ti, qui per Spiritum sanctum semel ipsum oblat, &
Immaculatus Deo, emundabit conscientiam nostram
ab operibus mortui, ad servendum Deo viventi?
Et ideo novum testamenti mediator est, ut morte in-
tercedente in redemptionem carum peccatorum,
qua erant sub priori testamento, & promissionem ac-
cipiant qui vocati sunt, & omnia hereditati. Ubi
nunc testamentum est, mors necesse est intercedat tes-
tatorum. Testamentum enim in mortui confirmatum
est, aliquid non dum valet dum vivit, qui testa-
tor est. Unde nec primum quidem sine sanguine dei
factum est. Lacto enim omni mandato legi a Moy-
se universo populo, accipiens sanguinem vitulorum
& hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo,
ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit
dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad
vos. Deum. Etiam tabernaculum, & omnia vasa mi-
nisterii sanguine similiter aspersit. & omnia postea in
sanguine secundum legem mundantur: & sine san-
guinis effusione non fit remissio.

Testamentum est
lex divina.

Sanguis testamē-
ti est sanguis Chris-
ti.

Et ideo

Itaque Apostolus per testamentum legem
divinam intelligit: & per sanguinem testamenti,
sanguinem Christi: qui olim figurabatur in san-
guine praeceptorum animalium, quae immolaban-
tur, & consequenter etiam id quod per effusio-
nem talis sanguinis Christus nobis meruit signifi-
cat; nempe efficaciam Sacramentorum ad dele-
nda peccata; & gratiam Spiritus sancti obtinen-
dam, ut caelestia patriae hereditatem obtinere,
valeamus, ob observantiam dicti testamenti, seu
divinae legis, mediante auxilio divinae gratiae quae
habetur ob merita Christi, quae scilicet facit, ut
faciamus, & meritorie operemur; quia operibus
correspondet praemium aeternae hereditatis, iuxta
illud Matth. 5. Gaudete & exultate quoniam mar-
tes vestra copiosa est in Calice, & cap. 20. Voca-
perarios, & reddo illis mercedem. & cap. 25. Re-
gnate benedicti Patris mei possidete paratum vobis Re-
gnum a constitutione mundi, usque nunc, & de-
ditis mihi manducare, & ad Rom. 2. Deum reddet
unicuique secundum opera sua.

Quid significet
Calix novi testa-
menti.

Nunc videndum est quid Saluator noster dixe-
re nos voluit, cum de calice dixit. Hic Calix
novum testamentum est in meo sanguine. Ex doc-
trina Apostoli praemissa, sequitur hanc esse. huius-
rum verborum veram intelligentiam; scilicet, hic
Calix sanguinis mei est novi testamenti, seu no-
vae legis Evangelicae confirmatio, valor, & effi-
cacia quae omnia quae in novo testamento ex-
hibentur, valorem & efficaciam accipiunt per san-
guinem Christi, seu ob merita passionis, & ef-
fusionis sanguinis Christi. Hic est manifestus sen-
sus huius Scripturae: itaque Sacramenta novae le-
gis valorem habent per sanguinem Christi, per
cepta novae legis facile servantur auxilio gratiae di-
vinae, quae habetur per sanguinem Christi; pec-
cata originalia deletur per Baptismum, ob effu-
sionem sanguinis Christi. Peccata actualia tolluntur
per Sacramentum poenitentiae ob efficaciam
& meritum sanguinis Christi; & gratia quae au-

getur iustis fumentibus Eucharistiam habetur ob
Sanguinem Christi: omnia itaque bona in novo
testamento obinemus ob sanguinem Christi,
ita ob merita Christi, ob effusum sanguinem
pro nobis. & quae habuerunt bona gratiae in
veteri testamento, etiam in sanguine Christi ha-
buerunt non exhibitio, sed praesidio, & figurato
in sanguine animalium, quae tunc immolabantur.

Nunc ad obiectionem, in novo testamento
includitur pactum de remissione peccatorum, &
ut habetur ex Hieronymo, cap. 31. Dabo legem
meam in visceribus eorum, &c. & postea. Quae
propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non
memorabor amplius. Hoc utique verissimum est;
Sed cum dicit, at Eucharistia est novum testa-
mentum; distinguo, est ipsa tantum novum tes-
tamentum, & tantissimum est; est de novo tes-
tamento, seu Sacramentum novi testamenti, &
verissimum est: imo nobilissimum Sacramentum in-
ter caetera novi testamenti Sacramenta: & in hoc
decepiantur Sectarii; quia putant totum novum
testamentum esse Eucharistiam, ut ipsa Obiectio
infert. At hoc insulsum, & ineptum est. itaque
remissio peccatorum habetur per sanguinem Chris-
ti effusum in Cruce, meritorie; & per Sacra-
mentum baptismi & poenitentiae, instrumentaliter:
quia Deus per talia Sacramenta statuit re-
missionem peccatorum tribuere in virtute Sanguinis
sui.

Cur Calix dicitur
novum testamē-
tum in recto

Dices cur ergo dicitur Calix novum testa-
mentum in recto, & non dicitur Calix novi tes-
tamenti? Respondeo, quia in hoc Sacramento
continetur ipse auctor Sacramentorum Christus Ie-
sus, & impletur sanguis, qui valor & confirmatio
est novi testamenti, & omnium quae in eo
sunt; ideo dictum est a Luca Evangelista, &
Paulo, Calix novum testamentum; sed quod in
hoc tantum sensu dictum sit, docet Matth. cap.
26. qui sic dicit. Hic est sanguis meus novi tes-
tamenti, qui pro multis effundetur pro remissione pec-
catorum. & eodem modo legitur Marci cap. 14. ita-
que Mar. & Matth. sensum Lucae, & Pauli aperiant.

Quarta Obiectio. In omnibus Liturgiis habentur
preces quibus oratur Deus, ut faciat Sacra-
mentum esse in remissionem peccatorum, ergo
hoc Sacramentum causat remissionem peccato-
rum.

Respondeo, quod oramus ut remittantur pec-
cata quoad poenam temporariam, quae remanet
post dimissam culpam; in quo sensu orat Ecclesia
pro defunctis, & simul petitur gratia excitans pec-
catos ad veniam obtinendam, & panem per poeni-
tentiam. hoc discant Sectarii.

Contra sextam Conclusionem. Prima Obiectio
ex Calvino lib. 4. Instit. cap. 17. §. 47. Communicatio
sub una specie fraudem populi causat, quia praesertim
magna fidei confirmatio; nam multo clarus signifi-
ficat nobis duas species Christum esse cibum & po-
tatum animarum nostrarum, quam una videri sub
esse videtur communicare sub una specie.

Respondeo, quod haec magna fidei confir-
matio, quam ponit Calvinus, vel oritur ex sumptione
duarum specierum, vel ex contemplatione
illarum; si secundum id optime fit a fidelibus
cum ante communionem eas in aperi in manibus
Sacerdotis celebrantis vident. Possunt enim
tunc

tunc omnia mysteria Christi, & passionis eius contemplari absque vilo impedimento. Si primum, æquè sit per sumptionem vnius, quam duarum specierum; nam sicut potest Deus eandem tribuere gratiam per sumptionem vnius, quam duarum specierum: sic defacto fidelibus, qui communicant in vna specie, eundem dispensat spirituales fructus, ut legitur Ioan. 6. *Qui manducat hunc panem vivet in æternum*, Adde quod actum obedientie fideles in hac re erga Ecclesiam Dei exhibent, de qua legitur 1. Reg. 15. *Maior est obedientia, quam victima: & asscultare magis, quam offerre adspem arietum: quoniam quasi peccatum arietandi est repugnare: & quasi scelus idololatria nolle acquiescere.* Ecclesia autem fidelibus laicis communionem sub vna specie iure mandat, & non irrationabiliter, ut supra dictum est: debent ergo laici obedire.

Secunda Obiectio ex Georgio Cassandro. Sancti Patres tribuunt peculiarem effectum sanguini Domini, qui ex calice sumitur. sic enim Ambrosius inquit lib. 5. de Sacramentis cap. 3. *Quotiescunque bibis remissionem accipis peccatorum, & inebriaris spiritu.* & Cyprianus lib. 1. Epist. 2. *Quomodo docemus aut pronocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis ministraturis Christi sanguinem denegamus?*

Respondeo, eo tempore liberum fuisse fidelibus sumere utramque speciem, & sacerdotibus illas laicis dispensare: at paulatim ministri & Pastores Ecclesie videntes incongruitatem, cœperunt sub vna specie communionem distribuere. Dabatur autem tunc communio sub vtraque specie, laicis illis, qui scrupulum aliquod in hac re se habere ostendebant: & Cyprianus ad petitionem talium laicorum respiciebat, cum præfata verba scripsit. Tamen non docuit communionem sub vna specie esse insufficientem: id enim minimè asseruit nec deprompsit, & hoc est quod nos asfirmamus, atque propugnamus. Ambrosius similiter loquens de effectu Eucharistie, quæ peccata quoad pœnam temporalem eis debitam auert illam paulatim minuens, talia dixit: nec tamen docuit necessarium esse laicis sanguinem bibere, sub speciebus vini ad id obtinendum: sed de illis qui sub tali specie Eucharistiam accipiebant loquitus est: quem effectum nunc laici ex communionem sub vna specie recipiunt, quia cum corpus sumunt, sanguinem etiam retinent, qui simul cum Corpore naturaliter semper manet.

Tertia Obiectio. Alius est effectus cibi, & alius potus: cibus enim famem sedat, potus sitim extinguit: sed Eucharistia sub specie panis est cibus, sub specie vini est potus: ergo Eucharistia sub vtraque specie plures effectus producit, quam sub vna.

Respondeo paritatem inter cibum & potum materiale, & cibum & potum sacramentalem & spirituales non esse talem, ut vndique teneat. Nam non conueniunt circa effectum, quem produciunt: panis enim materialis in corpore humano effectum vini gignere nequit, quia in pane non est vinum, & vinum non est in pane. At panis spiritualis continet in se vinum spirituale idest sanguinem Christi, quia Corpus Christi est simul cum sanguine suo, illumque in se continet ratione vnionis naturalis inter carnem & sanguinem, quia de facto sunt simul in Chris-

to: idcirco si panis Eucharistie solus sumatur, producit eundem effectum, ac si sumeretur sanguis etiam sub specie vini: eo vel maximè quia sub ratione vnius refectionis sumi debet, ut vnum sit Sacramentum, & eodem tempore: etenim si quis hodie sumeret solam speciem panis, & cras solam speciem vini, tunc essent duo Sacramenta numero diuersa: quia duplicis refectionis. & non vnius rationem haberent, & vnaquæque species continet totum Christum. Quod non accidit si eodem tempore sumantur, quia sic integrant vnum conuiuium, & vnam spirituales refectionem, qua vnitate gaudet hoc Sacramentum.

Dices ergo superflua videtur consecratio vini in Calice, si eundem effectum producit in nobis sola consecratio panis, &c.

Respondeo Eucharistiam posse dupliciter considerari, vel ut Sacramentum, vel ut sacrificium; primo modo optimè saluatur in specie sola panis. Secundo modo integrè in sola specie panis non habetur, sed necessariò requiritur consecratio vini. Quia Eucharistia, ut sacrificium, significat passionem Christi, & effusionem sanguinis illius in Cruce, quæ in sola specie panis non representantur; idcirco Sacerdotes in Altari, dum Deo sacrificium incruentum offerunt, utramque speciem consecrare & sumere debent. Laicis verò ad obtinendum fructum huius Sacramenti satis est Eucharistia sub specie panis, quæ ut sic est integrum Sacramentum; quia signat integrum Christum, ratione naturalis simultatis inter carnem & sanguinem illius. Hinc Apostolus 1. Corinth. 10. de Calice inquit: *Calix benedictionis cui benedicimus: & de pane. Panem quem frangimus.* Quia Calix semper benedicebatur, sed non semper distribuebatur; panis autem semper distribuebatur: ideo ait, panis quem frangimus. Saluatur itaque integritas huius Sacramenti, & fructus eius in sola specie panis: licet non integritas sacrificij absque consecratione calicis seu vini.

Quarta Obiectio. Eucharistia sub specie panis est Sacramentum, ergo gratiam confert: vel ergo superueniens sumptio calicis gratiam auget, vel non auget: si primum, ergo maior fructus capitur ex duplici specie, quam ex vna. Si secundum, ergo vtrum Sacramentum non confert gratiam: ergo frustra sumitur à Sacerdotibus.

Respondeo Eucharistiam sub specie panis vti que esse Sacramentum. Cum subdit, ergo gratiam confert; distinguo, si sola sumatur, idest sine specie vini, eandem gratiam confert, sicut si sumeretur sanguis: quia habet rationem vnius refectionis & conuiuij spiritualis: si simul sumatur cum specie vini, non eandem gratiam confert sumptio Eucharistie sub sola specie panis, sed partem; nam altera pars gratie habetur in sumptione calicis. vel dicendum est eandem gratiam simul tunc haberi, cum sanguis sumitur, quia tunc vltimò & integrè completur hæc spiritualis relectio. Patet à simili: nam si quis plures particulas panis consecrati sumeret, vnica tamen esset relectio spiritualis, & idcirco haberetur fructus, ac si vna sumpta esset particula. quibus stantibus nihil sequitur ex his quæ obijciuntur, & patet etiam solutio ad omnes consimiles obiectiones.

Meritum obedientie habent qui communicant sub vna specie.

Antiquitus liberum fuit fidelibus communicare sub vtraque specie.

Distinetur inter cibum materiale, & spirituales.

Solutio obiectio.

Eadem gratia obtinetur per vnam speciem sicut per vtrumque.

Quinta Obiectio. Ioan. 6. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis enim sanguinem non habebitis vitam in vobis.* Ergo Christus præcipit summptionem utriusque speciei, sic concludunt Hussitæ, Lutherani idem inferunt ex illis verbis Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* & Calvinistæ obijciunt illud Matth. 26. *Bibite ex hoc omnes.* & alij hoc idem concludunt ex illis verbis 1. Cor. 11. *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis.* quia narratur institutio utriusque consecrationis, scilicet panis & vini, & inde inferunt firmum esse præceptum Dei de sumenda utraque specie.

Institutio sub utraque specie instituitur, & non necessitas.

Respondeo ad illud Ioan. 6. Christum illis verbis institutionem huius Sacramenti sub utraque specie, & non necessitatem sumendi utramque speciem insinuare: quod patet ex verbis sequentibus; nam dixit immediatè: *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Quibus verbis sufficientem huius Sacramenti summptionem tantum sub specie panis docet: vel ergo sibi ipsi contradiceret, quod esset blasphemum. nam quomodo per solam manducationem panis posset haberi vita æterna, si sumptio Calicis etiam esset de præcepto? res clara est.

Salvator de utraque specie ad solos ministros loquutus est.

Ad illud Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem,* sed Christus utramque speciem distribuit, & Apostoli utramque sumplerunt, ergo & omnes fideles pariter utramque speciem sumere debent. Dico Christum Dominum hæc ad eos dixisse, qui hoc Sacramentum conficere possunt, ut patet ex littera; at solum ministri Ecclesiæ hoc possunt facere, idè ad solos ministros tunc locutus fuit.

Præterea ea verba tantum à Luca, & Paulo recensentur; at Lucas ea dicta scribit post consecrationem, & distributionem panis: ergo de utraque specie intelligi non debent. Paulus autem 1. Cor. 11. licet ea etiam de Calice dicta scribat; tamen sic posuit illa. *Hoc facite quotiescunque biberitis in meam commemorationem.* Per illud quotiescunque biberitis, non habetur præceptum, de summptione calicis, sed tantum monet quòd quotiescunque bibitur id fieri debeat in memoriam passionis eius. itaque institutio Christi non infert obligationem omnibus fidelibus de utraque sumenda specie, sed tantum ministris Ecclesiæ, quales erant Apostoli.

Ad illud Matth. 26. *Bibite ex hoc omnes.* Respondeo manifestum esse hoc dictum fuisse ad solos Apostolos; nam Marcus cap. 14. subdit, *& biberunt ex illo omnes;* quinam omnes? omnes illi quibus dixerat bibite omnes: scilicet Apostoli; nam calix non poterat in partes distribui, ut panis: & ne primus Apostolus totum vinum illius calicis sumeret & biberet; dixit ut omnes ex illo biberent, scilicet, quicunque Apostolorum partem sumeret, ad hoc ut omnes biberere possent ex illo Calice.

Sed instant, quia Christus Marci 3. inquit. *Quod vobis dico, omnibus dico.* ergo quod dictum est Apostolis dictum est omnibus.

Instantia Sectariorum relinquitur.

Respondeo Christum Dominum sic dixisse. *Quod vobis dico, omnibus dico.* Vigilate: hoc enim verbum, *Vigilate,* utique omnibus fidelibus dictum est, & non solis Apostolis; sed non sequitur, quæcumque dicta fuerunt Apostolis etiam nobis dicta fuisse; nam Matth. 26. dixit Apostolis, *Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista;* quæ tamen nobis dicta non esse, manifestum est.

Ad illud 1. Cor. 11. quòd Apostolus tradidit.

utramque speciem. Dico Apostolum tradidisse, cum doctrinam de institutione Eucharistiæ sub utraque specie: sed non docuit omnibus esse præceptum utramque sumere speciem. Hoc Apostolus minimè dixit. Etenim ibi Apostolus, quæ Dominus instituit narrare intendit, idcirco ait. *Ego enim accepi à Domino quod tradidi vobis.* quid autem tradidit? subdit. *Domnus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c.* Secundo monet & præcipit, ut qui panem sumunt, & Calicem bibunt, probent se an mundi sint. Non præcipit autem ut omnes calicem bibant, sed his qui bibunt locutus est: quales sunt Sacerdotes ministri altaris. Præceptum autem de communionem, Calicis nullibi habetur pro laicis. & hoc inconculsum manet. Aliud est enim præcipere, ut qui calicem bibit probet se, & aliud ut omnes bibant. Primum utique habetur ibi, secundum autem nequaquam.

Sexta Obiectio. Matth. 19. *Quod Deus coniunxit homo non separet:* sed Deus coniunxit utramque speciem, ergo Pontifex non potest unam ab altera separare.

Respondeo, quòd si ita res est, non poterimus ramos ab arboribus separare, ut ignem accendamus ad comburendas huiusmodi inanes obiectiunculas: quia Deus coniunxit ramos cum arbore. Quid ergo dicemus? Christus loquitur ibi de viro & uxore, quos ita matrimonio iungit, ut dum vivunt non debeant separari. Non loquitur autem de Eucharistia. nec ea verba possunt de institutione Eucharistiæ intelligi; quia Deus non ita coniunxit utramque speciem Eucharistiæ, ut unam sine alia sumere non valeamus: ut superius dictum est.

Septima Obiectio ex Luthero lib. de Captivitate Babylon. cap. de Eucharistia. Vel Christus dedit Calicem pro solis Presbyteris, vel etiam pro laicis: si primum, ergo temerè conceditur, & concessus aliquando fuit calix laicis, cum contra divinam institutionem nil fieri possit. si secundum ergo iniuste auferatur usus calicis à laicis.

Respondeo, Christum Dominum præcepisse, usum Calicis in altari solis Presbyteris; errarent quippe contra præceptum Domini Sacerdotes, si in altari solum panem offerrent, & consecrarent; illumque solum sumerent, ut dicitur de sacrificio Missæ. Laicis autem id Salvator non præcepit, sed nec prohibuit: sed Apostolorum dispositioni hoc commisit: quod sit nobis notum ex consuetudine antiquæ Ecclesiæ Catholicæ, quam superioris narravimus: nam aliquando laicis concessus est usus Calicis; & ut plurimum eis negatus fuit. Antiqua autem Ecclesia instructa fuit ab Apostolia, & Apostolorum discipulis. Hinc ergo sit nobis notum ex divina institutione usum Calicis fuisse tantum Sacerdotibus celebrantibus præceptum, laicis verò liberum, iuxta Pastorum Ecclesiæ dispositionem: & hoc modo Christi Domini institutioni Ecclesiæ nequaquam aduersatur, ut obiectio Babylonica probare conatur.

Communionem sub utraque specie Salvator nec præcepit nec prohibuit laicis.

Octava Obiectio, ex eodem Luthero loco citato. Christus dixit: *Hic est Sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur.* Patet ergo sanguinem dari omnibus pro quibus fusus est; quis autem dicet pro laicis fusus non esse? Ergo & laicis dari debet.

Ineptissima Obiectio. nam Saluator Apostolos monuit eum, Sanguinem eis in calice se distribuere, qui pro omnibus effundendus erat, ergo omnes calicem sumere debent, falsa consequentia, & inanis; ea enim verba veritatem sui Sanguinis in calice inferunt, non autem distributionem illius omnibus, faciendam, vt sensatis patet. vt sicut inferre non licet, quia Christus pro omnibus crucifixus est, ergo omnes debent crucifigi. sic non sequitur, Hic est Sanguis qui pro omnibus effundendus est, ergo omnes debent hunc Sanguinem bibere. quia non continetur in antecedenti quod in consequenti inferitur.

Nona Obiectio. Patres fieri omnes testantur omni tempore fuisse apud fideles vltimum calicis, & communionem sub vtraque specie: ergo signum est, preceptum Saluatoris fuisse, vt fideles sub vtraque specie sumerent Eucharistiam. Anteced. probatur Sectarij citantes plurimos Patres. Quibus omnibus simul respondeo, & simul concedo communionem sub vtraque specie fuisse olim etiam in vsu; at Patres nunquam docuerunt fuisse preceptum Saluatoris notari: hoc autem est quod defendimus. quod autem liberum fuerit fidelibus olim sumere Eucharistiam, etiam sub specie vini, non repugnamus. sed simul etiam fuit in vsu illam tantum sub specie panis sumere, vt probatum est supra. Ecclesia autem rationabiliter pro omnibus laicis communionem sub vna specie deinde statuit: & simul docuit communionem sub vtraque specie laicis non repugnare.

Sed contra instant Sectarij, quia aliqui Patres communionem sub vtraque specie esse preceptum Saluatoris affirmant: ergo nulla responsio. Anteced. probatur: nam Cyprianus Serm. de Coena Domini inquit. *Nona est huius Sacramenti doctrina, & Schola Evangelica hoc primum magisterium protulerunt, & doctore Christo primum hoc mundo innotuit disciplina, vt biberent Sanguinem Christiani, cuius esum legis antiqua auctoritas destrichissima interdicit. lex quippe esum Sanguinis prohibet, Evangelium precipit ut bibatur.*

Respondeo mirum esse cur non pudeat Sectarios hunc locum Cypriani nobis obijcere, cum tam manifeste veritatem & realitatem Corporis & Sanguinis Christi sub speciebus panis & vini fateatur, vt patet ex antithesi Sanguinis Christi in calice, & sanguinis animalium: quod negant Caluinitae. Quae autem Cyprianus antiquissimus Doctor asseruat nostram assertionem non impugnant; quia ipse docet preceptum bibendi Sanguinem Saluatoris adesse, quod concedimus: nam Ecclesia habet hoc preceptum non pro singulis fidelibus, sed pro Sacerdotibus celebrantibus diuina mysteria in Altari, non autem pro laicis: & sic optime saluatur antithesis Cypriani de interdictione Sanguinis in veteri lege, & de precepto illum sumendi in lege Evangelica. ex quibus sensus omnium Patrum, qui à Sectarijs obijciuntur Catholicis, fit manifestus.

Decima Obiectio. Leo Papa Serm. 4. de Quadragesima de Manicheis ita scribit. *Quod indigno Christi Corpus accipiunt, Sanguinem autem redemptionis nostrae haurire omnino declinant: quod idcirco vestram volumus scire sanctitatem; vt volis huiusmodi homines & hinc anathematizentur, & quorum deprehensa fuerit sacrilegia simulatim, & prodijs à Sancto: rum facerent, Sacerdoti ali auctoritate pellantur. ergo Manichei octiplex error est non sumere Eucharistiam sub specie vini.*

Respondeo haeresim Manicheorum fuisse, ita semper abstinere à calice, vt erroneum esse tenerent calicem bibere: quia Christum non verè fuisse mortuum, nec Sanguinem fuisse opinabantur. & vinum sel esse Principum tenebrarum insuper dicebant, vt scribit Augustinus lib. de haeresibus cap. 46. to. 6. venit autem Romam Manicheorum multitudo cum per Gensericum Africa vastata fuit, vt notat Baron. tomo 6. Annal. anno Christi 496. Leo Pontifex multos Manichaeos Romae manere, eosque se esse Catholicos simulare; cognoscens: cumque tunc Romae communis consuetudo Eucharistiam sub vtraque specie sumendi non adesset: Manichei qui calicem abijciabant, commodè se esse Catholicos simulare poterant; quia simul cum alijs communionem sub specie panis tantum sumebant; Leo Pontifex volens ciues Romanos, occultos Manichaeos posse discernere, dixit illos esse Manichaeos, qui semper à calice abstinerent, licet etiam ore indigno Eucharistiam sub specie panis sumerent. tunc autem vsus communionis sub vtraque specie amplius frequentari cepit. Quod etiam magis confirmauit Gelasius Papa qui Leoni successit, dum dixit; vt habetur apud Gratianum cap. Comperimus, de Consecrat. dist. 2. *Comperimus quod quidam sumpta tantummodo Corporis sacri portione à calice sacri cruoris abstineant. Quis proculdubio quoniam nescio qua superstitione docentur adstringi, aut integra Sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuisum vnum eiusdemque mysterij sine grandi sacrilegio non potest promerere.*

Ex quibus omnibus hoc primò colligitur Catholicos eo tempore Romae ad Sanguinem bibendum non cogi: quia Manichaei qui Romae occulti esse volebant non ausi essent publicè abstinere à calice, si omnes Catholici calicem sumpserunt: statim enim cogniti fuissent. Secundò, quod Gelasius qui Leoni successit, quia adhuc videbat Catholicos aliquos abstinere à calice, nec ideo posse rectè discerni Manichaeos; iussit vt omnes Catholici etiam calicem sumerent; & etiam ne Catholicorum errorem Manicheorum paulatim fuerent. cum autem Gelasius dixit. *diuisio vnius eiusdemque mysterij sine grandi sacrilegio non potest promerere*, non docuit communionem sub vna specie sine sacrilegio fieri non posse; quia sic consuetudinem Catholicorum damnasset, quod absurdum est affirmare: sed sententiam Manicheorum damnauit, quae cum grandi sacrilegio separat calicem à pane Eucharistiae, tanquam id simpliciter necessario faciendum. ex quibus patet, in quo sensu error sit Manicheorum Eucharistiam sumere sub vna specie. Etenim si error esset Eucharistiam simpliciter sumere sub vna specie August. & Epiphanius qui Manicheorum errores diligentissime notauerunt, & hunc etiam notassent: at hoc non fecerunt, quia communicatio sub vna specie, remota erronea causa Manicheorum, non est error. haeresis autem est à calice abstinere, ea ratione quae Manichaei abstinabant, quia scilicet Christus pro humano genere Sanguinem suum in Crucis ligno non effuderat.

Sed cur Sectarij haec obijciunt, cum commodè in historijs hanc veritatem attingere valeant? non abiam quippè licet adducere causam, nisi quia fat est illis certare cum Catholicis, quomodocunque id fiat, quod quia à spiritu contradictionis agitantur.

Vnde-

Patres nunquam dixerunt communionem sub vtraque specie esse preceptum Domini.

Ecclesia habet preceptum de calice, sed non pro singulis de Ecclesia.

Haeresis Manicheorum circa Eucharistiam, quae fuerit.

Vndecima Obiectio. Omnes Hebræi in deserto biberunt aquam de petra, dicente Paulo 1. Cor. 10. *Et omnes eandem potum spiritualem biberunt.* ergo in deserto huius vitæ omnes Sanguinem Domini bibere debent. ea enim in figura contigerunt illis.

Hæc Obiectio tunc quod intendit rectè inferret, si Hebræi eodem tempore aliquem cibum sacramentalem seu vt figuram huius Sacramenti sumpserunt & deinde præfatam aquam vt talis figuræ complementum bibissent; quia eodem modo omnes fideles Eucharistiam sub vtraque specie sumere deberent: at non sic accidit, quia solam aquam biberunt, cuius potatio figura fuit huius Sacramenti: sicut diuerso tempore solam mannam manducauerunt abque potu, quæ pariter figura fuit Eucharistiæ. itaque ex his figuris magis communio sub vna specie, quam sub vtraque elicitur. Si autem rem in toto vigore sumere velimus: sequeretur à fidelibus tantum sub specie vini Eucharistiam sumendam esse, quæ potationi illius aquæ correspondet, & non sub specie panis: quia tunc nullus sumpens est cibus, qui Eucharistiam figuraret. hoc autem fieri non debet, igitur proportio huius figuræ ea non est, quam habet obiectio.

Duodecima Obiectio. Christus instituit cœnam sub vtraque specie: ergo sub duplici specie sumenda est, alioquin non erit cœna Domini, sed pars eius.

Respondeo Christum in Cœna duo instituisse: Sacramentum Eucharistiæ, & sacrificium, quod nunc Missam appellamus. pro sacrificij integritate vtiq; requiritur vtraque species: ratio autem Sacramenti integrè habetur in vnica specie, vt superius dictum est. soli autem Sacerdotes celebrant sacrificium, ideò Sacerdotes in Altari vtramque speciem sumere debent: laicis verò, quia non celebrant, sed tantum Sacramentum sumunt, sufficit vnica species, quæ integrum est Sacramentum; quia signat integrum Christum; eumque totaliter continet: idcirco integrè sub vna specie sumunt Eucharistiæ Sacramentum.

Decimatertia Obiectio. Dominus Calicem omnibus præsentibus dedit: Apostoli quoque omnibus dabant. nam 1. Cor. 10. legitur. *Non potestis bibere calicem Domini, & calicem demoniorum.* & cap. 12. *Omnes in vno spiritu potati sumus.*

Respondeo Dominum dedisse calicem omnibus Apostolis, quia ipsi tunc Sacerdotes representabant. ideò non valet inde inferre, ergo etiam laici calicem bibere debent. Quod autem Apostoli calicem omnibus darent, falsum est. nam quandoque dedisse, concedimus, vt scilicet docerent laicis calicem non esse interdictum; at sæpius tantum Eucharistiam sub specie panis fidelibus distribuiebant, vt superius dictum est; vt docerent solam speciem laicis sufficientem esse, nil ergo pro se colligunt Sectarij. Nam ipse Saluator aliquando solum sub specie panis Eucharistiam dedit, vt fecit in Castello Emaus.

Decimaquarta Obiectio. Christus Dominus morti proximus testamentum condidit, & legauit omnibus fidelibus tanquam filijs adoptiuis Corpus & Sanguinem suum, titulo hæreditatis: vt patet Lucæ 22. *Hic calix nouum testamentum est in meo Sanguine:* ergo qui negant sanguinem laicis, & solam carnem eis distribuunt violatores sunt testamenti, & fideles priuant altera parte hæreditatis.

Respondeo Sectarios multum errare putantes hæreditatem noui testamenti, seu quæ in nouo pro-

mittitur testamento esse Eucharistiam vel sub vna, vel sub vtraque specie. Hæc enim hæreditas est vita æterna, quam sicut omnibus integram optamus, sic Deus dignetur omnibus exhibere; & sicut hæreditas Iudæorum non fuit manna, vel Agnus Paschalis, & cætera huiusmodi; sed terra Palesthinorum, de quo legitur Ther. 5. *hæreditas nostra versa est ad alienos;* sic hæreditas noui testamenti non est Sacramentum aliquod, sed terra viuentium: de qua legitur Psal. 26. *Credo videre bona Domini in terra viuentium,* & ad Ephes. 5. *Omni fornicator, &c. non habet hæreditatem in Regno Christi & Dei.* ad Heb. 1. *quæ hæreditas capimus salutem.* 1. Petri 1. *in hæreditatem incorruptibilem, & inconstantiam & immarcescibilem, conseruatam in calice in vobis, qui in virtute Dei custodimus per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, &c.* Eucharistia autem & Spiritu sancti gratia, quæ per Sacramenta obtinetur, non est hæreditas, sed pignus æternæ hæreditatis, de quo Apostolus ad Ephes. 1. inquit. *& credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.* & hac ratione de Eucharistia Sancta Ecclesia Catholica ait. *& futura gloria nobis pignus datur.* hoc dicendum est à Sectarijs. Cur autem Lucas dixerit, & in quo sensu, *Hic calix nouum testamentum est in meo Sanguine:* satis dictum est supra, in responsione ad tertiam obiectioem, contra quintam Conclusionem. Cum igitur in vna specie habeatur totus Christus, totum pariter pignus æternæ hæreditatis habetur, ex nullo itaque capite est opus vtramque sumere speciem.

Quinta decima Obiectio. Finis huius Sacramenti est commemoratio mortis Christi, ad quam tenentur omnes fideles, vt legitur. 1. Corint. 11. *Hoc facite in meam commemorationem.* & postea. *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* at mors Christi non potest integrè significari & representari per vnã speciem, ergo sicut tenemur commemorare Christi mortem; sic etiam vtramque speciem percipere.

Respondeo aliud esse commemorare mortem Domini, & aliud representare mortem illius, & modum quo mortuus est. primum fit in sumptione vnus speciei. Secundum fit in sacrificio, vbi representatur passio & mors Saluatoris. primum fieri debet à laicis, secundum à Sacerdotibus in Altari.

Dices: Apostolus dixit omnibus fidelibus quòd mortem Domini representare debent, ergo non tantum ministris Altaris.

Respondeo negando assumptum: Apostolus omnibus dixit ratione doctrine, quia omnes docuit hoc mysterium; sed non omnibus dixit quoad usum sacrificij; omnes itaque Dominicam Passionem commemorare debemus in sumptione Eucharistiæ, sed nõ omnibus licet mortem Domini representare, sed tantum ministris Altaris, quibus tantum licet hoc offerre sacrificium.

Dices: Apostolus ait. *Quotiescumque bibetis, & non quotiescumque benedicetis calicem, mortem Domini annuntiabitis,* ergo in potu representatur, non in consecratione.

Respondeo hæc non ob stare: quia omnibus illis locutus est quibus præceptum est vt bibant, id est Sacerdotibus, cum in Altari Domino ministrant; hi autem debent consecrare, & sumere, laici autem nequaquam.

Eucharistia non est hæreditas illius, sed salutem æternam, seu calicem patriæ.

Aqua de petra deserti non figurat communionem sub vtraque specie.

Ad sacrificium requiritur vtraque species, ad Sacramentum sufficit vna.

Saluator & Apostoli aliquando Eucharistiam sub vna specie, aliquando sub ambabus distribuiebant.

Aliud est commemorare mortem Domini, & aliud illam representare.

Sextadecima Obiectio. Si licet à laicis unam partem Eucharistiae auferre, licebit etiam unam partem baptismi tollere: at hoc non licet; ergo nec illud.

Non erit paritas ex omni ordine inter baptismum & Eucharistiam.

Respondeo falsam esse paritatem, quia unaquaque species Eucharistiae est integrum Sacramentum, cum praecipue solitarie sumitur; quia unaquaque species est lignum sensibile continens totum Christum, & eundem effectum in anima producit, ut dictum est atque probatum. at baptismus non potest dividi in partes, & saluari unitas & integritas huius Sacramenti, quod consistit in laacro aquae in verbo vitae. quia autem solet alicubi fieri trina mersio & alibi una, recte possumus auferre duas mersiones, & unam relinquere, quae sufficiens esset. ita à pari dum unam speciem conferimus, Sacramentum Eucharistiae integrum remanet. ut patet exemplo Christi in Emmaus, & Apostolorum ut legitur in Actis: ut dictum est.

Sed mirum est cur in hac re Sectarij sint ita scrupulosi, & zelantes pro utraque specie, cum tamen Calvinistae non dubitent multa Sacramenta penitus auferre; cum tria tantum esse dicant. & ab ipsamet Eucharistia liberè tollunt carnem & Sanguinem Christi, ponentes tantum illas species sudas figuras illius: & tamen sic conquaruntur, quod sub una specie Eucharistia laicis tribuatur. Lutherani autem cognoscunt carnem cum pane, & Sanguinem cum vino: sed tollunt animam & diuinitatem, ponentes cum pane solum carnem emortuam, sicut fuit in triduo in Sepulchro, & Sanguinem sine carne & corpore; sicut fuit in solo Caluarj monte, cum à Corpore Christi cecidit. Hoc affirmare non dubitant, quod est erroneum; & quod Christus & Apostoli peregerunt libenter maledicunt. Quare? quia non disputant gratis veritatis: sed tantum ut calumnientur Ecclesiam Catholicam, & iustam esse eorum Apostasiam simulent & ostendent.

Contra septimam Conclusionem, Prima Obiectio. Adoratio distrahit hominem ab attentione quam habere debemus ad verba sacramentalia, ergo non est adhibenda erga Eucharistiam.

Respondeo huic hypocrisis obiectum cala adorationem non distrahere ab attentione, sed esse effectum attentionis; nam cum homo audit & attendit *Hic est Corpus meum, & Hic est Sanguis meus*, adesse scilicet sub speciebus panis & vini Corpus & Sanguinem Christi; Christum deinde iure adorat, & hoc non minus attentionem cum sit illius effectus quod fideles.

Secunda Obiectio. Verbum Dei non dicit Christum in Eucharistia esse adorandum, ergo adorari non debet.

Verbum Dei doctum simpliciter Eucharistiam adorandam esse.

Respondeo Verbum Dei docere in Eucharistia esse ipsum Christum, & consequenter precipere ipsam adorandam esse; quia verbum Dei dicit Philipp. 2. *In forma genitae et nativae deitatis, et essentiae, et consubstantialis, et coaequalis Patri, et conuersus cum Patre, et simul adoratus, et conuersus cum Patre, et simul adoratus, et conuersus cum Patre, et simul adoratus*; & ad Heb. 1. *Et cum uerbum introductum in orbem terrarum, dicit: Et adorant eum omnes Angeli Domini*.

Tertia Obiectio. Apostoli cum primo Eucharistiam susceperunt, non legantur prostrati in terram adorasse Sacramentum.

Respondeo cum Card. Bellarm. lib. 2. de Eucharistia cap. 30. Apostolos non debuisse maiorem reuerentiam exhibere hostie sub speciebus panis & vini existentis & latentis, quam in humana forma ui-

Cur Apostoli genuis flexis non seceperint Eucharistiam de manibus Domini in coena.

sibiliter praesentis: non enim poterat semper prostrati cum Christo agere; & praesertim in coena, quando cum eo recumbere debebant, aliquando eum adorabant corpore, quandoque animo ut assidue cum eo familiaris conuersatio permittebat. Matth. cap. 14. legitur Apostolos in nauicula eum adorasse. Sic enim legitur. *Et statim compulsi Iesus discipulos ascendere in nauiculam, &c. & postea: Qui in nauicula erant uenerunt, & adorauerunt eum, dicentes: uerè filius Dei es.*

Quarta Obiectio. Si ideo Sacramentum Eucharistiae adorandum est, quia ibi Christus est: igitur omnis creatura adoranda est, quia in omni creatura Deus est.

Respondeo modo longè diuerso Deum esse in omnibus creaturis quam sit in Sacramento Eucharistiae; nam in Sacramento Eucharistiae est praecipue & mirabili modo; quia oblata substantia panis & uini fit ibi praesens Christus sub illis speciebus; quam praesentiam non habet in omni loco. Secundò est ibi praesens ut pignus hereditatis aeternae, tertio ut spiritalis refectio, tribuens seu augens animae charitatem, quarto ut motiui commemorationis singularis beneficij passionis eius, quibus rationibus ipse nobis in Eucharistia ut adorandus exhibetur, quis enim cum non adoraret qui repleat nos uelut amicus uisitat & ut cibum & potum animae exhibetur nostris? Deus autem non sic est in omnibus creaturis, ut patet, ideo in Eucharistia iure adorandus est, & non eodem modo ubique.

Cur in Eucharistia Christus adorandus sit.

Quinta Obiectio. Ista adoratio posset esse causa idololatriae, nam impius Sacerdos fingere potest se consecrasse, cum tamen non consecrauerit, & sic populus panem & uinum adoraret.

Respondeo nullam esse tunc idololatriam, quia eo tempore Christus à populo ueneratur licet ibi tunc praesentia non adsit: nemo quippe panem & uinum adorare intendit. Idololatria esset, si scienter populus panem & uinum coleret: at ipse Christus ut ibi praesentem adoraret qui tamen tunc absens esset, & non praesens; itaque error idololatriae; quia praesentiam Christi tantum esse, & nil aliud.

Sexta Obiectio. Honoratus II. instituit adorationem huius Sacramenti: & deinde Urbanus IV. instituit diem Festum & Processionem solennem, ergo est ritus nouus & extraneus.

Respondeo Honoratum instituisse hanc adorationem, sed Pastores Ecclesiae non mouisse ut pro debito cultu qui Lutheris debetur essent solliciti: & ne antiqua consuetudo in hoc fringeretur. Urbanus IV. utique primus fuit qui diem Festum instituit ac solennem Processionem: sed ex hoc nullus nascitur nouitas circa adorationem Eucharistiae, ut legenti patet, quia aliud est adorare, & aliud Festum diem particularem agere, & Processionem facere; hoc reuocans est, illud antiquum. iure autem factum est, ut dictum est in articulo huius disputationis.

Adorare Eucharistiam antiqua res est.

Septima Obiectio ex Kenitio 1. Reg. cap. 21. Filippae bona quidem intentione, sed absque Dei mandato adduxerunt Arcam Dei in Castra, existimantes per eam Arcam circumgestationem se victoriam de hostibus relaturos, sed oppositum accidit; nam & exercitus fusus est, & Sacerdotes occisi, qui Arcam adduxerant; & ipsa Arca ab hostibus capta fuit, ergo à pari non licebit Processionaliter circumgestare Eucharistiam; cum non habeatur mandatum

tum Dei de tali actione, licet id bona intentione fiat.

Respondeo hanc objectionem ex nullo capite, aliquid concludere. primò quia non valet paritas à ceremonijs veteris testamenti, ad ceremonias Ecclesie, quas ipsa instituit ad maiorem Dei cultum. Secundo; quia Arca Dei capta non fuit ex eo quod populus Israel circumgestabat eam ad castra, vel ad praelium: hoc enim Scriptura non docet. causa autem tangitur 1. Reg. cap. 2. cum dicitur de filijs Heli, Ophni & Phinees. *Es non audierunt vocem Patris sui: quia voluit Dominus occidere eos.* hinc est quod cum Arca Dei capta fuit: Scriptura dicit. *Es Arca Dei capta est: duo quoque filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees.* itaque peccata illius excidij causa fuerunt, & non circumgestatio Arcæ, cuius circumgestationem pluries factam esse laudabiliter, ipsa Scriptura testatur 1. Reg. 14. 2. Reg. 6. & 11. & 3. Reg. 8. &c. Vnde retorqueo hanc objectionem contra Kemnitium sic: Arca Dei laudabiliter circumgestata fuit, idque Deo gratum extitit, ergo à paritate est Deo, & opus planè laudabile erit, processionaliter circumgestare Venerabile Eucharistie Sacramentum. Anteced. habetur locis citatis. consequentia tenet ad hominem, quia per hanc paritatem Kemnitius nos impugnat, scilicet à circumgestatione Arcæ foederis, ad Processionem Eucharistie: igitur Kemnitius incidit in foueam quam fecit, & proprijs insidijs illaqueatur.

Argum. ad hominem contra Kemnitium.

legitur Missæ celebratio, Latine sic: *Ministrantibus Domino*; & Græcè, Liturgiam seu sacrificium facientibus; quod nomen apud Græcos vsque in presentem diem est in vsu, apud Latinos verò, illud dimissum non fuit: sed hoc magis vniuersale, & aptius postmodum obtinuit, nempe Missam) à missione filij Dei descendere, vt scilicet includit aduentum, doctrinam, & opera illius; quæ vocabulo magis omnibus accommodato deinde sic dicta est, hac scilicet ratione, quia in Missa ea omnia repræsentantur, quæ Christus Dominus in sua missione fecit, & docuit.

Quod verò hoc nomen Missionis, vadè dicitur Missa, secum contineat, quæ nunc dicta sunt, probatur; nam primò Incarnationem & Passionem significat, vt docet August. tract. 26. in Ioannem, super caput 6. in fine tomo 9. vbi ait. *Missio quippe eius exinanitio suimetipsius est, & forma seruili acceptio.* & tract. 36. de cap. 8. post initium, super illud, *quia solus non sum, sed ego, & qui misit me pater mecum est,* ait: *Ergo Dominus Deus noster Iesus Christus, missio tua incarnatio tua est, sic video, sic intelligo.* & serm. 74. de Temp. tomo 10. super illud: *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel;* quid missio significat clarè exponit dicens. *Intelligimus ergo presentiam Corporis sui, naturam suam, exhibitionem miraculorum, vrsusque resurrectionis in illo populo cum ostendere debuisset, ut fuisse dispositum, sic ab initio commendatum, hoc prædictum, hoc impletum, quia Christum Iesum ad gentem Iudæorum venire debuit, videndum, occidendum, & lucrandum eos, inde, quos ante præsciuit.*

Missa à missione filij Dei dicitur.

Iurè autem Ecclesia huic ministerio Domini nomen Missæ dedit, quia ab initio Apostoli, vt scribit Gregorius lib. 7. Epistolarum Epist. 63. tom. 2. consecrationem & oblationem paucis verbis & orationibus absoluebant: deinde verò Ecclesia Catholica volens singulis diebus in hoc sacrosancto sacrificio omnino beneficium commemorare, quod attulit Deus per aduentum Virgeni filij sui, & simul omnia, quæ ipse Saluator fecit & docuit exhibere, multa addidit, quæ præcedant & sequantur præfatam consecrationem & oblationem Eucharistie, quæ talia repræsentant, vt Catholicis manifestum est; cum itaque hoc ministerium sacrum omnia opera Christi repræsentet; hoc nomen Missæ à missione filij Dei acceptum, tanquam magis proprium, & rei amplius contentiuum accommodauit. hac itaque est huius nominis Ethymologia: Nunc autem dicendum est quid sit sacrificium, vt inde manifestum fiat Missam esse sacrificium: est igitur sacrificium externa oblatio rei sensibilibus soli Deo facta in Altari à ministro publico cū eiusdem rei oblatæ transmutatione. Pro cuius definitionis intelligentia notandum est sacrificium differre ab oblatione multipliciter, licet illam in se includat & contineat; vt omnis species suum genus, primò quia sacrificium fit à solo ministro sacro & publico, qualis est Sacerdos; oblatio autè fieri potest à quocunque etiam ex vulgo. Secundo, sacrificium fit soli Deo, cum sit cultus Patriæ soli Deo debitus; oblatio autem etiam hominibus propter Deum, vt est elemosyna. tertio, sacrificium est de re externa, & per actum sensibilem, oblatio autè potest esse etiam interna per actum internum. quarto, sacrificium requirit certum locum ad id præparatum, quod communiter dictum fuit Altare, quasi alta ara, seu locus altus; oblatio autem in omni loco indifferenter fieri potest.

Missa tempore Apost. dicta est ministerium Domini.

Cur deinde dicta sit Missa.

Quid sit sacrificium

Quotupliciter differat oblatio, & sacrificium.

DISPUTATIO IV.

An Missa sit verè & propriè sacrificium.

NOMEN & vocabulum Missæ, prout hic sumitur antiquissimum est: habetur enim in Epist. 3. Clementis Papæ I. De officio Sacerdotum & Clericorum. In Epist. decret. Thelephori Papæ ad omnes fideles anno Domini 127. In Epist. 2. Felicis Papæ I. anno Domini 270. apud Auhoff. Sermon. 91. de Temp. tomo 10. apud Ambrosium lib. 5. Epist. 33. & alibi pluries, &c.

Missa nomen antiquissimum est.

Vox autem hæc Missa non est Hebraica, cum Græci, Syri, & alie nationes, quæ vocibus similibus Hebraicis aliquando vsæ sunt, nunquam illam usurpauerint; sed Latina, cum in Ecclesia Latina tantum sit, & fuerit in vsu. Cuius Ethymologia secundum Bon. in Opusculo de exposit. Missæ, est missio dicta à mittendo, vt repræsentat legationem inter hominem & Deum, quatenus Deus mittit filium suum ad Altare, & iterum mittit Ecclesia fideles eundem Christum ad Patrem, vt pro peccatoribus intercedat: Card. Bellarm. lib. 5. de Eucharistia cap. 1. refert plures expositiones Doctorum Catholicorum, quod scilicet significet oblationem ad Deum; Quod sic dicatur, eo quod Angelus à Deo mittatur, qui sacrificium assistat: vel à dimissione populi, &c.

Missa non est vox Hebraica, sed Latina.

Vadè dicatur Missa.

Mea autem sententia est hanc vocè Missa (quam Græci ab initio Ecclesie vocauerunt Liturgiam seu sacrificium; & Latini illius temporis ministerium Domini: vt Scriptura testatur in Actis cap. 14. vbi

potest. quòd sacrificium est de re quæ in oblatione transmutatur vel destruitur seu columitur, vt olim in lege naturæ & Moyſis patet de animalibus, & alijs rebus quæ sacrificabantur; omnia enim quæ vorè sacrificabantur; destruenda erant; nam animalia occidebantur. inanimata solida, vt similia, sal, & thus comburebantur: liquida vt sanguis, vinum, & aqua effundebantur; vt in lib. Leuit. legitur: & in lege Euangelica manifestum est de Christo Domino, qui oblatuſ est in ligno Crucis, quòd occisus fuerit: & de pane, & vino Eucharistiæ; quæ res transmutantur in Corpus & Sanguinem Christi, & per sumptionem consumuntur. oblatio itaque in se spectata nec Altare, nec Sacerdotiũ, nec rei oblatæ mutationem requirit sicut sacrificiũ; quod patet per oblationem factam per Apostolum in Ierusalem, quæ legitur in Epist. ad Rom. 15. *Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa. & obsequij mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis.*

Que in veteri testamento sacrificabantur, ad tria capita reducitur.

Ea autem quæ in testamento veteri mandato Domini sacrificabantur ad tria capita reduci possunt: ad victimas, seu hostias, immolationes, & libamenta: victimæ erant animalia, vt oues, capræ, hædi, boues, vituli, columbæ, passeres, turtures. Immolationes fiebant per fructus terræ, vt panis, similia, sal, thus, manipulus spicarum virentium, & triticum. libamenta, seu libamen fiebat per liquores, vt sanguis vineum, oleum, aqua. In nouo autem testamento duplex extat sacrificium, primum cruentum; cum Christus Dominus in Cruce pro redemptione humani generis oblatuſ est, quod est increiterabile: secundum est incruentum, cum idem Christus singulis diebus sub specie panis & vini offertur in Ecclesia. omnia itaque sacrificia veteris legis quæ multiplicia fuerunt ad hoc Christi Domini sacrificium cruentum, & incruentum terminauerunt; sicut solius Christi Domini figura fuerunt. Vnde Chrysostomus in Psalm. 95. tom. 1. ait. *Magnus erat, & sine modo numerus sacrificiorum in lege, quæ omnia noua superueniens gratia, uno complectitur sacrificio, vnam & veram statuens hostiam.*

In nouo testamento duplex extat sacrificium.

Cum itaque potior finis missionis filij Dei fuerit splius in ligno Crucis oblatio, & Deo Patri pro redemptione humani generis immolatio; hanc est quòd Missa iure dicitur sacrificium, pro ea scilicet meliori parte in qua repræsentatur Passio illius & oblatio, cum conficitur Venerabile Sacramentum, & Sanguis seorsum in calice consecratur, & Deo Patri offertur per Sacerdotem; vnde Ambrosius in Preparatione ad Missam cap. 1. tom. 5. inquit: *Ego enim Domine, memor veneranda Passionis tuæ accedo ad Altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi sacrificium quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem tuam pro salute nostra. suscipe ergo istud quaeso summe Deus, dulcissime Iesu Christo pro Ecclesia tua sancta, & pro cuncto populo tuo quem accepisti sanguine tuo pretioso & quoniam me peccatorem inter te, & eundem populum medium esse voluisti, &c.*

Non omne opus bonum est sacrificium.

Hinc etiam sequitur sacrificium propriè sumptum, non laudem Dei, scilicet psalmodiam, cantum; &c. vel quodcunque bonum opus cuiuscunque virtutis significare; sed id tantum, quòd proximè diximus. & hoc ipsa Scriptura docet; nam

Olea 6. legitur. *Misericordiam volo non sacrificium* & 1. Reg. 15. *Melior est obedientia quam victima.* vbi longè distat sacrificium propriè sumptum ab operibus diuersarum virtutum, docemur.

2. Mors verò Saluatoris nostri in ligno Crucis verissimum fuit sacrificium: ex omni capite: nam & ipse Sacerdos & Hostia fuit, seu victima pro salute humani generis Deo Patri in ara Crucis, tempore, solemnè & publicè oblata. vt notat Apostolus ad Heb. 5. dicens. *Omnia namque Pontifex: ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in is. quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit ijs qui ignorant & errant: quoniam, & ipse circumdatus est infirmitate: & propter ead debet quemadmodum pro populo, ita etiam, & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: & Christus non semetipsum clarificauit vt Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodiè genui te. Quemadmodum, & in alio loco dicit: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, &c. & cap. 7. ait. & alij quidem plures facti sunt Sacerdotes, sed circa quod morte prohiberentur permanere: hæc autem eo quod maneat in æternum, sempiternum habet Sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, & semper uiuons ad interpellandum pro nobis. Talium decebat, et nobis esse Pontifex, sanctus, Innocens, impollutus segregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus, qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo: hoc enim fecit semel, seipsum offerendo. & cap. 9. Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est non huius creationis: neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, introuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. si enim sanguis hircorum, & caprarum, & cum vitula aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum. Dea, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo uiuenti? & postea: Neque ut sæpè offerat semetipsum quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem semel in consummatione seculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit: & quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic & Christus semel oblatuſ est ad multorum exhaurienda peccata, &c. & ad Ephes. c. 5. *Ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odore suauitatis.**

Habetur etiam Isaia c. 53. ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, atrox est propter scelera nostra: disciplina paci nostre super eum, et luore eius sanauimus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium: oblatuſ est quia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ouis ad occasionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet & non aperiet os suum.

Præterquam quod manifestum est sacrificia veteris legis, Christi Domini figuram fuisse, qui pro humano genere immolandus erat; quod nequaquam verum esset, si Christus in Cruce non fuisset hostia & sacrificium. proportio enim esse debet inter figuram &

Mors Christi in ligno Crucis fuit verissimum sacrificium.

Sacrificia veteris legis figurauerunt sacrificium Christi.

figuratum. Superest nunc inuestigare & statuere, an Missa, quam sacrificium incruentum dicimus, sit verè ac propriè sacrificium.

Missa est verum sacrificium à Christo institutum.

Conclusio. Missa est verè & propriè sacrificium, à Christo Domino institutum. Præbatur Christus Dominus est Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, Psalm. 109. & ad Heb. 7. ergo necessariò instituire debuit sacrificium in pane & vino, vt de facto fecit in vlt. Cæna. seq. probatur. quia Melchisedechi Sacerdoti hoc habebat sacrificiũ, vt legitur Gen. c. 14. nulla autem esset proportio inter Sacerdotium Christi & Melchisedechi, si Christus sacrificium non instituisset sub speciebus panis & vini, & quia veritas addit vmbra & figuræ: Melchisedech itaque panem & vinũ obtulit; & Christus Dominus non solum panem & vinum, sed Corpus & Sanguinem suum sub speciebus panis & vini obtulit. Quod autem illa oblatio panis & vini per Melchisedechum fuerit sacrificium, patet ex sequentibus verbis Scripturæ, quæ sunt. *Erat enim Sacerdos Dei Altissimi*, quibus verbis constat oblationem panis & vini Deo factam fuisse pro gratiarum actione de habita victoria ab Abraham; quia munus Sacerdotis est Deo offerre hostias & sacrificia, aliàs verba præfata nõ fuisse ad propositum, quia cibaria ministrare esurientibus non requirit Sacerdotium Dei Altissimi. nec Abraham eiusque milites esurire poterant, & cibo & potu egere, qui tres Reges immediatè prius superauerant; eorumque spolia, & cibaria parata acceperat res patet: quod autem illum panem & vinum postea consumperint, vtique dicendum est: cum ipsa mutatio vel consumptio rei oblatæ sit de ratione sacrificij, vt dictum est. & hoc licet Scripturæ taceat; tamè supponi debet. Nunc subsumo: at in Missa idem fit quod Christus fecit, & fieri præcepit, dicens: *Hæc quotiescumq; feceritis in mei memoriam facietis*: ergo in Missa sit verum & proprium sacrificium, seu quod idem est Missa est verè & propriè sacrificium, iurè autem dicimus verè & propriè sacrificium, quia sicut Melchisedech, & Christus Dominus fuerunt verè & propriè Sacerdotes, sic vterque verum & propriũ habuit sacrificium; nam Sacerdotium ad sacrificium relationem dicit.

Huic argumento respondent omnes Sectarij & præcipuè Calvinus lib. 4. in l. cap. 18. §. 2. Sacerdotiũ Melchisedechi vtique fuisse figuram Sacerdotij Christi; sed nec Melchisedech nec Christum obtulisse panem & vinum in sacrificium. quapropter distinguunt actiones Melchisedechi Regis, & Sacerdotis, & prolationem panis & vini ad munificentiam Regis, benedictionem autem ad Sacerdotium spectare dicunt, sed ineptissimè.

Occurrit Calvini refellitur.

Nam Sacerdotium nõ refertur ad benedictionem, quia Salomon benedixit populum 3. Reg. 8. & tamè non erat Sacerdos, sed ad sacrificium; & hac ratione post oblationem panis & vini, sequitur Scriptura, *erat enim Sacerdos Dei Altissimi*, vel vt textus Hebræus inquit: *et erat Sacerdos Dei Altissimi*, quod idem est: nam illa particula &, est copulatiua, & habet vim rationis & causæ. & sensus est. obtulit in sacrificium panem & vinũ, cum esset Sacerdos; & insuper benedixit Abraham vt Rex & Sacerdos: & vtroq; modo fuit figura Christi, de quo legitur ad Gal. 3. *Vt in Gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Iesu*.

Dicit Apost. ad Heb. cap. 7. ponens paritatem inter Christum & Melchisedech, non facit mentionem de panis & vini oblatione, ergo signũ est nec Chris-

tum nec Melchisedechum obtulisse panem & vinum in sacrificium.

Respondet egregiè huic dubio P. Beccanus in Manuali controu. cap. 10. de sacrificio Missæ: dicens scopum Apostoli in Epist. ad Heb. non fuisse, vt exponeret figuram & similitudinem inter Christum & Melchisedechum, sed voluisse tantum ostendere excellentiam Sacerdotij Christi supra Sacerdotes Aaronicos, sicut etiam excellentiã Christi supra Angelos, & Moysen. Nam Hebræi ad quos scribebat, magni faciebant Angelos, quorum ministerio legem acceperant: Moysen qui legem illis promulgauerat: & Sacerdotes Aaronicos qui in lege ordinati erant; de Christo autem humiliter sentiebant. Apostolus itaque vt eos doceret, ostendit Christum Dominũ; Angelis, Moysen, & Sacerdotibus Leuiticis excellentiorem esse. triplicem itaque instituit comparationem; primam inter Christũ & Angelos c. 1. *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim Angelorum dixit aliquando filius meus es tu, ego hodie genui te? etc.* Alteram inter Christum, & Moysen c. 3. *Amplioris enim gloria iste præ Moysen dignus est habitus, etc.* & postea: *Moyse quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus: Christus verò tanquã filius, etc.* Tertiam inter Christum & Sacerdotes Leuiticos c. 7. vbi sic ratiocinatur: Melchisedech fuit excellentior Aaron: sed Christus est Sacerdos secundum ordinem Melchisedechi ergo Sacerdotium Christi est excellentius Sacerdotio Aaronico seu Leuitico. maiorẽ probat tripliciter. primo quia Melchisedech benedixit Abraham, & consequenter Aaroni, qui erat in humis Abraham; maior autè benedixit minori. Secundo quia accepit decimas ab Abrahamo, & consequenter ab Aaron. Tertio quia non legitur initium habuisse dierum aut finem. mirum igitur non est si nullam fecerit mentionem oblationis panis & vini; nõ enim disputabat de figura & similitudine inter Christum & Melchisedechũ, vt dictum est; sed de excellentia Sacerdotij Christi supra Sacerdotium Mosaycum; ad hanc autem excellentiam declarandam non est opus confugere ad oblationem panis & vini, cum aliud maiora argumenta ad id probandum haberet: nam ex oblatione panis & vini. videbat se nihil efficaciter probare posse. dixissent enim Hebræi sacrificia Mosayca quæ constabant ex animalibus, non fuisse inferiora sacrificio Melchisedechi, quod constabat ex pane & vino. ac proinde ex hac parte Melchisedechum non fuisse, Aaronem excellentiorem.

Sed vterius quæri potest, oblatio panis & vini fuit etiam vsitata in sacrificijs Aaronicis, ergo ob hanc oblationem non minus Aaron quam Melchisedech fuit figura Christi. Respondet: Quando instituitur cõparatio inter sacrificiũ Aaronis & Melchisedechi, debet institui inter principale & integrum vtriusque sacrificium. oblatio panis & vini erat principale & integrum sacrificium Melchisedechi, quia nihil aliud legitur obtulisse. at non erat principale & integrum sacrificium Aaronis; sed tantum particula per modũ annexi. nam principale constabat ex animalibus. Hinc patet quomodo Melchisedech potius quam Aaron fuerit figura Christi in oblatione panis & vini. nam sicut Melchisedech obtulit panem & vinum sine animalibus: ita Christus in vltima Cæna obtulit suam carnem & Sanguinem sub specie panis & vini sine specie aut oblatione animalium. Hæc P. Beccanus.

Quis sine incensum ab Apost. in Epist. ad Heb.

Secundo probatur Conclusio per locum Malachiz cap. 1. ubi sic habetur. Ad vos o Sacerdotes qui despicit nomen meum & dixistis: in quo despectum nomen tuum? offeris super Altare meum panem pollutum & dicitis: In quo polluitur te? in eo quod dicitur obensa Domini despecta est: si offeratur coccum ad immolandum nonne malum est? & si offeratur claudum & languidum nonne malum est? offer illud duci tuo si placuerit ei, aut si susceperis faciem tuam dicit Dominus exercituum. & paulo post sequitur. non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda, &c.

Sensus huius Scripturæ manifestus est. est autem hic: sacrificia vestra immunda sunt, quia offeritis panem pollutum, & coccum animal claudum, & languidum ad immolandum. ideo non mihi placent; non est mihi voluntas in vobis, per huiusmodi sacrificia ordinata per Moysen. & tangitur hic euacuatio veteris legis, sicut etiam habetur Hierem. cap. 3 r. Ecce dies veniunt dicit Dominus: & feriam domum Israel & domum Iuda sicut domum novam: non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Egypti: pactum quod irritum fecerunt; & ego adimatus sum eorum, dicit Dominus: sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel: post dies illos dicit Dominus: dabo legem meam in visceribus eorum, & in corda eorum scribam eam, &c. & Ezech. 20. Ego dedi ei præcepta non bona, & iudicia in quibus non vivunt.

Et sequitur Malachias, quod in futurum placebit Domino oblatio munda & sacrificium quod in omni loco Gentes offerent illi. & de Gentibus quæ Euangelium receperunt loquitur Propheta, de quibus Iaias cap. ult. dicit. Venio ut congregem cum omnibus gentibus et linguis: et venient & videbunt gloriam meam. & ponam in eis signum, et mittam ex eis qui salvari fuerunt, ad Gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. & annuntiabunt gloriam meam Gentibus, & adducunt omnes fratres vestros de cunctis Gentibus domum Domino. & postea: & assumam ex eis in Sacerdotes & Levitas dicit Dominus. Sensus itaque est sacrificia vestra mihi non placent; sacrificium autem quod inter Gentes ubique offeretur, utique mihi erit gratum & acceptum sanæ menti patet. nunc ergo videndum est quid, & quale sacrificium est quod ubique inter Christianos Deo offertur.

Respondent Sectarij hæc sacrificia esse bona opera, ut orationes, gratiarum actiones, elemosinæ, & similia. sed inaniter & ineptissime.

Nam Propheta loquitur de veris sacrificijs & proprijs; & in his facit paritatem, quia pro illorum ministerio inquit. Et assumam ex Gentibus in Sacerdotes & Levitas. Iaias vltim. Sacerdotes autem ad vera sacrificia relationem dicunt, rejiciendo igitur sacrificia veteris legis quæ erant propriè & vera sacrificia, & nouæ legis sibi grata fore manifestans, docet Ecclesiam verum sacrificium habiturum quod singulis diebus ubique inter fideles offerri debebat; non potest ergo intelligi de operibus bonis quæ sunt impropiè sacrificia ut patet.

Præterea bona opera etiam tempore veteris tes-

tamenti fiebant à populo Dei, ergo & hoc sacrificium tunc offerebatur Deo; Malachias, autem hoc sacrificium futurum esse inter Gentes; nec dixit Iudæis, placet mihi sacrificium bonorum operum, quod habetis; non autem sacrificium animalium quod exhibetis.

Et Sectarij omnes dicunt bona opera fidelium esse sordes, maculas, inquinamenta, &c. hoc autem non consonat cum verbis Malachiz dicentis, in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda; si munda est oblatio, ergo non sunt sordes & inquinamenta bona opera fidelium.

Quid ergo est hoc sacrificium de quo loquitur Malachias? Respondet Ecclesia Catholica; sacrosancta Eucharistia seu sacrificium Missæ, quo ab initio & vsque in præsentem diem oblatum est Deo à fidelibus ubique locorum, apud omnes nationes, sicut de facto offertur. hoc ipsa luce clarius est. & veteres Patres testimonium reddunt, & Scripturæ quas infra afferemus.

Hinc Chrysostomus Oratione 2. aduersus Iudæos tom. 5. ait super hunc locum Malachiz. Non possis aliud proferre tempus, quam hoc, postea quam Christus aduenit, Quod nisi de hoc tempore prædixit, nisi de nostro sacrificio vaticinatus est: sed de Iudaico etiam legi repugnat prophetia. nam cum Moyses veteri illa alio in loco sacrificium fieri; præter quàm in eo quem elegit Dominus Deus, cumque ille in unum locum sacrificia illa concluderet: nimirum Propheta dicens quod in omni loco incensum adolendum sit ac sacrificium parum; aduersatur ac repugnat Moysi, &c.

Et Ambrosius in præparatione ad Missam cap. 1. tom. 5. ait. Quanta enim Domine Iesu Christe cordis contritione, & lacrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta Corporis castitate & animi puritate istud diuinum & celeste sacrificium est celebrandum, ubi caro tua in veritate sumatur, ubi Sanguis tuus in veritate bibitur, ubi summa tui iunguntur, ubi adest præsentia Sanctorum & Angelorum, ubi tu es Sacerdos & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter constitutus.

Tertiò probatur Conclusio per locum 1. Cor. 10. Quæ immolatis, gētes demonijs immolant & non Deo. volo autē vos socios fieri demoniorū: non potestis calicē Domini bibere, & calicem demoniorum. Non potestis mensa Domini participes esse, et mensa demoniorū. quibus verbis Apostolus manifestam paritatem ponit inter sacrificium Gentilium, & sacrificium Christianorum, quod est Eucharistia seu Missa; quæ nisi verum esset sacrificium, redderet paritatem Apostoli insufficientem. nam inquit, Quæ immolant Gentes demonijs immolant & non Deo, ergo quæ Christiani immolant, Deo immolant, & non demonijs. & sicut sacrificium Gentilium quantum ad externum ritum erat propriè sacrificium, sic Missa quæ est sacrificium Christianorum est verissimum sacrificium.

Quartò probatur ex cap. 13. Actuum ubi legitur sic: Ministrantibus illi Domino & ieiunantibus dixit Spiritus sanctus, segregate mihi Saulam & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Græcè autem legitur (quo idiomate scripta fuerunt Acta Apostolorum) Liturgiam seu sacrificium facientibus, quo vocabulo Missam Græci appellant: quod autem Liturgia idem sit quod sacrificium apud Græcos, patet, quia hoc vocabulo nominant omnia sacrificia in veteri testamento.

Quintò probatur Conclusio. lex quæ admittit Altare, & Sacerdotium, proculdubio habet sacrificium:

Argumentum ad hominem.

Omnis Natio habet de facto sacrificium Missæ.

Similitudo & paritas quam facit Apostolus nulla esset, nisi fideles haberent sacrificium verum & proprium.

Græci vocant Missam Liturgiā, id est sacrificium.

Sacerdotium inter Christianos manifeste habetur in Scripturis quædam.

Secundus Sectariorum dicitur.

Vbi est Sacerdotium & Altare, ibi est sacrificium.

ciam: at lex Evangelica habet utrumque, ergo habet sacrificium. maior probatur primo de Altari ad Heb. vi. *Habemus e Altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt.* & 1. Cor. 10. *Qui edunt hastiam participat sanguine Altaris.* & ipsi Sacerdotes id concedunt; hac ratione destruxerunt Altaria quæ erant apud eos, quia Missam non esse sacrificium opinantur. De Sacerdotio, quod dicit ordinem seu relationem per se ad sacrificium: probatur ad Hebr. 5. *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* & cap. 7. de Christo Domino dicitur. *Si ergo consummatio per Sacerdotium Leviticum, quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech aliam surgere Sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron? & infra: Qui non habet necessitatem quotidie pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo, hoc enim facit semel seipsum offerenda.* Minor probatur Isaia cap. vi. *Veniam ut congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriam meam, & ponam in eis signum, & mittam ex eis qui salvari fuerint ad Genesim in mare in Affricam, & Lydiam, tendentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad insulam Iugam, ad eos qui non auferunt de me, & non videbunt gloriam meam, & annuntiabunt gloriam meam gentibus, &c.* & postea: *& assumam ex eis in Sacerdotes & Levitas, dicit Dominus.* Confirmatur autem per consensum totius orbis & vniuersalis Ecclesie, quæ ab initio habuit Sacerdotes & Altaria, & Missæ sacrificium; & vsque in præsentem diem in omnibus nationibus cernitur; velint nolint modernis Sacerdotes, qui nouissimis temporibus ab eadem Ecclesia Catholica apostatarunt.

Missæ habet omnes conditiones sacrificii.

Secundo probatur Conclusio. De ratione sacrificij est consecratio rei, oblatio, & mutatio: ut patet de sacrificijs veteris legis; sed hæc omnia fiunt in Missa, ergo Missa est sacrificium. minor probatur, nam panis & vinum consecrantur, offeruntur Deo, & consumuntur a Sacerdote, ut patet.

Septimo probatur testimonio antiquitatis. Anacletus Papa qui Ecclesie præfuit anno Domini 84. in Epist. 1. inquit. *Episcopus Deo sacrificans, testes ut præfuit secum habeat, & plures quam alius Sacerdos, sicut enim maiori honore gradu fruitur, sic maiori testimonij incremento indiget.* In solemnioribus quædam diebus aut septem aut quinque aut tres diaconos, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos atque reliquos ministros secum habeat, qui sacri induti vestimentum in fronte, & a tergo, ut presbyteri à regione dextra, lauacrum contrito corde et humiliato spiritu ac pro no sicut vulu custodientes eum à malivolis hominibus, & consensum eius præbeant sacrificio. Peccata autem consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticum carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & Sancta Romana tenet Ecclesia.

Testim. primis Ecclesie.

Alexander Papa I. anno Domini 109. in sua Epist. 1. decretali ad omnes Orthodoxos cap. 4. inquit: *In Sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter Missarum solemnias Domino offeruntur, Passio Domini miscenda est, ut eius cuius Corpus & Sanguis conficitur, Passio celebretur; ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non debet enim ut à patribus accepimus, & ipsa ratio docet, in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed*

utroque permixtum, quia utrumque est latere eius in passione sua profusus legatur. Ipsa vero veritas nos instruit, calicem & panem in Sacramento offerre, quando ait, *Accipit Iesus panem, &c.* & paulo post. *Nihil enim in sacrificijs minus esse potest, quam Corpus & Sanguis Christi.* Nec vlla oblatio hæc potior esse sed hæc omnes præcellit, quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda.

Concilium Nicænum 1. Can. 14. habet sic. *Peruenit ad sanctum Concilium quod in locis quibusdam & Conuentionibus presbyteri Sacramenta diaconi porrigunt. Hæc neque regula neque consuetudo tradidit, ut hi qui offerendi sacrificij non habent potestatem, huiusmodi offerant, Corpus Christi porrigant.*

August. lib. vno de Fide ad Petram Diaconum cap. 18. tomo 3. ait. *Firmissime tene & inlittent dubites ipsam vniuersum Deum Verbum carnem factum se pro vobis obtulisse sacrificium & Hostiam Deo in odorem suauitatis: cui cum Patre & Spiritu sancto à Patriarchis, Prophetis & Sacerdotibus tempore veteris testamenti animata sacrificabantur, & cui nunc, id est tempore noui testamenti, cum Patre & Spiritu sancto, cum quibus illi est vna diuinitas sacrificium patris & vni in fide & charitate Sanctæ Ecclesie Catholice per uniuersum orbem terra offerre non cessat, & paulo post: In illis ergo sacrificijs quod nobis offerendum figurat significabatur. In hoc autem sacrificio quod nobis iam donatum sit euidenter ostenditur.*

Testim. SS. DD. antiquorum.

Et lib. 9. Confels. c. 12. tom. 1. ait. *Nam neque in eis precibus quas tibi sudamus, cum offerretur pro ea sacrificium precij nostri iam iuxta sepulchrum posito caduere: priusquam deponeret sicut illic fieri solet, &c.* Et lib. 2. de Anima & eius origine ad Petrum Presbyterum cap. 12. tomo 7. inquit. *Noli credere, nec discere, nec docere, sacrificium Christianorum pro ijs qui non baptizati de corpore exteriori offerendum, si uis esse Catholicus, quia nec illud quod de Machabæorum libris commemoratur sacrificium Iudaorum pro eis qui non circumcisi de corpore exteriori, ostendit oblatum, etc.*

Chrysost. in Liturgia quæ habetur tomo 5. in 1. oratione fidelium ait. *Suscipe Deus deprecationem nostram: fac nos dignos, ut offeramus tibi deprecationes et supplicationes, et sacrificia immaculata pro populo tuo.* & oratione de non condemnanda Ecclesia tomo 5. ait. *Quid agis o homo in Ecclesia stans? formos mulierum curiose contemplaris? Non perhorrescis, tanta inuisa templum Desufficiens? &c. cogita propè quæm astiteris, à homo, in sacro illo et horrendo sacrificio, cum quibus Deum si inuocaturus, etc.* & Hom. 61. ad Populum Antioch. tom. 5. inquit. *Sicut enim ad mensam ueniente Domino, seruos qui Dominum offenderunt adesse non oportet, sed procul arcentur: ita scilicet et hoc dum profertur sacrificium, et Christus immolatur et ouis dominica, etc.*

Ambrosius lib. 1. in Euangelium Lucæ cap. 2. tomo 3. ait. *Atque utinam nobis quoque adolescentibus Altaris sacrificium deferentibus assistat Angelus, inuocet se videndum. non enim dubites assistere Angelum, quando Christus assistit, quando Christus immolatur, etc.*

Hieronymus lib. 14. in Ezech. cap. 46. tomo 4. inquit. *In holocausto itaque ipsius Agni immaculati et anniculi, qui nunc semper offertur, faciet ipse Princeps sacrificium, &c. sacrificium Deo legitimum, iuge,*

...atque perpetuam: quod nulla intermitteretur die, sed
omni tempore orio sole semper offeratur, ut impleatur,
quod in fine capituli huius ponitur: faciet agnum in sa-
crificium. & oleum mane, holocaustum sempiternum.
Et Epist. 146. ad Damasum ait. *Vultum sanguinis qui
ad penitentium immolant salutem, ipse Saluator est, cu-
ius quotidie carne pasceamur cruce potamur.* & lib. 1.
adversus Pelagianos tom. 2. *Qua sunt regna ministerii
contra Deum si crucem habuerit mundiorum, si Epif-
copum, Presbyter, & Diaconum, & reliquos ordo Ecclē-
siasticum in administratione sacrificiorum cum candida
vultu processerit?*

Supereit vt Sectariorum obiectiones adducamus,
& solvamus. Prima Obiectio. Sacrificium debet of-
ferri Deo, & non comedi ab hominibus, at Eucharis-
tia comeditur ab hominibus, ergo non est sacrificiū.

Respondeo Eucharistiam vtique offerri Deo, &
deinde comedi ab hominibus; quod non solum non
est contrā rationem sacrificij, sed valde conforme, vt
didimus est supra, & patet de sacrificijs veteris legis, &
præcipue de Agno Paschali, qui Deo offerebatur, &
deinde ab hominibus totus comede batur.

Secunda Obiectio. Sacramentum non potest si-
mul esse sacrificium, sed Eucharistia est Sacramentū,
ergo non potest simul esse sacrificium. Maior proba-
tur quia Sacramentum, & sacrificium opponuntur;
nam in Sacramento accipimus aliquid à Deo, in sacri-
ficio damus aliquid Deo: ratio autem accepti, & tacto
dati, non coincidunt.

Respondeo falsam esse maiorem propositionem,
nam idem potest esse sacrificium & Sacramentum,
sub diverso respectu, vt de facto est Eucharistiam
ipsa quatenus consecratur, offertur, & consumitur,
est sacrificium; quatenus est signum. sensibile gratiæ
subsistentis, & inhzrentis, est Sacramentum, nec ra-
tio accepti opponitur sacrificio, nam omnia à Deo ac-
cipimus, & omnia ludzi à Deo etiam accipiebant,
& tamen sacrificabant.

Tertia Obiectio. Christus in vltima cena, quan-
dō instituit Eucharistiam, non dixit offerte, sed co-
medite & bibite, ergo Eucharistia ex institutione
Christi non est sacrificium, sed solum Sacramentum.

Respondeo vtique dixisse offerte per verba æqui-
pollentia, cum ait: *Hoc facite in meam commemora-
tionem;* nempe in commemorationem passionis eius,
& oblationis illius in Cruce. nam in consecratione
Calicis dixerat: *Hoc est Calix, nouum testamentum
in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.* quomodo au-
tem fieri potest commemoratio passionis, & oblatio-
nis eius in Cruce, nisi per aliam oblationem, quæ illā
repræsentet. talis autem est Missæ sacrificium.

Quarta Obiectio. Christus est Sacerdos in æternū:
ergo nullum habet successorem, aut Vicarium in Sa-
cerdotio, ergo nulli nunquam sunt Sacerdotes in ætris, &
consequenter nec vera sacrificia. Confirmatur ex A-
postol. ad Hebr. 7. vbi dicitur: *ideo in veteri testamento
fuisse plures Sacerdotes, quorum vnus alteri succede-
ret, quia singuli erant mortales, ac proinde debebant
alij, atque alij semper succedere, Christus autem est
immortalis, ergo non indiget successoribus, & Vi-
carijs.*

Respondeo cum P. Beccano in manual. controuer.
cap. 10. de sacrificio Missæ, quod aliud est esse suc-
cessorem alterius: aliud esse ministrum, seu vicariū?
dupliciter enim hæc differunt. Primò, quia successores
est eiusdem dignitatis, ac potestatis cum eo cui suc-
cedit. non item ministri, seu vicarij cum eo cui

minister, aut vicarius est. Secundò, successor non nisi
post mortem, aut depositionem alterius constituitur;
at vicarius, seu minister solet constitui dum adhuc vi-
uit is cui subseruit. vtrumque patet in Rege. Is quan-
diu viuit, & in officio manet, non habet successorem,
cum pari potestate; habet tamen vicarios & ministros
qui illi subseruiunt. similiter fit in nostro proposito.
Christus non habet successorem in Sacerdotio cum
pari potestate; quia semper viuit, vt rectè argumen-
tatur Apostolus. Habet tamen ministros seu vicarios
qui illi subseruiunt in officio Sacerdotali. Idem factū
est in Aarone, seruata proportione. quādiu vixit
non habuit successores cum pari potestate; habuit ta-
men inferiores Sacerdotes, & Leuitas, qui illi minist-
trabant.

Quinta Obiectio. Sacrificium Crucis habet vim
infinitam, & æternam, ergo non indigemus alio sa-
crificio: ergo multiplicare tot sacrificia Missæ nihil est
aliud quam negare virtutem & sufficientiam sacrificij
Crucis. & confirmatur ex Apostolo, qui sepe asserit
vnam oblationem Christi in Cruce sufficere, nec alia
opus esse Hebr. 9. *Semel ad destructionem peccati per
hostiam apparuit, & postea: Christus semel oblatum est
ad maiorem eternam ad peccata.* & cap. 10. *Sanctifi-
catus sumus per oblationem Corporis Christi semel.* &
paulo post. *Vna enim oblatio consummatus in sem-
pernum sanctificatus.* ergo opus non est sacrificio
Missæ.

Respondeo cum eodem P. Beccano loco citato sa-
crificium Crucis habere infinitam, & æternam vim
sacrificandi homines: nec opus esse alio sacrificio
Crucis, aut eiusdem sacrificij Crucis repetitione, vel
quod idem est, non esse opus vt alius Christus mo-
riatur pro nobis, aut idem Christus sæpius moriatur.
nam semel moriendo sufficientissimè satisfecit Deo
Patri pro nobis. & hoc docet Apostolus loco citato.
duo tamen necessaria sunt. Vnum vt simus memores
illius tanti beneficij, vel accepti iam, & olim promissi:
alterum vt fructus illius beneficij, & satisfactionis in
particulari nobis applicetur: vtrumque per fidem,
Sacramenta, sacrificia, prædicationem verbi, & simi-
lia instrumenta, à Deo ordinata, non solum in vete-
ri, sed etiam in nouo testamento: ergo nihil illorum
superfluum est. sicut ergo non sequitur: sacrificium
Crucis habet infinitam vim: ergo superflua sunt Sa-
cramenta nouæ legis: ita non sequitur: habet infini-
tam vim: ergo superfluum est sacrificium nouæ le-
gis. nec hoc, nec illa superflua sunt. Non enim ordi-
natur ad augendam vim sacrificij Crucis, quæ cum
infinita sit, non indiget augmento: sed partim ad illā
repræsentandam, partim ad fructum eius nobis appli-
candum. Dices quid opus est applicare fructum sa-
crificij Crucis per sacrificium Missæ, cum sufficienter
applicari possit per fidem, baptismum, & eucharis-
tiam? Ego vicissim dicam, quid opus est applicare
per baptismum & eucharistiam, cum sufficienter ap-
plicari possit per fidem, & sacrificium Missæ? O ho-
mo tu quis es, vt dicas Deo, quare ordinasti sic?

Sexta Obiectio. Vbi est remissio peccatorum, iam
non est oblatio pro peccato, ad Hebr. 10. sed per sa-
crificium Crucis facta est remissio peccatorum, ergo
non datur amplius alia oblatio pro peccato, vanum
est ergo Missæ sacrificium. ideoque dixit Saluator in
Cruce. *Consummatus est.* quia scilicet nullum amplius
futurum erat sacrificium.

Respondeo Apostolum in illo capite ostendere
repetitionem sacrificiorum veteris testamenti signum
esse

Eucharistia est Sa-
cramentū & sacri-
ficiū sub diuerso
respectu.

Tunc Saluator do-
cuit Eucharistia
esse sacrificium,
cum dixit facien-
dam esse in me-
moriam passionis
eius, quæ fuit sa-
crificium, & non
nisi per sacrificiū
repræsentari po-
tuit.

Sacerdotes nō sūt
successores sacer-
dotij Christi Do-
mini, sed minist-
ri & Vicarij Sa-
cerdotij illius.

Meritum infinitū
sacrificij Crucis
applicatur nobis
per Sacramenta,
& sacrificium
Missæ.

esse insufficientiæ illorum ad delenda peccata: sacrificium autem Crucis sufficientissimum esse, ideò non replicari; idcirco dixit ad Rom. 6. *Christus resurgens ex mortuò iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: quod enim mortuus est peccato mortuus est semel.* Loquitur enim de sacrificio Crucis, quod factum est per mortem Christi. ad minorem: sed per sacrificium Crucis facta est remissio peccatorum: respondeo, quoad sufficientiam solutionis pretij in genere concedo; quoad applicationem particularem in singulos, nego; quia talis fit per fidem, & Sacramenta, & sacrificium incruentum, quod fit in singulari, & vnius sacrificij commemorationem, quod factum est in Cruce, cum infert, ergo vanum est Missæ sacrificium, negatur consequentia: imo necessarium est sicut Sacramenta, ut vim & efficaciam sacrificij Crucis accipimus, esset vanum si esset aliud sacrificium longè diuersum à sacrificio Crucis: sed cum sit representatio talis sacrificij, non est vanum, sed sacrosanctum, & verissimum.

Ad illud: *Consummatum est.* sensus horum verborum omnibus sanæ mentis manifestus est: dixerat enim de opere redemptionis, complendo per mortem & passionem suam Lucæ 12. *Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor usque dum perficiatur.* cum autem fuit in Cruce, & semetipsum obtulit immolatum Deo, vicinus morti dixit, *Consummatum est,* putà sacrificium Crucis, ergo iterum idem sacrificium Crucis non repetetur; verissima sequela, ergo sacrificium Missæ fieri non debet in commemorationem, & representationem sacrificij Crucis, ut ipsi Apostoli fecerunt, ut suo loco probatum est, inanis consequentia.

Septima Obiectio. Missa est nouum testamentum, & sic tot sunt Missæ, quot sunt testamenta. Testamenti autem confirmatio à morte pendet testatoris; ergo in singulis Missis deberet Christus mori, ergo vnica vera Christi mors aut non creditur, aut pro nihilo ducitur.

Respondeo Missam non esse testamentum, sed sacrificium incruentum noui testamenti; non enim mors Christi est testamentum nouum, sed conditio necessaria pro validitate noui testamenti, scilicet Evangelicæ legis. Vnde Apostolus ad Hebr. 9. ait. *Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuò confirmatum est: alioquin non dùm valet dum vivit, qui testator est. unde nec primum quidem sine sanguine deusatum est.* quia propter quot sunt sequelæ huius obiectiois, tot sunt ineptiæ.

Octaua Obiectio. Hostia quæ offertur occidi, & mactari necesse est, ergo si Christus in singulis Missis sacrificatur, in singulis Missis crudeliter interficitur.

Respondeo omnem hostiam, quæ offertur, occidi debere, cum capax est mortis; at Christus sub speciebus Eucharistiæ est impassibilis, & inuisibilis, cum sub speciebus panis, & vini lateat, hinc est quod hoc sacrificium est iuxta ordinem Melchisedech, qui panem & vinum obtulit; & non animalia occidenda, est ergo alterius speciei sacrificium, quod spectat ad nouum testamentum. mutatio rei oblatæ, quæ requiritur ad rationem sacrificij, hic reperitur per consumptionem Eucharistiæ, licet non adsit per occisionem rei oblatæ: fit autem representatio Christi Domini iam in Cruce occisi, & hoc satis est.

Nona Obiectio. Missa aufert fructum mortis Christi, dum facit ne cum cognoscamus, & cogitemus.

quis enim cogitet se morte Christi redemptum esse, ubi nouam in Missa redemptionem viderit? & subdit Caluinus. Neque euadet qui dixerit, non alia causa nos peccatorum remissionem in Missa obtinere, nisi quia morte Christi iam acquisita est. non enim aliud affert, quam si iacet, nos ea lege à Christo redemptos esse, ut nos ipsi redimeremus: ut nihil iam passionis Christi relinquatur, nisi ut sit exemplum redemptionis, quo discamus nostri esse redemptores.

Nauseat reuera intellectus super huiusmodi ineptias quas Sectarij obijciunt; quis enim aliquando Catholicorum dixit Missam esse nouam redemptionem; cum sit tantum commemoratio, & representatio operis redemptionis? Cum dicit, quod affirmare per Missam nos obtinere remissionem peccatorum, idem est, ac dicere nos ea lege à Christo redemptos esse, ut nos ipsi redimeremus figmentum est: sicut enim non sequitur eos esse sui redemptores dum excogitant se iustificari, & redimi à peccatis; quia apprehendunt se esse iustificatos, & sine tali apprehensione non esse iustos: & sicut non sumus nostri redemptores, dum per Sacramenta recipimus fructum redemptionis: sic dum per sacrificium Missæ spiritalia dona recipimus, non sumus redemptores, sed applicatur nobis fructus operis redemptionis, quod operatus est Christus Iesus, sed hæc omnia optimè nouerat Caluinus; sed miserabilis ad suam apostasiam circumtegendam stultitia, tales Turcicas, & Paganicas obiectiunculas, ad plebem etiam & incautos decipiendos excogitauit.

Decima Obiectio. Nemo usurpare debet honorem Sacerdotij, nisi à Deo vocatus, teste Apostolo. Nemo autem præter Christum vocatus legitur, ergo Sectarij delirant.

Videat pius lector & irrideat ingenium Sectariorum, ipsi dicunt omnes fideles esse Sacerdotes & Clericos, & nullam esse distinctionem fidelium in Clericos, & Laicos; nunc autem negant dari fideles Sacerdotes, cum Christus tantum sit Sacerdos. Homines isti more cæcorum contra veritatem irruunt, & dummodo illi contradicant, non curant eructare quidquid in buccam venit. Nunc ad obiectioem. Nemo usurpare debet honorem Sacerdotij, verissimum est; cum Deus Sacerdotium instituere debeat, & fideles ad talem gradum per ministros suos vocare, ad minorem Nemo autem præter Christum vocatus legitur. Scriptura docet oppositum: nam Isaiæ ultimo sic habetur. *Veni ut congregem cum omnibus gentibus, & linguis: & venient & videbunt gloriam meam: & ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes in mare in Africam, & Lydiam tendentes sanguinam, in Italiam, & Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. & annuntiabunt gloriam meam Gentibus, & adducebunt omnes fratres vestros de cunctis gentibus domum Domino. & paulò post. Et assumam ex eis in Sacerdotes & Levitas, dicit Dominus.* ergo non solum Christus Dominus vocatur ad Sacerdotium. Veritas autem hæc est, Christum Iesum esse Sacerdotem magnum absolute & per se; cæteros autem dependentes & ministerialiter; ut docet Apostolus 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* non sequitur tamen eos non esse veros Sacerdotes, licet sint ministri summi Sacerdotis Iesu Christi; quia Isaias dicit, imò Dominus per Isaiam. *Et assumam ex eis in Sacerdotes & Levitas.*

Quia tamen dictum est in initio huius disputationis mortem Christi in Cruce fuisse verum sacrificium, duz,

Per sacrificium Crucis facta est remissio peccatorum, respectu illorum, qui per media ordinata, applicent sibi ipsa i sacrificij, sed non pro omnibus abique applicatione.

Consummatum est, quomodo intelligitur.

Sicut apprehensio iustitiae Christi necessaria in reo Sectariorum ad iustificationem non facit Sectariorum sui redemptores, licet applicatio sacrificij Crucis per se facta cum Missa non facit nos nostri redemptores.

Contradictio Sectariorum.

Modis sacrificij occidi debet quod sacrificium est primum & absolute, quando autem est commemoratio & representatio alterius, nequaquam.

duz infurgunt difficultates contra hanc veritatem. Prima est, quod sacrificium est actus virtutis Religionis, quæ virtus tantum Dei cultum per actus inter-

ita Lueberus lib. de Captivitate Babylon. cap. 1. Calvini lib. 4. instit. cap. 18. §. 13. 14. 15. & 16. & eorum sequaces.

Contra quos Concil. Trident. sess. 22. cap. 2. de Missa sic docuit. *Et quoniam in divinis hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruentè obtulit, docet sancta Synodus sacrificium istud verè propitiatorium esse, pro ipsumque fieri, ut si cum vero corde, & recta fide, cum metu & reverentia contritus ac penitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur. & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Huius quippe oblatione placatum Dominum, gratia, & donum penitentia concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit. Quæcumque eademque est hostia, idemque nunc offerens. Secundotum ministratio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa. Cuius quidem oblationis, & virtutis æquivalens fructus per hanc incruentam ubertim percipiuntur: tantum abest, ut illi per hanc quoniam mada derogatur. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, panis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus, sed & pro defunctis in Christo mandum ad plenum purgati, rite iuxta Apostolorum traditionem, offertur.*

Et Can. 2. inquit. *Si qui dixerit Missa sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in Cruce, per actum non autem propitiatorium, vel soli prodesse sumentis: neque pro vivis, & defunctis, pro peccatis, panis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus offerri debere: anathema sit.*

Ad huius veritatis maiorem declarationem advertendum est, quod plures sunt differentie inter sacrificium Missæ, & sacrificium Crucis. Prima, Crucis sacrificium fuit in Christo sub propria specie humana. Incruentum autem Christum continet sub specie panis & vini. Secunda; cruentum habuit Christum hostiam, & Sacerdotem. Incruentum autem licet Christum habeat utroque munere fungentem, amplectitur tamen ministerium Sacerdotis, qui tunc gerit vicem Christi. Tertia, cruentum nullius sacrificij est figura, vel commemoratio. Incruentum autem est representatio cruenti. Quarta, & principalior est, quia in sacrificio Crucis oblatus est Christus passibilis, & doloribus plenus; ibidè mortuus est. In incruento autem fit tantum consecratio, & idem Christus ibi adest per acquisitionem novam ubi, & ut sic Deo offertur. & hoc oritur disparitas valoris utriusque sacrificij, quia cruenti infinitus valor est; incruenti autem finitus, quia scilicet ibi Christus meritorie operans oblatus est, & semetipsum obtulit: hic autem non meritorie operans cum non sit in statu merendi, offertur: & hoc est etiã advertendum, quod sicut sacrificium Crucis non immediate iustificavit omnes, licet valoris fuerit infiniti, sed tantum meritorie: & Deum placavit, & impetravit, ut per media ab eo ordinata iustificarentur peccatores, puta per Sacramenta; sic sacrificium incruentum non iustificat quemque immediate; sed impetrat, ut in virtute sacrificij Crucis detur nobis gratia, quæ facit ut faciamus, & nos dirigit, & nobiscum cooperatur, ut medijs ordinatis ad iustificationem, & iustificationis augmentum, utamur. Cruentum itaque tui efficaciter meritorium, satisfactorium, & impetratorium pro nobis apud Patrem: quia Christus, tunc passibilis erat, ideoque meruit, & satisfecit. Incruentum autem in tantum dicitur propitiatorium, satisfactorium, & meritorium, in quantum impetrat gratiam satisfaciendi & merendi. & hoc munus con-

Sacrificium Missæ & sacrificij Crucis multipliciter differunt.

Mors Christi sub quo sine sit sacrificium.

Mors martyrum non est sacrificij.

Quadruplex est sacrificium.

Missa est verè sacrificium etiam pro peccatis, & impetratorie.

DISPUTATIO V.

An Missa sit sacrificium propitiatorium, & impetratorium.

CVM quadrupliciter distingui solet sacrificium; nempe iohanneum, quo testantur nos esse servos Dei, cui omnia debemus. Eucharisticum, quo gratitudinem de beneficijs acceptis profitemur. Impetratorium, quo beneficia ab ipso impetrare speramus: & propitiatorium, quo veniam peccatorum consequi postulamus. quarimus in presenti, an Missa sit sacrificium propitiatorium, & impetratorium. Sectarij cõcedunt Missam esse sacrificium improprie dictum, quia cena, inquit, in honorem Dei fit, & in gratiarum actionem pro beneficio accepto passionis Christi: sed esse sacrificium propitiatorium, & impetratorium negant: tamque esse tantum Sacramentum, quod suspensum & non alijs prodest, affirmant.

fert ex opere operato, nempe vt sacrificium est, talè ex diuina institutione habens virtutem.

Prima Conclusio. Missa est sacrificium propitiatorium & impetratorium. Probatur. In lege naturæ, & in lege scripta fuit sacrificium propitiatorium; ergo etiam in lege Euangelica dari debet. Antecedens probatur primò de tempore legis naturæ. Genes. 8. *Edificauit altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta super altare: adoratusque est Dominus odorem suauitatis; & ait: Nequaquam ultra maledicam terra propter homines. Job 1. Cumque transissent dies coniunx mitebat ad eos Job, & sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis, dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo de cordibus suis. sic faciebat Job cunctis diebus. & cap. vii. Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Job, & offerite holocaustum pro vobis: Job autem seruum meum orabit pro vobis: faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia: neque enim locutus est ad me recta, sicut seruum meum Job. Pro tempore legis scriptæ, seu Moyfis, patet præcipuè in libro Leuitici per totum.*

Nunc verò probatur prima sequela, nempe; ergo & in nouo testamento, seu in lege Euangelica dari debet sacrificium propitiatorium, & impetratorium. Nam quod conceditur tempore legis naturæ, & legis scriptæ, quod proculdubio deterius est tempore legis gratiæ, non est tollendum à lege Euangelica.

Dices pro Sectarijs. In lege gratiæ datur sacrificium Crucis, quod est propitiatorium & infiniti valoris, opus ergo non est alijs sacrificijs.

Contra; sacrificia antiqua valorem, & vim habebant ob sacrificium Crucis præuisum & exhibendū, quod pro omni tempore fuit infiniti valoris, ergo si sacrificia antiqua non opponuntur nec repugnant sacrificio Crucis exhibendo, nec sacrificia incruenta, quæ nunc habemus repugnabunt sacrificio Crucis exhibitō. illa enim Crucis sacrificium figurabant: hæc autem illud repræsentant & commemorant.

Præterea: Missa est verissimum sacrificium, vt in superiore disput. probatum est: continens gratissimam Deo hostiam, ergo propitiatorium erit & impetratorium abundantius quam antiqua sacrificia, quæ istius vmbra fuerunt & figura.

Dices: Apostolus ad Hebr. 10. inquit: *Impossibile enim est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata: ergo tantum sacrificium Crucis peccata purgavit.*

Respondeo antiqua sacrificia proculdubio vim habuisse non in sanguine animalium, sed tantum vt vmbra erant sacrificij Crucis. & hoc docet Apostolus ibi, non affirmat autem illa sacrificia nõ impetrasse peccatorum remissionem: cum cap. 9. ad Hebr. dicat. *Et omnia penè in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. & Leuit. 4. Offerat sacrificium, & orabit Sacerdos pro peccatore, & dimittetur ei. Igitur sicut antiqua sacrificia vim habebant per sacrificium Crucis præuisum & exhibendum, sic nunc sacrificium Missæ vim habet per sacrificium Crucis iam exhibitum.*

Secundò probatur veterum Patrum testimonio. August. in Enchiridion ad Laurentium cap. 108. tomo 3. inquit. *Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elemosina in Ecclesia fiunt. & lib. 9. Confess. cap. 12. tom. 1. ait. Nam neque in eorum precibus quas tibi sudum, cum offerretur pro*

ea sacrificium precij nostri iam iuxta sepulchrum positum cadauere, postquam deponeretur, sicut illic fieri solet &c. & lib. 2. de Anima, & eius origine ad Petrum a Presbyterum cap. 12. tom. 7. ait. *Noli credere nec dicere, nec docere sacrificium Christianorum pro ijs qui non baptizati de corpore exierunt, offerendam; si vni esse Catholicum. quia nec illud quod de Machabæorum libri commemorasti sacrificium Iudeorum pro eis, qui non circumcisi de corpore exierunt, ostendit oblatum. Hoc autem pro fidelibus fieri debere docet Augustin. quod pro infidelibus fieri illicitum docet.*

Chrysostom. in Liturgia tom. 5. ait. *Gratias agimus tibi Domine Deus virtutum, qui dignatus es nos, vt assistamus & nunc tuo sancto Sacramto, & vt pro solamur tui miseracionibus pro nostris peccatis & populi ignorantijs: suscipe Deum deprecationem nostram: fac nos dignos vt offeramus tibi deprecationes: & supplicationes, & sacrificia immaculata pro populo tuo. & Homil. 28. in cap. 8. Matth. ait. *Agamus verò gratias non de proprijs tantum, verum etiam de alienis bonis. Ita enim & inuidiam poterimus extinguere, & abesse charitatem eamque in nobis efficere magis sinceram: neque enim iam illis poteris inuidere, de quorum bonis gratias Deo deferendo laudamus. Idcirco enim altari assistens Sacerdos pro vniuerso orbe terrarum pro absentibus atque presentibus, pro his qui ante nos fuerunt, pro his qui postea fuerunt sunt, sacrificio illo proposito, Deo nos gratias iubet offerre, &c.**

Ambrosius in præparatione ad Missam cap. 1. tomo 5. inquit. *Qui dignè hoc celebrare poterit nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? &c. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, vt concedas mihi peccatori hoc celeste sacrificium celebrare cum timore & tremore, cum cordis puritate & lachrymarum fonte, &c. Ego enim Domine memor veneranda passionis tuæ accedo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem tuam pro salute nostra. suscipe ergo istud quæso summe Deus, dulcissime Iesu Christe pro Ecclesia tua sancta, & pro cuncto populo tuo, quem acquisuisti sanguine tuo pretioso. & quoniam me peccatorem inter te, & eundem populum medium esse voluisti, &c.*

Hieronym. lib. 2. in Prouerb. cap. 12. tom. 8. inquit. *Notandum autem quod etsi impijs post mortem spes venia non est: sunt tamen qui de leuioribus peccatis, cum quibus obligati defuncti sunt, post mortem possunt absolui: vel penis videlicet castigari, vel suorum precibus & elemosinis, Missarumque celebrationibus: sed hæc quibuscumque fiunt, & ante iudicium, & de leuioribus sunt errata.*

Secunda Conclusio. Valor sacrificij Missæ finitus est. Probatur. Ideò valor sacrificij Crucis fuit infinitus, quia ibi Christus immediatè seipsum obtulit, & erat in statu merendi, & infinite merendi, quia Deus & homo erat: at in sacrificio Missæ, licet ipse idem sit qui offertur, tamen non per mortem offertur, nec passibilis est, nec immediatè se offert, neque est in statu merendi: ergo Missa in qua taliter offertur, non est infiniti valoris.

Secundò probatur per ea quæ subtilis doctor Scotus docet quæst. 20. quolibetali, 5. de Tertio autem, &c. vbi de valore Missæ sic ait. *Vltra ergo bonum contentum in Eucharistia, requiritur oblatio Eucharistia, ista non est accepta nisi sit offerentis accepti, iuxta illud Genes. 4. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius; prius ad Abel quam ad munera, & iuxta illud Lucæ 21. *Videte hac paupercula plusquam omnes misit;**

Antiqua sacrificia valorem habebat ob sacrificium Christi præuisum, & præuisum. Sacrificium Missæ habet valorem ob sacrificium Christi exhibitum.

Antiqua sacrificia vim non habebat in sanguine animalium, sed in sanguine Christi in illo figurata.

Testim. SS. DD. patrum.

Valor sacrificij Missæ finitus est.

Offerens sacrificium Missæ in mundum est minister Ecclesie, qui non potest mereri immunitatem.

missi; quia ex voluntate magis accepta. & Gregor. Hom. super illud Matth. 4. *Ambulans Iesus, &c. nocensas Deus quantum in eius sacrificio, sed ex quanto deseratur affectu.* Unde si Iudæus obtulisset Patri Christum volentem, vel non volentem, non fuisset ista oblatio ita accepta à Patre; sicut quando Christus spontè se obtulit; imò non fuisset accepta iuxta illud Eccles. 34. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui victimas filium in conspectu Patris.* ex istis patet, quod sicut Eucharistia non præcisè ratione rei contentæ, plenè acceptatur, sed oportet quod sit oblata, sic nec plenè acceptatur oblata, nisi ratione bonæ voluntatis alicuius offerentis: non autem præcisè ratione ipsius voluntatis celebrantis, quia hoc pertinet ad meritum personale, non ad virtutem sacrificij; nec immediatè ratione voluntatis ipsius Christi offerentis; quia Christus, etsi hic offeratur, vt contentus in sacrificio, non tamen hic immediatè offert sacrificium: iuxta illud Heb. 9. *Neque ut seipsum offerat semetipsum.* & ibidem: *Christus semel oblatum est: supplet à se ipso offerente, alioquin videretur quod vnus Missæ celebratio æquivaleret passioni Christi, licet specialius valeat pro quanto ibi est specialior commemoratio oblationis, quam Christus obtulit in Cruce: iuxta illud Lucæ 22. & 1. Cor. 11. Hoc facite in meam commemorationem;* quia sit Missa tam repræsentando illam oblationem in Cruce, quam per eam obsecrando, vt scilicet per eam Deus acceptet sacrificium Ecclesiæ: obsecratio etiam communiter fit per aliquid magis acceptum ei qui rogatur, quam sit sibi supplicatio obsecrantis: patet in exemplis communiter. Si enim supplico vt per salutem vel pro salute animæ Patris, hoc mihi facias, suppono tibi magis acceptam esse salutem eius, quam supplicationem meam acceptari; & propter quod vnumquodque, & illud magis. Sic ergo patet quod Eucharistia oblata acceptatur, non ratione voluntatis Christi, vt immediatè offerentis: ratione ergo voluntatis Ecclesiæ generalis: illa autem habet relationem meriti finitam. & estò quod acceptaretur ratione voluntatis Christi, vt offerentis; hoc est instituentis oblationem & dantis sibi valorem, & acceptationem; tamen non æquivaleret nec acceptaretur sicut Passio Christi; & ita esset meritum finitum cui correspondet bonum debitum virtute sacrificij. Hæc Scotus.

Tertiò probatur ex consuetudine antiquissima Ecclesiæ Catholicæ, quæ docet sacrificium Missæ sæpè pro re eadem obtinenda offerri posse; quod manifestè infert non esse infiniti valoris, quia sic semel sufficeret.

Nunc ad obiectiones Sectariorum, quibus probare contendunt Missam non esse sacrificium propitiatorium, & impetratorium. Prima Obiectio. *Sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum,* ad Heb. 9. at in Missa nõ est Sanguinis effusio, ergo in Missa non fit remissio peccatorum: igitur Missa non est sacrificium propitiatorium.

Respondeo Apostolum loqui de testamento veteri, & de tempore legis Moydis, & non pro tempore noui testamenti. sic enim ait Apostolus. *Leto enim omni mandato legi à Moysè uniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo: ipsum quoque librum & omnem populum aspersit dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij sanguine similiter asper-*

sit. & omnia penè in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio: quibus verbis & continuis quæ præmisit Apostolus instruit Hebræos, necessitatem mortis Christi & effusionis sanguinis illius in ligno crucis ad omnium exhauriendâ peccata, ideoque dicit: *Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitula aspersus: iniquos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuens? & ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in redemptionem carum peccatorum quæ erant sub priori testamento, remissionem accipiant qui vocati sunt æterna hereditate: manifestum autem est Sanguinem Christi non iustificasse homines in particulari, quia sic omnes homines statim iusti facti essent absque Sacramentorum applicatione, vel fide iustificante per Sectarios; fuit ergo mors Christi tantum causa meritoria qua homines iustificari possunt per media ab ipso ordinata. sicut igitur Sectarij putant se iustificari per fidem, & tunc nulla est Sanguinis effusio, quia fit in virtute effusionis Sanguinis Christi in Cruce. in rei veritate nos iustificamur per Sacramenta; & per Missæ sacrificium applicari nobis petimus à Deo tale meritum Christi, ad obtinendam scilicet medijs proprijs seu ordinatis remissionem peccatorum, & cætera dona Dei, quæ desideramus. quod meritum Christi tunc præuisum in veteri testamento sicut sibi applicabant per cruenta sacrificia animalium; sic in nouo testamento applicamus illud nobis per incruentum sacrificium Missæ, & per cætera Sacramenta. Hinc patet quam ineptissimè Sectarij veritatem impugnent.*

Secunda Obiectio. Sacrificium quod iteratur non perficit cultores suos, nec talium peccata remittere potest, vt docet Apostolus ad Heb. 10. dicens: *Umbram habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostijs, quas offerunt indefinenter, nunquam potest accedere perfectos facere: alioquin cessasset offerri: ideo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati cultores semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile est enim sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata.* Sed sacrificium Missæ sæpius iteratur, ergo non potest perficere cultores suos ac proindè nec peccata remittere.

Respondeo falsam esse maiorem in eo sensu quo Sectarij illam sumunt. esset enim contra eundem Apostolum dicentem ad Heb. cap. 9. *Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitula aspersus iniquos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum obtulit immaculatum Deo, &c. & infra: & omnia penè in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio.* docet itaq; Apost. sacrificia veteris testamēti, quæ iterabantur, mundasse Iudæos, & per ea remissionem obtinuisse peccatorum, licet efficacia oriretur à sacrificio crucis quod figurabant. Sensus ergo Apostoli, vt omni attentè legenti patet, est; quod sacrificia veteris testamenti non erant infiniti valoris, vt omnibus sufficerent ad iustificationem. Sacrificiū verò Crucis infiniti meriti fuit, itaut semel exhibitum, non sit opus vt iteretur. vnde sic cap. 10. inquit. *In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem*

Apost. his verbis monuit tantum, nec efficaciam mortis Christi pro redemptione man-

Mors Christi quo ad sufficientiam valoris fuit pro omnibus, sed quo ad efficaciam non fuit nisi pro illis quibus applicata fuit.

Oblatio si obtulisset Patri Christum in Cruce, oblatio nullius fuisset valoris, ratione offerentis.

Christus offert Patri sacrificium Missæ mediatè: scilicet mediante Sacerdote ministro suo, & Ecclesiæ.

Apost. docet sacrificium Christi esse infiniti valoris: ideoq; ab ipso in eodem ligno Crucis cruentè replicari nõ oportet.

mem Corporis Iesu Christi semel. & omnia quidem Sa-
cerdos praesto est quotidia ministrans, & eisdem saepe of-
ferens hostiam, quae nunquam possunt auferre peccata:
hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in semper-
durnam sedet in dextera Dei. &c. Hoc autem non ob-
stat quin per sacrificium Missae, meritum Christi saepe
nobis applicare possimus: nam sicut Sectarij actum
fidei replicant, quo se iustificari inaniter opinantur,
& Crucis sacrificio hoc modo non derogant; sic nos
Missae sacrificium & sacramenta replicamus, Crucis
sacrificio minimè derogantes.

Tertia Obiectio. Baptismus vnus non prodest al-
teri, nec potest vnus pro alio baptizari: Ergo nec sup-
plicatio Eucharistiae potest ab vno pro alio fieri. Ergo
Missae non est sacrificium propitiatorium, quia si ita
esset, Missa & Communio vnus, alteri prodesset.

Respondeo Baptismum vnus utique alteri non
prodesse, nec Communionem vnus alterum iuare;
ergo nec sacrificium Missae, negatur consequentia;
quia aliud est Sacramentum, & aliud sacrificium, cu-
ius natura est vt sacrificanti, & tale sacrificium cole-
tibus proficit; vt docet Apostolus ad Hebr. 5. *Omnia
namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro homini-
bus constituitur in hi quos sunt ad Deum, vt offerat do-
na & sacrificia pro peccatis, qui condolare possit eis, qui
ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est in-
firmitate, & propterea debet quemadmodum pro popu-
lo; ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. habem-
us exemplum de oratione, quae non tantum oranti
prodest, sed & his pro quibus oratur. Vnde Aposto-
lus pluries se commendauit fidelium orationibus, ad
Hebr. cap. vlt. *Orate pro nobis, confidimus enim quia
bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes
conuersari. amplius autem deprecor vos hoc facere, quo
celerius restituatur vobis.* ad I. thesal. cap. vlt. *Fratres
orate pro nobis.**

Quarta Obiectio. Si Missae sacrificium propiti-
atorium esset, ac peccata remitteret: vtile esset non
accedere ad Sacramenta pro remissione peccatorum
percipienda. Nam remissio peccatorum per vnam
Missam ab alio dictam, sine villo labore, & periculo
haberetur: per Sacramenta autem non nisi cum la-
bore, & periculo haberi potest.

Respondeo cum Cardin. Bellarm. lib. 6. de Eu-
char. cap. 5. quod si Missa immediatè peccata remit-
teret, argumentum aliquid concluderet: at non dici-
mus hoc: sed tantum per Missae sacrificium impetra-
ri donum poenitentiae, quo homines peccatores mo-
uentur ad Sacramenta desideranda & quaerenda, qui-
bus iustificantur.

Et sequitur idem Bellarm. sed posset quis obijcere,
quod multoties dicitur Missa pro peccatoribus; qui
tamen donum poenitentiae non recipiunt, ergo Missa
ex opere operato non videtur donum poenitentiae
conferre. & multa alia beneficia petuntur in Missa
quae minimè obtinentur semper cum postulantur.

Respondet Missam utique infallibiliter obtinere
ex opere operato, & vt sacrificij gratiam mouentem
peccatorem ad detestationem peccati, & ad poenitè-
tiam amplectendam. Si autem non sequatur effec-
tus, defectus oritur ex voluntate peccatoris, quia gra-
tiam respuit: vt legitur Prouerb. 1. *Quia vocantur
& renouisti, extendis manum tuam, & non sunt qui aspice-
ret despoxiisti omne consilium meum, & increpationes
meas neglexisti. Ego quoque in insortu vestro ridebo,
& subianabo, cum vobis id quod timebati, aduenerit.*
Præterea licet non sequatur effectus immediate;

tempore opportuno recipitur. nam nec sacrificium
Crucis illicò habuit effectum suum, vt sacra narrat
hitoria in Actis Apostolorum, & eorum Epistolis,
quae habentur.

Quantum ad beneficia temporalia, respondeo ea
tunc obtineri, cum saluti contraria futura non agnos-
cuntur. Vnde August. Tract. 102. in Ioan. tom. 9.
super illud, *Vtque modo non petisti quidquam in no-
mine meo: petite & accipietis, vt gaudium vestrum
sit plenum & ait. Hoc quod dicit gaudium plenum, non
profectio carnale, sed spirituale gaudium est: & quando
tantum erit, vt aliquid ei iam non sit addendum, procul-
dubio tunc erit plenum. Quidquid ergo petitur, quod
pertinet ad hoc gaudium consequendum, hoc est in no-
mine Christi petendum si diuinam intelligimus gratiam,
si vere beatam possumus vitam. Quidquid autem aliud
petitur, nihil petitur: non quia nulla omnino res est, sed
quia in tanta rei. comparatione quidquid aliud concupif-
citur, nihil est.*

Bona temporalia
tunc obtinentur
cum saluti agnos-
ceduntur.

DISPUTATIO VI.

*An Missa sacrificium prodest animabus de-
functorum. & an liceat illud in memo-
riam Sanctorum, qui sunt mem-
bra Ecclesiae Triumphantis
offerre.*

PRÆSENS disputatio supponit Purgatorium,
dari, & quaerimus an sacrificium Missae anima-
bus fidelium ibi existentium proficit. sed quia nos de
Purgatorio contra Sectarios non disputauimus, pri-
mò igitur de Purgatorio disseremus: secundò an
Missae sacrificium pro purgantibus offerri valeat; &
tertiò an etiam in Beatorum memoriam sacrificia-
re liceat.

Quantum ad primum; sciendum nos Catho-
licos per Purgatorium intelligere quendam locum,
in quo ad tempus animae fidelium detinentur vt
que dum poenas soluant peccatorum, quorum in
praesenti vita absolutionem habuerunt, quoad cul-
pam, vt inde postea ad Triumphantem Ecclesiam
digni sint accedere.

Primus, qui contra huiusmodi doctrinam in-
surrexit, fuit quidam Aerius, de quo sic scribit
Epiphanius hæresi 75. *Aerius quidam rursus simi-
liter exortus est, magnum mundo malum, furiosus
mente, elatus opinione, qui de Purgatorio talia pro-
tulit. Qua ratione post mortem nominatis nomina
mortuorum? Orat enim viuens aut dispensationem
facit quid profuerit mortuo? Si verò omnino preces
eorum qui isthic sunt, igitur nemo sit pius neque bo-
ni quidquam faciat, sed acquirat amicos quosdam
per quem vult modum, aut per pecuniam persua-
dens, aut amicis id in obitu demandans, vt orant
pro ipso, vt ne quid illic patiat, neque immedi-
cabilia peccata ab ipso perpetrata requirantur. Hæc
Aerius: qui ab antiqua Ecclesia iam damnatus fuit,
& inter hæreticos illum Epiphanius loco citato,
& August. lib. de hæresibus cap. 53. tom. 6. con-
numerat. vnde intelligant qui talem errorem tuer-
tur, se hæresim ab antiqua Ecclesia damnatam
tenere, & consequenter hæreticos esse.*

Quid sit Purga-
torium.

Quis primò con-
tra purgatorium
insurrexit.

Secuti

Sacramentum tibi
idem momenti pro-
dest: sacrificium
autem non tantum
offerunt.

Missae non remit-
tit immediatè pec-
cata, sed obtinet
poenitentiae me-
dium & deside-
rium.

Missae ex opere
operato sèper ob-
tinet gratiam mo-
uentem peccato-
rem ad poeniten-
tiam peccatorum.

Secuti sunt autem illum in hac hæresi nostri No-
uatores; Lutherus in lib. de abroganda Missa priuata:
& Calvinus lib. 3. Instit. cap. 5. 6. & vtriusque se-
quaces. Contra quos sancta Triden. Synodus sess. 25.
sic ait. *Cum Catholica Ecclesia Spiritu sancto docta,*
ex sacra littera, & antiqua Patrum traditione in sacris
Concilijs, & nouissimè in hac Oecumenica Synodo do-
centes Purgatorium esse, animasque ibi delectar fidei
suffragijs, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio
iuuari: præcipit sancta Synodus Episcopi, ut sanam de
Purgatorio doctrinam, à sanctis Patribus, & sacris Co-
cilijs traditam, à Christo fidelibus credi, teneri, doceri,
& ubique prædicari diligenter studeant, &c. Ad veri-
tatis autem manifestationem, & confirmationem,
quatuor ponimus Conclusiones.

Prima Conclusio. Purgatorium datur in quo ani-
mæ fidelium poenas solunt peccatorum, quas in præ-
senti vita non soluerunt: postquã ab illis absolutæ fue-
runt. Præsens Conclusio redditur vera ex Scripturis
vtriusque testamenti; doctrina & consuetudine anti-
quæ Ecclesiæ Catholicæ; & veterum sanctorum Pa-
trum testimonio. quibus medijs redditur inexpugna-
bilis, & opposita opinio cognoscitur phantastica, &
hæretica. Probatum autem licet Synagoga & Ecclesia
semper orauerunt pro animabus defunctorum, ergo
datur Purgatoriũ. consequens tenet, nam non oratur
pro damnatis, quia in inferno nulla est redemptio Iob
10. *Ite in ignem æternum*, Matth. 25. non pro Beatis,
vel olim existentibus in Limbo, quia huiusmodi rerũ
non indigent; & pro eorum requie orare est illis in-
iuria: ergo pro existentibus in Purgatorio. Antec. ubi
tota vis argumenti est, Probatum 1. Reg. cap. vii. *Quod*
cum audissent habitatores Iabes Galaad quæcumque fece-
rant Philistijm Saul. Surrexerunt omnes viri fortissimi,
& ambulauerunt tota die, & tulerunt cadauer Saul &
cadauera filiorum eius de muro Bethlan: veneruntque
Iabes Galaad & combusserunt ea ibi. & tulerunt ossa eo-
rum & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt sep-
tem diebus: ergo pro animabus illis non tantũ ora-
uerunt, sed efficaciam ieiunij, quæ in vniuersa Scrip-
tura commendatur, adiunxerunt 2. Reg. 1. Apprehen-
dens autem Dauid vestimenta sua seidit, omnesque viri
qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt & ieiun-
auerunt usque ad Vesperam super Saul, & super Iona-
tham filium eius, & super populum Domini, & super
domum Israel, eo quod corruissent gladio. &c. 3. Dixit
autem Dauid ad Iob, & ad omnem populum qui erat
eum eo: sedate vestimenta vestra, & accingimini saccis
& plangite ante exequias Abner: porro Rex Dauid se-
quebatur feretrũ. & paulo post. Hæc facias mihi Deus
& hæc addat, si ante occasum Solis gustauero panem
vel aliud quidpiam. quæ licet facta fuerint etia ad do-
lorem pro illius morte manifestandum, tamẽ id prin-
cipaliter fieri solebat ad animas defunctorum iuan-
das. ieiunium enim ordinariẽ in veteri testamento ad
impetrandum aliquid à D. o adhibebatur: vt patet 2.
Reg. 11. cum Dauid pro filio suo infantulo ieiunauit.
& Iud. 20. Quamobrem omnes filij Israel venerunt in
domum Dei. & sedentes stebant coram Domino: ieiun-
aueruntque die illo usque ad Vesperam, & obtulerunt
etholocausta, &c. & 1. Reg. 7. & ieiunauerunt in die
illa atque dixerunt ibi: peccauimus Domino.

Tob. 4. *Panem tum & vinum super sepulturam ius-*
ti constitue, & nobis ex eo manducare & bibere cum pec-
catorum. id est voca iustos qui exaudiuntur orãdo pro
mortuis, & non peccatores, quos Deus non exaudit.
Nec per sepulturam iusti ora pauperum iustorum

intelligenda sunt, vt ineptissimè interpretatur Man-
terus, & refertur à Belar. lib. 1. de Purgator. cap. 3v
eo quod legatur in Psal. 6. *Sepulchrum patens est gut-*
tur eorum: quia os hominis iniqui assimilatur sepulchro
vt littera illius Psalmi docet, & non os hominis iusti.
Sepulturam autem iusti dixit Tobias, quia iusti iust
qui purgantur post mortem. & sensus est; super se-
pulturam iusti orabis, & opera pietatis exhibebis, &
non super sepulturam defunctorum, quos impios fuis-
se, & iniquitate decessisse constat; quia talibus non
prodest oratio. Præterea de operibus pietatis, & ele-
mosynarum erga viuos iam prius locutus fuerat, dicens,
Panem tuum cum esuriensibus, & egenis comede, & de
vestimentis tuis nudos tege. ergo in sequentibus præ-
dicatis de defunctis, & pijs operibus erga illos. loqui-
tur. res factas est manifesta.

Secundo Machab. cap. 12. *Et facta collatione, duo-*
decim milia drachmas argenti misit Hierosolymam of-
ferti pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & reli-
giosè de resurrectione cogitans (nisi enim eos qui cecide-
rant, resurrecturos speraret, superfluum videretur &
vanum orare pro mortuis) & quia considerabat quod hi
qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam ha-
berent repositam gratiam. sancta ergo & salubris est co-
guitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur.

Hæc enim Scriptura docet Purgatorium dari, pœ-
nas purgantium solui; eisque prodesse sacrificia & o-
rationes. & in Purgatorium illos descendere qui iusti
sunt, licet pœnam peccatorũ luere debeant, & à cul-
pa fuerint absoluti; quia dicitur. *Et quia considerabat*
quod hi cum pietate dormitionem acceperant, optimam
haberent repositam gratiam.

Libros autem Machab. esse Canonicos patet ex
Innocentio Papa, qui vixit anno Domini 402. idque
testatur in Epist. 3. ad Exuperium cap. 7. & August.
lib. 2. de doctrina Christiana cap. 8. tom. 5. & ex Cõc.
Carthag. 3. Sæctarij autem conantur probare hos li-
bros non esse Canonicos: sed frustra & inaniter. ra-
tiõculas quas habent, vitimò adducemus & soluemus
Constat itaque Synagogam orasse pro animabus de-
functorum, & consequenter patet Synagogam pro
certo habuisse dari Purgatorium.

Nunc autem probatur Christi Ecclesiam semper o-
rasse pro defunctis. S. Clemens Papa lib. 8. Apostoli-
carum Constitut. cap. 42. inquit. *Exequie verò mor-*
tuorum fiant tertio die, adhibitis psalmis, precibus, &
lectiõibus, propter eum qui tertio die à mortuis suscita-
tus est: die nono ad recordationem eorum qui sunt super-
stites, & eorum qui defuncti sunt: quadragesimo fiant se-
cundum veterẽ typum: Moysen enim Deut. 34. sic po-
pulus fleuit. itero anno exacto ad habendam memoriam
ipsius defuncti, & suppedissetur ex bonis eius pauperibus
ad recordationem eiusdem. & cap. 34. Sed hæc de pijs
dicimus: impios enim tametsi omnia bona externa pro
eis largiaris, nihil iuuare queas: cui enim vno inimicus
fuit Deus, haud dubium, quin sit etiam defuncto: non
enim iustus est apud Deum: iustus Dominus & ius-
tus dilexit Psal. 10. Et ecce homo & opus eius.

Concil. Carthagin. 3. circa tempora Siricij Papæ,
anno Domini 397. probatum à Leone IV. d. 20. cap.
de libellis. sic cap. 29. loquitur. *Vt Sacramenta altaris*
non nisi à ieiunio hominibus celebrentur, excepto vno die
anniuersario, quo Cœna Domini celebratur. Nam si a-
liquorum pomeridiano tempore defunctorum sine Episco-
porum seu Clericorum, sine ceterorum commendatio fa-
cienda est, solũ orationibus fiat, si illi qui faciunt iam
præsumuntur.

Lutherus & Cal-
uinus sunt Sæc-
tarij Aetij in hac
matéria.

Synagoga orabat
pro defunctis.

Sup. ieiunium ad
aliquid à Domi-
no impetrandum
Synagoga adhibe-
bat.

Primitia Eccle-
siæ orant pro de-
functis.

Conc. Bracharen. 1. in Hispania tempore Ibanis Papæ III. anno Domini 572. cap. 34. sic ait. *Item placuit, ut qui aut per ferrum, aut per venenum; aut per precipitium, aut suspendium, aut quolibet modo violentiam sibi ipsi inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Psalmi ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurpant. similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur. & cap. 39. Item placuit ut si quid ex collatione fidelium, aut per festiuitates Martyrum, aut per commemorationem defunctorum offeratur, apud unum clericorum fideliter colligatur, & confectato tempore, aut semel aut bis in anno inter ceteros Clericos diuidatur.*

Hoc idem testantur, nempe orandum esse pro animabus fidelium defunctorum, omnes Liturgiæ veterum sanctorum Patrum, scilicet Iacobi Apostoli, Basilij, Chrysostomi, Ambrosij, & Gregorij, & omnes Sancti Doctores, qui antiquitus scripserunt.

Dionysius Areopagita de Eccles. Hierarch. cap. 7. par. 3. ait. *Accedens deinde venerandus Antistes, precam sacram super mortuum peragit, precatur oratio illa diuinam clementiam, ut cuncta dimittat per infirmitatē humanam admisa peccata defuncto, eumque in luce statuat, & regione viuorum.*

Athanalius quæst. 34. inquit. *Quid ergo? Num sentiant aliqua beneficia etiam peccatorum anima cum super illis fuerit conuentus, & per actiones honorum operum, & oblationum? Respondo: si non aliquo beneficio participans ex illo, non vsique in cura, & exequijs fieret commemoratio: at sicut vitis florescit extra in agro, & odorem eius sentit in vase unum reclusum, sicque coflorescat etiam ipsum: ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficentia ab exangui immolatione & gratificatione pro ipsis facta; sicut solus ordnat, & precipit, qui viuorum, & mortuorum potestatem gerit Deus noster.*

August. in lib. de Cura pro Mortuis cap. 1. tom. 4. inquit. *In Machabaorum libro legitur oblatum pro mortuis sacrificium, sed etsi nusquam in Scripturis veteribus legeretur, non parua est vniuersa Ecclesia, qua in hac consuetudine claret, auctoritas, ubi in precibus Sacerdotis, qua Domino Deo ad eius altare fundantur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. & infra cap. 4. Non sunt prætermittenda supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana & Catholica societate defunctis, etiam tacitis omnibus quorumcumque sub generali commemoratione suscepit Ecclesia, &c.*

Et lib. de hæresibus cap. 53. tom. 6. ait. *Aeriani ab Aerio quada sunt nominati, qui cum esset Presbyter docuisse fertur, quod Episcopus non potuit ordinari, & in Ariatorum hæresim lapsus, propria quoque dogmata addidisse nonnulla dicens, orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere.*

Chrysostom. Homil. 69. ad populum Antiochen. tom. 5. ait. *Non temere ab Apostolis hæc sancta fuerunt, ut in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio, sciunt enim inde multum illis contingere luctum, utilitatem multam.*

Gregor. Nazianz. in oratione in Cæsarium, circa finem ait. *Ipsi Deo & nostris & eorum, qui quasi in via paratiores prima ad hospitium peruenierunt animas commendemus.*

Cyrillus Carthehesi 5. mystagogica ait. *Denique pro omnibus oramus, qui inter nos vixi sunt, maximum credentes esse animarum iuuamen, pro quibus of-*

feratur obsecratio sancti illius & tremendi sacrificij.

Tertullian. in lib. de Corona militis ait non longe post initium. *Eucharistia Sacramentum, & in tempore videtur, & omnibus mandatum à Domino etiam ante lucanus catibus, nec de aliorum manu quam præsidet. Sumimus oblationes pro defunctis, pro natalijs annua, die facimus, die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel genitulis adorare. Eadem immunitate à die Pasche usque Pentecostem usque gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri aliquid decimus in terram anxietati patimur, &c.*

Ambrosius in Præparatione ad Missam prægatione prima, tom. 5. inquit. *Ego enim Domine memor ueranda passionis tuæ, accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi sacrificium, quod tu in futuris, & offerri præcepisti in commemorationem tuam pro salute nostra, &c. Rogamus etiam te sancte Pater pro spiritibus fidelium defunctorum, ut sit illis salua æterna, ne perpetua sanua, gaudium & refrigerium sempiternum, hoc magnum pietatis Sacramentum.*

Hieronym. lib. 2. in Prouerb. cap. 12. tom. 8. inquit. *Notandum autem quod etsi impijs post mortem spes uenia non est, sunt tamen qui de leuioribus peccatis, cum quibus obligati defuncti sunt, post mortem possunt absolui, vel penis uolucet castigati, vel suorum precibus, & elemosinis, Missarumque celebrationibus, &c.*

Gregorius lib. 4. Dialogorum cap. 39. tom. 2. igne purgatorium animarum dari rationibus probat. & cap. 25. idem affirmat.

Hæc autem doctrina deiuuandis animabus purgantibus non est ab idiotis tradita, sed à viris doctrina, & sanctitate conspicuis; nec testimonia huiusmodi ex vna orbis Prouincia habentur, sed ex vniuerso orbe, ex vniuersa, & antiqua Ecclesia: & ab initio, in omni ætate & sæculo talis viguit consuetudo. Cui qui opponitur, extremo insaniz, & temeritatis morbo se laborare ostendit, dum vniuersa, & antiqua Ecclesie Catholice, quæ ab Apostolis edocta fuit, proprium iudicium anteponit.

Secundò probatur Conclusio per Scripturas noui testamenti. 1. Cor. 3. sic legitur. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem super adificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fanum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit. Dias enim Domini declarabit, qua in igne reuelabitur, & uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. si cuius opus manserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.*

Sensus huius Scripturæ est: si quis post fidem Christi acceptam diligenter bona opera exercet, quæ Christi lex præcipit: hic super fundamentum ædificat aurum, argentum, lapides pretiosos. Qui autem negligenter operatur, lignum, fanum, stipulam, superædificat. Sed hoc opus ardebit, & operarius detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Nunc sic argumetor: vel Apostolus loquitur de igne Inferni, vel de igne Purgatorij: hi enim duo ignes malis operibus, & negligentijs hominū correspondent: non potest autē intelligi de igne inferni, quia de fide est ex illo neminem saluū fieri; in inferno enim nulla est redemptio Job c. 10. ergo de igne Purgatorij locutus est. Unde egregiè August. in Psalm. 37. post initium tom. 8. inquit: *In hac vita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne non sit opus propter illos, qui salui erunt, sic tamen quasi per ignem. Quare? nisi quia hic adificat supra fundamentum, lignum, fanum, stipulam. Adificarent autem aurum, argentum, lapides*

Ratio efficax & pud sentios.

Vera & aperta expositio uerborum Apostoli.

Ratio ex nouo Testamento docens ignem Purgatorij.

Omnes antiquæ Liturgiæ hoc testantur.

Testimonium sanctorum Doctorum antiquorum

de pretiosis: & de utriusque igne securi essent; non solum de illo aeterno, qui in aeternum cruciatus est impios: sed etiam de illo, qui emundabit eos qui per ignem salui erunt.

Et lib. 50. Homiliarum Homil. 16. quae est de Resurrect. Dominicae. Haec poena illis in aeternis, qui amisso & non reparato per penitentiam Baptismo in aeternum peribunt. Ad quos dicitur: palcos autem comburent igne inextinguibili; Hi vero qui temporalibus poenis digna gesserunt, de quibus Apostolus dicit, si enim opus arserit, detrimendum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem; per flammam ignem transibunt: quanta fuerit peccati materia, tanta perit ascendi meta.

Ad Philipp. cap. 2. inquit Apostolus, In nomine Iesu omne genuflectatur caelestium, terrestrium, & inferorum. Nunc sic arguuntur, demones & animae damnatorum non venerantur Christum, imò assidue illum blasphemant, ut legitur Psalmo 73. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. ergo illae sunt animae piorum fidelium quae in charitate decedunt, & in Purgatorio poenas solvunt criminum, quae in presenti vita commiserunt.

Matth. 12. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc saeculo neque in futuro. Quibus statim sic arguuntur. in futuro saeculo, seu post hanc vitam peccata dimitti possunt, aliàs sermo Christi ineptus esset, dum dixit: non remittetur neque in futuro, quod blasphemum esset asserere: at non remittuntur in Caelo, quia illuc nihil conquinatum intrat: Apoc. 21. non in inferno, quia ibi nulla est redemptio Iob cap. 10. ergo in Purgatorio, res patet. sublimè sic: at peccata in futuro saeculo non remittuntur quoad culpam; quia Salomon Eccles. cap. 11. ait. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quo cumque loco ceciderit, ibi erit. & Ioannis 9. Venit nunc in qua nemo potest operari. Super quae verba August. tract. 44. in Ioannem tomo 9. ait. Operetur ergo homo dum vivit, ne illa nocte praevenerit, ubi nemo possit operari. modo est ut operetur fides per dilectionem, & si modo operamur, hic est dies, hic est Christus: audi promittentem & ne arbitreris absentem. ipse ipse dixit: ecce ego vobiscum sum. & Chrysostomus Homil. 55. super Ioannem tomo 3. inquit. Sanè magnam hoc est, donec dies est, dum licet hominibus in me credere, dum hac durat vita laborandum est: vitæ nunc, hoc est futurum tempus quando nemo operari potest; non dixit quando non potero operari, sed nemo potest operari. Gal. 6. Dum tempus habemus operemur bonum. 2. Cor. cap. 5. omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria Corporis prout gessit sine bonum sine malum. ergo remittuntur quoad poenam ut dictum est super illud 1. Cor. 3.

Dices, Dominus loquitur de remissione culpae, ergo malè allegantur pro remissione poenae. Respondeo negando antecedens, nam loquitur de peccato, peccatum autem duo habet, culpam & poenam, ut infra dicemus; paritas autem non currit quatuor pedibus, sensus ergo est, illud peccatum in futuro saeculo non dimittendum quoad poenam, sicut cetera dimitti possunt; non debet autem intellegi etiam quoad culpam.

Tertio probatur Conclusio ratione sic. Omne peccatum habet culpam & poenam, culpam quia

Deum offendit, poenam quae praevicanti est praefixa: haec autem duplex est damni, & est carentia diuinæ visionis, de qua 1. Cor. 6. iniqui Regnum Dei non possidebunt. & secus de qua Matth. 25. descendite à me maledicti in ignem aeternum, absoluto homine à culpa proculdubio absoluitur etiam à poena aeterna; nam recipiendo gratiam iustificantem, fit filius Dei adoptivus; & haec consequenter caelestis hereditatis: iuxta illud Apostoli Rom. 8. Si filij & haeredes, haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi. Sed remissa culpa & poena aeterna, remanet poena temporalis, in quam poena aeterna fuit commutata; ergo illa antequam quis caelum seu beatitudinem possideat solvere debet, multi autem illam ex negligentia non solvunt, vel antequam solvant, ex hac vita decedunt; ergo illis debetur ex iudicia locus ubi solvant, & hic locus est Purgatorium. Nec valet occurrere quòd per mortem talis poena deleatur, quia mors est poena culpae originalis, ergo non est poena culpae actualis, multi autem parum peccaverunt, & alij multa crimina commiserunt; si mors daretur ut poena pro actuali culpa, esset in hoc iniustitia manifesta: quia eadem poena daretur his qui quali innocentes sunt, & his qui facinorosi & criminosi fuerunt; & his qui nihil peccaverunt, cum multi post acceptum baptismum ante usum rationis extremum claudant diem.

Quod autem remissa culpa & poena aeterna, maneat poena temporalis, in quam poena aeterna fuit commutata, patet ex Scriptura. Num. 20. & Deut. 32. Moyses & Aaron ob peccatum incredulitatis quod illis vique dimissum fuerat, morte temporali praematura puniti fuerunt, sic enim legitur Deut. 32. Locutus est Dominus ad Moysen dicens; Ascende in montem istum, & morere: sicut mortuus est Aaron frater tuus, quia praevicatus es in contra me in medio filiorum Israel. 2. Reg. 12. Dixit David ad Nathan; Peccavi Domino: diciturque Nathan ad David: Dominus quoque transiit peccatum tuum: non morieris. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi morte morietur. primo condonavit culpam, & consequenter poenam aeternam; deinde poenam temporalem praefixit. & quia Nathan etiam dixerat. Haec dixit Dominus. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoris tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti absconditè: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnium Israel, & in conspectu solis, & hanc ipsam poenam peccati temporalem recepit, nam cap. 12. legitur: Tesenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo Israel.

Vnde Augustinus in Psalm. 50. tomo 8. inquit. Veritatem dilexisti, hoc est, impunita peccata eorum, etiam quibus ignoscere non dimisisti, sic praevicasti misericordiam, ut servares & veritatem, ignoscere consenti, ignoscere, sed seipsum punienti; sic servatur misericordia & veritas. & tract. 124. in Ioannem tomo 9. ait. cogitur homo tolerare etiam remissis peccatis, quamvis ut in eam venires misericordiam, primum fuerit causa peccatum: productior est enim poena, quam culpa, ne parva putaretur culpa, si culpa finiretur, & poena, &c.

Nec valet responsio Calvini lib. 3. instit. cap. 4. §. 31. huiusmodi poenas non fuisse in castigationem

Omne peccatum duo habet, culpam & poenam.

Remittitur occus Sectariorum.

Poenam temporalem quae remanet post absolutionem culpae fit manifesta, in Scripturis.

Occus Calvini inanis refellitur. pecc-

peccatorum prætorum, sed in exemplum futurorum, & in remedium; ut discerent non peccare. Hæc enim responsio est contra ipsum Scripturæ textum. Non enim dicitur ibi ad exemplum aliorum, sed quia peccasti, & blasphemare fecisti inimicos Domini & hinc præuaricati estis contra me, idè addit poenitentiam, quia habuit culpam; quia scilicet peccavit, & de facto habemus multas peccati originalis penas & in vindictam talis culpæ; licet in baptizatis & iustis non adsit talis culpa, & præcipue; mors Rom. 6. *sipendium peccati mors*, quæ certè nequit esse flagellum paternum ad peccatum fugiendum institutum, ut optimè etiam notavit Card. Bellarm. lib. 1. de Purg. cap. 7.

Missa sacrificii prodest animabus purgantibus.

Secunda Conclusio. Sacrificium Missæ prodest animalibus defunctorum fidelium iustorum; seu. Missæ sacrificiū offerri potest pro fidelibus defunctis ut de facto fecit & facit Ecclesia Catholica. Conclusio ex dictis manet firma & probata. nam Missa est sacrificium, ergo non tantum offerenti prodest, ad differentiam Sacramenti, quod soli sumenti fructum affert spiritus. Secundò, quia Iacobus Apostolus in sua Liturgia sic docuit, & Apostolorum discipuli sic scripserunt, & semper Ecclesia Catholica talem habuit consuetudinem, & veteres Patres sic fecerunt, & faciendum esse docuerunt; & hucusque probatum est. quibus omnibus addimus Cyprianum qui lib. 1. Epist. 9. inquit. *Episcopi antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter providentes consueverunt, ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum, nominare, ac si quis hoc fecisset non offerretur pro eo, nec pro dormitione eius sacrificium celebraretur.*

Cur non pudet Sectarios his omnibus propriam tantum phantasiam anteponeere, quis illos sequeretur, & Catholicam Ecclesiam antiquam dimittet, & sapiens & sensatus homo poterit dici?

Ratio efficax apud sensatos.

Patres quos citavimus non per ignorantiam id facere poterant, cum essent doctissimi, non propter turpe lucrum, quia sanctissimi; & ab huiusmodi re alienissimi, non propter affectus teneritudinem, seu inordinatam affectionem in defunctos, quia in Ecclesiæ ritibus erant diligentissimi: & optimè distinguere sciebant quæ ad consolationem viuorum, & consanguineorum poterant permitti, & quæ ad animarum verissimam utilitatem necessariò fieri oportebat.

Consurget itaque Sectarij, & vosmet à pulvere tantorum errorum excutite, & matrem vestram, quam dimisistis, Ecclesiam Catholicam nolite calumniari, & contumelias afficere. quia scriptum est Prou. 15. *Strultus homo despicit matrem suam.* & Eccli. 3. *Quia male fama est qui derelinquit patrem, & est maledictus à Deo quia exasperat matrem.*

Missa sacrificium in Sanctorum memoriam & laudè licitè offerri potest.

Tertia Conclusio. Missa sacrificium in Beatorum memoriam & honorem seu laudem iurè celebrari & offerri potest. Probatum Conclusio Apostoli & veteres Patres doctissimi atque sanctissimi hoc fecerunt: ergo fieri licet. Conseq. est firmum apud homines sanæ mentis. Antec. patet in Liturgia Iacobi Apostoli, Clementis Papæ, Basilij, Chrysostomi, & Gregorij. Hoc idem testatur Cyrillus Cathedesi 5. Mytagogica. Augustin. Tract. 48. in Ioannem tomo 9. lib. de sancta Virginitate cap. 45. tomo 6. lib. 22. de Civitate Dei tomo 5. cap. 10. & lib. 8. de Civitate Dei cap. 27. Hieronym. lib. contra Vigilantiam tomo 2. & Gregorius lib. 7. Epistolarum ex Registro Epist. 29.

Secundò probatur ratione. Congruum est Deo referre gratias ob victorias Sanctorum, & quia illis coronavit in Cælo, & ut dignetur preces quas pro nobis fundunt audire: hanc propositionem lumine naturæ veram esse quisque cognoscit. At hoc fit in sacrificio Missæ, & nihil amplius pro sanctis, non enim offerimus sacrificium illis, ut Sectarij affirmant, delirant; sed tantum modo prædicto, ut in Missali cerni potest; non enim dicimus offerimus tibi Petre, vel Paule hoc sacrificium: sed Deo offerimus & memoriam Sanctorum facimus, ergo fieri potest & debet, sicut semper Ecclesia Catholica fecit.

Et reuera hoc sufficere Sectarijs deberet nempe testimonium antiquæ Ecclesiæ, quæ ab Apostolis edocta fuit, nam affirmare antiquam Ecclesiam errasse, est ipsos Apostolos qui illam docuerunt maledicere & condemnare; & hæc est summa dementia, sicut est summa stupiditas eorum qui Ecclesiam Catholicam dimittunt: & Novatores, qui nudius tertius nati sunt, sequuntur.

Cum dicunt Scriptura Scriptura, ubi est Scriptura quæ hoc dicit?

Respondeo in superioribus disputationibus sæpe hanc sagam miserorum damnatam esse; quia non omnia quæ Christus Dominus fecit, & Apostoli docuerunt, posita sunt in Scriptura quam habemus. Lectorè monemus ut legat disp. 6. lib. 7. ubi hoc falsissimum principium Sectariorum confutatum est: quod nec ipsi seruant, vel seruari possunt, cum plura teneant præter ea quæ scripta sunt, ut ibidem diximus.

Occurrit Sectariorum relictur.

Quarta Conclusio. Missa priuata est licita. Probatum, Missam priuatam Sectarij intelligunt Missam quam Sacerdos solus non præsentè populo celebrat, sed tantum simul cum ministro: & cum Sacerdos solus sumit Eucharistiam, & non ceteri qui adsunt, ita elicitur ex Luthero lib. de Missa priuata: & sequacibus. Hoc autem non est inconueniens, quia Sacerdos est persona publica, munus eius est publicum, quia pro Ecclesia offert, & est minister Ecclesiæ qui Sacerdoti ministrat, sine quo offerri non solet & gerit vicem populi in respondendo; sacrificium ipsum est publicum, quia omnibus commune est offerentibus, & pro quibus offertur: ex nullo itaque capite cognoscitur indecentia. Si dixerint nobis non licere celebrare extra Ecclesiam; hoc est dictum voluntarium; quia veteres celebrant etiam in criptis, in antris, sub dio, & sicut poterant, & Christus ipse nõ instituit hoc sacrificium in Templo Salomonis, sed in vna particulari domo Lucæ 22. inaniter igitur Sectarij laborant; dum impugnant Missas huiusmodi, quas priuatas dicunt.

Quid sit Missa priuata apud Sectarios.

Cum autem Missas priuatas etiam illas appellant in quibus solus Sacerdos communionem sumit: falsum dicunt; quia & illæ sunt etiam communes; nec obstat quòd adsentes non sumant Eucharistiam; quia de ratione sacrificij est consumptio rei oblatæ, quod autem fiat ab vno vel pluribus, hoc est extra rationem sacrificij, nec exemplum Christi Domini obstat, quia scilicet omnibus Apostolis distribuit, id enim factum fuit semel; & prima vice, quando Saluator noster hoc Sacramentum & sacrificium instituit; idè omnibus oportuit Eucharistiam distribuere: postea autem & si omnes qui adsunt Corpus Domini non sumunt, vel qui sumere possunt non adsunt, parum refert. Vnde Concil. Trident. sess. 22. cap. 6. inquit. *Optaret quidem sacrosancta Synodus,*

modum, ut in singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistia perceptione communicarent, quo ad eos huius sanctissimi sacrificij fructus uberius proveniret: nec tamen, si ad non semper fiat, propterea à Missa illas, in quibus solum Sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas & illicitas damnat, sed probat atque aded commendat. Siquidem illa quoque Missa verè communis confertur debet, partim quod in eis populus spiritualiter communicet: partim vero, quod a publico Ecclesie ministro, non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi partem, celebrentur.

Superest nunc ut Sectariorum obiectiones adducamus, & solvamus, quas aduersus præmissas Conclusiones excogitauerunt. & eas primò, quas contra citatum locum lib. Machab. adducunt.

Prima Obiectio. Auctor illorum librorum in fine veniam petit si qua in re errauerit dicens. *Ego quoque in his faciam suam sermoni. Et si quidem bene, & ut historia competat, hoc & ipsum velim: sin autem minus dignè concedendum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est: alternè autem uti, delectabile: ità legentibus si semper exactus sit sermo non erit gratus.* ergo, inquit Brentius, demus illi veniam quod errauerit; cum suffragia pro defunctis laudauit.

Respondeo Auctorem verba citata non dixisse, ut excusaret se ob falsitates & mendacia quæ ibi apposuit, hoc enim cogitare ineptissimum est; quia sic proprium opus implet Auctor damnaret; quod utique dicendum non est. nam cur mendaciorum Historicus esse voluisset, sed elegantia & venustatis in modo dicendi veniam petit, ut omnes Historici facere solent. & hoc historiarum veritati nihil officit: quæ sum suffragiorum testatur in Synagoga fuisse. negare itaque veritatem horum librorum, est fuga miserorum, cum nesciunt de quibus affirmant.

Secunda Obiectio. Verba illa *Sancta & piè de resurrectione cogitans, nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum pro defunctis orare.* continent exploratum errorem, quod scilicet animæ cum corporibus moriantur & resurgant; alioquin non esset superfluum & vanum orare pro mortuis, etiam si non resurgerent. Addit ochinus ex hac ipsa particula tolli posse Purgatorij; nam si Purgatorium esset, etiam si resurrectio mortuorum non esset, non tamen fuisset vanum orare pro mortuis, quia illis oratio profuisset ad liberationem à pœnis Purgatorij.

Huic Obiectioni egregiè respondet Card. Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 3. sic. Dico idè videri ineptam sententiam huius libri, quia non obseruatur apud Iudæos olim fuisse vsuissimum habere pro eadem quæst. illam de resurrectione & illam de animorum immortalitate, et si reuera distinctæ sunt. Nam apud Iudæos qui negabant vnum, negabant alterum, ut Sadducei; & qui vnum fatebantur, fatebantur alterum, ut Pharisæi; ut patet Act. 23. Nec immeritò; nam cum anima rationalis sit vera forma corporis, & proindè vera pars hominis, non est verisimile, Deum voluisse animam perpetuò viuere sine corpore. Hinc Dominus Matth. 22. probaturus Sadduceis resurrectionem, vitur illo testimonio Scripturæ. *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob;* & subiungit. *Non est Deus mortuorum sed viuentium.* ex quibus inferre intendit: ergo mortui resurgunt.

At hoc argumentum nihil concludit, nisi præsupponatur, quæstionem de immortalitate animorum, & de resurrectione corporum accipi pro vna & eadem; posset enim alioquin negari consequentia; nam Deus erit Deus viuentium, etiam si mortui non resurgant quandoquidem animi ipsi viuunt.

Pariratione Apostolus cum ait 1. Cor. 15. *Quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? concedamus & bibamus, cras enim moriemur: nili præsupponat animas esse mortales, si corpora non resurgunt, nihil concludit.* Nam si animus est immortalis, etiam si corpora non resurgant multum proderit ieiunare, & bene viuere; quia proderit ad gloriam animæ acquirendam. Scriptura ergo libri Machabeorum, loquitur omninò eodem modo, quo hic B. Paulus; & idem præsupponit. vult enim dicere: si mortui non resurgunt, indè sequi, animas esse mortales, & proindè superfluum & vanum orare pro mortuis, nisi speretur resurrectio, Hæc Bellar.

Tertia Obiectio. Illa Conclusio, *Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur.* non videtur conuenire historico, & fortè erat annotatio aliqua marginalis, & indè in textum violenter intrusa est.

Respondeo licet illa particula videatur esse extrà stylum & formam historici: cuius est tantum quæ facta sunt narrare: meritò tamen Auctor illam apponere potuit, quia cum populus Iudæorum diuinus esset in pharisæos qui resurrectionem credebant, & Sadduceos qui illam negabant; cum esset ipse Pharisæus ex hoc facto Iudæ viri egregij & insignis, Sadduceos redarguere voluit, colque veritatem resurrectionis docere. hoc autem non est incongruum, ipsa ratio docet redditur ergo inanis suspicio illa de annotat. marginali.

Quarta Obiectio. In hac Scriptura non fit mentio Purgatorij, sed solum resurrectionis, ergo malè allegatur ad probandum Purgatorium.

Respondeo utique mentionem fieri de Purgatorio quoad rem, licet quoad nomen ibi non habeatur; nam orare & sacrificium offerre pro mortuis supponit Purgatorium, imò Purgatorium esse est sequela immediata, quæ oritur ex oratione & sacrificio pro defunctis, ut à peccatis soluantur; non enim id fieri iuuat pro damnatis, nec pro beatis, qui peccatum non habent, nec pro existentibus tunc in limbo, qui in peccatis non erant, nec in aliqua pœna, quæ ob orationes & sacrificia Iudæorum auferri posset: ergo propter purgantes: quid in Scriptura euentius? Nec enim vox consubstantialitatis filij Dei habetur in Scriptura, & tamen verissima est, & de fide, quia sub alijs verbis æquivalentibus in Scriptura habetur, & tanquam sequela necessaria descendit ab alijs verbis quæ Scriptura testatur. ità in casu vox Purgatorij.

Quinta Obiectio. Iudas Machabeus iussit sacrificia & orationes fieri pro illis quos in mortali peccato decessisse constabat; nam ibidem legitur reperta fuisse sub tunicis omnium illorum occisorum quædam de donarijs idolorum quæ rapuerant contra expressam prohibitionem Deut. 7. *Inuenerunt, inquit, sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum quæ apud Samniam fuerunt, à quibus lex prohibet Iudæos:* ergo factum Iudæ fuit superstitiosum, vel nõ orarunt ut animas illas iuuarent, sed solum ut seipos consolarentur.

Respondeo quòd et si peccauerint in acceptione talium

Talis particula po-
tius est ad corrigē-
dos Sadduceos.

Exemplum optè
ad rei euentiam.

Apud Iudæos eadē erat quæstio de immortalitate animæ, & de resurrectione mortuorum.

Quisq. ut plurimū
cum viq. discrimē
aggreditur peni-
tentiam habet in
mente criminum
commissorum.
Vndē salus eorū
qui moriuntur in
isē sperari debet.

talium denariorum, tamen vel pugnando, vel cum vulnerati fuerunt potuerunt poenitere, & sic talis culpæ veniam obtinere, eo vel magis quia pro patrijs ac diuinis legibus pugnabant contra infideles; Deus autem noster pius & misericors est, vndē de peccato dolentibus illicō miseretur, vt legitur Plal. 51. *Dixi confitebor: & tu remisisti impietatem peccati mei.* iurē itaque Iudas pro solutione poenarum quas pro culpis commissis & condonatis, tales occisi pati poterant sacrificia offerri curauit.

Sexta Obiectio. Non sequitur oratum & sacrificatum est pro mortuis, ergo erant in Purgatorio; nam potuerunt pro quibus orabatur, esse in inferno; & potuerunt qui orabant orare, & sacrificare, vt piū erga eos affectum & memoriam ostenderent, & seipfos consolarentur.

Ineptissima Obiectio & puerilis. Nunquam hæresis huiusmodi fuit apud Iudæos ab inferno inferiori aliquem scilicet liberari potuisse orationibus & sacrificijs; quia ibi nulla est redemptio Iob 10. Iudas igitur cum orari & sacrificari iusserit in Hierusalem, vt occisi in bello à peccato soluerentur, quomodo erant in inferno? nec valet similiter affirmare id fecisse vt ostenderent memoriam & affectum, & seipfos consolarentur; quia hoc est contra textum illius Scripturæ. nam ibi dicitur, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium; & postea: vt à peccatis soluantur. quid ibi clariū? itaque qui fugiebant Sctarij comprehensi sunt.

Septima Obiectio: Scriptura ista non profert legem aliquam aut decretum, sed solum vnus hominis exemplum; non tenemur autem imitari, imò nec possumus omnia exempla Scripturarum: neque obstat quod laudatur hoc loco exemplum Iudæ; nam in eodem libro laudatur exemplum Razæ qui se occidit 2. Machab. 7.

Respondeo hoc non esse exemplum vnus hominis solius, sed totius populi & exercitus: quia omnes orauerunt, & sacrificia offerri curauerunt, quia omnes pecuniam dederunt. & indē colligitur a sensatalem consuetudinem seu legem in veteri testamento viguisse. nam quis putabit Iudam Machabæū & exercitum eius hoc primò instituisse? verè insulsa esset cogitatio. sensatus autem vir indē colliget hanc fuisse omnium veteris testamenti hominum consuetudinem; & reuera Sacerdotes in Hierusalem, si nunquam id primo factum esset; nec huismodi rem nouam admississent, imò restitissent, & illulissent. nec Iudas vir egregius id fieri curasset, si nunquam factum esset, nec antiqua esset consuetudo. & hinc patet exemplum Razæ qui se occidit, esse ineptissimum, & nihil ad rem facere, nam aliud est in templo aliquid operari consensu Sacerdotum & totius plebis & Principis, & aliud est aliquem hominem seipsum occidere.

Octaua Obiectio. *Quidquid non est ex fide, peccatum est.* Rom. 14. orare pro mortuis non est ex fide, ergo peccatum est minor probatur, quia quidquid fit cum aliqua dubitatione vel hæsitatione non est ex fide: cum fides sit hypostasis rerum sperandarum Heb. 11. & hypostasis non admittat dubitationem: at orare pro mortuis fit cum dubitatione, quia qui orant pro mortuis dubitant de statu mortuorū, cum nesciant an mortui pro quibus orant, sint in Cælo, an in Purgatorio, an denique in inferno: ergo orare pro mortuis non est ex fide.

Respondeo huic fallaciæ & sophismati: & ad ma-

gis conuincendum, gratis admitto intelligentiam illam Scripturarum quas citat & interpretatur. & dico sic. quidquid fit cum dubitatione & hæsitatione, non est ex fide, quia scilicet fides est notitia certa absque formidine ad oppositum. Cum inserta, sed orare pro defunctis fit cum hæsitatione, ergo fieri non debet, ergo non est ex fide. vir iste qui hæc obijcit multum allucinatur, quia non dicimus esse de fide fortem & Platonem esse in Purgatorio, ideoque dum dubitamus de hac re, fides non læditur, sed de fide dicimus esse Purgatorium dari, & hoc absque hæsitatione credimus; oramus autem, pro hoc & illo sub conditione, sed non credimus hoc & illud sub conditione; quidquid enim creditur, absque formidine ad oppositum creditur. non est autem inconueniens, vt firmiter credito Purgatorium, orems pro hoc, & illo, vt liberentur, si fuerint in Purgatorio. & dato quod ibi non sint, oratio illa non frustratur, primo quia utilis est oranti; & similiter alijs purgantibus, & dato quod alijs purgantibus nō esset utilis, nullum indē sequitur inconueniens: multi enim orant qui exaudiuntur, & multi orant & potunt à Deo rem sub conditione.

Nona Obiectio. Scriptura docet Deum ita remittere peccatum, vt illius non amplius recordetur Ezech. 18. *Si impius egerit penitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor,* at recordaretur si post remissam culpam adhuc poenam & satisfactionem exposceret. Secundo: Scriptura docet remissionem peccatorum esse gratuitam Rom. 3. at non esset gratuita, si ex parte nostra opus esset aliqua compensatione.

Tertio: Scriptura docet Christum cumulatifsimè satisfecisse pro peccatis totius mundi Rom. 5. ergo non solum satisfecit pro culpa, sed etiam pro poena; ergo nulla poena super est luenda post remissam culpam. Quarto: ipsi Catholici docent satisfactionem Christi esse infiniti valoris ac pretij; ergo omne debitum per illam sublatum est, non solum culpæ; sed etiam poenæ. Quinto: fieret iniuria Christo, si Deus accepta ab illo sufficientissima satisfactione, nollet nobis condonare totum debitum, nisi accederet etiam nostra satisfactio.

Respondeo his obiectionibus cum P. Beccano in Manuali controu. hb. 1. de Purgat. cap. 8. sic. Si hæc argumenta valerent euerterent omnia exempla Scripturæ, quibus antea probatum est sæpè fieri, vt remissa culpa, maneat persoluenda aliqua poena temporalis: & contra Scripturam liceret istdem vti hoc modo: Primo Scriptura docet Deum ita remittere peccatum vt illius non amplius recordetur, quare ergo recordatus est peccati Dauidis, & post remissam culpam puniuit illum poena temporali! Secundo Scriptura docet remissionem peccatorum esse gratuitam. Cur ergo Dauid accepta gratuita remissione, debuit subire adhuc satisfactionem temporalium? Tertio: Scriptura docet, Christum cumulatifsimè satisfecisse pro peccatis totius mundi, nec solum pro culpa, sed etiam pro poena. Cur ergo Dauid poenam sustinuit? Quarto, satisfactio Christi fuit infiniti valoris, ergo omne debitum per illam sublatum est. Cur ergo debitum poenæ exigitur à Dauide? Quinto, Deus Pater accepit sufficientissimam satisfactionem à Christo: ergo iniuriā illi facit, quod nō cōtentus ipsius satisfactione, etiam à Dauide petit satisfactionem, veritas igitur est hæc quæ respondendo ad singulas obiectiones explicatur.

Ad

Ipsa Scriptura docet finem orationis illius pro defunctis.

Ratio efficiat quæ demonstrat synagogam credidisse Purgatorij dari.

Hæsitatio non est de existentia Purgatorij, sed de aliquo particulari an ibi sit.

Deus recordatur
pœnæ temporalis

Ad primam: Cum impius agit pœnitentiam, tunc Deus non recordatur peccatorum ipsius, quoad pœnam æternæ damnationis, quæ illi debebatur ve insinuat Apostolus Rom. 8. dicens. *Nihil ergo nunc damnationis est ijs qui sunt in Christo Iesu.* Solet tamen aliquando recordari quoad pœnam temporalem, vt ipsemet fatetur Exod. 32. *Ego autem in die ultionis visitabo, & hoc peccatum eorum.*

Remissio peccatorum est gratuita, in quoad culpam & reatum pœnæ æternæ.

Ad 2. Remissio peccatorum est gratuita; quoad culpam & reatum pœnæ æternæ. Nam Deus gratis confert homini gratiam iustificantem, per quam constituitur amicus Dei; & hæres vitæ æternæ. Non tamen gratis condonat pœnam temporalem, vt pater in exemplis citatis. Idque confirmat August. exemplo Davidis qui accepta gratuita peccati remissione, nihilominus temporaliter, punitus est; sic enim scribit lib. 22. contra Faustum cap. 67. *Corruptus per Prophetam dixit. Peccavi: continuoque ad hoc unum verbum audire meruit quod acceperis veniam. ad quam rem, nisi ad æternam salutem: neque enim prætermissa est in illo, secundum Dei comminationem, flagellis paterni disciplina, vs & confessus in æternum liberaretur, & afflictus temporaliter probaretur. Haud verò mediocre fidei robur fuit, aut partium mitis & obedientis animi iudicium, cum audisset à Propheta, quod sibi Deus ignouisset, & tamen quæ fuerat comminatio, consequenter enensens, non se dicere Prophetam deceptum esse mendacio, nec murmurare aduersus Deum, quasi falsam peccatorum eius indulgentiam pronunciauerit.*

Satisfactio Christi infinita applicatur nobis per media finita ab ipso gratuita.

Ad 3. Christus cumulatifsimè satisfecit pro peccatis totius mundi, sed illa satisfactio non prodest nobis nisi applicetur. Debet autem ex Dei dispositione per diuersa media applicari, & quidem pro tollenda culpa mortali, & reatu pœnæ æternæ applicatur adultis, partim per Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ: partim per proprios actus fidei, spei, timoris, & contritionis. infantibus verò per solum baptismum. pro tollenda autem pœna temporali per nostram satisfactionem, quæ tamen vim habet ex meritis & satisfactione Christi, & hoc insinuat Apostolus Rom. 8. *Hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, vs & gloriamur.* Secundum aduersarios debuisset dicere: Coheredes Christi. qui tam cumulato pro nobis passus est, vt non necesse sit nos etiam pati.

Ad 4. Satisfactio Christi est infiniti pretij, sed finito modo per varia media nobis applicatur, vt explicatum est; alioquin similiter liceret argumentari. meritum Christi, quo nobis meruit dona gratiæ, & vitam æternam est infiniti pretij: ergo necesse non est nos cooperari ad illa dona, & vitam æternam obtinendam. vt quid ergo quotidie oramus. *Adueniat regnum tuum!* vt quid oramus, *dimittis nobis debita nostra?* Ideo scilicet oramus, quia oratio est quoddam medium, per quod applicatur nobis meritum Christi. Similiter ergo nostra satisfactio, velut Apostolus vocat compassio, est quoddam medium per quod applicatur nobis satisfactio Christi.

Ad 5. Deus Pater accepit quidem sufficientem satisfactionem à Christo pro nobis, sed tamen, vt iam dictum est, non applicat illam unicuique nostrum, nisi per media ab ipso ordinata.

3^omo enim tempore quis fit.

Decima Obiectio. Psalmo 126. *Cum dederis dilecti tui somnum, ecce hæreditas Domini: non igitur intercedit Purgatorium inter mortem fidelium, &*

caelestis hæreditatis consequutionem.

Respondeo per Verbum illud, *dilecti tui*, intelligi homines qui in præfenti vita multum in iustitia Christiana profecerunt, qui cum Apostolo dicunt 1. Cor. 9. *Castigo Corpus meum, & in seruitutem redigo;* & tales iusti qui à culpa absoluti quam contraxerunt, illius dignam pœnitentiam cum egerint, vtique post mortis somnum recipiunt immediatè hæreditatem Regni cælorum: & pro talibus non est Purgatorium, sed pro illis qui superædificant lignum, scenum, stipulam: illi salui fiunt, sed transeunt per ignem. Præterea verba illa magis innuere videntur, animabus iustorum conferri beatitudinem à Deo post mortem, idest ante Resurrectionem vniuersalem, seruata tamen iustitia Purgatorij, quàm id quod Sectarij intendunt probare.

Vndecima Obiectio. Ecclesiastæ cap. 9. *Quodcumque facere potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* quibus verbis sapiens annuere videtur nullum esse remedium pro animabus in alio sæculo.

Respondeo. Sapiens his verbis loquitur ad iniquos, qui ob scelera damnabuntur; & statum inferni inferioris describit, vbi non est ratio, sapientia, & scientia; nam in Limbo Patrum hæc erant vt legitur Luca cap. 16. de Abraham & Lazaro. eosque Salomon hortatur vt dum viuunt benè operentur, quia post præfens tempus non est opus idest meritum, seu non datur locus merendi. cum inferitur, ergo non datur Purgatorium, negatur consequentia, quæ nullo modo ex præcitatis verbis deducitur.

Sapiens tibi loquitur de damnatis.

Duodecima Obiectio. Ecclesiast. 11. *Si cecideris lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco cecideris ibi eris.* Ergo non datur tertius locus idest Purgatorium, vnde aliquando exeundum fit.

Respondeo his verbis loqui de termino vltimatè præfixo omnibus hominibus, nempe de statu beatitudinis, & damnationis; status enim beatitudinis in Austro luminoso continetur; & status damnationis in Aquilone frigido & tenebroso complectitur; & sensus est, si homo dum moritur sententiam damnationis subit, vel æternæ beatitudinis, in tali statu semper futurus est immutabiliter. Vnde Hieronymus in Comment. super Ecclesiasten. tom. 5. ait. *Lignum quod in hac vita corruerit, & conditione moralitatis fuerit incisum, aut peccauit ante dum flares, & in Borea parte postea ponitur, aut si dignos Austro fructus attulit, in plaga iacebit Australi.* non sequitur autem ex his non dari Purgatorium; quia purgantes sunt de numero electorum & eorum qui ad Austrum cadunt, quo tandem pergunt perfecta satisfactione peccatorum, quæ ob solutas culpas in hac vita contraxerunt.

Purgantes ad locum Austri pertinent.

Decima tertia Obiectio. Duo solum ordines hominum inueniuntur: alij enim dicitur. *Venite benedicti.* alij: *7^o maledicti.* & Marci vltimo. *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: qui verò non crediderit condemnabitur.* & Ioannis 3. *Qui credit non iudicatur, qui non credit iam iudicatus est.* Ergo inquit Brenxius nullus remanet locus Purgatorio, cum post hanc vitam sint tantum duo loca.

Respondeo has Scripturas vtique loqui de duplici loco, & statu animarum post hanc vitam;

Ccc

lcd

Scriptura citata loquatur de deplici statu ultimato alterius vite.

sed in ordine ad terminum perpetuum hominibus ultimam præfixum, ut legenti attentè loca citata patebit. Idcirco ineptè colligitur ex his locis, ergo non datur Purgatorium, quia hic locus reducitur ad unam partem illorum duorum, nempe ad statum beatitudinis; quia purgantes proculdubio sunt electi & ordinati ad beatitudinem, licet actualis possessio illius retardetur, dum poenas soluunt culparum condonarum in præfenti vita.

Decimaquarta Obiectio. [Lucz 23. Latroni in extrema hora conuerso dicitur à Christo: Hodie mecum eris in Paradiso. : ergo non remanet Purgatorium pro ijs, qui in hac vita non egerunt poenitentiam.]

Respondeo exemplum huius latronis non esse ad propositum, quia tunc dū opus redemptionis perficiebatur, decebat ut Redemptor ad ostendendam efficaciam passionis suæ eodē tempore vni poenitenti culpam & poenam condonaret, quod in præfenti per ordinata media tantum fit, & sic licet. Præterea remissa culpa huius latronis & cognita à se propria nequitia, patibulum cui dire affixus fuit, & extremos dolores quos sentiebat in cruce, in poenam suarum culparum recepit, & sic pro suis culpis satisfecit: nam quæ grauior poena crucis patibulo esse potest in hac vita? itaque dum Purgatorium in præfenti vita habuit super lignum crucis, ut ad ignem Purgatorij post mortem accederet, non oportuit. & reuera si omnes peccatores talia ultimò sustinerent in hac vita in poenam delictorum suorum, utique non esset necessarium Purgatorium; verum cum multi vel pauca præmissa poena culparum suarum ex hac vita decedant, Purgatorium necessarium esse, ratio ipsa affirmare cogit. Quod autem hic latro poenam crucis pro suis culpis applicuerit; patet, quia dixit Lucz 23. *Et nos quidem iuste, tuam digna facti recipimus, hic vero nihil mali gessit.*

Quintadecima Obiectio. Rom. 8. *Nihil damnationis est ijs qui sunt in Christo Jesu.* ergo non datur Purgatorium.

Respondeo cum Cardia. Bellarmin. lib. 1. de Purgator. cap. 8. Paulum eo loco disputare de concupiscentia: & affirmat eos qui sunt in Christo Iesu, & eius gratia muniti, nec consentiunt motibus carnis suæ, nihil peccati contrahere ex eiusmodi motibus; ut legenti Caput septimum præcedens patebit. Itaque hic locus non Purgatorium oppugnat, sed hæresim aduersariorū, qui vera peccata esse volunt eos etiam motus, quos interdum iustus sentit, licet eis non consentiat, expugnat.

Sextadecima Obiectio. 2. Cor. 5. *Si domus scelerata nostræ habitationis dissoluitur, habemus domum non manufactam æternam in Calis.* ergo homines pijs immediatè post mortem in Calum transferuntur sine vilo Purgatorio.

Respondeo Apostolum loco citato, & in cap. præcedenti tribulationes quas ipse patiebatur narrare, & eas quas fideles pati debebant similiter commemorare, sic enim ait. *In omnibus tribulationibus patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non desistimus: persequuntur nos, sed non derelinquimus: decimur, sed non perimus: semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem*

tradimur propter Iesum. ut & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. & infra: *Id enim quod in præfenti est momentaneum & læta tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternam gloria pendam operatur in nobis.* & deinde sequitur: *Sciatis enim quoniam si terrestri domus nostra huiusmodi habitationis dissoluitur, quod adificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in Calis.* Sensus ergo est. Qui multas propter Christum patiuntur tribulationes in hac vita, post corporis dissolutionem domum non manufactam in Calis intrabunt. hi quippe homines qui in hac vita multa sustinent mala propter Christum, proculdubio Purgatorij erunt exemptes: qualis erat Apostolus, & plures primitiue Ecclesie fideles, sed qui nullas vel minimas poenas soluunt suarum culparum; tales sciant se ad Purgatorium accessuros.

Præterea & si Apostolus loqueretur genericè, non tamen sequitur non dari Purgatorium; quia sequitur ibi sic. *Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram qua de Calo est supereminens capientes; si tamen vestiti non nudis inueniamur, constat itaque verba præfata esse conditionatè & non absolutè prolata; Si scilicet, inquit, digni simus, si vestiti inueniamur veste nuptiali charitatis, sicut ergo Apostolus conditionatè loquitur de cælesti dono; damnationem æternam sub nuditatis voce commemorans; sic sub illa conditione includitur etiam Purgatorium; si scilicet poenis quisque suis satisfecerit; eo vel maxime, quia 1. Cor. 3. dixerat. *Ipsæ autem saluum erit: sic tamen quasi per ignem.**

Decima septima Obiectio. 2. Corint. 5. *Omnes ad stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit in corpore suo bonum, siue malum. at si post hanc vitam peccata remitterentur, & locus esset Purgatorij, certè non reciperet unusquisque prout gessit in corpore.*

Ex hoc loco allegato notum oppositum sequitur, nam unusquisque recipiet coram Christo prout gessit in corpore, ergo qui in corpore non gessit poenam debitam suis culpis, in Purgatorium mittetur ut soluat usque ad nouissimum quadrante. quomodo quæso sequitur, ergo non datur Purgatorium? Apostolus enim loco citato docet non omnes saluos fieri, quia qui malum gessit in corpore suo, damnabitur; quia nudus inuenietur, scilicet veste nuptiali charitatis, ergo non datur Purgatorium, ineptissime & inaniter.

Decima octaua Obiectio. Apoc. 14. *Beati martiri qui in Domino moriuntur, amodo iam digni spiritum, ut requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illas.* sed omnes pijs moriuntur in Domino, ergo omnes pijs post mortem requiescunt, neque vilius est qui in Purgatorio torquetur.

Respondeo Ioannem loqui de illis qui pro Christo torquentur in præfenti sæculo; nam prius dicit. *Hic patientia sanctorum est, qui custodiant mandata Dei, & fidem Iesu.* & postea immediatè sequitur. *Et audiuero vocem de Calo dicentem mihi: scribe. Beati martiri qui in Domino moriuntur, &c.* & hi utique cælorum Regnum accipiunt absque Purgatorio. Præterea Scriptura hæc, & quæcumque similis nequaquam docet non dari Purgatorium; quia solūm docere in eadē post labores & adimpletam iustitiam christianam, repositam esse nobis æternam beatitudinē, & sermo variatur circa præfentem vitam, & terminum vlti-

Apostolus docet de ijs in hac præfenti vita.

Latro purgavit sua delicta super lignum Crucis.

visumatum pro mansione aeternitatis; non tangitur autem exactè modus quo ad talem terminum omnes perueniunt. ver. gr. si quis diceret; Hodiè hinc multi discedent, vt eant Bononiam. vel post habitam licentiam ab Urbis Praefecto, Bononiam ibimus. non sequitur tamen necessariò omnes Bononiam simul ingressuros, & eodem die, & omnes equestres, vel in curru; vel quod aliquis per dies aliquot in medio itinere morari non debeat. sic in factò. Omnes pij post hanc vitam Calorum Regnum obtinebunt; hoc docet Scriptura; sed non sequitur omnes immediatè absque vlla mora, non solutis poenis culparum suarum cõdonatarum illuc ingressuros: quia quisque iuxta opera & merita sua, calorum Regnum intrabit: vt Apostolus etiam docet 1. Cor. 3. *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum laborem. & postea: Unusquisque autem videat quomodo super aedificet. Si quis autem super aedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam, unumcuiusque opus manifestum erit: dicit enim Dominus declarabit, quia in igne reuelabitur, & unumcuiusque opus quale sit ignis probabit. si cum opus manserit, quod super aedificauit, mercedem accipiet. Si cum opus arserit detrimentum patietur, ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem.*

Decima nona Obiectio. ad Philipp. 1. inquit Apostolus, *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* ergo immediatè post corporis dissolutionem anima pergit ad Christum, non igitur ad Purgatorium.

Respondeo Apostolum ibi loqui tantum de seipso, & non de omnibus fidelibus; ipse autem iurè id asseuerare poterat; nam castigabat corpus suum, & in seruitutem spiritus carnem redigebat, vt ipse testatur 1. Cor. 9. Et cum primitias spiritus accepisset, & vocationi diuinæ operibus correspondisset, dicebat, *Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustis iudex, &c.* Sint ergo omnes eiusdem perfectionis, & sanctitatis cum Apostolo nihil habentes purgandū, & tollamus Purgatorium. at res aliter se habet, nam ab initio ipsemet de multis fidelibus dicebat 1. Cor. 3. *adhuc enim carnales estis. Cum enim sit inter vos zelus & contentio: nonnò carnales estis, & secundum hominum ambulatis?* cap. 4. *Quid vultis in vira ventam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?* cap. 5. *Omniò auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes.* cap. 11. *Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque Ecclesia Dei. Hoc autem precipio non laudans, quod non in molis sed in deterius conueniis.* & 2. Corinth. 12. *Timeo enim ne foris cum venero, non quales volo inueniam vos: & ego inueniar à vobis, qualem non vultis: ne foris contentiones, amulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurraciones, inflationes, seductiones sint inter vos: ne iterum cum venero humiliter me dem apud vos: & iugam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt penitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.* Licet ergo pro Apostolo opus non sit Purgatorium, attamen pro cæteris fidelibus Deus Purgatorium fecit.

Vigesima Obiectio Cyprianus Traet. 1. contra Demetrianum in fine ait. *Quando isthinc excessum fueris, nullum iam penitentiam locum est, nullum satisf-*

factionis effectus; ergo in sententia Cypriani non datur Purgatorium.

Respondeo frustra citari Cyprianum in hac causa; nam ipse manifestè concedit Purgatorium, dum docet pro defunctis orandum esse, nam lib. primo, Epist. 9. inquit. *Episcopi antecessores nostri consueverunt ne qui frater excedens ad tutelam vel curam Clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. & infra: Et ideo victor cum contra formam super in Concilio à Sacerdotibus datam Geminum Faustinum Presbyterum ausum sit auctorem constituere, non est quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua.* loco autem citato in obiectio- ne loquitur de poenitentia, & satisfactione voluntariè assumpta in presenti vita, qua non tantum liberamur à culpa & poena, sed etiam meremur, id operantes, quod dum viuimus tantum fieri potest: & non de poena quæ à Deo infligitur in Purgatorio pro sola satisfactione peccatorum, quæ in presenti saeculo quoad culpam dimissa fuerunt.

Vigesima prima Obiectio. Chrysostomus Homil. 2. de Lazaro inquit. *Cum hinc discesserimus, non est in nobis situm penitere, neque commissa diluere. & rursus. Neque enim qui in presenti vita peccata non abluerunt, postea consolationem aliquam inuenturi sunt.*

Respondeo cum Cardin. Bellarmin. loco citato cap. 9. Chrysostomum loqui apertè de remissione culpæ mortalis; nam dat exemplum Epulonis qui à gehenna cruciatur, nec remissionem peccatorum poterat obtinere; & monet ne conuersionem in aliam vitam differamus. nemo autem Catholicorum docet culpas mortales remitti in Purgatorio. Sed cur obicitur nobis Chrysostomus cum de Purgatorio sæpè disserat? scilicet Hom. 41. in 1. ad Corinth. Homil. 69. ad populum. Homil. 32. in Matth. & Homil. 84. in Ioannem Homil. 3. in Epistol. ad Philippen. & Homil. 21. in Act. Apostolorum.

Et notet Amicus lector omnia loca Patrum quæ à Sectarijs nobis obijciuntur iuxta præfatum sensum intelligi, nempe de remissione mortalium culparum, & de poenitentia & satisfactione voluntaria ac meritoria, quæ in presenti vita tantum fieri potest. Vndè frustra Sectarij laborant cum omnes Patres apertè Purgatorium dati, doceant.

Vigesima secunda Obiectio. Augustinus lib. 5. Hypognoftici cap. 5. ultra medium, inquit. *Primum locum fides Catholicorum diuina auctoritate credit, regnum calorum esse, secundum gehennam; vbi omni Apostata, vel à fide Christi alienus aeterna supplicia experietur; tertium penitus ignoramus: immo nec esse in Scripturis sanctis inuenimus. idem habet Ierem. 14. de verbis Apostoli. & lib. 1. cap. 28. de peccatorum meritis, & remissione.*

Respondeo tunc Augustinum scribere ac differere contra Pelagium, qui locum tertium pro paruulis non baptizatis inuenerat pro aeternitate, volebat enim paruulos fore beatos quadam naturali beatitudine extra infernum, & extra Regnum calorum. hoc negabat Augustinus, seu talem tertium locum, non loquitur autem de locis temporaneis, vbi Sancti Patres fuerunt ante Christi aduentum, & de loco vbi animæ purgantur, & poenas soluunt culparum præteritarum, in vanum ergo hic locus nobis obijcitur.

Exemplum apertè pro rei intellige-
tia.

Qui pro se pro-
fuit Apostolum
pro omnibus dic-
ta non debent in-
telligi.

Cyprian. frustra
citatus Sectariis.

Duo loca docet
August. contra Pe-
lagium dari secun-
dum durationem
aeternitatis pro
animabus, nempe
Beatitudinem cae-
lestem & ignem
inferni non loqui-
tur autem de igne
temporaneo Pur-
gatorii.

Hoc idem in alijs locis supracitatis asserit. Nam Serm. 14. de verbis Apostoli sic ait. *Hoc nouum in Ecclesia primum inauditum est, esse vitam aeternam prae Regnum calorum, esse salutem aeternam prae Regnum Dei.* Prius uide frater, ne forte hinc consentire nobis debeat, quisquis ad Regnum Dei non pertinet, cum ad damnationem sine dubio pertinere. Venturus est Dominus & iudicaturus de uiuis & mortuis, sicut Euangelium loquitur, duas partes facturus est, de dextera, & sinistra. Sinistris dicitur, *Ita in ignem uenturum qui paratus est diabolo & angelis eius, dextera dicitur.* Venite benedicti Patris mei percipite Regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Hanc Regnum nominat. Hanc cum diabolo damnationem. Nullus relinquitur est uicinus locus ubi ponere queas iustas. de uiuis & mortuis iudicabitur, alij erunt ad dexteram, alij ad sinistram, non noui abud, qui iudicis medium recede de medio, non se offendat qui dexteram quart, & se ipsum admonet, recede de medio, sed noli ius sinistram, &c. Patet ergo sensus Augustini in hac re, & vanitas Sectariorum in similibus obiectionibus.

Contra secundam Conclusionem vnica Obiectio quam habent Sectarij haec est, eaque uirtus Caluinus in Anadoto articulorum Parisiensium. Kemnitius in 2. parte examinis Conc. Trid. in ult. argumento, & alij Sectarij communiter. Christus Dominus in Coena Eucharistiam instituens dixit, Accipite, & manducate, cum de usu Eucharistiae loqueretur; mortui autem neque accipere neque edere ualent, ergo illis Eucharistia non prodest.

Respondeo Eucharistiam esse sacrificium, & Sacramentum. cum Christus dixit, *Accipite, & manducate*, de ea tunc locus est ut Sacramentum est, & sic pro mortuis non ualet, sed tantum iumentum illam; qui ergo sumit & manducat fructum accipit ex illa. sed ut est sacrificium non tantum offerenti prodest, sed etiam alijs uiuis, & defunctis, sicut oblatio Christi in Cruce omnibus profuit. & hoc elicitur ex illo Lucæ 22. Nam accipiens panem gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: *Hoc est Corpus meum, quod pro uobis datur*; cui enim tunc dabatur Corpus Christi pro Apostolis & fidelibus? non Apostolis, quia non dicit quod uobis datur, sed *pro uobis datur*, id est offertur Deo Patri, itaque actu offerebatur pro Apostolis, & fidelibus; seu in utilitatem Apostolorum & aliorum, & hoc fuit sacrificium Eucharistiale secundum ordinem Melchisedech. & postea subdit: *Hoc facite in meam commemorationem*. quibus uerbis dedit Ecclesiae ministris potestatem offerendi, & sacrificandi, & consequenter utilitatem offerendi uiuis & defunctis; quia sacrificium non tantum sacrificanti prodest, & iumentum, sed & alij; ut suo loco dictum est. addita traditione Apostolica, & antiqua Ecclesiae consuetudine, quae est uera legis interpres: nempe circa applicationem sacrificij pro defunctis.

Præterea licet ex Scriptura hoc non eliceretur, non sequeretur non esse doctrinam Apostolorum, quia multoties demonstratum est, non omnia quae sunt de fide, haberi in Scriptura; cum Apostoli multa oretenus tradiderint.

Contra tertiam Conclusionem Prima Obiectio, ex Kemnitio pag. 810. Christus dicit. *Hoc facite*, non in Sanctorum, sed *in meam commemorationem*; & præterea, idem Corpus & Sanguinem suum nobis tradit in Coena, ut adituri thronum gratiae, misericordiam consequamur per merita vnica Passio-

nis Christi: ergo profanatur Coena Domini, cum à Deo petitur, ut per merita & preces Sanctorum in omnibus diuinæ protectionis muniamur auxilio.

Respondeo ad primam partem huius obiectionis. Christus dixit. *Hoc facite in meam commemorationem*, uerum est; nam in commemorationem Passionis eius id facimus, & Coenae quam ipse fecit; & sacrificium offerimus quod ipse instituit; ergo non possumus in eodem sacrificio memoriam Sanctorum facere, qui medio Christi sacrificio, salui facti sunt; negatur consequentia, non enim descendit ex illo antecedente; nam non prohibuit illis uerbis, ut memoriam Sanctorum, qui cum ipso regnant, & per ipsum saluati sunt, non faciamus; imò cum sint membra corporis eius, sequitur necessario, ut si capitis memoriam faciamus, etiam & corporis faciamus.

Ad secundam: dedit suum Corpus & Sanguinem in Coena, ut merita consequamur per merita vnicae oblationis Christi, ergo profanatur Coena cum à Deo petitur, ut per merita, & per preces Sanctorum auxiliemur. dico quod si Sanctos inuocemus ut proprio nomine orarene Patrem, tunc utique iniuria fieret Christo, qui aduocatus est noster, ut scribit Ioannes Apostolus Epist. 1. cap. 2. sed Sanctos oramus, ut Patrem orent pro nobis in nomine Christi, & per merita Christi. & hoc ipse Christus fieri docuit Ioannis cap. 16. *Amen amen dico uobis si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit uobis. usque modo non petisti quidquam in nomine meo, petite & accipietis.* & paulò post, *In illo die in nomine meo petetis, & non dico uobis, quia ego rogabo Patrem de uobis, ipse enim Pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis quia ego à Deo exiui.* Nulla igitur fit Christi oblationi, & aduocatus muneri iniuria, cum Patrem oramus, & cum Sanctos inuocamus, ut Patrem orent in nomine Christi, & per merita Christi; Sicut etiam sæpè Apostolus fideles rogabat ut pro ipso Deum orarent; tunc enim Christo Aduocato nullam dabat iniuriam. hac itaque obiectione Kemnitius non tantum quod facit Ecclesia impugnat, sed ipsum Christum sic fieri præcipientem, loco nunciatum. Tunc ergo fieret Christi sacrificio iniuria, cum Sanctos commemoraremus & inuocaremus, Christum & merita illius excludentes, & aliquid obtinere crederemus independentem à meritis illius. at non sic est, quia omnia concludit Ecclesia in sacrificio Miliz, *Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.* inanis est ergo hæc obiectio, quæ zelum ostendit, sed non secundum scientiam, ut inquit Apostolus Roman. 10. *Emulationem Dei habens, sed non secundum scientiam.*

Secunda Obiectio. ex August. qui lib. 22. Ciuitatis cap. 10. ait, in administratione Coenae Domini à Sacerdote sanctos quidem nominari, nullo modo autem à Sacerdote inuocari.

Respondeo cum Card. Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 8. quod si uerba Augustini Kemnitius citasset, fraudem suam, etiam nobis tacentibus, omnibus patefecisset. Hæc autem sunt illius uerba. *Vni Deo & martyrum & nostro, sacrificium immolantur: ad quod sacrificium sicut homines Dei, qui mundum interum confessione uicerunt, suo loco & ordine nominantur: non tamen à Sacerdote qui sacrificat inuocantur. Deo quippe non ipsis sacrificat, quamuis in memoriam sacrificet eorum; quia Dei Sacerdos est non illorum.* & Tractata 84. in Ioannem dicit, Sanctos ad mem-

Ecclesia inuocat Sanctos ut intercedant apud Patrem ob merita Christi, & non independentem à Christo.

Kemnitius fraudulenter citat Augustinum.

Christus in Coena obtulit Corpus suum Deo Patri pro circumstantibus.

Cum Saluator dedit Apost. potestatem offerendi Corpus suum tunc implicitè dedit eis potestatem iuuantem animabus defunctorum.

fam Domini commemorari, non ut pro eis oremus, sed ut ipsi orent pro nobis. Hinc patet quam inaniter propter locum Augustini Kemnitius exultauerit, & quam immerito & procaciter Synodum Tridentinum Thaidem Babilonicam appellauerit.

Contra quartam Conclusionem prima Obiectio. Christus Dominus dum Cœnam instituit, panem distribuit his qui aderant, ergo consecrare in Missa priuata, & non distribuere est cœnam Domini profanare.

Respondeo hanc esse cartilenam ineptiarum; nam quid officit sacrificio Missæ, si omnes adstantes non sumant Eucharistiam? exemplum Christi, quod scilicet omnibus Eucharistiam dederit, non facit ad rem, quia cum primò institueretur, sic fieri decebat, & Apostoli cum essent dignè dispositi omnes illam acceperunt. si taliter opera Christi imitanda sunt, cur Sectarij antequam Cœnam faciant non lauant pedes sicut Christus antequam Eucharistiam institueret fecit? ut scribit Ioan. cap. 13. *Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cum recubisset iterum dixit eis. & postea. Qui manducet metum panem leuabit contra me calcaneam suam.* & infra: *Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus, cuius ergo hunc Simon Petrus: & dixit ei: Quis est de quo dicit? Istaque cum recubisset ille supra pectus Iesu dicit ei: Domine quis est? Respondit Iesus: ille est cui ego mittentem panem porrexero. & cum intromisset panem dedit Iudæ Simonis fischeri. & post hanc illam introiit in eum Satan.* Sicut ergo non est indecens, nec Cœna profanatur cum illam facimus non præmissa pedum lotionè, quam Christus fecit, sic nec sacrificium profanatur cum a solo Sacerdote sumitur Eucharistia, & non ab adstantibus.

Secunda Obiectio. Apostolorum Synaxis describitur Act. 2. per fractionem panis, ergo distributio, & dispensatio Sacramenti fuit in vñu primitiue Ecclesie in celebratione Cœnæ Domini.

Respondeo concedendo totum argumentum, ergo non licet cœnam celebrare nisi omnes sumant, negatur consequentia; ratio negationis habetur in responsione superiori.

Tertia Obiectio. Apostolus 1. Cor. 10. describens ritum Cœnæ Domini, scribit Corpus Domini communicari, & distribui fidelibus; & fideles participes esse mentis Domini, non spectando vñu manducantem, sed manducando.

Respondeo Apostolum, fideles in cœna sumere, debere Eucharistiam ibi docere: at in Missa Sacerdos est qui sumit; nam Apostolus non dicit omnes adstantes sumere necessario debere, ad hoc ut cœna sit vera & efficax; sed eos monet, ut cum accedunt, dignè accedant, & qui dignus non est, non accedat; ait enim; *Qui enim manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit.* Ergo ne quis iudicium manducet, tunc non debet ad altare accedere: at si adstantes nolunt fieri digni per debitam præparationem, numquid Sacerdos priuari debet Eucharistia, nec celebrare, nec eam sumere, cum ipse iam seipsum probauerit?

Quarta Obiectio. Apostolus 1. Cor. 11: opponit priuatam Cœnam Dominicæ cœnæ, & tali modo, ut affirmet quod vbi priuata cœna agitur, ibi non possit Dominica cœna celebrari. definit autem priuatam cœnam vbi quis priuatim, quod cœnæ Dominicæ est manducat, & præoccupat, non simul participantibus alijs; & dicit non dissimile esse, ac si instrueretur talis

cœna vbi vnus saturaretur, alter verò cogeretur esurire; & subdit Kemnitius. Hic certè locus tanquam fulmen proternit priuatas Pontificiorum Missas, in quibus solus Sacerdos celebrans sacramentaliter communicat; & clarissima est Chrysolotomi sententia in illum Pauli locum: *Quod Dominicum est, priuatum facerant: Cœna enim Dominus debet esse communis, &c.*

Respondeo cum Cardin. Bellarm. loco nuper citato, Paulum, cum opponit cœnam Domini cœnæ priuatae, non loqui de Eucharistia, sed de conuiuio, quod in Ecclesia olim in pauperum refrigerium fieri solebat: quod conuiuium vocat cœnam Domini, ut Chrysolotomus interpretatur, quia fiebat ad repræsentandam cœnam Domini vsualem, quam vltimò habuit cum discipulis: quod autem per cœnam Domini, intelligatur conuiuium illud, patet ex verbis illis. *Vnus esurit, alius autem ebrius est.* Non enim in communicatione Eucharistia poterat esurire aut ebrietas inueniri, cum illa sit cibus mentis, non ventris. Apostolus autem ibi reprehendit Corinthios: ut testatur Chrysolotomus & alij: quod ea scilicet conuiuia non sicut decebat, & prius fecerant peragebant, eo quod diuites seorsim lautè conuiuium haberent, exclusis pauperibus, qui in alio loco simul conueiebant, nec haberent ea quæ victui sunt necessaria: hunc abusum redarguit Apostolus, cum dicit: *Iam non est Dominica cœnam manducare, vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum & alius quidem esurit, alius autem ebrius est, numquid domo non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent?* id est: veltra ista conuiuia, ut nunc celebrantur, non repræsentant amplius cœnam Dominicam. Dominus enim simul cum discipulis in eadem mensa recubuit, etiam si ipse Dominus, illi serui essent, vos autem fratres vestros qui sūt pauperes, à mensa veltra excluditis, &c.

Quæ omnia ad conuiuia illa pertinent non ad Eucharistiam: nam quod attinet ad Eucharistiam, omnes æquè sobriè, & æquè lautè epulabantur, cum omnibus daretur Corpus Dominicum in modica specie panis. Obiectio itaque Kemnitij laborat in æquiocatione voluntaria, more Sectariorum.

Præterea etiam si Apostolus loqueretur de Eucharistia cum cœnam communem priuatæ opponit, ut Theodoretus, & alij alij veterum probabiliter docent; nihil tamen inde colligent aduersarij. Saulus enim reprehendit cœnam priuatam à qua excluduntur alij, non ad quam non coguntur. Porro Missæ nostræ non excludunt communicantes: imò ut Cœcil. Triden. sess. 22. Can. 6. affirmat, optat Ecclesia ut in singulis Missis, qui adstant communicent; sed si nulli sunt, qui communicare velint, nulla culpa est Sacerdotis; nec potest reprehendi, quasi solus participare velit cœnam Dominicam.

Quinta Obiectio. in veteri Ecclesia semper in actione cœnæ Domini fiebat distributio Sacramenti, ut patet ex descriptione omnium Liturgiarum, quæ apud Patres extant.

Respondeo tunc factam fuisse Eucharistia distributionem, cum adstantes seipsos probauerant prosumenda Eucharistia; qui autem se non probauerant, nec erant dispositi non accedebant; at in præsentia sic etiam fit. sed dices, multæ Missæ celebrantur in quibus nullus Laicus accedit ad sumendâ Eucharistiam. Respondeo, negligentiam laicorum esse, non Sacerdotum, qui ob aliorum defectum nolunt cœnæ & sacrificio priuari; ideo licet laici non accedant, bene faciunt

Olim Græci post Eucharistiam colebant conuiuia facere in memoriam cœnæ vsualem quam saluator habuit post institutionem Eucharistia.

Apostolus reprehendit Græcos qui à conuiuio vsualem in memoriam Christi post Eucharistiam excludunt fideles pauperes.

Kemnitius sicut more locutus, a cœna vsuali, ad cœnam sacramentalem.

Obiectio Sectariorum vget contra laicos non accedentes ad Eucharistiam non autem cœnæ celebrantes, qui ob laicorum negligentiam priuari nolunt Eucharistia & sacrificio.

Exemplo apto refellitur obiectio.

Apostolus hortatur ad digue sumendam Eucharistiam, non docet autem ut omnes adstantes sumant, & aliter facientes peccent.

faciunt dum celebrant Missam, & Eucharistiam sumant. Hæc Obiectio potius probat, antiquos fideles magis deuotos fuisse, quam tales Missas, in quibus solus Sacerdos Eucharistiam sumit, illicitas esse. In Liturgijs Patrum describitur ritus, modus & tempus dispelandi Eucharistiam adstantibus præparatis; at Patres non prohibent Missas, si laici communicare noluerint.

Sexta Obiectio. Commentum, quod celebratio Cœnæ Dominicæ prolixi illis, qui non communicant sed tantum intersunt & audiunt, & cum deuotione spectant, quod Sacerdos agit; non tantum innotum est auaritati, sed serio & grauius à veteribus reprehenditur. Chrylost. Homil. 3. in Epist. ad Ephes. inquit. *Frustra habetur oblatio quotidiana, cum nemo sit qui simul participet.* & intra: *Quisquis mysteriorum confors non est, impudens & imprudens adstat.* & rursus: *si quis ad conuiuium vocatus, manus quidem lauit & accubuerit, & tamen nihil ciborum gustauerit, nonne infert contumeliam conuicatori, à quo fuerat vocatus? an non satius fuerit, eum qui talis est prorsus non comparasse?* Audis, subdit Kemnitius, non verba sed tulmina cõtra Pontificiam peruationem de spectaculo priuatarum Missarum.

Respondeo, & primum hismet verbis citatis comprehendam Kemnitium in astutia sua, nam Chrylostomus nõ prohibet Missas, quas priuatas Sectarij vocant, in quibus nemo adstantium communicat; quia si sic esset, non dixisset, *frustra habetur oblatio quotidiana*, sed fieri nõ potest nec debet oblatio quotidiana. cum nemo sit qui simul participet. Ergo Chrylostomus id tantum dixit ad fideles magis excitandos more concionatorum, qui ad arguendum & persuadendum, aliqua amplificat, vt auditores excitent, & negligentia deposita, diligentes sint ad bene operandum; quis enim sanæ mentis affirmabit adesse sacrificio Missæ, vbi Passionis Domini, & Cœnæ Dominicæ, & totius vitæ, & operum Christi sit commemoratio improbum esse, & impudentem? itaque talia Chrylostomus ad fideles fortius mouendos pronunciauit, vt læpè præpararent se ad sumendam Eucharistiam. fulmina itaque Kemnitij sunt inania: nec illic ea dirigit Chrylostomus, quo Kemnitius illa de torque conatur.

Septima Obiectio. In veteri Ecclesia prohibitas fuisse Missas priuatas in quibus solus Sacerdos communicat, testatur Chrylostomus Homil. 18. in 2. ad Cor. vbi scribit, in celebratione Eucharistiæ non fieri sicut fiebat in testamento veteri, vbi solus Sacerdos quædam comedebat.

Respondeo Chrylostomum nunquam talia, quæ obijciuntur dixisse. Certè nunquam Missam prohibuit in qua solus Sacerdos Eucharistia sumit. sic enim loco citato habet in parte morali citatæ Homiliz. *Interdum autem ne quidquam quidem inter Sacerdotes interest, & eos quibus præest, valuit cum tremenda mysteria percipienda sunt. Equè enim omnes ad ea admittuntur: non quemadmodum in veteri testamento, alia Sacerdos, alia subditus edebat: nec plebs sui erat vs vesci, quibus Sacerdos vesceretur. Nunc enim secum vos se habet. Omnibus siquidem vnum Corpus, vnum poculum proponitur. Quis in precationibus quoque illud quispiã conspexerit, populum per maleuolam erogare.* Dicit itaque populum quando Eucharistiam sumit, eodem modo illam sumere sicut Sacerdos, & non sicut in testamento veteri, cum aliam partem Sacerdos, aliam populus sumebat. non prohibet ergo Missas in qui-

bus solus Sacerdos sumit Eucharistiam, quas Sectarij placet Missas priuatas appellare.

Octaua Obiectio. Canon. 10. Apostolorum iubet excommunicari eos qui non permanent in Ecclesia, vsque dum Missa peragitur, & non accipiunt sanctam communionem, atque hic Canon renouatur in Concil. Antiocheno cap. 2. & extat etiam decretum Anacleti in Epist. 1. & apud Gratianum Can. Peracta, de Consecr. dist. 2. *Peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticum carere luminibus: sic enim & Apostoli statuerunt, & S. Romana tenet Ecclesia.* ergo prohibita tunc erant Missæ priuata.

Respondeo rem aliter se habere, & non sicut citatur in obiectio. Canon enim nonus Apostolorum iuxta veterem editionem sic ait. *Quicumque fideles ingrediuntur, & Scripturas audiunt, in precatione autem & sacra communione non permanent, vt Ecclesia confusionem afferentes, segregari oportet.* vnde constat fidelibus præcipi tantum, vt permaneant vsque dum Missa finiatur, & non quod omnes Eucharistiam sumant. & licet apud Gratianum Heruetum sic legatur. *Omnes fideles qui ingrediuntur Ecclesiam, & Scripturas audiunt, non autem perseverant in oratione, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Ecclesie commouentes, conuenit communionem priuari.* non tamè præcipitur omnibus sub pena anathematis, vt Eucharistiam semper sumant, sed iuxta expositionem Concil. Antioch. cap. 2. damnantur illi, qui aut per superstitionem, aut ob prauam opinionem, sacram communionem reijciunt, & hoc modo inquietudinem in Ecclesia ponunt. Decretum autem Anacleti, quod habetur in sua Epist. 2. cap. 2. hoc tantum dicit, nempe. *Episcopus Deo sacrificans testes, vt præfixum est, secum habeat, & plures quam alius Sacerdos: sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonij incrementum indiget.* In solemnioribus quippè diebus, aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos atque reliquos ministros secum habeat, qui sacri induti vestimenta, in fronte, & à tergo; & Presbyteri à regione dextra, lauaque constructo corde, & humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodiētes eum à maleuolū hominibus, & consensum eum præbeant sacrificio. Peracta autem consecratione, omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticum carere luminibus, sic enim & Apostoli statuerunt, & Sancta Romana tenet Ecclesia. Hinc constat id præcipi tantum clericis, qui in diebus solemnibus Episcopo celebrati assistunt, & non omnibus adstantibus.

Nona Obiectio. Humbertus contra Nicetam scribit imperfectam esse Missam in qua non simul fit cõsecratio, fractio seu distributio, & communicatio. & Walfridus in lib. de rebus Ecclesiasticis cap. 22. similiter docet illam esse legitimam Missam in qua adsūt Sacerdos, respondens, offerentes, & communicantes. Ad idem probandum citantur duo decreta, vnum Soteris Papæ apud Gratianum Can. Hoc quoque, de Consecr. dist. 1. alterum Concil. Nannetenis, apud Iuonem par. 3. decreti cap. 70.

Respondeo, citatos doctores nil aliud docere nisi, quod Missa in qua plures sumunt Eucharistiam expressius cœnam Domini repræsentat in qua omnes Apostoli simul Eucharistiam sumplerunt; at non affirmant illicitè celebrari Missam vbi plures Eucharistiam non sumunt.

Decreta autem Soteris Papæ, & Concil. Nannetenis non citantur fideliter, quia tantum præcipiunt, vt adsint qui Sacerdoti respondeant, ne parietibus dicere

Kemnitius figuratur in sua obiectio.

Chrylost. ad excitandos fideles ad frequentandam Eucharistiam dicit, nõ prodesse Missæ in teresse, ubique sumptione Eucharistiz, more concionatorio.

Chrylost. non citatur legitimè quæ Sectarij.

Sectarij facti citant Canonem Apostolorum.

Anacletus præcipit Clericis ministris Episcopi, vt in diebus solemnibus sacram sumam Eucharistiam. nõ autè singulis diebus, omnibus adstantibus.

erro videatur, Dominus vobiscum: & Orate fratres: non autem quod Missa celebrari nequit nisi adstantes Eucharistiam sumant.

Decima Obiectio. Ludibria sunt quod in Missa in qua nulli communicant, dicat Sacerdos. *Quotquot ex hac altaris participatione sumpserimus. & Sacramenta qua sumpserimus.* item quod Hostia frangatur: fractio enim ad distribuendum ordinatur. ut August. docet in Epist. 59. ad Paulinum.

Respondeo cum Cardin. Bellar. loc. cit. cap. 10. quod ita dicitur tum propter communicantes praesentes si qui adsint, tum etiam propter eos, qui alibi communicant; quia vnum Corpus sumus in Christo, non solum cum praesentibus, sed etiam cum absentibus, pro quibus semper oramus, quia pro vniuersa Ecclesia offerimus. & habemus exemplum in oratione Dominica, quam quisque potest etiam solus in suo cubiculo recitare, & nomen ita composita est, ac si dicenda esset solum in multitudine congregata.

Ad illud quod fractio ad distribuendum ordinatur; dico fractionem illius panis, quem Sacerdos solus sumit, non fieri ad distribuendum adstantibus, quia illas partes Sacerdos non distribuit, etiam si adsint communicantes; sed ob alios fines; quia ad communicandos adstantes aliae particulae consecrantur, nec Aug. loc. cit. oppositum docet. sic enim ait: *Ansequam illud quod est in Domini mensa incipias benedicere: Orationes cum benedicatur & sanctificatur. & ad distribuendum communicatur. quam totam petitionem fere omnia Ecclesia dominica oratione concludit.* docet itaque partem consecrandam minui ut adstantibus, qui Eucharistiam sumere volunt dispensari possit; & hoc actus sit, cum fideles illam sumere desiderant: tunc autem

non fit, cum opus non est, quid inde? nihil pro Sectarijs.

Vndecima Obiectio, & est Brentij in Confessione Wittemberg. cap. de Eucharist. Christus instituit coenam suam, non ut esset priuata actio sacrificuli, sed communio totius Ecclesiae; non igitur licite sunt priuatae illae Missae, in quibus Sacerdos sibi soli legit verba coenae, & Eucharistiam consecrat.

Respondeo, sicut Christus coenam instituit pro tota Ecclesia, sic semper Sacerdos offert pro tota Ecclesia, & paratus est communicare totam Ecclesiam; si autem caeteri non accedant, seipsum tantum communicat, neminem excludens nec reiiciens. & hoc actioni Christi non contradicit; quod tunc fieret cum Sacerdos nollet alijs fidelibus Eucharistiam distribuere quod nunquam fit.

Duodecima Obiectio ex Philippo in Apologia Confess. Augustanae in articulo de Missa, ubi producit Epistolam quandam Sancti Francisci ad omnes fratres suos, in qua iubet vnam tantum Missam vno in loco celebrari, etiam si plures adsint Sacerdotes.


Respondeo, id quod legimus in Chronicis Ordinis hoc esse; sanctum scilicet Franciscum ad maiorem reuerentiam Eucharistiae optasse, ut vna tantum Missa in imo loco, seu Conuentu diceretur in die, ut maiori attentione, & reuerentia adessent omnes fratres. Hoc autem contra nos nihil concludit, quia S. Franciscus non dicit id esse simpliciter necessarium; sed tantum magis congruum, nec dicit omnes fratres tunc sumere debere Eucharistiam, sed tantum, ut maiori reuerentia adsint, nihil ergo ex hoc facto colligunt Sectarij, nisi quia mendaces comprehenduntur, & illorum volumina crassis mendacijs abundant.

Fractio panis quo communicant sumit Sacerdos, non fit in ordine ad adstantes.

S. Franciscus ad maiorem reuerentiam habendam Eucharistiae, & sacrificio Missae, optabat ut semel in die in nostris Ecclesijs celebraretur, omnibus fratribus praesentibus.

FINIS LIBRI NONI.

LIBER



LIBER DECIMVS, DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ.



DISPVATIO PRIMA.

*Quid sit Pœnitentia: & an sit ve-
rum Sacramentum distinctum
ab alijs.*

Pœnitentia quid
importet secundum
nomen.



PŒNITENTIÆ,
nomen, nil aliud impor-
tat nisi pœnæ tenentiam;
iuxta quem sensum in
sacris Scripturis, & à no-
bis sumitur. Patet hoc
Matth. 11. vbi legitur.
*Veh tibi Corozam, veh
tibi Betsaida: quia facta est
Tyro, & Sydone facta est*

*sent virtutes, quæ facta sunt in vobis, olim in cubico, &
cinere pœnitentiam egissent. & cap. 12. Viri Niniuitæ
surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt
eam: quia pœnitentiam egerunt in predicatione Iona.
Pœnitentia autem Niniuitarum, quæ habetur Iona
hæc est: & peruenit verbum ad Regem Niinus, & sur-
rexit de folio suo, & abiiecit vestimentum suum à se,
& indutus est sacco, & sedit in cinere, & clamavit &
dixit in Ninive ex ore Regis, & principio eius dicens.
Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent
quidquam, nec pascantur, & aquam non bibant; & a-
periantur sacco homines, & iumenta, & clamet ad Do-
minum in fortitudine, & conuertatur vir à via sua ma-
la, & ab iniquitate quæ est in manibus eorum, &c. Iob
42. Idcirco in semet reprehendo, & ago pœnitentiam in
sacculis & cinere. 2. Cor. 7. Nunc gaudeo, non quia
contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam.
quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in
salutem stabilem operatur.*

Solent autem aliquandò in Scripturis improprie
sumi pro simplici mutatione opinionis, & voluntatis
vt Exodi 23. vbi sic legitur. *Fitur cum emisisset Pha-
rao populum, non eos duxit Deus per viam terra Philis-*

Pœnitentia im-
proprie sumpta,
quid significet.

*tijm, quæ vicina est, reputans ne forte pœnitentes eum, &
vidisset aduersus se bella consurgere, & reuertetur in
Egyptum. Hæc autem acceptio, seu pœnitentia de
qua loquimur: quia peccator, dum pœnitet, volunta-
tem peccandi, quam habuit inuitat in detestationem
peccatorum, & insuper pœnam assumit in vindictam
illorum. Cum autem de Deo legitur pœnitentia, vt
Genes. 6. *Pœnitet me fecisse hominem.* & 1. Reg. 15.
pœnitet me quod constituerim Saul Regem; sumi debet
secundum nostrum modum intelligendi, scilicet, vt
intelligamus Deo displicere nostra opera mala; Pœ-
nitentia itaque proprie sumpta importat pœnæ tenen-
tiam in vindictam culpæ, seu peccatorum.*

Hæc vero pœnitentia duplex est: alia enim est pœ-
nitentia virtus, & alia pœnitentia Sacramentum.
Prima est voluntaria punitio, seu vindicta peccati cõ-
missi in se: seu est velle efficaciter puniri, seu velle
pœnam tenere pro offensa facta Deo. Hinc sequitur
eam esse virtutem quæ dicitur iustitiæ punitiua, vt e-
licitur ex Augustino lib. de vera pœnitentia cap. 19.
tom. 4. asserente pœnitentiam esse pœnam qua aliquis
in se punit, quod peccando commisit. Secunda vero
scilicet Pœnitentia Sacramentum est absolutio homi-
nis pœnitentiæ facta certis verbis cum debita intentione
prolatâ à Sacraote iurisdictionem habente, ex insti-
tutione Diuina efficaciter significantibus absolutionem
animæ à peccato. Ita Doctores Scholastici, & Scotus
præcipue in 4. distinct. 14. quæst. 4. 5. Hic sunt. Quæ
quidem definitio optima est, cum habeat omnia re-
quisita: loco generis stat *Absolutio*: nam absolutio est
quid commune ad vtrumque iudicium, scilicet in foro
fori, & in foro conscientiæ: dicitur *hominis pœni-
tentiæ*, ad differentiam absolutionis quæ datur in foro
fori, in quo absoluitur innocens: dicitur etiam *homi-
nis pœnitentiæ*, ad designandam materiam, seu partes
integrantes fundamentum talis relationis signi, & sũt
actus pœnitentiæ scilicet, Contritio, confessio, & sa-
tisfactio. Vnde patet eos non intellexisse Scotum,
qui putant ipsam negasse ad pœnitentiam requiri cõ-
tritio-

Pœnitentia in
Deo quid signifi-
cet.

Pœnitentia du-
plex est.

Quid sit Pœnitenti-
a virtus & pœ-
nitentia Sacramen-
tum.

eritionem, confessionem, & satisfactionem, de quibus fuse tractat: nam implicite in illa definitione includuntur; qui enim est poenitens, habet partes eius, hoc est poenitentia; nam qui habet totum, habet partes; & Scotus in hoc Sacramento, & in alijs semper dixit dari partes integrantes fundamentum completum relationis signi. Dicitur *caeteris verbis*, ad designandam formam verborum; dicitur *cum debita intentione*, faciendi, scilicet, quod facit Ecclesia, & Christus Dominus praecepit, dicitur *a Sacerdote iurisdictionem habente*, ad designandum quis, & qualis debet esse Minister; dicitur *ex institutione Divina*, ad denotandam efficaciam; dicitur *absolutionem animae a peccato*, ad distinguendum hoc Sacramentum ab alijs, & ad designandum effectum eius.

Ambae autem, nempe poenitentia virtus, & poenitentia Sacramentum conveniunt, & differunt in multis; conveniunt primò in nomine. Secundò, quia utraque est medicina peccati; tertio, quia utraque est secunda tabula post naufragium spirituale; quartò, quia utraque habet eandem materiam, scilicet, peccatum; quintò, quia utraque potest habere actum suum in homine adulto; sextò, quia utraque iterari potest. differunt verò, quia Sacramentum est signum; virtus est actus, vel habitus; secundò, quia Sacramentum est actus exterior, virtus est actus interior; tertio, quia virtus est pars Sacramenti poenitentiae, Sacramentum est totum; quartò, quia virtus est causa disponens remissionis peccati; Sacramentum est causa efficiens; quintò quia poenitentia virtus est antiquissima, & de iure naturae illuminatae per fidem; poenitentia verò Sacramentum est ex institutione Christi Domini.

Habet virtus poenitentiae duplex obiectum, materiale scilicet, & formale; primum, est peccatum ut iniuriosum Deo, & ut aversionem ponit à Deo. Hinc est quòd non solum peccata propria sunt obiectum materiale huius virtutis generice sumptae, sed etiam peccata aliena; quia includit odium, & detestationem peccati, & ut sic abstrahit ab hoc, vel illo peccato; ideoque haec poenitentia virtus fuit in Christo Domino, quia odiuit aliena peccata, & vindictam illorum in se tulit; secundum, scilicet obiectum formale, est iniuria facta Deo; seu peccatum ut est offensivum Dei, ideoque est specialis virtus, quia habet speciale obiectum, & speciales circumstantias; scilicet offensam iuris divini in se vindicandam. Non enim consistere potest in detestatione peccati; nam Deus, Angeli Beati detestantur peccatum, ut legitur Prouerb. cap. 8. *Os bilique detestor*; & tamen non dicuntur proprie poenitere, quia nullam tenent penam pro illis peccatis; quae detestantur. Nec in tristitia de peccato commisso, quia tristitia ut sic non est specialis virtus, quia quaecumque; virtus inclinans ad delectandum de aliquo bono honesto, inclinat etiam ad displicendum & tristandum de inhonesto; est itaque tristitia effectus vel causa inducens ad poenitentiam; sicut etiam gaudium de pena infligta pro peccatis, quòd aliquando pijs, & iustis hominibus accidit; est igitur ut dictum est vindicta super se de peccato, ut est Deo iniuriosum.

Et haec poenitentia, ut est virtus animae interna, nequit esse Sacramentum; quia Sacramentum ex sui natura praefert, ut sit signum sensibile; cui ex institutione divina sit connexa gratia; addito itaque huic actui interno huius virtutis poenitentiae, sensibili, & externo signo confessionis peccatorum coram Sacerdote iurisdictione habente, accedente verbo absolutionis, quae ritus in praesenti an sit Sacramentum à Christo Do-

mino institutum, quòd ex opere operato, & divina institutione conferat donum remissionis peccatorum. Catholica Ecclesia affirmat, & olim damnauit Montanistas, & Nouatianos oppositum asserentes, nempe talem potestatem non esse in Ecclesia remittendi peccata, & Sectarij moderni hanc haeresim defendunt; quia licet quamdam reconciliationem peccatorum post baptismum cognoscant, iudiciariam tamen potestatem peccata dimittendi à Sacerdotibus tollunt, sicut olim Nouatiani, & varij, & inconstantes sunt, ut dictum est lib. 7. de Sacramen. in genere disp. 6. Pro veritatis autem decisione, duas ponimus Conclusiones.

Prima Conclusio; Poenitentia est proprie Sacramentum vnum ex septem, quae Catholica tenet Ecclesia; Haec Conclusio fuit semper de fide in Ecclesia Catholica; sed nouissime contra Sect. modernos sic Conc. Trid. sess. 14. discurrens cap. 1. *Et ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut iustitiam in baptismo ipsius beneficio, & gratia susceptam constanter succerentur, non fuisse opus aliud ab ipso Baptismo Sacramentum, ad peccatorum remissionem esse institutum. quoniam autem Deus diues in misericordia cognouit signum nostrum illis etiam viae remedium contulit, qui se postea in peccatis seruissent, & demonis potestatem tradidissent, Sacramentum scilicet poenitentiae, quo lapsis post baptismum beneficium mortis Christi applicatur. Fuit quidem poenitentia vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquam assent, quous tempore ad gratiam, & iustitiam assequendam necessaria, illis etiam qui baptismi Sacramento ablu petuissent, ut peruersitate abiecta, & emendata, tantam Dei offensionem cum peccato odio, & pro animae dolore detestarentur; unde Propheta ait. *Conuertimini, & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit; nisi poenitentiam egeritis omnes similiter peribitis.* & Princeps Apostolorum Petrus Act. 2. peccatoribus Baptismo iniungens poenitentiam commendans, dicebat, *Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* Porro nec ante Aduentum Christi poenitentia erat Sacramentum, nec est post aduentum illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autem Sacramentum poenitentiae tunc praecipue instituit cum à mortuis excaecatus insufflauit in Discipulos suos, dicens: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* quòd tam insignifaculo, & verbu tam perspicuum potestatem remittendi, & retinendi peccata ad reconciliandos fideles post baptismum, lapsos, Apostolis, & eorum legumini successores, fuisse communitatam, vniuersorum Patrum consensus semper intellexit. Et Nouatianos remittendi potestatem olim pertinaciter negantes magna ratione Ecclesia Catholica tanquam hereticos explosit atque condemnauit. quare verissimum hunc illorum verbarum Domini sensum, sancta haec Synodus probans, & recipiens, damnat eorum commentitiae interpretationes, qui verba illa ad potestatem predicandi Verbum Dei, & Christi Euangelium annunciandi contra huiusmodi Sacramenti institutionem falso detorqueant.*

Probatur nunc Conclusio sic. Ideo Baptismus est Sacramentum, quia est signum sensibile efficax, ex diuina institutione gratiae Spiritus sancti, & remissionis peccatorum; ut legitur Act. 2. *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti;* & Matth. vlt. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti:* Sed poenitentia, de qua loquitur, est huiusmodi; ergo est Sacramentum, maior

Poenitentia est verum Sacramentum nouae legis.

Ezech. 18.

Luc. 13.

Act. 2.

Ioan. 20.

Poenitentia virtus & poenitentia Sacramentum quò modo conveniunt, & differunt.

Duplex est obiectum poenitentiae virtutis.

Status disputationis aperitur.

Pœnitentia Sacramentum est signum efficax remissionis peccatorum, & gratiæ inherētis.

communiter patet. Minor probatur. Nam Ioan. cap. 20. legitur: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittatur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Quibus verbis primò patet pœnitentiã fieri debere signum sensibile: quia debet peccator post odium, & detestationem peccati, talia peccata manifestare, & confiteri, ad hoc vt mittat huius Sacramenti possit iudicalem ferre sententiam; quæ potestas aperte in citatis verbis continetur, dum dicitur. Si remisistis peccata remissa erunt, si retinueritis retenta sunt; in arbitrio enim Ministri hoc esse positum nimis manifestum est, qui non posset iustam ferre sententiam super peccata in illis remittendis, vel retinendis, nisi manifestarentur per oris confessionem. Itaque est signum sensibile; est etiam efficax ex diuina institutione, quia Christus Dominus hoc instituit & promisit, quid firmitus habetur etiam effectus spiritus sancti, scilicet donum Spiritus sancti; quia habetur remissio peccatorum. Sicut enim Apostolis, & eorũ locum tenentibus dictum est, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. sic eisdem dicitur. *Quorum remisistis peccata, &c.* Et sicut per ista verba Apostoli facti sunt Ministri Sacramenti Baptismi, sic per hæc facti sunt Ministri Sacramenti Pœnitentiæ. ergo sicut Baptismus est verum & propriũ Sacramentum; sic Pœnitentia positis numeratis circumstantijs est proprium Sacramentum.

Respondent Sectarij Scripturæ sapientia, asserentes ibi Dominum loqui de remissione peccatorum non iudiciali, & ex potestate quadam quasi prætoriali, sed per prædicationem Euangelij, tunc enim, dicit, mittit peccata dimitte, cum prædicans fidem excitat, qua remissio ipsa apprehenditur. Calvinus autem in Antid. Concil. Triden. sess. 6. cap. 14. dicit verba illa. *Quorum remisistis peccata, &c.* pertinere ad remissionem peccatorum, quæ fit cum Infideles conuertuntur ad fidem, & per baptismũ Ecclesiæ adnuntantur. sed ineptissimè; quia conuersio Infidelium, & apprehendere iustitiam Christi vt propriam, per quem actum putant Sectarij se iustificari, non pendet à voluntate, & libertate prædicantium Euangelium, sed à voluntate credentium, & eorum quibus prædicatur, & taliter Christum apprehendunt; hæc potestas quæ nunc datur à Christo Domino, consistit in libera potestate iudicantium peccata; quia dicit, si illa remisistis erunt remissa, si illa retinueritis, & dimittere nolueritis, retenta sunt, seu non dimittantur, ergo responsio ista est inanis, & manifestè contra textum Euangelij. Adde quòd hæc verba apertissimam discrimen ponunt inter potestatem prædicandi Euangelium, & potestatem dimittendi peccata; quia prima indifferenter fieri iubetur. *Docete omnes gentes;* secunda libertati & iudicio ministrorum commendatur.

Secundò probatur Conclusio firmissimo testimonio antiquæ Ecclesiæ Catholice, quæ de vera sententiã doctrinæ Christi Domini ab Apostolis, & Apostolorum discipulis edocta fuit. S. Clemens Papa Apostolorum discipulus lib. 2. Apostolicarum Constitutionum cap. 22. scribit sic. *Oportet autem Episcopo habere ante oculos præsertim, & ei perire uti ad eos monitos, quos vel fringere, vel consolari opus sit; atque etiã aquum est, ut iudicando, voluntatem Diuinam sequaris; & vt Deum delinquentes, aut se conuertentes iudicet, secundum rationem ipse iudicet. Cum Dominus per Nathanael peccatum exprobrasset, ac Dauid penitere se deceret, non statim à morte eum liberat: confide, inquit, non morieris Ionam quia Nimis prædicare voluerat, etiam*

Testimonium pœnitentiæ Ecclesiæ.

mare & cætu iussu Dei absorbissens, deprecationem ventrem cæti à morte eripuit. Ezechiam paulisper elatum veniam cum lachrymis orantem à crimine absoluit, &c. Dicit ergo Sectarij à Clemente hanc potestatem remittendi peccata esse potestatem iudicialiam, & prætoriam in Sacerdotibus existentem.

Sacro sanctum Concil. Nicen. Generale I. Can. 11. inquit. *Si quis vero per Dei gratiam vocatus primò quidò ostenderit fidem suam, deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum reuersus fuit, ut & peccatus datus, & ambirent redire rursum ad militiam, isti decem anni sint inter pœnitentes, post triennium quo fuerint inter aduentes; ab omnibus vero illud præcipi observetur, ut animus eorum, & propositum, vel species pœnitentiæ requiratur. Quicumque enim cum omni timore, & lachrymis perseverauerit, & operibus boni conversionem suam non verbis solum, sed opere, & veritate demonstrans, hi tempora aduersionis statuta complentes, merito orationibus implentes, tum demum fidelibus in oratione communicent: postmodum vero licebit Episcopo de his aliquid humanum cogitare. Quicumque vero indifferenter tulerunt habitum, & aditum introeundi Ecclesiam, sibi arbitrati sunt ad conversionem posse sufficere, hi desinitum modum omnibus temporibus impleant.*

Testimonium Concilii Nicen. Concil. I. Genar. Nic.

Tertull. qui vixit anno Domini 160. lib. de Pœnit. inquit. *Omnibus ergo delictis, seu carne, seu spiritu, seu factis, seu voluntate commissis, qui penam per iudicium destinant, idem, & veniam per pœnitentiam spondunt docens ad Populum: Pœnitere, & saluum faciam te. Es uerum: Vno, inquit Dominus, & pœnitentiã malo, quam mortem; ergo pœnitentiã vita est, cum proponitur mors. Eam tu peccator, mei similis (imo me minor, ego enim præstantiam in delictis meis agnosco) ut inuade, ut amplectare, ut naufragus alicuius tabula fidem. Hæc te peccatorum fluctibusmersum proleuabit, & importum diuina clementia protelabit: Rape occasionem, inopinatam salutis, ut ille te nihil quòdam pœnes Deum, nihil stulla situla, & arca puluis, & vasculum figuli arbor exinde fiat, illaque penes aquam feruor, & in folijs perennat: & tempore suo fructus agit, qua non ignominiam securum videbit. & paulò infra. Bonum est pœnitere an non? quid reuoluit; Deus præcipit. at enim ille non præcipit tantum, sed etiam hortatur. Inuitas prociuo salutem iurans etiam uouo dicens, cupit credi sibi. O beatos quorum causa Deus iurat. O miserum, si nec iuranti Domino credimus: quod igitur Deus tantoperè commendat, quod etiam humano more sub decoratione testatur, summa uique gravitate, & aggredi, & custodire debemus. Et in asseratione diuina gratia permanentes in fructu quoque eius, & in motu promde perseverare possimus. Hæc enim dico. Pœnitentiã qua per Dei gratiam ostensa, & indulta nobis in gratiam nos Domino reuocat.*

Et prope finem citati libri inquit: *Tantum reletas confessio delictorum, quantum dissimulatio exegerat: Confessio enim satisfactionis, confitendum est, dissimulatio contumacia. Hæc igitur pœnitentiæ fornicanda & vitiosa quanto in arce negotium est: tantò operosior probatio, ut non sola conscientia præferatur, sed aliquo etiam actu administratur. Is actus qui magis Græco uocabulo exprimitur, & frequentatur exhomologesis est, qua delictum Domino nostrum confitetur: non quidem vt ignaro, sed quantum satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentiã nascitur, pœnitentiã Deus mitigatur. Itaque exhomologesis præsternendi, & humiliandi hominis disciplina est conuersatione inuincens misericordiæ illu-*

com.

rem. De ipso quoque habitu, atque victu. Jacco & cineri incubare, corpus sordibus abscurare, animum in moribus deticere, illa quae peccatus tristi min- rere tractatione. Caeterum passum, & possum purasse, non ventris, scilicet, sed animae causa. Plerumque vero ieiunijs, procer alere, ingemiscere lachrymari, & mugire dies noctesq. ad Dominum Deum suum, Presbyterii ad- uolui, & arui Dei adgeniculari omnibus fratribus lega- tiones deprecationis suauiter angere. Has omnia ex homo- logeji, ut poenitentiam commendat, ut de periculosis mo- re Dominum honoret, ut in peccatorem ipso poenitentia pro Dei indignatione fungatur, & temporalis applicatio- ne aeterna supplicia non dicam frustratur, sed expungat. Cum igitur pronoluit hominē, magis releuat: cum squa- lidum facit, magis mundatum reddit: cum accusat ex- casas, etiam condemnat absoluti in quantum non peperce- rit tibi, in tantum tibi Deus crede parces. Pteroque ta- men hoc opus ut publicationem sui aut suffugere, aut de die in diem differre, praesumo, pudori magis memores, quam salutis: velut illi qui in partibus verecundioribus corpori contracta vexatione conscientiam medentur, vitant & ita cum erubescencia sua pereunt. Intolleran- dum scilicet pudori, Domino offenso satisfacere, salutis prodacta reformari, &c.

neratione ista, & condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt in predicatione Jona. Poenitentia autem Ni- nuitarum, quae habetur longae 3. haec est. Et peruenit verbum ad Regem Ninive, & surrexit de solio suo, & abiicit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedes in cinere, & clamavit & dixit in Ninive ex ora Regis & Principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quidquam, nec pas- cantur, & aquam non bibant, & operantur saccu homi- nas, & iumenta, & clamant ad Dominum in fortitu- dine, &c. At Sacramentum Baptismi non consistit in huiusmodi re, sed in ablatione hominis per aquam in verbo vitae, & deletur simul culpa, & poena totaliter, ut patet etiam apud Sectarios; ergo poenitentia est aliud Sacramentum, & diuersum à Sacramento Bap- tismi. Iure igitur Tertull. lib. de poenit. & Hieron. in Epist. ad Demetriadem tom. 5. & in Epist. 2. ad Pammachium, dicunt poenitentiam secundam tabu- lam post naufragium: optima enim est haec metapho- ra, qua ostendunt Baptismum aliud Sacramentum esse à Poenitentia: quia qui semel à naufragio pecca- torum saluus factus est, per primam Tabulam Bap- tismi, cum Nauis innocentiae iam fracta fuerit per Adā; Si secundò & amplius naufragium facit alia commit- tens peccata, per poenitentiam tanquam per secundā Tabulam saluari potest. non est ergo vnum & idem Sacramentum Baptismus, & Poenitentia.

Poenitentia est secunda tabula post naufragium Adā.

Tertio probatur veterū Patrum testimonio. Au- gust. lib. de Eccles. dogmatibus cap. 53. tom. 3. ait: Nam quem mortalia crimina post baptismum commissa premunt, hortor prius publica poenitentia satisfacere, & ita Sacerdotij iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad iudicium, & condemnationem hic Eucha- ristiā percipere, &c. Et lib. de vera, & falsa poeniten- cap. 3. tom. 4. ait: Sunt autem qui credunt usque ad baptismum poenitentiam proficere, namque Syrus erat Naaman, qui per aquam perdidit lepram, sed postea pec- cantibus cassam perseuerare. Gaudent enim singularita- te arrogantes ex hoc quod non habent, satantes se mun- dos esse, ut post quasi nihil post baptismum commiserint, unde iure dolere possint. Hi sinistra omnia intelligentes, vires ex Sanctorum auctoritate sumentes, & sequentes patrem mendacij mendaciter exponunt, quod concordat veritati, legant in Apostolo quod intelligere nolunt, im- possibile est eos, qui semel illuminati sunt, et gustauerunt donum caeleste, et participes facti sunt gratia Spiritus sancti, et gustauerunt bonum verbum Dei, virtutesque saeculi venturi, iterum renouari per poenitentiam rursus crucifigentes filium Dei, et ostentiu habentes. sed si su- perbia eos non excēcasset, viderent Apostolum non ita esse destructorem sui labori, atque sui gaudij. quos enim per Epistolas correxit, nisi qui post baptismum ceciderat, et in peccato perseuerabant. & paulo post. Sed de bap- tismo hoc intellexit, dixit enim eos renouari per poenitē- tiam impossibile esse, ut rursus crucifigant filium Dei, et ostentiu habeant: id est ut iterum baptizentur. qui enim baptizatur, mortem crucis, et sepulturam Christi repraesentat in emersione sua; in signo enim crucis quis- que in aqua summergitur, et submersus sepultus ostendit- tur: Non enim qui lapsus est per iteratum baptismum, consequi veniam poterunt. sicut enim semel Christus cru- cifixus est, sic baptismus iterandus non est. vna enim morte sua omnes redemit, ut amplius mori non oporteat. quod videns Ecclesia intellexit non iterandū baptismum. Per fructus itaque poenitentiae baptizatis adhibetur spes venia. nam filius qui recesserat à patre in regione longin- quam, susceptus est a Patre per poenitentiam confitentis.

Testimonium Sanctorum Doct- orum antiquorū

Testimonium SS. DD. antiquorum.

August. lib. 1. de adulterinis coniugijs tom. 6. ca- pite 26. & 28. ait. Eadem est causa Baptismi, & recō- ciliationis (id est poenitentiae) sine quibus Sacramentis homines credunt se non debere exire de corpore. Et epist. ad Honoratum, quae est 179. tom. 2. ait. An non cogitamus cum ad istorum periculorum peruenitur extre- ma, nec est potestas vlla fugiendi, quantus in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu atque ab omni aetate concur- sus, alij baptismum flagrantibus, alij reconciliationem, alij etiam poenitentia ipsius actionem, omnibus consolati- onem, & Sacramentorum consecutionem, & erogationem? Hieronym. lib. 6. in Isaiam cap. 14. tom. 4. inquit. Funibus enim peccatorum suorum unusquisque constrin- gitur: Quos funes, atque vincula soluere possunt, & Ap- ostoli imitantes magistrum suum qui eū dixerat: qua- cumque solueris super terram, erunt soluta & in Caelo. Soluunt autem eos Apostoli sermone Dei, & testimonijs Scripturarum, & exhortatione virtutum.

Poenitentia est aliud Sacramentū à baptismo.

Secunda Conclusio. Sacramentum Poenitentiae est omnino distinctum à Sacramento Baptismi. Pre- sens conclusio est contra omnes modernos Sectarios, qui Baptismum dicunt Sacramentum poenitentiae, & fideles per memoriam baptismi reconciliari debere. ita Lutherus lib. de Captiuit. Babyl. cap. de Baptismo. & Caluinus lib. 4. instit. cap. 15. §. 4. & cap. 19. §. 17. Probatur Conclusio sic: In Sacramento Baptismi nō potest Baptizans iuxta suum iudicium dimittere, vel retinere, seu nō dimittere peccata, quia remissio pec- catorum est effectus baptismi, & non sententiae, & iudicis baptizantis. at in poenitentia remissio pecca- torum pendet à libera iudicio iudicis spiritualis, qui est Sacerdos; ergo diuersa inter se sunt Baptismus, & Poenitentia. Minor probatur. Ioan. 20. Quorum remissionis peccata, remittuntur eū, & quorum retinueris retenta sunt. Patet ex vi verborum iudicium dimit- tendi, vel non dimittendi peccata Apostolis, & Mi- nistris Ecclesiae datum esse. id autem in collatione, baptismi verificari non potest.

Poenitentia est vindictio offensae Dei in se.

Secundò probatur sic Conclusio. Poenitentia est vindictio offensae Dei in se, ut docet Apostolus 2. Cor. 7. Gaudeo quia contristati estis ad poenitentiam. Matth. 11. Olim in esilio, & cinere poenitentiam egis- sent. cap. 12. Rex Ninive surgens in iudicio cum ge-

Chrysol. Homil. 20. in cap. 6. Matth. tom. 2. inquit: super illud, *dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Vidiſti textu cumuli misericordia post tantorum quippe abolitionem malorum & ineffabilem gratia largitatem iterum peccatis dignatur ignoscere. Quod enim fidelibus oratio ista conueniat, & Ecclesia regula ipsa testatur, & ipsius orationis exordium. Nondum quippe iniustus baptismati Sacramento, non potest Deum Patrem vocare. Si igitur fidelibus haec aptatur oratio, orant autem manifestis consecrati, ut eum peccata donentur, manifestum est, quia neque post baptismum remedium penitentiae denegatur: nisi omnino hoc docere voluisset, nunquam sic praeterisset orare. Qui vero commonefacit peccatorum, ut subtrahat poenitentiam, docetque quomodo veniam consequatur, pronamque hanc viam nobis praestat, ac faciliorem: & nosse profectus se, & docere declarat posse etiam post baptismum commissa peccata deleri: idcirco enim hanc modum supplicationis induxit, &c.*

Hieron. lib. 2. super Isaiam cap. 3. tom. 4. ait: Secunda enim post naufragium tabula paucorum est. & super Psal. 114. tom. 7. inquit. Oremus ergo & nos Dominum, primum quidem ut non subuertatur domus nostra, veniat Chaldaei, & Aethiopi, & templum Christi in nobis subuertat. Si autem subuersum fuerit, quasi naufragio secundo solatio per tabulam possumus saluari: quando domus aedificabatur post captiuitatem: quotidie domus ista Christum penitentibus construitur. Denique non dixit, quando domus aedificata est, ne tantum videretur fuisse praeteritum: sed aedificabatur, ut quotidie hoc fieri demonstraret, hoc inuicem diximus de anima nostra; caeterum possumus, & aliter dicere, quando Ecclesia Christi instruebatur post ruinam; videamus ergo post istum titulum quid sequatur Psal. 95. Cantate Domino canticum nouum. Factus poenitentia; licet rueris, tamen si operis poenitentiam, domus noua Dei diceris. Cantate Domino canticum nouum, &c. Housianus occiditur, &c. Omnis autem terra, & adultera est, & homicida, & omnia peccata terrena sunt. Si autem uniuersa peccata terrena sunt: qualiacunque peccata habueris, age poenitentiam, & saluus eris.

Superest nunc ut obiectiones Sectariorum soluamus. omittimus autem crassa mendacia, quae Sectarij confingunt, Catholici enim optimè sciunt, quae circa hoc Sacramentum firmiter tenere oportet, & cum obijciuntur mendacia, mendacia esse latè est respondere. Contra primam Conclusionem. Prima Obiectio ex Caluino. Sacramentum uisibile esse debet; poenitentia non est huiusmodi, ergo non est Sacramentum. Minor habetur ex August. in serm. de Baptismo ad infantes, & lib. 3. quæst. veteris Testamenti ubi ait: *Quid tale, aut ipsi vident, aut alijs quærit ostendere in eo quod Sacramentum Poenitentia vocatur?*

Respondeo concedendo maiorem, quia Sacramentum est signum sensibile, &c. ad minorem dico falsissimam esse, nam Sacramentum poenitentiae sensibile est. quidem enim magis sensibile, quam confessio peccatorum, & absolutio illorum, quæ fit per Sacerdotem? Ad locum August. citat. dico metalia verba apud Augustinum non inuenisse; quod autem Augustinus dicat, poenitentiam esse Sacramentum patet, nam lib. 1. de adulterinis coniugijs cap. 26. & 28. tom. 6. ait: *Eadem est causa baptismi, & reconciliationis, sine quibus Sacramentis homines credunt se non debere eire de corpore.* & Epist. 180. ad Honoratum tom. 2. *An non cogitamus cum ad istorum periculorum peruenitur extrema, nec est potestas ulla fugiendi, quæ*

ita in Ecclesia fieri solet ad utroque sexu atque ab omni aetate concursus, alij baptismum flagitantes, alij reconciliationem, alij etiam poenitentiae ipsius aditum, omnibus consolationem, & Sacramentorum consecutionem, & erogationem? & paulo post. Si Minister absque alij baptizatur, alij reconciliantur, nullo Domini corporis communicatione fraudantur.

Secunda Obiectio: Ex Caluino, qui sic inquit; quacunque in parte Sacramentum posuerint, nego iure haberi pro Sacramento; primum quod nulla Dei promissio singularis ad hanc rem extet. Deinde, quacunque hic ceremonie proferantur, merum est hominum inuentum mendacium, & impostura.

Respondeo hanc obiectionem vtiq; mendacium esse & imposturam; nam singularis promissio, quæ queritur, de facto habetur Ioan. 20. & est remissio peccatorum; dicitur enim, *quorum remisistis peccata, &c.* Quod autem quacunque ceremonia proferatur sit impostura, falsum est, nam cum Saluator dixerit, *quorum remisistis peccata, iure Sacerdos dicere debet, Ego te absoluo à peccatis, sicut quia dixit Matth. vi. Baptizantes eos in nomine Patris, &c.* iure Minister dicit; *Ego te baptizo in nomine Patris, &c.* genuflexio autem poenitentis non est necessaria; sed decens, quia à Deo petit peccatorum veniam, & talis submissionis actus fieri debet erga Deum: Quod autem Sacerdos eleuet manum super illum, signum est potestatis iudicialis, quam habet ex Dei institutione super conscientiam poenitentis, quæ potestas iudicialis manifestè inferitur, & colligitur ex verbis, & institutione Saluatoris nostri Dei, dum dixit: *quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt:* & sicut cum dixit: *Baptizantes eos,* colligimus debere Ministrum extollere manum, & aquam super caput proijcere, & non super pedes; sic cum dixit, *quorum remisistis peccata,* colligimus debere ministrum in signum talis auctoritatis extollere etiam manum super caput poenitentis. O miseris Sectarios? vt ex-culationem in peccato Apostasie querant, falsam assumpserunt principium, nihil scilicet esse credendum, præter id quod Scriptura narrat, cum multa credenda sint, & de facto ab ipsismet credantur, vt alibi dictum est, quæ in Scriptura non habentur; teste Apostolo Ioan. qui cap. vii. dixit; *Sunt autem, & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arburor mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.* Cum autem manifestas Scripturas proferimus, de sensum illarum ab Ecclesia receptum ab initio; Sectarij in falsas, nouas, & imaginarias expositiones irruunt. Det misericordiam Dominus.

Tertia Obiectio ex Kemnicio in 2. par. examinis Conc. Trid. pag. 903. ubi sic ait; ex diuina institutione non habet tale externum, & materiale elementum quale est in Baptismo, & in Eucharistia, quod ad integram diffinitionem, & genuinam proprietatem Sacramenti pertinet; sicut etiam August. tract. 80. in Ioan. dicit. *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* hic autem nullum est elementum de prædicamento substantiæ, sed tantum aliquid de prædicamento Actionis.

Respondeo de essentia Sacramenti esse quod sit signum sensibile quomodocunque, & non quod sit elementum, quia panis, & vinum non sunt elementa, sed mixta; nec opus est vt sit signum sensibile de genere substantiæ, sed quocunque alio modo. Cum Augustinus dicit. *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum,* loquitur de Sacramento Baptismi, & non de omnibus Sacramentis communiter.

Poenitentia Sacramentum habet expresse in Evangelio.

Poenitentia est signum sensibile, quia peccata confitentur sensibilibus, & absolutio est sensibilibus.

De essentia Sacramenti est quod sit signum sensibile, quocunque modo sit.

Quarta obiectio ex Remittio. In poenitentia Veteris testamenti fuit contritio, confessio, & quaedam veluti satisfactio cum potestate remittendi peccata. at illa poenitentia non erat Sacramentum, ergo nec poenitentia quam Catholici ex contritione; confessione & satisfactione cum potestate remittendi peccata constare volunt, Sacramentum proprie dictum existimandum est. Maiorem probat: nam in testamento veteri extant exempla contritionis & confessionis peccatorum. Et Mariae sorori Moysi, ac Dauidi, Deus potest reconciliationem imposuit certas castigaciones, ex quibus Catholici satisfactioes probare solent. Extat præterea exemplum absolutionis quam Nathan fecit Dauidi; Nam illam contritum, & confitentem peccatum suum absoluit. Quod autem talis poenitentia non fuerit Sacramentum, habetur in Conc. Trid. sess. 14. cap. 1.

Respondeo verum esse poenitentiam in veteri Testamento non fuisse Sacramentum; cum inferat, ergo nec in nouo, tanta sequela, quia Christus Dominus illam Sacramentum fecit, dans Ministris Ecclesiae iudicariam potestatem super peccata, illaque dimittendi, vel retinendi, quæ potestas nequaquam fuit apud Sacerdotes veteris testamenti. ubi nam legitur dictum esse in veteri testamento, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. exemplum de Nathan, & similibus non facit ad rem, quia sunt facta singularia quæ legem non faciunt, nec instituant. nec Nathan iudicaria potestate absoluit Dauid, sed verbis suis significauit Dauid à Deo absolutum fuisse. Vnde Chryostomus lib. 3. de Sacerdotio; & refertur à Card. Bellarm. lib. 1. de poenit. cap. 11. inquit: Corporalem lepram purgare seu verum dicam, haud purgare quidem, sed purgatus probare, Indignum Sacerdotibus solum licebat. At vero nostris Sacerdotibus non corporis lepram, verum anima sordes, non dico purgatus probare, sed purgare prorsus concessum est.

Quinta Obiectio. Apost. Petrus Act. 10. & Paulus Act. 26. affirmant se de poenitentia in Deum, & de accipienda remissione peccatorum, non aliter docuisse, quam Prophetas, sed illa non fuit Sacramentum, ergo nec illa.

Respondeo illos tunc loqui de poenitentia virtute, quæ omni tempore fuit necessaria & quæ prærequiritur ad Baptismum, quem tunc prædicabant, quam vtique concedimus non esse Sacramentum. Nos autem loquimur de poenitentia, quæ per confessionem, & absolutionem datam à Sacerdote, potestatem habente fit post susceptum Baptismum, quæ dicitur secunda tabula post naufragium, & hæc est Sacramentum. Præterea Petrus & Paulus non afferunt omnem doctrinam de poenitentia se tunc exposuisse, vt Kemnitius opinatur, sed tantum vt audientes poeniteat peccatorum suorum.

Sexta Obiectio. Ab exemplis veteris Testamenti Sacramentum poenitentiae confirmare nitimur; ergo si illa non fuit Sacramentum, nec illa erit.

Respondeo nos vtique ex testamento veteri probare ea quæ sunt necessaria ad veram poenitentiam quia ibi reperitur etiam poenitentia; Sed non valet inferre si illa non fuit Sacramentum, ergo nec ista: quia illa non fuit ex diuina Institutione signum effectus remissionis peccatorum sicut est tunc in nouo testamento; nunquam enim dixerat Deus pro tempore testamenti veteris Sacerdotibus Aaron: quorum remissionis peccata remittuntur eis, &c. quorum

remissionis, remittuntur eis, sicut Christus Dominus dixit de poenitentia, pro tempore noui Testamenti; ideoque paritas est inepta.

Septima Obiectio. Baptista prædicauit poenitentiam in remissionem peccatorum: Summa etiam prædicationis Christi ita describitur: Poenitentiam agite, & credite Euangelio. docuit autem & Baptista, & Christus de contritione. Baptistae auditores confessi sunt peccata sua Matth. 3. & Christus priuatam absolutionem impertitus est Matth. 9. & Luca 7. Quare igitur iuxta definitionem Poenitentiae à Pontificibus traditam, poenitentia illa à Christo, & Baptista prædicata, non est Sacramentum! vt habetur in Conc. Trid. sess. 14. cap. 1.

Respondeo hoc Sacramentum institutum fuisse, post Christi Resurrectionem Ioannis 20. cū legitur, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. quæcunque igitur alia poenitentia quæ prior fuit ex defectu diuinæ Institutionis non erat Sacramentum. Et quæcunque poenitentia sit, etiam post Christum Dominum, ex defectu Ministri seu Sacerdotis noui testamenti potestatem iudicariam remittendi peccata tantum habentis, qui verbum absolutionis proferat, non erit Sacramentum: at Minister idoneus non habetur in poenitentia, quæ à Sacerdotibus allegatur contra nos, ideo illa non est Sacramentum: nostra autem Sacramentum est. velint, nolint.

Octava Obiectio. Nunquam legimus Apostolos exegisse numerationem peccatorum à poenitente, nec imposuisse multam, nec legimus poenitentiam ante Baptismum aliam esse ab ea quæ fit post Baptismum. cum extet in scriptis Apostolorum exempla conuersionis coram qui post Baptismum lapsi fuerant, vt Galatarum. Illos vero Paulus non ad aliam nouam, & diuersam rationem reconciliationis cum Deo deducit; sed vehemensissimè contra peruersionem de iustificatione operum concionatur.

Respondeo ad primam instantiam non omnia quæ fecerunt Apostoli scripta fuisse: nam Scriptura non habet formam Catechismi. præterea vtique legitur numeratio peccatorum facta à poenitentibus nam 1. Cor. cap. 5. crimen incestus notatur, & ponderatur, & talis ad poenitentiam hortatur. Ad secundam dico poenitentiam quæ fit ante Baptismum, cum ea quæ fit post Baptismum: non esse eiusdem conditionis: prior non est Sacramentum, quia Baptismus est lingua Sacramentorum, nec talis poenitentia fit per confessionem coram Sacerdote addente, verbum absolutionis. Sicut illa quæ fit post Baptismum, quam vocamus poenitentiam Sacramentum.

Ad tertiam dico Apostolum reprehendere Galatas, quia simul cum Euangelio seruandam esse legem Moysi putabant; quapropter eos docet opera legis Moysi, id est obseruationem ceremoniarum, &c. quæ spectant ad legem veterem, nullus esse valoris post promulgationem Euangelij. non discarrit autem Apostolus ibi de modo, quo poenitentiam operari deberent, nec si Galatæ poenitentiam fecerint ibi legitur, & consequenter nec de modo illam peragendi. Sed tantum monet vt ea quæ ipse eos docuerat firmiter tenerent: non potest ergo inferri ex hoc facto quomodo poenitentia post Baptismum ab Apostolis ordinata fuerit. Legenti Epistolam ad Galatas patebit hæc veritas, & Sectariorum mendacium, & impolitiam.

Poenitentia antequam esset Sacramentum instituta à Salvatore, non poterat esse Sacramentum, licet vera poenitentia effectus quæ poenitentia virtus dicitur.

Scriptura narrat quæ facta sunt, non libi autem tradit formulam rerum administrandarum, cum non teneat modum Catechismi, sed historialis illi formulæ autem tradebatur Oretionis Ecclesij ab Apostolis.

Nunquam Apostolus loquitur de poenitentia in Epistola ad Galatas, vt quisque videte potest.

Nullus Sacerdos veteris testamenti habuit potestatem iudicariam dimittendi peccata.

Poenitentia quæ requiritur ante baptismum non est Sacramentum, sed poenitentia virtus.

Ex poenitentia veteris testamenti colligimus conditiones necessarias poenitentiae ex natura rei, non autem conditiones necessarias ad hunc vt Sacramentum est.

Contra

Contra secundam Cōclusionem. Prima Obiectio ex Caluino lib. 4. instit. cap. 19. §. 17. Baptismus per peccatum non deletur, ergo per totam vitam, seu omni tempore utilis erit, si ad memoriam reuocetur, quoties peccator de remissione cogitat. Sic enim Caluinus ait: Quasi verò per peccata deletur Baptismus, & non potius in memoriam reuocandus sit peccatori, quoties de peccati remissione cogitat, ut illinc sese colligat, animumque recipiat, & fidem confirmet, &c.

Peccatum mortale quos effectus Baptismi auferat.

Respondeo illam propositionem, Baptismus per peccatum non deletur, esse nimis æquiuocam, idè expositione indiget. In Baptismo enim plura considerantur; Ablutio, verbum vitæ, & effectus quem producit, nempe remissio peccatorum, adoptio pro hæreditate æterna, & character in anima. Cum homo peccat mortaliter, non irritat primam remissionem peccatorum iam habitam, nec ipsam collationem Baptismi, nec characterem; Sed tollit iustificationem, & ius ad æternam hæreditatem, quæ fuerunt effectus Baptismi, patet hoc in omnibus Scripturis, præcipuè 1. Cor. 6. *Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis. & hoc fratribus. An nescitis quia iniqui Regnum Dei non possidebunt? nolite errare. Neque fornicarij, neque idoli seruientes, neque adulteri, &c. Regnum Dei possidebunt.* Apostolus monet Corinthios iam baptizatos, quòd si malè operentur, Regnum cælorum non possidebunt, ergo per peccatum post Baptismum perditur iustificatio & consequenter ius ad æternam hæreditatem. Cum infert Caluinus, ergo omni tempore utilis erit. dico hoc in ordine ad fructum Baptismi, qui per peccatum perditur falsissimum esse, quia talis habitus fuit per abluitionem in verbo vitæ; illa autem ablutio cum non possit replicari, consequenter nec talis effectus Baptismi replicabitur; sola ergo memoria Baptismi non sufficit. Et quia Sectarij semper dicunt ubi Scriptura dicit hoc vel illud? Ex ego nunc dicam ubi Scriptura dicit memoriam Baptismi sufficere ad recuperandam iustificationem? nullibi. Ideoque ad Sacramentum Pœnitentiæ recurrendum est.

Efficax argumentum ad hominem contra Sectarios.

Secunda Obiectio ex eodem Caluino. quod Hieronym. durè, & improprie dixit. Pœnitentia reparari Baptismum, à quo excidunt qui excommunicari ab Ecclesia merentur, boni isti interpretes ad suam impietatem trahunt.

Respondeo Caluinum ex malitia noluisse sensum Hieronymi intelligere, & exponere: non enim talis affirmavit Hieronymus, per pœnitentiam scilicet reparari Baptismum à quo excommunicati excidit; Sed dixit effectum Baptismi, qui per peccatum tollitur, ut supra dictum est, per pœnitentiam recipi posse, nempe iustificationem, & ius ad æternam hæreditatem. metaphora de secunda Tabula post naufragium iam suo loco superius explicata est.

Tertia Obiectio ex Caluino. Aptissimè dixeris si Baptismum vocaueris pœnitentiæ Sacramentum, cum in confirmationem gratiæ, & fidei sigillum his datus sit, qui pœnitentiam meditantur. Quod ne commentum esse nostrum putes, præterquam quod Scripturæ verbis conforme est, apparet in veteri Ecclesia fuisse peruulgatum instar certissimi axiomatis. Nam in libello de fide ad Petrum, qui Augustino inscribitur, Sacramentum fidei, & pœnitentiæ dicitur. Et quid ad incerta confugimus? quasi verò apertius quidpiam requirendum sit, quàm quod recitat Euangelista, Ioannem prædicasse Baptismum

pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

Respondeo vim huius obiectio in eo sitam esse quòd ab Augustino Baptismus dicatur Sacramentum fidei, & pœnitentiæ: & quòd Euangelista dicat, Ioannem prædicasse Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, ergo inquit Baptismus & pœnitentia idem Sacramentum sunt. at hæc nihil concludunt, quia de pœnitentiæ, quæ prærequiritur ad Baptismum, differunt: nemo enim adultus baptizari potest, & debet, nisi eum pœniteat peccatorum commissorum: hæc pœnitentiæ pertinet ad Sacramentum Baptismi, & ad illud reducit, sicut omnis dispositio ad formam cuius est dispositio, eo vel magis quia tunc iustificatio, & remissio peccatorum habetur per Baptismum, tanquam per causam proximam (in genere causalitatis Sacramentorum) & iuxta hunc sensum dicitur Baptismus pœnitentiæ, & fidei Sacramentum. Cum autem legitur *prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum*, quia loquitur de Baptismo Ioannis, qui ut dictum est loco suo, non causabat iustificationem in ratione Baptismi, cum non esset Sacramentum, sed præparatio ad illud, intelligi debet de remissione peccatorum, quæ à Iudæis auditoribus Ioannis ex vi pœnitentiæ virtutis, impetrabatur, quæ fuit semper eiusdem valoris. at Baptismus Christi nunquam dicitur Baptismus pœnitentiæ, sed legitur tantum in Actis cap. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum, &c.* quod tantum debet pœnitentiæ virtutem requiri ad Baptismum, ut dictum est: at indè non sequitur vnum & idem esse Sacramentum, si loquamur de pœnitentiæ, quæ fit post Baptismum per confessionem coram Sacerdote potestatem habente, qui addit verbum Absolutionis. Verè doctrina hæc Caluiniana est vulpina; nam ad tollendum Sacramentum pœnitentiæ docet remissionem peccatorum esse cōtinuum effectum Baptismi: cum autem apud suos abstulit Sacramentum pœnitentiæ, tollit postea efficaciam à Sacramento Baptismi, & dicit esse tantum signum remissionis peccatorum, quæ habetur per fidem, Baptismum autem non producere remissionem peccatorum & iustificationem. Vndè sensatus vir manifestè cognosceret Sectarios esse verissimos Satanæ ministros, cuius finis est hominum perditio, & redemptionem Saluatoris inefficacem reddere, & nihil aliud.

Baptismus dicitur Sacramentum fidei & pœnitentiæ, quia in adultis non habet locum baptismus & baptismi effectus, nisi præcedat fides in Christum, & detestatio peccatorum præteritorum. Secundo dicitur Sacramentum fidei, quia fidem infundit & Sacramentum Pœnitentiæ, quia tunc remissionem causat peccatorum sicut Sacramentum Pœnitentiæ. Non autem quod idem sit Sacramentum cum Sacramento Pœnitentiæ, quia sicut nemo baptizatus post nouum peccatum rebaptizatur, ad tollendum peccatum, sed per solam pœnitentiam, veniam obtinet; sic post baptismum pœnitentiæ sequens nihil habet commune cum baptismo, sed est diuersum Sacramentum ab illo.

DISPVATIO II.

Quæ, & quot sint partes Pœnitentiæ.

Cum pœnitentiæ Sacramentum includat pœnitentiæ virtutem, & aliquid addat ad hoc ut sit Sacramentum, quod sua natura est signum sensibile: videndum erit in præsentem, quid pœnitentiæ virtus importet, & quid super illam addat ratio Sacramenti.

Et quia pœnitentiæ virtus est species iustitiæ punitiuæ: quia peccans & offendens punit seipsum pro offensa facta Deo; illicò importare contritionem & satisfactionem manifestum fit; ratio est, quia pœnitens ut pœnitens est; odium, dolorem, & detestationem habet

Pœnitentiæ virtus per se primò importat contritionem & satisfactionem.

habet peccatorum commissorum. quomodo enim potest esse poenitens, nisi detestetur peccatum ut Deo iniuriosum? & hæc est contritio, ut optimè docet Conc. Trid. sess. 14. cap. 4. dicens: *Contritum animi dolor, ac desolato est de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero.* Secundò poenitens trahitur, & dolet, & se ipsum punit, quia Deum summum bonum offendit: & hæc est satisfactio, de qua sic Conc. Trid. sess. 14. cap. 8. loquitur. *Dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu qui pro peccatis nostris satisfecit ex quo omnium nostra satisfactio est, conformes efficiamur, certissimam quoque in eam habentes quod si compatiatur, & conglorificabimur. Neque verò ista nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exsoluimus, ut non sit per Christum Iesum: nam qui ex nobis tanquam ex nobis nihil possumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: & cap. 9. inquit: *Docet præterea tantam esse divinam munificentiam largitorem, ut non solum penam sponte à nobis pro vindicando peccato susceptam, aut Sacerdotis arbitrio præsentur a delicti impositam, sed etiam, quod maximum amari argumentum est, temporalem flagellum à Deo inflatum, & à nobis patienter tolerari, apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfactio valeamus.**

quia nunquam Ecclesia id præcepisset, cum sit quid arduum, nisi Christus ita instituisset: Nam cum dixit Iohannis 20. *quorum remisero peccata remittuntur ei, &c.* Apostolos & Sacerdotes iudices fecit in hoc negotio; nemo autè potest ferre iustam sententiam in aliqua causa, nisi causam perfectè examinet. Sic à simili dum Sacerdotibus committitur potestas remittendi peccata vel retinendi, si ira iudicaverint; consequens est, ut eodem tempore, & eisdem verbis præceperit peccatoribus, ut peccata sua manifestent & exponant. Sicut cum Sacerdotibus veteris Testamenti præcepit iudicare debere super leprosos, eodem tempore simul præcepisse leprosis ut Sacerdotibus lepram suam patefacerent, subintelligendum est.

Exemplum apud quo offenditur confessio de iure divino.

Ut autem poenitentia sic ordinata, esset Sacramentum quid adhuc superaddi oportuit! Verbum scilicet absolutionis per Sacerdotem ministrum Ecclesie. Et sic posita materia remota, nempe peccatis, & materia proxima, nempe contritione, confessione, & satisfactione: & verbo absolutionis, quod est forma, & ministro, qui est Sacerdos, Poenitentia est verissimum Sacramentum quod confert remissionem peccatorum, quæ post susceptum baptismum committuntur. Patet itaque quid addat poenitentia Sacramentum supra poenitentiam virtutè.

Quid addit poenitentia Sacramentum supra poenitentiam virtutè.

Hoc autem adhuc advertendum est, satisfactionem quæ est pars poenitentis virtutis non haberi per iudicium & sententiam alicuius ministri, sed voluntariè assumi, vel voluntariè tolerari, cum à Deo infligitur. ac satisfactio quæ est pars poenitentis Sacramenti non excludit dictam satisfactionem, de qua nunc loquimur, sed aliam importat quæ per sententiam Sacerdotis, qui in tali munere est Iudex, infertur.

Satisfactio poenitentis virtutis pars, quomodo differat à satisfactione quæ est pars poenitentis Sacramenti.

Verùm quia Sacramentum Poenitentis, ut Sacramentum est, considerari potest: inuestigandum est qualem partes habeat ut sic, & quæ sint. Dicendum est autem illud habere partes componentes sicut cætera Sacramenta, nempe materiam, & formam, ver. gr. in Sacramento Baptismi partes componentes sunt materia, scilicet aqua, & forma, nempe verba quæ à ministro proferuntur. Sic in Sacramento Poenitentis, materia remota est peccatum, proxima est contritio, confessio, & satisfactio, forma est verbum absolutionis quod à Sacerdote proferitur: ut docet Conc. Trid. sess. 14. cap. 3. his verbis. *Docet præterea sancta Synodus Sacramenti Poenitentis formam, in qua præcipue ipsum visum sita est, in illius ministris verbis positam esse, Ego te absolvo, &c. Quibus quidem de Ecclesia sancta more, preces quodam laudabiliter adiunguntur, ad ipsum tamen formam essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsum Sacramenti administrationem sunt necessaria. Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsum poenitentis actus, nempe contritio, confessio, & satisfactio: qui quatenus in poenitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione partes poenitentis dicuntur, &c.*

Materia Sacramenti poenitentis quæ sit.

Attamen notandum est quod cum dicitur, verba esse formam Sacramenti, potest dupliciter intelligi; primò quod verba sint formalitas & quidditas Sacramenti, & in hoc sensu verba non sunt forma Sacramenti, nec iuxta hunc sensum loquitur Conciliū, quia formalitas & quidditas Sacramenti in ratione, & effectus gratiæ & doni Spiritus sancti consistit: quæ

Quid sit contritio

Doctrina sanctis signa de satisfactione.

Quid sit satisfactio.

Tertiam partem poenitentis quæ est confessio Salvator addidit in novo testamento.

Satisfactio itaque est operatio laboriosa, vel poenalis voluntariè sumpta, vel voluntariè tolerata ad puniendum peccatum commissum à se in vindictam offensæ Deo factæ, de qua præclara exempla habemus in Scripturis sanctis. nam Matth. 11. legitur. *Ubi tibi Corozaim, ubi tibi Bethsaida, quæ si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere poenitentiam egissent. & cap. 12. *Ubi Ninivæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt in predicatione Ione. Iob 44. *Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in favilla, & cinere 2. Cor. 7. *Nunc gaudeo non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam; quæ enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur.****

Hæc autem Poenitentia virtus solitariè sumpta, nequit esse Sacramentum; primò quia est virtus animi interna, Sacramentum autem debet esse signum sensibile: Hinc est quod Salvator Noster Christus Iesus, illam Sacramentum instituire volens, præcepit hanc virtutem per externum signum confessionis coram Sacerdote fieri sensibilem; & sic iure divino addita est huiusmodi confessio, ut tertia pars poenitentis: Nam antè Christum Dominum, seu in lege naturæ, & scripturæ, seu Moylis; hoc præceptum non fuit; nullibi enim legitur nec præceptum, nec consuetudo, ut poenitens debeat Sacerdoti confessionem peccatorum suorum emittere, & ab eodem deinde absolutionem accipere, licet aliqua figura talis confessionis in veteri Testamento præcesserit: & etiam in lege naturæ; cum dictum est Adæ Gen. cap. 3. *Adam ubi es, quid fecisti?* & ad Cain, *Ubi est Abel frater tuus?* Itaque Christus Dominus hanc confessionem, quam Ecclesia Catholica exercet, instituit; quod patet propter antiquam consuetudinem, quæ est vera legum interpret, & etiam

quæ relatio signi non est realis, quia materia Sacramentorum non refertur ad gratiam & donum Dei ex natura rei, sed tantum ex institutione diuina; nam quam relationem realem potest fundare aqua ad gratiam Spiritus sancti? Quod autem causet tale donum Dei, est ex institutione & voluntate Diuina; idèd Sacramentum quod est signum gratiæ formaliter consideratum, est relatio rationis quæ pro fundamento habet materiam, & formam Sacramenti, & pro termino, donum Spiritus sancti, quod per Sacramentum confertur; & iuxta hunc sensum verba non sunt forma, quia vt dictum est forma Sacramenti est signum gratiæ. Secundò quòd verba sint determinatiua huius & huius materiæ & fundamenti talis Sacramenti, quia ordinant & specificant materiam; & in hoc sensu verba sunt forma Sacramenti, vt iurè docet Ecclesia; quibus præmissis tres ponimus Conclusiones.

Prima Conclusio. Partes pœnitentiæ virtutis sunt duæ, nempe contritio, & satisfactio, Probatur. Pœnitentiæ virtus nil aliud est nisi habitus inclinans ad vindicandam in se offensam factam Deo; ergo contritio, & satisfactio sunt partes huius virtutis. Conseq. probatur, nam neminem verè pœnitet nisi peccatum detestetur, & pœnam pro peccato commisso assumat. Habemus enim exempla manifesta in Scripturis sanctis eorum qui ante Christum pœnitentiam huiusmodi egerunt, quod peccata detestati sunt, & doluerunt, & pœnam in vindictam assumpserunt. Iob cap. vii. *Idcirco ipse me reprehendo, ecce contritionem, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. ecce satisfactionem.* & Ionæ cap. 3. *Conuertatur vir à via sua mala, ecce contritionem, operatur saccis homines & iumenta, ecce satisfactio-*

Contritio & satisfactio sunt partes pœnitentiæ virtutis.

Contritio, confessio, & satisfactio sunt partes pœnitentiæ Sacramenti.

Secunda Conclusio: Partes materiales pœnitentiæ Sacramenti sunt contritio, confessio, & satisfactio. Probatur Sacramentum est signum sensibile, ex natura sua, stante diuina institutione, de qua Chrysostomus homil. 83. in Matth. tomo 2. inquit. *Nihil enim sensibile nobis Christus tradidit, sed sensibilibus quidem rebus, at omnia intelligibilia. Idem & in Baptismate per rem nempe sensibilem aquam donum confertur: intelligibile vero quod perficitur generatio, & renouatio. Si verò incorporeum esse, nuda, & incorporea tibi dedisset ipse dona; sed quoniam anima corpori conferta est, in sensibilibus intelligibilia tibi præbet;* Ergo pœnitentiæ peccatorum, vt spectat ad Sacramentum, sensibilis debet fieri; at peccata, quæ sunt actus præteriti, quomodo in pœnitentiâ fieri possunt sensibilia, nisi manifestentur, & oretenus dicantur? & hæc est confessio. At quia tali pœnitentiæ adhuc vt completum Sacramentum sit addi debet verbum absolutionis per ministrum, qui est Sacerdos, cui dictum est Ioannis 20. *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt,* ergo talis confessio fieri debet coram Sacerdote potestatem habente.

Sacramenti Pœnitentiæ vt Sacramentum est addit relationem rationis signi ad signatum.

Tertia Conclusio. Partes componentes Sacramentum Pœnitentiæ vt Sacramentum est, sunt primò hæc quæ in superioribus Conclusionibus dicta sunt, nempe contritio, confessio, satisfactio, & verbum absolutionis per Sacerdotem; & insuper relatio super hæc omnia fundata, quæ pro termino habet gratiam cum remissione peccatorum. Prior pars manet probata in præcedentibus Conclusionibus. Secunda probatur: Sacramentum est signum

gratiæ & doni Spiritus sancti non ex natura rei, sed ex diuina institutione; ergo fundat relationem ad illam seu dicit ordinem ad tale donum. Quod autem terminus huius Sacramenti sit donum Spiritus sancti, per quod habetur remissio peccatorum, patet Ioannis 20. *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.*

Nunc ad obiectiones Sectariorum. Prima Obiectio ex Kemnitio in 2. par. exam. Concil. Trid. pag. 935. apud antiquos ignota fuit disputatio, an in Pœnitentiâ sit materia, & forma, ergo doctrina hæc, seu distinctio Sacramenti in materiam & formam, est nouitas.

Respondeo hæc nomina, scilicet materia, & forma, quæ ex similitudine corporis naturalis, quod componitur ex materia & forma physica sumpta sunt ad melius explicandam naturam Sacramentorum, quæ componuntur rebus & verbis, apud Antiquos non haberi: rem autem quæ his nominibus & similitudinibus significatur vtique haberi; & hoc ad veritatem rei satis est. nec hoc est incongruum: nam Patres Concilij Nicæni nomen homouisionis, id est consubstantialitatis, ad veritatem æqualitatis filij Dei cum Patre explicandæ, quod prius non fuerat in vsu quoad nomen, accomodauerunt; & in medium protulerunt; non tamen sequitur Patres nouitatem cum falsitate miserisse: ita in casu.

Exemplum apud de homouision.

Secunda Obiectio. Nec Catholici consentiunt in assignando materia, & forma Pœnitentiæ: ergo adest signum falsitatis.

Respondeo assumptum esse mendacium ex malitia vel ignorantia ortum: nam omnes consentiunt, materiam esse ex parte pœnitentis, & formam ex parte Sacerdotis absoluentis, quæ autem controuertunt Doctores Scholastici non sunt contra hanc veritatem, quam tenet Catholica Ecclesia.

Tertia Obiectio: Sacramenta sunt actiones Dei si autem opera humana, quales sunt actus pœnitentis sunt pars essentialis Sacramenti, humanis actibus diuinitas quodammodo attribuitur, vt scilicet solum ipsorum iuxta astra Dei exaltetur, sicut de Rege Babylonis. Isaias scribit.

Respondeo quod sicut aqua & verbum ministri baptizantis sunt partes Baptismi, qui confert donum Spiritus sancti, vt Sectarij concedunt; & tamen nec aquæ nec baptizanti attribuitur Diuinitas, nec ad astra Dei exaltantur: quia Deus est qui gratiam exhibet, medijs illis signis sensibilibus. Sic in Sacramento pœnitentiæ cum Deus ipse donum remissionis peccatorum tribuat medijs actibus pœnitentis, & verbo ministri absoluentis, non sequitur actus pœnitentis, & absoluentem exaltari ad astra Dei, & diuinitatem participare; & reuerà quis non irrideret hanc obiectionem, quæ talis est, Deus remittit peccata, cū peccator pœnitentiâ agit, & Sacerdos illi absoluit, ergo peccator, & Sacerdos absoluens diuinitatem quodammodo participant: vel Deus per aquam Baptismi remittit peccata, ergo aqua Baptismi super astra Dei exaltat solum suum nil ineptius.

Obiectio Kemnitij pœnitentiæ est & Ioannis.

Quarta Obiectio. Concilium Tridentinum non est ausum apertè scribere actionem pœnitentis esse, materiam huius Sacramenti: sed scripsit esse materiam, vel quasi; ergo inquit Kemnitius. Pœnitentiâ non est Sacramentum, sed quasi: & effectus eius non est remissio peccatorum, sed quasi.

Quis non cognoscit has esse obiectiones Sectariorum quorum non est veritatem inuestigare, sed illam

illam conculcare, & arguere? Concilium posuit illud quasi, non quia Sacramentum non habet materiam & formam, sicut alia Sacramenta; sed quia vera materia, & vera forma est illa tantum, quæ corporeas substantias componunt. Sic autem Patres Concilij ibi dixerunt, vt optimè etiam Cardin. Bellarm. lib. de Pœnit. cap. 6. notauit; quia materia huius Sacramenti non est quid solidum, permanens, ac tractabile, sicut id quod in pluribus Sacramentis est materia. & quod ita sit, probo, quia Concilium de forma Sacramenti Pœnitentiæ non dicit quasi forma, ratio est, quia formæ aliorum Sacramentorum in verbis consistunt; & forma pœnitentiæ similiter; idè hæc non est quasi forma, sed verè forma; ergo cum dixit de materia, quasi materia, non in alio sensu loquutum est, sed solum quia non est res permanens, solida, & tractabilis sicut ver. gr. aqua Baptismi, & panis, & vinum Eucharistiæ, &c. illa autem sequela, ergo pœnitentia est quasi Sacramentum, est ineptissima: quia ad rationem veri Sacramenti satis est quod materia, & forma sint quid sensibile, quomodocunq; sit.

Quod autem partes materiales pœnitentiæ non sint tres, scilicet, Contritio, Confessio, & Satisfactio, sic probat Caluinus lib. 3. instit. cap. 3. §. 8. Isai. 1. dicitur. *Quiescite agere perversè, discite benefacere.* & Psalmus 34. *Declina à malo, & fac bonum;* ergo duæ sunt partes materiales pœnitentiæ, scilicet, non operari malum, & operari bonum.

Respondeo Dominum per Isaiam, eo loco non describere ordinem, & modum pœnitendi, & partes materiales pœnitentiæ: nullibi enim Scriptura sacra talia in rebus quibuscunq; minutim præscribit: Sed hortatur filios Israel in genere, vt peccare desinant, & bona operafaciant. Sic enim ibi legitur. *Vobis genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratu, derelinquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.* & postea. *Lauamini mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere perversè, discite benefacere, quarite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me; dicit Dominus, si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.* Si Caluinus contendere voluerit ibi pœnitentiæ partes singulares numeratas fuisse: non duas, sed multò plures esse cogitur affirmare: quia plura Isaias de tali pœnitentia docet. præterea si confessionem non esse pœnitentiæ partem probare intendit per Scripturas veteris testamenti, nititur incassum, & in vanum laborat; quia confessio non est pars pœnitentiæ virtutis, quæ tunc fuit, sed pœnitentiæ Sacramenti, quæ per Christum Dominum instituta est. Contritio autem, & satisfactio ibi reperitur, velit, nolit Caluinus, vt suo loco demonstrauimus.

Sexta Obiectio: Ex Caluino cap. 4. §. 1. Magister sentent. in 4. distinct. 14. & Decretum Gratiani dist. 3. de pœnit. Pœnitentiam definiens inquit. Antea peccata deslere, & flenda non committere. Item, mala præterita plangere, & plangenda non committere; Item, vindicta quædam puniens in se, quod dolet commisisse; quæ ex Gregorio, Ambrosio, & Augustino deceptæ esse dicuntur: non habetur ergo confes-

sio vt tertia pars pœnitentiæ.

Respondeo citatis verbis describi pœnitentiam in genere, vt abstrahit à pœnitentia Sacramento; nec omnia quæ diffinitioni sunt necessaria illi apposerunt; Sic enim Magister sentent. diffiniens Sacramentum in genere, inquit, *quod est rei sacra signum*, & tamen aliquid aliud importat; nec errauit, quia genericè, & implicite de Sacramento loquitur. Si aliquando de Confessione non tractasset, nec aliquando illam necessariam esse dixissent, aliquid Caluinus concluderet ex citatis auctoribus, sed illi de Confessione peccatorum, quæ fit Sacerdoti fusè discurrunt, vt infra dicemus; ergo confessionem vt partem pœnitentiæ cognoscunt, vt quid ergo eos contra nos adducit?

Septima Obiectio: ex Kemnitio in 2. parte exam. pag. 942. & sequentibus, vbi probare nititur, duas esse partes pœnitentiæ, nempe Terrores, & fidem: sic. Lex Diuina minus intenteat peccatoribus, qui Dei præcepta transgrediuntur: proindè terret peccatores. Euangelium deindè consolatur, proposita Christi iustitia & satisfactione, quæ per fidem apprehenditur; ergo duæ sunt partes pœnitentiæ. Terror, & fides; Confirmat hanc obiectioem per illud Marci 1. *Pœnitentiam agite, & credite Euangelio.* Lucæ vii. *Oportet prædicari pœnitentiam, & remissionem peccatorum in nomine meo.* Act. 20. *Testificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum.*

Respondeo admittens quod assumit Kemnitius, attamen nihil sequitur eorum quæ concludere nititur: & quod ita sit, patet; nam lex per minas & terrores homines ad pœnitentiam inducit, vt patet Isaiæ 1. *Lauamini mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere perversè, &c.* & paulò post. *Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est;* ergo pœnitentia est terror, negatur consequentia; ergo per terrores Deus Iudæos ad pœnitentiam inducebat: vera est consequentia: sed aliud est dispositio, & aliud forma, ad quam est dispositio, vt sanis patet. Euangelium autem dicit Matth. 3. *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Regnum caelorum.* proponit præmium vt homines libenter amplectantur pœnitentiam. & Act. 2. legitur. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti;* ergo pœnitentia est fides, seu fides est pars pœnitentiæ, ineptissimè. Pœnitentia enim habet pro obiecto peccata, & fides veritates reuelatas; quomodo quæso poteli fides esse pars pœnitentiæ, cum nõ dicat ordinem immediatum ad detestanda peccata, & pœnam assumendam in vindictam illorum, sed tantum assensum circa credibilia?

Præterea si pœnitentia in nouo testamento esset apprehendere fidem de satisfactione Christi: Saluator non debuisset incipere suam prædicationem de pœnitentia dicens: *Pœnitentiam agite*, sed tantum, credite mihi, quia ego satisfaciam, & vos nullam pœnam assumere debetis, sed credite, & viuite hilariter. at Saluator semper pro omni tempore docet opera pœnalia, Crucem, persecutiones, &c. Matth. 16. *Si quis vult venire post me abneget semetipsum.*

Ecc

Terror non est pœnitentia, sed dispositio ad illam.

Quod est obiectum fidei, & quod obiectum pœnitentiæ.

Cur Concilium de materia pœnitentiæ discurrere dixerit illam quasi materiam.

Frustra laborat qui per Scripturas veteris testamenti confessionem oppugnat.

ipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Lucæ 6. *Beati pauperes quia vestrum est Regnum Dei. Beati qui nunc esuriis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletu quia ridebitis, &c.* Matth. 11. *Veh tibi Corozaim, veh tibi Betsaida, quia si in Tyro, & Sidone facta essent virtutes, quæ facta sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere, poenitentiam egerissent.* c. 12. *Viri Niniuita surgent in iudicio cū generatione ista, & condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plusquam Ionas hic.* & Apolt. 1. Cor. 9. inquit. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Ad Rom. 8. *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, si autē spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.* & paulò post: *Si autem filij & heredes, heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si autem compatimur, ut & conglorificemur. Existimo enim quod non sunt condigna passiones, huius temporis ad futuram gloriam qua reuelabitur in nobis: Vniuersa Scriptura prædicat poenitentiam per opera peccata necessariam esse ad conglorificationem, ut poenam peccatorum nostrorum nos etiam portemus: & Kemnitius dicit sufficere ut credamus Christum satisfecisse. Hæc non sunt principia Euangelica, sed reuera Bacchanaliorum; idem enim est ac si diceret; credamus Christum satisfecisse, & consolemur, & saltemus, quia opera poenalia non debemus assumere, quia poenitentia noui testamenti est fides de satisfactione, quam Christus exhibuit, ille satisfecit, satis est. At Apostolus ex aduerso inquit Roman. 8. *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur* (id est simul patimur cum illo) *ut conglorificemur, &c.* Hæc est Schola Christi; & poenitentia vera quæ ibi docetur. Quicquid aliud dicitur, ad scholam Bacchi spectat. De huiusmodi autem hominibus loquitur Apostolus ad Roman. 16. vbi sic ait. *Rogo autem vos fratres, ut obseruetis eos qui dissentiones & offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis faciunt & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.**

Octaua Obiectio eiusdem Kemnitij. Partes Sacramenti Poenitentiae visibiles esse debent, est enim Sacramentum signum visibile: igitur per contritionem non integritas animi dolor, sed signa externa doloris accipienda sunt; & per Confessionem non ea quæ fit Deo, sed quæ fit homini, significatur, at signa externa doloris, & Confessionem, quæ fit homini, nulla Scriptura docet ad remissionem peccati necessariam exigi; ergo duæ istæ partes sine testimonio Scripturæ excogitæ sunt. Rursus per satisfactionem intelligunt Pontificij opera indebita, id est Verbo Dei non mandata; ergo habent omnes poenitentiae partes sine Scriptura.

Respondeo concedens partes Sacramenti debere esse visibiles, seu sensibiles; cum infert; ergo contritio, ut actus est internus, non est pars poenitentiae; concedo si solitariè ut internus actus est consideretur absque eo quod manifestetur, at nos dicimus illum actum internum factum sensibilem per Confessionem esse partem poenitentiae; & hinc ostendimus confessionem esse partem poenitentiae Sacramenti, quia per illam fit

sensibilis contritio interna, quam Sacerdos, ut Iudex discernere debet, & iuxta illam ferre sententiam super peccata. Et cum dicit, post Confessionem, illam quæ fit homini significari, nempe Sacerdoti, ut Dei Ministro, verum dicit, cum autem inquit. Sed signa externa doloris, & Confessio quæ fit homini non habentur in Scriptura, falsissimum est. Nam contritio legitur Iohelis 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu,* & 2. Cor. 7. *Gaudeo quia contristati estis ad poenitentiam; tritari enim pro peccatis, effectus est contritionis.* Et confessio legitur Iohannis 20. *Quorum remisistis peccata, &c.* nam implicite hic confessio illorum præcipitur; cum Sacerdos super peccata iudicare non possit, nisi illa audiat, & examinet. Cum infert, ergo hæc duæ partes sine testimonio Scripturæ excogitæ sunt, falsa sequela, quia Scriptura id manifestè, vel saltem implicite dicit. Adde quod explicite habetur Act. 19, vbi sic legitur: *Multique credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus suos: multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, &c.*

Quod autem per satisfactionem intelligamus opera indebita: hoc dupliciter intelligi potest: vel opera indebita scilicet, illicita & mala; & talia ad satisfactionem non pertinent, nec Catholica Ecclesia id habet in vtu, ut sani sciunt, vel opera indebita scilicet, non pro omnitempore mandata, licet pro semper in Scripturis laudata, & commendata, ut Ieiunium, elemosyna, oratio, castigatio carnis, &c. & hoc verum est, cum infert; ergo habent omnes poenitentiae partes sine Scriptura, falsa consequentia. nam hæc omnia mille in Scripturis repetuntur, ut legenti patet.

Nona Obiectio Kemnitij. Partes poenitentiae quas enumerant Pontificij hypocritæ quodque simulare, & præstare possunt, & tamen illis tribuunt remissionem peccatorum.

Respondeo retorquendo hanc ineptiam contra Kemnitium sic. Hypocritæ possunt simulare se, habere fidem, & tamen illi tribuunt Sectarij vim iustificandi. Sequitur ne quod fides non iustificet? Respondebunt Sectarij, defectus non est ex parte fidei, sed illius qui est hypocrita: sic à paribus dicimus, partes poenitentiae ordinem habere ad remissionem peccatorum quantum ex illis est; si autem non sequatur effectus, defectus est ex parte hypocritarum. nec Catholici dicunt partes poenitentiae sortire effectum suum in hypocritis, sed in verè poenitentibus. Sed cur hæc obijcit Kemnitius? nimirum ut impleat cartas multas, & magnorum voluminum se Architectum esse ostentet.

Decima Obiectio. Iudas fide illa speciali destitutus, cum partes poenitentiae haberet: quia legitur Matth. 27. *Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset, poenitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & Senioribus dicens: Peccavi tradens sanguinem iustum, & proiectus argenteus in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit,* habuit itaque poenitentiae partes. Contritionem scilicet, confessionem, & satisfactionem, tamen laqueo se suspendit.

Respondeo cum Card. Bell. lib. 1. de poenit. c. 20. sic. Idem Iudas baptizatus iam fuerat, & Eu-

Partes poenitentiae sunt manifestae in Scripturis.

Quid significent opera indebita.

Argum. retorquetur ad hominem.

DISPUTATIO III.

De Natura, & efficacia Contritionis.

Dictum est in disputatione Superiori, contritionem, quæ est prima Pœnitentiæ pars, dolorem esse, & detestationem peccatorum commissorum cum proposito non peccandi de cætero; & ex se pullulare ab ipsa essentia & natura pœnitentiæ: cum nemo verè pœnitens dici queat, nisi illud per quod dicitur pœnitens detestetur, & odio habeat: ut rationis lumen offendit. Nunc autem diligentius, & exactè naturam & efficaciam contritionis inuestigabimus: an scilicet sit actio recta, & libera spectans ad legem Moysis, vel ad Evangelium: an solius naturæ viribus haberi queat: an ad iustificationem requiratur, & vim habeat reconciliandi Deo peccatorem extra Sacramentum; & tandem cum est imperfecta, cuius sit sufficientiæ.

Secularij enim, qui à Spiritu contradictionis agitantur, quæ Catholica Ecclesia in huiusmodi materia tenet & docet, refellunt, & arguunt. Sed non omnes eodem modo, nec in vnam coincidunt sententiam, sed quisque more solito suam sectatur phantasiam. Lutherus in prima disputatione contra Antinomos propositione 2. dicit. Contritionem esse tactum, & sensum legis in conscientia: & propositione 30. dicit esse afflictionem, ac passionem, quam conscientia pati cogitur etiam si nolit. In articulis Smalchadicis tituli de pœnit. dicit Contritionem non esse actiuam, sed passiuam, & comparat legem fulmini prosterntenti, citans Hierem. 23. vbi ait. *Verba mea quasi malleum conterens petras.* ex quibus Lutherani trahunt: primum Contritionem non esse liberam, sed coactam, & extortam; nec esse actionem, sed passionem, & à Deo iudicari. Secundum, Contritionem non pertinere ad Evangelium, sed ad legem. Tertium: Contritionem non esse opus bonum, imò omni bono opere hominem spoliare, & maledictionibus, ac peccatis replere; & tali modo mortificare, & occidere; fidem autem deinde viuificare, ut homo resurgat, & bonis omnibus repleatur. ita etiam Kemnitius in 2. par. examinis Concil. Trident. cap. 3. de pœnit. pag. 942. & 943. & cap. 4. pag. 955. At Lutherani molles, ut colligitur ex colloquio Altemburgensi, collat. 4. & Caluinus lib. 3. instit. cap. 3. §. 20. affirmant cum Catholicis Contritionem esse opus bonum, & nostram actionem, & ad Evangelium pertinere.

De necessitate Contritionis ad iustificationem, Lutherus in assert. art. 11. ad remissionem peccatorum eam non requiri necessariò, affirmat. Caluinus lib. 3. instit. cap. 3. §. 1. negat simpliciter contritionis necessitatem ad iustificationem. Kemnitius verò & si Lutheri discipulus, cognoscit tamen Contritionem necessariam ad iustificationem; ita scribit in 2. par. examinis Concil. Trident. pag. 901. pag. 956. & 957. Sed pagina 960. negat contritioni vim remittendi peccata ante absolutionem, etiam si perfecta fuerit.

De Attritione Lutherus in initio suæ Apostasi falsò sensit, eamque damnauit cum contritione loco supra citato. Lutherani tamen, ut Kemnitius

Connexio præsentis disput. cum antecedente.

Quatuor de contritione discutuntur.

Opinio Sectariorum de contritione.

charitativam de manu Domini sumplerat, & tamen laqueo se suspendit, an igitur neganda erit vis Baptismi, & Eucharistiæ, quia Iudæ non profuit? Deinde eant non esse causam cur Iudæ pœnitentia inutilis fuerit affirmamus, quia scilicet fide illa speciali caruit, nam Ionæ 3. legitur, Nimitas vultu ter pœnitentiam egisse, licet fide illa speciali carent, ac dicerent: *Quis scis si conversator & ignoscas Deus!* Denique factum est Iudam habuisse tres pœnitentiæ partes, quas Catholici in Sacramento requirunt, imò nullam habuit omninò. Veram contritionem certè non habuit, quæ sine spe remissionis esse non potest. Confessionem quoque non habuit qualis exigitur, idest singulorum criminum atque ad veniam impetrandam Sacerdoti factam. Nec satisfactionem habuit, præsertim à Sacerdote iniunctam; neque enim illi, ut se suspenderet ab vilo fuerat imperatum. neque necare se ipsum opus est bonum, sicut opera satisfactoria esse debent: nullam igitur habuit partem veræ pœnitentiæ; sed tantum partes desperationis, quæ inducunt homines vel ad hæresim, & Apostasiam, vel ad seipsum necandum.

Vndecima Obiectio: Trina illa enumeratio partium pœnitentiæ ex publicæ pœnitentiæ ritibus sumpta, postea ritibus illis partim abrogatis, partim mutatis indoctè ad generalem pœnitentiæ doctrinam accommodata est.

Respondeo coniecturam hanc pertinere ad Ariolos, non autem ad Theologos: diuinatoris enim munus Kemnitius assumit: cum nullum adsit fundamentum pro his iuro asserendis, partes autem pœnitentiæ, quas numerauimus, oriuntur ex ipsa natura & essentia pœnitentiæ, ut dictum est. Nam quem pœnitet, peccata detestatur, & odio habet, & dolet, & hæc est contritio. displicet peccata commisisse, & vindicat illa in se, & hæc est satisfactio. ut autem possit esse Sacramentum quod natura sua est signum sensibile. addita est diuino iure confessio coram Sacerdote, cui dictum est Ioannis 20. *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.* Partes ergo pœnitentiæ non sunt inuenta Monachorum, vel ex inscitia ortæ ut somniat Kemnitius, sed in ipsa veræ pœnitentiæ quidditate includuntur.

Non negamus autem olim fuisse in vsu quasdam pœnitentiæ publicas, quas ministri Ecclesiæ publicis scandalis, & peccatis iniungere solebant; ut satisfactio etiam publica esset, de qua Innoc. I. in Epist. I. ad Decentium Episcopum Eugubinum c. 7. sic scribit. *De pœnitentibus verò qui sine ex gravioribus commissis, sine ex lenioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interueniat aegritudo, quanta Feria ante Pascha eis remittendū, Rom. Ecclesiæ consuetudo demonstrat. &c.* Sed aliud est de hac discurre, & aliud de Pœnitentiæ Sacramentali, cuius tres illas partes esse dicimus. Nec tamen ab hac eadem pœnitentiæ publica, & etiã alia solemniori, quæ pro grauissimis peccatis publicis fieri olim solebat, excluduntur tres illæ partes pœnitentiæ, quas numerauimus: nam tales pœnitentes detestabantur crimen quod est contritio, manifestum erat Sacerdoti, & populo, quod est confessio, publicam pœnam tenebant ad tempus, quod est satisfactio. Hæc ergo discant Sectarij.

Iudas nullas habuit pœnitentiæ partes.

Partes pœnitentiæ oriuntur.

Quid erat publicæ pœnitentiæ, quæ olim erat in vsu.

nitiis in 2. par. examinis pag. 954. illam esse vtilem ad poenitentiam cognoscit: similiter Calvinus lib. 3. instit. cap. 3. §. 7.

Quinq. species attritionis numerari possunt.

Ad cuius notitiam notandum est, quinque species attritionis numerari posse, quarum tamen non omnes sunt recte & sufficientes ad poenitentiam. Sacramentum, prima est dolor de peccato, ut est impedimentum ad aliud peccatum faciendum; ut ver. g. ob infirmitatem, &c. Secunda, est displicentia de peccato absque proposito relinquendi illud, quae dici solet attritio impenitentium. Tertia est dolor de peccato ob bonum temporale, ut verbi gr. ad vitandum supplicium potestatis secularis. Quarta, est dolor de peccato propter gehennam & poenas inferni praecise, non referendo talem dolorem ultimatè ad Deum. Quinta est: dolor de peccato, non propter Deum immediatè, sed ob poenas inferni, vel ob turpitudinem peccati cum debitis circumstantiis cum relatione tandem ad amorem Dei. & haec est vera attritio, quae dicitur putata contritio, sufficiens ad Poenitentiam Sacramentum.

Doctrina Catholica de attritione.

De hac attritione Conc. Trident. sess. 14. cap. 4. sic docet. *Illam verò contritionem imperfectam, quae attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudine peccati consideratione, vel ex gehenna & poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spè veniæ delectat non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, & Spiritum sanctum impulsam, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo penitens adiutum viam sibi ad iustitiam parat: & quamvis sine Sacramento poenitentia per se ad iustificacionem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentiae impetrandam disponit. Hoc enim timore vituliter concussi Nuntia ad Iona predicacionem plenam terroribus poenitentiam egerunt & misericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem falso quidam calumniantur Catholicos Scriptores, quasi tradiderint Sacramento poenitentiae absque bono motu suscipientium, gratiam conferri: quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit. Sed & falso docent, contritionem esse extortam, & coactam, non liberam & voluntariam.*

Ad veritatis autem Catholicæ maiorem explicationem, & corroboracionem, quinque ponimus Conclusiones.

Prima Conclusio. Actus contritionis est bonus, liberè productus à poenitente, & praefert odium, & detestationem peccati praeteriti, & propositum rectè viuendi in futurum. Conclusio hæc continet quatuor partes; prima pars est. Actus contritionis est bonus. Secunda: est liberè productus. Tertia, praefert odium, & detestationem peccati praeteriti. & Quarta, includit propositum rectè viuendi in futurum. Prima pars probatur, quòd scilicet, actus contritionis sit bonus moraliter. Detestatio malorum operum, seu peccatorum est actus valdè bonus moraliter, talis est contritio; ergo est actus moraliter bonus. Maior est manifesta ex terminis. Minor probatur, nam per contritionem nil aliud intelligimus nisi detestationem peccati, de qua legitur Dan. 3. *Ut possimus inuenire misericordiam tuam. Sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur.* & Psalm. 50. *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies:* & Isaïa 66. *Ad quem respiciam*

visti ad pauperculum, & contritum spiritum, & tremorem sermones meos? & Psalm. 146. *Qui sanat contritos corde.* cum ergo cor contritum sit Deo acceptum, consequens est vt contritio sit actus bonus: quia actus boni sunt Deo accepti.

Dices in Scripturis non semper contritio iuxta hunc sensum sumitur: nam Prouerb. 16. legitur. *Contritionem praecedit superbia:* vbi contritio sumitur pro flagelio, & poena: & eodem sensu legitur Isaïa 65. *Ecce serui mei laudabunt pra exultatione cordis, & vos clamabunt pra dolore cordis & pra contritione spiritus, ululabunt.* & 1. Machab. cap. 2. *Es dixit Mathathias, Vch mihi ut quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem Civitatis sanctae?* & alibi frequenter: ergo contritio non significat detestationem peccati, sed poenam; & consequenter non est actus bonus moraliter, quia ab homine non fit, sed recipitur.

Respondeo contritionem in Scripturis vtrumque significare: aliquando enim sumitur pro poena infligta, aliquando pro detestatione peccatorum, ut loca nuper citata ostendunt; nam cor quod peccata non detestatur, cum humiliatur, de quo Psalm. 50. scribit, non est Deo acceptum, sed à Deo despicitur. Dicitur autem tale cor quod peccata detestatur contritum, & talis detestatio contritio, quia talis detestatio à terrore poenae aeternae oritur, & initium sumit; & cum cor primò durum & lapideum sit peccata, cum poenam timet, contritur, & peccata talis poenae causas odio habet & detestatur, ad considerationem Dei iudicis, & benefactoris ascendens: & sic talis detestatio peccatorum magis proprie contritio dicitur; seu per talem vocem magis exprimitur ea quae in hac poenitentiae parte continentur. Undè Ambrosius de interpellatione Iob lib. 1. cap. 5. tomo 2. inquit. *Conteruntur autem qui suscipiuntur ad iudicium. est autem bona contritio. Cor enim contritum, & humiliatum Deum non spernit.* & Gregorius lib. 4. in 3. caput Iob cap. 22. inquit. *Sed cum vehementer poenitentia spiritus mentem occupat, omnem in ea explorationem reprehensibilis gaudij perturbat, ut nihil ei iam nisi flere libeat, nihil nisi quod se terrore possit attendat: ponit namque ante oculos illius detestacionem iustitia hinc metatum culpa, conficit quo supplicio digna sit, si parcentis pietati desit, qua per lamenta praesentia ab aeterna eruetur poena confucit.* Spiritus ergo vehementer Tharsis naves conterit, cum vis compunctionis valida mentes nostras hinc mundo quasi mari dedat salubri terrore confundit. ex quibus omnibus manifestè sequitur contritionem esse actum bonum moraliter.

Secunda pars Conclusionis probatur: contritionem scilicet esse actum liberè productum à voluntate, Contritio, vt probatum est, est detestatio peccatorum, & odium cum dolore illa commisit, ergo est actus voluntatis liberè illam producentis. Sequela probatur; nam Nemo nisi liberè peccat, & peccasse poenitet; Deus enim hortatur, & per gratiam internam excitat; sed non compellit ad quodlibet opus bonum faciendum. Hinc Ioclis 2. ait. *Convertimini ad me, in toto corde vestro. Scindite corda vestra.* Matth. 4. *Poenitentiam agite.* Act. 2. *His autem auditu compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, quid faciemus viri fratres? Petrus verò ad illos: Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, &c.*

Cum

Resolvitur obiectio, & qui contritio significet in Scripturis aperitur.

Contritio est actus liberi arbitrii.

Cum ergo hortetur, proculdubio non compellit. Sed error Lutheri est, quia ipse putat Contritionem nihil aliud esse nisi poenam, & terrorem inflictum; sed deceptus est, licet voluntarie, ut in probatione primae partis huius Conclusionis dictum est; non enim id tantum praefert Contritio, ut diximus; sed ultra terrorem qui praet, detestationem peccatorum importat, quae liberè fit, quia potest non fieri à voluntate, etiam per timorem excitatam.

Tertia pars Conclusionis, quod scilicet Contritio odium, & detestationem peccati praeteriti includat, Probatur contra Lutherum, qui in sermone de poenitentia, & in Epist. ad Ioannem Staupitium, asserit, contritionem, & poenitentiam non esse circa peccata praeterita, sed tantum circa amorem iustitiae in futurum faciendae. Haec autem Lutheri opinio, nec à Lutheranis sequitur, cum manifestè sit contra omnem Scripturam. Nam Job 42. *Inspicenter loquutus sum, & per qua ultra modum excederent scientiam meam, & politia. Idcirco ipse me reprehendo, & ego poenitentiam in favilla, & cinere.* Aiaz 38. *Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animae meae: & cap. 48. Annuncia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.* Hierem. 8. *Ascendi, & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat poenitentiam super peccato suo, dicam quid feci? Daniel. 9. Et oravi: Domine Deus meorum, & confessus sum, & dixi: Obsecro Domine Deus magne, & terribilis, custodiens pactum, & misericordiam diligentibus te, & custodiens mandata tua. Peccavimus, iniquitatem fecimus, impietate egimus, & recessimus à mandatis tuis ac iudicijs. Non obedimus servis tuis Prophetis, qui loquuti sunt in nomine tuo, Regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omni que populo terra. Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio facies, & c. Lucae cap. 15. Pater peccavi in Calum, & coram te iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut omnem de mercatoribus tuis, & c. Act. 8. *Renitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui.* Ergo contritio etiam detestationem peccatorum praeteritorum praefert.*

Et confirmatur haec veritas veterum Patrum testimonio. August. serm. 30. de Confessione peccatorum tom. 10. ait: *Ecce enim quia dicit in toto corde, non docet Propheta, quod in corde est fons poenitentiae, fletus vero ad oculum, plañctus autem ad os, sed tantum ad totum corpus refertur. O Homo ne tardes converteri ad Deum, discute mentem tuam, prostrice singula secreta cordis, considera antiquam ad confessionem accedat, quod tunc peccatis male appetendo, oculos vanitatem videndo, os falsitatem dicendo, auris mandata audiendo, manus verbera, & homicidia perpetrando, & si non opere subire voluntate. & paulò post. Primo vitium cor quod mala cogitavit, & concupiscit, puniteat, & doleat, & oculus struat, os sine intermissione oret, & c.*

Chrylóstomus Homil. 9. super Epist. ad Heb. sermo 4. super illud *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies*, inquit. *Nam quod est contritum, non exurgit, non ferit, sed est paratum, & male patientium, ipsum autem non exurgit, talis est verus contritio, etiam si effecta fuerit cõmune, etiam si male passa quis sit, nec concitatur ad vindictam.* & infra: *Deinde non irasci, neque iniuria accepta meminisse omnibus peccata remittere. Homo homini, inquit referuat iram, & apud Dominum quare modo lam.*

Gregor. super Ezechiel. lib. 2. Homil. 2. tom.

2. ait. *Quid est hoc frater clarissimi, quod foris cremantur carnes, intus aromata, nisi hoc quod quotidie videmus: quia duo sunt compunctionis genera? Quia alij adhuc per timorem plangunt; alij vero iam se per amore in lamentis afficiunt. Adulti namque peccatorum suorum memores: dum supplicia aeterna percontant: quotidianus se lachrymis affligunt. Plangunt mala quae fecerunt, & incenduntur vitia igne compunctionis: quorum adhuc suggestiones in corda patiuntur. Quid isti nisi altari sunt aereum? in quo carnes ardent: quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur: alij vero à carnalibus vitijs liberati, aut longas ann. fletibus securi amoris flamma in compunctionis lachrymis madefaciunt: caelestis patria praemia cordis oculis afficiunt, supernam iam civitatem interesse concupiscunt; domum vis appareat firmatus, longinqua peregrinationis sua: Regem in domo suo videre desiderant: & flere quotidie ex eius amore non cessant. Quid isti nisi altari sunt aereum? in quorum corde aromata incensa sunt, quia virtutes ardent.*

Quarta pars Conclusionis probatur, contritionem scilicet includere propositum bene videndi in futurum. Sectarij enim non partem contritionis hoc faciunt, sed fructum fidei iustificantis post contritionem. Nequit poenitentia esse vera, & perfecta nisi includat propositum bene viuenti in futurum: sed contritio praefert veram poenitentiam, ergo & propositum bene viuenti in futurum. Maior probatur. Poenitentia perfecta est vindicta peccatorum, ut Deum offendunt; at peccata futura, ita sunt contra Deum sicut praeterita; ergo perfecta poenitentia dicit noxionem peccandi in futurum. Subsumo: Sed contritio est pars perfectae poenitentiae, ergo praefert formalem noxionem peccandi in futurum, quod est propositum bene viuenti.

Confirmatur veritas haec per veram formam poenitentiae, quae legitur Isaie 1. & Ezech. 18. *Lavamini; manducetis, aufero malum cogitationum vestrarum, quiescite agere peruersa, discite benefacere, quae iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus: si fueritis peccata vestra ut coccinum, quasi nix de albabuntis, quibus verbis patet veraque pars, id est dolor de praeteritis, & propositum bene viuenti in futurum.* Et Ezech. 18. *Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, & custodierit omnia precepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, bona viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius non recordabor.*

Ex quibus sequitur etiam contra Sectarios Contritionem non spoliare hominem operibus bonis, sed illa augere: quia cum sit actus virtutis, habentem magis perficit, ut ex dictis elicitur.

Secundò probatur testimonio veterum Sanctorum Patrum. August. serm. 7. de tempore, & 3. de Natali Dominico tom. 10. inquit: *Promitto vobis fidei, & certus sum, qui in hac die si quis ex corde poenituerit, & ad veniendum peccati reuertens non fuerit, quodcumque petierit dabitur ei tantum in fide non dubitet, delectatione non repetat. Hodie totius mundi peccatum tollitur, & peccator desperat? Sed videte qualis debet esse poenitentia, quia multi assidue se dicunt esse peccatores, & tamen adhuc illos delectat peccare. Professio est, non emendatio, accusatur anima, non sanatur, pronuntiatur offensa, non tollitur. Poenitentiam certam non facit nisi odium peccati, & amor Dei, Quando sic poenites, ut tibi amarum sapiat in animo quod ante dulce fuit in vita, & quod te prius oblectabat*

Contritio includit propositum bene viuenti in futurum.

Testimonium SS. DD. antiquorum.

Testimonium SS. DD. antiquorum.

in corpore, ipsum se cruciatum in mente, tam subit bene in-
gemitum ad Deum, & dicit, &c.

Hieron. in Psal. 118. 40. ait: Verum semper
agit poenitentiam hic sanctus, & non cessat fluere la-
chrymarum antiqua delicta diluere, ut intelligat, nisi
veram poenitentiam egerit, tibi facile non dimittitur quae
geserit. Vera est enim poenitentia iugiter fletibus con-
missa diluere, & abluta non iterare.

Gregor. Homil. 34. in Euangel. tom. 2. inquit:
Sed poenitentiam agere dignam nos non possumus, nisi
modum quoque eiusdem poenitentia cognoscamus. Poe-
nitentiam quippe agere est, & perpetrata mala plango-
re, & plangenda non perpetrare. Nam quis sic alia de-
plorat, ut tamen alia committat, adhuc poenitentiam
agere, aut dissimulat, aut ignorat. Quid enim prodest
si peccata quia luxuria defleat, & tamen adhuc avaritia
astibus avelat? aut quid prodest si ira culpas iam lu-
geat, & tamen adhuc invidia facibus tabescat? sed mi-
nus est valde quod dicimus, ut qui peccata deplorat plo-
randa minimè committat, & qui plangit vitia, perpetra-
re vitia timeat. Nam cogitandum summopere est, ut
qui se illicita meminuit commisisse, à quibusdam etiam li-
citis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo sa-
tisfaciat, ut qui commisit prohibita, sibi metipso abscinde-
re debeat etiam concessa, & se reprehendas in minimis,
qui se meminit in maximis deliquisse.

Secunda Conclusio. Contritio, quae est pars poe-
nitentiae, etiam ad Euangelium pertinet. Probatur.
Detestari peccata etiam pro tempore noui Testa-
menti necessarium est, sed talis est contritio: ergo ad
nouum Testamentum etiam spectat. Maior patet:
nam ipsa Saluator auctor noui testamenti, sic praedi-
casse cepit Euangelium, Matth. 4. Poenitentiam a-
gite, appropinquauit enim Regnum Calorum. Lucæ 9.
Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam.
& cap. 13. Nisi poenitentiam habueritis, omnes simul
peribitis. cap. 15. Gaudium erit in Caelo super uno pec-
catore poenitentiam agente. cap. 17. Si septies in die
peccaueris in te, & septies in die conuersus fueris ad te
dicens, poenitet me: dimittit illi.

Act. 3. Poenitentiam igitur & conuertimini: ut deleantur
peccata vestra. cap. 8. Poenitentiam age ab hac nequitia
tua. Ad Rom. 2. Ignoras quoniam benignitas Dei ad
poenitentiam te adducit? Secundam autem duritiam
tuam, & impoenitens cor thesaurizas tibi iram in die ira
& reuelationis iusti iudicij Dei, &c. 2. Cor. 7. Qua
enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salu-
tem stabilem operatur. Sed dicunt Sectarij terrorem
contritionis non pertinere ad Euangelium, quia à
consideratione peccatorum oritur, & iusto iudicio
Dei qui peccatores punit. Contra, Act. 8. legitur
sic: Petrus autem dixit ad eum: pecunia tua tecum
fit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti: pec-
unia possideri: non est tibi pars, neque fors in sermone
isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Poeni-
tentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum
si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. infelle
enim amaritudinibus, & obligatione iniquitatis video te esse.
Respondens autem Simon dixit: (ecce terror) pra-
camini vos pro me ad Dominum, nihil venias super
me horum quae dixisti. 2. Cor. 2. de poenitentia cu-
iusdam Inceltiosi, inquit Apostolus. Sufficit illi qui
eiusmodi est, oburgatio hac quae fit à pluribus: ita ut à
contrario magis donetur, & consolemur, ne forte abun-
dantiors tristitia absorbeat qui eiusmodi est. Propter
quod obsecro vos ut confirmetis in illum charitatem.
Hic habetur terror Contritionis ut patet, nec Scrip-

tura haec est veteris testamenti, sed noui.

Probatur etiam veterum Patrum testimonio.
August. serm. 67. de tempore propè finem tom. 10.
ait. Poenitentia vero non annorum numero censetur, sed
amaritudinis animi. Unde Beatus Petrus mox à Domi-
no indulgentiam recipit, quia amarissimè fleuit trina ne-
gatione culpam. Poenitentia quamuis sit exigui tempo-
ris, si intima cordis amaritudine agitur, non despicitur
apud Iudicem iustum Deum, qui cordis secreta confide-
rat.

Chrylost. serm. de poeniten. tom. 5. super illud
Psal. 37. Domine ante te omne desiderium meum, &
gemitus cordis mei non est absconditus à te. ait: Cla-
morem meum, suspiriumque intellige, pauor peccati so-
licitat me, pondus conscientia me à deprimat me, non est
mihi spes viuendi, neque fiducia moriendi; iudicium tuum
Deus vereor, & poenas sumeo prae paratas impijs. Audi
me obsecro modo dum tempus est, remitte quod timeo,
dele quod vereor, priusquam abeam, & amplius non ero;
tali animo poenitenti remissio datur, & vita donatur,
nec Regnum deerit à Domino tribuendum. Quid ergo
times poenitentiam, o homo, sine qua non est viuere, nec
Deo placere? Clamat Hieremias compunctus pro po-
pulo. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fon-
tem lachrymarum, & flebo vulnera populi mei? sciebat
enim quod lachrymae iuuarent populum transigratum,
sciebat quod eius fletibus subueniret: sciebat quod Deus
contritionem querit, & fletibus fleuitur: sciebat quod
Deus lugentes laetificat, & poenitentibus praesto est.
Ideo prophetandi locum quarebat remotum, ut usque ad
vallem pertingeret lachrymarum, quam Deus amat,
quam Christus amplectitur.

Tertia Conclusio. Contritio ad iustificationem
adultorum est omninò necessaria. Conclusio manet
probata ex his, quae iam dicta sunt: nam nemo iusti-
ficabitur, seu peccatorum obtinebit remissionem, nisi
illorum poeniteat. & Lucæ 13. aperte legitur.
Putatis quod hi Galilae pra omnibus Galilae peccatores
fuerint, qui talia passi sunt? Non dico vobis: sed nisi
poenitentiam habueritis, omnes simul peribitis, sicut illi
decem, & octo supra quos cecidit turris in Siloè, & oc-
cidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint praeter
omnes homines habitantes in Hierusalem? Non, dico
vobis: sed si poenitentiam non egeritis, omnes similiter
peribitis. Matth. 11. Tunc coepit exprobare ciuitatibus
in quibus facta sunt plurima virtutes eius, quae non egis-
sent poenitentiam: Vch tibi Corozaim vch tibi Betsai-
da, quia si in Tyro, & Sidone facta essent virtutes, quae
facta sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere poenitentia
egissent. Verum tamen dico vobis, Tyro & Sidoni, re-
missus eris in die iudicij, quam vobis.

Quarta Conclusio. Contritio perfecta formata
charitate hominem Deo reconciliat, licet pro tempo-
re noui Testamenti, votum Sacramenti poenitentiae
requirat. Conclusio est contra omnes Sectarios af-
ferentes per solam fidem iustificationem haberi, ut
dictum est lib. 6. licet Contritionem praerquiri non
negent, illam tamen causam remissionis peccatorum
nolunt agnoscere. ita Lutherus in assert. art. 12. Cal-
uinus lib. 3. inquit. cap. 4. §. 3. & Martinus Kemnitius
in 2. par. examinis pag. 950. Conclusio habet duas
partes; prima quòd contritio perfecta sit causa remis-
sionis peccatorum, Secunda, quòd pro tempore no-
ui Testamenti requirat votum Sacramenti poenitenti-
e. Prima pars probatur. Hierem. cap. 18. Si poenitentia
egerit, ego illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus
eam, & ego poenitentiam super malo quod cogi-

Testimonium
Sanctorum Doc-
torum antiquorum

Contritio quae est
pars poenitentiae
ad doctrinam E-
uangelij pertinet

Contritio est ne-
cessaria ad iusti-
ficationem adul-
torum.

Vera contritio
hominem iusti-
ficat.

Vera contritio ad hoc ut iustificet, non est nisi testis meus, requirit votum confessionis.

tam ut facerem ei. Ezech. 18. Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, & custodierit omnia praecepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam: vita viuet, & non morietur, & postea. Et cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam ipse animam suam uiuificabit. Considerans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quae operatus est, vita uiuet, & non morietur. Hic aperte docet Propheta, Contritionem causare vitam spiritus, quae est iustificatio, & paulo post. Convertimini, & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris, & non erit uobis in uiam iniquitas. prociat a uobis omnes prauaricationes uestrae in quibus prauaricati estis, & facite uobis cor nouum, & spiritum nouum, & quare moriemini domus Israel? Quomodo autem cor nouum, & spiritum nouum filij Israel poterant sibi facere, si poenitentia quam aggrediebantur non esset causa iustificationis, quae innouat cor, & spiritum? & Luc 7. Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Causa iustificationis hic est manifesta; quae est contritio, & dolor peccatorum cum charitate, quae dicitur contritio perfecta, de qua loquimur.

Secundo probatur veterum Patrum testimonio. Chrylost. Homil. 9. super cap. 6. ad Hebr. tom. 4. ait: An non priusquam didicisset quod per poenitentiam abluuntur peccata, eratis anxij, ut qui sciret non esse aliud haereticum, & de uobis spem abieceratis? nunc autem cum ea didicisset per quae recte agitur poenitentia, & remissio, & quod omnia poterimus effugere si ea utamur ut oportet, &c.

Secunda pars Conclusionis probatur, hanc scilicet Contritionem pro tempore noui Testamenti includere votum poenitentiae Sacramenti. Saluator post Resurrectionem suam hoc Sacramentum pro poenitentibus instituit, ut supra probatum est; ergo quicumque poenitens mandatum Domini exequi debet; & licet per contritionem perfectam peccatorum remissio habita sit, tamen in susceptione Sacramenti & augetur gratia, quae est effectus Sacramenti; & meritum, quia est opus existentis in charitate; est enim operatio filij adoptiui, qui habet promissionem hereditatis, de qua contritione loquitur Dauid Plal. 31. cum inquit. Dixi confitebor aduersum me, iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Secundo probatur testimonio Veterum Patrum. August. lib. 2. de uisitatione infirmorum cap. 4. tomo 9. ait. Sunt quidam qui sufficere sibi ad salutem autumant si soli Deo, cui nihil occultum est, quem nullus latet conscientia, sua confiteantur crimina: nolunt enim aut erubescunt, siue designantur ostendere se Sacerdotibus, quas tamen inter lepram, & lepram discernere per legislatorem constituit Dominus: sed nolo ut ipsa decipiarum opinione, quatenus confundarum confiteri coram Domino. Vicario, tabescens praerubore, uel ceruicosis praeridignatione: nam ipse humiliter subeundum est iudicium, quem Dominus sibi non designatur Vicarium. Ergo ad te uenire roges Sacerdotem, & fac ipsum conscientiarum tuarum penitus participem: Non seducat te somniantium illa superstitio, quae in uisitando confirmat, quia saluat Sacerdote inconsulto ad Deum peccatorum confessio, &c.

Quinta conclusio. contritio imperfecta quae dicitur attritio bona est, & utilis probatur. contritio imperfecta ut in principio huius disputationis dictum est, nil aliud est nisi dolor peccatorum ob timorem poenae aeternae, & iusti iudicij Dei, qui dicitur timor

seruilis. at talis disponit ad timorem filialem, ergo bonus est, & utilis, sicut uilis & bona est omnis dispositio ad formam, licet bonitatem formae non habeat. Hunc timorem petebat etiam propheta cum Plal. 118. dicebat. Confige timore tuo carnes meas, a iudicij enim tuis timui. Et Dominus ad hunc timorem tanquam ad dispositionem quandam perfectionis hortatur. Matth. cap. 10. Timete eum qui potest animam & corpus perdere in gehennam; & Hierem. 5. me ergo non timebitis, ait Dominus & a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, praecipitum sempiternum quod non praeteribit, & commouebuntur, & non poterunt, & intumescunt fluctus eius, & non transibunt illud, &c. Eccles. 4. Timorem, & metum & probationem inducet super illum, et cruciabit illum in tribulatione doctrinae sua, donec sentes eum in cogitationibus suis, et credat anima illius. Malach. 2. Pactum meum fuit cum eo uita et pax; et dedi ei timorem, et timuit me, et a facie nominis mei percebat. Lex ueritatis fuit in ore eius, etc. & Act. 19. Es cecidit timor super omnes illos, et magnificabatur nomen Domini Iesu: multique credentium ueniabant confitentis, et annunciantes actus suos. Ex quibus constat ex tali timore confessionem, & ueram poenitentiam oriri, ergo utilis est, & bonus.

Secundo probatur conclusio veterum Patrum testimonio. August. serm. 95. de temp. propè finem tom. 10. ait: Incutus poenam, ingeris dolorem, sed quaeris salutem. Multi amore, multi timore correpti sunt, sed per tremorem timoris ad amorem peruenierunt.

Chrylost. Homil. 31. in cap. 13. Matth. tom. 2. ait; Ipse enim timor periculi adiuuat animam, et facit uincitur delectatio corporalis. & serm. 8. super cap. 2. Epist. ad Philipp. tom. 4. ait: Nam si quae ad uitam hanc pertinent, sine timore recte acquiri non possunt; multo minus spiritualia, etc. Sed qua ratione hic in nobis excutabitur timor? Si illud in animo habuerimus utique ad eff. Deum omnia audire, omnia uidere? Tolerantione illius per contemptum ne abutitor: ideo enim cunctatur ut te ad poenitentiam adducat, etc.

Gregor. lib. 5. in 1. Reg. cap. 11. ait: Quia plerumque sumus in amore proximorum tepidi, sed Praetorum nostrorum minus eriguntur ad statum deuotionis, et ex timore bonum opus aggredimur, sed ex initio timoris ad uinculum producimur magna charitatis.

Secundum obiectiones nunc remanent soluede, quas contra praemissas Conclusiones adducunt. Contra primam Conclusionem prima Obiectio. Hierem. 23. Quid ualeis ad triticum dicit Dominus, uumquid non uerba mea sunt quae signis dicit Dominus, & quasi malleus conterens petras? at ignis uolenter comburit quidquid illi obicitur: & malleus petras conterit sine ulla ipsarum cooperatione; ergo actus contritionis non est liberè productus à poenitente.

Respondeo, Dominum metaphora ignis, & mallei uisum esse ad efficaciam uerborum suorum explicandam dum terrent peccatores: respectu cuius terroris peccator utique se habet passiuè, & non actiuè quia à Deo inferitur, & in peccatore recipitur; at contritio in hoc non consistit, cum talis terror tanquam dispositio sit ad Contritionem, quae est actus liber, nempe detestatio peccatorum post acceptum terrorem. Haec autem detestatio est uoluntaria, & libera; & in hoc actu consistit contritio. Sic autem loquutus est Dominus, ut doceret uerba saluorum Prophetarum nullius esse efficaciae & ualoris, sicut uerba sua, quae per ueros Prophetas loquebatur. Sic enim subdit: Ecce ego ad Prophetas, ait Dominus, qui assumunt

Quid sit contritio imperfecta.

Testimonium SS. DD. antiquorum.

Non saluat confessio peccatorum facta Deo, Sacerdote in conspectu.

Terror est passiuus, detestatio autem peccatorum est actio liberi arbitrij.

sumunt linguas suas, & aiunt: Dicit Dominus: Ecce ego ad Prophetas somniantes mendacium, ait Dominus qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis: cum ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus.

Secunda Obiectio. Pœnitentia Græcè dicitur Metania, scilicet Resipiscencia: ergo pœnitentia & contritio non includit detestationem peccatorum.

Respondeo retorquendo argumentum, si pœnitentia est resipiscencia peccatorum commissorum; ergo pœnitentia est detestatio illorum, sequela probatur. Nam vel resipiscuntur ad complacentiam, vel ad detestationem; non primum, quia est contra rationem pœnitentiæ, ergo secundum, id est ad detestationem, & sic detestatio includitur in contritione, & pœnitentiâ.

Tertia Obiectio. Prouerbiū est, optima pœnitentia, noua vita; ergo pœnitentia non consistit in detestatione præteritorum peccatorum, sed in benè viuendo.

Respondeo huiusmodi dictum iuxta verum sensum quem habet intelligendum esse. Sensus itaque est, signum & effectum optimè pœnitentiæ esse, post detestationem peccatorum, & vindictam illorū benè viuere, & benè operari, seruando mandata Dei. Qui enim sic operatur, ostendit verè peccatorum præteritorum pœnituisse, at hic sensus verus & legitimus, non excludit detestationem peccatorum a pœnitentiâ, sed eam inesse debere innuit, & manifestat.

Quarta Obiectio. Gal. 6. In Christo enim Iesu neque circumcisio, neque præputium aliquid uales, sed noua Creatura: Ergo pœnitentia non includit detestationem peccatorum, sed tantum nouiter benè viuere.

Respondeo Apostolum docere Galatas, ut legenti patebit, circumcisionem nullius esse valoris in lege Euangelica, cuius oppositum Galatæ contra doctrinam Apostoli, credere ceperant. quapropter eos arguit, & docet externas cæremonias circumcisionis, vel præputij pro tempore noui testamenti apud Deū nihil valere, sed tantum nouam Creaturam, quæ scilicet renouatur Spiritu sancto, & charitate; ut prædixit Dominus per Ezechielem cap. 11. Et dabo eis cor unum, & spiritum nouum tribuam in uisceribus eorum; & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum. & cap. 18. Facite uobis cor nouum, & spiritum nouum. at quomodo fit tale cor nouum? inquit Propheta. Conuertimini & agite pœnitentiâ, ab omnibus iniquitatibus uestris: & non erit uobis in ruinam iniquitas. Projicite à uobis omnes prauaricationes uestras, in quibus prauicati estis, & facite uobis cor nouum, & spiritum nouum: & quare moriemini domus Israel? quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini, & uiuite. Patet itaque gratiam & charitatem Spiritus sancti, quæ est in nouo testamento, supponere detestationem, & pœnitentiâ peccatorum, & non tantum nouitatem benè uiuendi. Sed quomodo poterit quis benè viuere in nouitate spiritus, nisi detestetur & odio habeat prius, vel simul & semel peccata, quæ comisit, quæ ab eo Dei amicitiam, & ius ad æternam hæreditatem auferbant? sanæ mentis dicat quid in re huiusmodi naturale lumen ostendit.

Quinta Obiectio. Sacra Scriptura testatur multos pœnituisse peccatorum, & veniam obtinuisse absque

proposito benè viuendi in futurum; ergo talis conditio de benè viuendo in futurum non est necessaria ad veram contritionem. Anteced. probatur. 2. Reg. 12. Dauid iustificatus est, & tamen dixit tantum, Peccavi, nec legitur ibi propositum benè viuendi. Vnde August. Homil. 41. inquit. Tres syllabæ sunt, Peccavi, sed de his tribus syllabis flamma sacrificij corâ Domino ascendit in Calum: & Chrylost. Homil. 9. de Pœnitent. ait: Dic Peccavi, & soluis peccatum. De Manasse 2. Paralip. 33. nihil aliud legimus, nisi eum pœnitentiâ egisse, & orasse Dominum. De Niniuitis Ionæ 3. legitur conuersio à peccatis, ieiunium, saccum & oratio; de proposito autem benè viuendi in futurum, nulla fit mentio. Idem legitur de filio Prodigio Lucæ cap. 15. & de Publicano cap. 18.

Respondeo in sacra Scriptura non semper fieri mentionem omnium circumstantiarum alicuius actus aut virtutis, sed tantum aliquid tangi, ut percipiatur quod dicitur: ratio autem deinde cogit affirmare omnes debitas circumstantias adfuisse; dum tale opus commendatur: ut de pœnitentiâ Dauid, & Niniuitarum & cæterorum constat: dum enim talis pœnitentiâ laudatur, & suum effectum sortita est circa remissionem peccatorum, quis audebit ambigere, ibi non adfuisse omnes debitas circumstantias, & conditiones pœnitentiæ & contritionis? necessaria autem conditio bonæ contritionis est, propositum benè viuendi, & amplius non offendendi quantum in se est, eum quem penitet offendisse. at neminem verè penitet aliquem offendisse, nisi firmam habeat voluntatem illum non offendendi in futurum: ut prudentibus patet. & iuxta hunc sensum loquuti sunt Augustinus, & Chrylostomus de pœnitentiâ Dauid. Quicumque enim dicit Peccavi benè conditionatum & circumstantionatum, veniam obtinet peccatorum: at nemo taliter loquitur, nisi propositum habeat Deum in futurum non offendendi; quod fit peccando.

Sexta Obiectio. Contritio seu pœnitentia supposita fide & spe per legem & gratiam Dei sufficit Christiano ad veniam obtinendam. at contritio non includit propriè nisi actum, quo nolumus Deum offendisse: igitur sine proposito formalis uitandi deinceps peccata per solam peccati præteriti detestationem iustificari possumus. Assumptum probatur primo, quia nomen pœnitentiæ Græcè & Latine præteritum non futurum respicit. secundo, quia propositum uitandi peccata potius est actus charitatis siue obedientiæ, quam pœnitentiæ.

Respondeo negando, contritionem non includere nisi actum quo nolumus Deum offendisse: quia nemo potest verè nolle Deum offendisse, nisi firmum habeat propositum eum amplius non offendendi. Etenim si ver. gr. verè displiceat mihi offendisse, Sortem, proculdubio firmum habebō propositum eum amplius non offendendi; aliter non mihi verè displiceret eum offendisse, si animum habuero ei in futurum nocendi. & sic patet propositum non offendendi in futurum, includi in conceptu detestationis & odij circa offensas præteritas. quod autem nomen pœnitentiæ dicat tantum detestationem, seu pœnæ tenentiam de peccatis præteritis, hoc parum refert, quia ratio nominis non amplectitur omnes partes quidditatis: definitio autem quidditativa illas continet, & hac ratione in definitione quidditativa contritionis, Concil. Triden. loco supracitato apposuit particulam illam: Cum proposito non peccandi de cætero.

Retorquetur obiectio contra Secarios.

Scriptura non solet omnes reicircumstantias numerare, cum aliquid narret; nec enim ibi ponitur fides quæ per Secarios necessaria conditio est ad iustificationem.

Quid Apostolus intelligat per nouam creaturam,

Exemplum aptè pro rei intelligentiam.

Dolere de offensis præteritis est simul proponere in futurum nolle offendere.

castro. Et per id quod dictum est supra patet etiam, propositum vitandi peccata, non esse actum virtutis charitatis, sed poenitentiae, licet fieri possit etiam per motuum charitatis & obedientiae, &c. quatenus autem peccatum futurum est offensivum Dei, spectat ad Contritionem, quae actu habetur, ut dictum est.

Septima Obiectio. Apud homines benignos sola vehementer patratæ culpæ detestatio nonnunquam impetrat illius veniam; Deus autem longè magis benignus est quam vlli homines sint. Neque credibile est Christum expectare voluisse, ut Petrus decerneret nunquam amplius peccare: sed continuo peccatum ei remisit, cum eum amare plorantem vidit.

Respondeo quemcumque qui verè dolet aliquem offendisse, simul & semel in animo suo habere propositum illum amplius non offendendi: quia dato opposito, talem non verè poenitet offendisse amicum, nisi animum habeat eum amplius non offendendi. & hoc sufficit pro quibuscumque similibus obiectionibus. vnde sequitur contritionem eodem tempore simul præferre detestationem præteritorum peccatorum, & animi propositum Deum non offendendi in futurum.

Contra tertiam Conclusionem Prima Obiectio. Sola charitas sufficit ad iustificandum adultum lapsum post baptismum.

Ergo non requiritur contritio. Anteced. probatur Roman. 14. *Quid diligit, legem implevit*: & Ioan. Apostolus, ut testatur Hieronymus in Commentar. cap. 6. Epist. ad Galatas, dicebat, *diligite alterutrum, quia si hoc solum fiat sufficit*. & August. Tract. 5. in Epist. Ioan. inquit. *Dilectio sola discernit inter filios Dei & filios diaboli*: & infra: *Hæc est pretiosa margarita sine qua nihil tibi prodest, quodcumque habueris: quam si solam habes, sufficit tibi*.

Respondeo, utique per actum dilectionis Dei super omnia remitti peccata; at quis verè diligit Deum, nisi ei displiceat Deum offendisse, proponitque eum amplius non offendere? prudenti patet. & sic semper cognoscitur necessaria contritio, saltem implicite & virtualiter, ut accidit ardentem diligenti Deum.

Secunda Obiectio. Impoenitentia non est speciale peccatum, sed circumstantia omnium peccatorum ut S. Thom. docet in 2. 2. quæst. 14. art. 2. ergo non datur speciale præceptum de poenitentia. & consequenter potest sine poenitentia & contritione remissio peccatorum haberi.

Respondeo dari utique præceptum poenitentiae, & contritionis, quod currit simul cum præcepto de diligendo Deum: quia quodcumque homo obligatur ad diligendum Deum explicitè, obstringitur etiam, si in peccatis fuerit, ad illa detestanda ut offensiva Dei; qui enim tenetur aliquem amare, tenetur etiam illum non offendere, & non offendere; hæc igitur ratione cum præceptum diligendi Deum obligat, simul etiam obligat præceptum contritionis, si talis in peccatis fuerit. hinc patet quo tempore impoenitentia sit speciale peccatum.

Contra quartam Conclusionem. Prima Obiectio: Luca 7. Magdalena contritionem habuit perfectam, charitate formatam; ut testatur Saluator dicens. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. quod autem contritionem habuerit, patet, quia *lacrymis capis rigare pedes eius*. huiusmodi autem contritionem cum charitate non tantum habuisse, cum audiuit: *Remittuntur tibi peccata*

tua, dicendum est: quia primò doluit, & amavit, ergo multò prius Magdalena habuit contritionem cum charitate, quam remissionem peccatorum, & iustificationem obtinuerit per absolutionem, & per consequens contritio cum charitate non reconciliat hominem Deo extra absolutionem.

Respondeo cum Cardin. Bellarm. lib. 2. de Poeniten. cap. 14. Magdalenam ut habuit contritionem charitate formatam, iustificatam fuisse antequam Saluator diceret, *Remittuntur tibi peccata tua*. Nec hoc est inconueniens, quia Marci 5. etiam legitur Dominum cuidam mulieri dixisse, quam iam prius ab infirmitate fluxionis sanguinis sanauerat. *Esto sana à plaga tua*. & tamen iam prius sanata fuerat. his igitur verbis curationem iam factam confirmavit. idem ergo dicendum est de verbis illis, *Remittuntur tibi peccata tua*. confirmavit enim remissionem iam prius obtentam per perfectam contritionem. in quo sensu Sacerdos etiam intelligi debet, cum dicit, *Absolue te, &c.* Si poenitens per contritionem remissionem peccatorum adeptus fuerit.

Secunda Obiectio. Ioan. 14. *Qui non diligit me, sermones meos non seruat*: Sed Cathecumeni ante remissionem peccatorum sermones diligenter obseruant, ergo Cathecumeni antè remissionem peccatorum Deum diligunt, ergo contritio cum charitate antè Sacramenta non iustificat.

Respondeo nullam hic esse difficultatem: nam Deus non est ita alligatus Sacramentis, ut extra illa peccatorem iustificare non valeat. itaque dato quod Cathecumenus contritionem, & charitatem ante susceptionem baptismi habeat, proculdubio antequam baptizetur iustificatus erit. Nec tamen à baptismo abstinere debet, primò quia est de præcepto Domini. Secundò, quia nemo certitudine fidei in qua non potest subesse falsum scire potest se esse iustificatum, & præcipue extra Sacramenta: idcirco quisque tenetur Sacramenta suscipere. Tertio, quia pie credi potest tunc fieri saltem augmentum gratiæ.

Tertia Obiectio. *Si quis diligit me, sermonem meum seruat, & Pater meus diligit me, & ad eum veniemus, &c.* Hic igitur est ordo iustificationis, ut primò quis Deum diligit, deinde mandata seruet, postremò per aduentum Patris, & Filij, & Spiritus sancti peccata omnia remittantur.

Respondeo hanc obiectionem nihil contra nos habere. Primò, quia licet ordo iustificationis his verbis describeretur: attamen Saluator tunc temporis diuturnitatem pro iustificatione obtinenda non insinuat; sed ordinem ponit circa actus voluntatis quos homo elicit, cum iustificatur: non enim dicitur hominem iustificandum hodie vel mane debere primò Deum diligere, vespere vel cras mandata seruire, & postridie iustificari: multa enim simul fiunt, quæ per prius & posterius describuntur. nam solem priorem esse radijs, & ignem calore dicimus; & tamen sol semper est & fuit cum radijs, & ignis cum calore. est itaque illa prioritas ordinis, non autem diuturnæ durationis. Secundò, quia ibi non dicitur, Si quis diligit me sermonem meum seruat, & Pater meus diligit eum, & ad eum in Sacramento veniemus: vnde ergo ex his verbis elicitur, remissionem peccatorum in Sacramento tantum obtineri?

Sacerdos absoluit iustificatum per actum contritionis, per illud verbum absoluit, confirmat habitam absolutionem.

Deus non est ita alligatus Sacramentis ut extra illa non valeat hominem iustificare.

Verba citata docent ad iustificationem prærequiri dilectionem & propositum non peccandi, sed seruandi mandata, ut Ecclesia Catholica docet hoc autem in quo diximus nihil officit.

Regula communis hæc materia

Qui aliquem diligit, si enim prius offenderit, displicet eum offendisse, dum eum diligit.

Poenitentia est idem præceptum eum præcepto dilectionis Dei, & virtualiter ibi continentur.

Adde quod potest rectè intelligi de accessu diuino per augmentum gratiæ, quia supponi debet iustificatus, qui Deum diligit, & mandata seruat; ergo cum subdit, *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*: intelligitur per collationem maioris gratiæ, & perseverantiæ, &c. Non sequitur ergo posse hominem Deum vere diligere, antequam iustificetur, & veniam obtineat peccatorum.

Quarta Obiectio. Act. 22. Ananias Paulo, quem perfectè conuersum esse, & vas electionis factum ab ipso Domino audierat, sic ait: *Et nunc quid moraris? exurge, & baptizare & ablue peccata tua inuocato nomine illius*: ergo tunc fit tantum remissio peccatorum, cum Sacramentum suscipitur; & consequenter contritio cum charitate, non est causa remissionis peccatorum extra Sacramentum.

Respondeo Ananiam sic optimè locutum fuisse, duplici respectu: primo, quia an Paulus esset de facto iustificatus, licet secundum propositum Dei vas esset electionis, non erat certus; cum hoc certo sciri non possit remota reuelatione; ideo remissionem peccatorum suæ causæ tribuere debebat, nempe baptismo; & hac ratione dixit: *Exurge & baptizare & ablue peccata tua*. Secundò, quia quisque tenetur suscipere baptismum, dum Christianæ militiæ adscribi desiderat; & regulariter tunc quisque iustificatur, & remissionem accipit peccatorum, cum baptizatur; licet sit possibile primò hominem iustificari, positis requisitis. Ananias ergo regulariter, & ut plurimum accidit, locutus fuit. Non rectè itaque ex his verbis infertur, contritionem perfectam formatam charitate non esse causam iustificationis extra Sacramentum.

Quinta Obiectio. 1. Cor. 16. inquit Apostolus: *Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, anathema sit*. At impium est execrari Cathecumenos, & poenitentes anhelantes remissionem peccatorum: ergo in illis est charitas Christi ante remissionem peccatorum, quia diligunt Christum; ergo datur in homine contritio & charitas ante remissionem peccatorum.

Respondeo Apostolum tunc ad fideles baptizatos sermocinari, qui Christum diligere tenentur, & sunt de corpore Ecclesiæ, extra quam fieri possunt per anathema; quia per baptismum iam sunt ingressi; non autem ad Cathecumenos. Cum autem dicitur, Cathecumenos, & poenitentes habere charitatem & contritionem: dico si veram contritionem habent cum debitis requisitis, tunc iustificari, & remissionem obtinere peccatorum, vt dictum est, ante Sacramenti susceptionem: quapropter non sequitur dari aliquando contritionem perfectam in homine, absque remissione peccatorum. quæcumque autem assumuntur de Cathecumenis ad hanc veritatem impugnantiam, per ea quæ dicta sunt, soluntur. Nam si tales contritionem perfectam & dilectionem, vt oportet, habeant ante baptismum, iustificantur; si autem contritionem non adeo perfectam, nec tantam dilectionem, quanta & qualis oportet, tunc per Sacramentum iustificantur, & remissionem obtinent peccatorum, non enim negamus in poenitentibus dari dilectionem Dei ante remissionem peccatorum, sed dicimus

talem dilectionem non esse super omnia, sicut oportet: ideo ea est dispositiua ad iustificationem, nec talis repugnat cum peccatore: sicut cum statu peccati repugnat vera dilectio Dei super omnia sicut oportet; & de hac loquimur, & de perfecta contritione, cum dicimus illam iustificare ante Sacramenti susceptionem, non autem de ea quæ non est plenè perfecta, quæ cum statu peccati non repugnat, licet ad remissionem peccatorum disponat.

Contra quintam Conclusionem Prima Obiectio ex Lutero serm. de Poeniten. Contritio ex timore præcepti & minarum, extorta est ac violenta, & peccatum auget, ergo mala est, & inutilis: assumptum psobatur.

Nam remoto præcepto & minis, qui prius ex timore dicebant sibi displicere peccatum, iam dicerent sibi placere, & eo magis peccant & peccatis suis afficiuntur, quo magis coguntur: non autem volunt illa odisse, siquidem lex & cognitio peccati, magis abundare facit peccatum: vt inquit Apostolus Rom. 5.

Respondeo contritionem seu attritionem quæ est detestatio peccati ob timorem poenæ, non esse extortam & violentam, sed voluntariè toleratam, quia rejici potest à voluntate, quæ imperare potest intellectui aliarum rerum considerationem; & potest à consideratione grauitatis poenarum illum retrahere: cum verò homo attritus id non facit, sequitur eum voluntariè timere & peccatum detestari: licet timor sit immixtus à Deo in peccatorem, vel à quocunque. Næc verum est eam peccatum augere, quia mouet ad detestationem peccati. Assumptum autem falsum est, quia falsum supponit: dicit enim, attritum affirmare sibi placere peccatum, si poena non esset; at hoc gratis dicitur; quia attritio, quam dicimus vtilem esse & bonam, non admittit complacentiam de peccatis, cum sit detestatio illorum; qui autem talem actum complacentiæ haberet, vtique peccaret, nec esset verè attritus, quia peccatum non rectè detestaretur. Talis autem attritio mala est, nec sufficiens ad Sacramentum Poenitiæ dignè suscipiendum. Cum dicit quòd lex & cognitio peccati magis facit abundare peccatum; hoc non facit ad rem, quia lex & cognitio peccati non facit peccare, cum non cogat voluntatem ad legem transgrediendam, licet occasione legis oriatur peccatum in volente illam transgredi; sed hoc quid ad rem?

Secunda Obiectio ex Lutero serm. de Poeniten. Nemo potest perfectè odisse aliquid, cuius contrarium non prius dilexerit, cum amor sit prior odio, & odium ex amore naturaliter fluat. ex quo sequitur non esse verum odium peccatorum quod ex timore poenarum oritur, sed illud solum quod ex amore iustitiæ nascitur: ergo peccatores poenitentes non debent attendere ad peccati foeditatem, sed ad pulchritudinem virtutis.

Respondeo falsum esse assumptum Lutheri si sumatur vniuersaliter. Nam quisque potest aliquando aliquid odire, cuius oppositum prius non dilexerit ver. gr. si alicui, superbus vel superbia representetur, talis illum verè potest odio habere, licet prius non dilexerit humilitatem, sed circa illam indifferenter se habuerit. non repugnat itaque Sortem actum indifferentem habuisse circa virtutem, dum

Dilectio Dei super omnia, vt oportet, repugnat poenitenti non iustificato, seu peccatori non repugnat autem aliqua Dei dilectio.

Attritio seu dolere de peccato ob timorem gehennæ tunc bona est, cū continet detestationem peccati; si autem, sufficiens non est ad poenitiæ sacramentum.

Cathecumeni si ante baptismum iustificantur, remissionem tunc obtineant peccatorum.

Non repugnat
aliquid odio ha-
beret licet oppo-
situm non fuerit
amatum & prius
dilectum.

omni actu odio habet vitium tali virtuti opposi-
tum. Ex quo sequitur hominem posse odio ha-
bere peccata, licet prius non precedat dilectio
actualis circa iustitiam & Deum: sicut accidit in
cristo; qui detestatur peccata ob timorem poenae,
licet non praecesserit actualis dilectio Dei, & amor
virtutum.

Tertia Obiectio ex eodem Luthero in assert. art. 6.
quod non fit ex charitate hypocrisis est & simulatio;
et tunc non ex timore concepta, non oritur ex chari-
tate; ergo simulata & hypocritica est.

Respondeo illud; quod non fit ex charitate, tunc
esse hypocrisis, si sub specio & veste charitatis ma-
nifestetur. Hypocrisis enim & simulatio est unum
pro altero in hoc genere ostendere. Contritio autem
est timore concepta, quae est attritio quam vitium
dilectum non ostendit apud peccatorem: vera contritio;
sed attritio est; scilicet desolatio peccatorum ob
timorem poenae: Ideo non est simulata & hypocriti-
ca. Obiectio itaque inanis super insipientiam volun-
tariam hypocrisis: unde obiectio est hypocritica.

Quarta Obiectio ex Luthero in Epitola ad Vica-
rium Ordinis sui; poenitentia nihil amarum aut aspe-
rum sonans sed rem dulcem & suaviem; timor autem
penam habet, ut scribit Ioannes; ergo non pertinet
ad poenitentiam.

Respondeo assumptum esse falsissimum, & con-
tra Apostolum dicentem 2. Corin. cap. 7. Gaudete
quia constituti estis ad poenitentiam: & cum poeni-
tentia virtus sit iustitia: poenitentia imperat;
Lutherus autem dicit esse dulcem & suaviem, quia
de illis est quos praedixit Apostolus ad Roman. cap.
16. Rogavit enim vos fratres, ut observetis eos qui dissen-
siones & offendicula; praeter doctrinam: quibus non danda
estis, faciunt; & declinate ab illis: Huiusmodi enim
Christo Domino nostro non servant, sed suo ventri, et
per dulces sermones & benedictione seducunt condan-
nacionem.

Quinta Obiectio. Timor servilis inordinatus est,
ergo malus; cum magis penam, quam culpam in-
spiciat.

Respondeo timorem servilem inordinatum esse,
respectu timoris filialis, quo quis timet culpam, &
Deum offendere; quomobrem imperfectus est, sed
non magis, imo utilis; quia melius est peccatum ali-
quo modo detestari quam nullo modo; licet peccatum
optimè detestetur, ut est de offensivis; tamen bene
detestatur etiam timore poenae, comparando ad
alium peccatorem, qui peccatum nullo modo de-
testatur.

Timor servilis in
ordine ad timorè
fidelem imperfectus
est, sed comparatus
ad peccatum nullum
timorem habentem
bonus est & utilis

cap. 135. dicebat enim haesitans in confessionem non
esse iure Divino sed Papali inductam, & mandata
tam. quem deinde sequutus est Lutherus in
Captivitate Babylonica cap. de poenitentia. quicquid
est talem confessionem esse talem, sed liberam;
sec de omnibus peccatis faciendam esse: licet idem
confirmat in sermone de Confessione; & Pa-
charitatis libro de ratione confitendi cap. 6. libro
contra Latomum; in visitatione Saxoniae anno
1528. & in articulis Smalchaldicis anno 1537: in
artic. de Confessione.

Calvinus lib. 3. Institut. cap. 4. §. 7. negat
Confessionem esse de iure divino: concedit ta-
men olim aliquando fuisse in usu; sed libere
aliquibus fieri solere; nec aliquem ad id obliga-
ri posse, nec ad singula peccata narranda; & Ec-
clesia Catholica docet: licet postea §. 19. Con-
fessionem auricularem rem poenitentem esse dicat;
Kerminus in 2. par. examinis cap. 5. de poeni-
tenda pag. 1021. dicit Confessionem in genere
faciendam esse, & poenitentem deinde instructam
de hac materia absolvi debere à peccatis. Hoc
idem docet Brentius in Confessione Witten-
bergenfi articulo 1. de Confessione.

Doctrina autem de Confessione Sacramen-
talem quam habet & semper habuit Ecclesia Ca-
tholica illa est, quae à Concil. Trident. sess. 14. cap.
5. his verbis recensetur. Ex institutione Sa-
cramentis poenitentiae: tam in peccatis, quam in
Ecclesia semper intellexit institutionem etiam esse ad
omnem integrum peccatorem confessionem, & poenitentiam
post baptismum lapsi, sine divino necessitate
existere. Quia Dominus noster Iesus Christus: & ser-
vis ascendens ad Calvariam: Sacerdotes supplexit. Vica-
rios reliquit, tanquam praefectos & iudices: ad quos
omnia mortalia crimina deferantur, in quibus Christi
fideles ceciderint, quo pro potestate clamum remis-
sionis aut retentionis peccatorum sententiam pronun-
tiant.

Constat enim Sacerdotes, iudicium hoc; inco-
gnita causa, exercere non potuisse, neque equita-
tem quidem illos in poenis imungendis servare po-
tuisse, si in genere dimittas; & non poenitentiam
specie, ac sigillatim sua ipsi peccata declarassent. ex
his colligitur, oportere à poenitentibus omnia peccata
mortalia, quorum poenitentem sui conscientiam
conscientiam habent, in Confessione recenseri, etiam
si occultissima illa sint, &c.

Pro eius doctrinae corroboracione & defen-
sione; duas ponimus Conclusiones: quibus praem-
issis, quae Sectarij obijciunt, nullius esse valoris
ostendemus.

Prima Conclusio. Confessio peccatorum in
Sacramento poenitentiae, iure divino est facien-
da Sacerdoti, qui iudex est poenitentium. Pro-
batur; illi faciendam esse confessionem peccatorum iure
divino, qui iure divino potestatem habet remitte-
ndi & retinendi peccata; at talis est tantum
Sacerdos, qui est minister Ecclesiae; ergo talem
idei Sacerdoti iure divino faciendam esse confes-
sionem peccatorum. Maior patet, nam ibi vulnus aper-
niendum est, ubi medicina & salus haberi potest
& debet; ad à Sacerdote tantum potest haberi;
ministerialiter loquendo, remissio peccatorum;
quia illi in persona Apostolorum dictum est
Ioh. 20. Quorum remiseris peccata remittentur
eis, & quorum retinueris retenta sunt. Ergo Sacer-
dote

Opiniones Secta-
riorum de confes-
sione sacramen-
tali.

Opiniones Secta-
riorum de confes-
sione sacramen-
tali.

Doctrina Ecclesiae
Catholicae de con-
fessione sacramen-
tali.

Confessio pecca-
torum est de iure
divino.

DISPUTATIO IV.

De Confessione qua est secunda pars poenitentiae.

Confessionem sacramentalem coram Sacerdo-
te faciendam de peccatis proprijs, prius qui
negaverunt, fuerunt Montanistae, & Novatiani, ut
in superioribus disputationibus dictum est: Secunda
fuerunt Iacobitae, ut refert Alfonso de Castro libro
contra haereses verba; Confessio. Tertius, Ioannes
Wicleffus, ut refert Waldensis contra de Sacram.

Qui fuerint pri-
mi haeretici circa
confessionem pec-
catorum sacramen-
talem.

413 DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA

doti consistenda sunt peccata pro illorum remissione obtinenda. Minor prioris syllogismi patet, quia ministerio Apostolorum, precipue in huiusmodi rebus, succedunt Sacerdotes Ecclesie Ministri: non enim cum Apostolis obijt officium Ministrorum Ecclesie; sed sicut eadem est Ecclesia in quibus, quibus illis, quae tunc erant succedunt, sic eadem est Ecclesia in ministris, quae Apostolis qui tunc ministri erant, succedunt. idcirco Apostolus 1. Cor. 4. dicebat. *Sicut nos existimamus homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei.*

Ratio effectus de legitima successione ministrorum Ecclesie.

Sed dicis, Apostoli & Sacerdotes habent utique potestatem remittendi peccata, sed non est necesse peccata numerare coram illis, nec illi sunt iudices, sed exequutores alieni beneficii; satis est ergo se esse peccatorem confiteri.

1592
1591
1590

Contra, Sacerdos in remissione vel retentione peccatorum est iudex; ergo debet in speciali causam, quam debet iudicare, audire & examinare, ut iustam possit ferre sententiam, sequela patet. Anteced. probatur. Ille est iudex in aliqua causa, qui potestatem habet illam soluendi, & non soluendi, remittendi & retinendi, ut patet: at sic se habet Sacerdos iure diuino, ut habetur Ioan. 20. *Quorum remisistis peccata remittantur eis, et quorum retinueritis retenta sunt.* Ergo Sacerdos est iudex in remissione peccatorum. restans patet.

Restituitur ecclesie Sacerdotum.

Dices pro Caluino lib. 4. instit. cap. 11. § 1. hac potestas remittendi peccata nil aliud est, quam promittere ex verbo Dei remissionem peccatorum his qui credunt, & damnationem edicere his qui Christum credere nolunt; quia haec, inquit, est summa Evangelij, quod omnes serui peccati & mortis solimur ac liberamur per redemptionem quae est in Christo Iesu; qui verò Christum liberatorem, ac redemptorem non suscipiunt, aeternis vinculis addicti sunt.

Contra sic argumentor. Si hac potestas dimittendi & retinendi peccata est tantum pro his qui credunt vel nolunt credere Euangelio, & non pro illis qui post Baptismum peccauerunt & poenitentiam gerunt, sequeretur Apostolos & Sacerdotes posse etiam credentibus retinere peccata, consequens est absurdum, ergo & assumptum Caluini absurdissimum est. Prima sequela probatur, quia in voluntate Apostolorum ponit Dominus potestatem remittendi & retinendi peccata, dum dixit: *quorum remisistis remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt*, ergo credentibus, stante eorum fide, poterant retinere peccata; quod impium esset & iniustum. Praeterquamquod si remissio peccatorum habetur, quia quis credit Euangelio, sequeretur eum qui credit habere potestatem hanc retinendi peccata: at hoc est contra textum Evangelij, ut patet. ergo talis expositio extorta est & inanis. Prima sequela probatur, quia credere est in voluntate credentis, & non in voluntate praedicantis Evangelium credendum. ergo si ab actu credendi penderet remissio peccatorum, in credente esset potestas hanc remittendi & retinendi peccata: sed Evangelium docet esse in Apostolis & Sacerdotibus; ergo talis glossa Sectariorum est contra Euangelium, & etiam contra Apostolum qui 1. Cor. 7. se iudicem peccatorum & poenitentium esse dicit his verbis. *Omnia audistis inter vos fornicatio, & salubris fornicatio qualem nos inter gentes, ut a uxorem patris sui aliquis habeat: & vos in flatu estis, &c.*

Ineptus Caluini seijciuntur.

Ergo quidem absens corpore praesens autem spiritu inuidentibus ut praesens cum quibus operatur est, ut nomine.

Dominus nostri Iesu Christi, congregati uobis & manserunt cum uobis Dominus nostri Iesu, ut ad ea huiusmodi facta in interitum carnis, &c. & postea. Quid autem intus de his qui foris sunt iudicare, &c.

Praeterea, si remissio peccatorum, de qua hic loquimur, non penderet à iudicio & sententia Sacerdotis, licet ministerialiter; sed esset tantum in illis potestas annunciandi ea esse remissa, ineptè dictum esset, *quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt*; sed sic aptè dici debuisset, *Quorum peccata annunciaueritis remissa, remissa erunt, & quorum dixeritis retenta esse, retenta erunt*, at non sic dicitur, sed *quorum remisistis & retinueritis*, ergo talis expositio est contra directum sensum huius Scripturae. Quid enim ineptius hac expositione, quorum remisistis peccata, quorum annunciaueritis remissa. Prima intert actiuam potestatem iudicandi & iudicandi. secunda potestatem praeconiis, & buccinatoris. O egregiam expositionem? ver. gr. Si Rex aliquos constituat iudices Regni, dicens, quorum transgressiones & mala opera remisistis, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt; & aliquis talem potestatem interpretari uoluerit, de seruitio satellitis vel praeconiis; nonne ineptua esset, & iniuria afficeret Regem, & eum qui ab illo potestatem iudicandi accepit? ita in calu. eant ergo huiusmodi extortae expositiones, ex cogitata ab Apostatis, tantum ad depressionem Pontificiae, & Ecclesiasticae potestatis: cum potius cum Turbis proclamare debuissent, *Matth. 9. Benedicite Domini qui dedit talem potestatem hominibus.*

Secundò probatur Conclusio per figuras, quae de Confessione hac praecesserunt in veteri Testamento, idque iure fieri debet, quia mysteria omnia noui Testamenti, in veteri figurata fuisse constat: docente hoc Apostolo 1. Cor. 10. his verbis. *Omnia in figura contingerant illis.*

Prima itaque figura habetur Gen. 3. & 4. ubi Dominus ab Adamo & Eua, & deinceps à Cain proprii peccati Confessionem exigit. secunda habetur Leuit. 13. *Locus usque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Homo cui tunc color & carnis ortus fuerit diuersum color, sine pabbula, aut quasi lucens quappam, id est plaga lepra, adducetur ad Aaron Sacerdotem, uel ad unum quem libet filiorum eius, &c. Plaga lepra est, & ad arbitrium eum separabitur. & cap. 14. Hic est ritus leprosi, quando mundandus est: adducetur ad Sacerdotem, &c.*

Confessio sacramentalis probatur per figuras veteris Testamenti.

Sicut igitur cognitio leprae corporalis, quae peccatorum est expressa figura, iure diuino ad Sacerdotes Leuiticos spectabat: sic cognitio leprae spiritualis sempè peccatorum in nouo Testamento ad Sacerdotes Euangelicos pertinet. Quidquid autem contra hanc figuram susurrat Caluinus lib. 3. instit. cap. 4. §. 4. inane est & ineptum: dicit enim Sacerdotes Catholicos ex hac figura usurpare sibi cognitionem leprae materialis, quod tamen falsum est, cum hoc medicorum sit.

Secundò quòd translato Sacerdotio veteris testamenti ad Christum Dominum, illi soli omnis potestas data est, ceteris autem id est nobis, nihil, & hoc etiam inane est, quia concedimus soli Christo hanc potestatem in se remittendi peccata, principaliter, sed non est neganda à Sacerdotibus hac eadem potestas ministerialiter: cum dicat Apost. 1. Cor. 4. *Sicut nos existimamus homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.*

Responsum Caluini sunt falsa misericordiam.

Et

de Ioan. 20. hanc potestatem eis dedit: Quorum
vniuersis peccata, &c. de hoc iure factum est; cum
Christus non sit in Terris secundum presentiam
naturalem, que ad regendam Ecclesiam suam,
& ad huiusmodi potestatem exercendam requi-
situr.

Testim. antiqu.
Ecclesie. seu pri-
mitiuus.

Tertio probatur Conclusio testimonio antiqui
Ecclesie Catholice. Clemens Romanus discipu-
lus Petri Apostoli lib. 2. Apostolicarum Constitu-
tionum cap. 11. inquit. Quo circa stude Episcopo,
ut inuicem pariterque sis, locum tuum dignitatemque
tuis actionibus declara: ut potes qui exemplar Dei apud
homines representas, presidendo omnibus hominibus;
Sacerdotibus, Regibus, Magistratibus, parentibus;
sibi, & pariter cunctis. Ac sic quidem in Ecclesia
suo sermone faciens, ut qui potestatem habet iudi-
candi eos qui peccauerunt: quoniam uobis Episcopus
dicitur est, quodcumque legaueris super terram erit ligatum
& in calis. & quodcumque solueris super ter-
ram, erit solutum et in calis.

Et cap. 12. Iudica igitur Episcopo potestate fruem
tanquam Deus, sed penitentes recipere, Deum enim miseri-
cordia est. &c. & cap. 15. Recipite ergo libenter ac
letis penitentes: & iudicate cum misericordia ac miseri-
cordia peccantes. ergo Sacerdotes sunt iudices pec-
catorum penitentiam post baptismum.

Calixtus I. qui Ecclesie presuit anno Domini
218. in Epist. 2. ad omnes Episcopos Galliarum,
propè finem, inquit. Errant enim qui putant
Domini Sacerdotes post lapsum, si condignam ege-
runt penitentiam, Domino ministrare non posse; & suis
honoribus frui; si bonam demceps uitam duxerint, &
suum Sacerdotium condignè custodierint. Et ipsi qui
hoc putant, non solum errant, sed etiam contra tradi-
tam Ecclesie clauem disputare & agere uidentur; de qui-
bus dictum est Matth. 18. Quicumque solueris in
terra erunt soluta & in calo. alioquin hac sententia aut
Domini non est, aut uera est.

Cyprianus Epist. 52. ad Antonianum, quæ ha-
betur tomo 1. Conciliorum inquit, propè finem.
Quod si inuenimus à penitentia agenda neminem de-
bere prohiberi, & dopracantibus atque exorantibus
Domini misericordiam, secundum quod ille misericors
& pius per Sacerdotes eius pacem posse concedi: admi-
rendum est plangentium gemitus, & penitentia fructus
delentibus non negamus. Et quia apud inferos con-
fessio non est, nec exomologosis illic fieri potest: qui ex
toto corde penituerint, rogauerint, in Ecclesiam de-
bent interiri suscipi, &c.

Testim. solemn.
Conc. Niceni I.

Concilium Nicenum Generale primum Can. 12.
apertè docet Sacerdotes iudices esse peccatorum
penitentium, his uerbis. Quicumque uocati per gra-
tiam, primum quidem impetum monstrauerint, depo-
nentes multas singulam, postmodum uerò ad proprium
uinitum sunt relapsi, ita ut quidem & paruas tri-
buerint, & beneficii multam repeterent; hi decem
annis post trimum tempus, quo inter audientes erunt,
in afflictionem permittantur. sed in his omnibus pro-
positum, & speciem penitentia conuenit explora-
re, &c.

Innocentius I. qui Ecclesie presuit anno Do-
mini 402. in Epist. ad Decentium Episcopum E-
gubinum cap. 7. inquit. De penitentibus uerò, qui
sunt ex grauioribus commissis, sine ex leuioribus pen-
itentiam gerant, si nulla interueniat, quanta Fortis
ante Pascha eis remittenda; Romana Ecclesia con-
suetudo demerit. Ceterum de pondere agendum

delictorum Sacerdotis est indicare, ut attendas ad con-
fessionem penitentis, & ad fletus atque lachrymas cor-
rigentis, ac cum inbere dimitti, cum uideris congruam
satisfactionem.

August. lib. 1. de uisitatione infirmorum cap. 2.
tomo 9. inquit. Ad tanti igitur itineris no deficiat
in uia substantiam, grande uaticium tibi est necessarium.
In muro ciuitatis superna apponendus es lapis unum, in
cuius adificatione non audis strepitum aut mollem. hic
preferendus est strepitus, hic adificandum est lapidi mal-
luis, hic contereudum est totum lapidum quod audi super-
natantium, strepitus sit peccatorum tuorum recorda-
tio, super quibus superbrepet in aure Sacerdotis hu-
millima tua confessio iuxta dicitur Apostoli Jacobi. Con-
fitemini alterutrum peccata uestra.

De hac Confessione idem August. lib. 2. de uisi-
tatione infirmorum cap. 4. sic ait, Sunt quidam qui
fessioere sibi ad futurum uitam aut si soli Deo, cui nihil
detractum est, quem molles iacet conscientia, sui con-
firantur crumena. Nobis enim, aut erubescunt, sine
deignum ostendere se Sacerdotibus, quos tamen
inter legum & lepram deferre per legulatore con-
firantur Dominus. Sed uolo ut ipsa decipiaris opmione,
quatenus confidat in confideri coram Domino Vicario,
tabescens pra rubore, uel rruiculus pra indignatione:
nam ipius subuidam est humiliter iudicium, quem
Dominus sibi non dedignatur vicarium. Ergo ad ta
uenit roges & sacerdotem; & fac ipsam conscientiarum
tuarum penitus particeps, non seducat te somnium
illa superstitio qua in uisitando confirmat, quia solus
Sacerdote inconfulto ad Deum peccatorum confessio.
Nos autem non abrogamus quem sit ad Deum frequen-
ter referenda confessio peccatorum. Beatus enim qui
tenet & altaria parando: uel maxillos suos ad petra.
Petra autem Christus est. Sed testamur, & testatur
illud sana doctrina, ut ubi applaudentium sanca auribus,
quoniam prius eges Sacerdotis, qui mediator sit
ad Deum tuum salubris iudicio, alioquin & sub lege,
& sub gratia: sic & ostendit uos Sacerdotibus, res-
ponsum ducimus quomodo consummaretur. Confite-
mini alterutrum peccata uestra, quomodo compleretur
ergo creaturam tuorum arbitri Dei uici, dominus ad-
hibeatur presbyter, & rruela ei uia tua, & ipse tibi
exhibebit antidotum reconciliationis. Neque quidem,
sicuti quidam faciunt, cum quadam caliditate allo-
quarum presbyterum, &c. & paulò post.

Testimonium SS.
DD. antiquorum.

Tu uerò si lo mi non isã facis, quoniam saniori con-
fessio reddentus as. Assanteu coram te Sacerdotem
Angelum Desexistima. tabu quidem Sacerdotis, aut
Abulachui, custodians scientiam & legem requirunt
de ori eius, Angelus enim Dominus exercituum est,
& cum quæ sit Deum, & Angelum eius decet reue-
rentia, Dei ministrum affari. apert ei penetrata tuo-
rum abditissima latibula, conscientiarum uerecundia-
rum penitentiæ rruela repingula. Non te pudeat coram
eius dicere, quod te non puduit forsis coram multo, &
cui multo facere. nam humani est peccare, Christiani
est à peccato desistere, diabolicum est persequere, &c.

Chryostomus Homil. 9. super caput 6. ad Hebr.
tomo 4. ait. Est autem penitentia, & magnam ha-
bet uim, & qua potest eum qui est peccati uincens
si uelit, liberare ab onere peccatorum, &c. Quomodo
ergo est medicamentum penitentia, & quomodo
conficitur? primum est ex suorum peccatorum condem-
natione, & ex confessione, &c. & infra: & se in Sa-
cerdotes ut conuenit gerere, & si fecerit, inquit, quæpiã
peccata, remittentur ei, &c.

Hieron.

Hieron. in cap. 10. Ecclesiasten. tomo 9. ait. Si quem serpens diabolus occulit in morderit, & nulla conscientia peccati veneno infecerit: si tacuerit qui percussus est, & non egerit penitentiam, nec ulius suum fratri & magistro voluerit confiteri, & magister qui linguam habet ad curandum, facile et professa non poterit. si enim, erubescat, agrotus vulnus medicina confiteri quod ignorat medicina non curat.

Et lib. 3. in Matth. cap. 16. tomo 9. ait. Quomodo ergo tibi leprosum sacerdos mundum vel mundum dabo sciri: sic et hic alligat, vel soluit. Episcopus vel Presbyter non eos qui insensati sunt, vel nocentissimi praefixo suo, cuius peccatorum aduersari varietates, seu qui ligaverit, quae salvandae.

Gregorius Homilia 40. in Evangelia tom. 2. ait. Quid est ergo peccatorum confessio, nisi quaedam viderum ruptio? quia peccata vultu salubriter aperitur, non confessione, quod pestifera lachryam mentis, & postea. Canum etenim lingua vulnus dum linguat, curat a quo & Doctores sancti dum in confessione peccati, nostras vultu instrunt, quasi vulnus menti per linguam arguant. Et lib. 8. Moralium super Job cap. 15. inquit, si ceterum quocumque, quia sapientia & reprobi peccata confitentur, sed de seipso contemnunt, oblectantem culpam, sua quae vultu confessione aperiant, distincto animadvertentis, se ipsis insipienter, & postea. Confessionem quae vocis solus necesse est ut morior excusata, ne vultu proditum, sed neglectum, quod locutus iam per humanum notitiam tangitur, deterrere putrescat. Quo contra Psalmista plagam cordis non saluum datur exequi, sed decessit, etiam me de amemento maceris adhibebat. dicens: huiusmodi meam ego pronunciaho, & rogabo pro peccatorum meo, pronunciando enim, occultum vulnus detegit, cogitando autem quid, aliud quam me detur meo, tum vultu apparet. & lib. 8. super Job cap. 15. 2. Regu. cap. 2. ait. Pronunciatio ergo casum, quid sunt nisi delectationis peccaminum? haec quidem offerre dicitur qui coram Deo sacerdotibus confitatur. & oblatio immolatur, quando eorum poena poenitendo destruitur.

Sedunda Conclusio. Confessio peccatorum de qua agimus, ad hoc, ut sit valida, debet esse de singulis peccatis, & circumstantiis aggravantibus, quorum poenitens recordatur. Probat. Sacerdos est iudex in absolute poenitentis, ut probatur est in antecedenti Conclusione, ergo ad hoc ut recte iudicet, & iustam poenam & satisfactionem imponere, debet illa omnia audire, & quia circumstantiae solent aggravare malitiam, & aliquando per illas, peccatum potest variare speciem, ver. gr. peccatum fornicationis cum virgine, vel cum nupta, vel cum consanguinea, &c. ergo poenitens debet omnia peccata, & etiam illorum circumstantias. Sacerdoti, cui confitetur, aperire.

Secundo probatur Conclusio per id quod legitur in Actis Apostolorum cap. 19. Tentaverunt autem quidam de circumstantiis Judaei exorcismi, in vocare super vos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu dicentes. Adhuc vos per Jesum quem Paulus predicat. Erant autem quidam Iudaei Scava principis Sacerdotum septem filij, qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus nequam dixit ei. Jesum non, & Paulum scio: vos autem quis estis? & insilens in eos homo, in quo erat demonium pessimum, & dominatur amborum in vultu corporis, ut ut nudi et vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus Iudaeis atque Gentilibus, qui habitabant

Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & nomen festabat. nomen Domini Jesu. Multique credentes veniebant, confitentes, & annunciantes, actus suos. Multo autem ex eis qui fuerant invidiosi scilicet a convenerunt. libros, & combusserunt eos in praesentia.

In hac Scriptura legitur confessio particularium peccatorum coram Paulo, qui erat Sacerdos, & motum talis confessionis fuit terror, quia timuerunt poenam & flagellum Dei, quod imminit fore per peccatores, quales illi erant qui non credentes in Christum Jesum cum invocabant, quae sua gratia, & hac ratione accesserunt ad Paulum Apostolum, & confessi sunt, & annunciarunt actus suos, non per numeraverunt omnia peccata sua, quia non dicitur ibi, annunciantes, se esse peccatores, sed annunciantes, actus suos, scilicet peccaminosus. Quia autem annunciant, nisi ut remissionem obtinerent, qui ad dictum est Apostolis Ioannis 20. Quorum remissionem peccatorum remittuntur eis, & quorum retinuerunt retenta sunt. Hi autem qui peccata sua confitentur, erant credentes scilicet Christiani, iam prius baptizati, & post baptismum lapsi, & ad Sacramentum poenitentiae accesserunt, praevio timore poenitentiae, ut dictum est.

Respondet Lutherus & Brennius in Comment. huius Scripturae per actus suos intelligi debere miracula, quid ineptius? Miracula sunt opera Dei, & non opera nostra. timor poenitentiae & flagelli Dei non cogit confiteri miracula quae Deus per homines operatur, qui confitetur fecit, sed movet hominem ad poenitentiam; ut divina virtutem fugiat peccatorum, & Syriaca editio, ut testatur Card. Bellarm. lib. 3. de poenitent. cap. 4. manifeste dicit annunciantes offensas suas. inanis ergo est responsio Lutheri, & Brentij.

Kemnitius exponens hunc locum dicit fuisse confessionem peccatorum in genere: vel confessos fuisse se aliqua peccata, sed non omnia. Sed veraque responsio est fuga miserorum, quia Scriptura dicit annunciantes offensas suas, & non aliquas offensas suas, ergo omnes offensas seu omnia peccata confessi sunt, & cum Scriptura dicas quod offensas suas confitebantur in numero plurali, cur intelligere debemus de confessione in genere, & non in specie? & cur aliquas offensas & non omnes? sunt magis & fugae huiusmodi expositiones; ut sensatis patet.

Et verè egregia est ponderatio Cardin. Bellarm. loco citato: vbi sic contra Calvium & Magdeburgenses ait. Vbiq; enim Scriptura cum absolute de peccatis loquitur, de omnibus peccatis intelligi solet, & debet; at si liceret exponere de quibusdam, & non de omnibus, absurdissimae sententiae in divinis literis inveniuntur. Dan. 4. Peccata tua elemosynis redime. Math. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Math. 9. Confite filio remittuntur tibi peccata. Luc. 7. remittuntur tibi peccata. Luc. 11. dimitte nobis peccata vestra. Ioan. 1. Ecce qui tollis peccata mundi. Act. 26. Absolve peccata tua invocato nomine ipsius. In his & alijs locis non ponitur signum univertale, & tamen nemo dubitavit unquam, quin subintelligeretur, & idem sit, Peccata tua elemosynis redime. & omnia peccata tua elemosynis redime. Quare secundum usum Scripturae confiteri, & renunciare actus suos, & offensas nihil potest esse aliud, nisi palam facere omnia peccata sua. Haec Bellarm.

Calvinus in Comment. super Acta Apostolorum

supra 2. 1. 7

Scriptura Actus Apost. docet confessionem particularium peccatorum.

Glossa Lutheri & Brennij est potius veteratiorum.

Circumstantie peccatorum sunt sacerdoti confitende.

rum in hunc locum cap. 19. contra nos sic loquitur. Hos semel legimus confessos esse: Papæ lex quotannis ut minimum repeti iubet. Isti sponte prodierunt: Papa necessitate omnes obligat. Lucas multos venisse dicit, non omnes: in lege Papæ nulla exceptio. Isti coram fidelium coetu se humiliarunt: Papæ longè aliud mandatum, ut clancularijs susurris in aurem proprii Sacerdotis obmurmuret peccator, en quam dextrè Scripturas ad probandas suas fallacias accommodant. Hæc Caluinus.

Papa Caluini esse funditur.

At huiusmodi nugæ dignæ sunt Sectarijs, quorū est tantum veritatem in dubium vertere, quomodo unquam fiat. nam semel legimus Act. 19. Ephesios confessionem fecisse peccatorum suorum, ergo semel tantum in toto vitæ cursu confessi sunt, negatur consequentia: quia Scriptura dicit, id tunc factum esse, & non semel faciendum esse, & causam assignat, nempe timorem diuinæ vindictæ: Adde quod licet Scriptura semel tantum huiusmodi Confessionis mentionem faciat, non sequitur semel tantum à nobis fieri debere, quia ibi narratur tantum, factam fuisse, & non semel faciendam esse. semel enim Dominus Eucharistiam dedit Apostolis, non rectè autem inferitur ex hoc quod & nos semel debeamus sumere Eucharistiam, quia ibi non docemur de numero actionis, sed de rei institutione, natura, valore, & usu, &c. sic in casu. ibi legimus Confessionem peccatorum in usu fuisse apud primos fideles; at ineptissimè inferitur, ergo semel tantum fieri debet. vera sequela est, ergo est diuina institutio, & præceptum; quia Apostoli mandata Domini docebant fideles: nec valet illa consequentia, ergo Papa non potest præcipere fidelibus ut saltem semel in anno confiteantur peccata sua, quia ad Papam spectat cura de ouibus Christi, & ipse reddere debet rationem Deo de animabus sibi commissis; nam legitur ad Heb. vii. *Ipsi enim perurgiant quasi rationem pro animabus vestris reddaturi*; iure itaque legem tulit ut fideles, qui negligentes sunt, circa usum huius Sacramenti, saltem semel in anno ad Deum redeant, & Deum offendisse poeniteat; & omnibus id præcipit, quia omnes debent esse diligentes pro salute animæ propriæ, & omnes debent Deum diligere, quod fieri nequit, nisi eum offendisse poeniteat. quid Caluino de hac re videtur? nunquid hoc malum est? sed illi satis est Catholicæ Ecclesiæ contradicere.

Ad illud quod Ephesij publicè confessi sunt peccata sua, & Papa præcipiat Confessionem auricularè. dico assumptum esse voluntariū & ineptum; quia Scriptura non dicit publicè vel secretè Ephesios confessos esse, sed dicit confessos esse actus seu offensas suas. id enim etiam sit in presenti, nam fideles publicè veniunt ad Ecclesiam & coram Sacerdotibus in loco publico confitentur, licet peccata soli Sacerdoti narrent; sic etiam & Ephesios fecisse dicendum est; quia non tenetur peccator nec aliquo iure constringitur omni populo sua crimina aperire; sed bene Sacerdoti, à quo absolutionem expectat, & recipere debet: itaque ex dictis fugitiuus Caluinus comprehensus est.

Tertiò probatur Conclusio per id quod legitur in ultimo capite Epistolæ Iacobi Apostoli. *Confitemini alterutrum peccata vestra.* quibus verbis docemur Confessionem peccatorum homini fieri debere, ei scilicet qui potestatem habet dimittendi peccata, ut sunt Sacerdotes quibus dictum est Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata remittentur eis.* Nec obstat

Iacobum dixisse, *Confitemini alterutrum*, quasi etiam laici laicis confiteri debeant peccata sua: quia de ijs tantum à quibus fructus talis Confessionis haberi potest, nempe remissio peccatorum, Apostolus intelligendus est. & per consequens de Sacerdotibus, qui hanc habent potestatem, loquutus est.

Secundò colligimus Confessionem debere esse omnium peccatorum in specie, quia non dicit *confitemini alterutrum vos esse peccatores, sed peccata vestra* in plurali numero. & cum sic legimus peccata in Scripturis, ut superius dictum est, de omnibus & singulis peccatis intelligere debemus sermonem fieri: cur etiam non sic in hoc loco? quamobrem August. hunc locum Iacobi, libro vno de visitatione Infirmorum cap. 4. tomo 9. interpretatur de confessione Sacramentali faciendâ Sacerdoti de omnibus & singulis peccatis. Sic enim ait. *De Confessione superiori tractatu te breuiter commonere feci, quod urgebat me ad alia tendendi curiosa necessitas. Nunc quoque de eodem confessionis capitulo recapitulationem compendiosam facere dispono. Sunt quidam qui sufficere sibi ad salutem autumant; si soli Deo, cui nihil occultum est, quem nullum latet conscientia, sua confiteantur crimina. nolunt enim aut erubescunt, siua dedignantur ostendere se Sacerdotibus, quos tamen inter lepram & lepram discernere per legislatorem constituit Dominus. Sed nolo ut ipsa decipiari opinione, quatenus confundari coram Domini vicario confiteri, tabescens præ rubore, vel cervicosus præ indignatione: nam ipsum humiliter subeundum est iudicium, quem Dominus sibi non dedignatur vicarium, & paulo post. *Ite & ostendite vos Sacerdotibus, responsum diuinum, quomodo consummaretur? Confitemini alterutrum peccata vestra, quomodo completeretur? ergo cicatricum tuarum arbiter Dei vice, dominus adhibeatur presbyter, & reuela ei vias tuas, & ipse tibi exhibebit antidotum reconciliationis: Naque enim sicuti quidam faciunt cum quadam calliditate alloquari presbyterum, quoniam talis allocutio tui ipsius foret decapitio. Accedens siquidem deceptio ad Sacerdotes, ita eum presentibus confitentes: Ego peccator, Domine Sacerdos, peccavi periurando, adulterando, fornicando, hominem occidendo, mentiendo, sacrilegium committendo, furando, rapiendo; hac omnia commisi, mea culpa, vel opere, vel voluntate. ita isti Deum iridentes, cum tamen non iridetur, confitentur, que non fecerunt interpolantes, reuelata velantes, ut sit idem in eodem peccatum denudasse, & nudatum obumbrasse, de quo Sacerdos tunc incertior recedit, cum certa incertè audierit, &c. Tu verò fili mi non ita facies, quoniam saniori consilio crediturus es. Astantem coram te Sacerdotem Angelum Deserxiſtina. labia quidem Sacerdotis, ait Malachias, custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: Angelus enim Domini exercituum est. & cum qua Deum & Angelum eius decet reuerentia Dei ministrum affari. aperi es penetrantium tuorum abditissima latibula, conscientiarum verecundarum penitiora reuella repagula. Non te pudeat coram vno dicere, quod te non puduit forsitan coram multis, & cum multis facere, &c.**

Confessio debet esse omnium peccatorum in specie.

Quartò probatur Conclusio ex 1. Epistolæ Ioan. cap. 1. vbi sic habetur. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus; ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Hinc duo colliguntur: primum, Confessio sacramentalis, nam dicit fidelis est ut remittat: is enim fidelis dicitur in exhibendo quid quod promittit, tribuit. & Deus fidelis est

Ioannes Apost. docet confessionem faciendam esse de singulis peccatis.

est in remissionem peccatorum, cum confitentur; quia promisit Ioan. cap. 20. Apostolis & Sacerdotibus se velle remittere, vel retinere peccata quæ in terris pœnitentibus remitteret vel retinerent. *Quorum remisistis peccata remittuntur eîs, & quorum retinueritis retenta sunt.*

Secundum, quod Confessio debet esse de singulis peccatis in specie. nam de peccatis in plurali numero loquitur. Præterea cum de peccatis in tali numero loquitur Scriptura, de omnibus peccatis loquitur, ergo etiam & hic. sensus ergo est, si confiteamur omnia peccata nostra; Si ergo omnia peccata confitenda sunt, habemus intentum quem in Conclusionem exposuimus.

Quintò probatur Conclusio veterum Patrum testimonio. Augustin. loco supra citato. *Ergo quæ mente grauius exacerbant facinora, Dei Angelo manifesta, idest Sacerdoti, nihil obscurum dicens, culpam nullis ambagibus inuoluens, nullis circumuisionibus quod verum est operiens. Designanda etiam sunt in quibus peccati loca, si recordari & tempora, cum quibus peccati personæ, non nomina ipsarum. etiam ut à peccato desistant secreto corrigenda familiaritas, in qua peccati labili ætas, quo gradu iam Ecclesia inseruebat, utrum semel an ex consuetudine, utrum necessitate, an ex voluptate cecidisti. hi enim omnibus sua insistant iudicia, &c.*

Chrysostomus Homil. 9. super cap. 6. ad Heb. tomo 4. ait. *Nam sicut qui ostium est ingressus, est intus: sic qui propria mala cogitat ac suppusat omnino venit ad eorum curationem; sin autem dicit, sum peccator; ea autem per species non cogitat ac suppusat, & non dicit hoc & illud peccatum admissi, nunquam cessabit, semper quidem confitens, curam autem nullam gerens correptionis.*

Ad obiectiones Sectariorum quas habent contra præmissas Conclusiones. Prima Obiectio ex Caluino lib. 3. instit. cap. 4. §. 7. Vnus confessionis etiam vetustissimus est, tamen liber fuit, & non aliqua lege mandatus; ergo non est de iure diuino. Antedens probatur, nam Innocent. III. legitur tantum necessitatem confessionis docuisse; idque barbaricis verbis, cum dicat. omnis vtriusque sexus, &c. quod faciti homines lepidè excipiunt, dicentes hoc præcepto teneri solos hermaphroditos, ad neminem verò spectare, qui sit vel mas vel femina.

Respondeo hanc obiectionem falsam & mendacem esse ex omni parte; nam vsus Confessionis nunquam fuit adeò liber, vt homo peccator illam omittere potuerit sine graui neglectu salutis propriæ. Nam cum omnis fidelis teneatur Deum diligere & charitatem habere; nec ea haberi possit sine detestatione peccatorum, & displicentia diuinæ offensæ, quia nemo verè aliquem diligit, cui non displicet eum aliquando offendisse, tutior via pro venia offensarum obtinenda, est, à Sacerdote absolutionem peccatorum; post exactam confessionem illorum habere, vt dictum est: non fuit igitur vsus confessionis, ita liber, vt Caluino placuit opinari.

Nec hoc rectè inferitur, quia nullum præceptum & lex Ecclesiastica ab initio de tali confessione faciendâ extitit, ergo non fuit semper necessaria huiusmodi confessio; falsissima enim est huiusmodi sequela; nam nec in aliquo generalis Concilij Canone ante Nicænum primum habetur consubstantialitas filij Dei, & tamen non sequitur tempore Concilij Nicæni filium Dei habere cœpisse consubstantialitatem:

vel quod antè Concilium Nicænum talis articulus de consubstantialitate ab vniuersa Ecclesia nõ crederetur: quia multa credit Ecclesia, & præcipuè ab initio credidit, tenendo traditiones Apostolorum, absque eo quod lex aliqua ab Ecclesia super huiusmodi rem figeretur; quia tales leges, vt plurimum factæ sunt ad hæreses & errores rejiciendos; quos homines, corrupti mente, contra communem fidem Ecclesiæ nouiter supereminare ceperunt. Præterquamquod Concil. Lateranense sub Innocentio III. non statuit legem de necessitate Confessionis faciendâ absolutè loquendo, quia huiusmodi lex ab initio viguit in Ecclesia, vt Augustin. superius citatus testatur. sed quia multi negligentes erant circa propriam salutem, & peccatorum veniam procurandam, Concilium mandauit omnibus fidelibus vtriusque sexus, vt saltem semel in anno Confessionem peccatorum emittant coram proprio Sacerdote.

Ad illud quod barbaricis verbis talis lex fuerit promulgata; quia tantum hermaphroditæ sunt vtriusque sexus; scurrilitas est Sectariorum.

Secunda Obiectio ex Caluino, loco supra citato. Nectarius Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus, vir & sanctitate & eruditione clarus, ritum peccata confitendi abstulit, vt refert Sozomenus: ergo confessio auricularis non est de iure diuino; quia si sic esset, non ausus esset illam auferre; & contra nos sic subdit Caluinus. Hic, hic aures asini isti arriquant.

Respondeo ex Card. Baronio super annum Domini 309. Nectarium minime abstulisse confessionem secretam sacramentalem, quæ coram Sacerdote iurisdictione habente fieri debet; sed vsum quandam pœnitentiæ & confessionis publicæ quæ in Ecclesia fieri solebat, præcipuè in signum maximæ detestationis criminum, & eximij doloris ea commississe; quod per publicam confessionem illorum obtestabatur, cumque occasione huius publicæ confessionis aliquod scandalum ortum esset, Nectarius illam prohibuit. Itaque Caluinistæ pro Caluino hanc rei veritatem addiscant.

Tertia Obiectio ex Caluino qui sic inquit Sect. 8. Hanc abrogationem tot locis euidenter Chrysostomus testatur, Constantinopolitanæ & ipse Ecclesiæ Præsul, vt mirum sit istos audere contramutire. *Peccata tua*, inquit Hom. 2. in Psalm. 50. *dicito ut deleat. Si confundarû alicui dicere quæ peccasti, dicito quotidie ea in anima tua: non dico ut confitearû confervo tuo, qui exbrobet. dicito Deo qui curat ea.* & addit Caluinus similia loca ex serm. de Pœnitent. & Confessione ex Hom. 5. de Incomprehensibili natura Dei, ex Hom. 4. de Lazaro. & Philippus in Confessione Augustana art. de Confessione similem locum adducit ex Homil. 31. in cap. 12. Epistolæ ad Hebræos.

Respondeo cum Card. Bellarm. lib. 3. de pœnit. cap. 15. Chrysostomum sequutum Nectarium antecessorem suum talia loqui de publica Confessione aliquorum peccatorum, quæ tunc fieri solebat, & in vlu fuit in primitiua Ecclesia pro expiatione illorum peccatorum, quæ coram Ecclesia erant manifesta: quam Nectarius abstulit ob aliquod scandalum inde ortum inter Diaconum & quandam mulierem. non tamen de pœnitentiæ Sacramento intelligi debet, seu de Confessione Sacramentali, quæ occultè fit vni Sacerdoti.

Quarta Obiectio Caluini. Enumeratio peccato-

Ab initio Ecclesia tenuit confessionem sacramentalem fuisse à Salvatore mandati.

Nectarius vsum publicæ pœnitentiæ interdixit, ab autem confessionem sacramentalem.

Exemplum aptè pro rei intelligentia.

torum est impossibilis; ut in Psalmo 18. legitur, *Delicta quis intellegit? & Psalm. 37. Iniquitates mea supergressa sunt caput meum.* ergo illorum Confessio nec à Deo, nec ab Ecclesia imperari potuit.

Respondeo fallum esse enumerationem peccatorum penitus impossibilem esse, licet homini ut plurimum omnia & singula peccata quae comitat, distictè sit præcisè numerare: at hoc non inferit Confessionem peccatorum imperari non posse: quia illorum peccatorum Confessio mandatur, quorum peccator habet memoriam; quorum autem non recordatur, confiteri non tenetur; eorum autem detestatio virtualiter includitur in detestatione illorum, quae narratur: & hoc sufficit. Ad illud Psal. 18. *Delicta quis intellegit?* dico non esse manifestum; anibi de numero peccatorum fiat sermo, an de gravitate, delictorum, quibus multipliciter Deus offenditur; quia scilicet Creator, quia Conservator, quia Redemptor, quia Glorificator, quia Immentis Bonitatis & charitatis, &c. Ad illud Psalm. 37. dico Prophetam multitudinem & gravitatem propriæ culpæ annuere, quod tamen confessioni non opponitur, qui idem Propheta coram Nathan peccatum suum confessus est dicens: *peccavi.* licet illa confessio non fuerit sacramentalis de qua loquimur. tamen peccatum & gravitatem illius Nathan numeravit, ut legitur 2. Regum 12. *Dixit autem Nathan ad David: Hac dicit Dominus Deus Israel: ego unxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & uxores Domini tui in sinu tuo, dediq; tibi domum Israel & Juda: & si parva sunt ista, adjecit tibi multa maiora. Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Vriam Hethem percussisti gladio, & uxorem illius accepisti in uxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon, &c.*

Quinta Obiectio Calvini: Cuius verba sunt hæc. Non alia nunc est peccatorum remissio, quam semper fuit, quotquot remissionem peccatorum à Christo obtinuisse leguntur, non leguntur in autem sacrificuli cuiusdam confessi; nec sanè confiteri poterant, ubi nec sacrificuli confessionarij erant; nec ipsa etiam confessio, & multis postea sæculis inaudita fuit hæc confessio, quibus sine hac conditione remittebantur peccata. Sed ne quasi de re dubia longius disceptemus, verbum Dei apertum est, quod æternum manet: *Quotiescumq; ingemueris peccator, omnium iniquitatum tuarum non recordabor.* Huic verbo, qui aliquid audet adijcere, non peccata ligat, sed Dñi misericordiam.

His verbis quatuor obijcit Calvinus. primum nõ aliam nunc esse Confessionem quam in veteri testamento fuerit: quod falsissimum est, cum nulli Sacerdotum veteris testamenti dictum sit. *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt;* sicut Sacerdotibus novi testamenti dicitur. Secundum, quod ij qui à Christo habuerunt remissio peccatorum confessione auriculari nõ vti fuerunt.

Cui cum Card. Bell. lib. 3. de poenit. c. 17. respondeo eo tempore Sacramentum Confessionis nondum institutum fuisse à Salvatore: cum post resurrectionem suam, ut legitur Ioan. 20. illud Ecclesiae dederit. Nec Christus auctor Sacramentorum cum suis sanctis Sacramentis ita est ligatus, ut sine illis eundem effectum exhibere non possit. Cumq; Christus Deus esset, poterat offensas sibi factas ad libitum condonare; quod nõ licet ministris id est Sacerdotibus, qui ut iudices ab eo constituti debent ita solvere vel ligare, ut primò causam diligenter examinent ex ipsa poenitentium

Confessione, ad hoc ut iuste hoc minus exequantur. Tertium quod Calvinus obijcit est; Confessionem hanc per multa sæcula inauditam fuisse, quod tamen falsum est ipsiusmet Calvini testimonio; dum eodẽ c. 5. 7. ait: *Miror quae fronte ausint contendere Confessionem, de qua loquuntur iuris esse divini: cuius æquidem vetustissimum esse usum fatemur: & de facto Ireneus, Tert. Origen. Cypr. & alij antiquis. Patres de ea testantur. Quartum, quod Ezech. 3. pro remissione peccatorum legatur: Quotiescumq; ingemueris peccator, omnium iniquitatum tuarum non recordabor;* nec tamen Confessionis necessitatem tunc Scriptura annuit. Hoc autem nihil probat, quia non dicimus necessitatem huiusmodi Confessionis fuisse in veteri testamento, pro quo tempore Ezech. ea verba scripta, Iudæos hortando ad detestanda propria peccata, ea enim remedia pro animæ salute & pro remissione peccatorum adhibere debemus, quæ Deus pro temporum varietate instituit. Præterea illa particula *ingemueris* multa includit, quæ sunt veræ poenitentiae conditiones necessariæ; ut fides dilectio, &c. & tamen ibi nõ exprimuntur: eodẽ igitur modo dicendum est, ibidem pro tempore novi testam. confess. sacramentalis vel votum illius includi, licet explicitè ibi non legatur.

Sexta Obiectio ex Kemn. in 2. par. exam. pag. 986. Non aliter Christus Apost. milit, quam ipse missus fuerat Ioan. 20. *Sicut misit me pater, & ego mitto vos.* at ipse ad generalem Confess. vel ore vel signis alijs expressam, absolutionem impertiebatur, neq; singulorum peccatorum enumerationem exigebat, ut patet Luc. 7. de peccatrice, & Matth. 9. de Paralytico: igitur non debent ministri à poenitentibus exigere singulorum peccatorum enumerationem.

Respondeo cum Card. Bell. lib. 3. de poenit. c. 18. verba illa, *sicut misit me pater,* nõ ita esse intelligenda, quasi eodem modo Apost. ea omnia operari debuerant sicut Christus fecit alioquin Apost. nõ debuisset in remis. peccatorum baptizare Act. 2. quia Christus sine baptismo peccata remisit Magdalenz, & Paralytico: nec debuissent Act. 8. per impositionem manuum dare Spiritum sanctum, quia Christus non manus imponendo, sed insufflando Spiritum S. dedit Ioan. 20.

Misit ergo Christus Apost. sicut ipse missus fuerat à Patre, quia potestatem eis dedit ligandi & solvendi, ut ipse à Patre acceperat: quæ est Chryf. expositio. Sed tamen ipse accepit ut filius, & proinde talem ac tantam, ut posset etiam sine Sacramentis iustificare: dedit autem eam Apostolis ut ministris, ac servis, ac per hoc longè minorem, & Sacramentis alijsque medijs à se institutis alligatam.

Hæc expositio evangelico textui mihi videtur esse valde conformis, quia deinde sequitur immediate. *Hæc cum dixisset, insufflavit: & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt.* ergo in ordine ad hanc potestatem Salvator sic locutus fuit.

Septima Obiectio ex Kemnit. Confessio publica abrogata fuit & mutata in priuatam ab Episcopis, tempore Decij Imper. & postea confessio priuata abrogata fuit tempore Nectarij, igitur nec publica, nec priuata confessio necessaria est iure divino: neq; enim Sancti illi Patres ius divinum tollere ausi fuissent.

Respondeo assumptum esse falsum & voluntarium; nam Episcopi tempore hæresis Nouatianæ addiderunt confessionem publicam ad confessionem priuatam ad maiorem confessionem & confutationem præfate hæresis; iuxta communem & antiquam consuetudinem.

Ggg

tudi-

Propheta loquitur de gravitate peccatorum, non de numero illorum.

Obiectio Calvini plura mendacia includit.

Misso Chri & Apostol. hoc habet discrimen, quod requirit filii Dei & Dominum esse, & ministrum esse Apost. enim tantum ministri sunt.

indignam Catholicam Ecclesiam, qui est, ut magis ac magis veritatem contra oppositam hæreses defendat, expressius & frequentius per manus habeat veritatem quam hæretici rejiciunt. Non abstulerunt autem Confessionem privatam & sacramentalem. Necessarius autem publicam abstulit ad scandalum tollendum ut superius dictum est, non autem privatam. publica vero quum non sit de iure divino data occasione auferri potest. Confessio autem particularis quæ fit coram sacerdote est sacramentalis, & de iure divino, ideoque à nomine tolli potest præter errorem & hæresis notam.

Octava Obiectio ex Kemnitio. Socrates lib. 1. cap. 19. scribit quendam mulierem confitentem esse presbytero penitentiam ex parte: ergo tunc non fuit in usu integrè peccata sacerdoti narrare, & consequenter id non est de iure divino, quod nunquam mutari licuit. Similiter idem scribit unum fuisse tantum penitentiarium in tota Ecclesia Constantiopol. colligitur ergo. tunc necessarium non fuisse, ut singula omnia peccata reciterentur; neque enim in tam ampla Verbe, ubi erant 60. presbyteri, tempore sustinam, potuisset unus presbyter tot ac tam longas Confessiones audire.

Respondeo cum Card. Bellarm. loco supra citato, illud verbum Græcum, *Catameros*, non significare ex parte, id est aliqua peccata; sed particulatim, ut reddidit Ioannes Chrystophorus Græce loquens peritissimus. & significat mulierem illam omnia peccata in particulari narrasse Sacerdoti, ut nunc fit de facto. Presbyterum autem illum qui solus penitentibus præerat, non pro Confessionibus sacramentalibus erat, sed tantum pro penitentibus publicis, quæ ab aliquibus fieri solebant. nil ergo colligitur ex his narratis contra veritatem: nisi quod obiectio contra obijcientem concludit.

Nona Obiectio Kemnitij. Cassianus collatione 20. cap. 8. inquit. Quod si verecundia retrahente reuelare coram hominibus erubescis, illi quæ latere non possunt, confiteri iugi supplicatione non desinas, qui & absque vilius verecundie publicatione curare, & sine improprio peccata donare consuevit. ergo libera olim fuit confessio peccatorum, quæ fit Sacerdoti.

Respondeo Cassianum tunc non loqui de confessione sacramentali, sed de Confessione publica de qua locuti sumus superius respondendo ad secundam obijctionem: huiusmodi enim penitentia publica eo tempore erat in usu.

Decima Obiectio Kemnitij. Aug. lib. 10. Confess. cap. 3. ait. *Quid mihi est cum hominibus, ut audiant Confessiones meas, quasi ipsi sanaturi sint omnes languores meos: curiosum genus ad cognoscendam alienarum, desidiosum ad corrigendam suam?* & Ambros. lib. 13. in Lucam c. 96. inquit. *Petrus doluit et flevit, quia ut homo erravit, non inuenio quid dixerit, inuenio quod fluit, lacrymas eius lego, satisfactionem non lego.* & infra: *lacrimis lacryma delictum, quod voce pudor est confiteri.* ergo Patres citati Confessionem peccatorum Sacerdoti faciendam non agnoscent simpliciter necessariam.

Respondeo tunc August. non loqui de Confessione peccatorum sacramentali, ut legenti patebit; sed de Confessione & manifestatione familiari quæ fit inter amicos, quæ ab August. multi ex postulabant ut cognoscerent modum & gratiam conversionis eius ab heresibus Manichæorum, de quo multum idem August. etiam in sequentibus capitulis dissentit. Vanum est ergo hunc locum nobis obijcere.

August. volebat modum conversionis eius ab heresi manifestare omnibus, & sui iustificationem narrare, non loquitur autem de confessione sacramentali.

Ad locum Ambros. respondendo Petri Aroniam & penitentiam fuisse ante institutionem huius Sacramenti, quod post resurrectionem Domini instituit, Ioh. 20. inde ergo Ambros. inquit se non legere nisi dolorem & fletum Petri, nec sequentibus verbis Confessionem sacramentalem recitari, sed exemplo Petri Apostoli hortari ad fletum culpæ, non quare confessio fieri non debet, sed quare confessio coram Sacerdote fit cum pudore: hic est sensus Ambrosij.

DISPUTATIO V.

De Satisfactione, quæ est tertia Penitentia pars.

Utrum sit penitentia, de qua loquimur, voluntaria & detestationem offensæ Deo factæ includat, & consequens est ut is, quem poenitet peccatorum, & offensarum satisfacere debeat personæ offensæ: satisfactio autem genericè sumpta est redditio voluntaria æquivalens pro æquivalenti aliis debiti. dicitur redditio, quia satisfactio non est absoluta datio, sed datio commensurata ad aliquod prius debitum: dicitur voluntaria, nam si esset involuntaria esset poenitentia passiva, qualis est poena damnatorum, & non satisfactio. dicitur æquivalens pro æquivalenti, quia debet esse æqualis debito præcedenti. Specificè autem sumpta ut scilicet est tertia pars penitentia, est operatio laboriosa vel poenalis voluntariè sumpta, vel voluntariè tolerata ad punitionem peccati à se commissi, ad placandam divinam offensam.

Hæc autem operatio laboriosa non ordinatur ad tollendam culpam, quæ id gratis à Deo obtinemus per merita Christi Domini medijs ab ipso mandatis, ut sunt præcipue sacramenta, quibus gratis habemus remissionem culpæ, & redimus ad Dei amicitiam, & adoptionem filialem; sed ad tollendam poenam temporalem debitam culpæ, pro ut ipse Dominus iussit exigere, licet non secundum perfectam iustitiam commutatis; quia cum creatura per peccatum offendat Deum infinitum: & inter Deum & creaturam non detur æqualitas in retributione de proprio, ideo dignatur Deus acceptare aliquam operationem creature pro illa offensa, quæ operatio est satisfactoria tantum ex benevolentia creditoris Dei, & non secundum rigorem iustitiæ. Indubitatum est, per Baptismi Sacramentum, & per baptismum sanguinis, qui est martyrium, remissionem culpæ simul & poenæ obtineri: at de peccatis quæ post Baptismum committuntur, quorum remissio per poenitentiam habetur, necesse est poenam temporaneam luere, in quam iuxta beneplacitum Dei commutata fuit poena æterna debita præfatis peccatis post baptismum commissis, ut in Scripturis sanctis ipse nobis significavit, & Apost. etiam opere & ore Ecclesie Catholice tradiderunt, ut infra probabimus.

Probandum igitur erit, an post condonationem culpæ Deus à nobis exigat solutionem poenæ temporalis: Secundò, an simus idonei ad id exequendum, & quomodo, seu quibus operibus id fieri debeat, quod est satisfacere. & tertio, an talis satisfactio sit tantum liberè assumenda, vel etiam recipienda à Sacerdote in Sacramento Poenitentia.

Lutherus in Assert. artic. 5. nomen satisfactionis non admittit, concedit tamen, poenitentiam spontè suscep-

Quid sit satisfactio generica.

Quid sit satisfactio ut est poenitentia pars.

Sensus huius dispensationis.

insuper penas illas auerti, quas ob nostra scelera merebamur. hoc idem concedit Philippus in locis communibus vitio editis tit. de satisfactione. & in Apologia Confessionis Augustanae cap. de Confessione & satisfactione. & etiam Kemnicus in 2. parte examinis Concil. Tridentin. pag. 1078. sed omnes negant posse talia opera penalia imponi ad Ecclesia; nec ad clauas spectare, nec posse ministros Ecclesiae determinare tempus ieiunij, elemosynae, orationis, & c. sed omnia esse confecta, & adiunctiones absque testimonio Scripturarum, & veterum Scriptorum Ecclesiasticorum opinantur. quia inquit, Deus gratis omnia ignoscit; nempe culpam & quamcumque penam etiam temporalem.

Caluinus lib. 3. instit. cap. 4. §. 30. asserit peccatorum penas nullo pretio posse redimi. & §. 39. opera quae dicimus satisfactoria, appellat solas testificationes publicas melioris & perfectioris vitae assumptae, & praeter negligentiam dimissae, ut tali modo non Deo, sed Ecclesiae satisfacere dicamur.

Doctrina autem Catholica de satisfactione, quam contra citatos Sectarios dedit Sancta Dei Ecclesia, habetur in Concil. Trident. sess. 14. cap. 8. sic. *Demum quoad satisfactionem (qua ex omnibus poenitentiae partibus, quemadmodum a Patribus nostris Christiano populo suis perpetuo tempore commendata, ita una maxima nostra aetate, summo pietatis praerogatiua impugnatur ab his, qui speciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegant) sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, & a verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quin uersa etiam pena condonatur. Perspicua enim, & illustria in sacris litteris exempla reperuntur, quibus praeter diuinam traditionem, hic error quam manifestissime reuincitur: sanctae & diuinae iustitiae ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint: aliter vero qui semel a peccati & demonii seruitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono; scientes Templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidauerint, & diuinam clementiam decet, ne ita nobis, absque ulla satisfactione peccata dimittantur; ut occasione accepta, peccata leuora putantes, velut iniurijs & contumeliosis Spiritui sancto, in grauiora labamur, thesaurizantes nobis iram in die irae. Proculdubio enim magnopere a peccato renouant, & quasi freno quodam coercet haec satisfactoria poena, cautioreque & vigilantiores in futurum poenitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquijs, & viciosos habitum, male viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt. Neque vero securior ulla via in Ecclesia Dei unquam existimata fuit ad amonendam immentem a Deo poenam, quam ut haec poenitentiae opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad haec, quod dum satisfaciendo patimur pro peccati, Christo Iesu, qui pro peccati nostri satisfecit, ex quo omnia nostra sufficiens est, conformes efficiamur, certissimam quoque in deum arram habentes, quod si compatimur, & conglorificabimur. Neque vero ita nostra est satisfactio hac quam pro peccati nostri exolumus, ut non sit per Christum Iesum: nam qui ex nobis, tanquam ex nobis nihil possumus, eo cooperante qui nos confortat, omnia possumus.*

Ita non habet homo vnde gloriatur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est: in quo viuimus, in quo moriamur, in quo satisfacimus facientes dignos fructum poe-

nitentiae, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri & per illum acceptantur a Patre. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggererit pro qualitate criminum & poenitentium facultate, saluatae & conuenientes satisfactiones inungere: ne si forte peccati conueniant, & indulgentius cum poenitentibus agant, lenissima quadam opera pro grauioribus delictis inuagando; alienorum peccatorum participes efficiantur: Habeant autem pra oculis ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad noua vitia custodiam, & infirmitati medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam & castigationem. Nam clauas Sacerdotum, non ad soluendum duntaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres, & credunt & docent: Nec propterea existimant Sacramentum poenitentiae esse forum re vel poenitentiarum, sicut nemo unquam Catholicus sensis ex huiusmodi non sibi satisfactionibus vim meriti & satisfactionis Domini nostri Iesu Christi vel obscurari, vel aliqua ex parte immitti: quod dum Nouatores intelligere nolunt, ita optimam poenitentiam, nouam vitam esse docent ut omnem satisfactionis vim & usum tollant.

Et cap. 9. sic legitur. *Docet praeterea tantam esse diuinam munificentiam larguam, ut non solum poenam, sponte a nobis pro vindicando peccato susceptam, aut Sacerdotum arbitrio pro mensura delicti impositam, sed etiam (quod maximum amoris argumentum est) temporalibus flagellijs a Deo influctis, & a nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus.*

Pro cuius doctrinae corroboracione, & declaracione, ac defensione, quatuor ponimus Conclusiones.

Prima Conclusio. Post condonationem culpae in virtute Poenitentiae, quae gratis habetur ob merita Christi Domini, Deus a nobis exigit solutionem poenae temporalis, quae dicitur satisfactio. Probat, Num. 20. & Deut. 32. Moyses & Aaron ob peccatum incredulitatis, quod illis utique dimissum fuerat, morte tamen corporali praematura puniti fuerunt. sic enim legitur Deut. 32. *Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Ascende in montem istum, & morere, sicut mortuus est Aaron frater tuus, quia praemuricatus es contra me in medio filiorum Israel. 2. Regum cap. 12. Dixit Dauid ad Nathan: Peccavi Domino: dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatum tuum; non morieris. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi: morte morietur. primo condonauit culpam, & consequenter poenam aeternam; deinde poenam temporalem praefixit, & quia Nathan etiam dixerat, *Hac dicit Dominus, ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis Solis huius. Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istum in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis.* & hac ipsam poenam peccati temporalem recepit: nam cap. 12. legitur; *Tenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo Israel.**

Nec valet responsio Caluini asserentis lib. 3. instit. c. 4. §. 31. huiusmodi poenas non fuisse ad castigationem peccatorum praeteritorum, sed ad exemplum futurorum, & in remedium ne fiant peccata. Quia directe est contra ipsum Scripturae textum. Non enim ibi dicitur, ad exemplum aliorum; sed quia peccasti, & blasphemare fecisti inimicos

Satisfactio est manifestata in scripturis sanctis.

Occurrit Caluini inceptissimus refellitur.

Deum. & quia praemissis efficitur: ideoque addidit poenam, quia habuit culpam, quia scilicet peccavit: ergo talis castigatio fuit in poenam praeteritorum peccatorum: igitur Deus exigit post condonationem culpae solutionem poenae, quae est satisfactio: ita patet.

Præterea mors est poena culpae originalis, ut Apollolus manifestè docet. Roman. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & in Adam omnes homines, & per transitu in quo omnes peccaverunt, post Baptismum, seu per Baptismum deletur talis culpa, mors autem non tollitur, quia omnes baptizati moriuntur, ergo manet poena soluenda post remissionem culpae, igitur Deus exigit solutionem poenae temporariae postquam dimisit culpam, & hæc est satisfactio, vnde Beati 4. dicitur. No dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit tristes? Altissimus enim est patiens, redditor. De propitio peccato noli esse sine metu.

Testimonium SS. DD. antiquorum.

Secundo probatur Conclusio, Veterum Sanctorum Patrum testimonio. Augustin. tract. 124. in Joannem, tomo 9. ait. Cogitur homo tolerare etiam remissis peccatis, quamvis ut in eam veniret miseriam, praemissis causa peccatum: productior est enim poena quam culpa, no parva putaretur culpa, si cum illa finiretur, & poena: ac per hoc vel ad demonstrationem debita miseria, vel ad emendationem labilium vita, vel ad exercitacionem necessariae patientiae temporalius homo non detinetur poena etiam quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa.

Et lib. 2. de visitatione Infirmorum cap. 8. tomo 9. de poenitentia & confessione infirmi inquit. Frater si super uixeris ita ieiunata fac elemosinam, ita ora, & c. & infra: Si tamen tales consueverint, sanctorum diurnam non negligant subire censuram.

Chrysostomus sermone de poenit. & confessione peccati tomo 5. ait. Confessio enim poenitentiam moribatur: satisfactio veniam sibi divina pietate, consulat, & paulo post: Poena est Dei offensam non satisfactorie placare, quam peccando Dei bonitatem offendere. & Homil. 9. super caput 6. ad Heb. tomo 4. de poenitentiae conditionibus inquit. Alij quidem intentis utendo precibus, alij vero assidue lachrymando, alij autem marendo, nam ne hoc quidem quod est adeo paruum, & inutile. vidi, inquit, quod magis est affectus, & ambulans tristis & curam vitiorum. Omnes autem elemosinam, & proximo remittendo peccata, & iniuria accepta non recordando, nec vicissimando humiles nostras reddamus animas. si assidue cogitemus ea qua peccauimus, nihil ex rebus externis nos poterit excolere: non diuitia, non potentia, non principatus, & imperium, non honor, sed etsi in ipso Regni curru sederimus, acerbè ingemiscimus. vnde etiam Beatus David orat Rex, & dicebat: Laetabatur per singulas noctes lectum meum, nec ex purpura & diademate fuit lesus, nec superbia elatus. sciebat enim se esse hominem, & quoniam eras castrum cordis, lamentabatur.

Ambrosius lib. 12. super Lucam cap. 12. in fine, tomo 3. ait. Nam sicut qui pecuniam soluent, debitum reddunt, nec prius euacuantur sanctorum nomina, quam totius sortis ad minimum usque quocumque solutionis genere quantitas vniuersa soluat: sic confessione charitativè adunumque reliquorum, vel satisfactioe quocumque, peccata poena dissoluitur; non profusa aeterni, quia non ara, sicut aibi, dua, non offam, non denarium, sed quadrante, hoc posuit.

loco. Quadrante, cuius promissio est, quod est: est: non profusa: cum aliud reddatur, & aliud significatur: solutum. Ita & hic aut proinde charitativè reddimus iniuriam, aut iniuria: estimacione poena laetatur. Quadrante autem in balneo dant solent remissionem, & cuius oblatione ut illis unusquisque laudem accipit, facultatem, ita hic accipit etiam, quia unusquisque peccatum supra scriptis genere condonatum est, cum eandem exercitacionem poenae, ut commissi supplicia erroris expandat.

Hieronymus lib. 1. super lacrimaciones Hieremias cap. 3. tomo 4. ait. Et idcirco utrumque hoc adhiberi ad poenitentiam solet, ut in compunctione, cuius cognoscimus quid per culpam fecimus, & in favilla cineris perpendamus, quid per vitium facti sumus. Confitemur ut arguamur, tunc purgentia vestra: confidetur in amore per mentis fontem subtraheatur: infra poena vitiorum. Quia enim post peccatum carnis contumelia sursum erant, vnde ait homo in asperitate calidior superbiendo quod fecit, & vnde in cinere utique peccando perierit: post si quoque concilio ipsa in reprehensione, atque poenitentia dolo, & compunctio designat: nam hoc quod ait. Beatus Job, ipse me reprehendo, quasi quodam cinere purgantem domo in mente sua: asperu radargutionem stimula cori focatur, & c.

Gregorius lib. 6. in cap. 15. 1. Regum cap. 2. ait. Primum ergo casorum quid sunt, nisi delectatione peccaminum? haec quidem offerre dicuntur, qui commissa Deo sacerdotibus confitentur. & oblatio immolatur, quando eorum poena poenitendo destruitur, & postea. Quia ergo non solum confitenda sunt peccata, sed etiam poenitentia, auferuntur dolenda, & c.

Secunda Conclusio. Absolutus à culpa est idoneus ad praestitam satisfactionem exhibendam. Probatur Conclusio; Absolutus à culpa habet gratiam iustificationis, seu iustificatus est, & factus est filius Dei adoptivus & haeres aeternae hereditatis (iuxta illud Apostoli ad Roman. 8. Si filij & haeredes, haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi, ergo absolutus à culpa eum habeat gratiam Dei excitantem, inhabitantem, & cooperantem, acceptus erit Deo in satisfaciendo, nam Apostolus loco citato inquit: Acceptus spiritum adoptionis filiorum, in qua clamamus Abba, pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei, fratrum filij, & haeredes: haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi: si tamen compatimur ut & conglorificemur.

Absolutus à culpa potest satisfacere.

Secundo probatur ex illo. Job cap. ultimo. Insuper locutus sum, & in qua ultra modum excederent scientiam meam. Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in favilla & cinere. Nec enim dicendum est hanc satisfactionem Job, non fuisse Deo acceptam, & David in poenam & satisfactionem culpam suam, de quibus à Deo utique remissionem acceperat, dicebat Psalmo 68. Quoniam propter ea sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam, & operuit in ieiunio animam meam, & posui recitamentum manum ciliis meis, & Psal. 101. Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam, quia autem negare audebit hanc, & omnem aliam satisfactionem, quam propheta pro suis culpis iam remissis exhibuit, Deo non fuisse gratam, acceptam & absolutoriam?

Job & Daniel satisfactionem debeant Deo pro suis culpis.

Tertiò

Tertio probatur ex illo Ioan. cap. 15. *Ego sum vitis, uos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* inter quos fructus præcipue hi sūt de quibus Luca 3. legitur: *facite fructus dignos penitentia.* quod est latius facere pro culpis; culpæ autem gratis remittuntur ob meritum Christi, olim in veteri Testamento præuisa; & nunc in nouo exhibita; ergo fructus penitentia, qui à nobis requiruntur sunt satisfactiones pro culpis. & 2. Cor. 4. *Quod in presenti est momentaneum, sed leue tribulationis nobis: supra modum in sublimitate, æternam gloriam pondus operatur in nobis.* & 2. Thess. cap. 1. *Ita ut & nos ipsi in uobis gloriamur in Ecclesijs Dei, pro patientia uestra, & fide & in omnibus persecutionibus uestris, & tribulationibus, quæ sustinetis in exemplum infidelium Dei, ut digni habeamini in Regno Dei, pro qua & patientiam.*

Fructus penitentia sunt opera satisfactoria.

Testim. SS. DD. antiquorum.

Satisfactio fieri debet per opera laboriosa.

Quarto probatur testimonio eorum Patrum, quos in antecedenti Conclusionem citauimus.

Tertia Conclusio. Hæc satisfactio fieri debet per opera bona laboriosa. Probatur. Dan. 4. *Quoniam rex confitens uerum placuit tibi: & peccata tua elocutus es, redime, & iniquitates tuas miserecorde propeceum: forsitan ignoscet delictis tuis.* Prouerb. 16. *Miserere cordia & ueritate redimetur iniquus.* 1. Reg. 7. *Et amiserunt in Adaphat, hauseruntque aquam, & offerunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt tibi: Peccatum Domini.* 3. Reg. 21. *Itaque cum audisset Achab sermone istos, sedit uellimentis suis, & operuit culcio carnem suam, ieiunauitque & dormiuit in sacco, & ambulauit demissa capite. & factus est sermo Domini ad Eliam Thersibetæ, dicens: Nonne uidisti humilitatem Achab carum me? quia ignem humilitatis est tibi causa, non uidet in alium in diebus eius, sed in diebus filij sui miseram malum domus eius. In lib. Nehemix, qui est Euidæ 2. cap. 1. *Cumque audisset uerba huiusmodi, sedit & fluit, & lux diebus multis: ieiunabat enim & orabat ante faciem Dei Cæli, & dixit, & c. & paulo post. & confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccauerunt tibi: ego & domum patris mei peccatum, ueritate scilicet sumus, & non custodimus mandatum tuum & cæuimus. & c. Psalm. 34. *Humiliabam in ieiunio animam meam.* Psal. 68. *Et operus in ieiunio animam meam, & Psal. 108. *Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter alium.* Math. 23. *Uel tibi Carozaim, uel tibi Bethsaida: quia si in Tyre, & Sydone facta essent uirtutes, quæ facta sunt in uobis; alius ieiunio & cinere penitentiam egissent.* & cap. 12. *Uis Niuus surgens in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia penitentiam operunt in predicatione Iona. 2. Cor. 7. *Gendeo quia contristati estis ad penitentiam. contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia in æternam operatur. Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari uos, quantum in uobis operatur sollicitudinem: sed dolescentiam, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed amulationem, sed uindictam, in omnibus exhibuisti uos inconsuamato se negotio.*****

At quis non uidet, omnia præfata opera bona laboriosa, vel uoluntarie assumpta, vel uoluntarie tolerata in satisfactionem esse culparum commissarum? Ergo satisfactio pro culpis, per opera bona laboriosa fieri debet.

Secundo probatur Conclusio testimonio antiquitatis. August. Tract. 114. in Ioan. Tom. 9. & lib. 2.

de uisitatione iohannem cap. 8. Tom. 9. vt in antecedentibus Conclusionibus dictum est.

Vide primam Conclusionem ubi Patrum sententia addocuntur. quibus additur adhuc alius locus Gregorij lib. 6. super cap. 15. 1. Reg. cap. 21. ubi sic ait, *Confessionem quidem peccatorum hominum gloriæ sed uilitas, & contemptus sequi debet. Quid enim prodest confiteri flagitia abs confessionis uocem non sequitur afflictio penitentia? Tunc quippe in unquam confidenda sunt ueraciter penitentia: uidelicet conuersio uilitas, confessio enim & uindicta peccati.*

Quarta Conclusio. Hæc satisfactio potest liberè assumi: sed quæ à Sacerdote abluente, à potestate imponitur, necessariò est adimplenda. Conclusio habet duas partes: prima est satisfactio potest liberè assumi: & hæc manet probata in antecedenti Conclusionem: ut legenti patet. secunda pars scilicet, quod ea quæ à Sacerdote imponitur, necessariò est adimplenda, probatur primò per figuras, quæ de huiusmodi satisfactione à Sacerdote imponenda, in veteri Testamento præcesserunt. 2. Reg. cap. 22. Nathan postquam pronunciauit. Dauid à culpa absolutum esse, dicens. *Domine, quoniam transiit peccatum tuum: non portetis.* penam tamen præfati dicens: *Uerum tamen quoniam blasphemare fecisti nomen Domini, propter uerbum hoc, filium qui natus est tibi, morte morietur.* & Deut. 24. sic legitur. *Locutusque est Dominus ad Moysen in eodem die dicens: Ascende in montem istum Abarim, id est transiitum, in montem Nebo, qui est in terra Moab contra Iordana: & uide Terram Chanaan, quam ego straxi filiis Israel obtinendum. Et in corde in monte. Quomodo consociam inuergere populo tuo, sicut mortuum est. Aaron fratrem tuum in monte Ibel, & apposueris populo tuo: quia per ueritatem est in contraria, in medio filiorum Israel, ad equam traditionis in Cades deserti sin: & non sanctificasti uerum filios Israel, & contra uidebis Terram, & non ingrederis in eam, quoniam ego dabo filios Israel.*

Indubitatum est Dauid, Moysen & Aaron à culpa fuisse absolutos, & ueniam obtinuisse peccatorum: tamen Deus satisfactionem penam imposuit. Omnia autem in figura contingebant illis. Cur in absolute peccatorum, quam Sacerdotes noui Testamenti tribuunt iuxta facultatem acceptam Ioan. 20. *Quorum ueris seruis peccata, & c.* non debent iniungere satisfactionem penam? Deus ipse hoc fecit Moyli & Aaron, idem mandato Dei fecit Nathancum, Dauid à culpa absolutum pronunciauit: ergo idem mandare debent Sacerdotes noui Testamenti: & consequentes penitentes qui absoluntur, illam exequi debent obediendo; & hoc patet. 2. Cor. 2. ubi legitur quendam incestuosum ab Apostolo penam pro sua culpa recepisse: quam tamen deinde ex parte condonauit, ne abundantiori tristitia talis penitentiam absolutus absorberetur: in cuius penæ executione Apostolus illorum requirebat obedientiam. sic enim dicitur tibi, *Sufficit illi qui eiusmodi est, oburgatio hac, quæ fit à pluribus: ita ut à contraria magis dometur, & consoletur, ne forte abundantiori tristitia absorbeat, qui eiusmodi est.* Propter quod obsecra uos, ut confirmetis in illum charitatem, ideo enim, & scripsi, ut cognoscam experientiam uestram, an in omnibus obedientes sitis. Cur autem aliquid donastis, & ego: nam & ego quod domare, si quid domans, propter uos in persona Christi, ut non circumueniamur à Satanis, & c.

Satisfactio potest liberè assumi.

Satisfactio que à Sacerdote imponitur necessariò est adimplenda.

Secun-

482 DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA.

Secundo probatur per id quod legitur Matth. 18. Si autem peccaveris in te frater tuus; vade & corripo eum inter te & ipsum solum; si te audierit lucratus eris frater tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhaerentem vel duos; ut in ore duorum vel trium testium fiat omnis verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiam; si autem Ecclesiam non audierit, sis tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram erunt ligata & in Caelo; & quaecumque solveritis super terram erunt soluta & in Caelo. Hic de potestate ligandi & solvendi peccata, sermo dicitur fieri, manifestum sit omni legenti: at quomodo possunt ligari peccata, nisi satisfactorias poenitas pro culpis definiendo? hoc consuetudo, quae est vera legum interpret, omnes docebit: videamus quomodo ab initio usque nunc Catholica Ecclesia id intellexerit, & executioni mandauerit, & rei veritatem attingemus.

Probatur itaque potestatem ligandi peccata esse potestatem iniungendi poenitentibus opera satisfactoria: & erit tertia ratio qua probabimus post absolutionem culpae poenitentem satisfactionem implere debere, quae a Sacerdote absolvente iniungitur.

Sanctus Clemens Romanus Petri Apostolorum Principis discipulus, eiusque successor lib. 2. Constit. Apostol. cap. 11. inquit. Quo circa stude Episcopo ut mundus parusque sis, locum tuum dignitatemque tuam actionibus declara, ut possis quo exemplar Dei apud homines representas praesidendo omnibus hominibus, Sacerdotibus, Regibus, Magistratibus, filiis, & pariter cunctis subiectis. Ac sic quidem in Ecclesia sede sermonem faciens, ut qui potestatem habeas iudicandi eos, qui peccaverunt, quoniam vobis Episcopis dictum est, quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum & in Caelo; & quodcumque solveritis super terram, erit solutum & in Caelo.

Et cap. 13. prope finem. Tu ergo Episcopo sic iudica, ut Deus. Dominus enim est iudicium. Itaque primum potestate fratrum, reum condemna: deinde cum misericordia, ac commiseratione, & susceptione allicte, promissa ei salute, si mores mutet, & peccatorum poeniteas: poenitentem vero castigando recipe, memor Dominum tuum dicit, gaudium esse in Caelo super uno peccatore poenitentiam agente.

Calistus I. qui Ecclesiae praefuit anno Domini 218. in Epist. 2. ad omnes Galliarum Episcopos. inquit. Errant enim qui putant Domini Sacerdotes post lapsum, si condignam egerint poenitentiam Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum Sacerdotium condigna custodierint. & ipsi qui hoc putant non solum errant, sed etiam contra traditas Ecclesiae claves disputare & agere videntur, de quibus dictum est: quaecumque solveritis in terra erunt soluta in Caelo, & c. Alioquin haec sententia, aut Domini non est, aut vera est. Nos vero indubitanter tam Domini Sacerdotes, quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus, & c.

Conc. Nicen. I. Generale Can. 11. sic ait: De his qui praevenerunt sine ulla necessitate, sine ablatione patrimonii, vel sine periculo, aut aliqua talis, qua accidit in novissima tyrannide Lacinij; placuit sanctae Synodo, licet indigni sint misericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendere. Si quos ergo ex animo poenitet, tribus annis inter poenitentes habeantur: Si fideles sunt, septem annis inter poenitentes sint. duobus autem annis extra Communionem in oratione sola participant popu-

lo. Si qui vero per Dei gratiam vocati, primo quidem ostenderunt fidem suam, deposito militum cingulo, post haec autem ad proprium vomitum reversi sunt, ut & pecunias darent, & ambrosii redire rursus ad militiam, isti decem annis sint inter poenitentes, post triennium quo fuerint inter audientes, & c.

Augustinus de visitatione Infirmorum lib. 2. cap. 8. Tom. 9. de poenitentia & confessione Infirmi, sic ait. Frater si superaveris ita ieiunia, ita fac elemosinam, ita ora, & c. & infra. Si tamen tales convalescerint, Canonum disturnam non neglegens subire censuram.

Solvendae nunc remanent obiectiones, quas contra praemissas Conclusiones Sectarij adducunt: Prima Obiectio ex Luthero in sermone de Indulgentijs, quem habuit anno 1518. Dominus per Ezech. cap. 33. inquit. Impietus impij non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab iniquitate sua. Cum itaque Dominus a peccatore tantum requirat conversionem ab iniquitate, superfluum est affirmare poenas superesse, quas Deus repetat ab impio post conversionem.

Respondeo, quod si Luthero totum Capitulum Ezech. quem citat legisset, inanem illam sequelam non eructasset: nam Propheta deinde sequitur. Si autem dixerit impij: morte morieris: et egerit poenitentiam a peccato suo, feceritque iudicium et iustitiam, et pignus restituerit ille impij, rapinamque reddiderit. (ecce satisfactionem quae fit proximo) cum inquit: et egerit poenitentiam: ibi includitur poena & satisfactio in ordine ad Deum; quia poenitentia ultra detestationem peccati, includit poenae tenentiam: hoc Saluator noster docet Matth. 11. dicens. Olim in cinere et cilicio poenitentiam egissent. Ergo ex sententia Saluatoris, & Ezechielis, poenitentia non tantum praefert detestationem peccati & mutationem vitae, & c. Sed poenae tenentiam, quae est satisfactio. & idem legitur cap. 12. Quia poenitentiam egerunt in predicatione Ionae. quam autem satisfactionem in sacco, ieiunijs, & cinere dederint Niniuitae, ultra detestationem peccatorum, & vitae mutationem, Ionas cap. 3. enarrat.

Secunda Obiectio ex eodem Luthero lib. de Captivitate Babylon. de Sacramen. Poenitent. de satisfact. Joan. 8. Saluator absolvens adulteram dixit: Vade et noli amplius peccare. non aliam satisfactionem ab illa exigit, nisi ut deinceps bene viveret; ergo nulla est danda poena pro peccatis remissis.

Respondeo satisfactionem poenalem multipliciter pro remissis culpis fieri posse: ver. gr. ieiunijs, elemosinis, orationibus, carnis flagellatione, & c. & praecipue per magnam & publicam erubescientiam, quae vere multam infert poenam, seu valde poenalis est; & consequenter multum satisfactoria. Cum Dominus culpam adulterae & Magdalene remisit, non opus fuit aliam addere satisfactionem, quia adfuit publica erubescientia: & in adultera, ultra erubescientiam, mortis violentiae paucor infuit, ultra peccati detestationem & odium. nihil ergo concludit Luthero ad suam dulcem poenitentiam stabiliendam.

Tertia Obiectio ex eodem Luthero in Assert. anni 1521. artic. 5. vbi sic ait. satisfactionem negavi, qualem ipsi docent: quod mihi non erit difficile probare. Ostendant si possunt vbi in tota Scriptura vnius apex, aut iota scribatur pro peccato mortali vno, debere satisfieri septem annis: dicant vbi pro differentibus peccatis, differentes poenas statuat Christus, & Apostoli. Nonne haec omnia sunt postea inventa ab Episcopis? immo dent vnum ex antiquis Patribus, in quo legantur quadragesimae, septem & similia:

Testim primum
Ecclesiae.

Luthero
Scripturam citat
more Sectariorum.

Adultera mulier
a Salvatore abso-
luta sua culpa
non poenam de-
dit satisfactionis.

Testimonium
solemne Catholi-
cae Ecclesiae.

malis: ubi id fecerit, libere porabo.

Respondeo cum Cardin. Bellarm. lib. 4. de Peccatis. cap. 11. determinationem peccati siue quoad tempus siue quoad modum, non haberi in Scripturis sacris. at hoc nil veritati officit; quia satis est vt in illis, vel in doctrina preterita ab Apostolis habetur hac potestas, & hoc ius seu mandatum sit facienti: & determinatio autem quoad tempus, modum, & locum, & cetera similia, a iudicio & potestate huiusmodi ecclesie & a legibus, quas ipsa exhibet, petenda sunt. hac ratione dictum est Petro Matth. 16. Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum et in Caelo, et quodcumque solueris super terram erit solutum et in Caelo. non enim furibus ligare debebat, sed legibus hodie eodem modo ligant Principes & Pastores grege suum, & Matth. 18. dictum est etiam Ecclesie Pastoribus: Quocumque ligaueris super terram erit ligatum et in Caelo, et quocumque solueris super terram erit solutum et in Caelo. & hoc similiter ratione Apostolus ad Hebr. vii. fideles monuit vt obediant Ecclesie Pastoribus, dicens: Obedite prepositis vestris, et subiacete eis. Ipsi enim perugilant, quasi rationem pro animabus vestris reddant. sic etiam dicitur de ieiunio August. Epist. 86. ad Cyprianum Presbyterum, in iuramento, Tom. 2. dicens. Quod ergo me consulis ut ieiunet licet sabbato ieiunet. Respondeo si nullo modo liceret, profecto quadragesima continens dies, nec Moyses, nec Elias, nec ipse Dominus ieiunasset. Verum ista ratione concluditur etiam dominico die non illicitum esse ieiunium, et quisquis tamen hunc diem ieiunio decernendum putauerit, sicut quidam ieiunantes sabbatum obseruant, non paruo scandalo erit Ecclesia, nec immunitis. In his enim rebus de quibus nihil certi statuit Scriptura. Dominus populi Dei, vel iustitia maiorum pro lege seruanda iuris hoc idem etiam affirmat in Epist. 118. ad Ianuarium, per totum, Tom. 2.

Ergo satis est vt satisfactio in Scripturis legatur, vt de facto legitur, & supra ostensum est: modum autem & tempus Ecclesie iudicio reliquit. Saluator noster. De satisfactioe septem annorum, & mensium, & dierum, habemus formam ex Scriptura ipsa, licet Lutherus vel ex imperitia, vel malitia, id tacere voluerit; nam 2. Reg. cap. 24. legitur sic. Dixit Dominus ad Dominum: Peccasti valde in hoc facta: sed preterit Dominus vt transferas iniquitatem seruam tuam, quia stulte egistis. Superuixit itaque David manere seruam Domini factus est ad Gad Prophetam et Voluerunt Dominus dicens: vade et loquere ad David: Iste dicit Dominus, trinum tibi datur opus, elige vnum quod uolueris ex his vt faciam tibi. Cumque uenisset Gad ad David, nuntiavit ei dicens: aut septem annis uivis tibi famulus in terra tua: aut tribus mensibus fugeris a duobus sariis tuos, et illi te persequentur: aut cetera tribus diebus uis pestilentia in terra tua.

Locum autem quem Lutherus petit in Scriptura ubi pœnæ iuxta qualitatem & quantitatem culpæ assignandæ sunt, libere docemus, est autem Deut. 25. ubi legitur. Pro mensura delicti erit et plagarum modus. & Apocal. 18. Quantum se glorificant, et in delictis suis, tantum date ei tormentum et lucrum.

Patres quos etiam petit, habentur 318. in Conc. Nicen. Gener. 1. ubi Cau. 11. variz pœnæ plurimum annorum pœnitentibus prescribuntur. & in Conc. Ancirano celebrato anno Domini 308. Patres decem & octo, Can. 8. dicunt. Quosquos autem non solum ipsi demerunt, sed etiam iniuste reuertunt, et compulerunt fratres, et causas prebuerunt vt cogentur: hi pœnitentia.

quæ quidem legatur in Scripturis accipere per aliquid. Vt si excommunicatus pœnitentia subiacentur actum, et ab anno communionem sua oblatione percipere, vt perferat, et non expleto de cruce consequatur, inter has autem, et nonnulla, pœnitentia est. Itaque Lutherus in opusculis vel inscitie notam per huiusmodi obiectionem ad plebem decipiendam excogitavit, vitare non potest.

Quarta Obiectio ex Philippo Melanctone in locis communibus de satisfact. Antiqui Christiani, vt satisfactioem faciebant pro publicis peccatis, & ob excommunicationis absolutionem, ad exemplum & disciplinam aliorum, quia exempla Gentilium in huiusmodi habebant, vt patet de Pharisæis apud Hieronim. de Orest. Pello Antiocho, Adraho, & similibus, qui leguntur in historiis, siue potius in scripturis Græcorum, ergo satisfactio non habet locum veritatis in Euangelio.

Respondeo hanc esse potius obiectionem Turcarum, Paganorum, & Aethiolarum, quam Christianorum, licet hæreticorum. Hi enim vt sana esse ostendunt mysteria nostra fidei, talia argumenta proponunt, vt hominum admirationes: ea esse ostendunt, sed quid valet hæc Obiectio? sicut si quis veteri obijceret, Paganos habere & elemosynas faciebant; ergo Christiani non à Paganis acceperunt, ergo talia non habent locum veritatis in Euangelio, inanis quippe & inepta Obiectio. sana enim sequela est hæc, ergo huiusmodi opera mortales bona ab ipso nature lumine distantur, cum omni tempore facta fuisse leguntur, si autem satisfactio non legeretur in Euangelio, quæ tamen ibi habetur, vt suo loco probatum est; dicendum esset quod à veteri Testamento veteres Christiani acceperunt exemplum, & quippe à Job cap. ult. à David pluribus in locis; à Ninivitis Ionæ 3. ab Achab, 3. Reg. 17. & alijs, sed cur dicit Melancton à fabulis Græcorum satisfactioem acceptam esse? mirum, vt moneret Lectores Catholicos; & Seculo, qualis ipse erat, affines & inextinguibilem Eubiosorum, qui Christianam fidem impugnauerunt.

Quinta Obiectio ex eodem in Apologia Confessionis Augustana. Pœnitentia est opus debitum & à Christo mandatum, nam hæc vox Christi, opus pœnitentiam, vox precepti est. sed satisfactio per Catholicos fit per opera debita seu supererogationis, ergo huiusmodi satisfactio non pertinet ad pœnitentiam.

Respondeo pœnitentiam vtique omnibus peccatoribus fuisse mandatam ad maiorem, sed satisfactio fit per opera debita; distinguitur hæc pœnitentia; talia opera possunt dupliciter considerari, vel in se, vt talia opera sunt, & sic vtique sunt debita, id est non precepta, sed tantum præstentia vt valde bona, & uilia; vt ieiunium, oratio, castigatio carnis, &c. vel vt sunt imposta pœnitentibus; & sic sunt debita & precepta. cum enim Sacerdos absolvens imponit pœnitenti aliquod horum opus, quod ex natura sua est opus supererogationis; tunc locum precepti tenet in illo, quia quod Sacerdos ligauit in terris, Deus ligauit in Caelo, vt legitur Matth. 18. ideoque falsa est illa sequela, ergo satisfactio non spectat ad pœnitentiam.

Sexta Obiectio ex eodem Melanctone qui sic ait: Item aduersarij scribunt confitentem si recuset suscipere satisfactioes, non peccare, sed per solutum esse hæc pœnæ in Purgatorio. Iam hæc sententia siue controuersia precepta sunt ad hanc vitam pœnitentia.

Lutherus ignarus vel malitiosus comprehenditur.

opus magis ad satisfactionem huiusmodi, quam ad satisfactionem Gentilium similis.

Respondeo ad hoc.

Opera supererogationis imposta pœnitentibus si sunt precepta.

Respondeo ad hoc.

mentia: *Facite penitentiam, facite fructus dignos penitentia, exhibete membra vestra seruire iustitiae*; quare non possunt detorqueri ad satisfactiones quas recusare licet, non enim licet recusare praecepta Dei.

Respondeo hanc objectionem inane esse, & nihil concludere; duas enim apparentes difficultates inuenit. Prima est, satisfactio per nos potest recusari, ergo non est de praecepto, quod habet vim obligandi. Anteced. probat. quia penitens potest remittere satisfactionem suam ad Purgatorium: ergo potest eam recusare.

Secunda est. Praecipitur pro hac vita praesentia dicitur: *Agite penitentiam, facite fructus dignos penitentia; et exhibete membra vestra seruire iustitiae*; ergo vel haec non spectant ad satisfactionem, vel male fit cum docetur satisfactionem transferri postea ad Purgatorium.

Ad primam dico, satisfactionem absolute sumptam recusari non posse. ad probationem dico, si penitens ob bonum finem, nempe ad maiorem castigationem suarum culparum, ad maiorem & magis rigorosam satisfactionem suorum peccatorum, petit a Sacerdote absolvente Purgatorium, posse tunc concedi. sed cum inferatur in objectionem; ergo satisfactio potest recusari, falsissima est sequela, quia sic non recusatur satisfactio, sed differtur pro alio tempore.

Ad secundam dico ea utique nobis pro praesenti vita dici: sed intelligenda sunt ea loca quae ibi obijciuntur. Cum dicitur, *Agite penitentiam*. Praecipitur nobis penitentia qua contritionem seu detestationem peccati praefert, & etiam confessionem Sacerdoti faciendam pro tempore noui testamenti; cuius obligatio coepit a die Pentecostes, cum solemniter in Ierusalem Euangelium promulgatum est post aduentum Spiritus sancti super Apostolos, ut legitur Act. 1. & Isaie cap. 2. *De Syon exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem*. & tertio satisfactionem; & haec praecipitur assumenda & acceptanda; licet aliquando possit differri ad Purgatorium post hanc vitam. nihil ergo hic contra nos habetur. Cum dicitur: *Facite fructus dignos penitentiae*: dico fructus penitentiae non esse tantum satisfactionem, quae est tertia pars penitentiae, sed seruire mandata, abstinere a peccatis, quod est exhibere membra nostra seruire iustitiae, bona operari, &c. Et haec omnia pro praesenti vita praecipuntur, & fieri debent, etsi poena aliquarum culparum recta intentione differri potest ad Purgatorium. Cum autem haec affirmamus, potius possibilitatem rei, & non repugnantiam ostendimus, quam actum seu factam vel faciendum; nam hoc fieri non solet; sed vnicuique poena satisfactoria in hac vita soluenda praefigatur.

Septima Obiectio ex eodem: Indulgentiae remittunt illas satisfactiones, ut docet caput cum ex eo, de Poenit. & Remiss. At Indulgentiae non solvunt nos illis praeceptis: *Facite fructus dignos penitentiae, Agite penitentiam*. itaque manifestum est, male detorqueri illa dicta Scripturae ad Canonicas satisfactiones.

Respondeo Indulgentias utique remittere poenas impositas pro satisfactione culpam, quarum habitus est iam absolutio. ad minorem at indulgentiae non solvunt nos illis praeceptis: *Facite fructus dignos penitentiae; Agite penitentiam*: concedo minorem iuxta verum sensum in superiori responsione exaratum, ergo male detorquentur illa dicta ad Canonicas satisfactiones, falsa consequentia, quae nullo modo ad

praemissis fuit; sed ob inepta intelligentia earum scripturarum: quia agere penitentiam, & fructus dignos penitentiae est detestari peccata; & pro tempore noui testamenti, etiam ea Sacerdoti confiteri, poenas culparum temporales soluere, & obedire mandatis Diuinis: haec autem non tolluntur per indulgentias, quas Ecclesia concedit, sed tantum poenas temporales inflicte pro culpis condonantur, quod his quae numerauimus non opponitur, ut patet. Et libet etiam fecit Apostolus 2. Cor. 2. eam poenae diuturnitate eundem incestuoso donauit: sic enim ibi legitur: *Sufficit illi qui eiusmodi est oburgatio hac quasi a pluribus, ut a te contrario magis doctus et consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeat, qui eiusmodi est*: & infra, *Cui autem aliquid donasti, et ego: nam et ego quod donasti, si quid donasti, propter vos, in persona Christi, ut non circumueniamur a satana: non enim ignoramus cogitationes eius*.

Apostolus de illis Indulgentiis in casibus.

Octaua Obiectio ex eodem. Certissimum est remissionem peccatorum gratuitam esse, seu gratis propter Christum donari, ergo non requiruntur satisfactiones.

Respondeo culpam peccatorum gratis nobis remitti propter Christum: & etiam gratis condonari nobis poenam aeternam. at Dominus a nobis satisfactionem per temporales poenas requirit, ut ipse manifestauit in Scripturis sanctis, sicut superius demonstratum est. nam Apostolus docet ad Rom. 8. *Si cum patimur et conglorificabimur*. Matth. 12. *Viri Niniua surgent in iudicio & condemnabunt generationem istam, quia penitentiam egerunt in predicatione Iona*. ibique satisfactio legitur Ionae 3. per ieiunia, cilicium, & saccum, &c. & cap. 11. *Veh tibi Corozaim, veh tibi Betsaida, quia si in Tyro et Sidone facta fuissent virtutes, quae facta sunt in te, olim in cinere et cilicio penitentiam egissent*. & alibi saepius. & hoc iustum est, ut nos qui Deum offendimus, poenam etiam portemus. licet & satisfactio nobis donetur, quae scilicet excedit vires humanas, & gratis per Christum donetur nobis remissio culpae & poenae aeternae: poenam saltem temporalem soluere debemus nos ipsi, qui Deum offendimus post baptismum, & agnitionem veritatis. Adde quod dum poenam penitens suscipit, magis timet & cauet Deum offendere in futurum. & facilius prauos habitus, peccando acquisitos, tollit & aufert dum satisfacit. ut Concil. Trident. optime docet sess. 14. cap. 8.

Quomodo remissio Peccatorum sit gratuita.

Nona Obiectio ex eodem, Euangelium habet mandatum gratis remittendi peccata, non imponendi poenas, & nouas leges, aut partem poenarum imponendi, parte remissa.

Respondeo hoc mandatum haberi remittendi peccata gratis per Sacramentum Baptismi, nulla imposita poena pro satisfactione; at post Baptismum poenitentibus, poena est necessario adiungenda, ut Apostolus fecit incestuoso cuidam fideli 2. Cor. 2. quam poenam ex parte deinde donauit. sic enim legitur: *Sufficit illi qui eiusmodi est oburgatio hac, quasi a pluribus: ut a te contrario magis doctus et consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeat, qui eiusmodi est. propter quod obsecro vos ut confirmetis illum charitatem. Ideo enim et scripsi, ut cognoscatis experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donasti, et ego: nam et ego quod donasti, si quid donasti, propter vos, in persona Christi, ut non circumueniamur a Satana*. 8o August. Homil. 50. cap. 15. Tom. 10. sic ait. *Non sufficit mores in melius*,
commun-

Peccatis post baptismum debetur poena temporalis etiam post illorum remissionem.

Qui potest peccata remittere non tollit satisfactionem, sed illam differit.

Qui stat in casu penitentiae.

Indulgentia non opponitur nec tollunt fructus dignos penitentiae.

commutare, & à factis malis recedere, nisi etiam de his
qua facta sunt satisfiat Deo per penitentiam dolorem,
per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium,
cooperantibus elemosinis.

Præterea cum Saluator dixit Matth. 18. *Quam-
quo ligaueritis, & solueritis, erunt soluta, & ligata in
Cælu*; manifestum est ipsam de peccatorum re-
missione, & retentione fieri sermonem, ut legenti
parebit; sed quid est ligare peccata, nisi penam satis-
factoriam illis adungere, ut ab initio semper fecit Ec-
clesia Catholica? quid est peccata solvere, nisi illa
remittere? sed hoc superius suo loco dictum est in
Conclusionis quartæ probatione.

Decima Obiectio ex Caluino lib. 3. Instit. cap. 4.
§. 26: 1. Ioan. cap. 2. legitur: *Si quis peccauerit, ad-
uocatum habemus apud Patrem Iesum Christum, & ip-
se est propitiatio pro peccatis nostris.* & Ioan. cap. 1. *Ecce
Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi.* Cum
Christus sit propitiatio pro peccatis, & tollat peccata,
non est opus ut ex nostris operibus satisfactionem
addamus ad peccata purganda.

Respondeo Christum Iesum utique esse propitia-
tionem pro peccatis nostris, & ipsum omne peccatum
tollere; quia ob merita ipsius remittitur & auferretur
peccatum; & gratia excitans, cooperans, & suble-
uens, qua peccata tolluntur, & iustificamur, & in
iustitia perseveramus, ob illius merita nobis dona-
tur: sed qui hæc omnia gratis donat, vult ut de nos-
tro aliquid patiamur, & peccatis iuxta posse satisfacimus,
ut superius dictum & probatum est. nihil
ergo colligit Caluinus ex citatis locis Scripturæ, ut
per dulces sermones, persuadeat suam peniten-
tiam Calvinisticam.

Vndecima Obiectio ex Caluino §. 27. maior ho-
nor Christo tribuitur, si remissionem peccatorum
totaliter absque nostris satisfactionibus habere fatea-
mur, ergo contra honorem Christi sunt nostræ satis-
factiones quas Catholici admittunt. Præterea, pax
& securitas conscientiarum oritur, si totaliter per Chris-
tum peccata expiari dicamus, si autem nostras satis-
factiones necessarias esse dicimus, inquietæ erunt nos-
træ conscientie, quia ignoramus an iuste satisfacimus.

Respondeo negando assumptum, quod si verum
esset, possemus etiam sic contra Deum arguere, ma-
ior honor Dei esset si pro peccato originali penam
mortis corporalis non immisisset, quam etiam susti-
nemus, culpa originali remissa; ergo vel Deus non
benè fecit, vel nos falsum docemus dum mortem
esse penam peccati originalis asserimus, sed quid va-
let hæc instantia? O homo quis es qui respondeas
Deo? poterat Deus peccata condonare nulla à nobis
requirendo opera satisfactoria; et ille mandat ut co-
patiamur, seu simul patiamur cum Christo, ut con-
glorificemur: ut monet Apostolus Rom. 8. Cum
Caluinus ait, maior honor esset Christi si, &c. nescit
de quibus affirmat; quia maior honor Christi est ut
eius sequamur vestigia, Crucem simul cum illo fe-
rendo, ut ipse Marci 8. ait: *Si quis vult me sequi de-
neget semetipsum, & tollat Crucem suam & sequatur
me.* & Petrus Apostolus Epist. 1. cap. 2. ait. *Christum
passum est pro vobis, vobis relinquens exemplum, ut se-
quamini vestigia eius.* An autem maior honor fuisset
Christo Domino hæc non itatuere, non est nostrum
iudicare; sed quæ mandauit seruare debemus; hoc
dicitur Caluinus, qui sub prætextu maioris honoris
Christi, Crucem Christi abiecit.

Ad secundam instantiam dico, quod damnationes

sumus, Deus vult ut cum metu, & tremore nostram
salutem operemur, ut docet Apostolus ad Philip. 2.
& non ut ita certi simus de gratia & iustificatione,
ut nõ possimus de illius possessione dubitare; sic sta-
tuit Dominus. vnde Apostolus 1. Cor. 4. *Nihil mi-
hi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui au-
tem iudicat me Dominus est.* Ecclesiast. 9. *Nescit ho-
mo utrum odio vel amore dignus sit: sed omnia in futu-
rum seruantur incerta.* Ecclesiast. 15. *De propitiato
peccato noli esse sine metu.* Psal. 18. *Ab occultis oculis
munda me Domine.* Prouerb. 21. *Omnia eius iustitiae
sibi videtur, appendit autem corda Domini.*

Duodecima Obiectio ex Caluino in eodem loco.
quantum hæc differunt, iniquitates nostras postas
esse in Christo, ut in ipso expiantur, & nostris ope-
ribus expiari: Christum esse propitiationem pro
peccatis nostris; & Deum operibus propitiandum?

Respondeo hunc loquendi modum esse calum-
niosum & mendacem; non enim Catholici ali-
quando opponunt propitiationi Christi Domini &
satisfactioni eius nostras satisfactiones; nam quis ne-
gat & iure negare potest, remissionem nostrorum
peccatorum per Christum haberi, & ipsam satisfac-
tibile pro peccatis nostris? sed dicimus ipsum velle,
ut peccata, quæ ob merita sua nobis condonantur,
cum nunquam sufficientes fuisset pro illis iustas
soluere penas; etiam nostris operibus satisfactionis
aliquo modo soluamus satisfaciendo, supposita gra-
tia creditoris Dei, quæ ob merita Christi nobis da-
tur. Hinc Apostolus ad Coloss. 1. inquit: *Quis nume-
quidem in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ de-
sunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius,
quod est Ecclesia.* & 1. Cor. 9. *Castigo corpus meum &
infermitatem redigo: ne cum alijs prædicatorum, ipse re-
probus efficiar.* & ad Rom. 8. *Ergo fratres debitorum
sumus non carni, ut secundum carnem viuamus: si enim
secundum carnem vixeritis, morietis: si autem spiritu
facta carnis mortificaueritis, uiuetis.*

Decima tertia Obiectio ex eodem Caluino. Haic
§. 3. *Posuit in eo iniquitates omnium nostrarum, & luo-
re eius sanatus sumus.* 1. Petri 2. *Peccata nostra ipse
portauit in corpore suo super lignum.* ad Rom. 8. *De
peccato damnauit peccatum in carne.* Ergo Christus
totaliter pro nobis satisfecit, ut non opus sit pro per-
fecta expiatione peccatorum nostris satisfactionibus.
& confirmatur ratio: nam ad Rom. 5. legitur. *Cum
inimicus essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij
eius.* & cap. 8. *de peccato damnauit peccatum in carne,
ut iustificatio legi impleatur in nobis.* Si satisfactio
est per Christum sufficientissima, ut quid necessarias
esse nostras satisfactiones dicitur. Caluini autem
verba sunt hæc.

Subnectam quædam alia testimonia quibus adeo
constringantur tortuosi isti angues; ut ne furmam
quidem caudam complicare postea queant. Testi-
monia autem quæ Caluinus citat sunt Hierem. 31.
& Ezech. 18. & subdit. Hoc est testamentum ho-
num quod Deus in Christo suo nobiscum pepigit,
quod iniquitatum nostrarum non recordabitur, quid
his significauerit discimus ex alio Propheta, ubi Do-
minus, si iustus, inquit, à iustitia sua deflexit, omni
iustitiarum eius non recordabor: si impius ab impietate
sua recesserit, omnium iniquitatum eius non recordabor.

Quod se iustitiarum recordaturum negat, utique
hoc est nulla se eorum habiturum rationem ut re-
muneretur: ergo & peccatorum non recordabitur, et
non postulari ad penam. & postea ipsam aliã di-
citur, proijcere post tergum; dicitur inquit aliã di-
mer-

Dominus requirit
à nobis coopera-
tionem nostram,
non ut ostendat
inefficacem satis-
factionem suam,
sed ut coopera-
tes simus nostræ
salutis.

Quomodo Chris-
tus sit propitiatio
pro peccatis nos-
tris.

Assumptum Cal-
uini Crucem Chris-
ti abiecit sub fal-
so prætextu.

mergere in profundum maris; non imputare; tecumque habere: talibus loquendi formulis non obscure sensum suum nobis explicauerat Spiritus sanctus, si dociles aures illi accommodaremus. certe si punit Deus, peccata imputat; si vindicat, recordatur, si ad iudicium vocat, tecta non habet: si examinat, post tergum non projicit; si inspicit, non obliterat instar nebulæ: si ventilat, non projicit in profundum maris. atque in hunc modum interpretatur August. claris verbis: *Si te xtu peccata Deum, noluit aduerrere: si noluit aduerrere, noluit punire, noluit agnoscere, maluit ignoscere. Tecta ergo peccata quare dixit? ut non viderentur. Quid erat Deum videre peccata, nisi punire?*

Postea ad idem corroborandum adducit Isaiam 1. *Si fuerint peccata vestra ut coccinum quasi nix albescerit, &c. Hierem. 50. In illa die requiretur iniquitas Iacob, & non inuenietur: peccatum Iuda & non erit, &c.*

Quid quæro, inquit Calvinus, nobis præstitisset Christus, si adhuc pro peccatis poena exigere tur? nam cum dicimus eum pertulisse peccata nostra in corpore suo super lignum, non aliud significamus, quam defunctum poena & vindicta, quæ peccatis nostris debebatur: Idipsum significantius declarauit Isaias cum dicit, castigatione pacis nostræ fuisse super eum.

Et postea inquit. validum autem in primis arietē nobis suppeditat, quod de expiandis peccatorum noxiis in lege Moisaica præscribitur. Neque enim illic Dominus hanc aut illam satisfaciendi legem constituit, sed totam in sacrificijs compensationem requirit: vbi tamen aliqui diligentissimè, atque exactissimo ordine omnes expiandi ritus exequitur. Qui sit autē ut nullis prorsus operibus admissa delicta procurare iubeat, sed sola in expiatione sacrificia requirat, nisi quod ita testari vult, vnicum esse satisfactionis genus, quo iudicium suum placatur? nam quæ tunc immolabant sacrificia Israelitæ, non hominum opera censebantur, sed à sua veritate, hoc est vnicò Christi sacrificio æstimabantur.

Sed hæc omnia ponemus in forma disputationis, & duobus syllogismis omnia complectemur; & in vanum laborasse Calvinum, & nihil concludere contra veritatem Catholicam, simul ostendemus. Prima ergo Obiectio sit hæc. Christus perfectissimè satisfecit pro peccatis nostris, & satisfactio eius fuit infiniti valoris, ergo peccata nostra penitus absulit; vanum est itaque affirmare, opus esse nostras satisfactorias poenas seu opera poenalia exhibere, ut penitus tollantur.

Secunda Obiectio in veteri Testamento ad auferenda peccata, sacrificia requirebat, quæ Christi sacrificium in Cruce figurabant, & non aliquas poenas, seu opera nostra poenalia, ergo nec in nouo Testamento pro remissione peccatorum opus est nostram addere satisfactionem. Hæc est lumina eorum quæ Calvinus obijcit.

Ad primam respondeo satisfactionē Christi Domini, quam dedit Patri pro peccatis nostris vtique plenissimam esse & infiniti valoris: absit oppositum affirmare: quando infert, ergo peccata nostra penitus absulit; distinguo, quoad sufficientiam pretij cōcedo; nam pro infinitis satisfecit, si infiniti darentur peccatores; quia pretium redēptionis fuit infiniti valoris: quoad efficaciam, nego, quia ad hoc vt talem efficaciam aliquis participet, necesse est, vt is media assumat quibus applicatur; vt sunt Sacramenta, per quæ Deus gratiam & remissionem peccatorum tribuit. etenim ob merita Christi deletur culpa originis, sed medio Baptismo. ob Christi merita, &

satisfactionem remittuntur peccata lapsis post Baptismum, sed media poenitentia, quæ satisfactionem aliquam ex proprijs operibus nostris laboriosis includit; & sic de singulis donis quæ à Deo recipimus.

Vnde Apostolus ad Rom. 8. *Si secundum carnem vixeris, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueris in uictis, & utrūq; ob merita Christi obtinemus, nempe vitam æternam, & gratiam Spiritus sancti; quia, vt oportet, carnem possumus mortificare. & sequitur Apostolus: Si autem filij & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatiatur, ut conglorificemur. glorificatio per merita Christi Domini obtinetur, sed oportet simul cum Christo pati secundum Apostolum: ad compatiendum autem, vt oportet, gratia nobis datur, quæ facit vt faciamus, ob merita Christi. & Petrus Apostolus Epist. 1. cap. 2. sic etiam docet: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eum.* Sed dices, Christus ita satisfecit pro peccatis nostris, vt satisfactio fuerit infiniti valoris, ergo vanum & superfluum est admittere nostras satisfactiones.*

Respondeo Christi satisfactionem vtique esse infiniti valoris quoad sufficientiam; quapropter non admittit satisfactiones nostras ex indigentia, eoquod satisfactio non fuerit infinita, & sufficiens: sed voluntarie illas requirit, sic enim ordinauit, vt probatum est in prima Cōclusionione; & tunc statuit totaliter peccata dimittere; cum satisfactionē nostrā adhibemus.

Sed instabit Calvinus, Scriptura dicit Ezech. 18. si egerit impius poenitentiam, omnium iniquitatum suarum Dominus non recordabitur. & quod *projicies peccata nostra in profundum mari, &c.* ergo omnia remittit Deus poenitenti, & nihil referuat puniendū.

Respondeo Deum vtique peracta poenitentia non recordari amplius peccatorum nostrorum, & nihil referuare puniendum; sed dicat Calvinus, poenitentia quam Deus requirit à nobis, includere satisfactionē, quæ est tertia pars poenitentia; qua peracta, nihil amplius referuat puniendum. & hoc ob merita & satisfactionem Christi habemus, quia insufficientes eisēt, & omninò improportionata; imò inutiles nostræ satisfactiones pro culpis nostris, nisi ex gratia Dei, quæ est per Christum Dominum, vim haberemus satisfaciendi, vt oportet.

Sed vrget adhuc, vel satisfactio Christi per se sufficit, vel non; si sufficit, frustra exigitur nostra satisfactio, si non sufficit, iniuria est illi.

Respondeo satisfactionem Christi sufficere quoad valorem; sed Deus ex beneplacito suo à poenitente, etiam aliquam satisfactionē ex proprio requirit; nec id opponitur meritis Christi, quia omnem vim & valorem operum nostrorum ex merito Christi ex satisfactione Christi, & gratia quæ nobis datur per merita Christi, cognoscimus.

Ad secundam obiectionem, falsum esse assumptū dicimus; in veteri scilicet Testamento pro culpis expiandis proprias poenitentium satisfactiones nō fuisse necessarias. etenim verbis & exemplis totum Testamentum vetus clamat oppositum; nam Iob sacrificia offerebat pro peccatis, & tamen poenas satisfactorias assumebat. cap. enim vlt. inquit. *Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in farina & cinere.* David sacrificia offerebat seu offerri mandabat; & tamen satisfactionem culparum assumebat in ieiunijs, & cinere, &c. & ipse Deus in poenam culparum de facto remissarū, & poenas & castigationes super David immittebat, vt superius sæpè dictum est.

Christus per sacrificium Crucis obtulit omnia nostra peccata quoad sufficientiam pretij, sed non quoad efficaciam, quia media assumenda sunt ordinata ad talem veniam obtinendam per merita illius.

Satisfactio Christi non admittit satisfactiones nostras ex indigentia, sed voluntarie.

Deus non recordatur peccatorum nostrorum: cum quis perfectam habuit illorum poenitentiam, perfecta autem poenitentia, nostras satisfactiones admittit.

Deus ex beneplacito suo requirit nostras satisfactiones.

Assumptum Calvinus est chimericum sine fundamento.

...quarta Objectione Calvini s. 38. Publicanus iustificatus est in exemplo, & poena nulla legitur. Petrus delicti veniam obtinuit: *lachrymas* ... inquit Ambrosius, *legimus, satisfactionem, non legimus*. Audit Paralyticus, *surge remittantur tibi poena tua*: poena non imponitur. Omnes quae in ... commemorantur absolutiones, gratuita ... en hac exemplorum frequentia, regula potius peti debuerat, quam ab vnico illo (idest Davidis) quod nescio quis singulare continet.

reproposito argumentum. Publicanus percutiebatur, & Petrus lachrymatus est, ergo docent pro peccatis poenitentem satisfacere debere. Paralytico non imposita poena, quis longam tulerat poenam peccati sui, nempe paralytim. Videat ergo Amicus Lector, quid concludant huiusmodi objectiones Calvini. Ad illud Ambrosij dico ipsum non loqui de satisfactione quae est tertia pars poenitentiae, vt legenti patebit. sed sumit ibi satisfactionem pro excusatione. & ignis est. Petrus voluit lachrymis aculare delictum, magis quam illud exculare. sic ipse Ambrosius ait lib. 10. in Lucam cap. 96. Tom. 3. *Maluit ipse suum aculare peccatum, ut iustificaretur sacerdos, quam quod nescimus negando.*

Ambrosius ibi sumit satisfactionem improptie, pro excusatione.

Satisfactio multipliciter fieri potest.


Respondeo hunc Publicanum docere Calvini poenas peccatorum soluendi necessitatem, quia percutiebat pectus suum; non poenam soluit, dum castigat? Petrus lachrymatus est; & haec est poena satisfactoria; nam satisfactio multipliciter fieri solet; sufficit autem vt sit actus laboriosus & poenalis. imo

...TAM

FINIS LIBRI DECIMI.

...TAM





ad idem Rorden
Bacib. l. 1. c. 11
159

LIBER VNDECIMVS. DE SACRAMENTO MATRIMONII.

IMMENSE

DISPVATIO PRIMA.

*An Matrimonium sit Sacramentum
proprie dictum.*

Cuius sententia videtur esse Durannus in 4. dist. 26. quæst. 3. dum tuetur Matrimonium æquiuocè Sacramentum esse.



MATRIMONIUM, ut est contractus mutus maris & foeminae, circa translationem suorum Corporum pro vsu perpetuo ad procreandam prolem debite educandam, institutum à Deo Gen. 2. ante lapsum Adæ; veteres hæretici, vt

Huius autem Sacramenti veritatem, quam semper Catholica Ecclesia tenuit, cõtra modernos Sectarios Concil. Triden. sess. 24. sic exposuit. *Matrimonij perpetuum indissolubilemque nexum, primus humani generis parens, Diuini Spiritus instinctu pronunciauit, cum dixit. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adheret uxori sua & erunt duo in carne una. Hoc autem in vinculo duos tantummodo copulari & coniungi, Christus Dominus apertis docuit, cum postrema illa verba, tanquam à Deo prolata, referens dixit: Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Et atque eiusdem nexu firmitatem, ab Adam tanto ante pronunciatam, his verbis confirmauit; quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem proficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, coniugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium Sacramentorum insitutor atque perfector, sua nobis passione promeruit, quod Paulus Apostolus innuit dicens: Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro eâ, max subiungens; Sacramentum hoc magnus est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.*

Simon, Saturninus, Gnostici, Manichei, & quamplures alij damnauerunt, vt rem inhonestam, illicitam, ac malam; nec à vero Deo institutum fuisse dixerunt; vt scribit August. lib. de Hæresibus cap. 5. & hæresi 46. Tom. 6. Ireneus lib. 1. cap. 22. & Hieron. in 1. lib. contra Iouin. Tom. 2. vt autem est Sacramentum, scilicet expressio certorum verborum, vel signorum, maris & foeminae ad se inuicem, significantium traditionem mutuae potestatis corporum ad prolem debite procreandam, ex institutione diuina efficaciter significans gratiam conferendam mutuò contractibus ad coniunctionem mutuam animorum gratiosam: impugnatur & negatur seu reijcitur a modernis hæreticis; nempe Luthero, & Caluino, & sequacibus, contra quos disputamus. Nam Lutherus lib. de Captiuit. Babylon. cap. de Matrimonio, docet non esse signum à Deo institutum cum promissione gratia. Caluin. lib. 4. Instit. cap. 19. §. 34. ad irridendum hoc Sacramentum, docet, sic Matrimonium esse Sacramentum, vt est agricultura, aut ars futoria. Melancton in locis tit. de Coniugio. & Kemnitius in 2. par. examinis Concil. Triden. pag. 1204. concedunt in Matrimonio esse Dei mandatum & promissionem gratia, sed non iustificantis & reconciliantis hominem Deo; ideoque negant esse propriè Sacramentum, vt est Baptismus & Eucharistia.

Doctrina Catholica Ecclesie de Sacramento Matrimonij.

Qui fuerit primi hæretici circa Matrimonium, vt est contractus maris & foeminae.

Vt Sacramentum est impugnatur à Luthero, & Caluino.

Opiniones Sectariorum de Matrimonio.

Cum igitur Matrimonium in lege Euangelica veteribus connubijs per Christum gratis præstet, merito inter noua legis Sacramenta annumerandum Sancti Patres nostri, Concilia, & vniuersalis Ecclesia traditio semper docuerunt, &c.

Et quia Sacramenta habent materiam, formam, & ministrum, inuestigare opus est, quæ sit materia forma, & minister matrimonij; & postremò quis finis eius. Cum itaque matrimonium sit contractus, id est simul tractus duarum voluntatum, qui à donatione differt; quia donatio est datio incredibilis, id est absque expectatione redditionis; in contractu autem datur vt detur; sicut accidit communiter in commu-

Quod est materia, forma, & minister omnium contractuum: id est materia, forma, & minister matrimonij, quis est contractus.

contractus est, & redditione sequitur ut id quod est materia, forma, sic nimirum contractus, sic prima materia, forma, & nimirum matrimonij: materia autem contractus est res ipsa quae permittitur, ut se u comungatur; forma, sunt verba modum contractus exprimentia; & ministri sunt ipsimet contrahentes, qui contractum faciunt, & componunt. Quamobrem matrimonium essentialiter est contractus, sed Christus Dominus eius naturam mutauerit, sed tempus eluauit ad esse Sacramenti, nec aliter legitur naturam alioquin contractum, ut ergo materia contractus contrahitur, nempe mas, & foemina: forma sunt verba velut us exprimentes consensum id est contractus; & debent esse de presenti, certa & signa vniuersa; & ministri ipsimet contrahentes. Nō autem Parochus seu Sacerdos licet post Conc. Trid. necessarius sit Parochus pro validitate contractus; quia Ecclesia iuris de causis declarauit nullum esse tale contractum matrimoniale, nisi fiat in praesentia Parochi & duorum testium: sic enim inquit in decreto de Reformatione matrimonij cap. 1. *Qua aliter quam praesentia Parochi vel alio Sacerdotis, de ipsius Parochi seu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum inhabiles reddat, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernat; prout eos praesenti decreto irritos facit & annullat.*

Et per hanc declarationem Ecclesia non rationē Sacramenti in matrimonio reformauit; cum suum in illud non ascendat, sed materiam Sacramenti declarauit qualis debeat esse. ratio autem Sacramenti quae consistit in signo efficaci diuinæ gratiæ ex diuina institutione, eadem est immutata & immutabilis. Hinc est quod effectus huius Sacramenti est gratia inanimabilis contrahentium, nisi ponant obicem, & sint actu in gratia habituali; quia dicitur Sacramentum viuorum: & huius gratiæ effectus est gratiosa coniunctio animarum.

Ad exactam notitiam huius Sacramenti notandum cum subtili Doctore in 4. dist. 26. quod aliud est matrimonium, aliud contractus matrimonij, & aliud Sacramentum matrimonij. Matrimonium est vinculum & ligamen mutuum. Contractus est actus mutuus voluntatum. & Sacramentum est signum sensibile quo exprimitur talis contractus terminatus ad gratiam, seu matrimonium est vinculum indissolubile inter marem & foeminam ex mutua translatione potestatis corporum suorum in se inuicem facta ad procreandam prolem debite educandam. Contractus est maris & foeminae mutua translatio corporum suorum pro usu perpetuo ad procreandam prolem debite educandam. & Sacramentum matrimonij est expressio certorum verborum vel signorum maris & foeminae ad se inuicem significantium traditionem mutua potestatis corporum ad prolem debite procreandam, ex institutione diuina efficaciter significans gratiam conferendam mutuo contrahentibus ad coniunctionem mutua animarum gratiosam.

Matrimonium, ut est contractus, institutum fuit Gen. 2. *Et edificauit Dominus Deus eobam quam miserat de Adam in mulierem, et adduxit eam ad Adam. Quamobrem reliquit homo patrem suum & matrem, & adheret uxori suae: & erunt duo in carne una.* Ut autem est Sacramentum, à Christo Domino originem habet, ut infra probabimus.

Primo matrimonij ut est contractus, duplex est.

Secundus est in tempore ob inclinationem hominis ad copulam carnalem. ante lapsum Adæ matrimonium habuit tantum primum finem, post Adæ peccatum habet utrumque: primus est finis per se matrimonij, Secundus vero per accidens.

Conclusio. Matrimonium est Sacramentum proprie dictum. Probat. Apostolus ad Ephel. c. 5. loquens de matrimonio sic ait. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adheret uxori suae: & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Unde constat matrimonium esse Sacramentum, cum sic dicit Apostolus. & probatur à simili: nam si quis uerba diceret super aliquem Panem, Panis ille magnus est, ego autem dico de Pane Eucharistiae. necessarium fuit quod ille panis sit uerè panis qui Eucharistiam figurat: aliter falso & nulla esset similitudo, & improporionatus sermo, sic à simili. Apostolus dicit de Matrimonio, Sacramentum hoc matrimonij magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia, consequens est, ut matrimonium sit uerum Sacramentum; & deinde ut Sacramentum est, unionem indissolubilem Christi cum Ecclesia representet: res patet.

Et licet Apostolus, qui Græco idiomate ad Ephesios scripsit, loco Sacramenti mysterium dixerit; id tamen ueritati non obest, quia Græci Sacramenta mysteria dicunt, & non aliter, & sicut matrimoniâ in ordine ad Christum cum Ecclesia dicitur mysterium, quia quid reconditum, & absconditum sensibus coniunctane tempore unionem, & sanctificationem, de qua Apostolus loco citato inquit. *Quoniam uisus est in mundo, sicut Christus caput est Ecclesiae, ipse Saluator Corporis eius, & postea: ut illam sanctificaret mundans lauacro aqua in uerbo uisus. Sic à pari, Sacramentum dicitur mysterium, quia praeter id quod ingerit sensibus, aliquid spirituale donum Dei significat, quod animis confert, illo mediante, confertur, nempe illius sanctificationem.*

Secundò probatur sic. Matrimonium seu desponsatio Christi cum Ecclesia duo praecipue importat; nempe unionem cum insolubilitate, & sanctificationem; ut legitur Osee 2. *Sponsabo te mihi in fide, & sponsabo te mihi in sempiternum.* & ad Ephel. 5. *Mulieres uiri sui subiciite sicut Dominus: quoniam uisus est caput est mulieris: sicut Christus caput est Ecclesiae, ipse Saluator Corporis eius. Sed sicut Ecclesia subicieta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri diligite uxores uestras sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret; mundans lauacro aqua in uerbo uisus, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. ita & uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua; qui suam uxorem diligat, seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam: quia membra sumus Corporis eius, de carne eam, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Sed sic est quod inter Matrimonium Christi cum Ecclesia, & Matrimonium inter uirum & mulierem, currit paritas & similitudo, ut docet Apostolus: ergo si in eo reperitur praeter unitatem cum insolubilitate sanctificatio,*

Finis contractus matrimonialis duplex est.

Exemplum aptè ad ueritatem ostendendam.

Sacramenta apud Græcos dicuntur mysteria.

Deposito Christi cum Ecclesia quid praesentat.

Matrimonium est contractus matrimonij.

Ecclesia declarat legitimum contractum matrimonij rationem Sacramenti non tenet.

Matrimonium est Sacramentum viuorum.

Quid sit matrimonium, quid contractus, & quid Sacramentum matrimonij.

ficatio, etiam in hoc, quod est inter virum, & mulierem erit sanctificatio: de qua loquitur etiam Apostolus 1. Thesal. 4. dicens. *Ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore: in ea scilicet sanctificatione quam ante per matrimonium acceperant.*

Nunc sic subsumo: Symbolum externum quod confert sanctificationem ex mandato seu institutione diuina est propriè & verè Sacramentum, ut etiam omnes Sectarij dicunt, (& talibus verbis vtor ut quod ipsi dicunt de quidditate Sacramenti referam) ac matrimonium inter virum & mulierem est huiusmodi, ut probatum est, ergo matrimonium inter virum & mulierem est verè & propriè Sacramentum.

Tertiò probatur veterum Patrum testimonio. August. lib. de fide & operibus cap. 7. tomo 4. inquit. *Ab sit ergo, ut sensu non humano, sed plane vano sic doctissimi cum flagitiis corrigantur, tanquam connubia dirimantur: maxime in Civitate Domini in monte sancto eius, hoc est in Ecclesia, ubi nuptiarum non solum vinculum, verum etiam Sacramentum ita commendatur; ut non liceat viro uxorem suam alteri tradere, quod in Repub. tunc Romana, non solum minime culpabiliter, verum etiam laudabiliter Cato fecisse perhibetur.*

Chrysostronus Hom. 56. super caput Gen. 29. tomo 1. inquit. *Quomodo enim non absurdum, si nos qui tantam accepimus gratiam, & misericordiam, & tam terribilium ineffabilemque Sacramentorum participes sumus, hac tunc inferiores sumus Laban, qui cultu Idolorum adhuc erat deditus? An non audis Paulum dicentem, quod Sacramentum sunt nuptia, & imago dilectionis Christi, quam erga Ecclesiam declaravit. Ne igitur confundamus nos ipsos, & honestatem nuptiarum corrumpamus, &c.*

Supereff ut Aduersariorum obiectiones rejiciamus. Prima Obiectio ex Lutero lib. de Captiuit. Babyl. cap. de Matrimonio. & Caluino lib. 4. inst. cap. 19. §. 34. Matrimonium non est signum sensibile à Deo institutum causatiuum gratiæ, ergo non est Sacramentum. Præterea dicitur quod esset signum significatiuum coniunctionis Christi cum Ecclesia, non tamen sequitur quod sit Sacramentum, quia Cæli qui enarrant gloriam Dei significant Apostolos, & sol designat Christum, & differentia stellarum in claritate, differentiam Sanctorum in resurrectione, ut inquit Apostolus, & granum Sinapis Regnū cælorum, &c. & tamen nihil horum est Sacramentum, ergo licet coniugium humanum significet coniunctionem Christi cum Ecclesia, non tamen dici potest quod sit Sacramentum.

Respondeo ad primam instantiam negando antecedens. etenim matrimonium est signum sensibile causatiuum gratiæ sanctificantis in animabus maris & femine, cum contractum faciunt coram Sacerdote, ut probatum est in Conclusionem præcedenti; & tunc matrimonium est Sacramentum, cum sit talis contractus cum debitis circumstantijs; licet insolubilitas contractus sit perpetua tunc enim gratiam sanctificantem confert, quæ adiuvat ad munus matrimonij debite & piè exequendum, & marem & feminam charitatis mutue vinculo munit, ideoque verissimum est Sacramentum.

Ad secundam instantiam dico matrimonium non ideo esse Sacramentum propriè dictum, de quo loquimur, quia figurat & significat unionem insolubilem

Christicam Ecclesia; sed quia est signum causatiuum gratiæ sanctificantis ex diuina institutione; ideoque vanum est exempla illa adduxisse, quia talia signa non causant gratiam ex diuina institutione, nec ideo creata sunt, ut talia significant; licet ad explicationem eorum adducantur, inanis est ergo talis obiectio.

Secunda Obiectio ex Lutero. Matrimonium ab initio mundi non fuit Sacramentum, nec fuit Sacramentum apud Iudæos nec apud Gentiles, ergo nec Sacramentum nouæ legis apud Christianos.

Respondeo concedendo antecedens, & negando consequens; quia Saluator noster Christus Dominus Matrimonium quod semper fuit, cum Deus ilud instituerit Gen. 2. fecit Sacramentum; ante Christum utique non fuit Sacramentum, licet semper fuerit figura coniunctionis future inter Christum nasciturum, & Ecclesiam per Apostolorum prædicationem adunandam. Congruum autem est ut Saluator talem contractum matrimoniale eleuauerit ad esse Sacramenti; quia ipse meruit nobis gratiam; & omnia dona gratiæ humano generi Deus olim dedit ob merita Christi præuia; in nouo autem testamento dat nobis gratiam ob merita Christi exhibitæ; magis autem accepta sunt obsequia exhibitæ, quam præuia: ideoque nouum testamentum maiori gratia abundat, & plura sunt Sacramenta, & maiorem gratiam conferunt. & cum huiusmodi contractus matrimonialis habeat secum difficilem obligationem perpetuam simultatis incohabitatione, & generationis proli, & alijs rebus, quæ secum trahit talis contractus; congruum fuit ut gratiam statuerit dare, cum sit: ad hoc ut debite seruetur. & tunc dicitur esse Sacramentum.

Tertia Obiectio ex Caluino §. 36. & Kemnitio in 2. parte examinis pag. 1207. Pontificij matrimonium immunditiam, & pollutionem, & carnales sordes appellant: ergo secum ipsi pugnant, cum matrimonium Sacramentum esse volunt: neque enim Sacramentum immundities, & pollutio, ab sordes dici potest. Antec. Caluinus probat, citans Magistrum Sent. & Gratianum. Kemnitius autem illud probat per Epist. Siricij Papæ ad Himerium Tarraconensem, ubi verba illa. *Quia carne sum Deo placere non possumus, ad coniugium accommodat. & ibidem illa verba Scripturæ quæ propriè ad Sacerdotes pertinent. Sancti estote quoniam ego sanctus sum & mandamina, qui fertis vasa Domini. quasi sanctitas in his tantum sit qui matrimonio non iunguntur, exponuntur. ergo si matrimonium innohuit immunditiam, proculdubio non erit Sacramentum.*

Respondeo cum Card. Bellarm. lib. de Matrimonio cap. 5. hanc obiectionem mendacio & calumnie inniti: nusquam enim apud Catholicos matrimonium dicitur immundities & pollutio. Siricinus autem non coniugia damnat, sed sacrificia, quæ falso à Lutheranis coniugia nominantur, & de his inquit. *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt: Sacerdotes enim tunc in carne esse, & carnaliter viuere dicuntur, cum ad coniugia sibi interdita aspirant: cap. 5. illas mulieres pollutas coniunctione carnali dicit, quæ illegitimo contractu iunctæ fuerant. Sed dico quomodo legitima coniugia immunditiam, & pollutionem appellauit Siricinus, dum cap. 4. testatur coniugia à Sacerdote benedici solere? sic enim ait: *De coniugali autem violatione requisitis, si desponsatus**

Testim. 33. DD. an aliquorum.

Testim. 33. DD. an aliquorum.

Quis sit effectus Sacram. Matrim.

Pecitas Sectario- rum caret pedibus

Congruentia dicitur in nouo Testam. matrimon. est Sacramentum.

Quia carne sum Deo placere non possumus, ad coniugium accommodat.

alij puellam, aliter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat omnibus modis inhibemus: quia illa benedictio quam nupturâ Sacerdos imponit, apud fideles, cuiusdam sacrilegij instar est, si ulla transgressionis violatur. non enim potest Sacerdos immunditiam, & pollutionem benedicere, quia immunditiam & pollutionem approbaret quod benedicendo fieret; essetque sacrilegium & iniuriam: ergo licitum matrimonium non appellatur pollutionem, & immunditiam, sed illicitum.

Dico insuper matrimonium posse pro duplici tempore considerari, vel cum est Sacramentum, quando scilicet sit legitimus contractus, cui Deus annexit pro tempore noui testamenti gratiam sanctificantem, & tunc nullo modo matrimonium potest dici immundum; talis autem legitimus contractus fieri non potest à Sacerdotibus & Monachis; de quibus etiam Syriacus loquitur. & talis legitimus contractus fuit inter Beatam Virg. & S. Ioseph, in quibus proculdubio, nihil fuit immundum, & pollutum. Secundò potest matrimonium sumi, vt est contractus statutus in officium naturæ coniunctus cum suo effectu, scilicet cum actuali copula carnali, & vt sic ob concupiscentiam, & carnis inordinatum appetitum, non est sine aliqua immunditie; iuxta quem sensum legitur 1. Reg. 21. *Si mundi sunt pauci mariti à mulieribus*: & Apoc. 14. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coniuncti: virgines enim sunt*. & 1. Cor. 7. *Et mulier nupta, & virgo, cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. quam sanctitatem corporis, vsus matrimonij tollit: quia sequitur Apostolus. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. & postea: Qui matrimonio non iungit melius facit. &: Beatior autem erit si sic permanserit.*

Quarta Obiectio ex Caluino, & Kemnitio locis supra citatis. Si matrimonium esset Sacramentum, eertè non pugnaret cum alijs Sacramentis. at Pontificij docent non posse Ordinis Sacramentum cum matrimonio simul consistere, ergo vel matrimonium non est Sacramentum, vel ipsi secum Pontificij pugnant.

Respondeo cum Bellarm. loco citato Sacramentum matrimonij non repugnare cum Sacramento Ordinis, vt Sacramentum est, sed propter ea quæ necessariò matrimonium consequuntur, quæ muneris ordinati opponuntur, & à rebus diuinis abstrahunt. Vnde Apostolus 1. Cor. 7. *Qui cum uxore est sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est.* & ibidem hortatur coniuges, vt saltem ad tempus ex consensu ab actu coniugij se abstineant, vt vacent orationi. Itaque non ratione Sacramenti matrimonium interdicitur, sed propter impedimenta quæ matrimonium sequuntur.

Quinta Obiectio ex Caluino contra præmissam responsionem. Coitus pars Sacramenti est, nec sine eo matrimonium Sacramentum est, vt habet Magister sent. lib. 4. dist. 16. & Gratianus 27. quæst. 2. Canon. Non est dubium. & Can. Cum societas. nam per eum figuratur coniunctio Christi cum Ecclesia, per naturæ conformitatem, dum scilicet efficiuntur coniuges vna caro. ergo si à Sacramento non arcentur Sacerdotes; non solum à vinculo, sed nec ab ipso coitu debent arceri; aut certè quod vnū superest, matrimonium Sacramentum non erit. Præterea Pontificij affirmant in Sacramento conferri gratiam Spiritus sancti: coitum tradunt esse Sacramentum, in coitu negant vnquam Spiritum

sanctam adesse, vt tradit Gratianus Can. Conubia 32. q. 2.

Ad primam instantiam respondeo negando consequentiã, Coitum esse partem Sacramenti, nec illū necessarium esse ad integritatem Sacramenti dico; licet non est actualis copula de necessitate valoris talis contractus, qui verissimus fuit inter B. V. & S. Ioseph; dicente Matth. cap. 1. *Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph*; & tamen nulla ibi fuit carnalis copula. Coitus est vsus talis contractus, seu effectus illius, & non pars contractus, qui contractus non obligat ad petendum coitum, sed tantū ad dare, si fiat petitiõ; quæ si non fit, integer manet contractus. & huic integro contractui Deus annexit gratiam sanctificantem, & talis contractus, vt habet gratiam annexam ex institutione diuina, est Sacramentum, & nihil aliud. Quidquid sit de Gratiano & magistro sent. & quibuscunque alijs. Ecclesia enim Catholica nõ inuitur dictis alicuius Doctoris particularis, quales sunt magister sententiarum & Gratianus.

Hanc eandem sententiam amplectitur Card. Bellarm. loco citato, eamq; Patrum sententijs munit, nempe Ambrosij qui in lib. de Inst. Virg. cap. 6. inquit. *Non defloratio virginis facit conjugium, sed pactio conjugalis.* & August. qui lib. 1. de nuptijs & concupisc. cap. 11. & lib. 2. de consensu Evangelist. cap. 1. docet inter B. M. Virginem & S. Ioseph verum coniugū sine vlla carnali copula fuisse: & Leonis Papæ in Epist. 92. ad Rusticum Narbonensem, vbi ait. *Cum societas nuptiarum sic ab initio constituta sit, vt præter sexum commissionē haberet in se Christi & Ecclesia Sacramentum.* quem locum Gratianus cum errore legit addita negatione. Vnde Codex Gratiani emendandus est, sicut etiam textus Mag. sent. cum ex tali deprauatione talis error ortum duxisse cognoscatur. Qua stante doctrina ruit omnis obiectio Caluini, quæ supponit in ratione Sacramenti Matrimonij, coitum necessariò includi: quod falsissimum est.

Sexta Obiectio ex Kemnitio, Sancti Patres antiqui, & vetera Concilia ante Const. & Florent. nõ tradiderunt Matrimonium esse Sacramentum. & ex Doctoribus Durandus apertè negat Matrimonium esse Sacramentum propriè dictum siue vniocè cū alijs: ergo Conc. Trid. sess. 24. falsum dicit cum inquit. *Matrimonium inter noua legi Sacramenta annumerandum Sancti Patres nostri, Concilia, & vniuersali Ecclesia traditio semper docuerunt.*

Respondeo cum Cardin. Bellarm. loco citato ad hoc vt sit vera sententia Conc. Trid. seu modulus loquendi eiusdem, non requiri vt omnes Patres, & omnia Concilia, id asserant: sed eorum quædam satis autem est; vt illorum nemo oppositum dicat; sicut de facto nullus est qui huic veritati opponatur. Concilia antiqua id explicarunt, quod suis temporibus controuersum erat; Matrimonium videlicet à Deo institutum, remque sanctam, & bonam esse. Vtrum autem Sacramentum esset propriè dictum, non fuit causa cur tractarent, cum nemo de tali re tunc ambigeret. Concilia tamen posteriora, causa hoc postulante, id declararunt; quam causam antiqua Concilia non habuerunt. Quod autem Durandus neget Matrimonium esse Sacramentum, id veritati Catholice non obest, quæ ab aliquorum Doctorum particularium opinione non pendet: et ruit; vnus est. nobiliores Doctores Scholastici omnes & mul-

Matrim. cum actu est Sacram. longè est ab omni immunditie.

Copula carnalis non est de ratione contractus matrimonialis & sacramentalis.

Matrim. interdictur clericis non, quia Sacram. est, sed ob effectus quos secum ducit talis contractus.

ti numero, oppositum docent: scilicet illud esse verum Sacramentum, sed audiamus argumenta Durandi:

Septima Obiectio ex Durando. In Sacramentis ceteris id quod exterius agitur excedit dictamen rationis naturalis. nec potest reddi sufficiens causa illius, nisi per lumen fidei: at quod exterius agitur in matrimonio naturalem causam habet, non igitur sunt uniuocè Sacramenta Matrimonium, & sex reliqua. maior propositio probatur. Nam si quis videat in Ecclesia puerum baptizari, & ignoret mysteria nostræ fidei, nunquam reddere poterit causam eius ablutionis. non enim ablutio illa fit, ut puer refrigeretur, aut lauetur corporaliter, qui sunt naturalis aquæ effectus: sed iustificatur à peccato originali, qui est effectus supernaturalis, & à sola Dei voluntate dependens. & idem dici potest de alijs quinque Sacramentis, quæ sunt omnia signa voluntaria à Deo instituta. Probat quoc; minor propositio. Nam matrimonium fit ad significandam & efficiendam unionem insolubilem viri & mulieris: id autem naturaliter significant verba exprimentia mutuum consensum: & idè si Ethnicus videat matrimonium celebrari, facile causam reddet cur id fiat. Neque satisfaciet si quis dixerit, matrimonium esse Sacramentum Christi & Ecclesie, & hunc effectum non significari naturaliter, nec posse cognosci ab Ethnico. Nam significatio Sacramentorum principalis, est eius rei quæ per Sacramentum efficitur: Sacramenta enim faciunt quod significant. Matrimonium autem non efficit unionem Christi cum Ecclesia, sed unionem masculi & femine, & ista ratio dicitur ab August. lib. de bono Coniugali c. 7. res Sacramenti.

Respondeo Durandum valde errasse assumendo materiam huius Sacramenti differentiam, quam habet à materijs & fundamentis cæterorum Sacramentorum, & indè colligendo matrimonium non includere conceptum uniuocum proprii Sacramenti: in qua enim schola didicit Durandus quidditatem Sacramenti consistere in fundamento illius? Sciat ergo quidditatem Sacramenti esse signum sensibile, diuinæ gratiæ sanctificantis ex diuina institutione, & abstrahit autem ab hoc & illo signo sensibili: hic autem conceptus quidditatus Sacramenti æquè descendit in sex Sacramenta, & in matrimonium, quod est contractus sensibilis, signans gratiam sanctificantem ex diuina institutione, quod ipse negasse non potest, præter notam erroris in fide. itaque conceptus quidditatus Sacramenti æquè includitur in matrimonio, ac in cæteris Sacramentis: ergo matrimonium est Sacramentum propriè, sicut & cætera; nam Sacramentum secundum nomen & secundum rationem ei competit, ut dictum est. quid refert si fundamentum vnius Sacramenti magis vel minus percipiatur quoad significatum? Omne enim Sacramentum habet aliquid in se proprium, per quod differt ab alio; non enim septem Sacramenta sunt vnum Sacramentum; debet itaque omne Sacramentum aliquid proprium inuoluere: Sed ad hoc ut sint verè Sacramenta, quidditatem Sacramenti includere debent, quæ consistit in signo sensibili causatiue efficaciter gratiæ: hæc autem ratio perfectissimè est in matrimonio, ideoque Sacramentum est sicut & cætera sex. allucinatus est ergo Durandus.

Octaua Obiectio ex eodem Durando. Sacramenta cætera consistunt in aliqua re sacra, quæ ap-

plicatur extrinsecus. suscipienti à ministro: et nihil tale inuenitur in matrimonio: non igitur matrimonium est Sacramentum uniuocè cum cæteris. Major propositio patet inductiue: nam in Baptismo applicatur aqua, siue ablutio. In Confirmatione unguis: In Eucharistia panis consecratus, in confessione absolutio, &c. Minor autem propositio certissima est. Nam in matrimonio nihil est quod applicari possit vel debeat: nam voluntas coniugum signo expressa, sufficit. Quod si quis respondeat applicari in hoc Sacramento signa ipsa mutui consensus: nõ omnino satisfaciet: nam nunquam ostendet applicari eo modo ista signa, quomodo applicantur Sacramenta cætera. Nam reliqua applicantur necessariò ab alio: nemo enim se baptizat, nemo se absoluit, &c. at in matrimonio ipsi coniuges se ipsos ligant. Præterea alia Sacramenta non possunt conferri in absentes; neque vni per alium: nemo enim baptizat hominem absentem, neque vllus per Procuratorem baptizatur. et matrimonium inter absentes, & per procuratorem celebrari potest: non igitur uniuocè matrimonium est Sacramentum cum Baptismo & cæteris Sacramentis.

Respondeo cætera Sacramenta utique consistere in aliqua re sacra quæ applicatur extrinsecus à ministro, sed hæc non est ratio quidditatus Sacramenti, sed quid spectans ad fundamentum Sacramenti, quod est signum sensibile efficax gratiæ: sequitur ergo fundamentum huius signi in matrimonio non se habere eodem modo sicut & in cæteris Sacramentis, quod utique concedimus; & nihil refert; non autem quod perfecta ratio Sacramenti in matrimonio non sit. Nec obstat quod contrahentes ipsi sint ministri, & non Sacerdos, quia fundamentum huius Sacramenti sequitur naturam contractus, quæ est ut ipsi contrahentes contractum faciant & administrent, vel absentes vel præsentis sint. quia verò huic contractui sensibili Deus annexit gratiam sanctificantem, idè est Sacramentum. Deus enim Sacramenta vario modo instituit, quia variaz sunt res super quas illa instituit, ut patet discurrendo per singula.

Nona Obiectio ex Durando. Sacramentum matrimonij non confert gratiam, cætera conferunt: non igitur est matrimonium Sacramentum uniuocè cum reliquis. probat maiorem auctoritate, & ratione. Auctoritas est aliquot iuris Canonici interpretum, & Magistrum Sent. in 4. dist. 2. Ratio duplex est, vna iure consultorum quos citat; altera ipsius. Prima est hæc. licet sit pactum de matrimonio contrahendo, si certa summa pecuniæ numeretur: quod illicitum videretur si matrimonium gratiam conferret, est enim signorum crimen gratiam Dei pecunijs emere velle. Secunda est: Matrimonium non confert primam gratiam, quæ est ipsa iustificatio à peccatis: neque secundam gratiam, siue gratiæ incrementum: nullam igitur gratiam confert. probatur assumptam: non primam gratiam, quia solus Baptismus, & poenitentia ad peccati remissionem instituta sunt. non secundam, quia maioris gratiæ effectus matrimonium quam continentia: si continens per matrimonium gratia diuina augetur.

Respondeo falsissimum esse Sacramentum matrimonij non conferre gratiam. ad probationem primam dico, iureconsultos errasse qui hoc dixerunt: cum nullum Canonem inuenire quis potuerit talia asserentem, itaque voluntariè id eructarunt. ratio autem

Discrimen inter matrim. & cætera Sacramenta nõ est in ratione Sacramenti, sed in parte materiali & fundamentali.

Conceptus forma
lis Sacram. uniuocè
& æquè descendit
ad matrimonium.

Passum de precio
dotis nihil habet
ratione Sacramen-
ti.

autem quam assignant nullius valoris est, quia dos & bona temporalia quae paciscuntur ante contractum matrimonij, non sunt pro Sacramento conficiendo, sed pro onere matrimonij sustinendo; nulla est igitur ibi simonia, nec sub tali fine esse potest; quae utique adesset si id pro gratia Sacramenti obtinenda pacisceretur.

Ad secundam rationem dico Durandum fuisse oblitum fuisse cum talia dixit; quia si ex eo quia matrimonium non confert primam gratiam non esset Sacramentum, sequeretur omnia Sacramenta quae vivorum dicuntur; quia dantur, seu his profunt qui sunt in gratia habituali; non esse Sacramenta, quod erroneum est. Sicut ergo haec Sacramenta dant augmentum gratiae, & non primam gratiam, & sunt verè Sacramenta: ita matrimonium augmentum gratiae confert, & verissimum est Sacramentum.

Ad ultimam instantiam quam ultimis verbis tangit, quod si matrimonium conferret gratiam, maioris gratiae esset quam continentia: dico matrimonium ad continentiam posse duplici modo comparari; vel dum fit, cum scilicet est Sacramentum, & sic matrimonium est maioris gratiae, quia confert gratiam ex opere operato infallibiliter non ponentibus obicem; Continentiae autem status cum assumitur vel promittitur non sic: quia talis assumptio non est Sacramentum. Secundo modo potest comparari ad statum continentiae cum exercetur, & temporis cursu conservatur; & sic continentia est maioris meriti, & ordinem dicit ad maioris gratiae ademptionem, & augmentum; quia ut inquit Apollolus 1. Cor. 7. qui sine uxore est sollicitus est quae Domini sunt quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, & dimissus est. Et mulier nupta, & virgo cogitat quae Domini sunt, ut sit sancta Corpore & Spiritu. Quae autem nupta est cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro, & postea inserit: Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, & qui non iungit melius facit. & tandem. Beatior autem erit si sic permanseris. non sequitur ergo matrimonium esse maioris gratiae quam continentia.

Decima Obiectio ex Durando. In Sacramentis ceteris ordinatio Ecclesiae, vim praecipui habere potest; sed nunquam est de necessitate Sacramenti; quia non potest Ecclesia mutare essentialia Sacramentorum. at in matrimonio, Ecclesiae ordinatio est de necessitate Sacramenti, ut patet: quia cum Ecclesia prohibet coniugia in certo gradu consanguinitatis, non perficitur Sacramentum inter eas personas, etiam si personae illae ipsa matrimonium contrahere conentur. Non igitur matrimonium est taliter ceteris, sed vivit Sacramentum.

Respondeo concedendo Ecclesiam non posse mutare essentialia Sacramentorum. cum dicit, at ordinatio Ecclesiae circa matrimonium est de necessitate Sacramenti, dico hoc falsum esse quia Ecclesia nihil statuit circa id quod est essentialia Sacramenti, cuius essentia est quod sit signum sensibile efficax gratiae sanctificantis; sed declarat quae sit legitima & debita materia, sicut declarat materiam Baptismi aquam elementarem esse debere, & non artificiosam, ut aqua rosacea, &c. ita in matrimonij Sacramento, quod fundatur super contractum humanum sensibilibiter expressum, declarat Ecclesia, quomodo & quomodo talis contractus sit legitimus;

remotè itaque circa Sacramenta habet vim lex Ecclesiae; & non proximè; & hoc ius sicut Ecclesia habet in Baptismo, sic etiam in Sacramento matrimonij.

Vndecima Obiectio ex Durando. Absq; Baptismo nemo est capax Sacramenti propriè dicti: sed matrimonij capax est homo ante Baptismum, ergo matrimonium non est Sacramentum propriè dictum. minor propositio probatur; nam matrimonium ita est verum, & legitimum inter infideles ante Baptismum, ut inter fideles post Baptismum. neque obstat quod post Baptismum dicitur ratum, quod ante Baptismum non dicebatur: nam dicitur quidem ratum, sed non est magis Sacramentum quam antea cum nulla mutatio facta sit.

Respondeo verissimum esse antè Baptismum, neminem esse capax alicuius Sacramenti. ad nuptiam, sed matrimonij est capax homo antè Baptismum, concedo de matrimonio, ut est contractus humanus, sed non ut est signum sensibile gratiae sanctificantis. cum infert, ergo matrimonium non est Sacramentum propriè dictum, falsa sequela, quia quod non Baptizatis non sit Sacramentum, non est defectus ex parte matrimonij, quod post Christum Dominum est Sacramentum: sicut si quis abfolueret paganum consistentem peccata sua Sacerdoti, non esset tunc talis confessio Sacramentum: & tamen non sequitur confessionem seu poenitentiam non esse Sacramentum; quia est Sacramentum in Baptizatis, & his qui per Baptismum sunt de Corpore Christi. ita in casu, ut patet.

Quia dictum est in initio praesentis disputationis ministrum huius Sacramenti esse contrahentes. Sciendum est quod Melchior Canus doctor Catholicus lib. 8. de locis Theologicis cap. 5. erroneè docet matrimonij contractum tunc tantum esse Sacramentum cum à Ministro Ecclesiae sacris & solemnibus verbis celebratur, quia inquit, personae contrahentes, ministri sunt coniugij, sed non Sacramenti. Rationes Cani haec sunt.

Prima ratio. Non potest ex Scriptura vel traditione probari matrimonium prophanè contractum sine ministro Ecclesiastico esse Sacramentum; ergo si matrimonium reuerè Sacramentum est, oportet illud praeter civilem contractum habere formam aliquam sacram, & ministrum Ecclesiasticum.

Respondeo falsum esse assumptum, quia matrimonium post Christum Dominum esse verissimum Sacramentum semper Ecclesia Catholica credidit, ac docuit, ut suo loco probatum est. & cum per multa saecula absque Sacerdotibus matrimonia legitima celebrata fuerint, dicendum non est id Ecclesiam aliquando permisisse, nisi talis contractus Sacramentum esset, etiam non praesente Sacerdote; & ab initio adhuc ut Sacramentum fieret manifestè iussisset, ut Sacerdos necessariò adhiberetur; quod non fuit factum: & cum id mandatum fuit; docuit Ecclesia non ad Sacramentum conficiendum, Sacerdotem esse necessarium, sed ad scandala vitanda, quae ex clandestinis matrimonijs oriebantur; nempe repudia propriarum uxorum, & nuptiarum illicitarum, &c. talis ergo obiectio Cani immediate contra statuta Ecclesiae urget.

Secunda ratio. In Conc. Florent. definitum est, omnia Sacramenta rebis & verbis constare. In matrimonio prophanè contracto sine ministro Ecclesiastico, saepe nulla sunt verba, sed soli nuptiarum

Exemplum apti pro rei intelligentia.

Matrim. non Baptizatis, non est Sacramentum.

Exemplum aptum ad rem.

Ecclesia non permisisset antiquitus matrim. clandestina, si illa ante Concil. Trid. non fuissent Sacramentum.

Matrim. ad continentiam potest duobus modis comparari.

Ecclesia circa matrimonium potestatem exercet, non autem circa Sacramentum matrimonij.

aut ipsa copula coniugalis: non igitur tale matrimonium Sacramentum esse potest. Quod si quis respondeat, nutus & literas & copulam, vicem verborum gerere: contra obijci potest, eadem ratione probari posse, licere Sacerdoti nudo nutibus absolvere, aut Episcopo nudo nutibus ordines sacros conferre. Et præterea absurdissimum esse videtur ut copula vicem suppleat formæ sacramentalis, cum in ea Spiritus sanctus non adsit, ut habetur Can. Conubia 32. q. 2.

Nutus in Sacramento matrimonii tenet locum verborum.

Respondeo omnia Sacramenta utique rebus & verbis constare ut plurimum, seu ut in pluribus Sacramentis, quia in Sacramento matrimonij nutus & signa habent locum verborum, ideoque Conc. Flor. addidit illud verbum *Regulariter*, quia nutus quandoque locum tenent verborum, idque satis est; quia sufficit ad essentiam Sacramenti ut sit signum sensibile: nutus autem sensibiles sunt. cum subdit: sed in matrimonio prophanè contracto soli sunt nutus, &c. concedimus; ergo non est Sacramentum, falsa sequela; sicut etiam falsum est quod olim talia matrimonia clandestina prophana fuerint, cum fuerint Sacramenta.

Concessus enim per nutus fit ritus.

Ad instantiam, quod scilicet etiam cætera Sacramenta possent per nutus ministrari, nego paritatem; quia Sacramentum Matrimonij fundatur super tale contractum, quod firmum fieri potest etiam per nutus. cætera autem non super contractum fundantur, ideoque expressionem verborum requirunt: primo quia sic institutum esse à Christo per antiquas traditiones continuatas accepit Ecclesia. Secundo, quia sine verbis materia aliorum Sacramentorum non est ita expressiva rei quæ fit, at non sic accidit in contractu matrimoniali.

Tertia ratio. Sacramenta sunt ceremoniarum sacrarum, & actus Religionis, at matrimonium prophanè contractum solis verbis coniugum, nihil habet sacri: non igitur tale matrimonium Sacramentum dici potest.

Respondeo cõcedendo maiore, negando minore, quia ex divina institutione talia signa facta sunt sacra, cum habeant gratiam sanctificantem pro certamine. Nec obstat si aliquando sine recta intentione, proferantur, vel fiant; quia etiam formæ cæterorum Sacramentorum negligentè pronunciantur, & tamen Sacramentum fieret.

Quarta ratio. In omnibus Sacramentis ex declaratione Conc. Florent. requiritur certus minister qui Sacramentum conferat: at in matrimonio prophanè contracto, nullus est minister, ergo tale matrimonium non est Sacramentum.

Ministri contractus sunt contractantes.

Respondeo in omnibus Sacramentis requiri certum ministrum: & in matrimonio, ministri sunt contractantes ipsi: quia hæc est natura contractus, ut contractantes sint ministri; quia ipsi illum efficiunt: talis autem matrimonialis contractus per Christum elevatus est ad esse Sacramenti, ut dictum est: manente tamen perpetuo natura ipsius contractus.

Quinta ratio. Fideles non se existimant sacrilegos, quo tempore sic prophanè contrahunt, si forte gratia Dei careant: in animis igitur fidelium inscriptum est, cuiusmodi contractum non esse Ecclesiæ Sacramentum.

Respondeo ex vitæ parte fideles adesse qui animas suam sciunt & obsecrant; sed veritas ab his non pendet, sed ab Ecclesiæ doctrina. Si autem multi negligentè sint & sacrilegi, quid veritati nocet?

Sexta Obiectio. Aug. in Epist. 23. ad Bonifac. scribit res ipsas corporeas quibus Sacramenta constent, imaginem & similitudinè gerere eius satisfactionis, cuius signa & causæ esse dicuntur: ut Baptismi lotio externa, internam purgationem; & Eucharistiæ externa manducatio, internam refectorem designant, at matrimonium civile & prophanum nec sanctificationis imaginem gerit, neque ad sanctificandum sub quadam externa sanctitatis specie exhibetur: non est itaque propriè Sacramentum.

Respondeo. sicut fundamentum cæterorum Sacramentorum similitudinè & imaginè gerit sanctificationis eius, sic etiam huiusmodi contractum, qui in mutua datione consistit, expressissimè charitatem & gratiam Spiritus sancti, quam causat representare; quæ vnionis & pacis est causa; sicut Spiritus malus dissentionis & iurgij.

Septima Obiectio. Verba ex Concil. Flor. sunt forma Sacramentorum: at fieri nequit, ut res non sacra Sacramentum perficiat: ergo verba sacra debent esse forma Sacramentorum. at in matrimonio prophanè contracto nulla sunt verba sacra, ergo tale matrimonium Sacramentum appellari nequit.

Respondeo in matrimonio iam constituto Sacramentum per Christum Dominum, verba, vel nutus loco verborum, esse sacros, quia ordinem dicunt ad gratiam sanctificantem, idcirco ut sic, talis contractus sacrosus est; hinc redditur vana talis obiectio: Citat tandem Canus pro se aliquorum Pontificum testimonia; sed quia id non affirmant, ut ipse dicit; ut quisque videre potest: ideo non est opus in hac re, lectorem molestia afficere.

DISPUTATIO II.

De Unitate Coniugij: an Polygamia multarum uxorum sit licita.

Virum plures uxores successivè possessivè habere: & mulierem plures viros successivè, primo viro scilicet ex hac vita egresso, indubitatum est apud Catholicos; id ipsa experientia docet, cum secundas & sequentes nuptias admittant, & admittunt. iuxta Apostoli doctrinam 1. Tim. cap. 5. ubi ait. *Volo ergo suaviores viduas nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Et 1. Cor. 7. Mulier alligata est regi, quanto tempore vir eius vivit: quod si dormierit vir eius liberat eam: cui vale verbas, nanciam in Domino, Super quem locum August. lib. de bono viduitatis cap. 12. tomo 4. ait. *De tertijs & de quartis, & de ultra pluribus nuptijs, solent homines movere questionem. Vnde ut breviter respondeam, nec illas nuptias audeo damnare, nec eum vorecundam numero sitam, asserere. Sed ne cuiquam brevitati huius responsionis mea fuisse displiceat, uberrimè disputacionem reprehensivam meam audire paratus sum. fortassis enim afferre aliquam rationem quare secunda nuptia non damnentur, scilicet damnantur; nam & ego sic in scriptis divinis formam admonui, non audeo plus sapere, quod non oportet sapere. Quis enim sum, qui rationem de finem, quod nec Apost. viduo de finem: at enim: Mulier alligata est regi, quanto tempore vir eius vivit: Non dixit primum, aut secum-**

secundus, aut tertius, aut quartus: sed mulier inquit, allegata est quando vir eius vivit: si autem mortuum fuerit vir eius liberata est, cui vult nubat tantum in Domino: Beatior autem erit si sic permanserit. Quid huic sententia quantum ad hanc rem attinet, addi vel detrahi possit, ignoro. Deinde ipsum quoque Apostolorum ac nostrum Magistrum & Dominum, audio Saldanem respondentem, cum proposuissent matrimonium non univiram, vel biviram, sed si dico poterit septimiviram, in resurrectione cuius futura esset vxor, &c.

Contra autem hanc Ecclesie Catholice doctrinam fuerunt olim Cathaphrignes, quorum princeps fuit Montanus, ex August. lib. de Heres. cap. 26. quem postea sequutus est Tertullianus, & Novatus, ut notavit Alphonsus de Castro lib. 14. contra Hereses, verbo, Nuptie. & Card. Bellar. de Matrim. Controv. 3. cap. 9. & licet Kemnitius hunc errorem tribuat etiam Catholicis, quia, inquit, bigamos, & polygamos non admittimus ad sacros ordines: nec secundas nuptias benedicendas esse affirmamus: tamen calumnia & mendacium expressum est, quia diversa ratione hoc statutum fuit.

Quid autem in se involvat talis bigamia, & polygamia; & cur non admittantur ad sacros ordines, iam dictum est lib. 4. disp. 3. non enim negamus fecundas & sequentes nuptias Sacramentum esse: & licet illas non esse benedicendas sicut primas affirmemus; tamen non ob aliam causam, nisi quia prima benedictio non perit, ut Urbanus III. docet, causa de secundis nuptijs, cap. Cappellanum, & cap. Vir autem mendax itaque comprehenditur Kemnitius, dum talia Catholicis conatur impingere.

An autem licita sit polygamia multarum vxorum simul, pro tempore noui testamenti, assimat Lutherus, in propositionibus de bigamia Episcoporum quas edidit anno 1528. propositione 67. de 66. & in explicatione Genesis anno 1529. cap. 16. Quam sequuti sunt Anabaptistae, ut refert Kemnitius in 2. parte examinis pag. 1229. Hic error inauditus fuit omnitempore apud Christianos veteres: tempore excepto quo imperavit Valentinianus, qui ut licite quandam Iustinam, cuius amore captus fuerat, sibi in matrimonium iungere posset stenderet & colore aliquo teperet suam intemperantiam, eo quod legitimam haberet vxorem: legem statuit ut unicuique duas simul vxores habere liceret: tra scribit Socrates lib. 4. Hist. cap. 27. & refertur a Card. Bellar. loco citato.

Doctrina autem antiqua Ecclesie Catholice est, que nouissime replicatur & exponitur in Conc. Trid. sess. 24. sic. Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, & coniungi, Christus Dominus aperte docuit, cum postrema illa verba tanquam a Deo probata referens dixit: Itaque iam non sunt duo, sed una caro: statimque eiusdem nexu firmitatem, ab Adamo tantum pronunciatam, hu verbis confirmat: Quod ergo Deus coniunxit homo non separet.

Et Can. 2. ait. Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum, anathema sit.

Pto cuius doctrinae veritate corroboranda hanc ponimus Conclusionem.

Polygamia multarum seu plurum vxorum simul est diuino iure prohibita in lege Euangelica. Probatur, matrimonium in prima sui institutione excludit polygamiam: sed Christus Dominus ad formam primae institutionis illud renouauit, ergo per Christum

Domini excludit polygamiam pluram vxorum simul. Maior probatur Gen. 2. Inmisit ergo Dominus Deus soporem in Adams cumque obdormisset, & repleuit carnem pro ea, & adsciscit Dominus Deus costam, quam tulit de costis eius, & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc nunc os osseus meus, & caro de carne mea: haec vocabitur vxor mea, quoniam de vno sumpta est. Quam obrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adheret uxori suae: & erunt duo in carne vna. Unde patet Deum duorum tantum matrimonium esse voluisse; & non vnius viri cum pluribus mulieribus. & hoc duplici ratione confirmatur; primo quia si polygamia plurium vxorum simul Deo placuisset, vrgens causa erat, ut ab initio statuta esset; quia genus humanum erat multiplicandum; quod commodius fit medijs pluribus vxoribus, quam vna tantum; eo vel magis quia vir potest in vno mense & anno multas vxores fecundare; & tamen Deus id non fecit, ergo talis polygamia nobis est iuxta primam institutionem Matrimonij. Secundo, quia Adam tantum Eua poterat habere in vxorem, quia pater non potest ducere in vxorem filiam vel nepotem: adeoque si Adam adhuc viveret, & Eua mortua esset, non posset amplius vxorem ducere, quia omnes sumus filij Adam directi; colligitur ergo Deum efficaciter voluisse Adamum vnius vxoris virum esse; ergo matrimonium in sua prima institutione excludit polygamiam plurium vxorum simul.

Minor prioris Syllogismi, nempe quod Christus Dominus matrimonium renouauerit ad primam formam suae institutionis. Probatur: Matth. 19. Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes: scilicet homini dimittere vxorem suam quacunque causa. Qui respondens ait eis: Non legitis, quia quae fecit haec ab initio masculus & femina fecit eos & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adheret uxori suae, & erunt duo in carne vna. Itaque non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Dicitur illi: Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere? ait illi. Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxorem vestram: ab initio autem non fuit sic. Pates ergo Christum Dominum ea tantum rata habere in matrimonio quae Deus ab initio instituit: cetera autem occasionatas permissiones iussa dicere & has abijcit.

Similiter Apost. 1. Cor. 7. de matrim. longu facie sermonem: & semper viro vnam vxorem coniungit. Praecipio non ego, sed Dominus, vxorem vno non discedere: quod si discesseris, manere intactam, aut viro suo reconciliari. & vir vxorem non dimittet, & infra: Qui sint vxore est, &c. Quae autem cum vxore est, &c. Semper Apost. de vna vxore loquitur in singulari. ergo a nouo testamento talis polygamia excludit.

Secundo probatur ex figura quam in matrim. gerit deuitate Christi cum Ecclesia. Apost. ad Ephes. 5. ait. Mulieres viri sui sicut sunt sicut Dominus: quoniam vir caput est ecclesiae: sicut Christus caput est Ecclesiae: ipse Saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita et ecclesiae viri sui sunt omnes membra. Viri diligite vxorem sicut diligit & Christus, dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, &c. postea, Propter hoc relinquet homo patrem suum, & adheret uxori suae: & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.

Kemnit. calumnia-
tor est catholicorum

Luther. docet po-
lygamiam plurim
vxorum simul li-
citam esse.

Plures vxores si-
mul habere, est
diuino iure probi-
bitum.

Deus noluit Ad
plures vxores ha-
bere.

Saluator renoua-
uit matrim. ad pri-
orem formam suae
institutionis.

Figura quam ge-
rit matrim. valo-
nis Christi cum
Ecclesia, interdi-
cit plures vxores
simul.

Cum ergo matrimonii sit figura spōsationis Christi cum Ecclesia, de qua legitur Ques. 2. *Sponsabo te mihi in fide. & sponsabo te mihi in sempiternum*; proculdubio matrimonium excludit polygamiam plurium vxorum simul, quia Christus vnus Ecclesie nempe Catholicæ, est Caput. *Vnum Corpus sumus in Christo.* ad Ephes. 4. *Credite vnam Ecclesiam.* in Symbolo fidei. *Adificabo Ecclesiam meam.* Math. 16. non dicit Ecclesias meas, sed hoc manifestum est, ergo ad hoc vt sit verus sermo Apostoli docentis matrimonium figuram esse & mysterium Christi & Ecclesie, non potest illud admittere polygamiam plurium vxorum simul: sed tantum contractum vnus cum vna.

Tertio primis
Ecclie.

Tertio probatur Conclusio Ecclesie Catholicæ antiquo testimonio. S. Clemens Papa S. Petri discipulus & Successor lib. 1. Apost. Const. cap. 8. de vxore viro subiecta, & virum diligente ac castam singulari numero loquitur. Vnde colligitur vnam debere esse vxorem.

Similiter Euacillus Papa anno Domini 96. in Epist. 1. ad omnes Episcopos Africanos c. 2. & Innoc. 1. in Epist. 2. ad Vetricium Rothomagensis Episcopum. & in Epist. 9. expressè docet vnam tantum posse esse viri vxorem, & non duas simul.

S. August. lib. de bono Viduitatis cap. 7. tomo 4. inquit. *Alia quippa prophetia temporibus sanctarum famularum dispensata fuit, quas nubere obedientiam concupiscens compellebat, vt propagaretur populus Dei, in quo promitterentur propheta Christi: cum & ipse populus per ea qua in figura contingebant in illis, sine in his qui sciunt, sine in his que illa nesciunt nihil aliud esset quam propheta Christi, ex quo nasceretur etiam caro Christi. Vt ergo ille populus propagaretur, maledictus habebatur per legem sententiam qui non suscitaret semen in Israel. Vnde & sancta mulieres accendebantur, non cupiditate concubondæ, sed pietate parandæ, vt rectissime credatur eorum non fuisse quaesitura si proles possit aliter prouenire. Et viri vni plurium vnuarum concedebatur vxor. Cuius rei non concupiscens carnis, sed prouidentiam generationis fuisse causam illud ostendit: quod sicut viri sancti habere plures vxores vnas, non ita etiam sancti feminis licebat misceri mariti pluribus vnis: quoniam tanto essent turpiores, quanto magis appetere vnde non essent facinoroses. Proinde sancta Ruth cum semine quale illo tempore necessarium fuit in Israel non haberet, mortuo viro quasiis alterum de quo haberet. Hac itaque bin coniugata, ideo Anna vno viro viduata beatus fuit, quia & prophetissa Christi esse meruit. Quam credendum est etiam si filios nullos habuit, quod quidem Scriptura ratificando reliquit incertum, eo sperari prouidisse Christum ex Virgine prouidit esse venturum, quo patris vniuersæ & parvulorum. Vnde maritus etiam sine filijs, si tamen eos non habuit, secundas nuptias recusans, quia mouerat iam tempus esse quo Christo non officio parandis, sed studio continentis, nec coniugabilibus ferandis visceribus, sed castificandis viduabilibus uerbis, melius seruetur.*

Sapere nunc vt que contra præmissam Conclusionem obijciuntur, in medium afferamus, & simul rejiciamus. Prima Obiectio: Abraham, Iacob, David, &c. plures vxores simul habuerunt: nec id à Scriptura sacra damnatur, ergo polygamia plurium vxorum simul est licita.

Respondeo concedendo præfatos Patres plures habuisse vxores: ratio autem cur sine peccato illis id

licitum fuerit, mihi videtur hæc. quia post diluuium vt multiplicarentur homines super terram initium, sumptis huiusmodi polygamia: nec ob alium finem assumptam fuisse legitur: nam Gen. 16. dixit Sara Abrahæ marito suo. *Ecco conclusis me Dominus ne pararem ingredi ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam liberos.* fuit ergo post diluuium in re huiusmodi dispensatio ad tempus. talem enim diuinam voluntatem esse, intelligere potuerunt, cum Dominus Gen. 9. dixit Noë & filijs eius. *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* & paulo post. *Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.* ad libitum autem hæc dispensatione veteres Patres vsos esse legimus: semper tamen intelligentes vigere efficaciam præcepti de Monogamia, seu de vna sumenda vxore, quæ legitur Gen. 2. quia scimus nõ omnes ita fecisse, nec omnes homines veteris Testamēti polygamos fuisse. nam Luca 1. Zacharias Pater Ioannis cum Elisabeth vxorē sterilem haberet, secundam nõ assumpsit vxorem: ergo dicendū, quod hi qui polygamiam plurium vxorum simul sectati sunt, à Domino intelligebant tali dispensatione vti posse: vel quod omnes sciebant talem polygamiam minus laudabilem esse, nec confoare cum prima matrimonij institutione, & hac ratione polygamiam nõ assumebant.

Sed dicat cui non legimus in Scriptura talē dispensationem? Respondeo eam virtualiter contineri in illa, quia cū Patres pro tali re nõ reprehendantur, & iusti essent, consequens est vt id aliqua dispensatione operarentur. Secundo vt ostenderet talē polygamiam citò tollendam fuisse, & præceptū institutionis matrimonij Gen. 2. seruandū esse. Tertio ad hoc vt extra necessitatem id fieri non esse licitū intelligerent. Hinc est quod homines veteris testamenti postremis temporibus ante aduentum Saluatoris nostri, & multo prius vna contenti erant vxore. nam nõ legimus in 4. Reg. nec in libris Machabæorum vltim talis polygamie: ergo dicendum polygamiam, vt rem minus licitam, tantum ex dispensatione, itante necessitate, à Patribus assumptam fuisse ad tempus.

Cum igitur iplo tempore veteris testamenti homines intellexissent polygamiam plurium vxorū non esse conformem diuinæ institutioni de matrimonio, quomodo in nouo testamento licita erit talis polygamia, dum Saluator noster institutionem matrimonij Gen. 2. seruandam esse in suo rigore docuit, vt supra dictum est? Nihil ergo concludit superior obiectio, vt legenti patet.

Secunda Obiectio. Plures vxores assumere ad plures filios procreandos est magis conforme institutioni, & fini matrimonij, qui est de multiplicatione & augmento humane speciei: ergo polygamia plurium vxorum omni tempore licita est. Confirmatur ratio, quia vir potest in vno anno plures vxores fecundare, & plures filios habere; si autem vnā vxorem habet, vnum filium in anno accipiet.

Respondeo Matrimonium tenendum ac seruandum esse iuxta formam instituentis, Deus autem Gen. 2. Monogamiam præcepit & non polygamiam vxorum. *Erunt, inquit, duo in carne vna.* vt supradictum est, & non dixit erit vnus cum pluribus. & tali modo sufficienter multiplicatur Genus humanum. & Deus qui sic matrimonium instituit, & Genus humanum gubernat, cura est illud sufficienter multiplicandi. Quod autem vir possit in anno plures fecundare vxores, verum est; sed

Deus

Vnde Polygamia plurium vxorum simul initium suscepit.

Cur hæc dispensatio non sit expressa in scripturis.

Deus precipit ut vna tantum secundet. sicut enim ficut olim polygamia ad multiplicandum populum Dei: sic enim (si rationes & congruentias huius precepti investigare velimus) nec de facto licet, quia finis multiplicaretur genus humanum, ut prudenti patet. Præterea accedit hæc congruentia, quæ magis ponderis esse videtur, quod in Matrimonio vni cum vna, id est maior dilectio, charitas & pax in vna domo & familia, & consequenter in Civitate, & etiam maius bonum familie & prole oritur quæ hæc maiori cura, diligentia, dilectione, & disciplina, educatur. hæc autem cum Polygamia haberi non possunt.

Ne temporibus polygamia placidior fieri simul esset quædam & superflua.

precipio non ego, sed Dominus, & uxorem à viro non discedere, &c. Manifestum est itaque tunc Apostolum loqui de fidelibus, & postea de infidelibus esse locutum.

Quantum ad Matrimonium quod fit inter fideles, an sit solubile quoad thorum, vel etiam quoad vinculum, controversa est inter Catholicos, & Sectarios. sed aduertendum est quod Matrimonium aliud est ratum, non consummatum, & aliud est ratum, & consummatum. primum solui potest etiam quoad vinculum, si alter coniugum scatur Religione amplexatur, ut dicitur lib. 4. disput. 5. quæ quid dicant Sectarij. De secundo disputamus in præsentia. sententia autem Catholica est, matrimonium consummatum quoad vinculum solui nullatenus posse; sed quoad thorum, & cohabitationem solui posse. Unde Concil. Trident. sess. 24. Can. 7. ait. Si quis dixerit Ecclesiam errare cum docuit & docet, iuxta Evangelicam, & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum Matrimonij vinculum non posse dissolui, & utrumque vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero coniuge vivente aliud Matrimonium contrahere, nequeque enim qui dimissa adultera alium duxerit, & eam qui dimissa adultera alij nupsit, anathema sit: & Can. 8. Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum ob varias causas separationem inter coniuges quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum incertumque tempus fieri posse dixerit, anathema sit.

Controversia inter nos & Sectarios.

Opiniones Sectariorum.

DISPUTATIO III.

De Matrimonij firmitate, & solubilitate.

Quoniam Matrimonium in Infidelibus, & inter fideles considerari potest: queritur in præsentia, primò de Matrimonio Infidelium, an solui possit: secundò de Matrimonio inter fideles an solubile sit: & hoc dupliciter, vel quoad thorum tantum & cohabitationem, vel etiam quoad vinculum.

Sensus quædam agitur.

Quantum ad primum, de Matrimonio scilicet Infidelium: dupliciter considerari potest, vel ut est inter virum & feminam Infidelem, & ut sic ad nos non pertinet de illo discurre. vnde Apostolus 1. Cor. 5. *Quid enim mihi de ijs qui foris sunt, iudicare? Nonne de ijs qui intus sunt iudicatis? nam eos qui foris sunt Deus iudicabit.* Secundò, ut est inter virum infidelem & mulierem fidelem, & è contra inter virum fidelem & mulierem infidelem, & tunc si simul cohabitare voluerint salua fide Christiana coniugis fidelis, adeo quod nulla intercedat fidei iniuria, Matrimonium solui non debet, nec potest, ut docet Apostolus 1. Cor. 7. *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consensus habitare cum illo, non dimittat illum. & si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hæc consensus habitare cum illo, non dimittat virum: sanctificatus est enim vir fidelis per utilitatem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.* Si autem simul habitare noluerit, nisi cum iniuria Christianæ fidei, ita ut ad fidem negandam impellat, & blasphemandam; tunc matrimonium solui potest iuxta quoad vinculum; & uterque liber erit ad contrahendum cum alia persona: ut idem Apostolus loco citato docet, dicens. *Quod si infidelis discedat, discedat: non enim servitus subiectus est frater, aut soror in huiusmodi: in pace autem vocavit vos Deus.*

De matrimonio inter infideles ad nos dicendum non spectat.

Matrimonium inter fidelem & infidelem si obique fidei iniuria est, solui non debet.

Adversus hanc antiquissimam Ecclesie Catholice doctrinam surrexerunt novissimis temporibus Morderni Sectarij: nam Lutherus lib. de Captivitate Babilon. cap. de Matrimonio. Philippus Melancthon in locis Theologicis tit. de Coniugio. Kemnitsius in 2. par. examinis Concilii Tridentini non admittunt divortium in eodem coniugali vinculo. Vinculum autem Matrimonij solui posse concedunt ad eoque vivente viro, vxor alium possit ducere virum, & cum eo legitimum contrahere Matrimonium & è contra vir vivente vxore, aliam possit ea dimissa, ducere legitimam vxorem. Cum quibus est etiam Calvinus lib. 4. inst. cap. 19. §. vii. Bucerus in cap. 19. Matthei. Græci omnes unanimes, & fidenter ex Catholicis duo nempe Caiet. in Comment. cap. 19. Matthei, & Ambrosius Castaliensis lib. 5. annotationum in Commentaria Caietani. Hi duo tamen docent standum esse Ecclesie definitioni, tenent tamè ex Evangelio, & Apostolo colligi non posse, non licere in causa fornicationis aliud Matrimonium contrahere.

Opiniones Sectariorum.

Et notandum est Sectarios solutionem vinculi Matrimonij ad leuissimas causas reduxisse. nam Lutherus in lib. super cap. 7. 1. ad Cor. dicit id fieri posse si coniux Coniugem ad furtum aut aliud peccatum inducat, vel ad fugiendas continuas tixas, quæ fieri possunt inter coniuges, sicut etiam ob divortium akerius coniugis absentiam. & in lib. de Causis Matrimonialibus edito ann. 1530. ait ob paupertatem licere viro vxorem divitibus dimittere, si ea sit illi molesta, vel eius amici & affines, & aliam ducere, etiam si cum prior Matrimonio consummaverit. Bucerus loco citato causam sufficientem esse solvendi vinculum Matrimonij, si vxor non sit commoda viro, vel vir vxori assuetus. Melancthon duos casus assignat, adulterium, vel si alter alterum iniuste detorret. Calvinus, adulterium, & infidelitatem pro legitimis causis agnoscit.

Sectarij ad solvendum matrimonij leuissimas adducunt causas.

Ad

Ad huiusmodi errores refellendos & veritatem Catholicam corroborandam, duas ponimus Conclusiones. Prima est, *Matrimonium consummatum solui potest quoad aliorum & cohabitationem mandate vinculo*

Matrimonij duplici causa e ex consensu scilicet, vel ob eorum. Prima pars probatur: Potest vir & vxor alioque statum assumere, nempe Religionis, ubi perpetua continentia proficitur; ergo Matrimonium consummatum inter fideles in hoc casu solui potest quoad thorum & cohabitationem. Conseq. tenet: Anteced. probatur Matth. 19. *Et omni qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam eternam possidebit.* At quomodo propter nomen Dei tam meritorie dimitti potest vxor, nisi cum ex consensu, status perfectior Religionis assumitur? prudenti patet; & de hac materia satis dictum est lib. 4.

Secunda pars probatur, nempe ob crimen, & hoc triplex. Primum est adulterium. Secundum hæresis, vel apostasia à fide Christiana. Tertium manifestum periculum Deum offendendi. De primo patet Matth. 5. *Ego autem dico vobis, quia omni qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, & fuerit nuptus, quibus verbis patet ob causam fornicationis licere dimittere uxorem suam.* De secundo probatur. Nam se & filios ex ponit periculo subuersionis. *Et qui amat periculum peribit illis:* Eccl. 7. hæc ratio: Apostolus ait: *Filius autem: Hæreticum hominem postquam secularem correptionem denit: sciens quia subuersus est, qui in modum est, & delinquit, cum se proprio iudicio condemnatum:* De Tertio probatur: nam omnia & chemens occasio, quæ impellit & efficaciter persuadet Dei offensam & iniuriam, fugienda & tollenda est; ergo si vir vehementer uxorem cogat vel ad peccatum Sodomiz, vel quodcunque aliud, adeo quod nimis difficile sit simul manere & talia crimina non committere, tunc licet thorum dimittere, & etiam cohabitationem, potestate Ecclesie adhibita in separatione & in cohabitatione, eo quod actio sit publica.

Secundo probatur Conclusio Veterum Patrum testimonio. Hieron. lib. 3. in Matth. cap. 19. tom. 6. inquit: *Deus coniugia vnam faciendo carnem vni & femina: hanc homo non potest separare, nisi forsitan solui Deum. Homo separatur quando propter desiderium secundæ uxoris, primam dimittit. Deus separatur qui & coniungitur, quando ex consensu propter seruitutem Dei (eo quod tempus in arcto sit) sic habemus uxores, quasi non habentes.*

Gregor. lib. 9. Epistol. ex Registro epistol. 39. ait. *Scimus quia scriptum est: vni duo in carne vna. Si ergo, vir & vxor vna caro sunt: & religionis causa, vir uxorem dimittit: vel mater virum in hoc mundo remanentem vel forsasit ad illicitam migrantem: quæ est ista migratio vel conuersio, nisi quia vna eademque caro, & ex parte transiit ad continentiam, & ex parte remanet in pollutione: si vero vtriusque conueniat continentiam vnam ducere, hoc qui audeat accusare, quando certum est quod omnipotens Deus qui nichil concessit, maiora non prohibuit: Et quidem: multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus, & prius vitam continentem duxisse, & postmodum ad sancta Ecclesie regimina migrasse. duobus vni modis sancti vtriusque a licetis solent abstinere. aliquando ut merita sua apud Omnipotentem Deum augeant, aliquando vero ut auerterent a vitiis culpas detergant.*

Secunda Conclusio: Matrimonium consummatum inter fideles nunquam solui potest quoad vinculum, & uentem altero coniuge. Hæc Conclusio manifesta est in Euangelio, & tenentes oppositum voluntarie errare comprehenduntur, & in re ipsa aperta. Nam Matth. 5. legitur: *Omni qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, & fuerit nuptus, & qui dimissam duxerit adulterus.* Marci 10. *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterum committit super eam. Et si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mæchatur.* Lucæ 16. *Omni qui dimisit uxorem suam, & aliam duxerit, mæchatur: & qui dimissam à viro ducit, mæchatur.* quid clarius dici potest? qui dimissam duxerit mæchatur, id est alienam sumit, cur alienam; quia eius scilicet est vxor, qui illam dimisit. & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mæchatur, quare mæchatur: quia alienum virum sumit, cur alienum, quia eius est maritus, quæ illum dimisit. Nonne patet in re tam manifesta oppositum opinari.

Quando Sectarij disputant cum Catholicis dicunt. Vbi est verbum Dei: ubi est Scriptura; veniat Scriptura: quando sit præfata Scriptura, nunquid hæresim abijciunt: nequaquam; sed ad dissortas, & crassas intelligentias confugiunt: sed cur: nimirum; quia non amore veritatis disputant; sed vt accommodent Christianam fidem carnali commoditati, & propriæ phantasiæ; & sic proprio iudicio condemnantur.

Dices, Saluator excipit fornicationem, dicens, *excepta causa fornicationis.* ergo posita fornicatione, possunt dimissus & dimittens aliam ducere. Inepitissimè.

Nam dicitur ibidem qui dimissam duxerit adulterat: at si hoc licite fieri posset, quia solum esset vinculum Matrimonij ob fornicationem, cur dicit adulterat, qui dimissam ob fornicationem duxerit; adulterium enim committitur cum muliere, quæ iam vxor alterius est. ergo itante fornicatione, & dimissione, manet vinculum Matrimonij.

Præterea, nec hoc satis est pro Sectarijs, qui non solum ob fornicationem dicunt solui vinculum Matrimonij, sed ob læuissimas, & ineptas causas, quas superius numerauimus; ergo malè faciunt & inexcusabiles sunt, cum extra causam fornicationis vinculum matrimonij solum esse, & iam coniugatos aliud assumere posse coniugium, affirmant.

Cum ergo Saluator excipit causam fornicationis, non intendit dimissis ob fornicationem facultatem esse aliud ad eundem coniugium. sed causas dimittendi uxores restituit; & ratio est quia Matth. 5. dixit Saluator: *Audistis quia dictum est antiquis: non mæchaberis, & postea. Dicitur est autem: quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij.* antiqua igitur statuta legis Moylis inoderatur; in illa autem, vt legitur Deut. 24. ob plures causas dari poterat libellus repudij & dimittere; & quia vt Marci 10. legitur id fuit à Moyse permittum ob duritiam cordis Iudeorum: Saluator talem consuetudinem abrogauit: cum ergo dixit: *excepta causa fornicationis,* omnes alias causas abiecit, & inuvalidas declarauit, quas Iudei habebant; & hanc vnam admisit, nempe fornicationem.

Sed dices: ergo malè Catholicij triplicem cognoscunt causam dimissionis quoad thorum, & cohabitationem. Respondeo negando. Conseq. quia illas abstulit quas Iudei ob eorum duritiam concessas habebant; ducit autem quas nos addidimus, vnam tantum

ai adhibetur ad: & non potest

Ex consensu coniugij solui potest matrimonium ad continentiam seruandam.

Ob triplex crimè matrimonium solui potest.

ad: & non potest

T. ff. ss. DD. anti quorum.

Matrimonium consummatum inter fideles nunquam solui potest quoad vinculum.

Malicia Sectariorum detegitur.

Occurrus Sectariorum refellitur.

tam causam constituunt: nempe offensam Dei, & occasionis ablationem, quæ ponitur vel per hæresim, vel apostasiam, vel per aliam Diuinæ legis transgressionem; causas autem plurimas quas Iudæi assumpserant, non Dei honorem respiciebant, sed eorum phantasiam, & humanam fragilitatem vel commoditatem.

Secundo probatur Conclusio Rom. 7. *An ignoratis si fratres (scilicet omnes qui legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit: Nam quæ sub viro est simulata vivente viro alligata est legi: si autem mortuum fuerit vir eius, liberata est à lege viri ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.* quid clarius ab Apostolo dici potest ad significandum matrimonij vinculum tantum per mortem alterius coniugis solui; & eam qui alter dimissam duxerit, adulterium committere,?

Respondent Sectarij Apostolum loqui regulariter, & ordinariè; cum scilicet non occurrat fornicatio, posita autem fornicatione alterius coniugis matrimonium solui, & hac ratione Matth. 5. dici, *Omni qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mathari.*

Contra, Apostolus ponit similitudinem inter legem Moyfis, & legem coniugij; & sicut vxor vivente viro subiecta est illi, ita Synagoga non abrogata lege Moyfi subiecta est illi; & persuadet Iudæos tunc non esse amplius legi Moyfis subiectos, quia abrogata est per Christum, sic enim dicit Apostolus ibi: *Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per Corpus Christi: ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.* & licet Apostolus mortificationem seu abrogationem, quæ hic eundem sensum facit, ponat ex parte Synagoga, quæ tenet locum vxoris, id fecit, ne aliquid contra legem Moyfis videretur Iudæis insinuare; tamen hic est sensus; quis dicit, *ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit*, nempe Christi; qui proculdubio viri locum tenet respectu Ecclesiæ, & non vxoris: manifestum ergo est hanc esse similitudinem quam ponit Apostolus. sicut lex coniugij obligat coniugatos dum vivunt, & si alter coniugum moriatur, tunc tantum legitime alium contractum inire potest; sic lex Moyfis in tantum obligavit, usque dum abrogata fuit per Christum. At Synagoga ante Christi adventum solvi non poterat ab obligatione legis, licet per Idololatriam fornicationem committeret; ergo ad hoc ut valida sit similitudo, dicendum est nec vinculum Matrimonij solvi posse, etiam si alter coniugum fornicationem committat.

Et idem Apostolus 1. Cor. 7. aperte testatur hoc idem dicens: *Iis autem qui matrimonio iuncti sunt; præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod si discesserit manere inuptam, aut viro suo reconciliari.* nullatenus autem Apostolus hic ponit exceptionem, sicut nec loco supra citato ad Rom. 7. & ex hoc loco 1. Cor. 7. Cardin. Bellar. lib. de Matrim. cap. 16. egrè etiam rationem colligit ad probandam iustitiam diuortium non soluere vinculum Matrimonij.

Nam, inquit, vel mulier de qua dicitur si discesserit, &c. discessit ex causa iusti diuortij, vel fornicationis, hæresis, & similibus: vel sine tali aliqua causa. Hoc posterius dici non potest: nam Paulus non diceret de tali fornicata, *maneat inupta: aut viro suo reconcilietur*, sed omnimodò ad virum suum redeat: non enim poterat Apostolus permit-

tere iniustum diuortium, contra expressum Domini præceptum. & si in eodem capite Paulus non permittit coniuges abstinere à carnali commercio ob orationem, & ad tempus, nisi ex consensu; quomodo permitteret coniugem inuito marito sine ulla causa iusti diuortij separatam à viro manere? loquitur ergo sine viro dubio de muliere, quæ discessit ob iustam aliquam diuortij causam: at qui ista non potest alteri dubere, ut Paulus apertissime dicit. ergo etiam causa iusti diuortij non soluit vinculum coniugij, neque licet coniugibus iusto diuortio separatis ad alia transire coniugia. Nec valet instantia Erasmi, quòd Apostolus loquatur de muliere adukera, quæ à viro discedit non sponte sua, sed ab illo eieccta, quia dicit; *aut viro suo reconcilietur*; nam reconciliantur qui in gratiam redeunt cum ijs quos offenderant. Cum ergo Paulus agat de adultera, non est mirum si velit eam manere inuptam, quia soli coniugi innocenti conceduntur secundæ nuptiæ, seu posse aliud inire, Coniugium Matrimoniale. At id est contra textum Apostoli, quia præcipitur mulieri à viro non discedere, si scilicet ipsa sit auctor diuortij, & virum dimittat; ergo non de diuortio loquitur, quod fit ex defectu vxoris; sed viri. inanis est ergo instantia. id enim præcipitur quod est in potestate eius, cui præcipitur; nõ est autem in potestate mulieris ne eiciatur, neque potest marito expellente non discedere. Verbum autem illud *Reconciliari*, commune est ei qui læsit, & ei qui læsus est: nam ij reconciliantur qui alienati sunt. vnde M. T. C. lib. 1. Epist. 2. ad Lentulum dicit, reconciliatam esse voluntatem Senatus, quæ tamen non culpa sua, sed aliorum abalienata à Lentulo fuerat. & in hoc sensu legitur 2. Machab. cap. 1. *Et mandatis Deum orationes vestras, & reconcilietur vobis.* cap. 7. *Reconciliabitur fratri tuo.* Hæc ex Bellar.

Tandem probatur Conclusio firmissimo testimonio antiquæ Ecclesiæ Catholicæ. August. de adulterinis Coniugijs lib. 2. cap. 13. Tom. 6. inquit. *Non est ergo ad quod exhortemur eos qui reconciliari timent coniugibus adulteris permittendo sanari, nisi ad custodiendam continentiam. Quoniam mulier alligata quoadvis sine machæ sine casto viri eius vivit, machatur si alteri nupserit. & vir alligatus quoadvis, sine machæ sine casta vxor eius vivit, machatur si alteram duxerit. Hæc namque alligatio quoadvis non solvitur, etiam si per repudium coniux casto corpore separatur: multo minus solvitur, si non separata machatur. At per hoc non eam solvit, nisi viros coniugi, non in adulterium corrumpit, sed de corpore eximitur. Quapropter si recesserit mulier ab adultero viro, & ad reconciliari non velit, maneat inupta: & si dimiserit vir adulteram mulierem, & eam non velit recipere nec post penitentiam, custodiat continentiam: & si non voluntate eligendi potioris boni, accidit ex necessitate vitandi perniciosi mali. Ac per hoc ad hoc exhortor: etiam si vxor esset in labore insanabile atque destituta; aut etiam, si alicubi esset corpore separata, quo maritus non potest accedere. Postremo ad hoc exhortor etiam si mulier volens vivere continenter, quomodo contra disciplinam, quia non ex consensu, tamen pudicam pudica dimitteret. Puto enim Christianum non inveniri relinquentem, illum adulterum esse, qui vel dno languente vel dno absente, vel continenter vivente cupiente sua uxore, alteri commixtus est famina. Sic ergo & dimissa adultera, adulter est cum adultera, quoniam non ille aut ille, sed omni qui dimittit uxorem suam, & ducit alteram machatur. Quapropter si à coniugali vinculo unquam minus appetitur vita: Sane-*

Subtilis & vera ponderatio Scripturæ, quæ citatur.

Responsio Sectariorum deijctur.

Text. SS. DD. auctoritatum.

orum, exhorreatur pena mechorum.

Chrysoftom. de Virginitate cap. 41. tomo 5. ait. *Maneat, inquit, innupta, aut viro reconcilietur. Sed quid inquit, si nunquam cum viro in gratiam redire volueris? habes illud alterum, quo te inde expedire possis, quidnam id est? Experta, dum is tibi decedat. nam quemadmodum Virgini, visuo eius viro, (immortalis autem is est) nunquam licet nubere: sic nupte, tantum coniuge mortuo, &c. Quid igitur id Iudaei permisi? nempe propter illius gentis pernicitatem, ne inter se dimicaret, ne proprias domos impleverent sanguine propinquorum. Utrum quaso praestat misam uxorem domo expellere, an intra parietes domesticos occidere? quod sancti fecissent Iudaei si non ipsi illam ex adibus eijcere licuisset, &c.*

Ambrosius lib. 8. super Euangelium Lucae c. 16. tomo 3. ait. *Audi quid dixerit Dominus, qui dimittit uxorem facit eam mechari. etenim cui non licet vivente viro mutare coniugium, potest obrepere libido peccandi, &c.*

Hieron. lib. 3. in Matth. cap. 19. tomo 6. inquit. *Deus coniunxit unam faciendo carnem viri et feminae: hanc homo non potest separare, nisi forsitan solus Deus. Homo separat, quando propter desiderium secunda uxoris primam dimittit, &c.*

Superest nunc ut obiectiones aduersariorum solvamus. Contra Primam Conclusionem prima Obiectio ex Kemnitio in 2. parte Examinis pagina 1268. Definitio illa diuortij, quod sit separatio matrimonij quoad thorum, manente vinculo coniugali, noua est, & ex verbis Pauli male intellectis, perperam fabricata; nam ex illis verbis deducta est, *Pracipio non ego sed Dominus uxorem a viro non discedere, quod si discesseris manere innuptam, aut viro suo reconcilari.* Sed Apostolus hoc loco non loquitur de iusto diuortio, quod fieri potest in causa fornicationis: non enim praecepit uxorem a viro non discedere, si de diuortio iusto loqueretur. agit igitur de dissidijs quibusdam leuibus, quae interdum inter coniuges oriuntur; sed paulo post reconciliantur. Quare perperam ex hoc loco Catholici diuortium deduxerunt, quod manente vinculo in Ecclesia licite fiat.

Respondeo hanc obiectionem oriri ex verbis Pauli perperam deprauatis vel non intellectis. Nam cum dicit: *si autem qui matrimonio iuncti sunt, pracipio non ego sed Dominus uxorem a viro non discedere:* tunc loquitur de discessione illicita, & iniusta, quia quod iniustum & illicitum est a Deo prohibetur, & non quod est iustum & licitum. Cum sequitur: *Quod si discesseris manere innuptam aut viro suo reconcilari;* tunc loquitur de iusta discessione, nempe quoad thorum & cohabitationem, quae fit postquam iusta causa, puta fornicatione, &c. & hoc patet quia hanc discessione approbat Apostolus dum dicit, *aut manere innuptam, aut viro suo reconcilari;* optionem quippe tribuit vtrumque faciendi, aut condonandi offensam, aut manendi innupta, si autem esset iniusta, ab Apostolo nullatenus permetteretur: sed praecipisset, vt omnino reconcilientur. Hinc est quod ex hoc loco iure optimo Catholici colligunt iustum esse aliquando diuortium, manente semper vinculo matrimonij.

Secunda Obiect. ex Kemnit. Christus Matth. 5. & 19. dimissionem coniugij nisi propter causam fornicationis pronunciat esse illicitam, & illegitimam. Contra hanc Christi sententiam Pontificij decernunt

praefer fornicationem, multas alias esse causas, propter quas licita & legitima coniugum separatio fieri possit.

Respondeo Euangelium non solum hanc causam dimissionis coniugij pronunciare, sed etiam accessionem ad statum perfectionis, & ad praecipuam sequelam vitae Saluatoris nostri, de qua Matth. 1. legitur. *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederis filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit.* Ratio autem Deum offendendi, quae est altera causa dimittendi coniugem, habetur etiam in Euangelio. nam Matth. 18. legitur. *Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscide eum, et projice abs te, &c. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum et projice abs te: bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* Sensus est, vt ipsa ratio cogit affirmare. quod hi qui sicut oculi & caetera membra carni sunt, dimitti debent, si cogentes Deum offendere impediunt adeptionem salutis aeternae. Sic etiam S. Hieron. hunc locum explicat. Et hoc idem tangitur 1. Cor. 7. vbi dicitur de coniugio. *Quod si infidelis discedat, discedat: non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi: in pace enim vocauit vos Deus.* Assumptum ergo Kemnitij falsum & voluntarium comprehenditur.

Tertia Obiectio ex Kemnitio. Christus Matth. 5. ideò prohibet uxorem dimitti extra causam fornicationis, quia eiusmodi dimissionem obijcit periculis vnionis, fornicationis, & adulerij. sed de his periculis Pontificij non sunt solliciti: liberè enim decernunt separationem ad certum, ineertumue tempus.

Respondeo cum Card. Bellarm. loco citato c. 14. periculum fornicationis non imputari dimittenti, qui vititur iure suo, sed ei, qui dedit causam cur dimitteretur. Nam cum duo imminant pericula: vnum coniugi innocenti, si sinatur habitare cum coniuge haeretico, aut impellente ad flagitia: alterum coniugi nocenti, si separaretur: & hoc periculum est fornicandi Ecclesia recto iudicio censet potius consulendum innocenti, quam nocenti: & ideò matrimonia illa dirimit quoad cohabitationem. Itaque Pontificij non ideò separationem decernunt quod de periculis fornicationis, & adulerij non sint solliciti, sed quia magis solliciti sunt de periculis alijs grauioribus.

Quarta Obiectio ex Kemnitio. Contendunt tale debere esse diuortium in quo vinculum matrimonij saluum maneat. et qui sic Pontificia illa separationem vinculum coniugij multis & varijs modis soluitur. Nam quid sit vinculum matrimonij, docent haec sententiae: *Es adhaerebis uxori tuae: factum est aduersorium, quod sit coram ipso: Mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir. Iterum conuerse. Ne tentet vos satan: Non sunt duo, sed una caro:* Et ipsius matrimonij definitur indiuidua vitae consuetudine. & haec omnia vincula soluit diuortium quoad thorum & cohabitationem: ergo homines separant, quod Deus coniunxit.

Respondeo cum Card. Bellarm. loco citato, falsam esse expositionem vinculi matrimonij quam Kemnitius affert. nam vinculum matrimonij est obli-

Omnia ratio solutionis matrimonij quae à Cath. Eccl. docetur, habetur in Euangelio.

Periculo grauiori prouideretur, in fauorem innocētis.

Apost. non approbasset diuortium nisi iniustam supponeret causam.

obligatio qua vir ita efficitur maritus vniusfœminæ vt non possit esse alterius illa viuente; & fœmina ita efficitur vxor vnius viri, vt non possit esse alterius illo viuente: sic enim dicit Apostolus Rom. 7. *Nam quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri: vt non sit adultera si fuerit cum alio viro.* & idem habetur 1. Cor. 7. Cohabitatio autem & societas lecti, ac mensæ, de quibus loquuntur Scripturæ citatæ à Kemnitio, non vinculum ipsum efficiunt aut sunt; sed ex illo oriuntur, & consequuntur: alioquin quotiescunque vir & vxor etiam iusta de causa in diuersas regiones abirent, atque inter se distarent, Coniugij vinculum solueretur: quod sanè absurdissimum est. sicut ergo vir & vxor, vinculum Matrimonij retinent, quando vnus in Orientè altera in Occidente degit, quia non potest vir alteri fœminæ, neque vxor alteri viro sine adulterio iungi, cum adhuc sint veri coniuges; licet non cohabitent, neque sibi inuicem adhæreant: ita etiam vinculum Coniugij retinent vir & vxor per diuortium separati; quia adhuc ille huius solius fœminæ vir, & illa huius solius viri vxor est.

Illud autem, *Quod Deus coniunxit homo non separet*, de vero vinculo debet intelligi, & non de cõhabitatione aut lecti communione, nisi velimus coniuges ipsos toties soluere, quod Deus coniunxit, quoties à se inuicem absunt.

Contra secundam Conclusionem. Prima Obiectio ex Kemnitio pag. 1250. lex Pontificia negans cõiungi innocenti in causa adulterij aliud coniugium, priuat innocentem iure suo absque eius culpa contra regulas Iuris.

Respondeo, quod tunc innocens priuaretur iure suo, cum Matrimonium contraxisset hac conditione, vt fornicante altero coniuge ipse liber maneret ad aliud ineundum coniugium. tunc si Ecclesia prohiberet aliud coniugium priuaret innocentem iure suo absque eius culpa. at res sic non est, quia contrahentes ineunt Matrimonium hac lege, quæ est Diuina, vt probatum est, vt viuente altero coniuge, alter aliud coniugium aggredi non debeat: Cum ergo Ecclesia mandat vt talis lex seruetur, neminem suo iure spoliat, sed iuste præcipit, vt quod quisq; promissus, seruet.

Secunda Obiectio ex Kemnitio. si non liceret vxorẽ ducere homini innocenti, diuortium à filio Dei concessum in causa fornicationis, nihil esset aliud nisi laqueus conscientiz consiciens homines in vstiones, & fornicationes, in iram, & iudicium Dei: nam forte persona illa innocens non habebit donum continentiz; & ideo in perpetua vstione versabitur, quæ impedit inuocationem Dei: aut etiam in fornicationes, & adulteria præcipitabitur: quare melius Ecclesiæ suæ Christus consuluisset si diuortium nullum concessisset: tunc enim persona innocens cogereturi vt remedijs à Deo ordinatis.

Respondeo negando sequelam assumpti; nam si quis tunc noscat se non habere donum continentiz, debet coniugi reconciliari, vt docet Apost. 1. Cor. 7. *Quod si discefferit, manere inuuptam, aut viro suo reconciliari.* Dimittere autem offensam, præceptum Christi est, & etiam legis naturalis; quia eidem placeret vt offensa remitteretur ei: sæpe enim vir aliquis sollet adulterium committere, & tamen placet ei vt vxor talem offensam ei remittat; ergo & ipse debet dimittere vxori. Quod enim tibi non vis alteri ne feceris, & quod tibi vis alteri fac. vnde Saluator Mat-

th. 7. *Omnia ergo quaecunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Hæc est enim lex, & Prophetæ. & Deus nobis remittit peccata quibus eum offendimus, & nos etiam debemus proximis iniurias dimittere. hinc est quod Saluator Matth. 18. dixit. *Serue nequam, omnia debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne oportuit te misereri conferui tui, sicut ego tui miserus sum? sic & pater meus celestis faciet vobis, si non remiserit vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* igitur si alter alteri remittet offensam, iterum reuertentur in idipsum, & sic tollitur vstio, & periculum fornicationis. & saluatur diuina lex de insolubilitate Matrimonij.

Tertia Obiectio ex Kemnitio. Pharisei Christum interrogantes Matth. 19. An liceret vxorem dimittere, loquebantur de dimissione quoad vinculum, & nõ quoad thorum tantum, neque enim illi aliam dimissionem nouerant, nisi quæ in lege permittebatur. illa autem talis dimissio erat vt liceret aliam ducere, vt colligitur ex Deut. 24. Leuit. 21. Hierem. 3. & Ezech. 44. Christus igitur eis respondens, loquitur etiã de dimissione quoad vinculum; nam alioquin nõ respondisset ad propositum. vnde semper Dominus cõiungit dimissionem vnus cum receptione alterius, dicens: *Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, &c.* Matth. 19. Marc. 10. & Luc. 16. sed Christus de hac dimissione quoad vinculum loquens Matth. 5. & 19. excipit causam fornicationis; ergo voluit posse dimitti vxorem quoad vinculum, in causa fornicationis. Et confirmatur argumentum à contrario sensu; nam sicut Christus dicit: *Qui dimittit vxorem excepta causa fornicationis, & aliam ducit, mæchatur,* ergo qui propter causam fornicationis dimittit vxorẽ & aliam ducit, non mæchatur. sunt autem hæc argumenta à contrario sensu omnium manifestissima, & firmissima.

Secundò confirmatur. ex eo quod Augustin. qui contrarium sensit, non potuit explicare istum locum, nisi miserè torquendo textum Euangelij. Dicit enim hunc esse sensum exceptionis, quod illi grauius quidem peccant, qui sine causa fornicationis diuortium faciunt, sed tamen & illos adulterij reos esse, qui propter causam fornicationis dimissa priore vxore, aliam ducunt. at inspicatur textus, & manifestum erit, Christum hoc non dicere.

Respondeo Christum Dominum, cum in initio prædicationis suæ, vt legitur Matth. 5. de veteri lege loquutus esset, & de modo quo Iudæi illam seruandam esse dicebant, multa declarans & irritans, vt ibi videre est; ad libellum repudij deueniens, quæ Moyses ad duritiam cordis eorũ permiserat; docuisse eum esse contra institutionẽ primam Matrimonij Gen. 2. quapropter eum damnauit, & irritũ fecit, docens virum & mulierẽ esse vnã carnem, ideoquidum viuunt inseparabiles esse quacunq; data occasione; quod immediatè sequitur ex verbis Domini, nam Matth. 19. ait: *Itaq; iam non sunt duo sed vna caro. quod ergo Deus coniunxit homo non separet.* cū ergo sit vna caro quomodo separari possunt? vnum enim ab vno inseparabile est. hinc est ergo quod dum exceptionem illam posuit dicens, *excepta causa fornicationis*, non de separatione vinculi Matrimonij loquutus est, quia hæc impossibilis est stante lege diuina, & natura Matrimonij, quæ duos facit vnã carnem; sed de separatione quoad thorum intellexit. & sensus est. Coniugibus non licere alteri alterum dimittere quoad vinculum; sed, ob fornicationem tantum quoad thorum.

Diuortium permittitur, & matrimonium non soluitur vt alter coniugium alteri dimittat offensam & iterum reuertantur in idipsum.

Quid sit vinculum matrimonij declaratur.

Contractus matrimonij nõ fit cum pacto de solutione illius, si alter coniugium fornicetur.

Dum Saluator dixit coniuges esse vnã carnem docuit vinculum matrimonij esse insolubile.

Hæc Christi doctrina, quam Matth. cap. 5. narrat causa fuit vt Iudæi post aliquod tempus ad Saluatorē accederent, vt idem Matth. cap. 19. refert, & super huiusmodi rem eum interrogarent. sic enim legitur ibi. *Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes: si licet homini dimittere uxorem suam quacunq; ex causa: (cur ergo accesserunt ad eum tantandum super hoc? quia scilicet audierant illum libellum repudij, quem Moyles permiserat, illicitum declarasse.) Qui respondens ait eis: non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos: & dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed una caro. quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Dicunt illi: quid ergo Moyles mandauit dare libellum repudij & dimittere: ait illi. quoniam Moyles ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Quibus verbis libellum repudij irritat & destruit. & per consequens matrimonij vinculum insolubile esse declarat. & sequitur: *Dico autem vobis quia quicumq; dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, machatur: & qui dimissam duxerit, machatur.* Cum ergo prioribus verbis libellum repudij, cum quo erat potestas permessa dimittendi uxorem, & aliam assumendi, irritasset; & illicitum declarasset; consequens est, vt illam exceptionem, fornicationis scilicet, de dimissione quoad thorum loqueretur, & non quoad vinculum; quia aliter videretur sibi contradicere; nam quia coniuges fiunt vna caro ideo dixerat ex diuina institutione coniuges inseparabiles esse; ergo cum causam aliquam dimissionis tangit, non de illa loquitur de qua primò dixerat; ne quod ipse docebat destruere videretur, sed de alia, nempe quoad thorum & cohabitationem locutus est: ideoque sequitur, *si aliam duxerit, machatur: & qui dimissam duxerit machatur.* quia illa quæ dimissa est quoad thorum, illius etiam semper est, qui illam dimisit, nempe viri.*

Nunc ad argumentum Kemnitij sic in forma respondeo. Cum ait: Christus loquebatur quoad vinculum de dimissione matrimonij, dico quando dixit, coniuges vnam carnem esse, quoad vinculum ipsum loquutum esse & tunc docuit vinculum esse insolubile; cum autem dixit, excepta fornicationis causa, seu ob fornicationem, tunc de separatione quoad thorum sermocinatum fuisse. Saluator autem optimè respondit & ad propositum, quia illi de matrimonio quoad vinculum loquebantur, iuxta quem sensum dixit Saluator illud esse insolubile, quia sunt vna caro: & quod licet oppositum esset in vsu in lege veteri, id fuit permissum tantum ob duritiam cordis eorum; semper tamen repudium fuit illicitum etiam in testamento veteri; nam dimissa si alterum virum pro marito sumebat, polluta & contaminata dicebatur. vnde Hierem. 3. sic legitur. *Vulgo dicitur: si dimiseris vir uxorem suam, & recedens ab eo duxerit vnum alterum: nunquid reuertetur ad eam ultra: nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa: tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, &c.* ideoque falsa est sequela illa Kemnitij, ergo cum excipit causam fornicationis docuit uxorem ob fornicationem dimitti posse, & solutam esse quoad vinculum.

Ad Confirmationem dico illam inniti falsè intelligentiæ illius loci; quia sensus proprius illius Scripturæ est, quem nuper tradidimus: quapro-

pter illa instantia nullius est momenti.

Ad secundam Confirmationem respondeo Kemnitium somnium somniasse: nam Augustin. nihil horum dicit.

Quarta Obiectio ex Kemnitio. Cum Apostolus dicit 1. Cor. 7. *Præcipio non ego sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod si discesserit manere inuupta, aut viro suo reconciliari: intelligit mulierem debere, inuuptam manere, si discesserit excepta causa fornicationis viri, ob culpam nimirum suam: ergo si causa fornicationis adsit, non tenebitur manere inuupta.* Antecedens probat, primo quia in verbo illo. *Præcipio non discedere, intelligitur exceptio à Domino posita de causa fornicationis: ergo etiam in verbo sequenti: quod si discesserit manere inuuptam, debet intelligi eadem exceptio: alioquin erit æquiuocatio intra paucas lineas in verbo, discedo.* Secundò probat ex verbo illo, reconciliari, quod propriè ad reos pertinet: qui enim læsit debet reconciliari, qui fuit læsus placari. quare loquitur Paulus de muliere discedente iniuste sine causa liciti diuortij. Tertio paulò post idem Apostolus concedit fidei deserto ab infideli, nubendi libertatem, ergo ostendit priorem illam sententiam, non discedere, vel si discesserit, &c. Non esse accipiendam sine exceptione. Quarto, Chrylasmus, Theophilatus, Oecumenius, & Ambrosius hunc locum exponentes excipiunt causam fornicationis.

His omnibus instantijs iam superius satisfacimus: falsum est enim assumptum ex falsa intelligentia illius loci ortum. Ad probationem primam dico, idem verbum sub alijs circumstantijs positum & adaptatū, proculdubio diuersa significare. cum ergo dicit præcipio non discedere de re iusta, quæ potest præcipi, intelligi debet. cum sequitur, quod si discesserit manere inuuptam aut viro suo reconciliari; de re non præcepta sed libera intelligi debet, quia aliter Apostolus non daret optionem; nam de re præcepta non potest dari optio, vt superius dictum est, ergo idem verbum positum varijs circumstantijs diuersimodè sumidebet.

Ad secundam dictum est verbum, reconciliari, læso, & lædenti competere.

Ad Tertiam nego paritatem, quia in discessione, infidelis intelligitur libertas aliud coniugium contrahendi, quia de infideli loquitur; & ipsa ratio infidelitatis exceptionem docet. at cum loquitur de fidelibus, nullam tangens exceptionem, eadem exceptio subintelligi nequit. quia aliud est loqui de fidelibus, & aliud de infidelibus, nec Patres quoscitat, aliquid contra nos, & hanc doctrinam affirmant.

Alias obiectiones habet Kemnitius, sed quia mediocritas sunt, ea omittimus.

Quinta Obiectio ex Luthero lib. de Captiuit. Babylon. cap. de matrim. Christus diuortium permittit in causa fornicationis Matth. 5. & nullū cogit esse cælibem, cū dicat; *qui potest capere capiat.* Matth. 19. ergo permittit aliam vxorē duci factō diuortio. & cōfirmatur ex Paulo qui ait; *Melius est nubere quam vri.* 1. Cor. 7. Respondeo Christum Dominum diuortij seu dimissionē coniugij quoad thorū ob fornicationē utiq; permisisse; ergo licet aliud inire coniugium, falsa cōsequentiā; ad loca illa citata quibus sequelam probare videtur, dico neminem cogi esse cælibē, sed quando infert, ergo permittit aliam duci vxorē factō diuortio, negatur sequela; quia aliud est cælibatus, & aliud in diuortio viuere; cælibatus dicit statū cōtinētis

Idem verbum positum varijs circumstantijs diuersimodè sumidebet.

Qui non potest capere castitatem in hoc casu & qui nō se continet, reconcilietur alteri coniugi.

vel

vel carentiam vinculi Matrimonij. diuortium autem supponit coniugij vinculum præteritum, & præsens, cum potestate reconciliandi, & carnalem copulam adhibendi. itaque neminem Deus cogit ad cælibatû; at qui dimisit vxorem non est in cælibatu. Ad illud; *Melius est nubere quam vri*, non facit ad rem. quia qui dimisit coniugem iam nupsit: si autem talis nequit se continere, alteri coniugi reconcilietur; vt dicit Apostolus 1. Cor. 7. *Quod si discesseris manere in nuptiam, aut viro suo reconciliari.*

Sexta Obiectio ex Bucero in Comment. cap. 19. Matth. Iudæis permissum erat ob duritiam cordis dimittere vxores, & alias ducere: ergo idem licere debet Christianis, quando eadem inuenitur in eis cordis duritia, vt simul commodè habitare nequeant. Probatum consequentia. Primò, quia si causa legis illius durat, æquum est vt etiam lex ipsa duret. Secundò, quia Christus Filius Dei non damnauit quidquam eorum quæ Pater ipsius præcepit. Pater autem cælestis iussit duris corde, si nolent maritali æquitate vxores tractare, vt eas libere dimitterent, vt nubèrent alijs. Tertiò, adeo necessariz sunt nuptiæ, vt si qui aut quæ existat, cui nullus sit coniux, coniugem illi concedere oporteat. Non enim Deus creauit hominem masculum, & fœminam vt seorsim viuant: sed dixit: *Non est bonum hominem esse solum.* Gen. 2. & Paulus 1. Cor. 7. *Vnusquisque suam vxorem habeat.* Ergo si impetrari possit vt coniuges non separantur aut separati reconciliantur, id quidem optandum est & procurandum; si autem obstiterit cordis duritia, non poterit infringi verbum Domini, vnusquisque suam, & vnaquæque suam.

Respondeo leges permittentes esse veras leges, qualis fuit hæc de libello repudij: licet ratio legis non ex parte permissionis habeatur, sed quatenus Potestatis significatur vt talia operari nulla infligatur poena, eoquod posita tali lege taliter facientibus nulla sit culpa. itaque manente lege permissiua, & non abrogata per Legislatorem, nulla est culpa, & consequenter nec poena. Nunc ad obiectionem. Iudæis licebat dimittere vxores & alias ducere, concedo; ergo etiam Christianis posita eadem causa, falsa consequentia; quia lex illa repudij ruit, non tantum in ratione, legis Iudicialis quæ tali Reipub. Iudæorum data fuerat, vt cætera præcepta iudicialia, sed expressè illam vt permissiuam, & non directè bonam Saluator noster irritauit, Matth. 19. dicens: *Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic.* & cap. 5. *Dictum est autem: quicumque dimiserit vxorem suam det ei libellum repudij. ego autem dico vobis: quia omni qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam machari. & qui dimissam duxerit adulterat.* cum igitur irrita sit talis lex, vanum est argumentum Buceri.

Ad primam sequelæ probationem: causa libelli repudij durat, ergo & lex debet durare. Respondeo negando antecedens: nam Populus Christianus non est ita duræ ceruicis, vt erat Populus Iudæorum; imò nec olim ipsæ Gætes talem habuerunt duritiam cordis. vnde per Ezech. 3. Dominus dixit: *Non enim ad populum profundi sermonis & ignota lingua tu miseris ad domum Israel, neq; ad populos multos profundi sermonis, & ignota lingue, quorum non possis audire sermones: & si ad illos misereris, ipsi audient te:* & Matth. 11. *Vch tibi Corozaim, vch tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidonè facta essent virtutes quæ factæ sunt in*

vobis, olim in cilicio & cinere penitentia egissent. & fidelibus insuper gratia Spiritus sancti talis efficaciz infunditur, vt cordis duritia longè sit ab eis, vt legitur Ezech. 36. *Et effundā super vos aquā mundā, & vni-dabimini ab omnibus inquinamētis vestris. & dabo vobis cornuū. & spiritum nouū ponam in medio vestri: & auferā cor lapideū de carne vestra & dabo vobis cor carneū.* & Ioan. 6. *Et erunt omnes docibiles Dei.* Præterquā quod in re huiusmodi attendenda est mens Legislatoris: Saluator autem legifer noster talem legem permissiuam Moylis abrogauit. Qui ergo duritiam cordis Sectari vult, & reconciliari alteri coniugi non vult, teneat continentiam, vt dicit Apostolus 1. Cor. 7. *Aut manere in nuptiam, aut viro suo reconciliari.* & hoc sit in pœnam ceruicositatis, quam volūtariè quis assumere poterit.

Ad secundam probationem consequentiz primæ Syllogismi, quod scilicet Christus filius Dei nō damnauit quidquam eorum quæ Pater ipsius præcepit. dico, per illud, damnauit, si intelligat, repræhendit, vt scilicet rem malam, hoc non fecit Saluator declarando veterem legem nō amplius obligare, vt etiam sæpè fecit Apostolus, & præcipuè in Epist. ad Galatas; vel intelligit, declarauit eam amplius non obligare, & hoc verum est; nec ideo sequitur Saluatorem nostrum aliquid contra Patrem operatum esse; quia hoc mandante ipso Patre docuit. Vnde Ioan. cap. 7. dicebat, *mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit.* & Pater hoc promiserat per os Ierem. cap. 31. *Ecce dies venient dicit Dominus: & feriam domum Israel & domum Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Egypti, &c.*

Ad Tertiam probationem, quod necessariz sunt nuptiæ, &c. possem & ipse responderè, sed volo egregiam responsionem Cardin. Bellar. hic apponere, quam huic instantiæ dedit lib. de Matrim. cap. 17. in fine, & est talis. Ad Tertiam probationem, quæ Epicurum magis, aut potius equum, & Canem, quam hominem, & maxime Christianum deceret.

Respondeo non esse necessarium, vt vbiunque est vir aut mulier sine coniuge, continuo detur ei cōiux, alioquin falsa essent Apostoli verba: *Bonum est homini mulierem non tangere.* &: *Solutus es ab vxore, noli querere vxorem.* &: *Qui non iungit Matrimonio Virginem suam, melius facit.* &: *beator erit si sic permanserit.* 1. Cor. 7. Et B. Ioannes. Beatissima Virgo Maria, Christus ipse, non rectè fecissent, quod sine coniuge esse voluerunt.

Porro Deus hominem masculum & fœminam esse voluit, vt propagari posset Genus humanum; non autem vt cogerentur omnes cum cōiuge viuere. Illud verò, *Non est bonum hominem esse solum*: significat non fuisse bonum ad propagationem generis vt solus masculus crearetur; sed necessariam fuisse etiam fœminæ creationem: non autem significat non licere aut non esse melius ipsi homini cælibatum colere, quam matrimonio iungi, præsertim geuere humano satis propagato: alioquin pugnaret verbum Dei: *Non est bonum hominem esse solum.* Cum alio verbo Dei. *Bonum est homini mulierem non tangere.*

Denique illud Pauli: vnusquisque suam, dicitur illis tantum qui liberi sunt, & fornicationis periculum timent. Nam alioquin, si quæ mulier vinculo coniugij cum viro ligata sit, & per diuortium ab eo discedat, non dicitur ei, vnaquæque suam: sed, Damnationem habeat, quia primam fidem irritam fecerunt

Que Saluator docuit ex voluntate Patris docuit non contradicente Patri.

Lex vetus de libello repudij irrita facta est à Saluatore.

Cerucositas Indæorum non adest inter Christianos.

Creatio Euz non inuinit omnibus coniugium.

1. Tim. 5. Denique si qua soluta sit, & de Deo sperans, fornicationis periculum non metuat, non dicitur ei, vnaquæque suum sed, *Beatorum erit si sic permanserit*, 1. Cor. 7.

DISPUTATIO IV.

De impedimentis Matrimonij. & an Ecclesiastica, vel Secularis Potestatis sit iudicare causas Matrimoniales.

Impedimenta Matrimonij quædam sunt ad Matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum. quædam autem etiam contractum dirimunt.

ECCLESIAE Catholice antiqua & firma doctrina est, quod aliqua sunt quæ impediunt Matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum: & quædam quæ impediunt contrahendum, & dirimunt contractum: Priora sunt quæ contractui Matrimoniali non opponuntur, sed tantum eius circumstantijs, vt sunt tempora sacra Aduentus, & Quadragesimæ; in quibus prohibita est per Ecclesiam celebratio nuptiarum: votum simplex continentie: Metus qui non cadit in constantem virum, &c. Posteriora vero duodecim numerantur: quæ his versibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si forte coire nequibus, Hæc socianda vetant connubia, facta retractant.

Error, vt si de Petro, credatur Ioannes. Conditio, vt si seruus, vel ancilla credatur liber vel libera. votum, idest solemnne, quod scilicet probatum est ab Ecclesia & vt sic vouens cogitur ab Ecclesia ab publicas functiones iuxta votum, vt Religiosi, & Ordinati in Sacris. Cognatio, quæ triplex est, naturalis vt consanguine: spiritualis, vt quæ provenit per Baptismi, & Confirmationis dationem, administrationem vel susceptionem. & legalis, vt Adoptio. Crimen vt Incestus, interfectio propriæ mulieris, Raptus sponsæ. Baptismus proprii filij malitiosè collatus ad hoc contrahendum impedimentum. Interfectio Presbyteri, acceptio monialis in vxorem scienter: & solemnne penitentia. Cultus disparitas vt contrahere cum Pagano vel Iudæo; vis seu violentia, & metus qui excludat voluntarium à contractu: Ordo idest Sacer. ligamen, vt si quis cum alio vel alia vouente primò contraxerit. honestas, idest iustitia publicæ honestatis, secundum tamen declarationem Concil. Trident. sess. 24. cap. 5. de Reform. Matrim. quæ oritur ex sponsalibus contractis. Affinitas nempe orta ex copula carnali cum persona spectante ad coniugium contrahendum. & Impotentia ad coitum, quæ duplex esse potest, naturalis, & accidentalis: prima vt impotentia pueri vel frigiditas senis, seu etiam frigiditas complexionis, vel arctatio mulieris; quæ si sūt perpetua, impediunt contrahendum & dirimunt contractum: accidentalis scilicet, quæ est secunda non dirimit contractum, quia est impotentia ad tempus.

Quam doctrinam percurrentes Sectarij contra quos disputamus, placuit eis aliquid oppositum opinari & excogitare; nam primò consensum parentum ad essentiam Matrimonij requiri dicunt; ita Lutherus in ferm. de Matrim. Bucerus in cap. 19. Matth. Brentius in Cathéchismo. Kemnitius in 2. par. examinis Concil. Trident. pag. 1273. & Caluinus lib. 4. instit. cap. 19. §. vlt. vbi etiam omnes leges Romanorum Pontificum de Matrimonio dicit in Deum impias esse, & in homines iniquissimas. similiter impedimentum Matrimonij non agnoscunt esse Ordinem & votum. insuper Lutherus lib. de Captiuitate Babylon. cap. de Matrimonio docet sponsalia dirimere sequens Matrimonium, si contingat vt fiat cum alia, cum qua sponsalia non fuerunt præmissa. & ibidem non admittit impedimentum infidelitatis, ad eo quod coniugium contrahere liceat cum Pagano, & Iudæo. idque replicat etiam in exposit. 7. Capitis 1. Cor. & in ferm. de Matrimonio. cuius opinionis fuit etiam Melancton in locis tit. de Coniugio.

De impedimento cognationis naturalis Ioannes Wicleffus lib. 4. Trialogi cap. 20. docet cognationem solum in primo gradu in recto ordine impedire coniugium; in transuerso autem, nullam esse prohibitionem: vnde colligit inter fratres & sorores posse fieri coniugium. Lutherus lib. de Captiuitate Babylon. cap. de Matrim. & in ferm. de Matrim. edito ann. 1525. Argentinz: & Bucerus in Comment. cap. 19. Matth. illos gradus cognationis naturalis impedire matrimonium dicunt, qui leguntur in lib. Leuiticicap. 18. cæteros superadditos ab Ecclesia respuunt; eosque quos tenent, indispensabiles esse affirmant, quia iuris diuini sunt. Cuius sententiæ etiam est Melancton in locis tit. de Coniugio. & Kemnitius in 2. par. examinis Concil. Trident. pag. 1230. concedunt tamen aliquos gradus ab Ecclesia superaddi posse quæ impediunt, salua tamen, inquit, libertate fidelium, quia si ea seruare noluerint, immunes à culpa sunt.

Brentius in Confess. Witemberg. cap. de Coniugio: & in Apolog. pro eadem Confessione: & in Commentarijs in Leuiticum ad cap. 18. dicit in gradibus cognationis legem ciuilem Imperatorum seruandam esse, eo quod lex diuina quæ habetur in Leuitico ad Christianos non spectet, nisi pro eo quod ius naturæ continet, quod tamen ius expressè non docet quod discrimen sit inter personas contrahentes, licet discrimen aliquod esse ostendat. quapropter aliquo Legislatore opus est, qui tales gradus constituat; & subdit: Moyles ad nos non spectat; Romanus Pontifex non habet potestatem leges ferendi: Cæsar, quis subiecit leges suas Canonibus Pontificijs auctoritatem leges ferendi amisit. ideoque ad ius naturæ recurrendum est, ad quod cognoscendum, obseruandum est in quibus gradibus contineantur lex Moylis, & lex Imperatoris Romani, & hi gradus qui ab vtraque lege prohibentur, de iure naturæ cenleri debent, in quibus postea nulla admittenda est dispensatio. qui verò gradus à lege Moylis vel à lege Cæsar tantum prohibentur, non iure naturæ prohibiti habendi sunt, sed lege politica. & tandem subdit, non solum legem naturæ in gradibus cognationis seruandam esse, sed etiam legem Romani Imperatoris, consuetudinem loci, & etiam arbitrium prudentum virorum.

Caluinus hoc citato se ipsum non satis explicat, quid senserit in hoc: reprehendit tamen Ecclesiam, quod gradus cognationis constituit præter aliarum Gentium.

Opiniones Socraticorum de impedimentis matrimonij.

Gentium, & Moyſis politiam; & Eccleſiam ſpiritualem cognationem impedire matrimonium iniurè ſtatuiſſe opinatur. At Theodoruſ Beza eius diſcipuluſ, qui mentem magiſtri ſui nouerat, in lib. de repudijs & diſcorijs: primò reprehendit modum ſupputandi gradus cognationis, quo vtuntur Canoniſtæ, & ſequendum dicit modum quo viuunt iure Conſulti Ciuiles. Secundò dicit gradus qui numerantur in Leuitico, iure diuino ſeruandos eſſe. Tertio non tantum per gradus, qui exprimuntur in Leuitico, prohiberi coniugium, ſed etiam per conſimiles. Exempli gratia, quia in Leuitico prohibetur coniugium nepotiſ cum amita, vel matertera, prohibium etiam intelligi debet coniugium patruſ vel auunculi cum nepte vel fratre vel ſorore: & quia in Leuitico prohibetur coniugiũ patris cũ filia, & cui cũ nepte; colligit prohibita eſſe omnia coniugia in linea recta, quia ſemper maior in linea recta habet locum Patris reſpectu iunioris, & eadem ratione prohibita dicit coniugium patruſ non ſolum cum nepte, ſed cum pronepte, eam abnepte, & omnibus inferioribus. multos ergo gradus iurè diuino ſeruandos affirmat, qui in Leuitico expreſſè non habentur. Quarto docet leges ciuiles in hoc etiam ſeruandas eſſe; ita tamen vt ſi contra tales leges matrimoniũ contrahatur dirimi non debeat, ſed pro rato habeatur. Quintò calumniari cœpit Catholicos in hac materia circa numerationem graduum, & prohibitionem coniugij: Et Martiniũ V. Pontificem ſingit coniugium permiſiſſe alicui cum ſorore germana, quod craſſum eſt mendacium; nam ipſe tantum permiſiſſe legitur coniugium alicuius cum ſorore cuiuſdam mulieris, quam antea cognouerat per fornicationem, nec hoc permiſit ob pecunias ſibi datas, vt Beza mentitur; ſed ad vitandum ſcandalũ, quod ex illius coniugij ſeparatione timebatur, cum casus eſſet occuſus.

De impedimento cognationis ſpiritualeſ, Lutheruſ in lib. de Captiuitate Babyi. cap. de matrim. & Beza in lib. de repudijs dicunt inter omnes Chriſtianos eſſe cognationem ſpiritualem; ideoque ſi impediret, nulluſ fidelis niſi cum Ethnæicis coniugium habere poſſet.

Cuius tandem Potèſtati ſit cauſa matrimoniales decidere, Melancthon & Brentiuſ ad polyticam magiſtratum pertinere affirmant. Kemnitius in 2. parte Examiniſ. pag. 1272. dicit ferre leges circa matrimonium ad Magiſtratum polyticum ſpectare, ſed cauſas conſciencie reſoluere de matrimonio, ad Eccleſiam.

Ad deſenſionem itaque Catholicæ doctriinæ in præſenti materia, & ad reſellendos prænarratos errores, octo Concluſiones ſtatuiſimus.

Prima Concluſio. Ad validitatem contractus matrimonij non requiritur neceſſariò conſenſuſ parentum contrahentium. Hæc Concluſio habetur in Concil. Trident. ſeſſ. 24. in Decret. de Reform. Matrimonij cap. 1. ſic. *Sancta Synodus anathemate damnat eos qui falſo affirmant matrimonia à filijs familiaribus ſine conſenſu parentum contrahi, rata eſſe, & parentes ea rata, vel rata facere poſſe.* Probatur: Matrimonium de quo agimus in ſua quidditate, & ratione formali importat liberum ſeu voluntarium contractum inter marem & feminarum, quo alter alteri iure transfert poteſtatem ſui corporis pro vſu perpetuo ad procreandam prolem. at filij ſine parentum conſenſu habent poteſtatem taliter contra-

hendi: ergo matrimonium filiorum ſine conſenſu parentum eſt veriſſimum matrimonium, habens omnia requiſita. Maior patet; Minor probatur, filij ſunt liberi, nec ſubiectio filiorum ad Patrem, ſicut nec ſubditorum ad Principem eſt proprie ſeruitus quæ aliquo modo libertati opponatur. ergo poſſunt liberè transferre poteſtatem ſui corporis ad coniugium ineundum.

Præterea congruum eſt vt filij ſequantur in huiusmodi re voluntatem parentum, quia ipſi prudentiores ſunt, & talium rerum experientiam habentes melius cognoscunt, quid ſit filijs vtilius, nec eos decipere poterant, cum naturaliter & vehementer filios diligant; ideoque filios matrimonium ſine patrum conſenſu contrahere dedecet; nec culpa carent, cum ſecus faciunt: quia eſt ſignum irreuerentiæ ſuorum parentes, dummodo legitimam cauſam nõ habent ſic contrahendi, ſcilicet non requiſito parentum conſenſu. at ratio congruitatis non tollit rei eſſentiam, & rationem; ergo licet indecentè fieret ex hoc capite, tamen contractus firmuſ, & ſtabiliſ erit.

Et iuxta hunc ſenſum Gen. 24. Iſaac accepit uxorem iuxta placitum Abraham patris ſui. & Rebecca iuxta placitum parentum ſuorum, qui ſeruo Abraham ſic dixerunt. *En Rebecca coram te eſt, tolle eam et proficiſcere, & ſit uxor filij Domini tui, ſicut locuſtus eſt Dominuſ.* licet poſtea dixerint: *Vocemus puellam, & quaramus ipſius voluntatem. Cumque vocata veniſſet, ſciſcitati ſunt: Vn ire cum homine iſto? Quare iſtæ Vadam. dimiſerunt ergo eam, &c.* & Deut. 7. *filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam eius accipies filio tuo: quia ſeducet filium tuum ne ſequatur me, & ut magiſ ſeruas dijs alienis.*

Secundò probatur Concluſio per id quod legitur Gen. 29. & 30. Iacob enim vir Deo charuſ & probatuſ vnã uxorem accepit iuxta ſuorum parentum conſiliũ, ſecundam verò illiſ inſcijs; quod vtique Iacob non feciſſet ſi neceſſariuſ eſſet parentum conſenſuſ ad validitatem contractus matrimonijalis. & Tobia cap. 7. legitur filiũ cuiuſdem accepiſſe Saram Rachelis filiam in uxorem inſcio Tobia patre ſuo, & etiam matre ſua id neſciente. quod tamen fuit optimè factum, quia Angeluſ Raphael qui ſubhumana forma illic erat, id faciendum perſuaſit & probauit. ergo licet filijſ matrimonium contrahere aliquando inſcijs parentibus, & talis contractus abſque conſenſu parentum validuſ erit, nec irritari poterit.

Secunda Concluſio. Sacri Ordineſ, & votum ſolemne caſtitateſ, impediunt omninò matrimoniũ contrahendum, & dirimunt contractum. Hæc Concluſio licet ſit doctriina antiqua Eccleſiæ Catholicæ, habetur etiam in Conc. Trid. ſeſſ. 24. Can. 9. ſic. *Si quiſ dixerit Clericoſ in ſacriſ Ordinibus conſtitutoſ, vel Regularē caſtitateſ ſolemniſter profeſſoſ poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto: & opoſitum nihil aliud eſſe quam damnare matrimonium, poſſeque omneſ contrahere matrimonium, quo nõ ſentire ſe caſtuſ, etiam ſi ea voverint, habere donum, anathema ſit: cum Deus id rectè parentibus non detegat, nec patiarur. uoſ ſupra id quod poſſumus tenari.*

Probatur Concluſio primo: quoad ſacros Ordineſ. Quotieſcunque aliquiſ iurè, & iuſtè reddidit ſe inhabilem ad contrahendum matrimonium, ſi deinde contractum fecerit, irrituſ erit. at qui ſacros Ordineſ

Subiectio filij ad patrem, & ſubditi ad Principem nõ eſt proprie ſeruituſ.

Indecentè eſt filiis abſque conſenſu parentum matrimonium contrahere.

Opiniones Sectariorum de poteſtate habente ſuper cauſas matrimonij.

Ad validitatem matrim. non eſt neceſſariuſ ſimpliciter conſenſuſ parentum.

Sacri Ordineſ & votum ſolemne caſtitateſ impediunt matrimonium contrahendum & dirimunt contractum.

dines susceperunt tales se reddiderunt, ergo qui sacros Ordines susceperunt inhabiles sunt ad contrahendum matrimonium, & si contrahant talis contractus erit inualidus. Maior patet ex terminis. Minor probatur, qui sacros Ordines susceperunt liberè & iustè se subiecerunt Ecclesiasticæ legi, quæ est vt tales inhabiles sint ad contrahendum: ergo sacri Ordines impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum.

Iustè Clerici à Regularibus subijciuntur legi Eccl.

Hic duo sunt nunc probanda; primò quod iusta sit hæc subiectio. Secundò quod efficax sit huiusmodi lex Ecclesiæ. Primùm probatur: ordinati in sacris deputantur ministerio sacro, quod requirit munditiam mentis & corporis, perspicacitatè intellectus, & feruorem affectus; ad hæc autem disponit continentia, & coitus frequentia opponitur, vt colligitur ex 1. Cor. 7. ergo ordinati in sacris iustè se subijciunt Ecclesiasticæ legi de continentia.

Ecclesiæ Pastores habent potestatem leges ferendi.

Secundum probatur. Saluator noster Dei filius plenissimam potestatem leges ferendi dedit Ecclesiæ suæ Matth. 16. & 18. *Quodcumque ligaueris super terram, &c. & Quæcumque ligaueris, &c.* vt dictum, & probatum est lib. 2. disp. 4. & talis efficacitæ sunt leges eius, vt diuina auctoritate in cælis confirmantur, vt Euangelium testatur. ergo leges Ecclesiæ efficaces sunt & ligant quoscunque super quosferuntur. hæc autem de continentia fertur super ordinatos in sacris, ergo ordinati in sacris ad contrahendū inhabiles sunt, & per consequens si contrahant, irritus erit contractus; quia à non habente huiusmodi facultatem irritus fuit. Sed de hac re fusè tractauimus lib. 4. disp. 3. lectorem rogamus vt talem disputationem percurrere dignetur.

Vouens solemniter facit se inhabilem ad contrahendum.

Probatur nunc Conclusio quoad votum solemnæ castitatis. Qui vouent solemniter, non tantum Deo se obligant, sed etiam Ecclesiæ ad matrimonium nõ contrahendum; ergo si aliter fecerint à voto, irritus erit talis contractus. Conseq. tenet, quia contractus debet esse liber, seu ab eo fieri potest, qui non est obligatus ad aliter exequendum. qui autem vouit, obligauit se ad statum tenendum putà Religionis, cui omninò opponitur status coniugalis. Primum antecedens patet ex ipsa natura promissionis quæ fit in voto.

Sed dicunt Sectarij talem promissionem illicitam esse, & irrationabilem, ideoque non tenere. Contra, continentia persuadetur ab Apostolo 1. Cor. 7. *Dico autem non nuptiis & viduis: bonum est illis si sic permaneant sicut & ego. Quod si non se continent nubant. & postea: Solutus es ab uxore? noli querere uxorem. & infra: Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori & diuisus est. Et mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. & tandem: Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit melius facit. Beatior autem erit si sic manserit.*

Et ipse Saluator noster Matth. 19. Continentiam suavit, dicens: *Sunt Eunuchi qui seipso castrauerunt propter Regnum calorum. Qui potest capere capiat. ergo promissio continentie est iusta, & rationabilis. & consequenter seruanda est talis promissio cum Deo fit, & Ecclesiæ. nam Plam. 75. legitur: Vouete & reddite Domino Deo vestro. & Ecclesiast. 5. Si*

quid vouisti Deo ne moueris reddere; & de viduis quæ continentiam vouerant, & non seruauerant, inquit Apostolus 1. Tim. 5. Cum luxurians fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt. idest promissionem continentie quam Deo fecerant. Super quem locum Apostoli, August. lib. de bono Viduitatis cap. 9. tomo 4. ait. In coniugali quippè vinculo si pudicitia conseruatur damnatio non timetur, sed in viduali & virginali continentia excellentia muneris amplioris expetitur, quæ expetita, & electa, & voti debito oblata iam non solum non capessere nuptias, sed etiam si non nubatur nubere velle damnabile est. Nam vt hoc demonstrares Apostolus, non ait, cum in delictis egerint in Christo nubunt, sed nubere volunt habentes inquit damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, & si non nubendo, sed tamen volendo: non quia ipsa nuptia vel talium damnanda iudicantur, sed damnatur propositi fraus, damnatur fracta voti fides, damnatur non susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremo damnantur tales, non quia coniugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentiam primam fidem irritam fecerunt. Quod vt breuiter insinuares Apostolus, noluit eas dicere habere damnationem, quæ post amplioris sanctitatis propositum nubunt: non quia non damnantur, sed ne in eis ipse nuptia damnari putarentur. Sed cum dixisset, nubere volunt: continuo addit, habentes damnationem. & dixit quare, quoniam primam fidem irritam fecerunt: vt voluntate quæ à proposito cecidit appareat esse damnata sine subsepantur nuptia, sine desint.

Testim. primò Ecclesiæ.

Secundò probatur testimonio antiquæ Ecclesiæ. Clemens Papa, Petri Apostoli discipulus lib. 3. Apostoli. Conliti. cap. 2. ait. *Nubere post promissionem sceleratum est, non quidem propter coniugium, sed propter mendacium:*

Conc. Tolctanum 1. celebratum anno Domini 400. Can. 16. *Deuotam peccantem (idest monialem) non recipiendam in Ecclesiam, nisi peccare desierit, & si desinet egerit aptam penitentiam decem annis, recipiat communionem. Prusquam autem in Ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium christiana mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam hæc qua eam receperit habeatur absentia. Corruptorem etiam par pena constringat. quæ autem maritum acceperit non admittatur ad penitentiam, nisi adhuc ipso viuente marito, castè viucto ceperit, aut post quam ipse decesserit.*

Conc. Chalcedonense Generale 4. celebratum anno Domini 451. Can. 16. inquit. *Virginem quæ se Domino Deo consecravit, similiter, & Monachum non licere nuptialis iura contrahere. Quod si hoc inueniens fuerint perpetrantes, excommunicentur. Constitutibus autem decernimus vt habeat auctoritatem eiusdem loci Episcopus misericordiam humanitatemque largiri.*

Testim. Solemne Eccles. Catholice.

Innoc. 1. Papa anno Dom. 402. in Epist. 2. c. 12. inquit. *Item quæ Christo spiritualiter nupsert, et velari à Sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupsert, vel se clauento corruerint, admittendas esse ad agenda poenitentiam, nisi si cui se iunxerint de seculo decesserit. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quicumque viuente viro, alteri nupsert, habeatur aduersa, nec ei agenda poenitentia licentia concedatur, nisi vnus ex eis defunctus fuerit: quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortale se sponso consumerat, & postea ad humanas nuptias transmigravit?*

Et

Et cap. 13. Ne vero qua nec dum sacro velamine
tecta, tamen in proposito virginali semper se permane-
re promiserant, licet velata non sint, si forte nupsimus,
tunc agenda aliquanto tempore poenitentia est, quia spon-
sio eorum à Domino tenebatur. Si enim miser homines
foles bona fides contractus nulla ratione dissoluit, quan-
to magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt,
solum sine vindicta non debet? Nam si Apostolus Paulus,
quæ à proposito viduitatis discesserant, dixit eas
habere condemnationem, quia primam fidem virtutem
fecerunt: quanto magis virgines, quæ pactioni suæ fidem
minime seruantur.

Testim. 54. DD. an
significat.

August. lib. de bono Viduitatis cap. 11. tomo 4.
ait. Quapropter non possum quidem dicere à proposito
meliore lapsas, si nupsimus feminas adulterias esse, non
coniugia: sed plane non dubitauerim dicere, lapsas &
ruinas à castitate sanctiore quæ uocetur Deo, adulte-
rijs esse peiores. Si enim quod nullo modo dubitandum
est ad offensionem Christi pertinet eum membrorum
eius fidem non seruat marito, quanto grauius offendi-
tur, cum illis ipsi non seruantur fides in eo quod exigit
oblatum, qui non exegerat offerendum? Cum enim
quisque non reddidit, quod non imperio compulsus, sed
consilio communitatis nouit, tanto magis fraudatis voti au-
get iniquitatem quanto minus habuit uouendi necessita-
tem. Nec ideo dispuso, ne arbitreris, vel secundas
nuptias crimen esse vel qualescunque nuptias, cum sint
nuptias, malum esse. Non itaque illas abs te damnas
velis esse, sed speras. Bonum ergo continentia vidua-
liu luculentius decet, cum pro illo uouendo & proficien-
do possunt contemnere feminas, quod & libet & licet.
Sed post voti professionem perseveranter frenandum, &
vincendum est quodlibet, quia iam non licet.

Chrysostomus de Virginitate cap. 41. tomo 5. ait.
Nam quemadmodum Virgini, viuo cui viro (immor-
talis autem non est) nunquam licet nubere, sic nuptia
tantum coniuge mortuo, &c. dicit enim Chry-
stomus nullo modo licere Virgini nubere, quæ scilicet
votum Virginitatis emisit.

Gregorius in responsionibus ad Augustinum
Episcopum in Anglia tomo 2. cap. 2. sic respondet
eidem interroganti, An clerici continere non valen-
tes possint contrahere & si contraxerint, an debeant
ad sæculum redire: Si qui vero sunt clerici extra sa-
eros Ordines constituti qui se continere non possunt, sor-
tiri uxores debent, & stipendia sua exterius accipe-
re, &c. negat ergo clericos in sacris constitutos pos-
se uxorem ducere.

Sponsalia cum B.
non dirimunt ma-
trimonium con-
tractum cum C.

Tertia Conclusio. Sponsalia non dirimunt ma-
trimonium si contrahatur cum alia, ab ea, cum qua
sponsalia tantum præmissa fuerant. Probat, spon-
salia sunt promissiones futuri contractus, & non ipse
contractus. Magis autem ligat & obligat contractus
quam promissio contrahendi, ergo contractui, qui
fit cum alia, cedit promissio contrahendi alteri prius
facta, licet absque culpa non sit, qui sic operatur,
quia quisque tenetur stare promissis.

Ex duobus malis
minus est eligen-
dum.

Et confirmatur quia ex duobus malis minus est
eligendum: in hoc facto duo mala adessent, primū
est promissio contrahendi non seruata: Secundū
est contractus coniugij factus cum alia ab eacuiusdem
promiserat; minus enim malum est à simplici pro-
missione contrahendi deficere, quam ab ipso contrac-
tu iam facto, ut patet. seu melius est seruare con-
tractum iam factum, quam simplicem promissio-
nem contrahendi. res clara est.

Quarta Conclusio. Matrimonia fidelium cum
infidelibus non baptizatis sunt illicita, sed non irrita.
Similiter cum hæreticis vitanda sunt, sed non irrita,
cum facta sunt. Conclusio habet quatuor partes,
prima est. Matrimonia fidelium cum infidelibus
sunt illicita. Secunda non sunt irrita. Tertia ma-
trimonia cum hæreticis sunt vitanda. Quarta sunt
valida cum facta sunt.

Matrim. contrac-
tum inter fideles
& infidelem non
est irritum.

Prima pars, scilicet ea esse illicita probatur. Sunt
contra doctrinam Apostoli 1. Cor. 7. Quod si der-
mierit vir eum liberata est: Cum uult nubas tantum in
Domino. at non videtur esse matrimonium contrac-
tum in Domino, quod cum inimico Domini factum
est, qualis est infidelis. & 2. Cor. 6. Nolite iugum
ducere cum infidelibus. quia enim participatio iustitie
cum iniquitate? aut qua societas luci ad tenebras?
Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut qua pars
fidei cum infidelis? Periuadet ergo Apostolus ut fi-
deles cum infidelibus nullum habeant contractum,
ergo fidelibus illicitum est contrahere cum illis ma-
trimonium. Præterea adest periculum subuersio-
nis fidelis, & apostatandi à fide: & habemus exem-
plum Salomonis qui ob uxores Gentiles Idola col-
uit 3. Reg. cap. 11. & hac ratione Deus Iudæis pro-
hibuerat matrimonia contrahere cum Chananzis &
Gentilibus Deut. 7. Neque sociabimini cum eis coniugia,
filiam suam non dabit filio eui, nec filiam illius acci-
pies filio tuo: quia seducet filium tuum, ne sequatur
me, & ut magis seruiat dejs alienis: irasceturque furor
Domini & delebit te cito. Nec filij pacificè & vnifor-
ter de vera religione, & cultu, ac timore Domini
instrui possunt cum coniuges diuersæ erunt Religio-
nis. Adde quod sic contrahens, Ecclesiæ non obe-
dit, quæ talia coniugia prohibet: nam Concil. Ge-
nerale Chalced. Can. 14. sic statuit. Quia in quibusdam
promueys conceditur psalmisti, & lectoribus
uxores accipere, statuit sancta Synodus, prorsus non
licere cuiquam ex his, alterum Sectæ accipere uxorem.
Si qui vero prouenerit, & habet iam de tali coniugio
filios, si forte prouenerint eosiam apud hæreticos bap-
tizari, debent eos offerre Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ
ut ibi communicent. Qui vero adhuc baptizati non
sunt, omnimodè non posse eos in hæretica Ecclesiâ bap-
tizari, nec in matrimonio iungi hæretico, Iudæo, vel
Pagano, nisi forte sponderit se venire ad Orthodoxam
fidem, dum contrahitur persona Orthodoxa. Si qui
vero hanc diffinitionem sanctæ Synodi præterierit, re-
gularum condemnationibus subiaceat. Et Conc. A-
gathensæ in Gallia Narbonensi sub Simmacho Pa-
pa anno Domini 506. Can. 67. inquit. Quoniam
non oportet cum omnibus hæreticis miscere coniugia,
& vel filios, vel filias dare, sed potius accipere,
si tamen profitentur, Christianos futuros esse se &
Catholicos.

Secunda pars probatur. Quod scilicet matrimonia
sic contracta non sunt irrita. In primis nulla extat
lex Ecclesiæ quæ matrimonia sic contracta irritet,
licet illicitè sic contrahi doceat. Secundò ex his quæ
Apostolus 1. Cor. 7. docet, non colligitur talia ma-
trimonia esse irrita, sic enim ait. Si quis frater ux-
orem habet infidelem. & hac consensu habitare cum
illa, non dimittas illam. Et si qua mulier fidelis habet
virum infidelem, & hic consensu habitare cum illa,
non dimittat virum, sanctificatus est enim vir infidelis
per mulierem fidelis, & sanctificata est mulier infi-
delis per virum fidelis: alioquin filij vestri non uide-
rentur esse, nunc autem sancti sunt. Quod si infidelis des-
cedit

Matrim. cum hæ-
reticis est illicitum.

cedis discedat: non enim seruitus subiectum est frater aut soror in huiusmodi: in pace autem vocavit nos Deus.

Et licet Apostolus de matrimonio iam contracto loquatur, quod scilicet si alter coniugum conuertatur ad fidem; alterum coniugem dimittere non debet; tamen ex hoc elicitur rationem infidelitatis in altero coniuge, non opponi ex natura sua essentia coniugij & matrimonialis contractus; quia dato hoc, Apostolus expressè separationem præcepisset, quia fornicationem non poterat permittere, ergo contractus matrimonialis initus inter fidelem & infidelem tenet, seu non est irritus.

Matrim. contractum cum hæretico tenet, sed illicitum est ob legē Ecclesie.

Et huius rei habemus exempla in veteri Testamento. nam Ester Assuero Gentili nupsit, quem utique sciebat ad legem Iudæorum non reduciurū, quod factū fuisse à Iacob, Ioseph, Moysē, & Dauid cum vxoribus quas ex Gentilibus acceperunt ex Scriptura colligitur probabile. & tempore noui testamenti, Sancta Monica Mater S. Augustini virum habuit infidelem, vt August. scribit lib. 9. Confess. cap. 9. tomo 1. Et Clotildis Christiana coniugium iniit cum Clodoueo Rege Francorum infideli, vt refert Card. Bellarm. lib. de Sacram. Matrim. c. 23. ex Gregorio Turonico lib. 2. hist. cap. 28. & subdit, vtraque autem pia erat, & virum ad fidem conuertit, & cum piæ essent, eas in perpetua fornicatione vixisse nō est dicendum. Validus est ergo contractus matrimonij inter fidelē & infidelē, licet nunc sit illicitus ob prohibitionē Ecclesie. Et hoc quod diximus de matrimonio fidelis cum infideli, currit etiam de matrimonio inter Catholicum & hæreticum. huiusmodi enim contractus ab Ecclesia prohibentur. Ca. Cæue: Cap. Non oportet 28. q. 1. Si quis autem sic contraxerit peccat, nisi aditis dispensatio Ecclesie, quæ dari solet cum abest periculum dimittendi Catholicam fidem ob alterius coniugij suasionem: & de facto dispensatum fuisse nostris temporibus cernimus. Nam deuotione, & nobilitate insignis soror Christianissimi Regis Galliarum Ludouici XIII. nupsit Anglorum Regi.

Ad contrahendū cum hæreticis necessaria est dispensatio Ecclesie.

De huiusmodi coniugijs veteres Sancti Patres differentes super illud Apostoli 1. Cor. 7. & 2. Cor. 6. manifestè docuerunt illicitum esse cum infidelibus contrahere. August. tamen lib. vno de fide & operibus cap. 19. tomo 4. super hanc rem ita discurret. *Hinc autem existimandum est nunc ea primum apparuisse in moribus, quamuis malorum Christianorum, quoniam Beatus Cyprianus in Epistola de lapsis, cum deplorando, & arguendo multa commemoraret, quibus merito dicit, indignationem Dei fuisse commotam, vt intolerabili persecutione Ecclesiam suam sineres flagellari, hæc ibi omnino non nominat: Cum etiam illud non taceat, & ad eosdem mores malos pertinere confirmat; iungere cum infidelibus vincula matrimonij: nihil aliud esse asserens quam prostituere Gentibus membra Christi: qua nostris temporibus iam non putantur esse peccata: quoniam reuera in nouo testamento nihil indè præceptum est, & ideo aut licere creditum est, aut velut dubium derelictum. est, sicut etiam illud ambiguum est, virum Herodis mortui duxerit, aut viuis fratri vxorem, & ideo non ita clares quod Ioannes ei non licere dicebat. Tamēn inquit postea tales contractus fieri non debere. sic enim ait. *Quæ autem dubia, omnimodò conandum est, ne fiant tales commotiones. Quid enim opus est in tantum discrimen ambiguitati caput mittere?**

Verū quia accessit præceptum Ecclesie de talibus coniugijs non contrahendis tanquam illicitis, nō licet amplius cum August. id in dubium reuocare, quia nec ipse August. nunc aliter sentiret, qui decreta, & leges Ecclesie multum venerabatur, imò ciuiles leges nō negligendas esse docuit lib. de Doctrina Christiana cap. 39. tomo 3. his verbis. *Illæ vero instituta hominum, quæ ad societatem conuenientium valent, pro ipsa huius vita necessitate non negligant.*

Quinta Conclusio. Cognatio iuxta gradus ab Ecclesia præfixos impedit matrimonium. Hæc Conclusio habetur in Conc. Trid. sess. 24. Can. 3. sic. *Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis & affinitatis gradus qui Levitico exprimuntur posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, vt plures impediant & dirimant, anathema sit.*

Probat, Ecclesia habet plénissimam potestatem leges ferendi, vt probatum est lib. 2. disp. 4. Et fideles obligati sunt ad illas seruandas, tanquam in Cælo à Deo probatas vt habetur Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælo, &c.* Non enim Ecclesia sicut & cætera potestates, ligat homines funibus, sed legibus, quæ illos obligant, ergo leges quas dedit circa gradus cognationis ratione consanguinitatis vel affinitatis obligant fideles ad illas seruandas, & quidquid contra tales leges fit, inualidum erit. nihil certius apud fanos.

Ecclesia habet plénissimam potestatem leges ferendi.

Sed dices, Cur Ecclesia tales leges dedit? Respondeo duplici præcipuè ratione, prima quia inter consanguineos & affines viget & vigere debet mutua quædam obseruantia, & reuerentia: hæc autem tollitur per coniugium, nam carnalis copula in statu naturæ destitutæ non est sine aliqua turpitudine, & irreuerentia: & in Levitico cap. 18. sub turpitudinis nomine describitur. Secunda est, quia inter affines, & consanguineos iam viget charitas: & amor ratione cognationis, vt igitur Ecclesia populum fidelem, maiori quo potest amoris & charitatis vinculo vniat, cum illis coniugia contrahi iubet, cum quibus cognationis ligamen non est: vt in Christiana Republica maior pax & fraterna dilectio vigeat.

Hæc autem doctrina confirmatur per S. August. lib. 14. de Civitate Dei cap. 16. tomo 5. vbi sic ait. *Cum igitur genus humanum post primam copulam viri facti ex pulvere, & coniugij eius ex viri latere, martum feminarumque coniunctione opus haberet, vt gignendo multiplicaretur: nec essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati essent, viri sorores suas coniuges acceperunt: quod profecto quanto est antiquum compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilium Religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, vt homines quibus esset utilis atque honesta concordia, diuersarum necessitudinum vincula necterentur: nec unus in una multis haberet, sed singula spargerentur in singulos: ac sic ad socialem vitam diligentius colligandam, plurima plurimos obtinerent. Pater quippe & socer duarum sunt necessitudinum nomina. Vt ergo alium quisque habeat patrem, alium socerum, numerosum se charitas porrigit. & intra: *Quod humano genere crescente, & multiplicato etiam inter impios deorum multorum falsorumque cultores sic obseruari viderimus: vt etiam si peruersis legibus permittantur fraterna coniugia, melior tamen consuetudo ipsam malis exhorrere licentiam.**

Cur Ecclesia leges dedit circa matrimonium.

De

Es cum sorores accipere in matrimonium primi humani generis temporibus omnino licuerit, sic auersetur, quasi nunquam licere poterit. Ad humanum enim sensum vel allicendum vel offendendum mos valet plurimum. Qui cum in hac causa immerito esse uersarium indicatur. Si enim iniquum est auiditate possidendi transgredi limitem agrorum, quanto est iniquius libidina concumbendi subuertere limitem morum? & postea: fuit autem antiqui patribus religiose cura ne ipsa propinquitas se paulatim propaginum ordinibus dirimens longius abiret; & propinquitas esse desisteret, eam non dum longè positam rursus matrimonij vinculo colligare, & quodammodo reuocare fugientem. Undè iam plures hominibus Orbis terrarum, non quidem sorores ex patre vel matre, vel ex ambobus suis parentibus natas, sed tamen amabant de suo genere ducere uxores. Verumtamen quis dubiet honestius hoc tempore etiam consubrinarum prohibita esse coniugia: non solum secundum ea: qua disputamus propter multiplicandas affinitates, ne habeat duas necessitudines una persona, cum dua possint eas habere, & numerus propinquitatis augeri: sed etiam quia nescio quomodo inest humana iracundia quoddam naturale atque laudabile: ut cui debet causa propinquitatis ueracundum honorem, ab ea contineat, quamuis generatricem, tamen libidinem de qua erubescere uideamus & ipsam pudicitiam conjugalem.

Lex lib. Leuitici de matrimonio non obligat Christianos.

Sexta Conclusio. Gradus cognationis qui habentur in lib. Leuitici, cap. 18. non obligant Christianos iure diuino. Probat, præcepta iudicialia legis Moyfis populo seu Synagoga Iudæorum data fuerunt à Deo, ergo ut talia sunt, Christianos non obligant, qui non sunt de Synagoga, sed Ecclesie Christi membra. Antecedens probatur: Isaia cap. 2. De Sion exiit lex (idest Evangelica) & uerbum Domini de Hierusalem. Vetus autem lex de Monte Synai uenit per Moysen. Hierem. 31. Ecce dies ueniunt dicit Dominus: & feriam domum Israel & domum Iuda sicut nonnumquam, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in die qua apprehendi manus eorum ut educerem eos de terra Egypti, &c. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel: post dies illos dicit Dominus: Dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Quem locum Hieremias assumens Apostolus ad Hebræos cap. 8. ait. Dicendo autem nouum, ueterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit prope interitum est. quibus uerbis uetus testamentum non amplius obligare aperte docet.

Lex uetus abrogata fuit.

Malachia cap. 1. Non est mihi uoluntas in uobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum: & hic etiam tangitur abrogatio ueteris Testamenti.

Et Apostolus ad Heb. cap. 7. Si ergo consummatio per Sacerdotium Leuiticum erat, (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech, alium surgere Sacerdotem; & non secundum ordinem Aaron duci? Translato enim Sacerdotio necesse est ut & legis translatio fiat. & paulò post. Reprobatio quidem fit precedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex.

Et ad Galat. 3. Prius autem quam uenires fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem qua reuelanda erat. Itaque lex pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. at ubi uenit fides, iam non sumus sub pedagogo. Et cap. 4. Dicite mihi quis sub lege uultu esse, legem non legistis? Scriptum est enim: quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera, sed qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta. Hac enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in Monte Synai seruitutem generans: quæ est Agar, &c. & postea. Sed quid dicit Scriptura? ecce ancillam & filium eius, non enim erit hæres filius ancilla cum filio libera. Itaque fratres non sumus ancilla filij, sed libera: qua libertate Christus nos liberauit. & Act. 15. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare posuimus: Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari quemadmodum & illi. Manifestum ergo est legem Moyfis cessasse. Præcepta igitur Leuitici 18. nullatenus ad Ecclesiam spectant, quia iudicialia sunt legis Moyfis. & hoc nobis significauit Saluator, cum Ioannis cap. 8. mulierem deprehensam in adulterio noluit ut lapidaretur iuxta legem Moyfi. quia scilicet ipse talem legem sepulturus uenerat.

Cur Saluator noluit adulteram lapidari iuxta legem Moyfis.

Septima Conclusio. Gradus cognationis qui habentur in Leuitico cap. 18. non sunt omnes de iure naturæ. Antequam ad probationem huius Conclusionis ueniamus. Considerandum proponimus legem naturalem esse dictamen rectæ rationis, seu quædam esse principia prima practica, quæ Deus rationali naturæ inseruit, quibus homo cognoscit bonum & malum, hoc fugiendum esse, & illud amplectendum. Quæ principia ex se nota sunt omnibus hominibus habentibus usum rationis expeditum, licet nutritis in syluis. De qua lege naturali satis dictum est lib. 4. disp. 4.

Lex natura quid sit.

Ut autem faciliè cognoscere ualeamus an cognitio iure naturali, & in quo gradu impediatur matrimonij coniugia in eunda; proculdubio inspicere, debemus quid boni cognitio iure naturæ importet, quod per contractum conjugalem auferatur. Duro autem sunt bona quæ secū ducit naturaliter cognitio: superioritas in generantibus & propagantibus ad propagatos & genitos, & subiectio cum reuerentia, & obsequantia in genitis & propagatis ad propagantes & generantes. & quousque hæc ratio diffunditur; ita ut naturali homine quisque iudicare possit; superioritatem, & subiectionem cum præcipua reuerentia inter aliquos ratione cognationis esse debere: ibi naturale lumen prohibet coniugia. Itaque ubi naturæ ius seu lumen docet subiectionem & reuerentiam inesse debere, ibi natura coniugia fieri non debere ostendit, quia talia auferunt: hoc esse debet firmum principium in hac materia.

Lumen nature quousque tendit ad ostendendum impedimentum matrimonij inter affines.

Supponimus etiam quod non omnis reuerentia, & obsequantia debita alicui impedit coniugia cum eodem: quia inter fideles, unusquisque debet proximo suo honorè aliquem exhibere, ut docet Apostolus ad Roman. 12. honore inuicem præuenientes: sed ea tantum quæ ratione cognationis importat particularem dependentiam, & vinculum quodammodo subiectionis.

Lex naturæ ma-
trim. prohibet in-
ter parentes vel
quasi parentes, &
descendentes.

Hinc necessariò sequitur inter parentes & filios, iure naturali prohibita esse coniugia, & omnes qui per rectam lineam ab eis descendunt; quia inter eos naturalis superioritas & subiectio cum debita obseruantia, & reuerentia adesse debet. Hæc eadem ratio primò extenditur inter prolem seu filios & novercam quæ matris propriæ tenet locum, & Viti- cum qui patris tenet locum. Inter cæteros cogno- tos non video talem indecentiam quæ naturali lumi- ne sit nota ad coniugia prohibenda; non nego au- tem congruentiam, sed talem esse dico, vt debita posita causa dispensari possit. Nam contractus ma- trimonialis non est quid turpe & inhonestum, sed honestum, bonum habens finem, nempe generis humani propagationem: & talis contractus in nouo Testamento est Sacramentum, estque figura, sicut semper fuit eximie charitatis, & dilectionis Christi Domini Saluatoris nostri in Ecclesiam suam, vt docet Apostolus ad Ephes. cap. 5. Vbi ergo debitum subiectionis vel superioritatis cum reuerentia & obseruantia non est nimis expressum, lumen naturæ non docet prohibitionem coniugij: & hoc debitum non apparet nisi in prænotatis, & numeratis, vt prudentibus patet.

Confirmatur hæc sententia. Nam Gen. cap. 22. Abraham Saram vxorem suam verè suam sororem fuisse testatur. Sic enim ait ad Abimelech Regem Geraræ. *Verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem.* quod si esset contra ius naturæ nunquam Abraham vir sanctus & iustus fecisset, quia lex naturæ diuina est, quia Deus, vt author naturæ, eam in cordibus nostris descripsit vt legislator, ideoque omnes obligat.

Et cap. 29. Iacob accepit duas sorores germanas in vxores, sic ibi legitur: *Ahuc loquebantur & ecce Rachel veniebat cum omnibus patris sui, nam gregem ipsa pascebat. Quam cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, onesque Laban auunculi sui: amonit lapidem quo puteus claudebatur, & aduato grege, osculatus est eam, & elevata voce fleuit, & indicauit ei quod frater esset patris sui, & filius Rebec- ca, at illa festinans nunciavit Patri. Qui cum audisset, venisse Iacob filium sororis suæ, cucurrit obviam ei: complexusque eum, & in oscula ruens duxit in domum suam. audiu autem causis iueneri, respondit: Os meum es & caro mea. & postea. *Liam filiam suam introduxit ad eum.* & infra: *Acquisit placido: & hebdomada transacta, Rachel duxit vxorem.* De quo coniugio August. lib. super Leviticum in c. 18. tomo 4. sic ait. *Sororem sorori noluit superduci quod videtur fecisse Iacob, siue quia non dum fuerat lege prohibitum: siue quia supposita alterius fraude deceptus est, & illa magis de placido veniebat; quam posteriùs accepit, sed iniustum erat priorem dimitti, ne faceret eam moechari.* Cum itaque August. dicat hoc non fuisse vlla tunc lege prohibitum; sequitur in sententia eius per legem naturalem id non prohiberi.*

Et cap. 38. Iudas dedit filio suo secundo genito vxorem primogeniti defuncti, quo etiam defuncto, eam tertio genito promissit.

Exodi cap. 6. legitur Moysem & Aaron natos esse ex coniugio nepotis cum amita. *Accipit autem Amram vxorem Facabed patrualem suam, qua peperit ei Aaron & Moysen.*

Hæc autem coniugia à Scriptura sacra non reprehenduntur. Nec qui taliter coniugium contra-

uerunt homines erant qui coniugia iure naturæ il- licita iniissent cum iusti essent: de quibus legitur Exod. 3. *Dixitque iterum Deus ad Moysem: Etac dices filiis Israel: Dominus Deus patrum vestrorum. Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generationem, & genera- tionem.*

Respondent Sectarij huiusmodi exemplis ex Scriptura adductis, vt refert Cardin. Bellarmin. lib. de Matrimon. cap. 27. primò quod talia coniugia facta fuerunt Deo dispensante. Sed inepta est hæc responsio. primò quia gratis ponitur talis dispensatio, quæ enim necessitas erat huius dispensationis? Secundò quia non legitur ibi talis dispensatio, vt patet, ergo facta non fuit. consequentia tenet apud Sectarios, qui dicunt illud tantum tenendum esse quod Scriptura dicit. Tertio. quia lex naturæ, manente eadem natura rationali, indispensabilis est & immutabilis, quia præcipit actus de se bonos, & prohibet actus in se malos. Et si dispensationem in lege naturæ quis admittendam esse contendat, illam tamen ob magnam necessitatem ponendam, affirmabit; hæc tamen magna necessitas ad dispensandum in præfatis coniugijs, non apparet.

Secundò respondent eos qui talia coniugia ini- erunt peccasse, & inexcusabiles esse. Sed ineptissi- me. Primò quia Scripturâ eos non reprehendit. imò Gen. 17. Dominus benedixit coniugio Abrahæ cum Sara. Secundò, turpè est affirmare tales ho- mes Deo charos, in continuò peccato mansisse, quod utique fuisset: dum vxores illicitè assumptas continuò habuissent. nec illorum filij legitimi fuis- sent, si ex illicitò matrimonio ortu duxissent, quod inauditum fuit, quapropter Iudæi qui indè nati sūt, quantum ad hoc, iure dicebant Ioan. cap. 8. *Nos ex formatione non sumus nati.*

Octaua Conclusio, Causæ matrimoniales ad for- rum & iudicium Ecclesiæ pertinent. Habetur in Conc. Trident. sess. 24. Can. 12. sic. *Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad iudices Ecclesiasticos, anathema sit.* Probatur. Saluator noster & Paulus Apostolus leges politicas & ciuiles non dederunt, quia Christus Dominus Regnum tempora- le directè non assumpsit: Sed sic est quod de matri- monio leges dedit, vt legitur Matth. 5. & 19. Mar- ci 10. Lucæ 16. & Apostolus 1. Cor. 7. ergo matri- monij causas ad forum spirituale & iudicium Eccle- siæ spectare manifestè docuit. Confirmatur, quia potestates temporales nullum ius habent super legem Euangelicam, cum finis & limites illarum non transcendant pacem ciuilem, & temporalem foeli- citatem.

Secundò probatur testimonio antiquitatis. Gregorius lib. 3. Epist. ex registro Epist. 12. ad Archie- piscopum Siracusanum ait. *Tanta nobis subinde mala que aguntur in ista prouincia nunciantur: vt peccatiu facientibus, quod auertas Omnipotens Deus celeriter eam perirentem credamus. Præsentium namque portio veniens lachrymabiliter quæstus est, ante plurimos an- nos ab homine nescio quo de possessione Antistænæ Eccle- siæ, defontibus se susceptum, & valenter diuersa persuasione puella ipsius inuentum, ex qua inuen- culos filios iam habere se asseruit, & nunc voluerit huic dysfunctionem abstulisse dicitur, atque eundem alij venunde- disse. Quod si verum est; quam sit in audiu atque cru- dele*

Sectariorum ec-
clesiæ refellunt.

Causæ matrimo-
niales ad forum
Ecclesiæ spectant.

dele malum, tua bene dilectio perficitur. ideoque admonemur ut hoc tantum nefas sub ea vivacitate, quam te in causis pijs habere certissimè scimus, requiramus, atque discutias. Et si ita ut supradictus portitor insinuavit esse cognoveris, non solum quod male factum est, ad statum pristinum revocare curabis; sed & vindictam qua Deus possit placare, exhibere modis omnibus festinabis. Episcopum vero qui homines suos talia agentes corrigere negligit atque emendare, vehementer aggredere proponens, quia si deinde talis ad nos de quoquam qui ad eum pertinet, quarela pervenerit, non in eum qui excesserit, sed in ipsum canonicè vindicta procedet.

Superest nunc ut quæ contra præmissas Conclusiones ab Aduersarijs obijciuntur adducamus & refellamus. Contra Primam Conclusionem, Prima Obiectio ex Kemnitio. Matrimonium est talis contractus, ut Deus auctor illius haberi debeat: ut legitur Matth. 19. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* at Matrimonij quod fit à filiis inuitis, & incijs parentibus, non potest Deus auctor haberi; quia præcipit ut filij parentibus obediant: ergo huiusmodi matrimonium non erit validum & bonum. Confirmatur quia Deus Deut. 7. Hier. 29. & 1. Cor. 7. parentibus præcepit de filiabus in matrimonio collocandis; & Exod. 22. & Deut. 22. lex divina præcipit, ut si quis virginem stuprauerit dare, debeat patri eiusdem certum numerum siclorum, & eam uxorem accipiat, si pater voluerit, vel non accipiet si pater noluerit. ex quo intelligimus Patriæ potestatis esse coniugium filiz ratum vel irritum facere. & Num. 30. Si puella Deo aliquid voverit, pater potest votum illud irritare; ergo poterit etiam irritare promissionem de coniugio, quam Patre incio exhibuit. Præterea Deus nunc non coniungit marè & foeminam immediatè, ut fecit ab initio in Ada & Eva, sed mediatè: hoc autem mediū est quod Deus explicat in quarto præcepto, ubi Deus præcipit filijs, ut parentibus obediant; ergo qui aliter facit non legitimum nec diuinum, seu iuxta diuinam regulam coniugium inibit.

Respondeo ad primam instantiam concedendo maiorem, & negando minorem; ad probationem dico filios debere obedire parentibus, si prohibeant contractus matrimoniales, qui sunt illiciti & parum honesti ac digni: non autem si prohibeant honestos contractus & licitos; cæterum filij parentibus in hoc obedire non tenentur: ratio est, quia filij sunt qui contrahunt cum vxoribus, & è contra; & talis contractus debet esse liber, & voluntarius, quia ipse debet perpetuò cum altero coniuge viuere, & onus matrimonij semper subire, non autem parentes: idè ipsi coniugem secundum inclinationem suam sibi eligere debent, seu quæ sit proprietati eius conformis, nam dato opposito coniugij vinculum cum sit perpetuū, nimis graue esset & molestum; Concedo autem filios debere proprios parentes certos facere de coniugio incedendo cum aliquo vel aliqua; si tamen secus fecerint, licet indecenter circa hoc operentur: non sequitur tamen contractum esse inuàlidum, quia filius sui corporis potestatem habet, at in rebus alijs licitis & bonis indubitatim est filios debere parentibus obedire.

Ad Confirmationem dico quod eum Scriptura dicit Deut. 7. *filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illum accipies filio tuo: quia seducet filium tuum, ne sequatur me, &c.* & Hierem. 29. *Accipite uxores & generate filios & filias.* & 1. Cor. 7. *igitur & qui ma-*

trimonio iungit virginem suam bene facit: & qui non iungit melius facit. non præcipit parentibus ut ipsi filiorum matrimoniales contractus componant, nec filijs ut coniugium contrahant tantum iuxta voluntatem parentum: sed quia de facto ut plurimum filij iuxta voluntatem parentum contrahunt, eos monet de modo & circumstantijs quas in huiusmodi rebus tenere debent: etenim nunquam Scriptura dicit, ut filij absque parentum voluntate non contrahant matrimonium, nec ut eas coniuges sumant quæ tantum parentibus placent, seu iuxta parentum placitum.

Ad secundum locum nempe Exod. 22. respondeo tunc iustum esse, ut pater impediat coniugium, quia Scriptura dicit, *Si seduxerit qui virginem, necdum desponsatam, &c.* tunc enim copula illa non est conjugalis, nec contractus est liber, quia factus est per seductionem; nos autem dicimus illum contractum tenere, quando licitus est, & spontaneus ac voluntarius, & non violentus. Præterea Scriptura nec dicit patrem id prohibere posse contra filiz voluntatem, sed supponit quod ut plurimum fit, patris scilicet voluntatem sequi velle.

Ad illud Hierem. 30. ubi dicitur: *Mulier si quippiam voverit, & se constrinxerit iuramento: quæ est in domo patris sui, & in aetate adhuc puellari: si cognoverit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam & facuerit, voti rea erit. Sin autem statim ut audierit, contradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni.* Hæc eadem verba secum ferunt responsionem; nam loquitur de muliere quæ est in aetate puellari, ante scilicet duodecimū annum, quando rationis sufficientem usum non habet: tunc utique mulieres iudicium parentum sequi debent, qui eo tempore omnes contractus, quos ipsa inibit irritare valent, cæterum cum plenum habet rationis usum libera est, & potest pro sua voluntate iustos ac legitimos inire contractus in hoc genere.

Ad vltimam instantiam dico Deum utique hoc tempore marè & foeminam tali immedatione, quali usus est circa Adam & Evam, non coniungere, sed non sequitur illud solum esse medium ab ipso institutum pro talibus contractibus componendis, voluntas nempe parentum; cum possit ipse, etiam per internas inspirationes idem operari media libera complacencia ipsorum coniugum. & ut plurimum viri sic contrahere solent: considerant enim puellas, easque eligunt & parentibus proponunt, imò verbum Dei, non parentum, sed ipsius Dei hoc munus esse docet: nam Prou. 19. legitur: *dimittit dantur à parentibus: à Domino autem proprie uxor prudens:* en quod potius Dei est, qui in his operatur per internas inspirationes, vel quocunque alio modo, quam parentum, filijs scilicet uxores tribuere: etiam igitur etiam medium, imò potius medium, liberum beneplacitum ipsorum contrahentium.

Secunda Obiectio Kemnitij. Matrimonia filiorum inuitis parentibus contracta, irrita sunt ex iure Ciuile, ex C. Nuptiz, ff. de ritu nuptiarum, & ex l. 1. & 2. C. de nuptijs, & ex institut. de nuptijs, §. iustas autem. Et cum sancitum fuit, in nuptijs consensum parentum requiri, hæc verba subduntur. *Nam hoc fieri debere & ciuile, & naturalis ratio suadet: ut tantum ut iussu parentum procedere debeat.* Vnde elicitur requiri consentium parentum etiam iure naturali.

Nunquam Scriptura docet filios eas tantum uxores accipere debere, quas parentes eis tradunt.

Parentes si prohibeant illicitum matrimonium filij obedire tenentur.

Respondeo nequaquam de iure naturæ requiri consensum parentum ad validitatem coniugij filiorum, licet docens & congruus sit; ratio est, quia non parentes sed filij sunt qui contractum faciunt, & ipsi onus perpetuum talis coniugij sustinere debent, & non parentes; ideoque ipsi liberè iuxta proprium beneplacitum contrahere debent, ad iurgia & separationis occasiones vitandas. & iure naturæ omnes nascuntur liberi, & licet subiectio filialis ad Patrem sit de lege naturæ, hæc tamen subiectio non est proprie servitus, sicut nec subiectio subditorum proprio Principi: possunt ergo filij hunc præcipuè contractum ex seipsis iure contradicentibus parentibus; licet melius sit, & magis congruum etiam parentum consensum obtinere, dummodò parentes rationabilia filijs proponant; & coniugem, qui alteri coniugi ex aliqua naturali propensione non displiceat, persuadeat.

Leges civiles subiacent legibus & ceteris.

Ad statutum Civile dico, quod cedere debet Regulae Ecclesiae, quæ innituntur meliori iudicio, & doctrinæ doctissimorum Patrum, & Doctorum. Præterea potestas Ecclesiae superior est potestatibus quibuscunque secularibus & laicis. Unde in Concil. Generali Chalcedonenſi 630. Patrum. Act. 4. legitur ab Episcopo Tyri, & ab Episcopo Beriti supplicationem ad Imperatorem oblatam fuisse, quæ supplicatio delata est ad Concilium; circa cuius resolutionem leges civiles citare volens. Sancta Synodus respondit. *Contra Canones Ecclesiasticos pragmatium valebit, Regula patrum teneant & sic factum est.*

Tertia Obiectio Kemnitij. Plures Canones docent irritum esse coniugium, nisi parentum consensum habeat. ergo, &c. Antec. probatur primo ex Epistola Euaristi qui sic loquitur. *Aliter legitimum non est coniugium nisi ab his qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, et à quibus custoditur uxor petatur & à parentibus & propinquis sponsetur.*

Secundus Canon habetur ex Ambrosio lib. 1. de Abraham, & legitur apud Gratianum Canon. Honorantur 32. q. 2. ubi Ambrosius puellas hortatur, ut sicut Rebecca permittant parentibus iudicium de nuptijs suis.

Tertius Canon ex Concil. 4. Carthagin. apud Gratianum 30. q. 5. Canon sponsus. ubi habetur ut cum sponsus & sponsa benedicendi sunt à Sacerdote, offerantur Ecclesiae à parentibus & paranympis.

Quartus Canon, quintus, & sextus qui à Kemnitio citantur, nihil penitus contra nos docent.

Septimus Canon est Cone. Aurelian. apud Gratianum 36. q. 1. Canon. de raptoribus. ubi legitur, puellam raptam reddendam esse patri, etiam si raptor ipsa consenserit.

Octavus est Gregorij vel potius Gratiani 36. q. 2. Canon apud dicitur: *Cum rapta patri fuerit restituta, si voluntas parentum utriusque in unum conuenierit, non prohibeatur inuicem copulari.*

Respondeo nullum Canonem docere coniugium irritum esse, nisi parentum consensus aduerit. Quantum ad primum qui citatur, dico Euaristum in illa Epist. 1. decretali quæ est ad omnes Episcopos Africanos, nil aliud docere nisi quod coniugia debent esse libera, & voluntate contrahentium facta, quod tunc manifestum omnibus erit, cum omnes condiciones quas ipse ponit apponantur; hic est legitimus sensus Euaristi. & quod ita sit, patet ex

ipso tenore, nam postquam ea dixerat, subdit; *Aliter vero præsumpta, non coniugia, sed aut aduſteria, aut concuberia, aut supra vel fornicationes potius quam legitima coniugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima, ex quibus patet Euaristum ad libentem consensum contrahentium validitatem coniugij reducere. quia non præmissis omnibus conditionibus quas ipse ponit contingere potest, ut cum aliqua violentia sit, seu coacta coniunctio fiat.*

Ad secundam respondeo congruum esse, & decet, puellas sequi irruptis contrahendis iudicium parentum, at si aliquando contingat oppositum, ibi non declaratur inualidum. quod si Ambrosius sensisset, proculdubio dixisset; necessario pro validitate contractus id esse faciendum; at dum hortatur & persuadet, congruum id tantum esse ostendit, & non simpliciter necessarium.

Ad tertium dico nihil contra nos continere, nam circumstantiæ ille non simpliciter necessariæ ostenduntur, sed cõgruentes, & ratio cogit hoc affirmare, quia ante Conc. Trid. matrimonia clandestina fiebant, & erant valida quæ tamen in Ecclesia coram Sacerdote non celebrabantur.

Ad septimum Canonem respondeo quod puella rapta reddenda est Patri, ad hoc ut expressa voluntas puellæ manifestetur, & validus possit esse contractus, quia ex timore vel alijs circumstantijs potest consensus fistulari inesse, qui verè non inest.

Ad octauum dico quod sensus illius Canonis est, Raptam esse parentibus reddendam, quia illorum est, & non rapientis, quia non accepit quod suum erat, sed alienum. & ad restaurandam injuriam datam parentibus, illis est reddenda, & nouus consensus requirendus, & præcipuè parentum, qui tali iniuria affecti sunt; sed ibi expressè nõ dicitur, quod accedente consensu puellæ & non parentum contractus inualidus sit. Sicut expressè habetur oppositum ab Ecclesia statutum in Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. sic. *Decernit sancta Synodus, inter raptorem & raptam, quamdiu in ipsa potestate raptoris manserit nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta à raptoře separata, & in loco tuto & libero constituta, illum in uirum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat: & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consensum, auxilium, & fauorem præbentes sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint, de proprio gradu decedant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, sine eam uxorem duxerit decenter arbitrio iudicis dotare.*

Rapta reddatur parentibus ad detegendum liberum consensum contractus.

Obiectiones contra secundam Conclusionem habentur lib. 4.

Contra Tertiam Conclusionem, Prima Obiectio ex Luthero lib. de Captiuit. Babyl. cap. de Matrimonio. Nemo potest dare quod non habet, qui sponsalia cum vna contraxit non est amplius sui iuris, ergo non potest se ipse alteri dare, ergo secundam coniugium irritum iudicandum est.

Respondeo falsum esse, cum qui sponsalia fecit non esse amplius sui iuris, quia talis tunc contractus corporis sui non emisit, sed facere promissum actus autem contractus transfert dominium corporis sui ad alterum coniugem, non autem promissio contrahendi. potius autem in actu utriusque, quæ negare poterit magis actuale contractum

Magis tenet contractus quam promissio contrahendi.

contractum tenere, quam sponsalia, seu promissionem contrahendi? licet quis post sponsalia cum alia persona contrahat, erret, fidem seu promissionem non seruando.

Secunda Obiectio Lutheri. Deus prohibet ne, quis in negotio fratrem suum circumueniat, quod seruandum est ultra & supra omnes humanas traditiones.

Respondeo vtiq; seruandum esse mandatum Dei de non decipiendo proximū suum in negotio, & hac ratione dicimus errare eum qui promissionem contrahendi non seruat, sed si cum altero contrahat, contractus tenet.

Tertia Obiectio Lutheri. Si votū Religionis facit alienum, cur non etiam fides data & accepta, cum hac sit præcepti, & fructus spiritus: Galat. 5. illud autem arbitrij humani.

Respondeo sponsalia, & votum simplex continentiam ambo esse promissiones: prima hic homini; & secunda Deo; utraque autem seruanda est; sed data paritate, magis quæ sit Deo, quam ea quæ sit homini, vt patet. & sicut errat qui voto facto contrahit Matrimonium, & tamen ille contractus tenet; sic errat qui post sponsalia irrita cum altera persona contrahit, & tamen contractus tenet.

Sed dices, votum solemne Religionis emissum irritat Matrimonium iam contractum, ergo etiam sponsalia facta cum vna persona, irritant contractum Matrimonij, qui factus est cum altera persona, ab ea quæ promissionem contrahendi accepit.

Respondeo negando paritatem, quia qui votum solemne emisit seipsum inhabilem ad contrahendum fecit coram Ecclesia; nam liberè se subiecit Ecclesiasticæ Legi de seruandâ continentia in talis status assumptione, ideo contractus ille inualidus est cum sit, at qui sponsalia contrahit, nullo legi se subiecit de non contrahendo cum altera persona; nam Ecclesia talem legem non dedit, licet erret non seruando promissionem. Præterea qui votum solemne emisit, statum eligit continentia; si autem alium statum assumat, iniuriam Ecclesiæ facit, quia quod assumpsit non seruat; at qui sponsalia inijit, & cum alia contrahit, non similem iniuriam facit, quia contractum non dimittit, sed promissionem contrahendi.

Quarta Obiectio Lutheri. Licet vxori virum suum repetere, voto Religionis facto non obstante, cur ergo non liceat sponsæ sponsum suum repetere, etiam sequuta copula cum altera.

Respondeo negando paritatem, quia licet vxori virum suum repetere si votum Religionis fecerit vxore non consentiente; quia vxor potestatem habet corporis viri sui, ob Contractum inicum. Sed mulieri ob sponsalia emissâ non licet virum qui sponsalia fecerat, & cum alia contraxit, petere; quia talis non fecerat contractum, sed facere promiserat; ideo si petat quod suum non est, non debetur ei, quia factum est alterius iuris per actualem contractum.

Contra quintam Conclusionem, Prima Obiectio, quæ est Brentij in Comment. Leuit. ad cap. 18. Romanus Pontifex non est supra Christum, cum ipse etiam non nisi Vicarium eius se faciat. At Christus non venit leges politicas constituere, sed Verbum Dei annunciare: ergo nec Romanus Pontifex debet aut potest eiusmodi leges ferre.

Respondeo concedendo quod Christus non venit leges politicas dare, quæ pro fine habent pacem

ciuilem, sed eas leges quarum finis est salus æterna; at leges Matrimoniales non sunt merè ciuiles & politice, sed spirituales, ad quod probandū retorqueo hoc idem argumentum. Christus non dedit leges politicas, sed dedit leges Matrimonij, ergo leges Matrimonij non sunt politice. maior est Brentij, minor probatur Matth. 19. & 1. Cor. 7. & Ephel. 5. leges circa Matrimonium dederunt, vt quisque videre poterit.

Secunda Obiectio ex Luthero loc. cit. & Bucero in cap. 19. Matth. Deus melius nouit, quæ sint personæ aptæ ad Matrimonium, & quousque se extendant gradus cognationis quam vilus homo: at ipse non prohibuit Coniugia nisi vsque ad secundum gradum in linea inæquali: ergo temerè prohibentur ab hominibus coniugia in gradibus vterioribus.

Respondeo Deum proculdubio melius hæc nouisse quam homo, at quia optime nouit proprietatem Synagoga seu Populi Iudæorum tales leges dedit circa Matrimonium, quas si etiam dedisset Ecclesiæ proculdubio curreret argumentum, quod non essent nisi illæ seruandæ, quia Deus melius nouit quid Ecclesiæ expediat, quam Pastores illius: verum Ecclesiæ circa gradus cognationis Deus nullas leges dedit; sequitur Vicarium Christi eas dare debere, qui habet potestatem leges ferendi, vt legitur Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram, &c.* Non considerando leges iudiciales, quæ Iudæorum cerimonioso populo datæ sunt in huiusmodi re, sed legem Euangelicam, & mores fidelium; qui ex Gentibus congregati sunt. Cum enim Ecclesia Christi fraterna charitate, & dilectione pinguescat, eas leges debent ferre Pastores illius; quæ dilectionem & charitatem augeant: vt dictum est in hac Conclusionem, quæ his obiectio impugnatur, aliud enim Synagoga expediebat, & aliud Ecclesiæ. Iudæi enim valde proni erant ad repudia; nec vna Tribus cum altera poterat Coniugia contrahere. nec Tribus mukum extendebantur; ideo expediens erat Synagoga tales leges habere circa Matrimonium; at Ecclesia innumerabiles continet homines; nec sunt ita proni ad repudia vxorum; alijs itaque legibus debent gaudere, quam iudicialibus legibus Iudæorum.

Tertia Obiectio ex Beza lib. de repudijs, & Remotio in 2. par. examinis pag. 1235. Antiqua Concilia, vt Epaunense cap. 30. Turonense 2. Can. 12. Parisiense 1. cap. 4. non prohibent coniugia nisi vsque ad secundum gradum. & habetur etiam testimonium S. Gregorij in responsis ad interrogata Augustini Anglorum Episcopi cap. 6. vbi docet in 3. & 4. gradu Matrimonia contrahi posse, modo à secundo omnino abstineatur; colligitur ergo quod prohibitio quarti gradus, & multo magis septimi antiquæ Ecclesiæ fuit incognita.

Respondeo Concilium Epaunense loqui de gradibus cognationis indefinitè; non enim dicit vsque ad quem gradum Matrimonium sit illicitum, imò eos gradus qui prius illicita faciebant Coniugia, confirmat. sic enim ait cap. 30. *Si quis nouerit duxerit, si quis consobrino se societ: quod vt à presenti tempore prohibemus, ita ea quæ sunt antiqua instituta, non solimus.*

Concil. Turon. 2. cap. 22. idem confirmat. inquit enim. *De incastri vero consuetudinibus censuramus. Statuta Canonum vetera non irrumpi. satis enim facimus si in hac parte statuta præterita seruamus.* & infra: confirmat statuta Synodi Aurelianensis, Epaunensis, & Ar-

Obiectio retorquetur contra arguente.

Deus non dedit Ecclesiæ viles leges circa gradus cognationis.

Aliud est contra hanc errare. & aliud contractum non tenet.

Longa est disparitas inter votum solemne, & sponsalia.

& Aruernensis in hac materia. itaque non declarat expresse vsque ad quem gradum Coniugia sint illicita. & hoc idem etiam dicimus de Parisiensi Conc. 1. cap. 4. ut videre est in Actis eiusdem.

Ad testimonium S. Gregorij adductum, dico cum dispensasse cum Anglis nouiter conuersis, ut in tertio & quarto gradu matrimonia contraherent, at non declarauit omnibus id esse licitum. nam lib. 12. Epist. 31. sic ait. *Quod autem scripsi Augustino Anglorum genti Episcopo, alumno videlicet, ut recordatus es tuo, de consanguinitatis coniunctione, ipsi & Anglorum genti, qua nuper ad fidem venerat, ne à bono quod caperas, metiendo austeriora recederet, specialiter. & non generaliter ceterum me scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana Ciuitas existit testis, nec ea intentione hac illis scriptis mandauit: ut postquam firma radice in fide fuerit solidata, si infra propriam fuerint consanguinitatem inuenit, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est vsque ad septimam generationem coniungantur, sed adhuc illos neophitos existentes sapissime eos primo illicita docere vitare, & verbis ac exemplis instruere, & qua post de talibus egerint, rationabiliter, & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apostolum qui ait: hac vobis potum dedi, non escam: ista illius modo non posteris, ut prefixum est, temporibus tenenda indulgissimum, ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum est erueretur, sed captum firmaretur: & vsque ad perfectionem custodiretur, &c.*

Quarta Obiectio ex Beza, & Kemnitio. Ratio Concil. Lateran. ob quam prohibitio Matrimonij ob parentelam restricta est ad quartum gradum, est omnino ridicula, & puerilis, ergo & ipsa lex restrictionis puerilis est. Anteced. probatur, nam dicitur quod vsque ad quartum gradum restricta est, quia quatuor sunt humores in corpore humano, prout ex quatuor elementis homo constat. hoc autem nihil tacit ad rem.

Respondeo Concil. Lateran. sub Innocentio III. cap. 50. non restrinxisse Matrimonium vsque ad quartum gradum hac ratione, quia sunt in humano corpore quatuor humores, sed ad vitanda pericula animarum; nam homines facile obliuiscuntur parentelæ quæ tot gradibus distat, puta septem; & sic contra leges Ecclesiæ sæpe contigit ut contraxerint homines Matrimonium. Parentela autem vsque ad quartum gradum facile discernitur. Secundò quia refrigescit charitas multorum, nec consanguinei qui sic inter se vsque ad septimum gradum distant ratione parentelæ præcipua dilectione se diligunt; iure itaque factum est ut iuxta temporum varietatem, statuta Ecclesiæ in hac materia sic moderata fuerint. Illud de quatuor humoribus non est ratio nec congruentia, sed exemplum, & similitudo, quæ his verbis exprimitur ibi. *Quaternarius enim numerus bene congruit prohibitioni Coniugij corporalis, de quo dicit Apostolus, quod vir non habet potestatem sui corporis, sed vir: quia quatuor sunt humores in corpore; quod constat ex quatuor elementis. Cuius similitudinis sensus est; sicut corpus humanum constat ex quatuor humoribus, sic à pari, quatuor parentelæ graduum prohibitionem homo retineat in ordine ad Coniugium.*

Contra septimam Conclusionem, Prima Obiectio ex Philippo Melanctone in locis tit. de Coniugio. Brentio super Cap. 18. Leuitici. Kemnitio in 2. par. examinis pag. 1231. & ex Beza in lib. de repudijs. Deus Leuit. 18. & 20. pronunciat se gentes quæ ha-

bitabant Palestinam, antequam Hebræi eo venissent puniturum ob incesta Coniugia quæ cap. 18. Leuitici prohibentur: & vocat Coniunctiones illas Gentilium abominationem coram Deo: ergo præcepta Leuitici de gradibus coniunctionis, non sunt iudicialia, sed naturalia; cum Gentes obligauerint, quæ ad populum Israel non pertinebant.

Respondeo falsum esse Deum punisse Gentes illas ob Matrimonia inita cum consanguinibus iuxta omnes gradus qui ibi connumerantur, quia ius naturæ ut suo loco dictum est non ostendit Matrimonium illicitum esse secundum omnes gradus qui ibi ponuntur. Cum ergo dicit: *Omnes enim execrationes istas fecerunt accola terra, qui fuerunt antequam, & polluerunt eam: Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cum paria feceritis sicut euomit gentem qua fuit ante vos.* Loquitur de coitu cum parentibus, de adulterijs, de concubitu cum masculis, de immolatione filiorum Idolo Moloch, de coitu cum pecore, & iumentis, quæ omnia ibi ponuntur immediatè ad verba citata, & ad illa referuntur ea verba comminatoria: non autem ad omnes gradus cognationis, qui ibi numerantur, cum lumen naturæ non doceat omnes esse illicitos, præcipuè spectato Matrimonio in ordine ad primum finem eius, qui est debita generatio, & educatio proles ad humanum genus propagandum.

Dices cap. 20. eadem pœnæ subijciuntur in eodem Gentiles immediatè, post prohibitiones graduum cognationis, ergo omnes illi gradus sunt de iure naturæ. Præterea verba illa, *omnia hac fecerunt*, sunt vniuersalia, ergo non debent restringi ad certa aliqua scelera.

Respondeo ad primam instantiam, quod cap. 20. Leuitici non tantum gradus cognationis connumerantur; sed etiam cætera illa scelera, quæ cap. 18. ponuntur, hæc tantum differentia, quod cap. 18. gradus cognationis primò numerantur, & secundò cætera abominationes, & scelera, & cap. 20. primo scelera Idololatry præfata, iure naturæ illicita, & secundò gradus cognationis, & inter eos ij qui iure naturæ prohibentur, & etiam supradicta delicta quæ cap. 18. leguntur, ordine narrandi tantum aliquantulum variato, itaque ex hoc capite non concluditur pœnas quæ datæ sunt à Deo Gentibus illis referri ad omnes gradus cognationis. ut patet.

Ad secundam instantiam dico, quod verba illa, *Omnia hac fecerunt*, licet sint vniuersalia, non tamen sequitur referri, ad vniuersa quæ dicuntur, sed ad vniuersa quæ iure & lumine naturæ sunt illicita. Exempli gratia. Exod. 33. dicit Dominus Moyse, *Ostendam tibi omne bonum.* non tamen sequitur illud, *omne*, referri debere, vniuersaliter ad omnia quæ sunt in Deo, sed ad ea omnia quæ intellectus finitus capax est. nec obstat quod dixerit, *Omne bonum.* & Tobiz 4. legitur, *Omni tempore benedic Deum.* & Psal. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore;* & tamen semper Deum laudare non possumus, quia dormire oportet, & alia operari, quæ cum laude Dei non conueniunt. nec obstat lignum vniuersale scilicet *Omne.* & ad Philipp. 2. *Omnes quæ sunt, non autem Christi;* & tamen multi erant tunc homines perfecti, imo ipsi Apostoli viuebant, qui ea quæ sunt Christi quærebant: nec tamen obstat quod dixerit *Omnes.* Ergo à pari, licet ibi legatur, *Omnia hac fecerunt*, non sequitur illud, *Omnia*, referri debere ad vniuersa, quæ ibi numerantur, cum aliqua

Comminationes citatæ non referuntur ad omnes gradus cognationis ibi numeratos sed ad multa scelera quæ ibidem narrantur.

Signum Vniuersale. Omne, quomodo intelligi debeat.

Cur impedimentum matrimonij ratione parentelæ ad quartum gradum reducere Concil. Lateran. sub Innoc. III.

ibi sine qua ut dicitur est, non sunt iure naturæ prohibita & illicita.
 2. Secunda Obiectio ex Philippo Melanctone, & Kemnitio: Concilio prostanti Evangelicæ libertatis non seruabant legem Leuiticam de gradibus cognationis; quidam enim eorum cum nouerca sua Matrimonium celebravit: & Beatus Paulus acriter ob hæc rem Corinthios episcopos reprehendit, & incestuosum illum Satanæ tradidit: ergo Paulo iudice, tenentur Christiani ad obseruantiam legis Leuiticæ de gradibus. Quæ lex illa non iudicialis sed naturalis est.

Respondeo cum Cardin. Bellar. lib. de Matrim. cap. 27. quod si quem Apostolum reprehendit, adulterium commiserat, quia uxorem Patris uiuentis acceperat, nam 2. Cor. 7. idem Apostolus de tali homine dicit, Scripsi uobis non propter illum, qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quæ colligunt S. Anselmus, & S. Thomas, illum uxorem patris uiuentis accepisse, quæ dicit, qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est, nam qui fecit iniuriam est filius incestuosus, qui eam parauit, est pater, cuius vxor uiolata est, qui si non fuisset uiuus sed mortuus, nullam accepisset iniuriam; nam qui mortui uxorem ducit, non dicitur eiusdem uxorem accepisse, quia non est amplius illius vxor, cum per mortem soluatur vinculum Matrimonij, ergo ob adulterium reprehenditur, quod iure naturæ est prohibitum & iure positivo Evangelico. Hæc Bellarminus.

Præterea dico quod et si uxorem patris sui mortui accepisset, contra ius naturæ peccasset, quia ut superius dictum est in Conclusionè, Nouerca tenet locum matris, cui naturali iure repugnat subiectio ad filium quia vxor subiecta est viro: & mater naturaliter est filio superior, errauit itaque ille contra ius naturæ omnibus modis, & hæc ratione reprehenditur, non autem quia contra leges Leuitici iudiciales operatus est, quia illæ ut tales sunt, non obligant Ecclesiam, ut dictum est.

Tertia Obiectio ex Kemnitio: Ioannes Baptista, cuius ministerium finem imposuit legi veteri, confirmavit præceptum Leuitici de non ducenda uxore fratris: dixit enim Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Matth. 14. & Marc. 16.

Respondeo quod lex Moysis seruari debuit & obligauit usque ad tempus solemnis promulgationis legis Euangelicæ, quæ facta fuit in die Pentecostes, cum Apostoli accepto Spiritu sancto super Mōtem Syon uerbum Domini prædicare cepissent in Hierusalem, ut prophetauit Isaias cap. 2. De Syon exiit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Lex enim Moysis in Monte Synai in Arabia promulgata fuit, ut legitur Exod. 19. sic: Lamque aduenerat tertium dies, & mane inclaruerat, & ecce cæperunt audiri tonitrua ac micare fulgura, & nubes densissima operire Montem, clangorque buccinæ uehementissimæ per streperat: & simul Populus qui erat in castris, &c. & locutus est Dominus ad Moysen: Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Egypti, de domo seruitutis. Non habebitis Deos alienos coram me, &c. & tunc lex Moysis obligare cepit Iudæos qui audierunt: lex autem Euangelica promulgata fuit in Hierusalem, ut dictum est, & pari modo legitur Act. 2. Et cum completerentur dies Pentecostes erant omnes pariter in eodem loco, & factus est repente de Cælo sonus tantæ aduentus spiritus uehementis,

& replens totam domum ubi erant sedentes, & appa- ruerunt illis diuersa lingue sedique supra singulos eorum: & replens sunt omnes Spiritu sancto, & cæperunt loqui uarijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat Eloquentias.

Nunc ad obiectionem. Ioannes Baptista imposuit finem legi veteri, falsum est iuxta hunc sensum Kemnitij, quia minus illud fuit, quod Ioan. cap. 1. legitur. Hæc uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum; nō eras ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine & intrā: Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamas dicens: Hic erat, quem dixi: qui post me uenturus est, ante me factus est, &c. & Matth. cap. 3. Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ & dicens, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Regnum Cælorum. Præcursor itaque fuit populū disponens ut Christum, & legem quam daturus erat reciperet. non fuit ergo tempore Ioannis Baptistæ abrogata lex Moysis.

Ad minorem: Ioannes confirmauit præceptum Leuitici de non ducenda uxore fratris: dico illud non confirmasse, ut obseruandum ab Ecclesia Christi; sed iussit obseruari ab Herode, qui Iudæorum legem seu Moysis assumpserat; & sicut eo tempore omnes Iudæi illam seruare debuerunt, ita & Herodes; quia lex Moysis diuina erat, & non fuit statim nato Christo, vel prædicante Ioanne abrogata cum uolentia, sed tunc sepulta est, cum facta est solemniter promulgata Euangelij in die Pentecostes: nulla enim lex obligare cessat nisi cum lex subsequens antecederem legem irritans sufficiens promulgatur. Hinc est quod inepta est hæc Obiectio, quæ sic concludit, Ioannes dicebat Herodi tunc Iudæo, ut legem Leuitici obseruaret, ergo dixit etiam Christianis ut illam seruarent, inopussupè.

Quarta Obiectio ex Kemnitio. Deus Leuit. 18. & 20. varias pœnas easque grauissimas adiecit præceptis illis de gradibus cognationis: iussit enim interfici, aut deleri de populo, aut orbari filijs, aut prohiberi aditum Ecclesiæ; ergo signum est manifestum præcepta illa esse naturalia per se recta, omnibusque communia.

Respondeo grauitatem pœnæ impositam transgressoribus talium præceptorum, nō inferre ea esse de iure naturæ, quia Num. 15. præcepit Dominus eum qui collegit ligna die sabbati lapidari debere, quæ est pergrauis pœna, & tamen non est ius naturæ quod prohibet colligere ligna sabbati. Præterea plurima sunt præcepta data per Moysen, quibus pœna mortis est annexa: & Leuit. 22. Omnis homo qui accesserit de stirpe uestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filijs Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. & alibi pluries; & tamen non sunt præcepta de iure naturæ; inanis est ergo hæc Obiectio.

Quinta Obiectio ex Brentio in Comment. Leuit. cap. 18. leges in quibus conueniunt Moyses & Cæsar Romanus, non possunt esse iudiciales, sed morales; sed conueniunt Moyses & Cæsar in ijs gradibus cognationis prohibendis, ergo lex prohibens huiusmodi gradus non est habenda iudicialis, sed moralis. Maior probatur, quia politiz Moyses & Romanorum sunt approbatæ à Deo, & sunt omnium aliarum præstantissimæ: ergo non est dubium, eas in quibus dux illæ politiz conueniunt esse iuris naturæ.

Quod fuit mihi
Iohannis Baptistæ.

Coniectura Kemnitij est inanis.

Lex Euangelica
quando obligare
cepit.

Respon-

Respondeo falsissimum esse assumptum Brentij, quod duplex est; primum, quod leges in quibus conveniunt Moyses & Cæsar non possunt esse iudiciales, quia nulla est repugnantia aliquas leges iudiciales quæ vni populo conveniunt, alteri nationi etiam expedire. Secundum assumptum est, Politias Romanorum à Deo fuisse probatas, quod proculdubio est falsum; quia aliud est conditiones genericas; ad omnes Politicas potestates convenientes, etiam in Romanis à Deo fuisse approbatas, ut est lex tributorum, Matth. 22. *Reddite quæ sunt Cæsari Cæsari.* & Potestatibus obediendum esse à subditis. Rom. 13. *Omni a-nima potestatibus superioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo.* & 1. Petri 2. *Subiecti igitur estote omni humana creatura propter Deum: sine Regi quasi præcellentis, sine ducibus tanquam ab eo missis ad vinctam maledictorum, laudem vero bonorum.* & aliud est Deum probare omnes leges quas Romani Cæsares dederunt, quod vniuersaliter falsum est: quia Cæsares multas dederunt leges, quæ iniustæ fuerunt. Vnde August. 165. Tom. 2. ait: *Imperatores enim si in errore essent, quod absit, pro errore suo contra veritatem leges darent, per quas iusti & probarentur & coronarentur non faciendo quod illi inherens, quia Deum prohiberet, sicut iusserat Nabuchodonosor, ut aurea statua adoraretur, quod qui facere noluerunt Deo talia prohibenti placuerunt.* Hæc August. quis enim ignorat leges de colendis Idolis, aliasque leges iniquas antiquos Cæsares dedisse, & quis affirmare audebit, eas à Deo fuisse probatas? falsissimum ergo est asserere, Romanorum politias à Deo probatas fuisse.

Leges civiles iustæ dicuntur probatæ à Deo, remota, ut dedit legem naturalem, vnde sumenda est rectitudo legum civilium.

Sed dices, saltem verum est, leges in quibus Moyses & Cæsar conveniunt à Deo fuisse probatas, ergo illæ cum sint iustæ & bonæ sunt morales, vel de iure naturæ, ut Brentius dicit.

Respondeo eas leges, in quibus conveniunt Moyses & Cæsar, à Deo probatas fuisse, quatenus non sunt iniustæ: Cum infert, ergo sunt morales, vel de iure naturæ, Dico sequelam esse falsam; primò quia non ideo quia leges iudiciales sunt iustæ, sequitur eas esse morales, & de iure naturæ, quia sunt inter se distincta. Secundò, quia omnis lex iusta est conformis aliquo modo legi naturali, vnde sumitur rectitudo legum humanarum; non sequitur tamen omnem legem humanam esse de iure naturæ, quia lex naturalis consistit in quibusdam principijs primis practicis circa bonum sequendum, & malum vitandum, notis omnibus hominibus habentibus vsum rationis expeditam, licet nutritis in silvis; Conclusiones verò quæ mediatur sequuntur non dicuntur de iure naturæ, quia non omnibus sunt notæ ex terminis, quia variaz nationes varijs temporibus eas diuersimode tenuerunt: nam Iulius Cæsar lib. 6. de bello Gallico refert olim apud Germanos furtum non fuisse reatum iniquum. Plutarchus lib. 2. de lege poenali cap. 14. idem asserit de Lacedæmonibus. & Licurgus adulteria approbavit, ut refert Plutarchus in vita illius. Præterea considerari debet aliquis offuscatio luminis rationis in natura per peccatum destituta. Hinc est, leges graduum cognitionis prohibentes Coniugia, quæ Cæsares dederunt, licet conveniant cum his quæ dedit Moyses, non esse de iure naturæ.

Non omnis lex quæ obligat dicitur esse de iure naturæ.

Et sicut quia licet leges humanæ vim habeant obligandi, eo quia Deus talem ordinem mandavit in vniuerso, & tamen affirmare non decet hac ratione omnem legem obligare de iure diuino; quia proxima ratio obligationis spectanda est, & non remota;

ita à pari, quia leges civiles rectitudinem sumunt à lege naturali, non est dicendum, omnes leges civiles esse de iure naturæ; quia proxima ratio obligationis spectanda est, quæ fundatur in potestate legislatoris politici.

Sexta Obiectio ex Thoma Waldensi Tom. 2. de Sacramentis cap. 154. August. in lib. quæst. super Leuiticum quæst. 53. alias 65. totam illam tabulam Leuiticam de gradibus prohibitis reducit ad Decalogum, tanquam in eo præcontentam; sed Decalogus obligat iure naturali & diuino, estque indispensabilis, ergo pari modo in sententia Augustini, lex de Coniugio quæ habetur in Leuitico.

Respondeo Augustinum loco citato nihil horum affirmare: sic enim ait: *Et ad uxorem proximi tui non dabis concubium femini tui inquam ad eam.* Ecce ubi rursus prohibet adulterium, quod cum aliena uxore committitur, quod etiam in Decalogo prohibetur. Videat ergo lector quomodo sequatur ex his verbis, illa præcepta Leuit. 18. pertinere ad Decalogum: nunquam enim ea dixit August. ut quisque loco cit. videre poterit: dicit ergo adulterium quod Leuit. 18. prohibetur, etiam in Decalogo prohiberi: ergo præcepta omnia illa de gradibus cognationis spectant ad Decalogum, inanis consequentia & penitus voluntaria, & inaudita apud Augustinum.

Augustinus falsè citatur in obiectioe.

Septima Obiectio. Innocentius III. cap. Gaudemus, de diuortijs ait, Matrimonium inter infideles contractum in 2. 3. & vltioribus gradibus esse ratum, nec debere dissolui, cum illi conuertuntur ad fidem, quia non tenebantur illis legibus Ecclesiæ. ex quo colligitur ex sententia Innocentij, matrimonium infidelium in primo gradu contractum, esse irritum, & proinde iure naturæ prohibitum. at Coniugium cum uxore fratris mortui est in primo gradu: ergo prohibitum est iure naturæ.

Respondeo cum Card. Bellarm. lib. de matrim. cap. 27. Innoc. nihil de primo gradu statuisse; loquutus est autem de secundo & sequentibus; quia de secundo, & sequentibus ab eo quæsitum fuerat. Nec sequitur quod ita senserit, ut obiectio dicit; quia ipsemet dispensauit, ut in Liouonia vxores fratrum defunctorum retinerent & habetur Cap. fin. de diuortijs, quod certè non permisisset, si eum gradum iure naturæ fuisse prohibitum iudicasset: quia ius naturæ dispensari nequit.

Contra vltimam Conclusionem, Prima Obiectio ex Kemnitio in 2. par. exam. Concil. Trident. pag. 1272. Theodosius Imperator legem tulit prohibentem Coniugia Consobrinorum, non autem Episcopi, ergo causæ matrimoniales ad sæculares Potestates spectant.

Respondeo quod cum matrimonia contrahere absque necessitate ex recepta consuetudine sit aliquo modo contra civilem potestatem, potuit etiam Imperator talia Coniugia prohibere, sub hac tantum ratione; licet hæc leges & consimiles semper subiaceant legibus Ecclesiæ, ut dictum est supra. at non sequitur ad Ecclesiam non spectare huiusmodi leges de Coniugio, cum directè & propriè ad Ecclesiam pertineat, ut dictum est in Conclusionem; & de facto ipsa ab initio & semper tales leges dedit, & patet hoc in Epistol. 1. Euaristi Papæ ad omnes Episcopos Africanos cap. 2. anno Domini 96. vbi leges matrimoniales dedit: & etiam S. Clemens Papa Petri Apostoli discipulus & successor lib. 3. Apostol. Constant. cap. 2. Concil. Tolet. 1. Can. 16, cele-

Semper Ecclesiæ leges tulit circa Matrimonium.

semper Ecclesia
leges tulit circa
Matrimonium.

celebratum anno Domini 400. Concil. Milevit. in Numidia tempore Innocen. Papæ I. cap. 16. anno Domini 402. ab eodem Innocen. in Epist. ad idem Concil. probatum. Concil. Generale Chalced. anno Domini 451. Can. 16. Innocen. I. anno Domini 402. Epist. 2. & alij plures, &c. Mirum est ergo cur apud Kemnitium valeat hoc argumentum, Theodosius legem tulit prohibentem Coniugia consobrinorum, ergo leges ferre de Matrimonio spectat ad Principes seculares. & non hoc. Ecclesia ab initio & semper leges dedit circa Matrimonium, ergo Ecclesia est iudicare causas Matrimoniales; cur ergo non valet apud Kemnitium hæc Syllogizatio? nimirum, quia hostis est Ecclesie Christi, & fur & latro; dum illius potestatem aufert, & politicijs tribuit.

Secunda Obiectio ex Kemnitio. Concil. Milevit. decrevit legem de divortio ab Imperatore petendam esse, ergo testatur non ad Ecclesiam causas Matrimoniales pertinere, sed ad seculares potestates.

Respondeo Concil. Milevit. cap. 17. sic affirmare. *Placuit ut secundum Evangelicam & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito, alteri coniungatur: sed ita maneat, aut sibi nec reconcilietur. quod si contempserint, ad penitentiam redigantur. in qua causa legem imperialem petendam promulgari.*


Hunc Canonem ad litteram hic inserere volui ut appareat quam lubricus & inanis sit Kemnitius in-

stis obiectioibus contra Ecclesiam Catholicam: Si Concilium petijset ab Imperatore ut hanc legem de Coniugio daret, nonne ei doctrinam Evangelij, & Apostolicam submisisset, dum dicit, ut secundum Evangelicam & Apostolicam doctrinam, neque dimissus ab uxore neque dimissa à marito, alteri coniungatur? quod nefas est asserere. nonne plus tenet lex Evangelica in re huiusmodi Matth. 5. & 1. Cor. 7. ubi legitur citata lex, quam decretum Cæsaris? Præterea Concilium dicit quod placuit ei sic statuere, id est sic servandum esse; ergo ipsum legem dedit, ergo non petijt ab Imperatore, ut hanc legem daret. quid ergo petijt Concilium illis verbis. *In qua causa legem imperialem petendam promulgari?* duo petijt, primò ut transgressores Imperator suis legibus politicijs terreret, quæ hoc idem prohibebant; secundò ut eisdem temporaliter puniret, dum aliter operari vellent. non sequitur ergo tales leges circa Matrimonium ferre ad Ecclesiam nõ spectare. sed Ecclesiam implorare auxilium humanarum legum, ad hoc ut suæ leges omninò serventur: ut docet Augustin. Epist. 48. tom. 2. his verbis: *Imo verò servant Reges terra Christo, etiam leges ferendo pro Christo. & paulò post. Terror temporalium potestatum, quando veritatem oppugnat, iustis fortibus gloriosa probatio est: infirmis periculosa tentatio: quando autem veritatem predicat errantibus, & discordantibus, cordatis utilis ad monitio est, & insensatis inutilis afflictio.*

Leges Cæsaris circa Matrimonium serviant Ecclesie ut leges matrimonij executioni mandentur.

FINIS LIBRI VNDECIMI.





LIBER DVODECIMVS. DE ECCLESIA TRIVMPHANTE.



DISPVATIO PRIMA.

An Sanctorum Anima, claram visionem & fruitionem Diuinae Essentiae obtineant, ante extremi Iudicij diem.



VM vna sit sponsa Saluatoris nostri Dei, nempè Ecclesia; quæ partim peregrinatur in terris, & partim triumphat in Cælis: vt etiam August. lib. Enchiridion ad Laurentium cap. 56. tom. 3. his verbis docet. *Ecclesia hic accipienda*

Ecclesia militans & triumphans vna est Ecclesia.

est, non solum ex parte qua peregrinatur in Terris à Solis ortu vsque ad occasum laudans nomen Domini, & post vetustatis captiuitatem cantans Canticum nouum: verum etiam ex illa qua in Cælis semper, ex quo condita est, cohesit Deo, nec ullum sui casus malum experta est. Hæc in Sanctis Angelis beata persistit, & sua partis peregrinanti, sicut oportet, opitulatur: quia vtraque vna erit consortio eternitatis, & nunc vna est vincolo charitatis. Consequens est, vt cum ipsa sit huius operis obiectum; postquam eiusdem partem, quæ pugnat in terris, in fide, labore, ac opere actionis, ab hæreticorum calumnijs vindicauimus: ad aliam quæ in requie, in æternitate mansionis, & in mercede contemplationis, triumphat in Cælis, transeamus: quis enim vnquam cuius sponsi fidelis amicus vel seruus erit; nisi sponsam illius à calumnijs quibus impetitur, pro viribus, omni ex parte tueri satagat, ipsamque intemeratam esse vbique manifestum fieri, non propugnet? Æquum est igitur vt Ecclesiam sponsam Dei, quam in ea parte quæ militat, ab hæreticorum imposturis hucusque liberauimus, nunc secundum partem aliam quæ regnat in patria, ab eorundem insidijs eruamus. Quot igitur capita sunt in quibus rea falsò indicitur, tot disputationes texemus ad eius protegendam.

innocentiam. Cumque circà felicitatem æternam, quam ipsa possidet, sit prior accusatio; de hac eadem, vt de facto proposuimus, erit prima disputatio.

Lutherus itaque in prælect. in Genes. negat Sanctorum animas claram visionem Dei habere, nec illam habituras nisi post vniuersalem resurrectionem, & finale iudicium asserit; interim autem in aliquibus seruari locis; vbi, sine diuina visione, quietè viuunt. & Calvinus hoc idem affirmat lib. 3. instit. cap. 20. §. 20. & 24. & cap. 25. §. 6. Cuius erroris non fuerunt inuectores, sed nouatores: nam olim Tertullianus lib. 4. in Marcionem vitrà medium, explicans illud Lucæ 16. de Epulone apud Inferos, & Lazaro in sinu Abrahe, idem dicit. Vigilantius pariter, ex S. Hieronymo lib. contra eundem, Tom. 2. & a multis sæculis idem error apud Armenos & Græcos viguit. Doctrina autem Catholica est, vt infra probabimus, quod animæ iustorum perfecte purgatae cum è corpore in altitudo exeunt, ad Cælorum Regnum migrant, vbi Deum clarè videntes, vna cum Christo regnant, pro cuius veritatis defensione, & errorum conuulsione, ponitur hæc Conclusio.

Lutherus & Calvinus opinantur iustos nunc non esse beatos.

Animæ iustorum claram visionem & beatam fruitionem diuinæ essentiae obtinent, ante extremi iudicij diem. Probatum duobus Scripturæ locis, a quibus nemo sensatus poterit nisi medijs distortis expositionibus aufugere. Primus est 2. Cor. 5. vbi sic legitur. *Audentes igitur semper scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur à Domino (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & presentes esse ad Dominum.* Hic locus manifestissime docet animas Sanctorum seu iustorum statim claram visionem Dei habere. nam primum. Apostolus de anima quæ peregrinatur à corpore loquitur; quid autem est animam peregrinari à corpore, nisi animam esse, & fieri extrà corpus, seu sine corpore, vel longè à Corpore?

Sententia Ecclesie Catholice.

Dicit

Apostolus bis a-
perit docet ani-
mas iustorum
statim post mor-
tem clarè videre
Deum.

Dicit ergo Apostolus, dum sumus in corpore peregrinamur à Domino: quare longè sumus à Domino, si Deus est ubique, & fidelibus adest & iustus præcipue, per continuas influentias gratiarum, nempe bonarum cogitationum, & piarum inflammationum ad Deum & proximum amandum ac diligendum, sancteque viuendum, & in sanctitate perseuerandum? sed Apostolus optimè loquitur, quia de clara visione Dei differit; ideò sequitur: *per fidem enim ambulamus, & non per speciem*. Sensus ergo est, dum sumus in corpore, seu dum anima est in presenti sæculo corpori unita, visionem beatam Dei nõ habemus, sed ab illa peregrinamur, & longè sumus. Sequitur autem immediatè. *Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & presentes esse ad Dominum*. sed qua præsentia-
te? nonnè Deo sunt omnia præsentia ubicunque fuerint? quid ergo docet Apostolus, dum inquit se velle peregrinari à corpore, quod fit cum homo moritur, seu cum anima à corpore separatur, & præsentia esse ad Dominum, id est: cum clarè videndo. Nam non alio modo fideles viatores iusti in vita præsentia peregrinantur à Domino. Ergo animæ iustorum cum à corpore exeunt præsentia fiunt ad Dominum clarè videndo illum.

Secundus locus est ad Philip. cap. I. vbi Apostolus sic ait. *Quid si viuere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro. Coarctor autem à duobus desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos*. Quibus verbis Apostolus ostendit se mortem desiderare, vt cum Christo sit: quid autem est secundum hunc loquendi modum esse cum Christo? an fortè gratiam illius habere & adoptionem? nequaquam: quia id Apostolus perfectè possidebat, quia vas electionis erat. Act. 9 & Spiritum Dei habebat. 1. Cor. 7. ergo regnare cum Christo desiderabat, & beatam visionem ac fruitionem cum Christo possidere, vt coheres illius. ineptum enim est dicere. Paulum desiderare esse cum Christo præsentia-
liter, & beatitudinem Christi non participare; quia Christus Dominus gloriosus est, visionem perfectam ac fruitionem Dicitatis habens; ergo cum Paulus mori cupiebat, vt esset cum Christo, docet animas iustorum illicò visionem Dei claram, ac fruitionem obtinere. sensatis patet.

Confirmatur ratio, quia Apostolus non dicit, *Cupio dissolui*, vt quiescam à tribulationibus & persecutionibus, & vt sedeam in horto aliquo, in receptaculis animarum, vsque ad finale iudicium, &c. Sed esse cum Christo, qui scilicet gloriosus regnat in Cælis; igitur animæ sanctæ, cum à corpore exeunt, immediatè regnant cum Christo.

Secundò probatur Conclusio per alia quædam loca Scripturæ quæ hanc veritatem satis etiam ostendunt. Apostolus ad Ephes. cap. 4. ait. *Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus*. Hic Apostolus loquitur de Ascensione Christi in Cælum, & testatur eum tunc duxisse secum captiuitatem. hanc autem captiuitatem Sanctos Patres veteris testamenti fuisse, quos secum duxit ad Cælestia Regna proculdubio dicendum est: quia sic Zacharias Propheta cap. 9. prædixit, dicens. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti viuos tuos de lacu, in quo non est aqua*.

Christus ascen-
dens in altum se-
cum duxit Sanctos
Patres veteris
testamenti ad re-
gnum beatitudi-
nis.

Lacus autem iste, ille est qui describitur Lucæ 16. *Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angeli in sinum Abraham. Mortuum est autem & diues, & sepultus est in Inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentu, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius. & postea dixit illi Abraham. In his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, nequè inde huc transire. Hos itaque qui locis subterraneis erant Sanctos Patres ac homines iustos veteris Testamenti, secum duxit Christus Dominus ascendens ad Cælos, & hac de causa, anima Saluatoris nostri, cum è corpore exiuit, descendit ad Inferos, vt in Symbolo Fidei habemus. & Psal. 15. *Quoniam non derelinques animam meam in Inferno*. quod Petrus Apostolus Act. 2. de Christo Domino dictum esse testatur.*

At quis non videt quam ineptum esset affirmare Christum Dominum è Limbo veteres Patres liberasse, & secum in altum, puta in Cælum, quo ascendit, duxisse; & tamen beatam visionem Dei illis non dedisse? si beatitudinem assequi nullus debet antè extremi iudicij diem & antè vniuersalem resurrectionem, vt quid opus erat Patres in altum ducere, & è sinu Abraham tollere? numquid egebant lumine Solis, ac Lunæ ad videndum, vt è Limbo eos eriperet, & in loca aerea leuaret? minimè. intellectus enim separatus ab organo corporeo non indiget materialilumine, sicut oculus corporeus, ad intelligendum. dicendum est igitur cum Ecclesia Catholica, Christum Dominum ascendentem in Cælum, secum animas iustorum, quæ in sinu Abraham erant, duxisse; & participes suæ gloriæ eas fecisse. ergo animæ iustorum claram Dei visionem obtinent antè extremi iudicij diem.

Et Lucæ 23. legitur Christum latroni penitenti dixisse: *Hodie mecum eris in Paradiso*. Undè sic argumentor. vel Saluator locutus est de Paradiso qui habetur Genes. 2. *Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio: in quo posuit hominem quem formauerat; produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suauis: lignum etiam vite in medio Paradisi, lignumque scientia boni & mali*. vel de Paradiso qui legitur 2. Cor. 12. *Scio hominem in Christo antè annos quatuordecim (siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium Cælum. & scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in Paradisum: & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui*. Vel de visione beatifica absolutè, quæ ubique haberi potest, & metaphoricè tantum dicitur hortus deliciarum. at de primo Paradiso intelligi non potest, quia Christus dixit, *Hodie mecum eris in Paradiso*: ipse autem non ad hortum aliquem iuit, sed descendit ad Inferos. Nec de secundo, qui est super cælestia corpora, de quo Paulus loquitur, quia in illo die Dominus non ascendit ad Cælos, sed post quadraginta dies, Act. 1. ascendit. Ergo intelligit de visione beata diuinæ essentia, quæ ubique haberi potest, & de facto eam Christus Dominus habuit, antequam Cælos ascenderet. Ergo animæ iustorum cum è corpore exeunt, claram Dei obtinent visionem & fruitionem.

Aburdum est as-
firmare Sanctos
Patres ad loca ae-
rea ductos fuisse.

Latro in Cruce
promissionem
habuit beatitudi-
nis.

Stephanus enim lapidaretur vidit gloriam Dei.

Act. 7. legitur de Stephano sic. *Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intravit in Caelum vidit gloriam Dei, & Jesum stantem a dextris Dei.* Textus iste, manifeste docet Stephanum æternæ gloriæ visionē habuisse: & cum morti vicinus esset, dixit: *Domine Iesu suscipe spiritum meum*, vtique ad eam possidendam gloriam, quam Dominus tunc ostenderat & & reuelauerat.

Et Apocal. 7. *Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & undè venerunt? & dixit illi: Domine mi tu scio. & dixit mihi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni: ideo sunt ante Thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in Templo eius.* Testatur itaque Ioannes his verbis, iustorum animas quas viderat, ante Thronum Dei esse: quod claram visionem Dei significat. ratio est, quia paulò superius dixerat de Angelis: *& omnes Angeli stabant in circuitu Throni*: Angeli autem claram Dei visionem habent, & hoc significatur, cum dicitur ibi, *stabant in circuitu Throni*; ergo cum idem dicitur paulò post de animabus iustorum: ideo sunt ante Thronum Dei, de visione beatifica quam possident, intelligi debet.

Tertiò probatur Conclusio antiquo testimonio Ecclesiæ Catholicæ per ea quæ veteres Patres scripserunt. August. lib. soliloqu. cap. 1. tom. 9. inquit: *Concupiscit & deficit anima mea de memoria tua quando veniam & apparebo tibi latina mea? quare faciem tuam auertis, gaudium meum per quod gaudeo, ubi est absconditum pulcher quem desidero. Odorem tuum haurio, visum & gaudeo. Te autem non video, vocem tuam audio & reuiusco. Sed cur faciem tuam abscondis? fortè dicis, non videbit me homo & viuet. Eia Domine, moriar ut te videam, videam & hic moriar: nolo viuere, volo mori, dissolui cupio, & esse cum Christo. Mori desidero ut videam Christum, viuere renuo, ut videam Christum, viuere renuo, ut viuam cum Christo. ò Domine Iesu accipe spiritum meum, vita mea suscipe animam meam, &c.*

Et cap. 53. ait. *O gaudium super gaudium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium, quando intrabo in te, ut videam Deum meum: qui habitat in te? ibo & videbo visionem hanc grandem. quid est quod me detinet? Hæc me quia incolatus meus prolongatus est: heu me quando ducetur mihi, expecta respecta? & nunc qua est expectatio mea? nonnò Domine Deus meus? Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. expectamus Dominum quando reuertetur à nuptiis, ut inducat nos ad suas nuptias. Veni Domine. & noli tardare. & paulò post. Veni lux mea, redemptor meus, educ de carcere animam meam, ad confitendum nomini sancto tuo. quando miser iactabor in fluctibus mortalitatis meæ clamans ad te Domine & non exaudis? Audis clamantem Domine de hoc mari magno, & adhuc me ad portum salutatis æternæ eorum, qui de periculo mari huius educti ad te Deum portum iustissimum peruenire meruerunt. O vere salces, qui de pelago ad litus, de exilio ad patriam, de carcere ad palatium peruenierunt, optata iam quiete beati, qui brachium illud perpetuæ gloriæ quod hic per multas tribulationes quaesierunt, iam felici iocunditate adepti, latantur in perpetuum. ò vere beati, o terque quaterque beati, qui iam omnium malorum exuti, securi de sua immarcescibili gloria ad regnum decoris peruenire meruerunt. O Regnum æternum, regnum omnium sacu-*

lorum, ubi lumen indeficiens, & pax Dei qua exuperat omnem sensum, in quo sanctorum anima requiescunt, & lætitia sempiterna super caput eorum; gaudium & exultationem obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. O quam gloriosum est regnum, in quo secum Dominus regnant omnes sancti, amicti lumine sicut vestimento habentes in capite suo coronam de lapide præsioso. O Regnum beatitudinis sempiternæ, ubi tu Domine spes sanctorum, & diadema gloriæ facie ad faciem videri à Sanctis, laudans eos undique in pace tua qua exuperat omnem sensum, ubi gaudium infinitum, &c. & paulò post. *Falces igitur qui de naufraga vita præsentis ad tanta gaudia iam peruenire meruerunt.*

Et lib. de spiritu & anima cap. 59. tom. 3. sic sanctos alloquitur. *Vos igitur qui meruistis consortes fieri supernorum ciuium, & perfrui æterna claritate gloriæ, orate pro me ad Dominum, &c.*

Et lib. Meditationum cap. 23. tom. 9. ait: *Falces anime, qua terreno resoluato corpore libera calum patit, secura est & tranquilla, non times hostem neque mortem: habet enim præsentem, cernitque indefinenter pulcherrimum Dominum cui seruiunt, quem dilexit, & ad quem tandem læta & gloriosa peruenit. Hanc vero tanta beatitudinis gloriæ nulla dies minuet, &c. & paulò post: Veni ut lateris in conspectu meo cum Angelis meis, quorum societas tibi à me repromissa est, &c. Falces Sancti Dei omnes, qui iam pertransiistis huius mortalitatis pelagus, & peruenistis ad portum perpetuæ quietis, securitatis & paci, securi & tranquillitatis, semperque festiui atque gaudentes, &c. Per ipsum vos rogo qui vos elegerit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iam satiamini, de cuius immortalitate iam immortales facti estis, de cuius beatissima visione semper gaudetis, estote iugiter memores nostri, subuenite nolui miseris, &c.*

Ambrosius in Comment. super cap. 7. Apocal. Tom. 5. ait. *In Cælesti vero beatitudine, ubi singuli temporibus ex omnibus Gentibus, tribubus, & linguis congregantur, tanta eorum officiorum multitudo, ut nullo numero comprehendi possit. Per stolas autem albas munditia animarum designatur. palma vero in signum victoriæ ponuntur. palmas igitur non solum Sancti Martyres, quibus victoriæ specialiter adscribitur, sed & omnes electi qui in hoc saculo positi, contra visibiles & invisibiles hostes fortiter dimicauerunt, in Cælesti beatitudine possident. palma autem præmia sunt victoriæ Sanctorum, qui & voce magna clamare dicuntur. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & Agno. Sancti Dei nunquam cessant à laude Dei, nec tamen laborant laudando Deum, quia sicut dulcis est Sanctis visio Dei, sic & laus Dei.*

Hieronymus in Psalm. 65. tom. 7. inquit: *Et exultatione colles accingentur. Martyres siue reliqui sancti: qui immensis à Deo præmijs honorati perpetuis gaudijs accingentur. Induti sunt cinctus orium. Patriarcha, Propheta siue Apostoli, qui duces fuerunt omnium gregis Ecclesiastici translati à morte in vitam induuntur immortalitate perpetua. & infra: Omnes promiscuè electi, pro diuersorum munerum donis, Deo perpetuis concipiunt laudes. Quorum ut congregemur uentis, depracantes oramus, ut iungamur præmijs: ut si non meremur honorari præmijs, vel ornari coronis, saltem veniam consecuti, pœna carcamus æterni iudicij.*

Et lib.

Testim. veterum SS. PP.

Et libro contra Vigilantium in initio, tom. 2. ait. *An enim vel in sinu Abraham vel in loco refrigerij, vel subter aram Dei, animas Apostolorum & Martyrum confedisse, nec posse sui tumuli & ubi voluerint adesse presentes; Senatoria videlicet dignitas sunt, ut non in hoc homicidii terribili carcere, sed in libera honestasque custodia in fortunatorum Insulis, et in campis egyptijs recludantur. Tu Deo legem ponas? Tu Apostolorum vincula iniicias? ut usque ad diem iudicij teneantur custodia, nec sint cum Domino suo? de quibus scriptum est: sequantur Agnum quocumque vadat. si Agnus ubique, ergo & hi qui cum Agno sunt ubique esse credendi sunt.*

Gregorius lib. 4. Dial. cap. 25. ait. *Es tamen lucetarius constat: quia perfectorum anima mox ut huius uarni claustra exeunt, in caelestis Regni sedibus recipiuntur: quod & ipsa per se veritas attestatur dicens. Ubiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquila. Quia ubi ipse Redemptor noster est corpore, illuc procedunt ubi colliguntur iustorum anima. Et Paulus. Capio dissolui & esse cum Christo, qui ergo Christum in calo esse non dubitat, nec Pauli animam esse in calo negat. Qui etiam de dissolutione sui corporis, atque de in habitatione caelestis patria dicit: Scimus quoniam si terrestri domum nostra huius habitationis dissoluatur, quod edificacionem habemus ex Deo, domum non manufactam, sed aeternam in calu.*

Et postea: *Hoc enim nimirum crescit in iudicio (universalis) quod nunc animarum sola, postmodum vero etiam corporum beatusudine perficiuntur, ut in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro Domino cruciatique pertulerunt. Pro hac quippe geminata eorum gloria scriptum est Isaia 61. In terra sua duplicia possidebunt. Hinc etiam ante resurrectionis diem de Sanctorum animabus scriptum est: data sunt illis singula stola alba, ut dictum est in illis, Apoc. 6. ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleretur numerus conseruatorum & fratrum eorum? Quis itaque nunc singulas acceperunt, bimae in iudicio stolas habituri sunt, quia modo animarum tantummodo, tunc autem animarum simul, & corporum gloria laetabuntur.*

Contra praemissam Conclusionem nec Lutherus nec Caluinus aliquid obijciunt, licet illam abijciant: Sed Graeci pro suae opinionis defensione quinque argumenta nobis proponunt; quorum primum est. Ioannes Papa XXII. decreuit iustorum animas ante finalis iudicij diem visionem beatam non obtinere, & Parisiensibus mandauit ut non aliter docerent, & nullos ad gradus doctoratus promouerent, nisi iuramentum praemitteret pro huius sententiae defensione. ergo falsa Concl. Antec. probatur testimonio Okam in opere 93. dierum. Gersonis in sermone de Pascha. Martilijin 4. sent. quaest. 13. art. 3. & Adriani in 4. de Sacramento Confirmationis.

Respondeo cum Card. Bellarm. lib. 1. de Eccles. Triumph. cap. 2. nunquam Ioannem XXII. talia decreuisse, licet hanc sententiam tunc ab Ecclesia non expressè definitam in dubium verterit, quapropter nullibi vnquam inueniet quispiam eius decretum in re huiusmodi. Successor autem illius Benedictus XII. in Extrauag. quae incipit *Benedictus Deus*, hanc veritatem firmiter tenendam esse statuit, quam Ioannes XXII. ut pro vtraque parte probabilem primò secum ipse proposuerat, licet ante obitum vtriusque sententiam esse hanc quam nos tenemus cunctis, ut scribit Ioannes Villanus lib. 11.

cap. 19. historiae de rebus Florentinorum. Nihil ergo obtinent Graeci ex hoc facto, quia potest Papa ut particularis persona, praecipue aliquid quod non est expressè definitum pro vtraque parte probabile proponere; sed tunc non docet Ecclesiam, nec Cathedra suo munere fungitur, quia tunc non proponit Ecclesiae aliquid tenendum & credendum. Quod cum facit, illud firmant Graeci, & omnes, ad cognoscendum quae sit Catholicae Ecclesiae doctrina: Ioannes autem hoc nunquam fecit, ideò obiectio est nulla.

Secunda Obiectio ex Scripturis. Matth. 20. Paterfamilias omnibus operarijs simul reddit mercedem. constat autem per vespertinam resurrectionem debere intelligi, & per denarium vitam aeternam. Et ad Heb. 11. *Hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissiones, Deo pro nobis aliquid melius prouidente, ut non sine nobis consummarentur?* prima Ioannis 3. *Scimus quia cum apparuerit. (idest Christus in secundo aduentu) Similes ei erimus, quia vdebimus eum sicuti est.* Apoc. 6. *Vidi subtus altare animas interfectorum propter Verbum Dei.* illa autem abscondito sub altari annuit aliquod receptaculum, reconditum, ubi quiete, sed in tenebris versantur animae iustorum usque ad iudicij diem.

Respondeo ad primum locum Scripturae citatae, quod exempla & parabolae non currunt quatuor pedibus. nec est petenda veritas ab exemplis, quae ad veritatis maiorem explicationem & intelligentiam ponuntur. quapropter cum Saluator Matth. 19. de gloria Apostolorum locutus esset, & quod mundum vna cum ipso iudicaturi essent, cap. 20. immediate proponit illam parabolam seu exemplum citatum, in obiectio, de cultoribus vineae, cuius Dominus eandem dedit mercedem his qui vltimò venerunt, sicut illis qui tota die laborauerant, ut ostenderet Apostolos qui in fine saeculorum ministri Domini fuerunt, longè superaturos praemium & gloriam veterum Patrum; quod significatur per illud, quod in retributione mercedis incipiet à nouissimis: seu ab his qui nouissimè & vltimò venerunt, licet veteres Patres pondus diei & aeterni portauerint, de quo legitur Act. 15. *Iugum quod neque Patres nostri neque nos portare possumus: idest vetus Testamentum, seu legem Moysis. Dicitur ergo ibi. Cum sero esset factum dicit Dominus vineae, procuratori suo: voca operarios & redde illis mercedem; non ad significandum animas iustorum non habituras praemium, nisi simul; sed sic loquutus est, ut saluaret veritatem, exempli & parabolae; quia nullus paterfamilias soluit mercedem operarijs suis, nisi cum inclinata die, operarij laborare desinunt, vel cessant. & quia simul desinunt laborare, simul mercedem recipiunt, hac itaque ratione dicitur ibi. Cum sero autem esset factum dicit Dominus, voca operarios, &c. In hoc autem non currit paritas inter exemplum & veritatem quae exemplificatur, quia secundum veritatem, hi qui laborant in vinea Domini, credendo & bene operando, non omnes eodem tempore laborare desinunt, quia non omnes simul vitam finiunt, in qua operantur laborantes, ut patet: & sic non simul omnibus succedit mors quae est illa *nox in qua nemo potest operari*, de qua loquitur Saluator Ioan. cap. 9. postquam scilicet nemo potest meritorie operari. Vnde retorqueo vim huius parabolae contra arguentem, sic. Paterfamilias iubet dari mercedem operarijs sero, cum illi opus impleuerunt, & laborare cessa.*

Non est petenda veritas ab exemplis quae ponuntur ad rei intelligentiam.

Retorquetur obiectio contra arguentem.

IOAN. 23. nullum decretum fecit de sanctorum beatitudine.

cessauerunt, sed fideles cum moriuntur, seu cum ex hac vita migrant, opus impleuerunt, & desinunt laborare, quia tunc fiunt extrâ terminum viæ & statum laborandi meritorie; ergo fidelibus tunc immediate datur præmium æternæ hæreditatis, quæ est clara Dei visio & suavis fruitio.

Ad locum Heb. 11. scilicet, *Hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt re promissiones, Deo pro nobis aliquid melius providente, ut non sine nobis consummarentur.* Dico hoc contra nostram conclusionem nihil penitus inferre; quia Apostolus ibi de Patribus veteris Testamenti loquitur, qui utique æternam hæreditatem non obtinebant statim post mortem, sed in sinu Abraham servabantur usque ad Christum Dominum, qui ex hominibus primus, ut Rex gloriæ, cælos ascendit, docet ergo Apostolus, homines iustos veteris Testamenti, de quibus in toto illo capite longo sermone discurret, æternam beatitudinem non accepisse; quia Deus sic statuit, ut usque ad tempus novi Testamenti, quod per Christum initium habuit, & per Apostolos promulgatum fuit, re promissionem non acciperent. Non sit igitur ibi sermo de tempore resurrectionis uniuersalis & finalis iudicij; sed de tempore novi Testamenti, quod per Apostolicam prædicationem exprimitur, & hoc significat illa particula, *ut non sine nobis consummarentur.*

Locus Apocritus admittens varias expositiones non est aptus ad constituendum hoc dogma fidei.

Ad illud 1. Ioan. 3. *Cum Christus apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est.* Dico hoc contra nostram Conclusionem nihil habere; nam Ioannes docet quod cum veniet Saluator iudicare: tunc filij Dei adoptiui, id est iusti, similes Christo erunt, scilicet in carne glorificata, & videbunt eum sicuti est. non docet autem, tunc tantum iustorum animas visuras esse Deum & Christum & non antea; sed tunc post resurrectionem similes futuros esse Christo, qui vna cum corpore est gloriosus; & ut sic, in carne scilicet, visuros esse eum sicuti est. Præterea, Ioan. 1. dixerat, *Charissimi nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus;* id est gloriosi in cælo, & statim sequitur: *Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* & sensus est. ut notauit Card. Bellarm. lib. 1. de Eccles. Triumph. cap. 3. cum apparuerit quid erimus post hanc vitam, tunc similes Christo erimus gloriosi, quia videbimus eum sicuti est.

Ad illud Apoc. 6. *Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei.* Dico solum huius Scripturæ non esse manifestum, potest enim multipliciter exponi. tota vis est in illa particula *subtus altare*, quam aduersarij assumunt pro opposita sententia confirmanda. Verum illud *subtus altare*, intelligi nequit de proprio altari, quæ ara est, ubi fiunt sacrificia, quia in cælo non fiunt sacrificia, ideò nec altare propriè ibi est. est ergo metaphora. cuius sensus est, quod sicut in altari funduntur preces ad Deum, & sacrificia fiunt ad placandum Deum, & aliquid ab eo obtinendum; sic animæ Sanctorum Deum orabant ut vindicaret sanguinem eorum de his qui habitant in terra. dicitur autem *subtus altare*, ad significandam humilitatem & submissionem orationis illorum. vel per illud altare intelligi potest Christus Dominus qui orat pro Ecclesia sua, ut Ioannes Apostolus docet Epist. 1. cap. 2. *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, &c.*

ita ut sensus sit. *Vidi subtus altare*, id est post Christum, & sub sede seu Throno Christi animas martyrum dicentium, &c: qua stante expositione colligitur potius iustorum animas beatitudinem habere simul cum Christo, quam illa carere.

Hoc tamen indubitatum esse debet præfatum locum non esse sufficientem ad constituendum aliquod dogma fidei, quale est hoc de quo disputamus, quia metaphoricus est, plures & varias expositiones admittens, ut prudentibus patet.

Tertia Obiectio ex testimonijs Patrum Græcorum componitur. Iustinus enim q. 60. sic ait. *Neque enim ante resurrectionem unusquisque ex his qui in vita gessit præmium redditur. & quæst. 76. Si ante resurrectionem nulla sunt operum præmia, qui fructus fuit latroni, cum in Paradisum eius animus introductus fuit? respondet, id consecutum latronem, ut in cætu iustorum sit, & videat seipsum, & quæ infra se sunt, & præterea Angelos & demones.*

Ireneus lib. 5. cap. 31. ait. *Cum Dominus in medio umbrae mortui abiit, ubi anima mortuorum erat, post deinde corporaliter resurrexerit, & post resurrectionem assumptus sit: manifestum est, quia & discipulorum eius, propter quos & hac operatus est Dominus, anima abibunt in invisibilem locum definitum eum ad Deos & ibi usque ad resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurrectionem, postea recipientes corpora, & perfectè resurgentes, hoc est corporaliter, & sic venient ad conspectum Dei.*

Origenes Hom. 7. in Leuit. inquit. *Nondum sancti receperunt latitudinem suam, nec Apostoli quidem: sed & ipsi expectant, ut ego latitudo eorum particeps sum.* & lib. 2. Periarcho prope finem dicit. *Sanctos post mortem deferri in Paradisum terrestrem, & inde eos qui puriores sunt, ad aëris loca conscendere.*

Chryostomus Hom. 39. in priorem ad Cor. super illud. *Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiles sumus omnibus hominibus.* inquit. *Quid ai Paule? an non animus superstes erit? erit & immortalis quidem: quamquam verò vel sexcenties sit immortalis, tamen sine carne ipsa admirandis illis bonis non fruetur, quæ admodum neque panni punietur, omnia enim coram Tribunali Christi manifestabuntur, inquit Paulus, ut unusquisque ferat quæ per corpus siue bona, siue mala gessit; nam si corpus non resurgat, anima nostra incoronata manebit, & extra caelestem beatitudinem erit.* & Homil. 28. in Epist. ad Heb. *Ne aliquid præ nobis habere viderentur, si primi ante nos coronarentur unum definiuit tempus omnium coronarum, & qui ante tam multos annos vixit, secum accipiet coronam.*

Theodoretus in cap. 11. ad Heb. ait. *Sanctorum ergo tot, & tanta fuerunt certamina: sed hi tamen nondum coronas acceperunt.*

Theophylactus in eundem locum inquit. *Sancti nihil adhuc caelestium promissionum sunt assequuti.* Et in cap. 16. Lucæ, docet narrationem de Lazaro esse parabolam, non historiam, quia nondum sunt distributa bona & mala, iustis & iniustis.

Oecumenius in eundem locum. *Omnes, inquit, Sancti testimonium promeriti, quod per fidem placuerunt Deo, nondum consecuti sunt bona iusti promissa.*

Arethas Cæsariensis Episcopus in cap. 6. Apoc. inquit. *Horum spe quæ per intellectum veluti in speculo contemplantur, omni crassitie liberati merito latentur, quiescentes in sinibus Abraham, nam id multis Sanctis*

sancti dictum est, unumquemque virtutis cultorem sortitum esse dignum locum, unde etiam de futura sua gloria certum quandam assequatur coniecturam.

Euthimius in cap. 16. Lucæ dicit narrationem illam de Lazaro & diuite esse parabolam, qua designatur quid erit post diem iudicij. & in cap. 23. Et tunc quidem dedit ei conuersationem in Paradiso, sanquam arrhabonem regni sui, quod est fructus ineffabilem, & æternorum bonorum, qua nec oculus videt, &c.

Quarta Obiectio est ex testimonijs Patrum Latinorum. Lactantius lib. 7. cap. 21. Nec quisquam putet animas post mortem protinus iudicari: nam omnes in una communique custodia detinentur, donec tempus adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen.

Victorius Martir in cap. 6. Apoc. Animas autem verisorum dicit se vidisse sub ara, id est sub terra. & inquit: In nouissimo tempore Sanctorum remuneratio perposita, & impiorum censura est damnatio.

Hilarius in Psalm. 138. super illud. Si descendero in Infernum ades. inquit. Hoc humana lex necessitas est, ut sepeliri corporibus anima ad inferos descendat. & ne putemus eum loqui de animabus impiorum, subdit. Quam legem Dominus ad consummationem veri hominis non recusauit, &c. & sensus illius est, quod ita necessarium est ut animæ sint in inferno, si in caro est in sepulchro, ut etiam hanc legem Dominus subire voluerit.

Prudentius in Hymno de exequijs defunctorum docet animas sanctas discedere ex hac vita in Paradisum terrestrem, siue in sinum Abrahæ quæ diues ille ardens longè conplexit.

Quanam regione iubebis?
Animam requiescere puram?
Gremio senis abdita sancti
Recubabit, ut est Eleazar,
Quem floribus vndique septum
Dives procul aspiciat ardens.
Patet ecce fideibus ampli
Vitalucida iam Paradisi.
Licet & nemus illud adire.
Homini quod ademerat anguis.

Ambrosius lib. 2. de Cain. cap. 2. Saluum à corpore anima, & post suam uitam huius, alibi futuri iudicij ambiguo suspenditur. Et lib. de bono mortis cap. 20. inquit. Satisfecerat illis dixisse animas in locum petere qui non videtur, quem latine Infernum dicimus. Et ibidem. Scriptura. Esdra habitacula animarum promptuarie nuncupat.

Augustinus lib. 1. Retract. cap. 14. inquit. De sanctis hominibus iam defunctis, utrum ipsi saltem discedo sine iam in illa possessione consistere: in terra queritur. Et in Epist. 3. ad Fortunatianum, exponens quædam verba Hierem. ait. In his verbis homini Dei nulla consideranda sunt: primogeni, quæ secundam ætatem faciem. De cetero in Angelos profecurum id est, quales Angelis facti fuerunt, quod xxi. utique in resurrectione mortuorum. Item in Enchiridion. 108. Tempus quod ante hominis mortem & resurrectionem interpositum est, animas in abditis receptaculis consistet. lib. 12. de Genesis cap. 37. quærit, quid opus sit animabus resurrectione corporis, si post

sunt sine carne videre Deum? Respondet. Minime dubitandum est, & raptam hominis à carnis sensibus mentem, & post mortem ipsam carne deposita, non sic videre posse incommutabilem substantiam, ut sancti Angeli vident. & lib. 12. de Ciuitate Dei cap. 9. Pars Cuiusmodi Dei qua coniungenda immortalibus Angelis ex mortalibus hominibus congregatur, nunc mortaliter peregrinatur in terris, vel in eis qui mortem obierunt, secretis animarum receptaculis sedibusque requiescit.

Et super Psalm. 39. inquit. Post uitam istam nondum eris ubi erunt Sancti, quibus dicitur: Venite benedicti Patri mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. non dum ibi non eris, quisiescis? Sed iam poteris ibi esse, ubi illius quondam ulcerosum pauperem diues ille superbus in medijs tormentis videt longè requiescentem, in illa requie certe securum expetebis iudicij diem.

Bernardus serm. 3. de omnibus Sanctis, ait. Aduersus istos, ni fallor, tres esse Sanctarum statum animarum; primum videlicet in corpore corruptibili; secundum in atrijs, tertium in domo Dei. & infra: In illam beatissimam Dei domum anima nec sine nobis intrabunt, nec sine corporibus suis, id est nec Sancti sine plebe, nec spiritus sine carne. Et sermone 4. exponens illud: Kida sub altare animas intersectorum, intelligit per altare Christi humanitatem, ac dicit, interim animas Martyrum esse sub altari, quia solum vident Christi humanitatem, post diem iudicij exaltandas esse super altare ad videndum Dei essentiam. interius, inquit, sub Christobutimansate saluiter Sancti quiescunt in quam nimirum desiderant etiam sancti Angeli prospicere, donec veniat tempus, quando iam non sub altare collocentur, sed exaltentur super altare. Sed quid dixi? Nunquid humanitatem Christi gloriam, non dicam hominum, sed vel Angelorum assequi quis poterit nedum superare? quomodo igitur modo super altare dixerim exaltandos eos qui nunc sub altari quiescunt? ratione utique & contemplatione, non prelatum. Ostendit enim tunc nobis filius, ut pollicetur est semetipsum, non in forma serui, sed in forma Dei ostendet etiam nobis Patrem & Spiritum sanctum, siue qua nunc ratione nihil sufficeret nobis.

Respondeo tertie, & quartæ Obiectioni vnica responsione; quod in huiusmodi materia dogmatica, Patrum sententias violentes vel artificiosè torquere, mihi incongruum & illicitum esse videtur, quapropter circa eorum sensum, meam proferam sententiam. Consideraui enim & legi quæ obijciuntur, & adhuc alia eorundem Patrum loca, & inueni eos, circa huius assertionis veritatem dubitasse: attamen firmiter non tenuerunt nec docuerunt animas iustorum non habituras claram Diuinæ essentie visionem, nisi post vniuersalem resurrectionem; sed aliquando hoc affirmauerunt, & quandoque oppositam sententiam docere videntur, ut patet in locis citatis in probatione nostræ Conclusionis. Res itaque eo tempore dubia iussit videtur, & pro vtraque parte probabilis: nec aderat Ecclesiæ definitio, quæ propter præter notam erroris poterant vtramque sententiam ut probabilis proponere.

Et quod ita sit, afferam locum Augustini lib. 1. Retract. cap. 10. tomo 1. vbi hoc manifestè testatur his verbis. Illud enim beatissimus facio quod ait: Tunc autem facio ad faciem, & tunc cognoscam sicut & cognatus sum. Qui hoc inueniunt, ipsi dicendi sunt in beatitudinis possessione consistere, ad quam ducit via fides.

Antiquus problema erat an in-
storum animæ
beate essent.

Tempore Augustini in iustorum animæ beatæ esset non erat definita.

fidei, quam tenemus, & quò sperando cupimus peruenire: sed quam sint illi beatissimi, qui iam sunt in ea possessione quo ducit hac via, magna questio est. Sed de Sanctis hominibus iam defunctis, utrum ipsi saltem dicendi sint iam in illa possessione consistere, moritò quaritur. iam enim corpore quidem corruptibili, quo anima aggrauatur, exiit sunt, sed adhuc expectant etiam ipsi redemptionem corporis sui, & eorum requiescit in spe, nondum in futura incorruptione clarescit. Sed utrum ad contemplandum cordis oculis veritatem, sicut dictum est, facie ad faciem, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus est disputando inquirere.

Patet ergò rem tempore Augustini non esse definitam, quia si definita esset, & pro certa res haberetur, nequaquam dixisset, *Non hic locus est disputando inquirere.* quia de rebus certis & definitis non licet disputando ex utraque parte veritatem inquirere. Et Confirmatur, quia idem Augustinus lib. Enchiridion ad Laurentium cap. 56. tomo 3. de Ecclesia actù Triumphante discurrens, tantum Angelos beatos in ea connumerare videtur: sic enim ait. *Ecclesia hic accipienda est non solum ex parte qua peregrinatur in terris à solis ortu usque ad occasum laudans nomen Domini, & post vetustatis captiuitatem cantans canticum novum: verumetiam ex illa qua in calis semper, ex quo condita est, cohaesit Deo, nec ullum sui casus malum experta est. Hac in sanctis Angelis beata persistit, & suæ parti peregrinantis, sicut oportet opitulatur: quia utraque una erit consortio aternitatis, & nunc una est vinculo charitatis.*

Tempore Ioannis Papæ XXII. res adhuc indefinita erat.

Et iuxtà hunc sensum Ioannes Papa XXII. de quo superius diximus, de hac veritate diseruit, nõ rem definiendo negatiuè, sed vt dubitabilem proponendo, vel vt dubiam & expressè indefinitam mouendo. Patres itaque vt plurimum dum Scripturas sacras exponebant, quæ videntur vnã partem huius questionis innuere, eandem partem vt probabilem exponebant; dum verò alia loca considerabant, quæ aliam partem innuere cognoscebant; aliam partem vt veritati consonam proponebant. Itaque ex Sententijs Patrum utraque pars probabilis elicitur. & dato quod aliqui partem negatiuam vt magis probabilem iudicauerint, hoc parum refert. Satis est eos communiter non fuisse negatiuæ sententiæ, cum partem affirmatiuam etiam docuerint, vt patet in probatione Conclusionis.

Huiusmodi autem & cuiuscunque veritatis definitio in rebus dubijs pendet à Cathedra Petri, seu ab Ecclesia simul congregata; cuius caput in terris eadem est cathedra, & hæc errare non potest docendo, imò est magistra veritatis, vt fusè dictum est lib. 1. & 2. de qua idem Augustinus inquit lib. cõtrà Epistolam Manichæi, quam vocant, fundamenti, cap. 5. tomo 6. *Ego verò Euangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesia non moueret auctoritas.*

Ecclesia autem post Ioannem XXII. pluries expressè definiuit hanc veritatem, quam ex Scripturis sacris quas superius posuimus, & traditionibus quas habebat, accepit. Cui, qui noluerit acquiescere, illud dicitur quod 1. Reg. 15. legitur. *Quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolite acquiescere.* hac igitur ratione Seditarij qui non acquiescunt, Apostata dicuntur, & filij Belial.

Quinta Obiectio. Iudicium & examen bonorum & malorum futurum est in nouissimo die, ergo præmia & pœnæ usque ad illum diem differuntur. Præterea, Anima Christi post separationem à Corpore non statim in cœlum, sed prius descendit ad inferos, & post resurrectionem carnis tandè in cœlũ ascendit: igitur & Sancti omnes post mortem, in inferno erunt usque ad resurrectionem: nam Christi requies, resurrectio, & ascensio, exemplar fuit nostræ quietis, resurrectionis & ascensionis: alioquin essent discipuli & serui supra Magistrum & Dominum.

Adde quòd anima & caro simul operantur tantà bona quam mala, igitur simul & non vnã finè alia puniri aut remunerari debet.

Denique, dæmones non dum puniuntur, sed puniendi reseruantur post diem Iudicij: nam idcirco dicebant Christo: *Venisti huc ante tempus torquere nos.* Matth. 8. & deprecabantur eum, ne imperaret illi ut in abyssum ueniret. Lucæ 8. ergo idem fiet de hominibus: si autem impij non puniuntur, certè neq. pij remunerantur.

Hæc Obiectio quatuor instantias continet. ad primam respondeo duplex iudicium fieri bonorum & malorum; particulare & prius vnũ, & publicum aliud: primum fit cum homo moritur, seu cum Anima à corpore separatur: & aliud cum Saluator veniet iudicare cum Angelis suis, & cum congregabuntur ante eum omnes gentes, &c. vs. habetur Matth. 25. & alibi pluries: in priori, anima tantum comparet in iudicio: in posteriori verò anima simul cum corpore, in priori datur bonis vnã stola gloriæ, quæ dicitur essentialis: in posteriori additur alia stola gloriæ quæ dicitur consubstantialis; quia corpus etiam glorificatur: in priori recipitur pars præmij & retributionis: in posteriori verò, totum præmium, & vniuersa retributio, quæ in via promerita fuit: in priori merces datur quæ omnibus non est nota: in posteriori verò datur retributio coram omnibus creaturis: quod spectat ad gloriam accidentalem Christi Domini & omnium iustorum. Quod etiam mutatis mutandis dicendum est de iudicio malorum.

Nunc ad argumentum: Iudicium & examen bonorũ & malorum futurum est in nouissimo die: verum est de publico iudicio in ordine ad vniuersale præmium animæ & corporis, non autem de particulari iudicio respectu primæ stolæ gloriæ quæ dicitur essentialis, de qua legitur. Apoc. 6. & data sunt illis singula stola alba. Cum infert, ergo præmia & pœnæ usque ad illum diem differuntur, verum est de præmio vel pœna totali, scilicet animæ & corporis simul: falsum est autem de præmio & pœna particulari, quæ datur animæ soli. elicitur hoc manifestè ex illo Luc. 16. vbi legitur animam Epulonis accepisse retributionem pœnæ antè iudicij finalis diem. Et licet anima Abraham, de quo ibi fit sermo, non acceperit particulare præmium visionis beatificæ: id euenit quia nemo veterum Patrum ante Christum Regem gloriæ, beatitudinem & clarã Dei visionem assequi debebat. nam incongruum erat, non soluxo pretio redemptionis accipere fructum vltimum & perfectiorem illius: & ante glorificationem capitis, membra cætera coronari.

Nec valet quod Græci dicunt, id quod Lucæ 16. legitur non esse historiam, sed parabolam rerum futurarum; & ad maiorem efficaciam narrari futu-

Duplex iudicium fit de omnibus. primum dicitur particulare. secundum vniuersale.

tanquam presentia. quia, ut optimè Card. Bellar. loco cit. cap. 6. notauit, ibi ponuntur nomina propria scilicet Lazari & Abraham, quod non fit in parabola. nec verba illa accommodari possunt ad res futuras, nam dicitur ibi. *Rogo te Pater Abraham ut mittas Lazarum ad fratres meos, &c.* & Abraham ad illum. *Habens Moysen & Prophetas, audiant illos:* hæc autem repugnant fieri post finale iudicium, ut patet: huiusmodi ergo parabola super falsam narrationem rei impossibilis inniteretur, quod indeces & incongruum est asserere; destrueretque ipsam parabolam, & redderet significatum illius inefficax & insulsum. est ergo historia, ut asserunt Ambrosius in cap. 16. Luc. Hieronym. in lib. 2. in Iouinianum. Augnst. de cura pro mortuis c. 14. & Greg. lib. 4. Dialog. cap. 29.

Retorquetur
Obiectio.

Ad secundam instantiam respondeo illam contra arguentes retorquendo sic. anima Christi Domini habuit visionem beatam antequam iterum corpori vniretur, cum Christus resurrexit. & post resurrectionem vtramque stolam gloriæ habuit, ergo pari modo animæ iustæ quæ Christum sequuntur, cum à corpore exeunt habent visionem beatam, & cum iterum corporibus suis vnientur, vtramque stolam gloriæ recipient.

Volenti non fit
iniuria sed nolenti.

Ad tertiam instantiam dico, utiq; animam & carnem simul vel benè vel malè operari, ergo vna sine alia puniri vel præmio affici non debet, falsa est sequela: ratio falsitatis adducitur à Card. Bellar. loco cit. quia nulla fit iniuria si anima sine corpore beatificetur, nam anima & corpus non sunt duo supposita, ut sūt duo sodales, itaut vni fiat iniuria, si prius altero remuneretur, sed sunt vnum suppositum tantum ex duabus partibus compositum; hoc autem suppositum mauult secundum alteram partem interiri beari, quàm secundum neutram, & proinde ei nulla fit iniuria, quæ volenti non fit, sed inuito.

Ad quartam & vltimam, Respondeo omnes demones de facto puniri; nam omnes primùm habent pœnam damni, quæ est carentia diuinæ visionis, Secundo, habens tristitiam, quæ ex re nolita, quæ inest, oritur; sciunt autè se esse igni damnatos, cuius damnationis continua consideratio illis affixa, vehementem causat mœstitiam: nam dæmonum plurimj actu cruciantur in igne ut legitur Isaïæ cap. 14. *Veruntamen in infernum detraheris in profundum lacu, & Apoc. 20. Vidi Angelum descendentem de Cælo habentem clauem abyssi & casenam magnam in manu sua: & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit & signauit super illum ut non seducat amplius gentes, &c.* ceteri autem igne torquentur, licet non detineantur in inferno tanquàm in carcere, quia permissum est eis bellum facere nobiscum, ut legitur ad Ephel. 6. *Induite vos armaturam Dei ut possitis stare aduersus insidias diaboli; quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia, in cælestibus. propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare, &c.* Cum igitur omnes pœnam semper habuerint, consequens est ut iustorum animæ post Ascensionem Christi semper præmium æternæ beatitudinis habeant.

Dæmones de facto
cruciantur.

Ad illud, *venisti huc ante tempus torquere nos: & depracabantur eum, ne imperares illis ut in abyssu ærens.*

Dico proculdubio maiorem pœnam habere eos qui sunt in abyssu, quam hi qui ibi non sunt adhuc, saltem ratione carcerationis: & hac ratione nolebant, seu in abyssu ire timebant: non sequitur tamen ex hoc, demones qui in abyssu non sunt pœnam non habere, & non torqueri, sed non adeo grauem ut illi qui iam ibi sunt, & sicut tunc cum ibi omnes erunt. imò locus iste est contra arguentem. Nam si maior pars dæmonum actu est in inferno & in abyssu, quo singularis illæ dæmon mitti timebat, ante diem iudicij; ergo & animæ iustorum antè diem finalis iudicij erūt in gloria. Conseq. probatur, quia Deus non est magis pronus ad puniendum quàm ad præmiandum, si ergo punit malos in Inferno antè diem iudicij, beatificabit pariter iustorum animas ante vltimi iudicij diem: stante Christi Domini capitis Ecclesiæ glorificatione.

Retorquetur
Obiectio.

DISPUTATIO II.

De Canonizatione Sanctorum qua fit ab Ecclesia: ac de eorum cultu.

Canonizationem Sanctorum, quæ est Ecclesiæ solemnis testificatio de vera sanctitate, & æterna beatitudine particularis personæ, quæ ex præfenti sæculo migravit: ad Summum Pontificem, vel ad Concilium Generale legitime congregatum tantum spectare, indubiatum esse debet apud omnes, ut infra probabimus. Ipsa autem iurè fit ab Ecclesia, duplici capite, primò, quia sic à Spiritu sancto, quæ illius clauis regit, & carbasum implet, docetur: ut qui in agone præfenti fortiter contra spiritualia nequitia certauerunt, tanquam lucernæ in caliginoso loco luceant his qui in hoc exitioso bello adhuc dimicant. de cuius periculo dicebat Paulus Rom. 7. *In-felix ego homo, qui me liberabis de corpore mortis humani?* Et Petrus Epist. 1. c. 5. *Quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret: cui resistite fortes in fide.* Secundo propter exemplum & doctrinam sacrarum Scripturarum, quæ hoc æquum ac dignum esse, & nobis vile, qui socij sumus passionis eorum, manifestè significane.

Canoniz. Sancto-
rum quid fit & ad
quem spectet.

Nam Ecclesiast. 39. legitur. *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabis, &c.* Non recedet memoria eius, & nomen eius requireretur à generatione in generationem. *Sapientiam eius enarrabunt gentes. & laudem eius enuntiat Ecclesia.* Et cap. 44. *Laudemus vros gloriosos & parentes nostros in generatione sua. multam gloriam fecit Dominus magnificentiâ suâ à sæculo, &c.* Omnes isti in generationibus genti suæ gloriæ adapti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. *Qui de illis nati sunt, reliquerunt nobis narrandi laudes eorum: & sunt quorum non est memoria: perierunt quasi qui non fuerint: & nati sunt quasi non nati, & filij ipsorum cum ipsis. Sed illi vni misericordia sunt, quorum pietas non defuerit: cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, &c.* Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem. *Sapientiam ipsorum arrepta populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia.* & ad Heb. cap. vltim. *Memento præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum*

Canoniz. Sancto-
rum duplici ratio-
ne fit ab Ecclesia.

lum Dei: quorum insuenses exitum conversationis, imitandi fidem. Hinc est quod Eleazarus 2. Macchab. 6. dicebat. *Quamobrem fortiter vita excedendo, senectute quidem dignus, apparebo, adolescentibus autem exemplis sorte relinqua si prompto animo ac fortiter pro gravissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar.* Quod etiam Saluator noster docuisse videtur, cum dixit Lucæ 8. *Nemo autem lucernam accendens operis eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen.* & Matth. 5. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Domus autem Ecclesia Dei est, de qua legitur Psalm. 92. *Domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierum,* & Isaia 56. & Marci 11. *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Lucerna autem iusti sunt, unde de Ioanne prædixit David Psalm. 131. *paravi lucernam Christo meo.* quapropter de eodem dixit Saluator, Ioan. c. 5. *ille erat lucerna ardens & lucens.* & Matth. 5. Apostolis suis dixit. *Vos estis lux mundi.*

Cum ergo debeamus sanctos laudare eorumque opera imitari, necessarii sequitur, ut manifesti ac noti esse debeant qui inter cæteros tales sunt, hoc autem facit Ecclesia Sanctos canonizando; & quia iudicium eius non tantum in fide & moribus, verum etiam in his quæ ordinem dicunt ad fidem & mores est indeuicibile ac infallibile, ut dictum & probatum est lib. 1. & 2. Hinc est quod iure hanc potestatem assumit testificandi multorum veram vitæ sanctitatem ac gloriam.

Accedit insuper nostra utilitas; nam cum scimus qui sint sancti ac beati, seu ciues cælestis Hierusalem & domestici Dei, eos solemni in Ecclesia inuocamus, ut in sequenti disputatione dicemus.

Qui fuerint primi hæretici circa cultum Sanctorum.

Cognitis ergo & manifestis his qui ab Ecclesia Militante ad Triumphantem transierunt, vel ex Scripturis sacris vtriusque testamenti, quæ multos canonizant ac beatos, esse testantur, vel per iudicium Ecclesie, quod in huiusmodi rebus est infallibile, sequitur ut aliquis cultus eis exhiberi debeat, cum sint domestici Dei, eiusque familiares, ut semper Catholica Ecclesia fecit. Contra quam consuetudinem olim intravit quidam Eustachius, ut habetur in Conc. Gangrensi celebrato tempore Siluestri Papæ anno Domini 324. in Paphlagonia Asia minoris, à quo Concilio præfatus Eustachius damnatus fuit ob plurimos errores quos supereminauerat, ut in Epistola eiusdem Concilij legitur. Postea Vigilantius, sacerdos quem scripsit S. Hieron. tomo 2. deinde Wicleffus, apud Waldensem tomo 3. de Sacramentalibus titul. 13. postremò Lutherus in libris ad Waldenses. & Caluinus lib. 2. Inst. c. 11. §. 11. & cap. 12. §. 1. & 2.

Honor duplex, & quid sit.

Pro catholice veritatis intelligentia considerandum est quod huiusmodi cultus in Scripturis sanctis per has voces declarari solet, scilicet, honorare, reuereri, adorare, laudare, & glorificare: quæ omnia ad honorem tanquam ad Genus reducuntur, qui ut ait Arist. 4. Ethic. cap. 3. est signum quoddam & protestatio excellentiæ in illa persona cui tribuitur. & quia hæc excellentiæ in aliquo potest esse duplex, moralis, & supernaturalis; hinc oriuntur primæ duæ species honoris, quarum prima dicitur honor ciuili, secunda verò dicitur adoratio, non improprie sumpta, quæ coincidit cum honore, sed proprie quæ cultum sacrum præfert, & quia huius obiectum

est supernaturalis excellentiæ, quæ duplex est: indè fit ut adoratio dupliciter diuidatur. nam hæc supernaturalis excellentiæ, vel est infinita & participata, ut in Deo, & tunc adoratio illi debita dicitur latria: vel est participata & finita, qualis est illa Sanctorum, & adoratio illi debita dicitur dulia: quæ adhuc distingui solet; quia inter sanctos aliqui sunt qui maiorem habent sanctitatis excellentiam, ut Beata Virgo: sed hoc pro nunc partim facit ad rem. Vtraque autem est virtus moralis, formaliter in voluntate exiitens, licet supponat cognitionem illius cui talis actus debetur; estque species virtutis iustitiæ, quia datur alteri quod ei exhiberi debet. Addit ergo adoratio super honorem (qui est excellentiæ moralis in aliquo protestatio) piam humiliationem & submissionem, secundum Damasc. orat. 1. de Imaginibus. Unde adoratio est actus voluntatis aliquo signo externo adiunctus, quo honoramus & veneramur alterum, nosmet illi submitendo tanquam superiori & excellentiori in rebus supernaturalibus.

Adoratio quid sit.

Ratio autem catholicos Doctores cogit ut distinguat vocem adorationis in duliam & latriam, quia cum etiam sancti adorandi sint, ut infra probabimus, iuxta antiquam Catholicæ Ecclesie consuetudinem: nec tamen ut Deus adorari possint, quia vnus est Deus infinitam habens omnis bonitatis excellentiam: nec illa veneratio sit ciuili, quia nobiscum non conuersantur, nec id eis fiat ob excellentiam in virtutibus moralibus, vel donis naturalibus; qua ratione datur alicui honor: sequitur ergo ut alia species adorationis esse debeat, quæ sit longè minor illa quæ Deo datur: & maior honore ciuili, qui ob moralem & naturalem excellentiam alteri tribuitur.

Prima Conclusio. Ad Summum Pontificem, vel Generale Concilium legitime congregatum, spectat factos canonizare, apud quos residet potestas iudicandi indeuicibiliter, & procul ab omni errore, in doctrina fidei & morum: sed huiusmodi potestas est tantum in Summo Pontifice, & in Concilio Generali, ergo ad Summum Pontificem & ad Conc. Gener. spectat tantum Sanctos canonizare.

Ad Summum P. rificem vel ad Generale Conc. spectat sanctos canonizare.

Maior probatur, Canonizare Sanctos est certam facere Ecclesiam de infallibili possessione beatitudinis illorum, de vera sanctitate operum habita in vita presenti, & de veritate signorum & prodigiorum, quæ per intercessionem talium Sanctorum Deus operatur: eo magis quia ad fideles decipiendos sæpè satanas transformat se in Angelum lucis, ut monet Apost. 2. Cor. 11. à quo etiam liberari petebat David Psalm. 90. *A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris: ab incursu & demone meridiano.* demoniū autem meridianum illud est, de quo loquitur Apost. hoc. cit. at nemo potest indeuicibiliter docere Ecclesiam, nisi Summus Pontifex, & Concilium Generale legitime congregatum, ergo ad eos tantum hoc munus spectat. minor manet probata lib. 1. disp. 5. & lib. 3. disput. 6.

Secunda Conclusio. Iudicium Apostolicæ Sedis, vel Con. Generalis in canonis. Sanctorum est infallibile. Probatur, Impium est asserere Deum non assistere Ecclesie suæ, ut vniuersaliter errare possit, ut demonstratum est lib. 1. disp. 5. sed si Papa vel Conc. Generale non iudicaret infallibiliter circa canonizationem Sanctorum, hoc sequeretur, ergo non est dicendum iudicium Apostolicæ Sedis vel Concilij Generalis in Canonizatione Sanctorum esse fallibile.

Iudicium Pape & Conc. Generalis in canonis. Sanctorum est infallibile.

bile. Minor probatur, quia Ecclesia eos adoraret ut Sanctos & Dei amicos ac familiares, qui indigni essent tali adoratione, & Dei inimici existerent, eosque inuocaret ut intercederent apud Deum, qui nec seipfos iuuare possent: quod proculdubio erroneum esset. Deus autem qui sponsam suam Ecclesiam diligit, sic errare communiter nunquam permetteret: cum de illa dixerit Apost. 1. Tim. 3. quod *columna est & firmamentum veritatis.*

Dices, Deus assistit Ecclesie suae ne erret, nec errorem docendo proponat, cum ea quae sunt necessaria discutit, & docet: at Sanctorum Canonizatio parum refert.

Contra: æquum est Sanctos & Beatos laudare, honorare, & vtile est eos inuocare, eosque ut exemplaria sanctitatis, Ecclesie proponere; ut legitur in Scripturis Sanctis ab initio citatis, ergo multum refert eos canonizare, quia aliter certo scire non possumus, qui sint illi, quos laudare, honorare, inuocare, & imitari debemus.

Ad suscipiendam verò reuerenter, & piè parendum in omnibus quae Ecclesia Catholica operatur & docet, in memoriam reuocare non est inutile quod August. vir doctrina & sanctitate eximius dicit lib. contra Epistolam Manichæi, quam vocant fundamenti, cap. 5. tomo 6. *Ego verò. Euangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesia non moueret auctoritas: quibus ego obtemperavi dicentibus, credite Euangelio: cur eu non obtemperem dicentibus mihi, noli credere Manichæo?* Cum ergo August. Euangelio crediderit, ob auctoritatem Ecclesie, nunquid non crederet Ecclesie Canonizanti Sanctos? utiq; crederet: quia Ecclesia dum suo munere fungitur, spiritum habet paraclytum, qui illam docet omnem veritatem. Ioan. 14.

Confirmatur Conclusio per id quod legitur in Conc. Generali Chalcedonensi, ubi Flavianus Episcopus iniuste priuatus Episcopatu, ac tyrannicè occisus, ut Sanctus cum Christo regnans declaratur: nam Act. 11. dixit Episcopus Sebastopolis. *Flavianus post mortem visus; martyr pro nobis oras.* etenim si Ecclesia potestatem non haberet iudicandi infallibiliter de beatitudine Sanctorum, erronea & prophana fuisset vox illa, sicut etiam consensus totius Concilij 630. Patrum, quod Vniuersalem Ecclesiam representabat.

Tertia Conclusio. Sancti cum Christo regnantes, merito adorandi sunt ab Ecclesia. Probatur, Ioannes Apostolus adorauit Sanctos Angelos; Apoc. 19. *& cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum, & cap. vlt. Et postquam audissem & vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hac ostendebat: & dixit mihi: Vide ne feceris: conseruum enim tuum sum & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui seruant verba prophetia libri huius: Deum adora.* ergo Sancti sunt adorandi. Conseq. tenet, quia quæcunq; opere & doctrina docuerunt Apostoli proculdubio faciendæ sunt.

Præterea, non est discrimen aliquod in hoc genere inter homines Sanctos & Angelos beatos, quia, utriusque amici Dei sunt, utriusque creature, utriusque participationem habent quidquid boni & sanctitatis possident.

Dices pro Sectarijs: Ioannes monitus fuit ab Angelo ne hoc faceret, nam legitur ibi: *& dixit mihi: Vnde ne feceris: conseruum tuum sum & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu, Deum adora.* ergo non

debemus imitari Ioannem in re huiusmodi. ineptissimè & inaniter.

Nam Apostoli errare non poterant nec opere, nec doctrina, propter particularem assistentiam Spiritus sancti, aliter possemus dubitare super ea quae scripserunt, si errare potuissent; quod impium & iniquum est asserere. ideoque Apostolus dicebat ad Rom. 8. *Nos ipsi primitias spiritus habentes.* & 1. Cor. 7. *Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.* & ad Rom. 8. *Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritus nostro quod sumus filij Dei.* Vnde paulò post. inquit. *Quis ergo nos separabit à Charitate Christi? tribulatio an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Principatum, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit non separare à charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.* & Ioan. 14. *Paraclytum autè spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecunq; dixerit vobis.* c. 16. *Cum autè venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* vanū est ergo asserere Angelū mouisse Ioannem ut eum ab errore liberaret.

Recusauit autem Angelus Ioannis adorationem ob eximiam dignitatem Apostolorum: ideo dixit, *conseruum tuum sum & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu;* id est aliorum Apostolorū, quibus testificari de Iesu mandatum fuerat à Deo, ut legitur Act. 2. *Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus.* & c. 10. *Hunc Deum suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.* Quid ergo inter homines dignius Apostolis, qui etià Angelos iudicabunt? dicente Paulo 1. Cor. 6. *Nescis quoniam Angelos iudicabimus?* & Psal. 46. *Quonia diu sortes terra vehementer eleuata sunt.* & Psal. 138. *Mihi autè nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.* de illis enim amicis Dei loquitur Propheta, quibus dixit Saluator Ioan. 15. *Iam non dicam vos seruos: dixi amicos, quia omnia quaecunq; audiui à Patre meo, nosa feci vobis.* Hæc itaque est vera causa, cur Angelus adorationem Ioannis recusauit ac renuit.

Imò quia Sectarij dicunt adorationem quam Ecclesia Catholica Sanctis exhibet, esse idololatriam, sequeretur Ioannē tunc idololatrassè, vel idololatrare voluisse, cum Angelū adorauit, vel adorare voluit: quod quam impium sit & insanum, prudens lector dicat. sequitur ergo à primo ad vltimum, Sanctos adorandos esse, cum sic Ioannes Apostolus opere, & scriptis nos docuerit: velint nolint Sectarij.

Sed dices, Angelus non tantum dixit, *conseruum tuum sum & fratrum tuorum Prophetarum,* sed omnium iustorum quia dicit, *& eorum qui seruant verba prophetia libri huius:* ergo non respexit ad dignitatem Apostolicam, cum adorari noluit à Ioanne, sed simpliciter eum docuit neminem debere adorare conseruum suum licet glorificatum.

Respondeo; negando sequelam, quia licet dixerit se conseruum omnium iustorum, tamen illi & sibi similibus prohibuit huiusmodi adorationem non autem alijs fidelibus. patet hoc, quia vltimò dixit: *Deum adora,* singulariter hoc Ioanni prohibuit, & non omnibus: aliter dixisset, *Deum adorate,* vel *Deum adorent.*

Occurrit Sectario
non desellitur.

Cur Angelus re-
cusauit adoratio-
nem Ioannis.

Apost. dignitas
quanta sit.

Occurrit relictus

Testimon. solem-
ne Conc. Chalce-
donensis.

Sancti cum Chri-
sto regnantes sunt
adorandi.

Iohes apparuit
Angelum.

Secundò probatur Conclusio per illud quod legitur Iosue 5. *Cum autem esset Iosue in Agro Vrbis Iericho leuauit oculos & vidit virum stantem contra se euaginatam tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noster es an aduersariorum? Qui respondit: nequaquam: sed sum Princeps exercitus Domini, & nunc venio. cecidit Iosue pronus in terram: & adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad seruum suum? Solue inquit calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas sanctus est. fecitque Iosue ut sibi fuerat imperatum.*

Quibus stantibus sic argumentor. Iosue adorauit Angelum, nec fuit reprehensus, imò talis actus adorationis tibi persuaderetur, & laudatur, ergo laudabile est adorare Sanctos.

Saul Rex adorauit
Samuelem.

Tertiò probatur 1. Reg. 28. *Dixitque ei mulier: Quem suscitabo tibi? qui ait, Samuelem mihi suscita. Cum autem audisset mulier Samuelem exclamauit voce magna, & dixit ad Saul: quare imposuisti mihi? tu es enim Saul. dixitque ei Rex: noli tueri: quid vidisti? & ait mulier ad Saul: Deos vidi ascendentes de terra. dixitque ei: qualis est forma eius? qua ait: vir senex ascendit & ipse amictus est pallio. & intellexit Saul quod Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit. Dixit autem Samuel, &c.*

Certum est autem Samuelis veram animam fuisse quæ ibi apparuit, non tantum quia sic Patres communiter sentiant, verum quia textus ipse Scripturæ hoc manifestat; nam dicit, *dixit Samuel ad Saul: quare inquietasti me ut suscitarem. & postea, quid interrogas me cum Dominus recesserit à te, & transferis ad amulum tuum? faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scies Regnum tuum de manu tua & dabis illud proximo tuo David, &c.* testatur ergo, verè fuisse Samuelem, nec aliquod verbum habet textus ille, vt moneat Angelum bonum vel malum pro Samuele talia locutum esse. Addè quod in lib. Ecclesiast. cap. 46. in laudibus Samuelis ponitur quod post mortem prophetauerit. *Dilectus à Domino Deo suo Samuel Propheta Domini, renouauit imperium, & vixit Principes in gente sua, &c. & post hoc dormiuit & notum fecit Regi, & ostendit illi finem vite sue & exaltauit vocem suam de Terra in prophetia delere impietatem gentis. Nulla autem laus esset Samuelis si dæmon in eius forma, futura prædixisset.*

His stantibus dico sic. Rex Saul adorauit animam sancti Samuelis, nec à Scriptura reprehenditur: nec fuit ille honor ciuiliis qui inter viuos exhibetur, quia dicit textus, *inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit.* quæ verba cultum proculdubio annunt: ergo & nos debemus adorare sanctos ac beatos.

Filii Prophetarum
adorauerunt Eiseum.

Quartò probatur 4. Reg. cap. 2. sic legitur. *Videntes autem filij Prophetarum quierant in Iericho & contra dixerunt: requieuit spiritus Elisei super Eliseum. & venientes in occursum eius adorauerunt eum proni in terram. non est dicendum hanc fuisse adorationem ciuilem, quia causa adorationis ponitur sanctitas Elisei, ergo de religiosa adoratione loquitur; licet igitur Sanctos adorare, quia sic filij Prophetarum fecerunt nec à Scriptura sacra de huiusmodi actu reprehenduntur.*

Caluinus lib. 1. instit. cap. 11. §. 11. & cap. 12. §. 1. & 2. distinguit honorem in ciuilem, quo honoramus sapientes & potentes, & in religiosum, quo

honoramus Deum: & subdit quod Angelis & Sanctis non conuenit honor ciuiliis, quia nobiscum non conuersantur: nec religiosus, quia est cultus solus Dei. Cum autem, inquit, legitimus in Scripturis honorem erga aliquos, de honore ciuili intelligendum est. exempli gratia, cum Abraham Gen. c. 23. adorauit filios Heth. & Iacob fratrem suum Esau, cap. 33. & filij Iacob cum adorauerunt Ioseph, c. 43. sed ineptissime.

Quis enim non videt adorationes quas supra citauimus, & ad probandam nostram conclusionem, assumptimus, non esse honores ciuiles; cum factæ fuerint ob sanctitatis excellentiam & donorum supernaturalium reuerentiam? quapropter Iosue 5. dixit Angelus, *Solue calceamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas sanctus est.* Nec Angelus à Ioanne Apoc. 19. reuocatur adorari ciuilitate, quia id prohiberi non debet etiam inter pares, & amicos, ac domesticos. sed religionis honorem recusauit, considerans excellentiam ac dignitatem Apostolicam. Ioannestamen Angelum adorans docet honorem religionis Angelis & Sanctis exhibendum esse. sanis patet.

Caluini occursum
refellitur.

Quintò probatur veterum Sanctorum Patrum testimonio. August. lib. 21. contra Faustum c. 21. tomo 6. ait. *Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad salutem pro Evangelica veritate passionem paratam esse sentimus. sed illo tanto deuotius, quanto securius post incerta omnia superata. quanto etiam fidentiore laude predicamus, iam in vita feliciore victores, quam in ista adhuc vsque pugnantes. at illo cultu qui Græcè latría dicitur, latine uno verbo dici non potest, cum sit quadam propria diuinitati debita seruitus nec colimus nec colendum docemus nisi unum Deum.*

Testim. veterum
SS. Patrum.

Chrysostomus Hom. 45. in cap. 23. Matth. tomo 2. ait. *Nam etsi patres Iudaorum mortui sunt, tamen filij eorum viuunt, qui Prophetas quidem & martyres colunt, filios autem Prophetarum & martyrum persequuntur mortuorum Sanctorum cultores, & viuorum persecutores, &c.* Si autem martyres colunt quasi qui verum confessi sunt fidem, quare persequuntur eos qui fidem eorundem Prophetarum & martyrum consentent? &c.

Et Hom. 66. ad populum Antiochenum prope finem tomo 5. ait. *Tu verò mihi sepulchrum ostendas Alexandri, & profer diem quo vitam finiuisti. Sed nihil horum insigne, sed omnia destructa sunt & exterminata: Christi vero seruorum & sepulchra clara sunt, regiam affertur ciuitatem, & dies notissimi mundo festam afferentes lætissimam, & illius quidem loculum & proprii nesciunt; horum autem scimus & barbari. & seruorum crucifixi sepulchra regis aulis sunt clariora, non magnitudine & adificiorum pulchritudine (nam & in hoc quidem superant): sed quod multò maius est conuenientium studio. nam & ipse qui purpuram indutus est accedit illa complexurus sepulchra, & facta deposito stat Sanctis supplicaturus, ut pro se apud Deum intercedant, &c.*

Hieronymus aduersus Vigilantium post initium, tom. 2. inquit. *Dolet Martyrum reliquias præioso operiri velamine, & non vel pannis, vel cilicio colligari, vel prohi in sterquilinum: ut solum Vigilantium ebrius & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus quando Apostolorum Basilicam ingredimur? sacrilegi sumus Constantinus Imperator, qui sancti reliquias Andree, Iacobi,*

ea, & Timothei transfuitis Constantinopolim, apud quas Dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilanti illorum se sentire præsentiam confitentur? sacrilegus dicendus est? & nunc Augustus Arcadius, qui ossa Beati, Samuelis longo post tempore de Iudæa transfuitis in Thraciam? Omnes Episcopi, non solum sacrilegi, sed & facti iudicandi quærem viliissimam, & cineres dissolutos in serico & vase aureo portauerunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi qui occurrerunt sanctæ reliquijs & tanta lætitia, quasi præsentem viventemque Prophetam cernerent susceperunt, ut de Palestina usque Chalcedonem iungerentur populorum exanimæ, & in Christi laudem una voce resonarent?

Gregorius lib. 5. Epistoliarum, Epist. 151. ad Romanos Francorum. inquit. Atque idea congruo honore vestram Excellentiam saluantes, indicamus latore præsentiam Leuparico, quem vos esse Presbyterum scripsistis, per quem eloquia vestrarum suscepimus litterarum, reliquijs nos Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli iuxta Excellentiam vestra petitionem cum ea veneratione qua dignum est præbuisse: sed ut in vobis magis magisque laudabilis & religiosa possit clarere devotio, prouidentiam vobis est, ut sanctorum beneficia cum reuerentia & debito honore condantur.

Contra primam Conclusionem, Obiectio. Tempore antiquo seu in prioribus Ecclesiæ sæculis, nec Summus Pontifex nec Concilium Generale aliquem sanctum canonizauit, sed in singulis Diocæsis ab Episcopis id factum est; ergo hæc potestas, seu hoc ius non est proprium Summi Pontificis, vel Concilij Generalis.

Respondeo hanc obiectionem non probare ad Concilium Generale & ad Summum Pontificem, non spectare sanctos canonizare, eo quod ius quod habent aliquando non exercuerunt, & hi, ad quos minus spectat, tale munus assumpserunt. sed potius causam petit, cur ab initio simplices Episcopi id fecerint, ut patet ex S. Cypriano lib. 3. Epist. 6. quibus nunc non licet ob prohibitionem factam ab Apostolica Sede. Ad quod respondemus, Episcopos ab initio consueuisse Martyrum passionem, & consummationem notare, & causam passionis investigare seu inquirere, quia in eorum diocæsis Martyrium consummabant, vel quia oues erant illius Diocæsis: quibus legitime probatis, eorum memoriam, in sacrificijs, quæ Deo offeruntur, faciebant, & diem natalem illorum singulis annis celebrabant, ut Cyprianus asserit loco citato: at quia in particularibus Diocæsis paulatim abusus aliqui ob negligentes Præsules Ecclesiæ oriri cæperunt, ut scribit Sulpitius in vita S. Martini de quibusdam qui pro sancto, hominem quendam colere cæperant cuius anima in Inferno cruciatur, ut S. Martino reuelatum est. & tempore Alexand. III. ut patet in cap. *Audiuimus*, extra de Reliquijs & Sanctorum veneratione. Quidam pro Martyre hominem quendam in ebrietate occisum venerari cæperant. Sedes Apostolica hoc munus sola assumpsit: quæ maiori diligentia vniuersalem Ecclesiam regit, & maiori Spiritus sancti assistentia gubernatur, tanquam omnium particularium Ecclesiarum caput, mater, & Magistra: adeo quod longè est ab illa omnis error & falsitas ut lib. 1. disp. 5. & lib. 3. disp. 6. satis dictum est.

Contra secundam Conclusionem Obiectio. August. inquit. Multorum corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna.

Respondeo quod debet citari locus in quo Au-

gustinus hæc scripsit: ut videamus an de sanctis loquatur, vel de alijs quorum corpora honorantur, vel quia fuerunt Docti, vel nobiles, vel ob fortitudinem bellicam, &c. vel de Sanctis ab Ecclesia non approbatis, sed tantum sic secundum vulgè existimationem nuncupatis. nam affirmare non licet Augustinum, aliquid docuisse, nisi proferatur in quo loco; multos & plurimos libros ipse scripsit quos omnes pluries præ manibus habui nec omnes iterum percurrere ad petitionem obiectionis debeo: quapropter negatur id ab Augustino dici. qui obijcit inueniat.

Contra tertiam Conclusionem prima Obiectio ex Caluino loco supra citato. Non datur nisi duplex honor, ciuilis scilicet, & religiosus, seu spectans ad virtutem religionis; primus viget inter viuos, in signum excellentiæ de aliqua virtute in aliquibus: nec sanctis, qui longè distant à nobis, nec nobiscum conuersantur, competit; secundus soli Deo competit, ergo ex nullo capite possumus, seu debemus Sanctos, qui non sunt amplius inter nos, honorare, vel adorare.

Respondeo falsum esse assumptum, insufficientis enim & manca est talis diuisio, si ibi terminum accipiat; nam honor vel est ciuilis, qui ob dona naturæ, vel iuxta vires naturæ acquisita, datur: vel sacer, qui ob supernaturalem excellentiam tribuitur: & hæc quia duplex est, participata & à Deo recepta, vel est illa Sanctorum; vel imparicipata & per essentiam, ut in Deo, hinc distinguitur adoratio in eam, quæ Deo debetur, & illam quæ Sanctis ac Beatis exhiberi debet, ut superius dictum est. ideoque inanis est Obiectio, cum ex insufficienti diuisione ortum ducatur: id enim ex doctrina Sacrarum Scripturarum habemus; nam Abraham ciuilem honorem exhibuit filijs Heth, Genes. cap. 23. & Iacob fratri suo Etan, cap. 33. & Ioannes Apocal. 19. sacrum honorem exhibuit Angelo. Similiter Iosue cap. 5. & Saul Samueli 1. Reg. 28. de honore autem qui soli Deo debetur, exemplata habemus 1. Tim. 1. *Soli Deo honor et gloria.* & Matth. 4. vbi Saluator dixit Sætanæ diuinam adorationem petenti. *Dominum Deum tantum adorabis, et illi sol seruies.* insufficientis ergo est diuisio quam Caluinus assignat, & verissima quam nos Catholici docemus, cum habeatur in Scripturis.

Secunda Obiectio ex Caluino. Si Sanctis debetur cultus aliquis religionis, is dulcia esset, & non lætæ ut Catholici docent, at ineptum est dicere, sanctos coli, & nõ lætia quæ esset colere sine cultu. Deinde præ est dulcia, quam lætia, quia dulcia est seruitus, & lætia est cultus, minus autem est colere aliquem, quam ei seruire, colimus enim pares ut amicos, collegas; non seruimus autem nisi Dominis.

Confirmatur Obiectio ex Valla & Beza in annotationibus ad cap. 4. Matth. Dulcia & lætia in Scripturis idem significant, & pari modo interpretatos Scriptores; nam Leuit. 23. vbi legitur, opus seruire non facietis, Græcè est lætia: & illud Rom. 7. ut seruimus in nouitate spiritus, Græcè legitur dulcia, ergo lætia & dulcia idem in Scripturis significant. Item apud Xenophontem lib. 3. Cyropædæ ponitur lætia pro obsequio ancillæ erga Dominum, & paulò post ponitur dulcia ad idem significandum. Hinc August. quæst. 94. in Exodum asserit, tantum lætiam quam dulciam Deo tribui, lætiam ut Deo, dulciam ut Domino: at lætia non competit sanctis, ergo nec dulcia, ergo nulla adoratio, quia non datur aliæ alterius speciei.

Augustinus incipit.

Diuisio Caluini de duplici honore est insufficientis.

Respon-

Episcopi olim sanctos canonizabant, & cur nunc illis sit à Papa interdictionum.

Colere sine latria non est colere sine cultu, sed colere sine maiori cultu.

Respondeo ad primam obiectionem Caluini concedendo primam propositionem, ad minorem, at ineptum est dicere Sanctos coli & non latria, dico eam esse falsam. ad probationem illius, quæ est, quod latria significat cultum, vnde colere sine latria esset colere sine cultu, respondeo, latriam non significare, vt à Catholicis hoc vocabulum vsurpatur, omnem cultum: sed maximum cultum, & maximam subiectionem, ac venerationem, qualis est illa quæ creaturæ inest in ordine ad Creatorem: dulia verò, vt à nobis accipitur pro huius veritatis explicatione, significare aliquem cultum, longè minorem ab eo quem vocabulo latriæ exprimimus; eis exhibendum, qui sunt Dei domestici; Ephes. 2. amici, Ioan. 13. honorificati in Cælis, Ioan. 12. Tempa viua, vbi Deus inhabitat 1. Cor. 6. & 2. Cor. 6. seruiantes antè thronum Dei die ac nocte. Apocal. 7. &c. Vnde non sequitur quòd colere sine latria, sit colere sine cultu, sed sine maiori cultu, qui soli Deo debetur, quod vtique concedimus.

Ad secundum assumptum, Respondeo falsum esse, quòd scilicet plus sit dulia quam latria; quia latria est cultus supponens maximam seruitutem, & subiectionem, dulia verò aliquam tantum subiectionem importat.

Ad confirmationem respondeo, vtrumque vocabulum significare seruitutem, & vt sic in Scripturis, & apud prophanos Scriptores has voces coincidere, sed non eundem gradum seruitutis, quia latria vltimum seu maximum, dulia minorem importat: si quis autem adhuc contendere voluerit circa harum vocum significationem, sciat non esse illicitum Catholicis Doctoribus has voces sic assumere vt significant hanc differentiam cultus, quæ vocum assumptio nullum errorem parit, dum iidem Doctores, sensum in quo illas accipiunt explicant.

Quòd August. dicat latriam & dulia competere Deo, latriam vt Deo, & dulia vt Domino, nihil hoc contra nos facit, quia vtraque vox seruitutem importat, Deus enim quia quid summum ac infinitum præsert, latriam requirit, quæ est actus maximæ seruitutis: Dominus autem, quia dominium significat, quod duplex esse potest, finitum in creaturis, & infinitum in Deo, dulia recipit, quæ seruitutem vt sic infert; itaque verba Augustini pro nobis sunt, quæ sunt hæc. loco citato tom. 4. Vnde intelligitur quia & dulia debetur Deo tanquam Domino latria vero, non nisi Deo tanquam Deo.

Tertia Obiectio ex Caluino. Deut. 6. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues.* cui simile est illud Pauli 1. Tim. 1. *Soli Deo honor & gloria.* item Matth. 4. cum diabolus non meminisset latriæ, sed solum postulasset aliquam inclinationem, Dominus eum repellit dicens: *Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues:* vbi ostendit non posse creaturæ vllam inclinationem religionis causa deferri, quin illa ad idololatriam pertineat. Item Galat. 4. reprehenditur seruitus religionis ijs qui natura non sunt dij, sic. *7. n. qui natura non sunt dij seruebatur.* vbi ponitur vox dulia; ergo dulia soli Deo competit.

Respondeo omnia loca citata intelligenda esse de cultu latriæ, qui soli Deo debetur, & non de cultu dulia qui per participationem competit amicis veri Dei, & eiusdem domesticis, ac familiaribus & quod ita sit, patet, quia Deut. 6. cultus Idolorum prohibetur: Idolis autem à Gentibus cultus latriæ daba-

tur, quia eos putabant veros Deos, & non homines iustos, veri & vnius Dei amicos ac familiares, sicut nos asserimus de Sanctis ac Beatis, & 1. Tim. 1. Apostolus de bonitate & donis ac beneficijs Dei erga genus humanum, & præcipue ipsum Apostolum, discurrens: subdit, *Regi autem seculorum, immortalis, inuisibilis, soli Deo honor & gloria in secula seculorum, Amen.* Deum ergo considerabat qui solus auctor est omnium bonorum, ergo de tali honore loquitur, qui soli Deo competit, qui dicitur cultus latriæ quem soli Deo competere concedimus. Matth. 4. quis dubitat diabolum cultum latriæ postulasse, à Salvatore, cum experientia docuerit ab omnibus Gentibus per Idola talem cultum exegisse & obtinuisse? & quod latriæ cultum, Deo soli debitum, postulasset, colligitur ex eo quod ostendit illi omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei: *Hac omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* dum dixit solum posse omnia regna mundi, quod ad Deum solum pertinet, vt legitur Dan. 2. *Et ipse mutat tempora et etates, transfert regna atq; constituit.* consequens est vt cultum latriæ Deo debitum petierit: Ad Galat. 4. similiter de cultu Deo soli debito Apostolus loquebatur, quia talem Gentes Idolis dabant, quia ea veros Deo existimabant: nec obstat quòd per vocem dulia exprimitur, quia dulia quæ Deo datur idem est in hoc sensu quod latria; eam verò quæ sanctis tribuitur, ab illa distinguimus, non voces considerantes sed significationem, seu significatum.

Quarta Obiectio Caluini. Hester cap. 13. Mardocheus noluit se inclinare coram Aman, & rationem reddens ait: *Timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, et ne quemquam adorarem excepto Deo meo.* Item Act. 10. cum Cornelius adoraret Petrum, prohibuit Petrus dicens: *Surge et ego ipse homo sum.* nec tamen credibile est, aut Aman voluisse adorari vt Deum, aut Cornelium voluisse Petrum adorare vt Deum: Item Act. 14. Paulus, & Barnabas prohibuerunt Lichæonibus ne se adorarent. Denique Angelus Apocal. 19. Ioanni adoranti se ait: *Vnde ne feceris conseruus tuus sum, Deum adora:* & tamen non ignorabat Angelus, sibi à Ioanne non latriam sed dulia exhiberi.

Respondeo quod iurè Mardocheus Aman adorare noluit: quia non honorem ciuilem exquirebat, qui ei debitus erat, cum esset Præpositus Regni; nam omni Potestati, honor ciuilis ab omnibus exhiberi debet, nec Mardocheus, salua bonorum morum ratione id Aman negare poterat: sed quia, vt ibi cap. 13. legitur, superbissimus erat, Gentilium erroribus imbutus, sacrum honorem requirebat: Mardocheus qui errores Gentilium detestabatur, talem honorem, qui cultus sacer dicitur, ei negabat; hanc rationem reddens, ne honorem Dei transferret ad hominem, & ne quemquam adoraret excepto Deo.

Sed dices, si ita est, ergo honorem sacrum, qui cultus dicitur, Sanctis exhibere non licet: quia est transferre honorem Dei ad hominem.

Respondeo Amanum non fuisse virum Sanctum, sed Gentilem prophanum & Idololatram, & nullo modo ei honorem sacrum conuenire: talis autem honor cum ab Ecclesia datur Sanctis, non transfertur ad homines, & à Deo aufertur, quia tunc laudatur Deus in Sanctis suis; cum omne bonum quod est in Sanctis, donum Dei sit; & ipse dixerit Lucæ 10. *Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit:* consequens est ergo vt qui Sanctos honorat, Deum

Lea cum loquatur de cultu latriæ

Aman cultum sacrum requirebat.

Deum qui facit sanctos simul honoret.

Cornelius Gentili-
is latrariam obtulit
Petro.

Ad illud Act. 10. dico Cornelium, cum esset Gentilis proculdubio existimasse aliquam diuinitatem in Petro, sicut Idolis Gentes tribuebant, quod elicitur ex illa antithesi verborum: *nam & ego homo sum, id est, non sum Deus, noli ergo honorem latrariæ, qui Deo tantum debetur, mihi tribuere: & quod talem honorem Cornelius dedisset, patet ex illis verbis, quibus talis adoratio describitur: & prociadens ad pedes eius adorauit.*

Lychaones Paulo
& Barnabæ cultû
legis obtulerunt.

Ad locum Act. 14. manifestum est etiam Lychaones cultum latrariæ qui maximè per sacrificia exprimitur, Paulo & Barnabæ exhibuisse; iurè ergo talem honorem renuerunt: sic enim habetur. *Turba autem cum uidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam Lychaonice dicentes. Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos. & uocabant Barnabam Iouem, Paulum uero Mercurium: quoniam ipse erat dux uerbi. Sacerdos quoque Iouis qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas ante ianuas offerens cum populo uolebat sacrificare, &c.*

Ad locum Apocal. 19. uide tertiam Conclusionem.

Quinta Obiectio Caluini. Athanasius sermon. 3. contra Arrianos ante medium, docet neque Angelum neque homines sanctos adoratione colendos esse. Epiphanius in hæresi Collyridianorum læpius repetit, Mariam non esse adorandam, sed solum Deum. Ambrosius in cap. 1. ad Rom. reprehendit eos qui adorant conseruos. Augustinus lib. de vera Religione cap. 55. ait. *Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum: quia si pè uixerunt, non sic habentur, ut tales quarant honores, sed illum à nobis coli uolunt, quo illuminante latantur meritis nos esse conseruos. & infra; idem dicit de cultu Angelorum.*

Obiectio loquitur
de cultu latrariæ
si Deo debito.

Respondeo Athanasium docere Angelis & Sanctis non deberi cultum latrariæ, qui Christo, ut Deus est, debetur: non docet autem Angelos & Sanctos nullo modo esse colendos. & hoc idem dicit Epiphanius, nullum scilicet Sanctorum ut Deum adorandum esse, more Gentilium. Augustinus loco citato, tom. 1. loquitur de adoratione quæ soli Deo tribui debet, & illam remouet à creaturis, quæ tanquam Dij coli desiderant. nam sic ait ibidem. *Qui autem nos mutant ut sibi seruantur, & tanquam Deos colamus, similes sunt superbis hominibus, quibus si liceat similiter coli uolunt.* Epiphanius ibi docet B. M. Virginem non esse colendam ut Deum, ut quidam hæretici, quos Epiphanius refellit, asserabant: non dicit autem nullo modo colendam esse. nihil ergo concludit obiectio, quia nos non dicimus diuinum cultum hominibus dari debere, ut patet.

Ad locum Ambrosij respondeo ipsam loqui de cultu latrariæ qui soli Deo debetur, quo utique conserui adorari non debent, & quod ita sit, patet ex his quæ prius dicit sic. *Sapientos enim se arbitrantur, quia rationes phisicas inuehigasse se putant, scrutantes cursus siderum, & qualitates elementorum. Dominum autem horum spernentes, ideo stulti facti sunt: cum si hac laudanda sint, quanto magis creator illorum.* Loquitur itaque Ambrosius de illis qui à Deo tollunt debitum cultum, eumque creaturis tribuunt: honor autem Deo debitus est cultus latrariæ, qui creaturis dari non debet.

Sed dices: Ambrosius deinde inquit. *Solent tamen pudorem passi neglecti Dei misera uti excusatione, dicentes per istos posse ire ad Deum, sicut per Comites peruenitur ad Regem.* Ergo uidetur excludere e-

tiam Sanctorum intercessionem.

Respondeo falsam esse sequelam, nam Ambrosius loquitur contra hæresim Simonis Magi, qui Angelos adorandos esse quasi minores Deos, nec posse aliquem placare summum Deum qui inuisibilis est, nisi per Angelos, docuerat. De quo scribit etiam Epiphanius narrans hæreses præfati Simonis. hac igitur ratione Ambrosius loco citato subdit. *Agnum quid tam demens est aliquis, aut saluti sua immemor, ut honorificentiam Regis uindictæ Comiti, cum de hac re, si qui etiam tractare fuerint inuenti, iure ut res Marcellianæ dammentur?* Ergo de illis loquitur, qui cultum Deo debitum, ut est cultus latrariæ, à Deo tollunt, & creaturis tribuunt, ut præfati Simoniani faciebant, putantes accessum ad Deum non posse haberi nisi per Angelos, quos quasi minores Deos prædicabant & adorabant, at Ecclesia Catholica non docet sanctos esse Deos, sed Dei amicos, nec cultum Deo debitum eistribuit, sed longè minorem, qui etiam Deum pro obiecto habet.

DISPUTATIO III.

An Sanctissimi inuocandi, ut intercessione apud Deum nobis profint.

Sanctos ac Beatos à nobis colendos esse, in superiori disputatione cum probauerimus: in præfati, contra eosdem Sectarios, eos inuocandos esse, ut intercessionibus apud Deum nobis profint, probandum erit: nam Vigilantius olim, contra quem scripsit S. Hieronymus, negauit eos pro nobis orare, posse Deum: & per consequens, eos à nobis inuocandos non esse, docuit. Quem secuti sunt postea Henriciani, seu Petrobrusiani, & Apostolici, deinde Waldenses, & Cathari: ut refert Cardinal. Bellarm. lib. 1. de Sanct. Beatit. cap. 15. Ioannes Wicleffus etiam illicitum non esse sanctos orare asserbat, superfluum tamen esse dicebat, quia vanum est recurrere ad scurras alicuius Principis, quando Princeps ipse paratissimus est omnes audire (comparat ergo pro folita modestia sanctos scurras alicuius Principis) Moderni autem Sectarij contra quos præcipue scribimus tria docent in hac materia. Primo, sanctos mortuos orare pro uiuis, non haberi in sacris litteris, qua de causa id certum non esse. Secundò, dato quod orent eos non orare nisi in genere, pro tota Ecclesia electorum, non autem pro hoc & illo. Tertio inutile esse, & illicitum inuocare Sanctos, siue Angelos, siue homines, ut pro nobis orent: inutile quia non habent tam longas aures, ut nostras præces audiant. Illicitum, quia obscuratur gloria Christi, qui est unicus mediator & intercessor noster. Ità Lutherus in lib. ad Waldenses. Melancton in Apologia Confessi. Augustanæ cap. 21. Brentius cap. 24. Confessi. Wirtembergens. & Caluinus lib. 1. Instit. cap. 14. §. 12. & lib. 3. cap. 20. §. 20. & sequentibus.

Contra præfatis
disputatione
cum antecessoribus
debeti.

Tres errores
Sectariorum in hac
materia.

At ueritas Catholica est, quæ habetur in Concilio Tridentino, sess. 25. post initium. ubi sic dicitur. *Mandat Sancta Synodus omnibus Episcopis & ceteris docendi munus curamque sustinentibus, ut iuxta Catholicam, & Apostolicam Ecclesiæ usum, à primariis Christiana Religioni temporibus receptum, Sanctorumque Patrum consensum, & Sacrorum Conciliorum decre-*

Doctrina Catholi-
ca Ecclesie de in-
uocatione & inter-
cessione Sancto-
rum.

ta, in primis de Sanctorum intercessione, inuocatione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum usu fideles diligenter instruant, docentes eos, sanctos una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus, Deo offerre: bonum atque utile esse, suppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetranda à Deo, per filium eius Jesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Saluator est, ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere. Illos verò qui negant Sanctos aeterna felicitate in celo fruente, inuocandos esse, aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, ut pro nobis etiam singulis orent, inuocationem esse idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduersarique honori unius mediatoris Dei & hominum Iesu Christi: vel stultum esse in celo regnantibus voce vel mente supplicare impiis sentire, & c. omnino damnandos esse: prout iam pridem eos damnauit, & nunc etiam damnas Ecclesia.

Pro Catholicæ veritatis corroboratione, & defensione, & errorum confutatione, tres ponimus Conclusiones.

Sancti qui in caelis regnant pro nobis Deum.

Prima Conclusio. Sancti ac beati qui in caelis regnant, Deum pro nobis orant. Probatur, Hierem. cap. 15. Dixit Dominus ad me. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: ecce illos à facie mea, & egrediantur. Quorum verborum sensus manifestus est, scilicet etiam si Moyses & Samuel orauerint me pro salute populi huius, non exaudiam. nam stare coram Domino, hoc præcipue significat, vt legitur etiam Deut. cap. 10. Eo tempore separauit Tribum Leui vt portaret Arcam Fœderis Domini, & staret coram se in ministerio, ac benediceret in nomine illum usque in presentem diem. & paulò post. Ego autem steti in monte sicut prius, quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitque me Dominus etiam hac vice, & se perdere voluit.

Occurrus Caluini refellitur.

Nec valet responsio Caluini Prophetam scilicet, non de Moyses & Samuelis personis loqui, sed de similibus, adeoquod sensus sit, si homines iusti orauerint me, vt fuit Moyses & Samuel, nō exaudiam. Sed hæc est distorta expositio: quia Prophetam loquitur proprie de Moyse, quis ergo cogit nos intelligere debere de similibus & non de his qui ibi nominantur? Quod si liceret, possemus eodem modo omnes Scripturas eludere. essetque ansam præbere, omnibus peruersis efficaciam Scripturarum fugiendi.

Nec iuuat occurrere, illud, si steterint, non orasse, quia si intelligat pro illa particulari pœna tollenda à populo Israël, quam Deus inferre volebat, utique verum est. Si autem intelligat nunquam pro populo orasse post mortem, falsum est. quia nisi hoc alijs vicibus à Moyse & Samuele factū fuisset, nullius vigoris esset sermo Prophetæ, si super rem impossibilem fundatus esset. Præterea quid valet sic arguere; Moyses non orauit vt fias incolumis ab hac infirmitate capitis qua nunc laboras, ergo nunquam orauit. falsa est sequela, quia qui hodiè non orat, poterat heri orasse. Præterquamquod vt nunc dixi, Scriptura testatur his verbis, id possibile esse, & fieri consuetum, alias ineptus esset sermo, & nihil valeret, si id fieri esset impossibile. sanis patet.

Angeli orant pro nobis Deum.

Secundò probatur Conclusio sic. Sancti Angeli Deum pro nobis orant, ergo etiam spiritus hominū beatorum. Conseq. tenet, quia eadem est paritas;

nam & Angeli, & animæ sunt creaturæ, charitatem perfectam habentes, diligentes Ecclesiam Dei, idest nos, futuros aliquando cōfortes eiusdem gloriæ: imò à minori ad maius nunc valet argumentum: quia homo homini est magis propinquus, quam homo Angelo, vel Angelus homini, propter vnitatem, specificam eiusdem naturæ. Primùm antecedens probatur; Tobiz 12. dixit Raphael Angelus Tobiz. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. quid autem est offerre orationem Domino, nisi orare Dominum vt illū exaudiat, seu simul orare, & prece sua precem illius comitari.

Zacchar. cap. 1. Et respondit Angelus Domini, & dixit. Domine exercituum usquequo tu non misereberis Hierusalem & Urbium Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est. & respondit Dominus Angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. Dan. 10. Angelus Domini pro liberatione Iudzorum ex captiuitate orabat, dixitque Danieli: Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Apoc. cap. 8. Et alius Angelus venit & stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronam Dei. & ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo.

Nec valet asserere cum Caluino, hoc munus cōuenire Angelis, quia eis nostri custodia commissa est, non autem sanctis animabus iustorum. quia quod Angeli exequuntur ex diuina commissione, hoc animæ sanctæ iure melioris propinquitatis, quā nobiscum habent, & ratione charitatis, quam perfectè possident, idem faciunt. Cum ergo sancti Angeli orent pro nobis, proculdudiod sancti homines Dei, seu animæ iustorum in caelis idem exequuntur. nam verique creaturæ sunt: si vni non repugnat, nec alteri repugnabit: si vni congruit, & alteri concedens erit.

Occurrus Caluini refellitur.

Tertiò probatur, Sancti dum viuunt & nobiscum militant, orant pro nobis, imò orare debent, vt legitur Iacobi 5. Orate pro inuicem vt saluemini: ergo multò magis dum post victorias, coronas, & triūphos in caelis habitant. Antec. probatur, Ezech. 22. & quasi de eū virum, qui interponeret sapem, & staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam: & non inueni. Apostolus ad Coloss. 4. Orationi instate, orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. 2. Thess. 3. De cætero, fratres, orate pro nobis, vt sermo Dei currat. & alibi frequenter. Conseq. probatur. nam charitas iustorum in caelis perfectior est: vel ad magis conuincendum dicam, quod æquè perfecta est, ac in via: sed charitas vrget iustos in via ad orandum pro proximis & fratribus, ergo etiam in patria.

Respondent Sectarij paritatem istam non tenere, quia si sancti orarent pro nobis iniuriam facerent Christo mediatori, cuius est hoc munus.

Contrà, Saluator ipse hoc faciendum docet, nam Ioan. 16. dicit. Si quid petierit Patrem in nomine meo, dabit vobis. usque modo non petistis quidquam in nomine meo: petite & accipietis. & postea: in illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia

quia vos me amastis, & credidistis quia ego à Deo exiui.

sicut oratio Sanctorum viventium non facit Christo iniuriam, sic nec oratio Sanctorum regnantium in patria.

Præterea, si Sancti viatores Deum pro fratribus orantes, in nomine Christi, seu ob merita Christi, nullam iniuriam Christo mediatori & Aduocato faciunt, quia Paulus, cæterique sancti hoc fecerunt, ergo si sancti, qui ex hac vita migrarunt, pro nobis orabunt, nullam iniuriam Christo mediatori facient, quia in nomine Christi, & ob merita Christi petunt, nam si Christi intercessionem sanctorum vivorum intercessionem addere nulla fit iniuria, ergo nec ei fiet iniuria si addatur intercessio sanctorum qui regnant in patria: idem enim est, ut patet.

Quamobrem Hieronym. contra Vigilantium, qui hoc idem asserbat in lib. contra eundem tom. 2. sic ait. *Dicit in libello tuo, quod dum vivimus, multo orare possumus, postquam autem mortui fuerimus, nullus sit pro alio exaudienda oratio; præsertim cum martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes in Apoc. 6. impetrare nequiverunt. Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt pro cæteris orare, quando de se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post victorias, coronas, & triumphos? Vnus homo Moyses sexcentis milibus armatorum impetrat à Domino veniam. & Stephanus imitator Domini sui, & primus martyr in Christo persecutoribus veniam deprecatur: & postquam cum Domino esse ceperint, minus valebunt? Paulus Apostolus ducentas septuaginta sex sibi dicit in nauis animas condonatas: & postquam resolutus esse cepit cum Christo, tunc ora clausurus est, & pro iis qui in toto orbe ad suum Evangelium crediderunt, mutare non poterit: meliorque erit Vigilantius canis vivens, quam ille leo mortuus? rectè hoc de Ecclesiaste proponeres, si Paulum in spiritu mortuum considerer, &c.*

Secundò respondent non haberi in Scripturis sacris, sanctos in patria orare pro nobis.

Contra: 2. Petri cap. 1. legitur: *Iustum autem arbitror quandis sum in hoc tabernaculo suscitare vos in commotione: certum quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significavit mihi. dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis.* Quibus verbis se post mortem pro eis oraturum Deum pollicetur: nam hoc idem clarioribus verbis Petrum Apostolum dixisse Clementi, quem suum successorem constituit, testatur ipse S. Clemens in Epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini, sic: *Audite me fratres & conferri mei, quoniam ut edoctus sum ab eo qui misit me, Domino & Magistro meo Iesu Christo, dies mortis mea instat: Clementem hunc Episcopum vobis ordino, &c. & infra: Sed certus esto, quod necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium ab obsecrando cessabo.*

Et Baruch 3. *Domine Omnipotens Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum.* & 2. Machab. cap. ultimo. *Erat autem huiusmodi visus: Omnia, qui fuerat Summus Sacerdos, virum bonum & benignum, verendum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manibus protendentem, orare pro omni populo Iudaorum. Post hoc apparuisse & alium virum aetate et gloria mirabilem, et magni decori habitum, dicitur circa illum: respondentem verò Omnia dixisse:*

Hic est fratrum amator, et populi Israel: hic est qui multum oras pro populo, et universa sancta Civitate, peremias propheta Domini.

Nec valet occurrere libros Machabeorum & Baruch non esse Canonicos: est enim hæc responsio fuga miserorum; nam Ecclesia Catholica ab antiquo tempore Canonicos esse testatur: sed de hac re satis dictum est lib. 9. disp. 6.

Quartò probatur, Apocal. cap. 5. *Et cum aperisset librum, quatuor animalia, et viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas et phylas aureas plenas odoramentorum, quas sunt orationes Sanctorum.* Quibus verbis annuitur Sanctos illos qui in Cælis sunt, orationes nostras Deo offerre, quod est pro nobis intercedere, ut patet.

Quintò probatur testimonio antiquo Ecclesie Catholice. Cyprianus lib. 1. Epist. 1. ad Cornelium Papam, inquit. *Si quis hinc nostrum prior dignationis celeritate præcesserit, perseveret apud Deum nostra dilectio, pro fratribus et sororibus nostris, apud misericordiam Patris non cesset oratio.*

Testimonium Primitivus Ecclesie.

Concilium Gangrense tempore Silvestri Papæ Primi anno Domini 324. in Paphlagonia in minori Asia, quemdam Eustathium damnavit ob multos errores, & præcipuè quia loca Sanctorum Martyrum vel Basilicas contemnere, docebat, & omnes qui illuc conveniunt, reprehendebat: ut habetur in Epistola eiusdem Synodi: in Basilicis autem Martyrum fideles olim convenisse, ut Martyres invocarent, ut pro eis orarent, indubitatum est. Unde Can. 20. licet hæc Synodus statuit. *Si quis per superbiam, tanquam perfectum se existimans, conveniens qui per loca Basilicas Sanctorum Martyrum sunt, accusaverit: vel etiam oblationes, quae ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque Sanctorum contemnendas putaverit, anathema sit.*

Concil. Chalced. Gener. 4. anno Domini 451. Act. 11. testatur Episcopum Sebastopolis coram tota Synodo 630. Patrum, dixisse: *Flavianum post mortem vivit, Martyr pro nobis orat.*

Quintò probatur Sanctorum veterum Doctorum testimonio: August. lib. 9. Confess. cap. 3. tomo 1. ait: *Quem non multo post conversionem nostram, & regenerationem per baptismum tuum, ipsum etiam fidelem Catholicum castitate perfecta atque continentia tibi servientem in Africa apud suos, cum tota domus eius per eum Christiana facta esset, carne solvisti, & nunc ille vivit in sinu Abraham. quidquid illud est, quod illo significatur sinu: ibi Nebriani memi vivit, dulcis amicus meus, tuus autem, Domine, adoptivus, ex liberto filius, ibi vivit. Nam quis alius tali amonia locus? ibi vivit, unda me multa interrogabat homuncionem inexpertum. iam non ponit aurem ad os meum, sed spirituale os ad fontem tuum: & bibit quantum potest sapientiam pro audacitate sua sine fine solax. Non sic eum arbitror inebriari ex ea, ut obliviscatur mei, cum tu Domine, quem potas ille, nostri sis memor, &c.*

Testimonium Veterum Sanctorum Patrum.

Hieronym. homil. 3. in Cantica Cant. tom. 8. inquit. *Sed & omnes Sancti qui de hac vita decesserunt, habentes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere salutis eorum, & iuvare eos precibus suis, atque intercessu suo apud Deum, non erit inconueniens.*

Sancti immediate
orare possunt
Deum Patrem.

Secunda Conclusio. Sancti ac Beati possunt intercedere pro nobis apud Deum Patrem immediate, licet semper in nomine Christi. Probatum Ioan. 16. *Amen amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, usque modo non petistis quidquam in nomine meo: petite & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum, &c.* In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia ego à Deo exiui. & cap. 14. *Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo hoc faciat.* Act. 4. *Cum audissent Apostoli, unanimes leuauerunt vocem ad Deum, & dixerunt: Domine tu es qui fecisti Cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, &c.* Et nunc Domine respice in misericordiam eorum, & da seruum tuum cum omni fiducia loqui verbum tuum: in eo quod manum tuam extendas ad sanctos, & signa & prodigia fieri per nomen Sancti Filii tui Iesu. *Es cum orassent motus est locus, in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.* Unde patet experientia Apostolos Deum Patrem immediate orasse, & obtinuisse, ut pro Christi gloria, & clarificatione propaganda in terris, eis daret virtutem & fortitudinem: & exauditi sunt. *Math. 6. Saluator nolter dixit. Sic ergo vos orabit: Pater noster qui es in Cælo, sanctificetur nomen tuum, &c. panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.* Hic autem panis Christi est. ergo licet à Deo Patre immediate petere gratiam Christi Domini.

Sancti qui sunt in
patria à nobis in-
uocari possunt.

Tertia Conclusio. Sancti qui sunt in patria à nobis inuocari possunt ut Deum pro nobis orent, ad hoc ut quæ iuste petimus impetrare possimus. Probatum, Iacob Patriarcha hoc fecit, ergo & à nobis fieri potest. Anteced. probatur Genesi. 48. *Benedixitque Iacob filiis Ioseph & ait: Deum in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, Deum qui pascis me ab adolescentia mea usque in presentem diem Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis: orat ergo Sanctum Angelum, qui eum custodiuit, ut iuuet filios Ioseph, Ephraim, & Manassen, ergo licet inuocare sanctos.*

In lib. Iob cap. 5. legitur Eliphaz Themanites dixisse Iob ut aliquem Sanctorum inuocaret. *Voca ergo, inquit, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere; nec illa Scriptura, Eliphaz in hoc errasse, testatur. imò cap. ultimo Deum desiderare Sanctorum intercessionem legimus: nam amicis Iob præcepit, dicens: *Ite ad seruum meum Iob, ille orabit pro vobis.**

Secundo probatur Conclusio. licet inuocare Sanctos qui sunt in via, ergo etiam Sanctos qui sunt in patria. Antec. patet in vtroque Testamento 1. Reg. 7. *populus Israel dixit ad Samuelem: Necesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum ut saluet nos de manu Philistinorum.* 2. *1. Thess. cap. 3. De cætero, fratres, orate pro nobis, ut sermo Dei currat.* Conseq. probatur, quia eadem est paritas; nam eandem imò maiorem charitatem habent Sancti in patria, quam in via. nec derogat meoiationi Saluatoris, quia nec derogat intercessio Sanctorum in via, quia veraque fit in nomine vnius mediatoris Christi Saluatoris nostri: & ad hoc ipse nos hortatur Ioan. 16. *Usque modo non petistis quidquam in nomine meo, petite & accipietis.* Nec est dicendum Sanctos nostras preces ob distantiam & absentiam non audire;

quia Eliseus absens cognouit quid seruus suus Giezi fecerat 4. Reg. cap. 5. Et Petrus Apostolus fraudem agnouit Ananæ & Saphiræ abientium. Act. 5 & diues ille qui erat in Inferno vitam fratrum suorum abientium nouerat Lucæ 16. Nec dici potest non esse Sanctos inuocandos quia nolunt pro nobis intercedere, quia diligunt salutem nostram: nam Luc. 15. legitur, *& veniens domum conuocat amicos & vicinos; dicens illi: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, qua perierat. Dico vobis, quod ista gaudium erit in Cælo super uno peccatore penitentiam agente.*

Tertio probatur veterum Sanctorum Patrum testimonio. Augusti. lib. de Spiritu & Anima c. 59. tomo 3. actu inuocat Sanctos his verbis. *Uos qui meruistis consortes fieri supernorum cum, & perfirni æternæ claritatis gloria, orate pro me ad Dominum, ut educat me de isto carcere, in quo teneor captiuum & ligatum, &c.* Et Iulio. Meditationum cap. 23. tomo 9. ait. *Felices sancti Dei omnes, qui iam pertransistis huius mortalitatis pelagum, & peruenire meruistis ad portum perpetuæ quietis, securitatis & pacis, securi & tranquilli, semperque festiui atque gaudentes, obsecro vos per vestram charitatem, qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis: securi estis de vestra immarcescibili gloria, solliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iam satiamini, de cuius immortali salute iam immortales facti estis, de cuius beatissima visione semper gaudent, estote iugiter memores nostris, &c.*

Chrylost. orat. 9. in fine tom. 5. ait. *Rogemus sanctam gloriosam Virginem & Dei genitricem Mariam: rogemus Sanctos & præclaros Apostolos: rogemus Sanctos Martyres. quod si quis necessitate quadam adactus, subito ad aliquem potentiorum sese recipiat, ei ille non seriam audientiam præbet: statimque hoc in promptu est. antequam eo res tua deueniant, me nec honore afficere, nec colere sciebas, uti nunc necessitate compulsus facis: sed extra necessitatem honor delatum omni sapientia vacat. Nam si Iudicem prius quam necesse habeas omni honore prosequaris, necessitate ita postulante, eundem opulentorem habiturum es, &c.*

Ambrosius lib. de Viduis ultra medium tomo 4. inquit. *Obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt: Martyres obsecrandi quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vendicare. possunt pro peccatis orare nostris, qui proprio sanguine etiam si qua habuerunt peccata, lauerunt. Isti enim sunt Dei Martyres, nostri Praesules, speculatores vita ætænumque nostrorum. Non erubescamus eos intercessores nostra infirmitatis adhibere, qui & ipsi infirmitatem corporis etiam cum uincerent, cognouerunt.*

Hieronymus lib. contra Vigilantium post initium tomo 2. ait. *Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti: quanto magis post coronas, victorias & triumphos.*

Superest nunc ut obiectiones Sectariorum adducamus & refellamus. Prima Obiectio. Inuocatio Sanctorum in iniuriam Dei cedit. Nam Rom. 10. dicitur. *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Ergo ille solus inuocatur in quem credimus, non autem credimus nisi in Deum, ergo vel*

Testim. vet. SS PP

solum Deum inuocabimus, vel sanctos faciemus Deos. Confirmatur ratio per ea quæ dicunt Ambrosius, & Theodoretus: Ambrosius enim in primum caput ad Roman. inquit. *Solent pudorem passi neglecti Dei, misera uti excusatione dicentes: Per istos posse ire ad Deum, sicut per Comites peruenitur ad Regem. Age, numquid ita demens est aliquis aut saluus sua immemor ut honorificentiam Regis vendices Comiti, cum de hac re, si quis etiam tractare fuerint inuanti, iura ut rei damnentur maiestatis? & isti se non putant reos, qui honorem nominis Dei deserunt creatura, & relicto Domino, conseruos adorant, quasi sit aliquid plus, quod seruetur Deo: nam ideo ad Regem per tribunos aut Comites itur, quia homo usque est Rex, & nescit quibus debeat Rempub. credere. Ad Deum autem (quem usque nihil laet, omnia enim merita nouit) promerendum suffragatore non opus est, sed mente deuota.*

Theodoretus autem lib. 8. ad Græcos, in fine, inquit. *Suos mortuos Dominum Deum noster in Templo pro dijs uestris induxit: ac illos quidem cassos gloria, uanosque reddidit, suis autem Martyribus honorem illorum dedit. Pro Pandijs enim Diabysque ac Dionysijs, hoc est Iouii, liberique patris solemnitasibus; Petro, Paulo, Thoma, Sergio, Marcello, Leontio, Antonio, Mauritio, alijsque Sanctis Martyribus solemnitates populari epulo peraguntur. Quibus uerbis Theodoretus fatetur non habere sanctos pro Dijs.*

Respondeo falsissimam ex omni parte esse obiectionem, imò phantasticam: nam quomodo inuocatio Sanctorum in iniuriam Dei cedit, si uniuersa Scriptura docet inuocationem Sanctorum uiuorum habendam, & semper in usu fuisse: quæ nam differentia est inter inuocationem Sanctorum uiuorum: & mortuorum? utriusque creaturæ sunt, utriusque amici Dei, filij Dei per adoptionem. adde, quod Scriptura etiam inuocationem Sanctorum mortuorum, seu Sanctorum qui ex hac vita migrarunt docet, ut supra probatum est. Ad illud Rom. 10. *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt,* sensus est, ut sensatis patet, quod primò necesse est credere in aliquem, quàm inuocetur. dicit ergo Apostolus quòd non possunt Deum inuocare ij, qui in eum primò non credunt quòd iuuare possit, &c. qui igitur inuocant Deum, debent primò credere in Deum. & qui inuocant Sanctos uiuos uel mortuos, debent primò credere eos iuuare posse, eos placere Deo, eique acceptos esse, & tale opus Deo placere, & deindè eos inuocare, ut apud Deum intercedant: ut Apostolus pluries fecit locis supra citatis. ex insulsa itaque intelligentia illius loci oriuntur inneptæ illæ sequelæ: nam aliud credimus de Deo, aliud de sanctis: aliter inuocamus Deum, & aliter sanctos; Deum ut patrem, ut Creatorem & Dominum, ut det nobis: sanctos, ut Dei amicos, ut Deum orent pro nobis. Hoc discant Sectarij, & in huiusmodi ineptias, quas prudentes irrident, non irruent. Theodoretus autem non de æqualitate cultus loquitur, quia profici Deos & idola latria colebant, nos autem sanctos dulia ueneramus, ut patet; sed de cultu simpliciter & in genere loquitur seruata proportione, sicut illi latria, sic scilicet nos dulia.

Ad locum Ambrosij citatum, responsum est proxima & superiori disputatione secunda ad quintam obiectionem.

Secunda Obiectio. Inuocatio Sanctorum iniuriam facit Christo: nam 1. Tim. cap. 2. di-

citur. *Vnus est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.* Si ergo solus ipse est mediator, iniuriam ei facit quicumque per alium ad Deum accedit. Quare August. lib. 2. contra Parmenianum cap. 8. inquit. *Si Ioannes uia diceret, hac scripsi uobis ut non peccetis; & si quis peccauerit, mediatorem me habetis apud Patrem, ego exoro pro peccatis uestris: sicut Parmenianus quodam loco mediatorem posuit Episcopum inter populum & Deum: qui cum ferret bonorum atque fidelium Christianorum? qui sicut Apostolum Christi, & non sicut Antichristum inuenerit? & infra: Si esset mediator Paulus, essent usque & ceteri coapostoli eius, ac sic multi mediatores essent, nec ipse Pauli constaret ratio, qua dixerat unus Deus, unus mediator Dei & hominum.*

Præterea ad Coloss. 2. dicitur. *Nemo uos seducat, uolens in humilitate & Religione Angelorum, qua non uidet ambulans, &c.* in quæ uerba sic scribit Theodoretus: *Quis legem defendebant, eos etiam ad Angelos coenatos inducibant, dicentes legem per eos datam: mansit autem diu hoc uisum in Phrygia, & Pisidia: quocirca Synodus quoque qua conuenit Laodicea, qua est Phrygia Metropolis lege prohibuit, ne præarentur Angelos, & in hodiernum usque diem uideri licet apud istos, & eorum finitimos, oratoria S. Michaelis: illi ergo hoc consuebant, usque humilitate uisentes, discunt uniuersorum Deum, nec cernunt comprehendendi, nec ad eum posse perueniri: & oportere per Angelos diuinam sibi beniuolentiam conciliare.*

Respondeo quod si inuocatio Sanctorum iniuriam faceret Christo, magnam iniuriam ei Paulus tenuisset, dum pluries fidelibus persuasit, ut pro ipso Deum orarent, imò pro gloria Christi: nam ad Coloss. 4. inquit: *Oratione inuitate, orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi.* & 2. Thess. 3. *De cetero, fratres; orate pro nobis, ut sermo Dei currat.* Nam eodem modo uidetur opponi mediationi Christi, intercessio Sanctorum uiuorum, ac Sanctorum mortuorum: at hoc affirmare erroneum est: sic pari modo erroneum est assumptum Sectariorum.

Ad illud 1. Tim. cap. 2. *Vnus est mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus.* Apostolus loquitur de mediatione in ordine ad redemptionem humani generis, pro qua proculdubio Christus unicus fuit, quia nemo poterat redimere genus humanum à morte, & à dæmonis, ac peccati seruitute, nisi Christus Dominus, qui Deus simul & homo fuit, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, &c. Hinc est quòd Apostolus sequitur immediate: *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* non loquitur autem de mediatione improptè dicta quæ est simplex intercessio seu oratio, cuius valor dependet à mediatione & merito Christi: quapropter temper orans Patrem, in nomine Christi orat seu per Christum Dominum nostrum.

Et iuxta hunc sensum non negat Augustinus intercessionem Sanctorum, quam multis in locis quæ citauimus ipse suadet & probat: sed iuxta superiorem sensum, si scilicet quis putaret aliquem Sanctum, non intercessorem; sed propriè mediatorem esse. independentem à Christo, seu mediatione disparatam.

à mediatione Christi, & non subordinata ad illam, quod nemo Catholicorum nec aliquandò somniauit.

Ad illud Coloss. 2. respondeo cum Cardin. Bellarm. lib. 1. de Eccles. Triumph. cap. 20. illis verbis Apostolum damnasse hæresim Simonis Magi, qui Platonicos secutus, docuit quosdam Angelos adorandos quasi minores Deos, & qui mundum fabricarunt, & per Prophetas loquuti sunt, nec posse vllum placare summum Deum qui inuisibilis est, nisi per hos Angelos. de qua hæresi scribit Ireneus lib. 1. cap. 20. Tertull. lib. de præscript. & Epiphanius in hæresi Simonis. De hac Idololatria, siue magia qua adorantur Angeli loco Dei vel Christi exponunt hunc locum omnes interpretes. Ioannes Chrysost. hom. 7. in Epist. ad Coloss. inquit. *Sunt nonnulli qui dicunt non oportere per Christum reconciliari & ad Patrem accedere, sed per Angelos, propterea Paulus sursum ac deorsum, qua de Christo sunt versat.* Ita etiam exponit Iecumenius, & Theophilactus.

Hæresis Simonis
Magi de cultu
Angelorum.

Hieronym. q. 10. ad Algasiam, & Haymo in hunc locum docent reprehendi eos qui sacrificabant Angelis. nec ab his dissentit Theodoretus, qui aperitissime docet notari hic Simonianos, qui dicebant Deum apprehendi non posse, sed per Angelos esse placandum, & ex illo ipso Concil. quod ipse citat apparet Idololatriam esse, quam Paulus reprehendit, sic enim ait Concil. Laodicen. cap. 35. *Non oportet Christianos derelicta Ecclesia abire, & ad Angelos idololatria abominanda congregationes facere, quæ omnia interdicta sunt. Quicumque autem inuentus fuerit occulte huic Idololatria vacans, anathema sit, quoniam derelinquens Dominum nostrum Iesum Christum, accessit ad Idola.* Vnde patet, Concilium non damnare quamlibet venerationem Angelorum, sed eam quæ Deo & Christo conuenit.

Oratoria autem S. Michaelis, de quibus loquitur Theodoretus, ea sunt in quibus, secundum hæresim Simonis, Angelos colebant, dicentes, vt ipse Theodoretus ait, vniuersorum Deum nec cerni nec comprehendere, nec ad eum posse perueniri: & oportere, per Angelos diuinam sibi beneuolentiam conciliare.

Tertia Obiectio. Sancti iam defuncti non cognoscunt viuentium præces, igitur frustra inuocantur. Anteced. probatur primò quia Scriptura soli Deo tribuit scrutari renes & corda, & scire cogitationes hominum. 3. Reg. 8. *Tu nosti. solus cor omnium filiorum hominum.* Secundò, quia Iob 14. dicitur, *siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget.* Tertio Eccles. 9. dicitur. *Viuentes sciunt se mortuos, mortui verò nihil nouerunt amplius.* Quarto, Isaia 63. dicitur. *Tu es enim Pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos.* Quintò, quia 4. Reg. cap. 22. dicitur Iosifæ Regi à Deo. *Colligam te ad Patres tuos ut non videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus sum in locum istum.* Sextò, quia B. August. lib. de cura pro mortuis cap. 13. inquit. *Si parentes non interfuerint, qui sunt alij mortuorum, qui nouerunt quid agamus, quidue patiamur?* Haec propheta dicit: *Abraham nos nesciuit, & Israel non cognouit nos.* ergo si tanti Patriarchæ quid erga populum ex ipsis procreatum ageretur ignorauerunt, quomodò mortui, viuorum rebus atque actibus cognoscendis adiuuandisque miscentur.

Item Gregorius Nazianzenus in fine orationis in Gorgoniam sororem suam inquit. *Si ubi aliqua nostri sermonis est ratio, & hoc sancti animi à Deo mu-*

nu, ut talia resuscitant, suscipe nostrum sermonem, multorum Epiphaniorum loco. vnde patet Gregorium dubitasse an sancti cognoscant nostras præces. sicut etiam August. lib. de vera Religione cap. 55. dubitare videtur, dicens: Quisquis Angelorum vel hominum diligit hunc Deum, certus sum quod etiam me diligit: quisquis in illo manet, & potest humanas præces sentire, in illo me exaudit.

Et eodem modo Origenes lib. 2. in Epistol. ad Rom. non procul à principio: vbi sic ait. *Si extrà corpus positi, vel sancti qui cum Christo sunt, agunt aliquid & laborant pro nobis ad similitudinem Angelorum, qui salutem nostram ministeria procurant, vel rursum peccatores etiam ipsi extrà corpus positi agunt aliquid secundum propositum mentis suæ, Angelorum nihilominus ad similitudinem sanctorum: habeatur hoc quoque inter occulta Dei, neque chartula committenda mysteria.*

Respondeo falsum esse assumptum, quia licet Sancti viribus proprijs non possint cognoscere nostras præces, tamen per reuelationem illas cognoscunt, vt patet de Eliseo 4. Reg. 5. & de Petro Act. 5. & alijs. Nec valet instantia quæ fieri solet, quod Ecclesia orare deberet Deum vt præces nostras eis reuelaret; quia præces, quas fundimus ad Sanctos, supponunt Deum illis talia reuelare, cum expedit petitioni nostræ & gloriæ Sanctorum. Superflua ergo esset: nam Deus fidelis est, pius, ac misericors, nec sinet præces fidelium frustrari, cum saluti expediunt.

Ad primam probationem antecedentis, respondeo solum Deum esse cordium scrutatorem, quia ipse solus præsens est vbique in omnium cordibus, Angeli autem & animæ separatae non sic, quapropter ob distantiam improporcionatam, quæ omni agenti finito impedit actionem, non possunt cogitationes & præces nostras percipere, quibus si essent in debita distantia præsentis, eas vbique intelligerent, quia cogitationes hominum sunt entia naturalia finita: obiectum autem intellectus Angelici, & intellectus humani separati est omne ens finitum, vt optimè docet Scotus in 2. dif. 9. quæst. 2.

Et sicut naturaliter intelligunt essentias finitas rerum, sic omnia accidentia quæ sunt in illis: nihil enim intimius est rei ipsa essentia: nec talia accidentia possunt per voluntatem occultari, quia sic etiam ipsam substantiam propriam occultare possent: quod certe inauditum est, & rationi oppositum: potest tamen Deus suspendere concursum suum, qui omnibus causis creatis ad operandum est necessarius, & tunc non cognoscerent secreta cordium, nec præces nostras licet præsentis essent in debita distantia. Hinc Deus dicitur solus scrutator cordium inimpedibiliter, & per omnipræsentiam, quæ nulli conuenire, possunt creaturæ: quapropter locus iste nihil concludit contra nos, dum asserimus præces nostras Sanctis esse manifestas ex reuelatione, quam habent à Deo, & non viribus proprijs.

Præterea 1. Tim. 6. de Deo legitur: *Qui solus habet immortalitatem.* & tamen Sapient. 2. dicitur: *Deus creauit hominem inextinguibilem.* Scilicet quoad animam, quæ immortalis est: quid ergo? Deus enim immortalis est per essentiam, & à se, & anima per participationem, & hoc à Deo.

Sancti per reuelationem
eis à Deo factam sciunt orationes
nostras.

Doctrina Scoti de
secretis cordium.

Sic

Sic Deus dicitur solus scrutator cordium. & tamen 4. Reg. 6. legitur. *Quare non indicasti mihi qui proditor mei sit apud Regem Israel? dixique unus seruator eius: nequaquam Domine mi Rex, sed Eliseus Propheta qui est in Israel indicat Regi Israel omnia verba quaecumque locutus fueris in conclave tuo; quid igitur si solus Deus est scrutator cordium? nimirum, Deus à se, Eliseus & sancti à Deo per reuelationem & participationem.*

Anima separata abentes non intelligit virtute naturalis orationes & petitiones nostras.

Ad locum Iob, dico debere intelligi de virtute naturali defunctorum, qua nemo potest ea quae sunt inter nos intelligere, remota scilicet reuelatione diuina. aliter hic locus contradiceret ei qui habetur 1. Reg. 28. vbi legitur Samuelem in limbo patrum petitionem Regis nouisse, quapropter dixit Regi: *Quare inquietasti me ut suscitauer? quomodo ergo innotuit Samueli petitio Regis? certe diuina reuelatione.* Si igitur sanctis existentibus in limbo Deus aliquando quae inter nos fiunt, reuelauit; cur non etiam dum cum ipso regnant in patria, de quibus affirmamus nostras preces cognoscere? Si enim sancti dum vixerunt in hoc exilio & valle lachrymarum aliquando longinqua nouerunt, vt supra probatum est, cur non etiam dum regnant & coronam beatitudinis obtinent? Quod ita esse, aperte Scriptura docet: nam Lucæ 15. legitur. *Gaudium erit coram Angelis Dei, super uno peccatore penitentiam agente.* non gaudent autem si nescirent. Et Apoc. 5. *Virginiquatuor seniores ceciderunt coram Agno habentes singulis citharas & psalteria aureas plenas odoramentorum, quae sunt orationes sanctorum.* & sicut Angelus Raphael Tobiae 12. Orationem illius Deo offerebat, quia illam nouerat, sic sancti illi senes orationes iustorum Deo offerebant, quia illas nouerant, res clara est.

Ad locum Eccles. 9. *Uidentes sciunt se morituros, mortui uero nihil nouerunt amplius,* loquitur ibi de reprobis & damnatis ad infernum inferiorē de quo Palm. 85. *Erussi animam meam ex Inferno inferiori, idē sequitur, nec habent ultra mercedem: quia obliuioni data est memoria eorum.* De iustis autem legitur Eccles. 39. *Non recedet memoria eius, & nomen eius requiritur à generatione in generationem.* Si autem quis contendere velit etiam de iustis ibi loqui: respondemus ibi sermonem fieri de notitia in ordine ad meritum, quod ibi non est, dum sunt extra statum uiae, suntque in termino, idē sequitur, *nec habens ultra mercedem.*

Synagoga cur ad habuit in usu inuocationem sanctorum.

Præterea Scriptura hæc loquitur pro tempore testamenti veteris, quo sancti non erant beati in patria, & hac ratione Synagoga non habuit usum, sub ea forma inuocandi sanctos, qua Ecclesia utitur: licet merita Sanctorum semper Deo proponeret, dicens. *Recordare Abraham, Isaac, & Iacob, &c.* cumque sancti tunc non regnarent in patria, non erat illis sic notitia nostri congrua qui uiaiores sumus, quia huiusmodi cognitio pars est gloriæ iustorum, qua sancti ante Christum caruerunt: licet illorum multis adhuc Deus hæc reuelauerit, vt superius dictum est.

Ad locum Isaie 63. *Tu es enim Pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos.* dico intelligendum esse non de cognitione operum Synagogæ, seu Iudeorum; sed de potestate liberandi à malis, quæ proculdubio non erat in Abrahamo & Iacob. & hunc esse huius Scripturæ sensum, patet ex antecedentibus & sublequentibus uerbis: ait enim,

Attende de calo, & uide de habitaculo sancto tuo, & gloria tua: ubi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo uiscerum tuorum & miserationum tuarum? super me conuenerunt se, tu enim Pater noster, & Abraham nesciuit nos, et Israel ignorauit nos: tu Domine Pater noster Redemptor noster, in saeculo nomen tuum. Quare errare nos fecisti Domine de uis tui: indurasti cor nostrum ne timeremus te?

Præterea etsi de notitia operum & præcum Synagogæ ibi sermo fieret, nihil tamen concluderet contra nos, quippe qui sanctos regnantes inuocamus, & non in limbo existentes. aliud enim est differere de sanctis regnantibus, quorum gloriæ congruit nostri notitia: & aliud de existentibus in limbo, qui uincti in lacu, ubi non est aqua, dicuntur Zacch. 9. & Lucæ 16. *inter nos & uos chaos magnum firmatum est.*

Aliud est loqui de sanctis qui olim erant in Limbo, & aliud de sanctis regnantibus in patria.

Ad locum 4. Reg. 22. dico quod nihil ad rem, nam nos dicimus ex diuina reuelatione innotescere, sanctis preces nostras, ibi autem legitur Deum noluisse reuelare Iosifæ Regi post mortem mala quæ populo suo superuentura erant, sequitur, quod Rex Iosias ea nescierit, at non sequitur quod non posset cætera & similia ei patefacere; idcirco ineptè concluditur sic dicendo: Iosifæ Regi noluit Deus reuelare quæ populo superuentura erant, ergo nullus sanctorum hanc reuelationem accipiet. sicut si diceretur, fortes non dormit, ergo nullus homo dormit, quid ineptius? Præterea si accuratius hanc Scripturam perpendere uolumus, dico tunc Deum Iosifæ Regi non omnem notitiam negasse, sed illam tantum, quæ in hoc saeculo habetur cū dolore & mœstitia ob plagarum afflictionem, & non eam quæ in alia uita haberi potest absque tristitia: scum iusti diuinæ iustitiæ seu diuinæ uoluntati efficaciter punienti malos, consentiant; & consequenter non tridentur. quapropter ibi legitur, *ut non uideant oculi tui omnia mala quæ introducturus sum in locum istum.*

Ad locum Augustini dico eum loqui de cognitione quæ sequitur humanam conuersationem, sicut v.g. scimus nos quæ amici præsentibus operantur, eorum delectationē vel tristitiam participant. quod autem August. firmiter docuerit sanctos beatos hæc scire, patet lib. 22. Ciuitat. Dei cap. 29. tomo 5. vbi ait. *Si Propheta Eliseus puerum suum Guezim absens corpore uidit accipientem munera, quæ dedit illi Naaman Syrus, quanto magis sancti uidebunt omnia, etiam unde sunt corpore absentes: tunc enim erit perfectum illud, de quo loquens Apostolus: ex parte inquit, scimus, & ex parte prophetamus: cum autem uenerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.*

Ad locum Gregorij respondeo, eum iure sic loqui, quia diuina reuelatione sancti opera nostra scium, & non propria uirtute, & Deum omnia semper reuelare non est certum: nam facile est, cum non expedit nobis id quod petimus, Deum sanctis nostras petitiones non reuelare idē dubitatiuè loquitur Gregorius. Secundò respondeo potius esse modum seu usum loquendi, quam dubitationem. & hoc idem dicimus etiam ad locum Augustini ibidem citatum, & etiam Origenis.

Quarta Obiectio. Deus paratissimus est nos audire, & magis nos diligit quam ullus sanctorum, ergo frustra inuocantur sancti, imò signum diffidentiae est sanctos inuocare. ait enim Dominus Lucæ 11. *petite & accipietis.* & Ioan. 16. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis.* & Paulus ad

ad Heb. 4. *Accedamus cum fiducia ad thronum gratia eius.* & Ioannes Chrylostomus hom. de protectu Euangelij tomo 3. ait. *caeterum non opus tibi patroni apud Deum, neque multo discursu ut blandiare alijs, sed licet solus sis patronoque careas, & per temetipsum Deum preceris, omnino tamen voti compos eris, neque enim tam facile Deus annuit, cum alij pro nobis orant, ut cum ipsimet oramus, etiam si plurimum plenissimi malis.*

Respondeo utique Deum paratissimum esse nos audire, & magis nos diligere quam vllus sanctorum. Sed sciant Sectarij Deum magis diligere sanctos quam nos; quia nos sumus peccatores, & *Altissimus odio habet peccatores.* Eccli. 12. Sancti autem iusti sunt, nec amplius possunt peccare, ideo preces eorum apud Deum debemus adhibere, ut quae desideramus obtinere valeamus. nec signum est diffidentiae de dilectione & bonitate Dei, sed de nostra sufficiencya, quia cum peccatores simus, & iniusti, exaudiri non meremur: hinc est quod Iacobus Apostolus c. 5. ad orandum pro iniucem suadet, dicens: *orate pro iniucem ut saluemini.* & sequitur. *multum enim valet deprecatio iusti assidua.* notanter dixit, deprecatio iusti, quia deprecatio peccatoris non est eiusdem valoris. Vnde Prou. cap. 15. *longe est Dominus ab impijs: & orationes iustorum exaudiet.* & cap. 28. *Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* & Psalm. 108. *& oratio eius fiat in peccatum:* & Thren. 3. *Sed & cum clamauero & roganero, exclusit orationem meam.* & postea. *oppositi nubem tibi, ne transeat oratio.* iure ergo ad Deum accedimus cum intercessione Sanctorum, qui sunt Dei amici: confidentes de diuina bonitate & misericordia ac dilectione, sed diffidentes de integritate conscientiae nostrae, quam Deus a nobis requirit. & aliter ad Deum accedere, puta sine sui humiliatione, non est confidentia, sed temeraria praesumptio. Et ipse Deus nobis sic praecipit, nam Gen. 20. dixit ad Regem Geraræ. *Nunc ergo redde viro suo uxorem, qua Propheta est. & orabis pro te & viues.* Et Iob 42. Dominus dixit ad amicos Iob: *ite ad seruum meum Iob, & offerite holocaustum pro vobis, faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia, neque enim locuti estis ad me recta, &c.* cum ergo ad Deum accedimus orantes media intercessione Sanctorum, humilitatem laudabilem sectamur Publicani, confidentes nos esse peccatores indignos ut exaudiri mereamur: scientes immensam Dei bonitatem, amicos Dei nobiscum assumimus, & orationem exponimus. sic enim Scriptura nos docet, qui autem oppositum faciunt, Pharisei superbiam ecta itur: Lucæ 18.

Ad locum Chrylostomi dico nihil facere ad rem; nam ipse negligentes, qui nolunt pro se orare, sed tantum orationibus aliorum se commendant arguit. quod utique signum est diffidentiae. hoc reprehendit Chrylostomus, & illis verbis tales ad orandum pro se hortatur & magis acceptam esse Deo propria orationem, quam aliorum, quando pro seipso quisque nunquam vult orare, docet: non excludit autem intercessionem Sanctorum nec docet orationem propriam, addita intercessione Sanctorum non esse magis Deo acceptam. & hoc rationabiliter, quia recta oratio est simul cum intentione cultus Dei: nam qui petit absque intentione cultus, non orat ut debet, quia affectum tantum propriae utilitatis habet. adde quod oratio est opus meritorium & satisfactorium, quia est opus poenale, requirens magnam animi ap-

plicationem, quae sine pugna & resistentia corporis & sensuum non fit. Haec autem bona perdit qui nunquam orat pro se, sed tantum orationibus aliorum se commendat; haec autem sunt quae Chrylostomus loco citato reprehendit; qui autem addendo Sanctorum intercessionem orat, nihil horum perdit.

Quinta Obiectio. Christus Dominus verbo & exemplo docuit Matth. 6. & Lucæ 11. quis sit in oratione inuocandus dicens.

Orantes dicite. Pater noster qui es in caelis. ipse etiam Christus aliquoties Patrem compellat, Ioan. 12. *Pater clarifica me,* Ioan. 17. *Pater venit hora, &c.* ergo Angeli vel homines mortui inuocandi non sunt.

Respondeo obiectionem esse ineptissimam: quomodo quae directè infertur ex eo quod Christus Dominus, Deum Patrem inuocare docuit dicens, *orantes dicite Pater noster,* ergo non licet aliquando sanctos ut amicos Dei inuocare, ut intercedant? quia ergo hic non dixit ipsum etiam inuocandum esse, qui est filius Dei, numquid Christum orare non licebit? cognoscat amicus lector Sectariorum ineptias.

Dices pro Sectarijs: Scriptura alibi docet Christum inuocandum esse, nam 1. Ioan. cap. 2. legitur, *Advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum, &c.* Et ego pariter dico etiam Dominum alibi docere in Scripturis Sanctos inuocandos esse: nam multis in locis supracitatis Deus ipse praecipit, ut legitur Iob cap. ultim. & Gen. 48. ut sancti adhibeantur ad intercedendum: & alibi per uires intercessio Sanctorum uiuentium legitur, nec obstat quod sint uiuentes, quia nulla est differentia inter sanctos uiuos & mortuos, utriusque sancti sunt, utriusque amici Dei, utriusque purae creaturae, utriusque intercessores, non Domini: quod ergo committitur uni, alteri non negatur.

Ad illud Ioan. 12. *Pater clarifica me.* & Ioan. 17. *Pater venit hora, &c.* nihil ineptius, quam ex his locis inferre sanctos non esse inuocandos. nam Christus Dominus quomodo poterat sanctos inuocare, ut ipsum clarificarent, cum hoc suae dignitati multum derogaret? nec clarificatio Christi a Deo facienda, opus habebat intercessionem Sanctorum. valet ne haec argumentatio. Christus non inuocauit sanctos ergo nec nos debemus sanctos inuocare? magna est differentia inter nos & Christum Dominum; sicut inter seruum & Principem, discipulum & Magistrum, filium & Patrem, Creatorem & creaturam; sed quis sanæ mentis hoc non nouit? eant ergo huiusmodi ineptiae.

Sexta Obiectio. Si Sanctorum inuocatio superstitione & Ethnica imitatione careret, certè non peteretur ab vno sancto vnum, ab alio aliud beneficium, cum Deus vnus sit author omnium donorum, & is aequè possit per intercessionem vnus, ac per intercessionem alterius quilibet concedere, ac Catholici vnum inuocant contra pestem: alium contra oculorum dolorem, alium contra dolorem dentium, &c.

Respondeo utique licere pro quacunque re sanctos inuocare indifferenter, & Deum qui author est omnium donorum per cuiuslibet sancti intercessionem posse quacunque concedere: non enim aliquando Ecclesia oppositum tenuit ac docuit, licet autem fidelibus aliquos sanctos ut praecipuos intercessores pro aliquo particulari beneficio inuocare, &

ratio

Fructus orationis
multiplex est.

ratio est, quia Sanctorum aliquis, aliquo particulari modo in presenti militia contra malignos spiritus, fortiter se gessit, aduersus quos habemus occultam lucta, dicente Apolt. ad Ephes. 6. *Non enim est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundum, retores tenebrarum, &c.* aliquis vero à Tyrannis cum fidem Christianam impugnaverunt, speciali medio ac via coronam acquisiuit. Sancti ergo quia varijs vijs, ac virtutibus coronam glorie adepti sunt, fideles beneficia particularia petunt à Deo per intercessionem illorum Sanctorum, qui per consimiles actus particulares meruerunt. ver.g. Catholici intercessionem S. Antonij Abbatis adhibent, vt dignetur Deus à varijs infirmitatibus Bruta animalia custodire, quæ humanæ conditioni sunt necessaria, quia Sanctus præfatus dæmonem fortiter & pluries superauit dum sensibiliter sub specie & figura diuersarum bestiarum cum eo sæpè pugnavit. Pro dentium sanitate S. Appollonia intercessionem similiter adhibemus, quia pro fidei testimonio auulsiõnem dentium passa est. & sic de singulis.

Cur Catholici particulares Sanctos pro particularibus beneficiis obtinendis orent.

Sed dices Ethnici similia faciebant; nam vnum Deum super hoc beneficium, & alium pro alio constituebant.

Respondeo quod multa faciebant Ethnici erga Idola sua, vel dictamine luminis naturæ ducti, vel quia sic falsò instruebantur à dæmonibus, quos sub Idolis colebant, quæ similitudinè habent cū his quæ licitè Ecclesia Catholica facit; ac nõ sequitur quod si illa superstitiosa erat: ergo & ista: quia omni ex parte cultus ille falsus erat, nam nõ erant dii, vt dicebant, nec amici Dei, qui apud Deum intercedere possent, vnde talis inuocatio & cultus erga illa erat illicitus: non sic de cultu & intercessione Sanctorum dicendum est; quia eos vt Deos non colimus, sed vt amicos Dei, nec authores donorum, sed vt intercessores; & quia verè sunt Dei amici ac domestici, rectus est cultus quem illis exhibemus, & licita intercessio. Actio autem formaliter non erat mala, sed tantum ex circumstantia, quibus ablatis, actio est nobis licita, qui veras & alias circumstantias habemus. nam etiam Ethnici orabant Idola sua, numquid nos non debemus orare Deū, quia illi orabant? oratio enim nihil mali continebat: at quia falsos Deos orabant, idèõ illicita erat; sic à pari dicendum est de cultu & inuocatione Sanctorum.

Septima Obiectio. Sancti in celo nihil sibi merentur, vel impetrare possunt, ergo multò minus alijs. Antec. patet quia Sancti sunt extrà statum viæ, in qua tantum meremur & demeremur.

Respondeo aliud esse mereri beatitudinè, & maiora merita acquirere in ordine ad maiora præmia in Cælo, quod vtique fieri non potest extrà statum viæ; & aliud impetrare pro alijs aliquod beneficiū, quod omni tempore Sanctis licet, virtute meritorum quæ habuerunt in via. quorum licet habuerint condignū præmium in ordine ad beatitudinè, non tamen in ordine ad intercedendum pro nobis, quia meruerunt etiam vt semper grata sit Deo, pro omni tempore illorum intercessio. Hoc dicant Sectarij.

Aliud est mereri beatitudinè, & aliud mereri extrà statum viæ.

DISPUTATIO IV.

An liceat imagines Sanctorum habere & colere, ac eorum Reliquias, & etiam Crucem Domini venerari.

Hæresim Iconoclastarum iam damnatam & sepultam per septimam Synodum generalè, Nicenam secundam, circa imagines Sanctorum & cultum eorum, modernis Sectarij, contra quos disputamus, iterum ab inferis reuocarunt: & contra Sanctos quælorum insipientes omnes sacras imagines damnant, reliquias illorum tollunt & destruunt, eorumque venerationem prophanam dicunt, & insuper signum Crucis abominabile esse fatentur: adeo vt Satanæ verissimos ministros esse, qui Sanctorum & Crucis Domini terus hostis exiit, in re huiusmodi magis ac magis patefacere voluerint; dum eorum memoriã & honorem è terra penitus auferre, omnem adhibent astutiam. Sed sicut olim facile fuit Catholicæ Ecclesiæ hanc sententiã hereticè esse demonstrare; sic in presenti omnes rationes quas Nomatores addiderunt; calcare & profligare non erit difficile. Primò itaque quatuor conclusionibus Catholicam veritatem confirmabimus, & secundò qualescunque adinueniunt obiectiunculas ad hæresim cooperiendam, inanes & vacuas esse demonstrabimus.

Moderni Sectarij hæresim Iconoclastarum assumpserunt

Prima Conclusio. Licitum est imagines Dei & Sanctorum facere; habere, & colere. Probatur primò de imaginibus Dei, licitum est Deum omnibus representare, sicut ipsemet se representauit; postea circumstantia finis boni & vtilis, vt sanæ mentis patet: nam aliter affirmare est Deum arguere quod talia malè operatus sit: ac hoc facit Catholica Ecclesia per picturas & sculpturas, circumstantiam finis boni & vtilis apponens, quia motiuum dat omnibus Deum colendi, eique gratias agendi, quia sic dignatus est cum hominibus, ergo licitum est Deum taliter per picturas & sculpturas exprimere; omniumque oculis proponere.

Licitum est imagines Dei & Sanctorum facere, habere & colere.

Assumptum probatur, nam Gen. 3. legitur; *Et cum audissent (id est Adam & Eva) vocem Domini Dei dormitantis in Paradiso ad auram post meridie, abscondit se Adam, & uxor eius à facie Domini Dei in medio ligni Paradisi: vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: ubi es? qui ait: vocem tuam audiui in Paradiso: & timui eo quod nudus essem; & abscondi me, &c.* apparuit itaque sub specie hominis, cui proprium est deambulare.

Gen. 28. *Viditque Iacob in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixam scalam dicentem sibi: Ego sum Deus Abraham Patris tui, & Dns Isaac: Terram in qua dormis tibi dabo & femini tuo. Quia vt innixus scalæ Dominus apparuit, haud dubium est sub specie humana apparuisse.*

Isaie 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Dan. cap. 7. & cetera dicitur nec throni positi sunt; & antiquis dierum sedes: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana mundæ. Si ergo seipsum Deus sub forma*

...

ma humana expressit cur idem Ecclesia exprimere non poterit? & Matth. cap. 3. Spiritus sanctus sub specie columbæ apparuit. igitur si Deus in Scripturis depingitur, quis prohibet illum eodem modo per picturas exprimere?

Oculus Caluini
refellit.

Respondet Caluinus id factum esse, quia Deus incarnari volebat: columbam autem citò euauisse, vt doceret nos Spiritum sanctum esse inuisibilem: Sed inaniter & ineptè hæc dicuntur. Quid enim refert Deum sic apparuisse quia incarnari volebat, vel ob aliam causam? satis est sic apparuisse, & consequenter sicut apparuit, sic ab Ecclesia potest depingi. Præterea, si sic apparuit quia incarnari volebat, ergo multò magis sic illum debemus exprimere, quia iam incarnatus est. Spiritus sanctus autem in specie columbæ apparuit vt Christi innocentiam simul & personam manifestaret. Quod autem statim euauerit, non infert Spiritum sanctum inuisibilem esse, quia species illius columbæ omni tēpore permanere non debebat, etiam si Spiritus sanctus esset visibilis, cum dato testimonio diuinitatis Christi, euanescere debuisset. Adde, quod hoc dato nec sequitur ab Ecclesia Spiritum sanctum sic depingi non posse: quia Deum non depingit sub forma hominis, vt ostendat Deum oculis corporeis esse visibilem & corporeum esse; sed vt ostendat subtili forma apparuisse. ita cum Spiritum sanctum depingit, docet sic apparuisse, non autem ipsum columbam esse vel fuisse, vel inuisibilem, &c.

Dicos, tales picturæ errorem in plebem inducere videntur, quæ facillè credere potest Deum esse corporeum.

Respondeo nihil horum sequi, quia Christiana plebs tanta crassitudine mentis non laborat vt hoc ignoret, nec deest omni tempore concionatorum & concionum frequentia apud Catholicos qui Deum spiritum seu substantiam incorporatam esse aperiant.

Secundò probatur Conclusio quoad secundam partem, nempe imagines Sanctorum facere, habere, & colere licitum esse. Ad quam probandam omnia quæ in septima Synodo generali leguntur in medium afferre opus esset: in qua opposita sententia vt hæretica damnata est, & Catholica veritas innumerabilibus testimonijs corroborata fuit: vt Secretarij, ad quorum manus præsens volumen deueniet, cognoscere facilius possent, quam inanis & inutilis fuerit eiusdem damnatæ opinionis innouatio: sed quia breuitatem sectamur, ne lector verborum pluralitate grauetur, satis erit quædam hic inferere, eorum quæ Adrianus Papa in hac eadem causa ad Constantinum & Irenem Augustos scripsit: quæ Epistola antè Acta eiusdem septimæ Synodi habetur. Qui autem plura circa huiusmodi causam scire desiderat, septimam Synodum percurrat.

Dominijs pijsissimis & Serenissimis victoribus, triumphatoribus, filijs in Deo & Domino nostro Iesu Christo dilectis, Constantino & Irenæ Augustis, Adrianus seruus seruorum Dei.

Epistola Adriani
Pape ad Constantinum Augustum.

Deus, qui iussit è tenebris lucem splendere, quippè qui nos à potestate tenebrarum, per filij sui, veræ scilicet lucis incarnationem, &c. & longè post. Reliquum est vt mansuetudo Imperatoria in partibus illis Græciæ hoc idem imperet, & Orthodoxam fidem confirmet, quæ iuxta Scripturam vnum sit ouile, & pastor vnus: cum videat in vniuerso terrarum Orbe, vbi Christianismus pollet, ab omnibus

fidelibus venerandas Imagines honorari: nimirum vt per visibilem figuram, ad inuisibilem magnitudinis eius diuinitatem spirituali dispositione mentes nostræ rapiantur, secundum carnem quam Dei filius propter salutem nostram suscipere dignatus est, Redemptorem nostrum in cælis existentem adoremus, & in Patre glorificantes adoremus quemadmodum scriptum est, Deus spiritus est: & illud comprobando, secundum spiritum Deitatem illius adoremus, Nequaquam autem sic statuamus, quemadmodum quidam nugantur, vt Imagines tanquam Deos conficiamus, labor enim & fatigatio nostra quem exhibemus, in desiderium Dei Sanctorumque eius perficitur. & quemadmodum sacra Scriptura Imagines in memoriam venerationis habet, sic & eas habeamus, seruantes vt perpetuò fidei nostræ puritatem. Quin etiam factor noster & artifex Dominus Deus, iuxta propriam Imaginem & similitudinem, hominem de luto terræ finxit illuminauitque, in libera potestate sui ipsi constituens. Præterea primus ille homo liberi arbitrij existens, cuncta animantia terræ & volatilia cæli, annuente Deo, nominibus proprijs vocauit. Abel autem ex primitijs ouilis propria voluntate dona Domino Deo obtulit, de quo legimus: Respexit Dominus ad Abel, & ad munera illius. Deindè Noè post Cataclismum, hoc est, diluuium, altare propria voluntate Domino construxit, & ex omnibus animalibus & volatilibus pura dona in altari hoc attulit. Similiter etiam Abraham, quemadmodum testatur Scriptura propria voluntate aram extruxit in honorem & gloriam Dei, quemadmodum apparuerat. Iacob etiam, cum fugisset à facie fratris sui, vidit per visum Angelos Dei per scalam ascendentes & descendentes, & Dominum innixum scalæ ad se loquentem. Postquam autem surrexit, ex sua voluntate lapidem in quo caput declinarat, sustulit: & vbi erexisset eum infundissetque oleum super eum, vocauit locum Bethel dicens: non est hic aliud quam domus Dei. Ob quam sanè causam, non legimus illi iratum Deum, non enim illi exprobrauit, quod sua voluntate lapidem erexisset. Etenim o Serenissimi filij Principes & rectè sentientes Imperatores, quæcunque in admonitionem hominum ad gloriam Dei spectantia fiunt, Deo displicere nequeunt. Rursum idem Iacob illa in summitate virgæ suæ adorauit, fide dilectionis id agens, de qua Beatus Paulus Apostolus in Epistola ad Heb. dicit. Non quod virgam illam, sed tenentem eam, in signum dilectionis adorauit. Quid hoc sibi vult? nimirum quod & nos iuxta desiderium & amorem, quo erga Deum, Sanctosque illius affecti sumus, figuras in Imaginibus representemus, non, inquam, in coloribus & tabulis honorem constituentes, sed eorum prædicantes gloriam, quorum appellationem Imagines referunt: accedamus iterum ad Scripturam, videamusque quid Mosi à Domino mandatum fuerit, cum illum iuberet propitiatorium de auro mundissimo conficere, quod duos cubitos, & dimidium in longitudine & cubitum & semissem in latitudine conficiebat. Duos quoque Cherubim aureos & productiles ex vtraque parte oraculi. Et paulò post: Impones testimonium quod dabo tibi, quo operièda est Arca. & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubin qui erunt super Arcam testimonij. Quin etiam in velis & cortinis tentorij, duorum Cherubin opus textile, & diuersicolorum

lotium fieri iussit: ex his animaduertendum est Serenissimi Domini & filij Principes Deum Omnipotentem Dominū nostrum, de medio Cherubin manu hominum factorum, pro salute populi, non indignatum loqui. Quamobrem non est dubitandum, omnia quæ in Ecclesijs Dei ad laudem & decorem domus illius constituuntur, sancta, & colenda esse. Sed & hoc, o Serenissimi Imperatores, ad credulorū certiore fidem, & errantium castigationem adiciendum est, non frustra Mosi famulo suo, quemadmodum in libro Numerorum legitur, propter pestē in populum grassantem, præcepisse: Fac serpentem, & pone illum in signum, & qui tactus fuerit, illumque inspexerit uiuet. Fecit igitur Moses serpentem æneū, & posuit illum, & seruari sunt. O insaniam infremētium aduersus fidem & cultum sacrum Christianorum, o stultitiam vetantium venerandas Imagines honorari, in quibus seruatoris nostri, cuius potentia genus humanum, & constat adhuc & seruatur: præterea genetricis eius, omniumque Sanctorum historiarum continentur. Nam si Israeliticum populum, per inspectionem ænei serpentis seruatum à sua parte credimus: Christi verò Dei & seruatoris nostri omniumque Sanctorum figuras contemplantes & venerantes dubitamus nos seruari? absit ut à Patrum Sanctorum traditione diuersa sentiamus, heretamus in doctrina illorum, nec ab illa declinemus.

Et Salomon in eo Templo quod Domino ædificauit Cherubim in gloriam Dei fecit, & diuersis coloribus illud adornauit, quare ergo nō & nos quoque sentientes rectè, confessionem fidei nostræ & speciositatem domus Dei ex diuersis coloribus & picturis exornabimus: cum & Isaias Propheta dicat: in diebus illis erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & columna continens fines eius: & erit in signum & testimonium Domino in terra Ægypti. clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantium, & mittet eis Saluatorem & propugnatorem qui liberet eos. Quin etiam Psalm. cantor David hymnum canens dicit: confessio & pulchritudo coram eo. Iterum. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locū tabernaculi gloriæ tuæ. Rursum idem aduentum & incarnationem filij Dei seruatoris nostri prædicans, magnificè faciem illius; iuxta dispensationem incarnationis illius adorandam censet, dicens: exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram: Iterum: faciem tuam supplicabunt diuites populi. Rursum: signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Qua de causa

Testim. S. August.

D. August. magnus ille doctor in serm. adhortatorijs suis inquit: quid est Imago Dei aliud, nisi vultus Dei, in quo signatus est populus Dei? In cuius cōsensum & D. Gregor. Nisæ Episcop. de Patriarcha Abrahamâ sermonem faciens dixit: Vidi nō infrequenter passionis figuram, neque lachrymis eiusmodi picturam tranij, cum scilicet opus artificis in personam significatam demonstratum esse viderem, & reliqua quæ ex interpretatione in Cantica Canticorum adfert. Nec aliter deinceps subsequens ex eadem doctrina sonat. Nunquid materia diuersorum colorum animæ imitationem non repræsentat? nam qui Imaginem adspicit, quæ ex arte per diuersos colores in tabula est expressa, non ex picturâ & colorum tinctura similitudinem accipit. sed ad contemplationem primi exemplaris animam reducit.

Testim. S. Basilii.

Quin etiam in Epistola D. Basilij qua in Iulianum desertorem inuehitur: Quemadmodū à Deo Christianam & inculpabilem nostram fidem veluti hære-

ditario iure accepimus, sic confiteor, & in ea maneo. Credo autem in vnum Deum Patrem Omnipotentem, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, vnum Deum, hæc tria adoro & glorifico. Confiteor etiam filij incarnationem: deinde S. Mariam, quæ secundum carnē illum peperit, hanc Deiparam vocans. suscipio etiam S. Apostolos, Prophetas & Martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quo per illorum meditationē propitius sit mihi Deus noster benignissimus & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias Imaginū illorum honoro & palam adoro. hoc enim nobis traditum à SS. Apostolis, nō est prohibendū, sed in omnibus Ecclesijs nostris eorum historias erigimus. Idem serm. in quadraginta martyres. Quin etiam bellorū trophea & victorias, & historici Scriptores & pictores demonstrant, hi quidem orationem exornantes, hi verò in tabulis depingentes, multos ad virtutem & virilitatem excitant. Siquidem quæ historia oratione exprimit, hæc tacens pictura per imitationem ostendit.

Ioannes quoque Chrysof. Episc. Constantinop. in serm. in parabolam de semine: Nonne iniuria afficit Regem, qui regiam vestem violat? Non nouisti, quod is qui iniuria afficit Imperatoriam imaginem, in Imperatorem ipsum, veluti exemplar imaginis, eiusque dignitatem iniurius est? Nescis quod quicumque ex ligno & coloribus imagini conuicia dicit, illum nō damnari, veluti in rem inanimatam, sed contra Regem ipsum dixerit? indicatur enim occultè Regi iniuriam intulisse. Et rursus ex eodem in serm. in sanctam quintam diem Paschæ: omnia facta sunt in gloriam Dei, & ad nostram doctrinam: quare ad pluuiarū ministerium dictū est: Impleatur terra fructuum copia, mare natantibus: omnia Deo seruiunt, imò potius Imagini Dei. nam cum Regiæ figuræ & imagines in ciuitates inferuntur, populus non ipsam tabulam, aut ex cera factam imaginem honore prosequitur, cumque Magistratu illuc obuiam procedit, sed potius Regiam historiam & veluti præsentiam suscipiunt: eodem sanè modo & ipsa creatio non terrenam istam speciem, sed cælestem historiam admiratur.

Testim. S. Ioannis Chrysof.

Similiter B. Cyrilli verba ex interpretatione eius in S. Matthæi Euangelium, adserimus. Sic enim inquit: fides enim depingit Verbum quod in forma Dei existit, quod liberata nostra vita adiūxit se Deo, similitudineque nostra adsumpta factum est homo. Idem paulò post: Imaginum vsum nobis suppleat parabolæ quæ signorum virtutem nobis subiungunt, nimirum per oculorum appositionem, manuum tactum, & quæ in nudo intellectu contemplationem obscure habent.

Testim. S. Cyrilli.

Adducamus etiam & D. Athanasij A' Alexandrini Episcopi verba, de eo quod Dominus carnem humanam adsumpsit. Ex multis commodè paucis sumentes, scripsimus: Quandoquidem ea quæ in tabulis picta sunt, cum figura per sordes & litum deleta fuerit, necessarium est, & denuò pingatur & reficiatur, modo talis sit, ut adhuc renouari in eadem materia & tabulis possit. Nam per eandem formam & materiam in qua depingitur, non destruitur: verum potius in eo quod ante fuit, consensit.

Testim. S. Athan.

Dicamus & aliud ex D. Ambrosij ad Gratianum Imperat. lib. 3. cap. 9. Quid ergo? nunquid cum diuinitatem & carnem adoramus, Christum diuidimus?

Testim. S. Ambrosii.

mus? num quando in eo, & diuinam Imaginem & Crucem adoramus, ipsum partimur? absit.

Itidem audiamus quid nobis Beatus Stephanus Episcopus Bostrorum prædicet: Quicumque imagines diuorum confitentur, non errant, siquidem omne opus factum in nomine Dei bonum & sanctum est. aliud enim imago, aliud animalis abiecti statua. Quando namque Deus Adam plasmavit, hoc est creauit, dixit: faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram, & fecit hominem in Imaginem Dei. ergo quod Imago Dei sit homo, ob id statua deorum est idololatria & impietas? haudquaquam. Etenim si Adam imago demonum fuisset, utique reprobandus fuisset, & receptu indignus: quando verò Dei Imago est, honore prosequendus est, & admitti dignus. Omnis enim imago siue Angelorum, siue Prophetarum, aut Apostolorum, aut Martyrum, aut alioqui iustorum virorum, in nomine Dei facta, sancta est. non enim ipsum lignum honoratur, sed ipsum illud quod in ligno datur contemplandum: atque ita per recordationem veneratio exhibetur. Omnes enim principes etiam si pessimi sint peccatores, adoramus & reuerenter salutamus, quid vetat igitur quominus non liceat & sanctos Dei ministros venerari, & in memoriam eorum imagines statuere & erigere, ne in obliuionem perpetuam veniant? Verum, inquis, Deus ipse manufacta prohibuit adoranda. Dic mihi, ò Iudæ, quid est quod super terram extet, quod non sit manu hominum factum, postquam à Deo fuerat creatum? quid? Arca Dei quæ ex lignis Sethim constructa est & ædificata, nonne opus est hominum? quid altare? quid propitiatorium? quid vrceus in quo manna recondebatur? quid mensa & candelabrum? quid interiores & exteriores cortinæ? sunt ne opera manuum hominum, quæ Salomon fieri mandauit? Quamobrem ea quæ Sancta Sanctorum dicuntur, cum sint manufacta, præterea Cherubim, & sex alata illa quæ circa altare Domini fuerunt, cum sint animalia & imagines Angelorum opera manuum hominum non fuerunt eiecta & à Iudæis proculcata? non aliam sanè ob causam quam quod Dei mandato imagines fuerunt Angelorum sacrata. Gentium autem idola quia imagines fuerunt demonum, Deus eiecit & condemnauit. Nos verò in memoriam Sanctorum imagines facimus: quorum ais? Abrahæ, Moïsis, Eliæ, Isaïæ, Zacchariæ, reliquorumque Prophetarum, Apostolorum, & Sanctorum Martyrum qui propter Christum tribulati sunt, quo qui in imagine contemplatur illorum & meminerit, & glorificet Deum qui illos quoque magnificat. Decet siquidem eos honor & veneratio, propter iustitiam eorum, ut omnis qui viderit eos in imitationem illorum operum ducatur. Qualis verò ille est adorationis honor? profectò non alius quam is, quo nos peccatores quoque inuicem prosequimur, salutantes nos inter nos [per] honorationem & dilectionem. quid aliud apud Dominum Deum nostrum tentamus quam adorantes, glorificantes & trementes eum? Imago enim nihil aliud est, quam figura illius qui in pictura expressus est. Impij verò, qui ipsi nihil boni faciunt, neque Sanctorum recordantur, caueant bona operantes impedire: neque scandalo sint his, qui Sanctos Dei seruos honore afficiunt. Boni enim operis bonam mercedem adipiscuntur. Impij verò quemadmodum animo suo voluerunt,

ita infidelitatis suæ mansiorem inuenient: quando iustitiam negligentes à Deo descuerunt. Ex his liquiddò constat ob recordationem Sanctorum Imagines tantum pingi, venerari, & coli, quos clare constat seruos esse Dei, & pro nobis apud Deitatem obsecrantes & intercedetes. dignum namque est, ut ducù nostrorum memores simus & Deo gratias agamus.

Accedant his quæ B. Hieronymus Presbyter Hierosol. in quodam sermone scripta reliquit. etenim, ut concessit omnibus Gentibus adorare quæ manufacta sunt, Iudæis quidem crustas illas quas fabricauit Moïses, præterea duo Cherubim aurea: ita nobis Christianis crucem largitus est, & honorum operum imagines pingere & venerari, satque ita nostrum opus apud eum probare. Hæc sunt Serenissimi & piissimi Imperatores & dilectissimi filij, quæ ex sacra Scriptura noui & veteris Testamenti, item pijs Sanctorum Patrum sententijs de sacris imaginibus Dei, Sanctorumque virorum, item de diuina pictura in Ecclesijs ad laudem Dei & memoriam Sanctorum suscipienda breuiter descripsimus, &c.

Secunda Conclusio. Reliquiæ Sanctorum à fidelibus venerandæ sunt. Probatur; 4. Reg. 13. sic legitur. *Mortuus est ergo Eliseus & sepeliebunt eum, latrunculi autem de Moab venerunt in Terram in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominem vidit latrunculos, & proiecerunt cadaver in sepulchro Elisei, quod cum tetigisset ossa Elisei, reuixit homo, & stetit super pedes suos.* Deus ergo sic honorauit reliquias S. Elisei Prophetæ, ut per ipsas seu ad ipsarum honorem hominem fecerit à mortuis resurgere, quis itaque sanus mente reliquias SS. non venerabitur.

Et cap. 23. Iosias Rex ossa Prophetarum honorauit. sic enim ibi legitur. *Et ait, Quis est titulus ille quem video? Responderuntque ei ciues Iherosolymitanæ: sepulchrum est hominis Dei, qui uenit de Iuda, & prædixit uerba hæc, quæ fecisti super altare Bethel. Et ait: dimitte eum, nemo commoueat ossa eius. Et inacta manserunt ossa illius, cum ossibus Propheta qui uenerat de Samaria.*

Matth. 9. *Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius: dicebat enim intra se, si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. at Jesus conuersus & uidens eam dixit: confide filia, fides tua te saluam fecit. & salua facta est mulier ex illa hora.* Quia igitur mulier hæc vestes Christi honorauit, non solum non fuit reprehensa, sed fructum huius operis accepit, nempe sanitatem. Nec ualet occurrere id accepisse ob meritum fidei, quia nec nos fidem excludimus: tamen notandum est eam fidem habuisse quod per tactum vestium id recipere posset, ut de facto recepit: licet ergo vestes Sanctorum similesq; reliquias venerari, & per hanc uenerationem, adhibita fide qua credi debet id fieri posse à Deo, sperare supernaturalia beneficia. Quod etiam factum esse, laudabiliter & fructuose legimus Act. 5. ubi dicitur, vmbra Petri contulisse sanitates: & inter reliquias Sanctorum nil uilius umbra. *Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo uirorum ac mulierum, ut aut in plateas eijcerent infirmos et ponerent in lectulis ac grabatibus, ut ueniret Petrus, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrere autem & multitudo vicinarum Ciuitatum Ierusalem, afferentes agros, & uexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes. Nec hoc absque ueneratione fieri poterat, ut experientia ipsa docet.*

Et

Testim. B. Stephanus
Episcopi Bostrorum.

Testim. B. Hieronymus
presb. Hierosol.

Reliquiæ Sanctorum à fidelibus
uenerandæ sunt.

Et cap. 19. legitur. *Virtutesque non qualibet faciebat Deus per manum Pauli: stans enim super languidos deferretur à corpore eius sudaria & semicinctus, & precedebat ab eum languoros, & spiritus nequam egrediebantur.* ergo reliquæ ille Pauli veneratæ fuerunt. omnium autem reliquiarum veneratio ad ipsos Sanctos refertur & in cisterminum accipit:

Confirmatur hæc veritas testimonio antiquæ Ecclesiæ Catholicæ. nam Conc. Carthaginense quintum anno Domini 398. à septuaginta Episcopis celebratum, & à Leone IV. d. 20. c. de libellis probatum in cap. 14. sic habet. *Item placuit ut Altaria, qua passim per agros aut vias tanquam memoria martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliqua martyrum condita probantur ab Episcopis, qui eisdem locis præsent, si fieri potest evertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non finitur, plebes tamen admonentur, ne illa loca frequentent, ut qui rectè sapiunt, nulla ibi superstitione deucti teneantur. & omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliqua certa reliqua sint, aut ubi origo alicuius habitationis vel possessionis vel passionis fidelissima origine traditur. nam qua per somnia & per manes quasi revelationes hominum ubiq; constituuntur altaria omnimodè reprobentur.* Quibus antiquam Ecclesiam, loca ubi vera corpora martyrum erant, venerari solere, docemur.

Secundò probatur veterum Patrum testimonio. August. lib. de Ecclesiasticis dogm. c. 72. tom. 3. ait. *Sanctorum corpora, & præcipue beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra sincerissimè honoranda, & basilicas eorum nominibus appellatas, velut loca sancta diuino cultui mancipata, affectu pussimo & deuotione fidelissima aduandas credimus. si qui contra hanc sententiam venerit, non Christianus, sed Eumonianus, & Vigilantianus creditur.*

Christostomus serm. quod Christus sit Deus tomo 5. ait. *Nam qui ducebantur, circumducebantur, qui contempti erant & umcti, qui innumera patiebantur diuinebant: ubi defuncti sunt, Regibus ipsis erant magis venerabiles: etiam Roma qua Urbium est regalissima, relictis omnibus, ad sepulchra piscatoris & pelionis currunt & Reges & Præsides & milites. & in Constantinopoli Reges nostri magnam gratiam præstant, non si propè Apostolos sed si vel extrà eorum vestibula corpora sua sepeliuntur, fiantque piscatorum ostiarij Reges.*

Ambrosius Epist. 54. Marcellinæ sorori tomo 5. inquit. *Inuenimus mira magnitudinè viros duos, ut prisca atas ferebat: ossa omnia integra, sanguinè plurimum, ingens concursus populi per totum illud biduū. Quid multa? condimus integra, ad ordinem transfulimus, vespere iam incumbente ad basilicam Faustæ venimus: ibi vigilia tota nocte, manus impositio. sequenti die transfulimus ea in basilicam quam appellant Ambrosianam. dum transferimus cæcus sanatus est.*

Hieronym. lib. contra Vigilantium tom. 2. inquit. *Non diffiteor omnes nos, qui in Christo credimus, de Idololatriæ errore venisse, nō enim nascimur, sed renascimur Christiani, & quia quondam colebamus Idola, nunc Deum colere debemus, ne simili eum videamur eum Idoli honore venerari? illud fiebat Idoli, & idcirco detestandum est: hoc fit martyribus, & idcirco recipiendum est. nam & absque martyrum reliquijs per totas Orientis Ecclesias quando legendum est Euangelium accenduntur luminaria iam sole rutulante, non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum latitæ demonstran-*

dum. Vnde & virginis ille Evangelica semper habent accensas lampades suas: & ad Apostolos dicitur: sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. & infra: Male ergo facit Romanus Episcopus qui super mortuorum hominum Petri & Pauli secundum nos ossa veneranda, secundum se vitem pulsculum, offert Domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratu altaria?

Tertia Conclusio. Crucem Domini adorare piū est & iustum. Antequam ad probationem huius Conclusionis veniamus, considerandum est Crucē Domini veram in qua scilicet, crucifixus fuit, inter reliquias sacras connumerandam esse, quia sanguine sacro Saluatoris aspersa fuit, & ipsum sacrum corpus sustinuit & tetigit. cæteras verò Cruces quæ ad similitudinem illius fiunt & benedicuntur, inter sacras Imagines habendas esse. Hinc est quod rationes quibus sacras Reliquias & Imagines venerandas esse probamus, simul etiam huiusmodi Cruces esse adorandas, probant.

Igitur si Iosue 5. Terra ubi apparuit Angelus sancta fuit, cur non magis Crux, ubi Rex regū Christus pendit? si altaria ubi sacra fiunt sacrificia in honore habentur: & Sancta Sanctorum in Templo Salomonis, Arca testamenti, candelabrum aureum, &c. in magna veneratione fuerunt: cur non Crux Christi, quæ altare fuit ubi filius Dei pro totius humani generis salute, immolatus est, ubi vita mundi pendit, in qua Christus triumphauit, dæmonem ac mortem superauit? Et quis signum hoc non venerabitur quod erit in Cælo dum Dominus Orbem terræ iudicabit ut legitur Matth. 24. *Virtutes Cælorum commouebuntur, & tunc parebit signum filij hominis in Cælo.* de quo signo canit Ecclesia Catholica, iuxta communem veterum Patrum expositionem, *Hoc signum Crucis erit in Cælo cum Dominus ad iudicandum venerit?*

Signum ergo hoc est ab omnibus venerandum: Cuius etiam in veteri Testamento egregiæ præcellerunt figuræ: scilicet, Virga Moysis, qua prodigia multa fecit de qua legitur Exodi 4. *Virgā hanc sume in manu tua in qua facturus es signa.* qua aperuit mare rubrum ut saluaret populum Israel, & clausit, ut Ægyptios submergeret in aquis. Baculus Iacob, quo transiit Iordanem Gen. 32. Scala per quam Iacob vidit ascendentes & descendentes Angelos, super quam Dominus innixus manebat Gen. 28. Cythara, qua David Saulis dæmonē fugabat 1. Reg. 19. Thau, quo frontes fidelium signantur Ezech. 9. Et lignum, quod aquas Marath dulcorauit: Exodi cap. 15. &c. Et ipsi dæmones huius veritatis testimoniū reddunt, dum signum Crucis contremiscunt & fugiunt, quod nisi sacrum ac venerandum esset, non fieret.

Præterea pietatis & veritatis testimonium ab antiquo tēpore habemus, nam Constantinus Magnus Imperator à S. Syluestro Papa edoctus, Crucis signū mirabiliter veneratus est, illudque in labaro posuit, decreuitque ne ampliùs aliquis Cruci affigeretur, & quod instrumentum fuerat pro puniendis malis, in futurum super Principū diademata sisteret, &c. Vnde August. super Plal. 54. ad 1. vers. inquit. *Assende gloriam Crucis ipsius. in fronte Regum Crux illa fixa est, cui inimici insultauerunt.* & serm. 18. de verbis Domini tom. 10. ait. *Sed quia ipse honoraturus erat fideles suos in fine huius sæculi, prius honorauit Crucem in hoc sæculo, ut terrarum Principes credentes in eum prohiberent aliquem nocentiū crucifigi, & quod cū magna*

Testim. Conc. Carthag. quini anno 398.

Crucem Domini adorare piū est & iustum.

Testim. vet. SS. PP.

Crux Christi in vet. testam. signata fuit.

Testim. primitiue Ecclesiæ.

insultatione persecutores Iudas Domino procurarunt, magna fiducia seruis eius etiam de Reges in fronte nunc portant.

Accedit septimæ Synodi Generalis decretum. Act. vii. sic. Igitur qui ausi fuerint aliud sentire aut docere, aut more impiorum hæreticorum Ecclesiasticas traditiones contemnere, aut novam quandam vaniloquentiam inducere, aut quidquam de consecratum in Ecclesia abijcere, Evangelij inquam depictum codicem, aut figuram Crucis, aut Imaginem alcuus picturam, aut reliquias martyrum, quas sciverint esse germanas & veras; aut contra ista vafre & improbe aliquid excogitare, quod sit contra constitutionem Ecclesiasticam: aut vis tanquam communibus, sacratum Deo repositum preciosis aut Monasterijs reuerendū: si fuerint Episcopi aut Clerici, deponantur: si Monachi aut laici commatione puniantur.

Testimonium
Veterum Sanctorum
Patrum.

Probatur tandem Conclusio veterum Sanctorum Patrum testimonio. August. serm. i. in Parasocuto tomo 10. ait. Hodierna die Dominus noster, fratres, pependit in Cruce, & nos epulamur, ut discatis quoniam Cruce Christi seria sunt & nuda spiritalia. ante enim nuncque Crux nomen condemnationis erat, nunc vero facta est res honoris: prius in damnatione maledicti stabat, nunc in occasione salutis erecta est. Hæc enim Crux innumerabilem nobis bonorum exitus causa: hæc nos de erroribus liberauit, hæc nos sedentes in tenebris illuminavit, hæc nos ex diabolo expugnatore reconciliauit Deo, & ex alienatis restituit in domesticos, de longinquis proximis fecit, de peregrinis reddidit cives, &c. Propter hanc diem festum agimus, crucis memoriam celebrantes. ita & Magister Gentium docet propter Crucem annua festa constituit. epulemur, inquit, non in fermento veteri, neque in fermento malitia & nequitiae, sed in azimū sinceritatis & veritatis. deinde causam agenda solemnitate adijciens, ait: Quoniam Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus, &c. Vox laetitiae & salutis in tabernaculo iustorum, sed & omni terra latetur, Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. & ubi immolatus est? Dicitur, in altitudine Crucis. Non est altare sacrificij huius, quoniam & immolatio noua & admirabilis. ipse enim & hostia erat & Sacerdos. Hostia quidem secundum carnem, Sacerdos vero secundum spiritum. Idem ipse & offerebat quidem secundum spiritum, offerebatur vero secundum carnem. Audi igitur nunc quomodo utraq; hæc manifestauerit Paulus. Omnis, inquit, Sacerdos qui ex hominibus accipitur, pro hominibus constituitur. Unde necessarium est, ut ipse habeat quod offerat, ecce ipse offerebat seipsum, &c. Vidisti quomodo simul & hostia & Sacerdos factus est, & altare erat Crux, &c.

Et Serm. 15. in Festo S. Crucis tomo 10. inquit, Nolite rubescere de Cruce Christi, id est in fronte, tanquam in sede pudoris, signum accepistis, recole frontem tuam, ne linguam expauescat alienam. Signum veteris testam. circumcisio in latenti carne: signum noui testamenti Crux in libera fronte.

Chrysof. Serm. quod Christus sit Deus, ante medium, tomo 5. ait. Nam maledictus omni, dicit, qui pendet in ligno. Verum tamen hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi supplicij Symbolum, Crux, diadematis & coronis clarus factum est. Neque enim sic regia corona ornatur caput, ut Cruce, qua omni cultu dignior, & quam omnes prius abhorrebant, eius figuram ante opere quarunt: atque aded ubiq; ea inuenitur apud Principes, apud subditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, apud seruos, apud liberos: subinde omnes ea se signant in scribendo in nobilissimum

membrum nostrum. In fronte enim nostra quasi columna quondam figuratur, sic in sacra mensa, sic in sacerdotum ordinationibus, sic iterum cum Corpore Christi in mysticis omnibus fulget. Hæc ubique celebrari videre licet, in domibus, in foro, in solitudine, in vijs, in montibus, in colibus, in vallibus, in mari, in nauigijs & insulis, in lectis, in vestibus, in armis, in thalamis, in symposijs, in vasis argenteis, in aureis, in margaritis, in murorum picturis, in corporibus brutis male affectis, in corporibus a demonibus obsessis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in ditionum choretis, in monachorum ordinibus, &c.

Ambr. lib. 7. in Euang. Luc. in initio tom. 3. inquit. Tunc enim in pace esse filius Ecclesia, cum in Cruce victorē videris Christum, nam qui Crucē scandalū putas, Iudas est, Ecclesia filius nō est. Qui Crucem stultitiam putas, Græcus est ille. Est autē Ecclesia filius, qui Crucē triumphum putas, qui Crucem Christi triumphantis agnoscat.

Hieron. in Regula Monach. tomo 9. Ad omnem actum, ad omnem incesum manus pingat Crucem, Dominicus diebus orationi & lectioni vacetur, &c. Et lib. de Virgin. seruanda ad Demetr. tom. 1. Et crebro signaculo Crucis munias frontem tuam: ne exterminator Aegypti in te locū reperias, &c. Et Epist. 17. ad Marcellam tom. 1. Ergo ne eris illa dies quando nobis liceat speluncam Saluatoris intrare? in Sepulchro Domini flere cum sorore, flere cum matre? Crux demidē lambere lignum, & in Oliveti montem cum ascendente Domino, voto & animo subleuari? &c.

Nunc refellenda sunt omnia maledicta Sectariorum, quæ contra præmissas Conclusiones eructarunt. Contra primam Conclusionem prima Obiectio ex Caluino lib. 1. Instit. c. 11. Exodi c. 20. prohibetur omnis Dei similitudo: nam postquam scriptura dixerat: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, subdit postea, Deos aureos & argenteos non facietis mecum, id est non facietis imagines aureas vel argenteas, quæ Deum representent. Et Deut. 4. Memento quod Dominus loquutus sit tibi in monte Horeb, vocem verborum audisti, Imaginem nullam vidisti: observa ergo teipsum, ne forte deceptus facias tibi similitudinem ullam.

Et Isaia 40. Cui similem fecisti Deum? aut quam Imaginem ponetis ei? & c. 46. Cui assimilastis me, & adaquastis & comparastis me, & similem fecistis? qui conseritis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis, conducentes aurificem, ut faciat Deum.

Denique Act. 17. Paulus dixit. Genus ergo cultus simus Dei, non est existimandum, auro vel argento, aut lapidis artis sculptura, & cogitationis hominum diuinum esse simile. ergo nullo modo licet Imagines Dei facere, habere, & colere.

Respondeo verissimum esse, Iudæis à Deo prohibitum fuisse ne Imagines Dei haberent, nec adorarent & colerent, ut locus cit. Deut. 4. manifestè docet: sed dico illam prohibitionem non ad præcepta moralia spectare, sed cærimonialia, ut etiam formula sanctificandi Sabbata, quæ ibidē habetur, præceptum autem morale quod nunc etiam manet, illud tantum est; Non habebis Deos alienos. Cum ergo cærimoniale fuerit, sepultum utique fuit per Evangelicam legem & nouum Testamentum. iurè autem Iudæis id fuit prohibitum, quia vniuersa terra Idolis, & falso illorum cultu plena erat. ne ergo Iudæi qui idololatriæ valde prouisi erant, ut pluries Scriptura sacra docet, cum Gentibus aliquo modo communicarent in modo & forma colendi ac adorandi Deum: & ut eos omnimodè abominarentur, oblata fuit omnis occasio erroris.

Cur Iudæi Imagines prohibere fuerint.

Tem-

Tempore autem noui testamenti, nullum est huiusmodi periculum; quia est tempus claræ doctrinæ, ut prædixit Isaias cap. 11. *Repleta est terra scientia Domini sicut aqua maris operientes.* Quod autem propheta loquatur de tempore noui Testamenti patet legenti totum illud capitulum. & post citata verba sequitur immediate propheta: *In die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsius Gentes depræcabitur, & erit sepulchrum eius gloriosum.*

Quapropter ubique nota erroris Deus à nobis exprimi potest picturis & sculpturis, non ad denotandum Deum corpus esse, & membra humana habere, vel columbam existere, sed ad docendum populum, sic olim apparuisse, ut memor sit beneficiorum Dei, & ad eum amandum, per sensibilia etiam moueatur. Nemo enim est qui nesciat Deum esse spiritum immensum, infinitum, incircumscriptum, &c. Cum ergo adorantur imagines Dei, adoratio transit ad Deum, quia nemo intendit adorare colores, vel lignum; sed tantum id quod per ea representatur, & hoc etiam pueri inter Catholicos optimè norunt.

Quod prædixit Ieremias cap. 31. *Ecce dies veniunt dicit Dominus: & feriam domum Israel & domum Iuda sedes nouas, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum, &c.* Et paulò post. *Es ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me, à minimo eorum usque ad maximum, aut Dominum.*

Gentiles autem Deos aureos, argenteos, lapideos sibi faciebant, sic verè esse Deum putantes cum humanis membris, &c. Imò sceleratissimos homines Deos dicebant, & hoc irridet Dominus & prohibet, Isa. cap. 4. & cap. 26. ubi Iudæis loquitur, quorum plurimi ad errores Gentilium transierant. Ecclesia autem procul est ab omnium Gentilium ignorantibus & erroribus, ut sanis patet. Prohibet ergo ibi Iudæis ritus & errores Gentilium idololatrarum quos acceperant, & nihil aliud. Et hoc idem reprehendit Apostolus in Actus Apostolorum, cum Atheniensibus ea dixit; voluit enim eos docere Deum immensum esse, ac substantiam spiritualem ubique præsentem, & non homines quos Gentes putabant Deos in statuis assistentes & assidentes, ac oracula seu responsa dantes, &c. An autem fidelibus edoctis à Domino, ac lumine veritatis illuminatis, Dei apparitiones picturis vel sculpturis exprimere liceat ibi non tractatur, cum Paulus errores Gentium tantum damnare intenderet, ut legenti patebit.

Secunda Obiectio ex Caluino. Concilium Elibertinum Can. 36. inquit. *Placuit in Templis non haberi picturas, ne quod colitur vel adoratur in partibus depingatur.* Ergo olim Ecclesia prohibuit imagines. Adde quod Eusebius lib. 1. de præparatione Evangelica cap. 6. & lib. 2. cap. 8. & Lactantius lib. 1. diuini instit. cap. 15. scribunt omnes quorum simulachra videbant fuisse homines mortales, ergo nullum erat simulachrum veri Dei immortalis. Item Augustinus de fide & Symbol. cap. 7. dicit nefas esse Deo simulachra collocare.

Præterea idem Augustinus lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 19. & 31. refert Varroem dicentem, qui primi Deorum simulachra induxerunt, eos & timorem dempsisse, & errorem auxisse. & lib. 6. cap. 10. refert Senecæ querimoniam, qui dolebat inuolubiles Deos in materia vilissima atque ignobili dedicati.

Præterea Origenes lib. 7. contra Celsum in fine. Damascenus lib. 4. de fide cap. 17. docent Christianos nullam Dei Imaginem habere, ut potè incorporei & inuisibiles. Denique Patres septimæ Synodi, Act. 4. 5. & 6. dicunt Christum rectè pingi quia est homo: Deum autem pingi non posse.

Tandem Hierem. 10. Imago dicitur doctrinæ vanitatis. & Habac. 2. doctrinæ mendaciæ. & cum Imagines sint rerum absentium, & Deus sit ubique præsens, sequitur à primò ad vltimum non licere vllam Dei fieri imaginem.

Respondeo Concilium Elibertinum esse provinciale 19. Episcoporum, & nunquam receptum ab Ecclesia Vniuersali, præcipuè ob citatum canonem, qui tamen tunc temporis fortè ob aliquas causas necessariò vel vtiliter inuentus est, quod ad tempus fieri non repugnat, quia Ecclesia, Imagines pro diuino cultu non cognoscit simpliciter necessarias, licet valdè viles, quæ vtilitas ad tempus alicubi cessare, posset, si ver. gr. persecutio esset contra Ecclesiam, & Imagines ab infidelibus prophanarentur, & varijs contumelijs afficerentur. tunc enim liceret hac ratione imagines interdiceret: quod ob similes causas etiam fieri licet: non sequitur tamen Ecclesiam Catholicam non habuisse semper vltimum sacrarum imaginum: cum ipse Dominus Ecclesie suæ imagines in ipsius dederit, ut patet de sancta Sindone qua corpus eius inuolutum fuit in sepulchro, ubi totius corporis eius effigies miraculosè delineata est, & seruatur vsque in præsentem diem, magnaque ueneratione colitur apud Augustam Taurinorum. & Niceph. lib. 2. cap. 7. scribit Saluatorem nostrum proprii vultus Imaginem super telam lineam ad Abagarum Regem Edessæ in Mesopotamia Sirie misisse. Et Romæ verissima imago vultus Saluatoris seruatur, quam ipsemet impressit, deditque Veronicæ piæ mulieri, ut omnibus manifestum est.

Et Eusebius Cæsariensis lib. 7. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 14. de Cæsarea Philippi ciuitate loquens, sic ait. ut refert Alphonsus de Castro, aduersus hæreses, verbo Imago. *Verum quia Urbis huius fecimus mentionem, iustum videtur commemorare etiam illud in ea, quod historia dignum duximus. Mulierem quam sanguinis profusio laborantem à Salvatore curauit, Evangelia tradiderunt, huius Urbis ciuem constat fuisse, domusque eius in ea etiam nunc ostenditur. Pro foribus vero domus ipsius basis quadam in loco ediuere collocata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus prostrata palmasque suppliciter tendentis imago are videtur expressa. Astat vero alia ex are nihilominus fusa statua, habitu viri, stola compè circumdatis, & dexteram mulieris porrigentis. Huius ad pedem statua, & basi herba quadam noua specie nascitur. Qua cum exorta fuerit, excrescere vsque ad stola illius are indumentis simbriam solet. quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresque conquirunt: sicut quæcumque illa fuerit infirmitas corporis, hausto exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nihil omnino virium gerens, si antequam are simbria summum crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam tradebant, qua permansit ad nostra vsque tempora, sicut ipsi oculis nostris inspeximus: Et nihil mirum si hi qui ex Gentilibus crediderant, pro beneficijs quæ à Salvatore fuerant consecuti, huiusmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus etiam nunc à Apostolorum Petri, & Pauli & ipsius Saluatoris*

Concil. Elibertinum provinciale damnatum est.

ris Imagines designari, tabulasque depingi. Sed & antiquas ipsorum Imagines à quibusdam conseruatas nos vidimus. Hucusque Eusebius.

Et sequitur idem Alphonsus. Hanc autem statuam fuisse à Iuliano Apostata in inuidiam Christi delictam, historiatripartita refert, quæ lib. 6. cap. 41. sub nomine Socratis, de eodem Iuliano Imperatore loquens, sic ait. Cum enim cognouisset in Cæsarea Philippiciuitate Phenicia quam Paneada vocabant; insigne esse simulachrum, quod mulier illa sanguinis liberata profluuium constituerat, eo deposito suam ibi statuam collocauit. quæ violento igne de Cælo cadente, circa eius pectus diuisa est, & caput cum vertice vna parte deiectum, atque in terra fixum, reliqua verò pars hæcenus supertuit, & fulminis indicium referuauit, statuam verò Christi tunc quidem pagani trahentes confregerunt. postea verò Christiani colligentes in Ecclesiam recondiderunt, vbi hæcenus referuatur. Hæc in historia tripartita Cassiodorus ex Socrate.

Ad locum Eusebij & Lactantij in obiectione citatum respondeo eos tunc loqui de Idolis Gentium qui homines fuerant, vt statuas quas crexerant ostendebant: nam Gentiles ita Deos delineabant, quia sic Deum esse putabant; nos autem Deum depingimus, non quia sic eum esse putemus, nec vt formam & naturam eius exprimamus vt faciebant Gentes, sed quia sic apparuit; & ad populum per sensibiles Imagines diuina mysteria docendum vt ipsemet Deus fecit Gen. cap. 28. Similiter Augult. de fide & Symb. cap. 7. prohibet Dominum posse depingi ad exprimendam propriam formam & naturam eius, eo quod impossibile sit, ideoque illicitum. Et hac eadem ratione dicebat Varro, eos qui simulachra Deorum induxerunt, metum dempsisse, & errorem auxisse, quia Deos esse eiusdem formæ ac naturæ sicut ceteri homines docuerunt; quorum posse non est multum timendum ac formidandum: errorem autem induxerunt quia Deus non est talis formæ, vt ipsi per simulachra ostendebant. & huiusmodi picturas de Deo, ad exprimendam propriam formam Dei factas Patres citati, & etiam septima Synodus damnat.

Ad illud Hierem. & Habacuc, dico ibi de Idolis Gentium sermonem fieri: quæ vtique doctrina vanitatis & mendacij erant, quia Deum talis formæ & naturæ esse dicebant, qualem per simulachra eum describebant, & plures Deos ponebant, & eos qui Dij non erant, venerandos esse docebant; nos autem non sic, vt patet, & iam satis explicatum est: & licet Deus sit vbique præsens, non est tamen sic vbique præsens, vt depingitur, cum aliquando sic tantum apparuerit: itaque inaniter hæc contra Catholicæ Ecclesiæ antiquam consuetudinem obijciuntur.

Tertia Obiectio ex Caluino. Primis quingentis annis non fuerunt vllæ Imagines in Templis Christianorum, ergo nec deinceps poni debebant.

Respondeo assumptum esse falsissimum & voluntarium, nam ab initio vsus imaginum fuit apud fideles, vt satis probatum est supra.

Quarta Obiectio. Non potest imago poni in Templo in sublimi loco quin statim erigatur signum quoddam Idololatriæ: nam vt B. Augult. ait Epist. 49. Cum in his sedibus locantur honorabili sublimitate, vt à præcantibus atque immolantibus attendantur, ipsa similitudine animatorum membrorum, atque sensum, quamuis sensu & anima careant, afficiunt infirmos animos, vt viuere ac spirare videantur. Idem dicit

in Psalm. 113.

Respondeo assumptum inane esse, quia non ponuntur in Templo vt adorentur imagines prout euntia quædam sunt sed vt colantur, qui per imagines repræsentantur, nec adoratione latria quæ soli Deo debetur, si imagines fuerint Sanctorum: sed ea quæ est illis debita, vt suo loco dictum est. nulla est ergo Idololatria, quæ cultus est rei quæ non est talis, qualis fingitur, vnde Idolum idem est quod deceptio, falsitas, & id quod in re non est, conceptum vt res quæ est; cuiusmodi est hæresis, quæ est falsa veritatis imaginatio, quapropter hæretici verissime sunt Idololatræ.

Ad locum Augustini respondeo nihil habere, contra nos; nam manifestè de erroribus Gentilium loquitur, qui longè sunt à nobis circa adorationis modum, & rem quæ adoratur, vt vulgo patet.

Quinta obiectione ex Caluino lib. 4. cap. 9. §. 9. Epiphanius in epist. ad Ioannem Hierosolymitanum dicit, contra Scripturæ auctoritatem esse, quod in Ecclesia pendeat imago hominis, & loquitur de imagine, quam ipse dicit fuisse Christi, vel Sancti alicuius. Et Adrianus Imperator, teste Aelio Lampridio in vita Alexandri Imperat. in gratiam Christianorum iussit Tempora extrui sine simulachris.

Respondeo verba illa esse supposititia, quia post finem epistolæ adiecta sunt; epistola enim planè finita erat, vt legenti patet. Et cum obiecta fuerunt ab hæreticis Iconomachis, vt legitur in Conc. Nicæno 2. sancta Synodus respondit; *Ecclesia Catholica merito detestatur, quando à Beato nostro patre Epiphano dictum refertur, cum illius non sit. Apagendum ista impia, & intolerabili allegatione commentarium reijcimus: ipsum vero patrem Ecclesiæ Sanctæ Doctorem agnoscimus.* Hæc Nicæna Synodus.

Hæc autem responsio egregiè confirmatur à Card. Bellar. lib. 2. de Ecclesia Triumph. cap. 9. vbi dicit, (vt accepit ex Mariano Victorio in annotatione ad hanc epistolam Epiphani) quod discipuli Epiphani in Templo, illius imaginem posuerunt, quod certè non fecissent, si eorum præceptor id esse contra Scripturæ auctoritatem dixisset: & quod tempore Epiphani, Basilii, Nisseni, & alij viuiebant, qui imagines in Templis laudabant: & addit talem ineptissimam sententiam indignam esse Epiphano viro doctissimo, cum nusquam Scriptura prohibeat imagines in Templis, imò oppositum legatur; nam in Templo Salomonis erant imagines Cherubim. Et Hieronymus in epist. ad Pammachium hanc epistolam Epiphani vertit in latinum, illius tamen sententiæ non meminit.

Ad illud Adriani Imperatoris respondeo licitè tunc factum esse ad docendos Gentiles falsitatem plurium, & inanium Deorum, & vt cognoscerent Deum vnum esse, & spiritualement substantiam, immensam, infinitam, incompræhensibilem, &c. Adde quod iussit ibi non apponi debere simulachra Gentilium, cum Christiani errores Gentilium detestarentur: non loquitur autem de imaginibus verorū Sanctorum, qui sunt amici, & domestici Dei, & vt tales à fidelibus venerantur, & nõ vt dij more Gentium, hoc excludebat Adrianus Imperator.

Sexta obiectione ex Caluino lib. 1. Instit. cap. 11. §. 9. & 10. Scripturæ vtriusque Testamenti seuerè interdunt cultum simulachrorum, Exodi 20. Deuter. 4. Rom. 1. ergo non licet imagines venerari. Et quia Catholici respondent Scripturas reprehendere cultum

Augustinus errores Gentilium reprehendit.

Quibus Deum pingere prohibetur.

Pictura de Deo ad exprimendam formam Dei dinata fuit.

Epistola Epiphani verba citata non continet.

Adrianus Imperator imagines non debet in Ecclesia.

cultum qui tribuitur simulachris tanquam Dijs; Calvini conatur ostendere etiam Iudæos & Gentiles non habuisse simulachra pro Dijs; sed in simulachris Deum verum coluisse: & tamen reprehendi, quia Deus non patitur cultum suum vilo modo communicari cum Imaginibus, & certè si Deus non debet coli in imagine, eodem modo Sancti, licet colendi essent, non essent tamen colendi in imaginibus.

Quod Iudæi non habuerint simulachra pro Dijs, sed Deum verum in Idolis coluerint, probat Calvinus quia Exod. 32. populus dicebat de vitulo aureo: *Isti sunt dii tui Israel qui te eduxerunt de Terra Ægypti: vbi fatentur se in vitulo colere cum Deum, à quo fuerant liberati de Ægypto: & ibidem Aaron indiciturus diem festum in honorem vituli aurei, iussit voce præconis dici: Cras solemnitas Domini est; vbi in Hebræo illud Domini, est Adonai. & Iud. 17. mulier quædam ait: Sanctificavi & voti Domini mille & centum argenteos, ut faciam sculptile atque conflabile. Vbi etiam pro Domino est nomen proprium Dei veri, Adonai.*

Quod etiam Gentiles coluerint Deum verum in Idolis, probat primò ex Augustino, qui in Psal. 113. refert Gentiles respondere solitos, cum accusabantur idololatricæ, se non colere ipsa idola, sed numen, quod per Idolum significabatur. Item, ex eo quod Gentiles mutabant simulachra pro arbitrio, nec tamen Deos mutabant. Item, quia vni Deo plura simulachra erigebant; nam vnum Iouem esse dicebant, & tamen innumerabilia illi simulachra dicebant. Denique quia noua Idola quotidie sacrabant, nec tamen dicebant se novos Deos facere.

Respondeo Scripturam reprehendere cultum simulachrorum quem habebant Gentiles, qui falsus & illicitus erat ex omni capite; primò, quia talis cultus erat à Deo prohibitus Iudæis pro tempore veteris testamenti, ne communicare viderentur cum erroribus Gentilium, quorum totus Orbis plenus erat: quapropter licet aliquis Deo vero simulachrum erexisset, rem illicitam fecisset. Secundò, quia Gentilium maior pars putabat simulachra esse veros Deos, hoc patet quia de hac cæcitate reprehenduntur in Scripturis: nam Psalm. 115. dicitur: *Simulachra Gentium argentum & aurum: opera manuum hominum, os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt. aures habent & non audiunt: nares habent & non odorabunt: manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Psalm. 105. Fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile: & obliuisti Deum qui saluauit eos: qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in Terra Cham; terribilia in mari rubro. Sap. 13. Aut si quis artifex faber de silua lignum rectum seuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua usus, diligenter fabricet vas utile in conuersationem vita, reliquis autem eius operis ad præparationem escæ abusat: & reliquum horum, quod ad nullos usus facit, lignum currum, & vorticibus plenum, sculptas diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suam artu finget illud, & assimilet illud imagini hominù, aut alio ex animalibus illud comparet perlucens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illum, & omnem maculam, qua in illo est perlucens: & faciat ei dignam habitationem & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne forte cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuuare se: imago enim est, & opus est illi aduersorum. & de substantia sua, & de filijs suis, & de nup-*

tis votum faciens inquit. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium mutilem inuocat: & prostinere petis ab eo qui ambulare non potest: & de acquirendo, & operando & de omnium rerum euentu petis ab eo, qui in omnibus est inutilis.

Patet ergo, Gentiles, vt plurimam, putasse simulachra muta esse veros Deos. & hac ratione Apostolus in Act. 17. Atheniensibus dicebat: *Genus ergo cùm simus Dei, non debemus estimare auro aut argento, aut lapidi sculptura artu & cogitationu hominù, Diuinum esse simile. & tempora quidem ignorantia despicens Deus, nunc annunciat hominibus vt omnes ubique penitentiam agant, &c.* Nam verè tempora ignorantie erant, dum lapides, ligna, &c. Deos putabant.

Alij credebant Deos in simulachris manere, eoque dæmonia quæ in illis habitabant oracula dabant: & hic pessimus erat error, quia Dei inimicos & hostes, deos putabant, & vt Deum adorabant. Alij, de quibus Augustinus loquitur, quia doctrina aliqua & lumine gaudebant, Deum verum in illis simulachris, & non simulachra ipsa adorare dicebant: & tales etiam errabant, quia verum Deum ignorabant, eumque vnum esse non cognoscebant, sed plures ponebant Deos, quos Apollinem, Saturnum, Martem, Belzebut, Astaroth, &c. nominabant. erant autem ferè innumerabiles dii Gentium. errabant ergo Gentiles multipliciter.

Nunc ad obiectionem Calvini. Iudæi & Gentiles non habuerunt simulachra pro dijs, sed in simulachris Deum verum coluerunt: hæc propositio est Satânica, hæretica, &c. quia excusare errorem Gentilium, & eorum Iudæorum querit qui relicto vero Deo simulachra muta adorauerunt, vt legitur in Psal. 105. Et Catholicos accusat, eosque peiores esse Gentilibus & Iudæis infert. quid iniquius?

Præterea nos non adoramus Sanctos vt Deum, vel Deos, sed eos vt amicos Dei veneramus, quæ veneratio ad Deum tendit; quia tanti æstimamus Deum, vt etiam eius amicos dignos aliqua veneratione habeamus; quæ veneratio etiam ipsi tempori in quo Deus colitur competit, vt legitur Exod. 12. *Dies prima erit sancta & septima eadem religione venerabilis.*

Ad probationem præfati assumpti, quod scilicet Iudæi non habuerint simulachra pro dijs, quia Exod. 32. populus dicebat de vitulo aureo: *Isti sunt dii tui Israel qui te eduxerunt de Terra Ægypti. & Aaron indiciturus diem festum in honorem vituli aurei iussit præconis voce dici: Cras solemnitas Domini est, & in hebræo illud, Domini, est Adonai. & Iud. 17. Voti Adonai ut faciam sculptile atque conflabile, &c.* hæc probatio nil veritatis continet, quia hic pessimus error Iudæorum fuit, dum quæ verus Deus fecit dæmones fecisse prædicauerunt: & dæmonibus nomen veri Dei dederunt, more Gentilium. Certè Calvinus decipitur, vel alios decipere querit dum putat vitulum aureum vt simulachrum veri Dei Iudæos habuisse. si ita est, qua veritate diceretur Psalm. 105. *Fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile, & obliuisti Deum qui saluauit eos qui fecit magnalia in Ægypto, &c.* si vitulum vt simulachrum Dei coluissent, Dei veri non essent obliuisti, imò vt Dei magis recordarentur, vitulum semper præ oculis habuissent. falsissima ergo est Calvini imaginatio, licet fuerit voluntaria huius Scripturæ deprauatio, ad rebelles à Catholica Fide multiplicandos, & stabiliendos.

Talis

Gentiles tripliciter errabant circa Idola.

Gentilium plerumque ipsa simulachra veros Deos putabant.

Iudæi in deserto non adorauerunt verum Deum sub vitulo aureo.

Talis enim erat eius fides & fœsus, non autem veritatis indagatio.

Ad illud de Gentilibus, quod nomen in Idolis colebant, iam diximus, quod non omnes sic dicebāt, sed paucissimi, qui aliquo naturæ lumine gaudebant & hi pariter errabant, quia Deum verum non colebant, sed falsos, quos neque sciebant, ut patet de Atheniensibus Act. cap. 17. erant enim Philoſophi, nec tamen sciebant Deum, quem colere debebant: unde Apostolus dixit: *Præteriens enim & videns simulachra vestra inveni & aram in qua scriptum erat IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis, &c.*

Septima obiectio ex Caluino. Conc. Constantinop. sub Leone Iconomacho, teste Paulo Diacono lib. 21. & Concilium aliud Constantinop. Episcoporum 338. sub Constantino Copronymo teste Paulo Diacono lib. 22. rerum Romanarum, definiuerunt Imagines abolendas. Similiter Concilium Francofordicæ in quo reprobata fuit septima Synodus, quæ imagines retinendas censuerat, ut refert Ado in Chronico anni 794. Abbas Wſperg. in Chronico anni 793. Hincmarus Remensis lib. contra Episcopum Iandunensem cap. 20. & Ioannes Auentinus in historia, seu annalibus Boiorum lib. 4. Annonius lib. 4. Regino lib. 2.

Respondeo hanc obiectionem esse mancā; nam deest etiam testimonium Iudæorum, Samaritanorum, Maumethicorum, qui imagines sacras respiciunt, miror tunc Caluinus hæc etiam testimonia non adduxerit; nam si licuit Conciliabulorum testimonium afferre, cur non etiam eorum quos numerauimus, poterat similiter omnia conuenticula Arrianorum adducere, quæ definiuerunt Verbum Dei non esse Patri consubstantiale: Conciliabulum Ephesinum, quod hæresim Nestorianam, & Euthichianam definiuit, & si quod aliud Conuenticulum aduauerit Lucifer cum dæmonibus; contra Ecclesiam Catholicam, poterat etiam adducere. Cur non puduit Caluinum huiuscemodi insaniz? contra Ecclesiam Catholicam testimonium adducit eorum, qui inuita, & repugnante Ecclesia Catholica sub Imperatoribus hæreticis congregati sunt, quorum non est de Religione tractare, & de salute animarum. Sed obiectio Caluini est. Satis gaudet enim similibus.

De Concilio Francofordiensi dico ex Card. Baronio anno Domini 794. à quibusdam famam exiisse aduersus septimam Synodum, quod nec Papæ confirmationem haberet, & cultum Iatriæ Imaginibus tribuendum statuisset; tunc Episcopi quamplurimi maxime ex Gallia, Græcis infensiores ob sublatum ab illis Imperium, & continuas rebelliones ab obedientia Romani Pontificis, in damnationem præfatæ Synodi proruperunt: legati autem Apostolicæ Sedis reclamauerunt. Carolus Imperator, ut hæc vidit, postquam eadem Synodus suum finem principalem ob quem congregata fuerat, obtinuit: pro damnatione scilicet Elipandi Episcopi Toletani, qui Christum Dominum filium Dei adoptiuum prædicabat: salubre consilium inijt, contradicentes sententias illæ circà septimam Synodum in vnum collegit, & easdem per Legatum Angilbertum Abbatem S. Ricarj ad Adrianum Romanum Pontificem misit; quæ cum pluribus capitibus continerentur, Capitulares dicæ sunt. Ad quæ singula capita respondit Adrianus defendens Acta 7. Synodi, & ad Carolum Imperatorem ea deinde transmisit, &

sic septimam Synodum recepit, ac venerationis est. Auctores citati indistinctè hanc rem notarunt, & tantum compendiosè damnationem septimæ Synodi ibi factam esse scripserunt, sed res ita se habet, ut optimè scripsit Card. Baron. loco citato.

Octava obiectio ex Caluino. Habentur quatuor libri Caroli Magni, in quibus septima Synodus damnatur, & cultus Imaginum. qui liber prodijt in Lucerni anno 1549.

Respondeo, quod de valore horum librorum dictum est lib. 3. disput. 6. in responsione ad decimam septimam obiectionem ubi ostendimus præfatos libros non esse Caroli Magni: ideoque igni commendandos esse.

Nonna obiectio. Ireneus lib. 1. cap. 24. ponit inter hæreses Carpocratis, quod coleret imaginem Christi, & Pauli. Epiphanius hæresi 79. dicit hæreticos esse, qui imaginem Beatæ Virginis circumferunt, & colunt. Ambrosius de obitu Theodosij inquit. *Inuenit Helena Crucem Domini, Regem adorauit, non lignum usque, quia hic Gentilis est error, sed adorauit illum, qui pependit in ligno.* Hieronymus in cap. 3. Dan. inquit. *Cultores Dei imagines adorare non debent.* Augustinus de moribus Ecclesiæ cap. 36. inquit, *Nom. picturarum adoratores.* Gregorius lib. epist. 54. & 109. & lib. 9. ep. 9. dicit imagines adorandas non esse.

Respondeo ex Epiphanio hæresi 7. quod hæresis Carpoeræ fuit colere imagines Christi Domini more Gentilium, cuius verba sunt hæc. *Porro habent imagines, per colores depictas, quidam etiam ex auro, & argento, ac reliqua materia, quas sanè imagines Iesu esse dicunt, & hæc Iesu imagines sub Pontio Pilato factas esse, quando inter homines versabatur. Habent autem eas imagines occultè. Insuperq. Philosophorum quorundam, Pythagora, Platonis, Aristotelis, & aliorum, cum quibus Philosophis etiam imagines Iesu collocant, collocatasque adorant, & Gentium mysteria perficiunt. Erectis enim his imaginibus, de cetero gentium mores seruant: qui verò sunt gentium mores alij quam sacrificium atque alia? Hæc Epiphanius. Unde patet non vltim imaginum damnari, sed earum abusus.*

Et hæresi 79. Collyridianos notat erroris imò stupiditatis quia B. Virgini sacrificabant sicut Deo. sic enim inquit. *Sicut enim supra per contumeliam in Mariam, hi qui hæc opinari videntur nocuas opiniones in rogationes hominum seminant: sic etiam hi ad alteram partem inclinantes in summo detrimento depræhenduntur: quia illud quod apud externos quosdam Philosophos celebre est dum dicunt: extremitates æqualitates, etiam in ipsis impleatur. Equale est enim in vtrisque his sectis detrimentum, cum illi quidem vilipendunt Sanctam Virginem, hi vero rursus vltimà decorum glorificent. & paulò post. Quædam enim mulieres currum quendam suæ sellam quadratam ornantes expanso super ipsum limbo, in die quadam illustri anni per aliquot dies panem proponunt & offerunt in nomen Mariae. Repræbenditur ergo non cultus Beatæ Virginis, sed cultus indebitus ac inordinatus.*

Ambrosius nihil contra veritatem Catholicam dicit, nam & nos etiam non adoramus lignum Crucis, ut lignum est, more Gentilium, sed lignum honoramus honore relatiuo ad Christum scilicet qui in eo pependit, & ut instrumentum est Redemptionis, seu Christi Redemptoris, cuius adorationis terminus est Christus Dominus.

Non vltim imagi-
num, sed abusus
repræbenditur.

Non cultus debi-
tus B. V. sed in-
debitus arguitur.

Caluinus addu-
cit testes sibi si-
miles.

Hiero-

Hieronymus autem, Augustinus, & Gregorius loquuntur de cultu latræ, quo Gentes Idola prosequerantur qui vtrique imaginibus sacris non competit, nam de eo cultu loquitur Hieronymus loco citato, quem tres pueri dare statuz Regis Babylonis noluerunt. At cum omnes citati Doctores Imagines Sacras colendas esse doceant, vt superius dictum est; cur Sæcterij hos Doctores nobis obijciunt? nimirum vt decipiant plebem, & maiora volumina compleant calumniarum.

Decima Obiectio. Ezechias Rex 4. Reg. 18. confregit serpentem æneum quem Moyles crexerat in deserto, quia coli iam cæperat: ergo scriptura repræhendit cultum imaginum & simulachrorum.

Respondeo id optime factum à Rege Ezechia, quia Iudæi, vt Scriptura dicit incensum ei cæperant adolere, sicut Deo in Templo fieri solebat, quod erroneum erat. Præterea nullus cultus ei exhiberi debebat imo nec ille qui sacris imaginibus dari debet, quia exemplar illius imaginis seu sculpturæ erat serpens, qui non honore s. d. baculo dignus est; nos autem dicimus sacras imagines adorandas esse propter exemplar, seu exemplar adorandum esse in imagine, serpens autem coli non debet, sed occidi, cum nobis occurrit.

Dices, serpens ille fuit figura Christi qui in ligno exaltatus est, vt legitur Ioan. cap. 3. Ergo ex hoc capite si sacre imagines colendæ sunt, etiam & illa figura Serpentis. ineptissime.

Nam aliud est esse figuram quæ non continet figuratum nisi in Mytherio, & aliud esse imaginem, quæ apertè & expressè significat exemplar: verum est serpentem illam super lignum exaltatam ob salutem Iudæorum in deserto, vt patet in lib. Num. cap. 21. fuisse figuram Saluatoris, vt ipse dixit Ioan. 3. Sicut Moyles exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, &c. Non fuit tamen imago Saluatoris. Adde, quod remotè, figurauit Saluatorem, quia proximè figurauit dæmonem qui sub forma serpentis decepit Euam; Saluatorem autem remotè, quia ad illud damnatum sanandum Saluator exaltandus erat in ligno.

Præterea, nec cultus licitus imaginibus pro tempore noui Testamenti, licitus erat Iudæis, vt superius dictum est: hinc est quod Obiectio ex omni capite est inanis.

Vndecima Obiectio. Cultus Imaginum inducit superstitionem, ergo malus est. Antecedens patet, nam cultum latræ, qui Deo est proprius vsurpare videtur: quod colligitur quia vna imago Christi vel Mariæ, magis quam alia frequentari solet, & magis ad vnam imaginem quam ad aliam solent fieri peregrinationes, cum domi quis pulchriores imagines habeat, vel æquales.

Respondeo assumptum esse falsissimum. ad probationem respondemus iustum esse cultum & peregrinationem magis ad vnam quam ad aliam imaginem, quia Deus magis in vno loco quam in alio vult miracula operari, seu magis per vnam imaginem quam per aliam: vel quia aliquæ à viris sanctis factæ sunt, vel quia sunt magis expressiue alicuius actus pietatis: videmus enim aliquas picturas Crucifixi multum exprimere acerbitatem passionis Saluatoris, quod ad compatiendum, & considerandam eius in nos charitatem, multum facit: & sic de singulis, ideò magis ad vnam quam ad aliam fiunt peregrinationes.

Adde, quod labor peregrinationis est satisfactorius pro peccatis, quia est actus pœnalis: non tamen dicimus & credimus in aliqua imagine aliquid diuinum esse, &c. Scimus enim omnes pari modo imagines esse, & non exemplaria.

Duodecima Obiectio. Imagines non sunt capaces honoris, quia inanimatæ sunt. Præterea homo est viua imago Dei, & tamen non adoratur, ergo nec Sanctorum Imagines mortuæ adorari debent.

Respondeo, Imagines non esse capaces adorationis vt imagines sunt, sed quatenus repræsentant exemplar, ad quod tendit adoratio & cultus. Non negamus tamen imagines sacras, vt tales sunt, etiam esse venerandas, quia sunt signa rerum sacrarum, puta Sanctorum qui cum Deo regnant: si quis enim eas deturparet, ignominia esset; quia signum est rei cui debetur honor: sic cum honorantur, ideo honorantur quia exemplar repræsentant. patet de vexillis Regijs quæ honorantur non vt serica vel aurea sunt, sed vt signa Regis sunt, cui debetur honor; sic in casu. sanis patet.

Ad secundam respondeo, Hominem esse imaginem Dei, ideoque honorandum esse; verum, quia talis imago Dei viua, libera est, & Deo fit inimica inobediendo, & mandata eius non seruando, dæmonis persuasiones sequendo: hinc est quod indignus fit homo vt adoretur dulci cultu, cum autem constat eum Dei amicum esse, illum veneramus, & hac ratione adoramus Sanctos, quia viuæ Imagines sunt Dei, eique per charitatem in perpetuum vniti. & quia difficile est in hac præfenti vita veram alicuius sanctitatem & pietatem cognoscere cum cor hominis soli Deo sit manifestum, ideò homines viuos non colimus, licet sint viuæ Dei imagines.

Adde, quod dum homines sunt viatores possunt à sanctitate deficere, & in vitia descendere, hinc est etiam quod homines hac sacra veneratione, dum viuunt, coli non debent: Vndè Sanctus Maximus Episcopus Homil. 59. quæ est secunda de Sancto Eusebio Vercellensi inquit. *Cauens illud quod dicit sermo diuinum. Ne laudauerit hominem in vita sua. tanquam si diceret lauda post vitam, magnifica post consummationem.*

Contra Tertiam Conclusionem insurrexerunt olim Claudius Taurinensis Anno Domini 800. Petrus de Bruiis, & quidam Henricus anno Domini 1130. Ioannes Wicleffus, & tandem moderni Sæctarij: vt referunt Alphonsus de Castro lib. 2. aduersus hæreses. Verbo, Adoratio. & Cardinal. Bellarmin. lib. 2. de Eccles. Triumph. cap. 26. quorum obiectiones seu rationes sunt sex.

Prima Obiectio. Crux dolorem & ignominiam Christo attulit, ergo detestanda est ab ijs, qui Christum diligunt.

Respondeo Crucem ignominiam attulisse, Christo Domino, si spectemus mentem & intentionem Iudæorum; at si rem ipsam consideremus, falsissimum est; nam voluntariè illum Saluator sustinuit & non necessitate coactus teste Isaia 53. *Oblatus est quia ipse voluit.* & magnam gloriam ei dedit; nam per illam redemit genus humanum, satisfecit Patri pro nobis, mortem & diabolum superauit.

Imago coli debet vt repræsentat exemplar.

Cur omnis homo cum sit viua imago Dei, non colitur.

Serpens exaltatus in deserto non fuit proximè & directè figura Saluatoris.

Peregrinatio cur magis fiat ad vnam quam ad aliam imaginem.

Cruz honoratur
vt causa gloriæ
Saluatoris, & vt
instrumentum re-
demptionis nos-
træ & victoriæ,
&c.

Vndè Psalm. 109. legitur. *De torrente in via li-
bet, propterea exaltabit caput.* & ad Philip. 2. *Humi-
liatus semetipsum factus obediens usque ad mortem,
mortem autem crucis. propter quod & Deus exalta-
uit illum, & donauit illi nomen quod est super omne no-
men: vt in nomine Iesu omne genuflectatur, caelestium,
terrestrium, & infernorum.* Hinc idem Apollolus
ad Galat. cap. vlt. dicebat. *Mihi autem absit gloriari
nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.* Sub hoc er-
go respectu veneramur Crucem, quia Christiani
sumus amantes gloriam Saluatoris nostri, & victo-
riam quam per Crucem habuit. Sectarij verò quia
sunt de Synagoga Satanæ Iudaicas obiectiones pro-
ponunt.

Secunda Obiectio. Stultus & impius iudi-
cetur filius, qui patibulum amaret & hono-
raret, in quo Pater eius suspensus fuisset: at ta-
lis fuit Cruz vt patet, ergo non est honoranda,
sed detestanda.

Respondeo vt suprâ, nos non considerare Cru-
cem vt patibulum, ignominiam conferens Crucifi-
xo, sed vt instrumentum redemptionis nostræ, &
gloriæ Christi Domini; & hæc est Christiana con-
sideratio Crucis: quia scimus Saluatorem illam vo-
luntariè sustinuisse; illa autem consideratio quam
Sectarij obijciunt, vt dictum est, Iudaica est, non
Christiana.

Tertia Obiectio. Si adorare oportet omnes Cru-
ces, quia Christus in Cruce pependit, oportebit et-
iam adorare omnia Sepulchra, quia in sepulchro
Dominus quieuit: & omnia præsepia, quia in præ-
sepi reclinatus fuit: & omnes columnas, lanceas,
spongias, flagella, &c. Imò & omnes Asinos, quia
Christus Asino vectus fuit.

Respondeo oportere vtique honorare omnes
Cruces, quæ factæ sunt ad repræsentandam Cru-
cem Domini, quæ fuit instrumentum redemptionis
nostræ, & gloriæ, ac exaltationis eius, sicut etiam
omnes imagines, quæ fiunt ad repræsentandum ali-
quem Sanctorum, vel ipsum Saluatorem nostrum,
qui est Sanctus Sanctorum, Dan. 9. Cruces autem,
quæ non fiunt ad repræsentandam Crucem Domini
veram, honorandæ non sunt: quia cessat causa
adorationis; remota autem causa remouetur effe-
ctus. Et hæc ratione omnes columnæ, lanceæ, clau-
i, flagella, præsepia, quæ fiunt ad repræsentanda
hæc omnia quibus vsus est Saluator aliquam venerationem
merentur, non tamen sicut Cruz, quæ
præcipuum instrumentum fuit nostræ redemptionis,
& gloriæ Christi, quæ ibi consummata, & perfe-
cta est; quia ibi præcipuè passus, & tandem mor-
tuus est, & vt sic fuit complementum omnium
sacrificiorum, & figurarum veteris Testamenti. in-
eptum autem est inferre, ergo omnia præsepia, co-
lumnæ, &c. honorandæ sunt: quia non omnia ad
repræsentanda ea, quæ Christi fuerunt, fiunt, vel
facta sunt.

Quarta obiectio. Hostes Christi gaudebant de
passione Domini, de Resurrectione dolebant, & è
contra, Amici eius de passione dolebant, de Resur-
rectione gaudebant, ergo qui Crucem honorant, &
illam amant, imitantur Christi hostes.

Hæc obiectio potius est discursus Pedagogorum,
quam Theologorum, & tædet me tempus contere-
re in huiusmodi cicalationibus respuendis. Tamen
dico hostes Christi sub alio respectu & sine passio-
ne eius gauisos esse, sub alio nos Catholicos gaude-

re: illi pro ignominia, & tormentis Christi; nos pro
fructu passionis eius, qui est redemptio nostra, &
glorificatio eius; & Saluatorem compatimur, imò
tristamur de passione eius, quia ob Mundi peccata
sic pati oportuit: gaudemus tamen, quia sic intra-
uit in gloriam suam: vt ipse dixit Lucæ 24. *O stul-
ti; & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ lo-
cuti sunt Propheta. nonne hæc oportuit pati Christum,
et ita intrare in gloriam suam?*

Quinta obiectio. Si ratione contactus, vel quia
instrumentum passionis fuit, Crucem adoramus,
oportebit etiam adorare labia Iudæ, quæ continge-
runt os Domini osculando; & manum illius serui,
qui Dominum tetigit, cum alapam illi inflixit; nam
hæc omnia tetigerunt Dominum, & instrumenta
passionis fuerunt.

Respondeo negando paritatem, quia ea sunt par-
tes hominum impiorum non ordinata per se ad Re-
demptionis opus perficiendum. Adde, quod hæc
honorari non possunt, quin & habentes talia non
honorantur, quod indignum, & indecens esset, quia
scelesti homines honore afficerentur. at Cruz, spi-
næ, clauis, lancea, &c. res sunt naturales, sceleris in-
capaces, & liberè receptæ à Saluatore, vt propria
instrumenta passionis, Redemptionis nostræ, & glo-
rificationis eius.

Sexta obiectio. Superstitio est Characteribus tri-
buere virtutem, at papistæ tribuunt figuræ Crucis
vim pellendi dæmones, & omnia mala, ergo super-
stitiosi sunt.

Respondeo nos signo Crucis virtutem tribuere,
non vt character est, sed vt instrumentum fuit vi-
ctoriæ Saluatoris, redemptionis nostræ, &c. nec
physicam virtutem huiusmodi esse dicimus, sed mo-
ralem, quatenus dæmon videns signum, quo victus
fuit in fugam vertitur. Et cum per signum Crucis
aliquod beneficium querimus, illud sic à Deo pe-
timus, vt memor suæ misericordiæ in nos, quam
in Cruce monstrauit, nobis conferre, quæ petimus
dignetur. Superstitio autem esset hanc virtutem,
vt alicuius characteris propriam habere, quod Ec-
clesia Catholica non habet.

Adde quod superstitio dicitur à superinstiuo vel
superitatio: nam superstitio est superflua obser-
uantia in cultu super statuta seu instituta maiorum.
& cultus superstitiosus dupliciter fit, vel ex par-
te rei cultæ, vel ex parte modi quo colitur: ex
parte rei cultæ, vel est idololatria, vel diuinatio,
vel obseruantia vana, &c. Ex parte modi, vel est
superstitio perniciofa vel superflua: perniciofa est,
quæ est falsa, & mendacium continet; vt quan-
dò aliquis in persona Ecclesiæ vult Deum cole-
re extra ceremonias institutas ab Ecclesia: super-
flua est quæ offert Deo pro cultu id quod nec
ad gloriam Dei spectat, nec mentem vel corpus ho-
minis Deo subijcit.

In casu nostro nulla est superstitio, quia Ecclesia
Catholica ab initio Crucem venerari, & per eam dæ-
mones fugare consuevit. Nec est superflua, quia
per Crucem Domini omnia bona obtinuit Ecclesia.
ait enim Apostolus ad Heb. 6. de Saluatore nostro:
*Nunc autem semel in consummatione sæculorum
ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit.
Et quemadmodum statutum est hominibus semel mor-
ri, post hoc autem iudicium.*

Cruz sub quo res-
pectu habet vir-
tutem pellendi
dæmones.

Quid sit supersti-
tio & vnde dica-
tur.

fit & Christus semel oblatum est ad multorum exhaurienda peccata, &c. Et cap. 30. Habentes itaque fratres, fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi, &c. Quid ergo si Crucem applicamus pro nobis, per quam sanguinis Christi pretium est exhibitum? nulla igitur est superstitio, sed sancta consuetudo.

DISPUTATIO V.

An liceat in honorem Sanctorum Tempora erigere, vota emittere, peregrinationes assumere, & dies festos celebrare.

Catholicæ Ecclesiæ antiqua fuit consuetudo, quæ usque ad hæc nostra tempora viget, in Dei ac Sanctorum honorem Tempora erigere, vota emittere, peregrinationes assumere, & festos dies celebrare, ut infra probabimus. Verum quia Sathanas gloriæ Dei, ac Sanctorum venerationis, hostis est perpetuus & iniquus; hinc est quod etiam ab initio, & semper, id ab Ecclesia auferre molitus est. Nam diuersis temporibus, Diocletianus Imperator, Iulianus Apostata, Manichei, Messaliani, quidam Eustasius qui damnatus fuit in Concilio Gangrensi anno Domini 324. Petrobrusiani, Albigenes, Waldenses, Wiclephitz, Thaboritz, & Anabaptitz: quos omnes recensent Alphonsus de Castro lib. aduersus hæreses, Verbo Templum; & Cardm. Belarm. lib. 3. de Ecclesia triumph. cap. 1. Tempora omnia & altaria execrabantur: & consequenter ea quæ in præsentî disputacione probanda proposuimus.

Lutherus autem & Caluinus cum Sectatoribus suis, conerà quos præcipuè disputamus, Tempora admittunt, sed pro concionibus tantum & Sacramentorum administratione; cætera verò abominationes & idololatriam esse fatentur: & Tempora ad orandum, adorandum, & martyrum reliquias venerandas, fieri non debere, nec licere, dicunt.

Sed antequam ad Catholicæ veritatis probationem, & errorum confutationem descendamus, considerandum proponimus, in natura humana in situ esse inclinationem quandam tribuendi Deo cultum aliquem & honorem; & hoc patet quia non fuit in Orbe aliqua Natio quæ cultum erga Deum non haberet. Hæc autem inclinatio parit in homine virtutem Religionis, quæ habitus est moralis existens in voluntate genitus ex frequentatis actibus colendi Deum, estque species virtutis iustitiæ, quia redditur alteri quod suum est. Est enim virtus iustitiæ vis inclinans & disponens hominem ad dandum alteri: vel ergo dat Deo, & est virtus Religionis; vel proximo, & tunc vel dat seipsum prout communicabilis est, & est virtus amicitie; vel dat aliquid extrâ seipsum, & oriuntur varie species iustitiæ, ut commutativa, distributiva, &c. Hæc verò virtus Religionis differt à fide, spe, & charitate: quia fides habet pro obiecto Deum immediatè sub ratione primæ veritatis; spes habet pro obiecto Deum immediatè sub ratione maximi boni nostri: Charitas Deum pro obiecto immediatè habet sub ratione boni in se. Religio verò remotè habet Deum pro obiecto, sci-

licet excellentiam Dei; proximè verò actus æstimationis Dei internos, vel externos respicit, ideoque non est virtus theologica, sed moralis.

Ad hos actus Religionis mouetur homo ab interna æstimatione de maxima excellentia Dei, quam homo habet in mente, quam postea actibus externis cõfitemur ex quibus resultat honor, & gloria Dei: decet autem hanc externam confessionem omnibus manifestare, ad hoc etiam ut alij ad æstimandum Deum excitentur. Hinc est, quod hæc virtus Religionis supponit sapientiam, seu cognitionem veram de Dei magnitudine, & excellentia; ipsa autem Religionis virtus formaliter honorem, & cultum præferet, quia habitus est inclinans hominem ad talem cultum, & honorem Deo tribuendum: cuius obiectum adæquatum, & proximum est omnis actus humanus honestus, quatenus in Dei honorem, & gloriam referri potest: & sub his actibus includuntur sacrificare, laudare, imagines, cerei, vestimenta, vasa sacra, Tempora, Altaria, campanæ, &c. Et huiusmodi actus externi ab ipso lumine naturæ dictantur. Ratio est, quia cum homines ratione vnitatis Religionis, v.g. Christianæ, ad Deum laudandum conuenire debeant: nec alter alterius mentem penetrare, & percipere valeat, necessariò sequitur, ut externis actibus ad colendum Deum uti debeant, iuxta tamen dispositionem Summi Patris Ecclesiæ, cui Saluator plenam dedit potestatem dicens: Matth. 16. Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in calis, &c. Et sicut dignum est Deum internis actibus intellectus, & voluntatis colere sic etiam corporeis & sensibilibus signis eum colere & honorare iustum est, quia constat homo ex anima & corpore, ut ipsa ratio docet.

Fit etiam hoc manifestum, quia genus hominum semper ab initio Deum per visibile sacrificium; & externam oblationem coluit: nam ab Abel cœpit oblatio, & in Orbe semper fuit; vera in populo Dei: & falsa inter Gentes. Similiter sacrificium: ut constat de Noe, Melchisedech, Abraham, & in veteri lege Moyfis. & etiam inter Gentes erant sacrificia licet falsa. Undè colligitur ipsum naturæ lumen, externum Dei cultum docere, dum omni tempore fuit in vsu: & in lege Evangelica habemus Eucharistiam, & cætera Sacramenta quæ signa sunt sensibilia: nec cæteræ oblationes sunt prohibitz, imò præcipiuntur; ut decimæ, & fructuum Terræ exhibitio, &c. quod colligitur ex illo Pauli 1. Corin. 9. Nescitis quoniam qui in sacrario sunt edunt: & qui altari deseruiunt cum altari participant? na & Dominus ordinauit vsus qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.

Hinc etiam sequitur quod adoratio duplex est, interna, & externa: interna est animi submissio cum pluribus actibus, & præcipuè cum admiratione, quæ fit in mente ex perceptione Diuinæ Maiestatis & excellentiæ; unde oritur postea contemplatio, interior reuerentia, & quædam summissima complacentia, & magnum gaudium, quo quis quasi in stuporem rapitur, & aliquandò quidam reuerentialis timor, quo quis ad Deum accedere timet, quod significatum est Isaie cap. 6. per Seraphim velans capita & pedes suos. Et aliquandò, quædam familiaritas qua quis Deum alloquitur, velut amicus amicum, &c.

Externa verò est, quando actibus internis vniuntur actus externi seu corporis, ut genuflexiones,

Religio est virtus moralis.

Obiectum adæquatum virtutis Religionis quod sit.

Lumen naturæ docet cultum Dei externum.

Adoratio duplex interna & externa.

Hæretici qui olim honorem Sanctorum respiciunt.

Virtus Religionis quid sit.

Virtus iustitiæ quid sit.

xiones, capitis inclinationes, manuum elevationes, vel conuersiones, &c.

Qua stante doctrina de virtute Religionis manifestum sit, licitum, laudabile, ac meritorium esse in honorem Dei Tempora erigere, vota emittere, peregrinationes assumere, dies festos celebrare, & cetera huiusmodi, quæ à Catholicis fieri solent: cum horum actuum, seu operum finis non sit nisi cultus, & gloria, ac honor Dei, & Sanctorum eius. Omnis tamen difficultas apud sanos homines non consistit, vel consistere non deberet, an cum in honorem Dei hæc fiunt ab Ecclesia, rectè fiant; cum indubitatum esse debeat. Sed quomodo Sanctis, qui licet cum Christo regnent, tamen nobiscum conferui sunt Dei, id tribuere liceat: hoc reuerà non est absque aliqua difficultate, quia cum huiusmodi quæ dicta sunt, sint actus virtutis Religionis, quæ pro motiuo habent magnitudinem, & excellentiam Dei, quæ est infinita, videtur Sanctis, qui creaturæ sunt, nullatenus posse competere.

Charitas, quid sit.

Quapropter ad huius rei intelligentiam aduertendum est, charitatem virtutem esse Theologicam, non moralem, quia Deum pro obiecto immediatè habet: est enim dilectio Dei propter Deum, & in hoc distinguitur à spe, quæ est dilectio Dei, vt est bonus amanti, & commodus diligenti: hinc prior dilectio dicitur affectio iustitiæ, secunda verò affectio commodi: & tamen eadem charitate diligere debemus proximum, qua diligimus Deum: ratio est quia charitas est habitus amoris erga Deum, talis conditionis, vt non tantum habentem talem habitum inclinet ad amandum Deum, sed etiam ad desiderandum vt ceteri secum ament Deum; ad differentiam carnalis dilectionis, quæ excludit condiligentes rem dilectam: hac ergo ratione actus charitatis in Deum reflectit in proximum, qui aptus est diligere Deum: & quo maior est charitas in Deum, eo magis reflectit, adeòquod tendat talis reflexio vsque ad Creaturas irracionales, imò ad insensibilia. Scriptura ipsa huius veritatis testimonium reddit: nam sæpè irracionabilia animalia, & res etiam inanimatas ad benedicendum Deum inuitat. Dan. 3. *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite Sol, & Luna Domino, &c. benedicite omnes imber & ros Domino, &c. benedicite omnes bestia, & pecora Domino, &c.* & Psal. 148. *Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes stella, & lumen: laudate eum cali calorum, & aqua omnes, qua super Calos sunt laudent nomen Domini, &c.* Et de Beato Patre Francisco, eximie sanctitatis, & charitatis viro, sic scribit S. Bonauentura: *laudans laudare monuit, laus illi semper adfuit, laus, inquam, Saluatoris, inuitat aues, bestias, & Creaturas alias ad laudem Conditoris.*

Idem est habitus charitatis, quo diligitur Deus, & proximus.

Dilectio proximi est actus reflexus charitatis.

Eodem igitur modo philosophandum est de virtute Religionis, quæ inclinat hominem ad colendum Deum: reflectit etiam ipsa in Sanctos illius, quia sunt Tempora Dei vini; vt inquit Apostolus I. Cor. 6. pleni Spiritu sancto: amici ac domestici Dei: & ab eo valdè dilecti. Et sicut homo considerans excellentiam Dei super omnes creaturas, quasi impellitur ad colendum, & venerandum eum, vt superius dictum est; sic reflectendo hanc cogitationem super excellentiam Sanctorum super omnes conseruos eius, & dilectio-

nem Dei præcipuam, ac maiorem super illos, quàm super ceteros, cogit militantem Ecclesiam eos aliquo modo sibi debito colere; & eo magis, quia cultus ergà eos, ad cultum maiorem Dei refertur. Patet hoc perspicuo exemplo. nam qui valde diligit amicum, v.g. Sortem, vel Platonem, diligit etiam eos, qui verè diliguntur à Sorte, & Platone, seu eorum veros amicos: sic qui verè diligit Deum, diligit etiam dilectos ab eo: & qui verè Deum colit, aliquo modo decenti, ac proportionato colit, ac veneratur Sanctos verè dilectos Dei, imo filios eius adoptiuos, æternam hæreditatem iam adeptos. Et sicut non est verus amicus, qui sui amici amicos aliquo modo non diligit, sic non est verus amicus Dei, qui Sanctos aliquo modo non colit ac veneratur: & sicut qui Sanctos spernit, Deum spernit, sic qui illos colit ac veneratur, Deum colit. vt ipsemet Dominus contestatus est Lucæ cap. 10. *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit me spernit, qui autem spernit me, spernit eum qui me misit.* & Psal. 138. cultum quem Sanctis tribuit Ecclesia Catholica, præuidens Propheta, inquit. *Nimis honorificati sunt amici tui Deus.*

Cultus Sanctorum est actus reflexus virtutis Religionis.

Ad quod hortabatur Ecclesiasticus cap. 44. dicens. *Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua.* & cap. 39. *Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enuntiabit Ecclesia.* Et sicut vnus est habitus charitatis, quo diligitur Deus, & proximus, vt optimè monet Scotus in 3. dist. 28. ita etiam vnum est obiectum charitatis, quia proximus est quoddam obiectum medium, actuum reflexorum, quibus mediantibus tenditur in infinitum bonum, idem est autem habitus actus recti, & reflexi; ita vnum est obiectum, quia proximus diligitur in ordine ad Deum. Sic à pari, eadem est virtus Religionis qua colitur Deus, & Sancti; quia cultus Sanctorum habet rationem, actus reflexi: coluntur enim prout charitas Dei manet in illis, & quatenus Deus est in illis per multiplicem effectum gratuitum, & sic integrant vnum obiectum Religionis, dum Sancti coluntur in ordine ad Deum, & vnum sunt sub hac ratione cum Deo: de qua vnitate locutus est Saluator Ioannis cap. 17. *Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. & pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint; sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum.*

Verùm vt Catholica veritas super huiusmodi rem magis explicetur, singula, quæ in honorem Sanctorum fiunt ab Ecclesia, quæ in hac disputatione proposita sunt, examinabimus: & primò de Templis discurremus. Cum ergò fideles ad sacra mysteria perficienda conuenire debeant, ipsa ratio cogit affirmate, locum in quo omnes conueniunt proportionatum rebus huiusmodi esse debere, nempe aliquam habentem magnificentiam, ornatum, decorem, &c.

Ratio fundamentalis, quæ cogit fideles Tempora edificare.

Qua-

Ob quatuor causas Tempora habentur à fidelibus.

Quatuor autem ob causas hæc loca ab initio Ecclesie ædificata fuerunt, primò ad sacrificandam Eucharistiam, vt legitur I. Cor. II. *Conuenientibus vobis in Ecclesia, audio scissuras esse inter vos, &c.* & Act. cap. 20. *Vna autem sabbati cum conuenissemus ad frangendum panem.* Secundò ad adorandum, vt legitur Marci II. *Domus mea, domus orationis vocabitur.* & Act. 3. *Petrus autem & Ioannes ascendebant in Templum ad horam orationis nomam.* Tertio ad populum fidelem verbum Dei docendum, I. Cor. 14. *Mulieres in Ecclesijs taceant, si quid autem volumus discere, domi viros suos interrogent.* Quarto ad Martyrum reliquias honorificè conseruandas; vel ad Martyrum memoriam habendam, vt antiqua consuetudo Ecclesie docet, vt legitur in Concil. Gangrensi celebrato in Paphlagonia tempore Siluestri Papæ vbi contemptores Basilicarum Sanctorum Martyrum damnantur. In Concil. Ephesino fit mentio Ecclesie seu Basilicæ S. Ioanni dicatæ, vbi Patres congregati sunt. In Concilio Chalcedonensi fit mentio Ecclesie seu Basilicæ S. Martyris Euphemie, in qua similiter Patres Synodum celebrauerunt. patet etiam antiquissima consuetudo Ecclesie Romanæ de Basilicis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & aliorum Martyrum ac Sanctorum Dei. Hinc varia sortiuntur nomina; nam dicuntur Tempora, Ecclesie, Oratoria, & Basilicæ. Tempora ad sacrificandum: Ecclesie ad concionandum & orandum: & Basilicæ ad Sanctorum Martyrum reliquias venerandas, eorumque memoriam honorificè habendam: licet secundum communem vsu loquendi, hæc voces misceantur simul, & quasi idem significant.

Quid sit Sanctis vota emittere.

Quantum ad vota quæ fideles in Sanctorum honorem emittunt, nulla debet esse difficultas, quia licet votum dicatur promissio facta Deo, quia quæ vouentur ad maiorem Dei cultum pertinent; tamè licet etiam ad cultum Sanctorum fieri possunt, seruata semper disparitate cultus, vt in superiori disputatione dictum est. Nam sicut cultus qui Sanctis exhibetur, Deo ipsi exhibetur, quia hac ratione Ecclesia colit Sanctos, quia Deo sunt chari & dilecti: sic vota quæ Sanctis fiunt, Deo fiunt; quia quæ Deus ad nostrum maiorem profectum nos facere desiderat, eadem etiam Sancti expetunt: & sicut *gaudium eris coram Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente.* Lucæ 14. sic gaudium accidentale est Sanctis, cum aliquod opus bonum in honorem eorum vouemus, quia delectantur bonis operibus nostris, delectantur nostra salute, ac maiori spirituali nostro augmento; quia igitur huiusmodi opera desiderant, iurè possumus ad desiderium illorum implendum, bona opera promittere & seruare: & hoc est Sanctis vota emittere.

Eadem quippè ratione in honorem Sanctorum licet peregrinationes assumere; nam opere ostendimus nos illos diligere, & multò magis Deum in illis, cum opera laboriosa aggredimur, quæ simul sunt meritoria, & pro culpis nostris satisfactoria. Nec mirum si Sectarij hæc abijciant: quia tali laborant præsumptione, vt dicant per solam apprehensionem sanctitatis Christi, Sanctos esse sicut ipse Christus Dominus, de quo legitur ad Heb. 7. *Sanctum innocens, impollutus, segregatum à peccatoribus, & excelsior cælis factus, qui non habet necessitatem quousque quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostiam offerre, deinde pro populo.* Nec opera admit-

tunt satisfactoria, nec maioris meriti augmentum: Sed huiusmodi infelices insanias iam reiecit lib. 8. in quo de Iustificatione tractauimus.

Nec minus irrationabile est Catholicos reprehendere quia dies Festos agunt in Sanctorum honorem. Nam cum contet in Dei honorem aliquos esse sacrandos dies: vt figuratum fuit per antiquum præceptum legis Moisaicæ; *Sabbata sanctifices.* de quibus dixit Apollolus ad Coloss. 2. *Umbræ sunt futurorum.* sic in memoriam Sanctorum dies aliquot sacrari possunt, in quibus fideles dimissis curis læcularibus & operibus seruilibus, diuinis laudibus vacant, dum Sanctos conseruos & fratres nostros glorificauit, & ad quietis portum duxit.

Quod autem in honorem Dei id iurè factum sit ab Ecclesia: patet ex Apostolorum firmissima institutione de die Dominica, de qua fit mentio Apoc. cap. 1. *fui in spiritu in Dominica die, &c.* de qua propheticè dixit Deuid Psalm. 117. *Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* dies enim facta à Domino dicitur, quia in illa resurrexit à mortuis. & Act. 20. habetur Apoll. tali die cū fidelibus conuenisse ad Eucharistiam sumendam, dicitur enim ibi: *Vna autem Sabbati, id est prima Sabbati, cum conuenissemus ad frangendum panem.* prima enim dies hebdomadæ est dies Dominicus. fuitque etiam primus creationis dies. Similiter Festum Natiuitatis Domini institutum fuit ab Apostolis, teste Clemente Papa I. lib. 8. Const. Apostolicarum, vbi Apostolos vocat Patres, antè ipsum autem non fuerunt alij Patres nisi Apostoli. in quo sensu etiam Concilium Nicænum I. inquit de Apostolis: *Patrum vestigia sequentes.* Festum etiam Epiphaniæ Apostolicum est ex eodem Clementilib. 5. Constit. cap. 12. & lib. 8. cap. 33. Festum Paschæ: Festum Ascensionis Domini. & Festum Pentecostes ex eodem Clemente ibidem.

Cum ergo in honorem Dei iustum sit dies aliquos eligere & celebrare; sic seruata debita proportione idem fieri congruum est in honorem Sanctorum; quia quæ in honorem illorum fiunt, gloria Dei sunt, qui Sanctos fecit, & cuius sunt Sancti: & laudatur ac glorificatur in illis diebus Deus qui Sanctos honorificauit. & hoc arguere, nil aliud est nisi bona opera prohibere, vt prudenti lectori manifestum est. Hoc autem ius est in supremo Pastore Ecclesie, cui dictum est Matth. 16. *Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram erit solutum & in cælis.* Soluit enim & ligat Princeps legibus non funibus. Act. 15. *Visum est Spiritui sancto & nobis nihil ultra imponere vobis onerum quàm hæc necessaria.* I. Cor. 4. *Vultis in vrga veniam ad vos.* & Act. 15. *Paulus perambulabat Syriam & Ciliciam confirmans Ecclesias: præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum.* habet ergo Ecclesia ius leges ferendi, mandandi, præcipiendi, ac puniendi transgressores. Adde quod ipsa Diuina lex, id per Pastores Ecclesie disponendum fore docet: quia non omnia in particulari decernit circà cultum Dei, vt legenti nouum Testamentum patet: consequens igitur est vt Pastorum dispositioni hoc commissum fuerit à Salvatore. Ad maiorem ergo catholicæ veritatis confirmationem duas ponimus conclusiones.

Prima Conclusio. Licitum est & iustum in honorem Dei ac Sanctorum, Tempora cum debita magnificentia & ornamentis construere & dicare.

Con -

Dies Dominica à Domino instituta fuit.

Dies festini ab Apostolis instituti sunt.

Conclusio habet quatuor partes, prima est quod in honorem Dei hoc licitum sit. Secunda, quod etiam in honorem Sanctorum. Tertia, quod hoc fieri debeat cum magnificentia & ornamentis. & quarta quod ea cum solemnitate dicere liceat.

Tempore Apost. fideles habebant Tempia.

Probatum prima pars. Apostoli hoc fecerunt, vel Tempia à fidelibus facta probauerunt, ergo fieri licet. Antec. probatur 1. Cor. 11. & 14. ubi legitur fideles contuissent simul in Ecclesia ad Eucharistiam sumendam, & verbum Dei audiendum. sic enim ait. *Conuenientibus vobis in Ecclesiam audite scissuras esse inter vos.* & cap. 14. *Mulieres in Ecclesijs taceant, si quid autem voluit discere domi viros suos interroget: Non esse autem Ecclesias priuatas domos, sed publicas ad hunc finem Deo dicatas, patet: quia illas à priuatis domibus distinguit dicens: Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis? si quis esurit domi manducet, ut non in iudicium conueniatis. & si quid autem voluit discere, domi viros suos interroget.*

Confirmatur testimonio Vniuersalis Ecclesie in Oriente & Occidente quæ semper ab initio huiusmodi Ecclesias seu Tempia habuit.

Apost. abrogata lege Moyse Templam frequentabant.

Adde quod Apostoli ad Templum Dei quod erat in Hierusalem etiam post Pentecosten, cum abrogata fuit lex Moyse, accedebant, orabant, & docebant, ut legitur Act. 3. *Petrus autem & Ioannes ascendebant in Templum ad horam orationis nonam.* & cap. 5. legitur sic. *Exurgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo erant, quia est hæresis Sadduceorum, repleti sunt zelo: & miserunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, educens eos dixit, Ite, & stantes loquimini in Templo plebi omnia verba verba huius. Qui cum audissent intrauerunt diluculo in Templum & docebant. & postea: Quia ecce viri quos posuistis in carcerem sunt in Templo stantes & docentes populum. & tandem. Omnis autem die non cessabant in Templo, & circa domos docentes & euangelizantes Christum Iesum. Quod utique Apostoli non teciissent, si lex Euangelica Tempia Deo dicata non admitteret.*

Secunda pars Conclusionis, quod scilicet hoc idè liceat in honorem Sanctorum, manet superius probata ex antiquissima consuetudine Ecclesie Catholice, quæ non potuit nisi ab Apostolis & Apostolorum discipulis descendere. iuxta regulam August. lib. 4. de Baptismo tomo 7. ubi sic ait. *Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilij institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.*

Tertia pars Conclusionis nempe quod hoc fieri debeat cum magnificentia & ornamento; Probatum, Isaias cap. 60. gloriam Ecclesie predicans ait. *Surge illuminare Hierusalem quia venit lumen tuum, &c. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabile altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo, &c. argentum eorum, & aurum eorum cum eum, nomini Domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te. & edificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi, &c. & aperientur portæ tuæ ingressus die ac nocte non claudentur ut afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur. Gens enim & regnum quod non seruiert tibi, peribit. & Gentes solitudine vastabuntur. Gloria libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus simul ad ornandum*

locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. & venient ad te curus filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum.

Secundo probatur ex eo quod Dominus ipse præcipit in lib. Exodi, Tabernaculum & omnia quæ pro eius cultu facienda erant, ornatissime fieri debere. Unde cap. 31. sic legitur. *Locutusque Dominus ad Moysen dicens: Ecce vocavi ex nomine Belesael filium Uri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia. & scientia in omni opere, ad excogitandum quidquid fabricari potest ex auro & argento & ære, marmore & gemmis, & diuersitate lignorum. deditque ei socerum Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. et in corde omni eruditi posui sapientiam: ut faciant cuncta quæ præcepi tibi tabernaculum Federi, & Arcam testimonij & propitiatorium quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, mensamque & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis & holocausti, &c. Etenim si Deus ornamenta Temporum nollet, talia ornamenta non præcepisset.*

Tertio probatur ex eo quod Dauid 1. Paralip. 22. Multa præparauit pro magnificentia Templi, quod ipse constituere voluit; licet à Domino prohibitus fuerit, eique nunciatum quod Salomon filius eius illud ædificaret. sic enim loco citato legitur. *Et præcepit ut congregarentur omnes profelytes de terra Israel, et constituitur ex eis latomos ad cedendos lapides & polibendos ut ædificaretur domus Dei, ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & commissuras atque iuncturas præparauit Dauid: & arari pondus innumerabile ligna quoque cedrina non poterant estimari, quæ Sydonij & Tiriij deportauerunt ad Dauid. & dixit Dauid: Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus: domum autem quam ædificari volo talis esse debet, ut in cunctis regionibus nominetur, Quod Salomon ædificauit sumptuosissimum & ornatissimum, ut Scriptura narrat. intelligens id ad gloriam Dei sic debere. quapropter 2. Paralip. 2. dixit. *Domum quam ædificare cupio magna est: magnus enim Deus noster super omnes Deos.**

Occursus Sectariorum refellit.

Nec valet occursus Sectariorum id spectasse ad caeremonias veteris legis. Nam Salomon verbis citatis, quia scilicet *Magnus est Dominus noster super omnes Deos*, non figuram aliquam & umbram futurorum annuit, sed Dei excellentiam quæ omni tempore est eadem, imò in nouo Testamento magis cognita & manifesta.

Adde quod ipsa ratio docet sic fieri debere: nam si magnos Principes magna decet, cur Deo Optimo Maximo non debent magnifica offerri, & decenter ornata? talia utique decet quæ diuinam ac infinitam maiestatem annuncient. Quod seruata debita proportione de Sanctis Dei dicendum & tenendum est. sicut semper pij ac generosi Principes & Magistratus exequuti sunt: ut patet de Constantino Imperat. & alijs pluribus.

Quarta pars conclusionis probatur, quod scilicet Tempia cum solemnitate dicanda sint. adest huius rei figura; nam Gen. 28. Iacob crexit lapidem in titulum, eumque consecrauit fundens oleum de super, vocauitque locum illum Bethel, id est domus Dei. sic enim ibi legitur. *Cumque euigilasset Iacob de somno ait: verè Dominum est in loco isto & ego nesciebam. paucisque, quam terribilis est, inquit, locus iste! non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cal-*

Tempia cum solemnitate dicanda sunt.

sur-

surgens ergo Iacob manū, subis lapidem quem suppo-
sueras capiti suo, & crexit in titulum, fundens oleum
desuper. & infra: lapidē iste quem crexi in titulum,
vocabitur domus Dei: cunctorumque qua dederi mi-
hi decimas offeram tibi. & cap. 35. Venit igitur Iacob
Lužam, qua est in terra Chanaan cognomento Bethel,
ipse & omni populus cum eo, edificavitque ibi
Altare, & appellavit nomen loci illius Domus
Dei, &c.

Secundò habemus exempla Salomonis 2. Para-
lip. cap. 7. *Fecit ergo Salomon solemnitatē in tem-*
pore illo septem diebus, & omni Israel cum eo, Ec-
clesia magna valde ab introitu Emath usque ad sor-
rentem Egypti, fecitque die octavo collectam, ea
quod dedicasset septem diebus altare, & solemnita-
tem celebrasset diebus septem, &c. Et 1. Efdra 6.
cum Templum reedificatum est, legitur sic. *Fecerunt autem filij Israel, Sacerdotes & leuita & re-*
liqui filiorum transmigratiōis dedicationē domus Dei
in gaudio, &c. & 1. Macchab. 4. *Dixit autem Iuda*
& fratres eius. Ecce contriti sunt inimici nostri:
ascendamus nunc mundare sancta & renouare: &
congregatus est omni exercitus, & ascenderunt in
montem Sion, &c. & postea, *Secundū diem in qua contaminauerunt illud Gen-*
tes, in ipsa renouatum est in cantu & cytharū, & ci-
nyru, & in cimbaliū. et cecidit omni populus in sa-
ciem, et adorauerunt et benedixerunt in calum eum,
qui profecerat eū. et fecerunt dedicationem altari die-
bis octo, et obtulerunt holocausta cum lactia et sacri-
ficiū salutarū et laudū. Et ornauerunt faciem tem-
pli coronū aureū et scutulis: et dedicauerunt portas,
et passophoris, et imposuerunt eis ianuas. et facta est
lactia in populo magna valde, et auersum est oppro-
brium Gentium. Et statuit Iudas et fratres eius et uni-
uersa Ecclesia Israel ut agatur dies dedicationis altaris
in temporibus suis ab anno in annum, &c.

Idem autem Apostolos fecisse cum Templo Deo
dicabant, elicitur ex 1. Cor. 11. cum dicitur. *Primum quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, au-*
diō scissurū esse inter vos, &c. hic de Templo sermo-
nem fieri manifestum est; nam de Ecclesia, vt ple-
bem fidelem significat, intelligi nequit; esset enim
ineptus sermo, si diceretur conuenientibus vobis fi-
delibus in vobis ad simul manducandam Eucharis-
tiam; ergo sensus est, conuenientibus vobis in do-
mo Dei seu in Templo ad sumendam Eucharis-
tiam, Et quia subdit de hac Ecclesia quæ Templū
significat: *Nunquid domos non habetis ad mandu-*
candum et bibendum, aut Ecclesiam Dei contempnit,
et confunditis eos qui non habent? & separat Templum
à communibus domibus, & per indecentia quæ ibi
 fiebant à Corinthijs, dicitur Ecclesia contemni:
consequens est vt Templum sit domus Deo solemn-
iter dicata, ideoque non contemnenda: & hac ra-
tione à communibus domibus distinguatur.

Hinc occurrit Sectariorum reijcitur dicentium
consecrationes Ecclesiarum, ritus & cæremonias
esse Iudaicas; nam dum, ab Apostolis id factum
esse, & à primitiua Ecclesia, legimus: sequitur
tales ritus non fuisse proprios Iudæorum, sed com-
munes ac pro cultu Dei pro omni differentia tem-
poris debitos. Nec omnes ritus quos habebant Iu-
dæi dicuntur proprii, & spectantes ad veterem le-
gem; alioquin nec liceret Ecclesie orare, genu-
flexiones facere, tundere pectus, & cætera huius-

modi, quæ Synagoga faciebat; quod falsissimum
est, quia tales ritus & cæremonie non sunt signifi-
cative Christi futuri, quæ adueniente Christo eua-
nuerunt, sicut adueniente sole, fugit umbra: sed
significative sunt & protellative glorie & excellen-
tie Dei, & poltræ obligationis & subiectionis in
ipsum. Quod cum semper fieri debeat ab homini-
bus, sequitur eas tempore noui Testamenti, in quo
charitas Dei magis elucet, multò magis ab Ecclesia
habendas esse.

Confirmatur hæc veritas veterum Patrum testi-
monio. Augustinus lib. 21. contra Faustum cap.
21. tomo 6. ait. *Populus autem Christianus me-*
morias martyrum religiosa solemnitate concelebrat, et
ad excitandam imitationem, et vt meritis eorum con-
societur, atque orationibus adiunetur: ita tamen, vt
nullis Martyrum constituamus altaria. Quis enim
Antistitum in locis Sanctorum Corporum assistens al-
tari, aliquando dixit offerimus tibi Petre, aut Paule,
aut Cypriane, sed quod offertur, offertur Deo, qui
Martyres coronauit, apud memorias eorum quos co-
ronauit, vt ex ipsorum locorum admonitione maior
effectus exurgat, ad acuendam charitatem, et in illos
quos imitari possumus, et in illum quo adiuuante pos-
sumus.

Chrysoströmus Homil. 26. super caput 12. 2. ad
Corinth. tomo 4. *Vbi enim quaso Alexandri tu-*
mulus est? fac mihi eum ostendas, demque quo vi-
tam cum morte commutauit dicas. at Christi seruo-
rum tum splendida sepulchra sunt, vt quæ Vrben-
omnium præstantissimam viximeque Regiam occu-
parint, et dies noti atque perfecti, vt qui festi à toto
Orbe aguntur. atque illius quidem tumulum fami-
liares quoque ignorant: huius autem barbari quoque
exploratum habent. At sepulchra eorum qui cruci-
fixo seruerunt, Regias auras splendore viuunt,
non tam magnitudinis aut pulchritudinis adificiorum
ratione (nam hac etiam parte superant) quam quod
multò maius est, coeuntium studio atque charita-
te, &c.

Ambrosius Epist. 54 Marcelline sorori tom. 5.
inquit. *Quoniam nihil eorum, qua hic te absente*
geruntur sanctitatem tuam celere soleo, scias enim
dilectissima soror, Sanctos Martyres à nobis repositos.
nam cum ego Basilicam dedicare vellem, multi tan-
quam vno ore interpellare ceperunt, dicentes: sicut in
Romana, sic Basilicam dedices. Respondi: faciam
si Martyrum reliquias inuenero. statimque subiit ve-
luti cuiusdam ardor presagij, &c. & postea: Inue-
nimus mira magnitudinis viros duos, vt prisca atas
ferebat. ossa omnia integra, sanguinis plurimum; in-
gens concursus populi per totum illud biduum. Quid
multa? condimus integra ad ordinem transtulimus,
vespere iam incumbente ad Basilicam Faustā ven-
imus: ibi vigilia tota nocte, manus impositio. Se-
quenti die transtulimus ea in Basilicam quam appel-
lant Ambrosianam: dum transferimus cæcus sana-
tus est.

Hieronymus lib. contra Vigilantium tomo 2.
inquit. *Tales habet aduersarios Ecclesia: hic duces*
contra Martyrum sanguinem demerant: huiusmodi
oratores contra Apostolos percontant, imò tam rabi-
di canes contra Christi latrant discipulos. Ego con-
fiteor timorem meum no forsitan de superstitione der-
scendat. Quando iratus fuero et aliquid mali in meo
animo cogitauero, et me nocturnum phantasma delu-
serit,

Testim. vet. SS. PP

Apost. solemniter
dicabant templa.

seris, Basilicas Martyrum intrare non audeo: ita totus & corpore & animo pertimesco, &c.

Et in Epist. ad Marcellam tomo 1. ait. Et quomodo benedicta loca putant in quibus Petrus & Paulus Christiani exercitus duces sanguinem fudere pro Christo? si seruorum & hominum gloriola confessio est: cur Domini & Dei non sit gloriola confessio? Et Martyrum vbique sepulchra veneramur, & sanctam fauillam oculis apponentes, si liceat etiam ore contingimus: & monumentum in quo Dominus conditus est quidam existimant negligendum? Si post Passionem Christi (vt scelerata vox concrepat.) hic detestabilis locus est: quid sibi voluit Paulus Hierosolymam festinare, vt ibi haberet Pentecosten? qui retinentibus se locutus est dicens. Quid facitis flentes, & conturbantes cor meum? Ego enim non solum ligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum, pro nomine Domini Iesu.

Gregorius libro 5. Epistolarum Epist. 150. ad Palladium Episcopum Sanctonis ait. Veniens lator presentium Leuparicus Presbyter vester insinuauit nobis fraternitatem vestram Ecclesiam in honore Beati Petri & Pauli Apostolorum, nec non Laurentij atque Pancratij Martyrum construxisse, atque illic tredecim altaria collocasse, ex quibus quatuor nec dum dedicata comperimus remansisse ob hoc quod suprascriptorum Sanctorum Reliquias illic collocare Deo annuente disponitis. & quia Reliquias Sanctorum Petri & Pauli, nec non Laurentij atque Pancratij Martyrum cum veneratione praeuimus, hortamur vt eas cum reuerentia suscipere & collocare, auxiliante Domino, debeat.

Secunda Conclusio. Licitum est ac pium in Sanctorum honorem vota emittere, peregrinationes assumere, & dies Festos celebrare. Probat Conclusio veterum Patrum testimonio, cum iam superius satis explicata & declarata fuerit. Augustinus lib. 20. contra Faustum tomo 6. qui Faustus accusabat Christianos sic. cap. 4. *Sacrificia gentium vertistis in aras, & idola in Martyres, quos votis similibus colitis. defunctorum umbras vino placatis et dapibus: solemnes gentium dies cum ipsis celebratis, vt calendae et solstitia.* cui August. cap. 21. sic respondet.

Cum enim dixisset nos vertisse Idola in Martyres, quos votis, inquit, similibus colitis, defunctorum umbras vino placatis & dapibus: sunt ergo umbræ defunctorum? Nunquam hoc in vestris sermonibus audiuius, nunquam in literis legimus: imò contradicere soletis talibus opinionibus, asserentes animas mortuorum magis minusue purgatas, aut in reuolutiones ire, aut in grauiores aliquas penas, bonas autem in naues imponi, & in Cælo nauigantes transire hinc in illud phantasma terræ luminis, pro qua pugnanda perierant: ita nulas animas circa suorum corporum sepulchra detineri: Vnde igitur umbræ defunctorum? quæ substantia earum, quis locus? Sed maledicendi cupiditate, Faustus quid profiteretur oblitus est, aut forte dormitans, umbras somniando dictauit, nec cum verba sua legeret euigilauit. Populus autem Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritum eorum consocietur, atque orationibus ad-

iuuetur: sita tamen vt nulli Martyrum constituantur altaria. Quis enim Antistitum in locis Sanctorum corporum assistens altari aliquando dixit, offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane: sed quod offertur, offertur Deo, qui Martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit: vt ex ipsorum locorum admonitione maior effectus exurgat, ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari possumus, & in illum quo adiuuante possumus? Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur Sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Euangelica veritate passionem paratum esse sentimus. sed illos tantò deuotus, quantò securius post incerta omnia superata: quantò etiam fidentiore laude predicamus, iam in vita feliciore victores quam in illa adhuc vsque pugnantes. at illo cultu, quæ græcè latrja dicitur, latinè vno verbo dici non potest, cum sit quædam propriè diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, vnde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam Idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuique Martyri, vel cuique Sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo, & quisquis in hunc errorem dilabitur corripitur per sanam doctrinam, siue vt corrigatur, siue vt caueatur. Ipsi enim Sancti, vel homines vel Angeli exhiberi sibi nolunt, quod vni Deo deberi norunt, &c.

Et serm. 47. de Sanctis tomo 10. ait. Quotiescunque fratres charissimi, Sanctorum Martyrum solemnia celebramus, ita ipsis intercedentibus expectemus à Domino consequi temporalia beneficia, vt ipsos Martyres imitando accipere mereamur æterna: ab ipsis enim Sanctorum Martyrum in veritate festiuitatum gaudia celebrantur, qui ipsorum Martyrum exempla sequuntur. Solemnitates enim Martyrum exhortationes sunt Martyriorum, vt imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

Chrysostomus Hom. in Psalm. 115. tomo 1. ait. Vide etiam in Lazaro quomodo post eius mortem Angelicum deducebant. contemplare etiam ciuitates ad Martyrum sepulchra concurrentes, & populos inflammatos eorum desiderio. hoc est ergo quod dicit, Deus magnam curam gerit, vel ipsius mortis Sanctorum. neque enim quomodocunque neque fortuitò moriuntur, sed quando ipse id eius dispensationis consilio permiserit.

Hieronymus lib. contra Vigilantium tomo 2. Nunquid stulti omnium Ecclesiarum populi qui occurrerunt Sanctis Reliquijs & tanta læticia quasi presentemque Prophetam cernerent? &c. Et in Regula Monachorum tomo 9. ait. Prouidendum etiam vt diem solemnem, non tam ciborum abundantia quam spiritus exultatione celebremus, quia valde absurdum est, nimia saturitate velle Martyrem honorare, quem scias Deo placuisse ieiunijs.

Superest nunc, vt quæ Sectarij contra præmissas conclusiones obijciunt addueamus & rejiciamus. nam Lutherus in lib. de visione Danielis contra Ambrosium Catharinum: Magdeburgenses Centuria 4. cap. 6. column. 407. Anabaptistæ in antithesibus Christi veri & falsi. editis Albx Iuliz anno 1568. Calvinus in præfatione Instit. & lib. 1. cap. 11.

Licitum est ac pium in Sanctorum honorem vota emittere, peregrinationes assumere. & dies festos celebrare.

9. 13. & lib. 3. c. 20. 9. 30. & lib. 4. c. 10. 9. 20. & c. 12. 9. 7. præmissas conclusiones reijciunt, & impugnant.

Prima obiectio. Apoc. 21. dicitur de Ecclesia. *Et Templum non vidi in ea, Domus enim Deus templum illius est.* de Ecclesia autem militante ibi loqui, patet ex sequentibus; *ambulabunt gentes in lumine eius, & Reges adferent splendorem suum in illum,* quæ verba accepit Ioannes ab *Maia* cap. 60. vbi Propheta de Ecclesia militante loquitur.

Confirmatur ratio, quia Deus voluit Templum Salomonis euertere, quod ad sacrificia erectum fuerat. Adde quod Patres à vocabulo Templi ordinariè abstinent, cum de Ecclesijs Christianorum loquuntur: imò eas Templis opponunt, vt Hieronimus qui in epistola ad Riparium dicit, *Iulianum Christi Ecclesias, aut eueritisse, aut in Templo conuertisse.* Et Cæcilius apud Minutium felicem obijcit Christianis, quod tanquam athei nulla haberent Tempora, vel Altaria. Et Optatus lib. 6. inquit, *Quis nostrum intravit Templum?*

Respondeo locum Apoc. 21. contra Catholicam veritatem ineptissimè adduci, quia ibi manifestè fit sermo de Ecclesia triumphante, non autem de militante, cum dicitur, *Et Templum non vidi in ea;* quia immediatè prius dixerat, *Et duodecim porta duodecim margarite sunt per singulas: & singula porta erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum.* hæc autem de Ecclesia militante intelligi nequeunt, sicut nec ea, quæ sequuntur, scilicet. Et ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est Agnus; hæc autem dicuntur de Cælesti ciuitate Hierusalem, vt patet.

Quod autem sequatur, *Ambulabunt gentes in lumine eius, & Reges adferent splendorem suum in illam, &c.* concedimus hæc de militante Ecclesia intelligi debere, vel intelligi posse: sed non sequitur, quòd prioribus verbis etiam de militante Ecclesia fiat sermo; ratio est, quia vt versatis in lectione sacrarum scripturarum constat, Prophetæ ob connexionem, & vnitatem militantis Ecclesie cum triumphante; cum sermonem faciunt de vna, de alia pariter faciunt mentionem. patet hoc Isaia 60. vbi de Ecclesia militante multa prius dicuntur, v. g. *Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi, &c.* Gens enim, & regnum quod non seruiert tibi, peribit: & Gentes solitudinis vastabuntur. *Gloria libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meæ: & locum pedum meorum glorificabo. & veniet ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem Domini, Sion Sancti Israel, &c.* Attamen immediatè subdit de Ecclesia triumphante sic: *Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui.* Iure autem fit ista connexio; quia vna, & eadem est Ecclesia militans, & triumphans, vt in initio huius libri diximus.

Et Tobia 13. de Ciuitate Hierusalem, quæ captiua tunc erat, primò dicitur. *Ierusalem Ciuitas Dei, castigauit te Dominus in operibus manuum tuarum. Confitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum*

seculorum, vt reædificet in te tabernaculum suum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia sæcula sæculorum. Deinde de Ecclesia militante; quæ in ea figuratur, sequitur immediatè. *Luce splendida fulgebis: & omnes fines terræ adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes adorabunt in te Dominum, &c.* Et postea immediatè transit ad Ecclesiam triumphantem sic: *Beatus ero si fuerint reliqua semini mei ad videndam claritatem Ierusalem. Porta Ierusalem ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioso omni circuitu murorum eius. ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur: & per vias eius Alleluia cantabitur, &c.*

Ad confirmationem respondeo Dominum voluisse Templi Ierusalem destructionem, non vt damnaret usum Templorum, quæ illi dicanda erant, sed ad denotandum legem veterem, & ritum sacrificiorum animalium cessasse. Adde, quod hoc fuit in pœnam, ad significandum regnum Dei ab eis ablatum esse ob incredulitatem, vt dixit Saluator Matth. 21. *Malos malè perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.* ideo dico vobis, quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et quia verus Deiculus requirit Templum vbi solemniter exhibeatur, ideo à Iudæis ablatum est Templum, vt scirent eos non esse amplius populū Dei. hinc retorquetur obiectio; at verus cultus Dei inter Christianos existit, ergo ipsi Tempora, seu Ecclesias habere debent. Tertio id factum esse legimus ad castiganda Iudæorum scelera, vt legitur Matth. 23. *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas, & non uult? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Quod prædictum fuit per Prophetas: *Isai. cap. 9. & alibi. Dan. 9. Et erit in Templo abominatio desolationis: & usque ad consummationem, & finem perseverabit desolatio.* Num. 24. *Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntq. Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.* & alibi pluries.

Ad illud, quòd Patres à vocabulo Templi abstinerunt: respondeo id fecisse aliquando non ad Ecclesias, seu sacras Domos excludendas, sed ad ostendendam differentiam nouæ legis, ab antiquis ceremonijs, quæ in Templo Salomonis celebrabantur. Sicut etiam ad differentiam Gentilium Idololatrarum, qui Tempora habebant, vbi dæmonibus sacrificabant. de quibus dixit Optatus; *Quis nostrum intravit Templum?* Tempora ergo more Gentilium damnantur.

Ad accusationem Cæcilij dico falsam esse; nam semper fideles habuerunt Ecclesias, vt superius dictum est. Sed dices, Octavius Cæcilio respondit Christianos non indigere Templis. Respondeo id dixisse ad errorem Gentium magis conuincendum, & docendum veritatem Religionis in prophanis illis sacrificijs, & Templis Gentium non consistere: sed in vera cognitione Dei per fidem, & per pietatis opera, quorum Gentiles erant expertes, non docuit autem ex instituto Tempora inter Christianos esse non debere.

Secunda obiectio: Saluator de oratione loquens Matth. 6. ait. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum,* ergo non est opus Templo vt oremus. vel sic, ergo nõ est orandum in Templo. Et Ioan. 4.

Cui Templi in Ierusalem euerisionem Deus voluit.

Retorquetur obiectio.

Scriptura cum loquantur de Ecclesia militante, subinogunt etiam de Triumphante, quia vna est.

de adoratione Dei, inquit Saluator. *Veni hora, & nunc est, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem. Spiritus est Deus, & qui eum adorant in spiritu, & veritate adorare oportet, ergo non est opus adorare in aliquo loco certo, & determinato, ut sunt Tempia.*

Adde quod Apostolus 1. Tim. 2. inquit. *Volō vos orare in omni loco, levantes puras manus.* Præterea, Deus non est magis in Templo, quam alibi. Vnde Act. 17. dixit Apostolus. *Deus non in Templis manufactis habitat, sed Cælum, & terram implet.* Ergo ubique ex æquo adorari potest.

Respondet illud Matth. 6. dictum esse tantum ad fideles docendum, inanem gloriam, & hypocritarum in bonis operibus vitandam esse, nec aliquem ad hunc finem, ut appareat bonus debere benefacere: non autem, quod in Templo, vel alibi orari non possit. Et quod ita sit, ipse textus citatæ scripturæ testimonium reddit. dicit enim sic. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in Cælis est. Cum ergo facis elemosinam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, ut sit elemosina tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Et cum oratis non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraveris intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.*

Quod autem his verbis publicè orare in Templo non prohibeatur, patet, quia Saluator ipse dixit Marci cap. 11. *Domus mea domus orationis vocabitur; & ipsemet pluries oravit Patrem publicè.* Matth. 11. *Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terra, &c.* Ioan. cap. 11. *Jesus autem elevatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me, ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat dixi, ut credant, quia tu me misisti.* Et cap. 17. *Hæc locutus est Jesus, & subtraxit oculis in cælum dixit: Pater veni hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te, &c.* & postea, *Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos deditis mihi, quia tui sunt, &c.*

Nec colligitur ex citato loco Tempia non esse præcipua orationis loca, licet ubique possit quisque orare. nam Saluator Marci 11. dixit. *Domus mea domus orationis vocabitur.* & Act. 3. *Petrus, & Ioannes ascendebant in Templum ad horam orationis novam.* Act. 8. *Eunuchus Regina Æthiopiæ venerat adorare in Ierosolymis.* Lucæ 2. *Auna filia Phannelis non discedebat de Templo ieiunijs, & obsecrationibus servans nocte, ac die.* & cap. 18. *Publicanus in Templo orans iustificatur.* Et Paulus scribens ad Timotheum Episcopum ait. *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus, in omni pietate, & castitate: quod de publica oratione, quæ in Templo simul fit à fidelibus, utique intelligitur.*

Ad illud Ioannis 4. quod obijcitur; respondeo,

Saluatorem illis verbis non prohibuisse orare in Templo; alioquin Petrus, & Ioannes errassent dum Act. 2. ascendebant post acceptum Spiritum sanctum in Templum ad orandum. Sed docuit mulierem illam Samaritanam, ceremonialia veteris legis, quæ cultum Dei ad particularia illa loca restringebant in Hierosolymis, terminum, & finem accipere, idcirco dixit *in spiritu, & veritate adorare oportet.* id est non amplius medijs huiusmodi umbris, & figuris, ac ceremonijs Iudaicis. Et huic esse huius scripturæ sensum patet, quia hæc verba his, quæ dixerat mulier opponuntur: scilicet in Hierosolymis adorare oportere: Docet ergo Saluator illam restrictionem localem, & ceremoniale non amplius futuram, quia ubique adorandum erat Dominus in spiritu, & veritate, id est cum clara cognitione, & notitia mysteriorum Dei, & dilectione in illum, extrahere umbras, & figuras. quod prædixit Isaias cap. 11. dicens. *Repleta est terra scientia Domini sicut aqua maris operientes.* Et Ieremias cap. 31. *Et non doceritis ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum dicens, cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus.* Non sequitur autem ex his, quod in Templis, seu Ecclesijs Christianorum adorare, & orare non sit magis congruum. Sicut nec ex illo Apostoli loco 1. Tim. 2. *Volō viros orare in omni loco.* Concedimus enim ubique orandum: dicimus tamen, aptius, decentius, & solemniter id tantum in Templis, seu Ecclesijs fieri.

Ad illud Act. 17. *Deus Cælum, & terram implet;* ergo ubique ex æquo orandum, & adorandum: sequela falsa est; quia licet Deus sit ubique, tamen magis in vno loco, quam in alio decet eum adorare, & orare. ipse Dominus hoc testatur, dum dicit, *Domus mea domus orationis vocabitur.* Et Petrus, & Ioannes in Templum ascendebant ad orandum. Et alij de quibus superius dictum est. Et Iacob Gen. 28. dixit. *Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta Cæli;* sciebat Iacob Deum ubique esse, cur ergo ita dixit; nisi ut doceret nos, particularia loca ad aptius, & solemniter adorandum, ac orandum fieri debere? Et cum Deus sit ubique, cur dixit Moyse Exodi 25. *Facies, & propitiatorium de auro mandissimum, &c. duas quoque Cherubim aureos, & producibiles facies ex utraque parte oracula, &c. In hoc præcipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, &c.* Cum igitur Deus sit ubique non opus erat propitiatorio ad loquendum. Docuit ergo loca particularia ad præcipuum, & solemnem cultum ei exhibendum fieri oportere. Hoc dicant Sectarij, & in huiusmodi ineptias non prorumpent.

Tertia obiectio, quæ probare intendit Sanctis Tempia erigenda non esse. Tempia dicere est cultus latricæ: ergo Sanctis dicanda non sunt, quibus latricæ non competit. Probatur ex Augustino lib. contra Iovinianum cap. 20. ubi probat Spiritum sanctum esse Deum, quia Apostolus dicit 2. Cor. 6. *Membra vestra Tempium sunt Spiritus sancti. Si legerent, inquit, Arrianus Templum Salomonis ex lignis, & lapidebus Spiritus sancto erectum, non negaret illum esse Deum, cum Templi constitutio ad latricæ cultum pertinet: Quomodo ergo negaret Spiritum sanctum esse Deum, si Templum habeat longè nobilior? Et idem August. lib. 8. de Civitate Dei cap. vit. dicit. *Nec tamen nos ex illorum martyribus Tempia, suscipienda, sacra, & sacrificia constituissemus: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis**

uobis est Deus. Et lib. 1. contra Maximinum argum. 11. de Spiritu sancto, sic ait. *Nomine si alicui S. Angelo excellentissimo de lignis & lapideibus facerem Templum anathematioremur à veritate Christi, & ab Ecclesia Dei, quoniam creatura exhiberemus eam seruientem, qua vni tantum debetur Deo?* & Erasmus huic loco notauit ad marginem sic. Hoc nunc fit quibuslibet diuis.

Templa non eriguntur Sanctis sed Deo dicantur in memoriam, SS.

Respondeo hanc obiectionem nihil habere contra nos, nam Sanctis non erigimus Tempia, sed Deo in memoriam alicuius Sancti ad illum orandum, vt pro nobis ad Dominum intercedat: hoc docet ipse Augustinus lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 10. tomo 5. vbi ait. *Nos autem martyribus nostris, non Tempia sicut Deis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus.* Cum ergo aliquibus Sanctis sacræ ædes dicantur memoriz Martyrum vel Sanctorum, non illorum Tempia dicuntur: Tempia autem Dei sunt, & memoriz Sanctis fiunt. & hoc etiam Augustinus docet lib. 20. contra Faustum Manicheum cap. 20. tomo 6. sic. *Populus autem Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consecratur atque orationibus adiuuetur: ita tamen vt nulli Martyrum constituamus altaria. Quis enim Antistitium in locis Sanctorum corporum assistens altari aliquando dixit, offerimus tibi Petre, aut Paule aut Cypriane, sed quod offertur, offertur Deo, qui Martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit; vt ex ipsorum locorum admonitione maior effectus exurgat ad acmendam charitatem, &c.*

Quarta Obiectio. Christus Dominus concionabatur nunc in montibus, nunc in desertis, nunc in mari ex nauicula, nunc in priuatis ædibus. Baptismum dabat in fluminibus, Eucharistiam instituit in priuata & prophana domo, ergo vanum est erigere Ecclesias ad huiusmodi effectus.

Obiectio illa est valde inanis & futilis. nam Saluator venerat prædicare Euangelium, & veritatem docere, ac Sacramenta instituire: ibi ergo hæc debuit exhibere, vbi tunc expediebat; & vbi auditores habebat; & in Iordane baptizari debuit, quia ibi Ioannes erat. si hæc obiectio aliquid valeret, sequeretur non nisi in Iordane nos baptizari posse, & in Monte Sion tantum Eucharistiam sumere, vbi instituta est, quia sic Christus fecit. Hæc autem imitanda non sunt. Sequitur tamen ex his, non repugnare hæc omnia fieri extra Tempia, posita necessitate: qua remota, fieri non debet; quia in Templo maiori reuerentia, sicut decet, hæc fiunt.

Adde quod Saluator etiam in Templo docuit vt ipsemet dixit Matth. 26. *Quotidie apud vos docens eram in Templo, & non me tenuistis.* & tamen non valet inferre, ergo in Templo tantum verbum Dei doceri potest: quia omnes circumstantiæ accidentales cuiuscunque operis, tenendæ & seruandæ non sunt. quid si aliquando pluebat cum Christus prædicabat: non licebit ergo nisi tempore pluuiæ verbum Dei prædicare?

Quinta Obiectio; & est contra ornatum Templorum. & Hieronymus in caput 6. Hieremias, vbi Prophetam inquit. *Nolite confidere in verbis mendacis dicentes, Templum Domini, Templum Domini.* ait. *Præcepit & tunc populo Iudaorum, & hodie nobis, qui videmur in Ecclesia constituti, ne fiduciam habea-*

mus in adificiorum splendore, auratisque laquearibus, & vestitis parietibus marmorum crustis, & dicamus; Templum Domini, Templum Domini est.

Et in Epist. ad Nepotianum ait. *Mulsi adificiant parietes, & columnas Ecclesia substruunt, marmorantem, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur. & intra. neque mihi aliquis opponat diues in Iudæa Templum, mensam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cetera ex auro fabricata: tunc hæc probabantur à Domino, quando Sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecudis erat redemptio peccatorum, nunc vero cum paupertatem domus sua pauper Dominus dedicauit, cogitemus Crucem eius, & diuitias lutum putabimus. & infra: Aut aurum repudiemus cum ceteris superstitionibus Iudaorum, aut si aurum placet, placeant & Iudæi, &c.*

Respondeo hæc loca nihil contra nos continere; monet enim Hieronymus ne confidamus in materialibus Templorum ornamentis, itaut opera pietatis & mandata Domini, vt faciebant Iudæi dimittamus: quod vtique & nos dicimus: *At unum oportet facere, & aliud non omittere; Tempia scilicet ornare ad maiorem Dei gloriam, & opera pietatis exercere, ad implendam Domini voluntatem.* Hæc ibi docet Hieronymus, vt attentè legenti, quæ idem subdit, patebit.

Sexta Obiectio. Ambrosius lib. 2. de Officijs cap. 28. inquit. *Melius fuerat vt vasa viuientium seruari, quam metallorum. his non potest responsum referri: quid enim diceret? tum ne Templo Dei ornatus deesset, responderet, aurum Sacramenta non querunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur, ornatus Sacramentorum redemptio captiuorum est.*

Acacius de quo Socrates lib. 7. cap. 21. refert, quod cum accularetur quod sacra vasa vendidisset propter pauperes, respondit: *Deus noster neque discis, neque calcibus eget, quia non comedit neque bibit.*

Hilarius in Epistola contra Maxentium inquit. *Malè parietum vos amor cepit, malè Ecclesiam Dei in lectis adificijsque veneramus.*

Lactantius lib. 2. cap. 4. laudat Perisium quod scripserit, non debere aurea vasa Templis inferri; dicens. egregiè sapienterque sensit.

Bernardus in Apologia ad Gulielmum Abbatem propè finem ait. *O vanitas vanitatum, sed non vanior quam insauor, fulget Ecclesia in parietibus, & in pauperibus eget: suo lapides induit auro, & suos filios nudos deserit.*

Chrysostomus Homil. 51. & 81. in Matth. docet melius esse dare elemosynam quam ornare Templum, & refellit argumentum quod pro nobis fieri solet. Adde quod Saluator semper amauit & docuit paupertatem: & otiosum & superuacaneum est aurum in Templis, nam nec parietes sentiunt ornatum illum. Vnde Perisius Satyra 2. ait. *Dicite Pontifices in Sancto quid facit aurum?*

Præterea splendor ille Templorum distrahit mentem à spiritualibus cogitationibus. & melius est ornare Tempia viua quam mortua. Nec in iudicio damnabitur qui Templum non ornauerit auro & argento, sed qui in paupere Christum non aluerit.

Respondeo nihil horum quæ obijciuntur esse, contrà nos: nam Patres eos damnant, qui omissis eleemolynis cæterisque pietatis operibus erga pauperes, magis Tempia Dei mortua ornare volunt quam viua, quales sunt pauperes: quod etiam Saluator reprehendit in Iudæis Matth. 15. *Vos autem dicitis: Quicumque dixeris patri vel matri, minus quodcumque est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam, & irritum fecisti mandatum Dei propter traditionem vestram.* posita enim necessitate fidelium, proculdubio damnatur ornatus Templorum, cum pauperibus subuenire contemnitur, & hoc est quod à Patribus iurè reprehenditur, & Ecclesia Catholica pariter damnat: sed cum vtrumque exequitur est laudabile, iustum, pium, meritorium, vt superius dictum est. Itaque si fidelium necessitas aduenerit, licet vasa Ecclesie frangere & pretium pauperibus distribuere. & nos Catholici hoc docemus.

Ad rationes: dico Salvatore amasse virtutem paupertatis, quoad vsum eorum quæ ad nostrum victum sunt necessaria; non verò paupertatem in Templis Deo dicatis, adeo ut inopiam, angustiam, & mendicitatem ac obscuritatem Templi dilexerit. nec aurum in Templis est superfluum, quia ad maiorem Dei gloriam ibi ponitur, vt fecit Moyses præcipiente Domino quemadmodum liber Exodus narrat: & Salomon Rex sapientissimus 2. Paralip: Nec talia diltrahunt à deuotione, imò hominem mente sanum ad contemplationem excellentie Dei inducunt dum talia pretiosissima ei hic in terris à nobis offeruntur & dicantur. & hoc est quod in Templo facit aurum. Vnde Salomon 2. Paralip. 2. dicebat. *Domus quam adificare cupio, magna est: magnus enim Deus noster super omnes Deos.* & Exodi 28. legitur. *Faciesque vestem Sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem.* Et longè post: *Porro filijs Aaron tunicas linceas parabis, & balteos, ac iuratas, in gloriam & decorem: vestesque hæc omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo.*

Licet vasa sacra, vendere ad pauperes iuuandos.

Ratio quæ sequitur probat pauperes eleemolynis iuuandos esse, quod vtique verum est; & itante necessitate illorum si aliud eius victus subministrari non possit, tunc dicimus, & Ecclesia Catholica docet ac præcipit, spolianda esse Tempia, vt pauperibus detur auxilium. Qui hoc non facit, portabit iudicium quicumque est ille. idè ratio nihil contrà nos habet, dum Tempia ornamus, & simul necessitatibus Sanctorum communicamus.

Septima Obiectio, quæ est contrà peregrinationes ad loca sancta. Christus Dominus Matth. 5. inter ea quæ homines beatos faciunt non posuit peregrinationes. Secundò, multa sunt pericula spiritalia in itineribus ac præsertim mulieribus, vt notum est. Tertio, nihil inuenire possumus Ierosolimis, quod in nostra regione non habeamus: Deus enim vbique est, altaria, Tempia vbique sunt: & multi fuerunt Sancti qui peregrinati non sunt: ergo inanes sunt huiusmodi peregrinationes.

Peregrinationes sunt opera meritoria & satisfactoria.

Respondeo peregrinationes ad loca sancta non esse necessarias ad salutem consequendam, sed vtilis, sunt enim signa dilectionis præcipue erga sanctos; sunt actus qui mouent & excitant deuotionem & pietatem, suntque opera meritoria & satisfactoria,

quia sunt actus poenales & laboriosi. Nec Dominus connumerando beatitudines, omnia numerauit quæ sunt ad salutem vtilia: nam virginitas ibi non est posita, de qua Apostolus 1. Cor. 7. ait. *Qui non ungu virginem suam melius facit. beator autem erit si se permanserit.* & alia plura quæ ad salutem æternam conferunt. Nec peregrinationes vtilis esse dicimus, non seruatis debitis circumstantijs; nam non omnibus expedire dicimus: ideoque nec omnes viri, nec omnes mulieres peregrinationes assumant, nisi cum expedit, & cum periculo vacant.

Similiter falsum est illud assumptum; nihil est in Ierusalem quod in nostra regione non sit; nam vltra laborem qui assumitur, qui est actus meritorius & satisfactorius, adest occasio maiorem deuotionem & amorem erga Deum colligendi ex consideratione loci vbi Dominus singularem in nos dilectionem ostendit; vbi natus, nutritus, docuit, passus est, &c. Quod autem omnes Sancti peregrinati non sint, parum obest, quia non dicimus peregrinationes esse necessarias ad salutem, sed vtilis; potest proculdubio quis saluus fieri, absque eo quod peregrinetur.

Octaua Obiectio, estque contrà dies festos, qui à fidelibus celebrantur. Apostolus ad Rom. 14. ait. *Alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem.* idè alius putat vnum diem esse Sanctum, alium propheta: quod à Paulo erroneum iudicatur. Similiter ad Galat. 4. *Dies obseruati & menses & annos, timeo vos ne frustra laborauerim in vobis.* & ad Coloss. 2. *Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte dies festi.* Ergo error est damnatus ab Apostolo celebrare dies festiuos.

Respondeo Apostolum ad Romanos loco citato non loqui de diebus festiuis, vt attentè legenti patebit: quia de cibis fit sermo, seu de diuersitate ciborum, vt patet per similia quæ docet 1. Cor. 8. vbi sic ait: *Si enim qui videris enim qui habet scientiam in idolo recumbentem: nonne conscientia eius, cum sit infirma edificatur ad manducandum idolo byta: & peribus infirmis in conscientia tua frater, pro quo Christum mortuus est? sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. quapropter si esca scandalizet fratrem meum, non manducabo carnem in æternum ne fratrem meum scandalizem.* Disceptabant ergo Gentiles conuersi ad fidem, & Iudæi pariter fideles Romæ, ad quos scripsit Apostolus, de differentia ciborum: & Apostolus monet ne alter alterum iudicet, &c. Et valde probabile est quod de ieiunio ibi fiat sermo. hoc tamen certum est, de diebus festiuis, & præcipue quos Christiani habere solebant, sermonem non fieri.

Locus verò ad Galat. 4. ineptè contrà nos adducitur, nam Galatæ, vt illa Epistola docet, cum à Gentium erroribus conuersi essent ad fidem, deinde à quibusdam Iudæis decepti fuerunt, dicentibus, necessariò etiam legem Moysis seruandam esse; hoc reprehendit Apostolus, & acriter contrà eos inuehitur quos intentatos vocat: & quia dies festos Iudæorum, cæterasque ceremonias, imò etiam Gentilium superstitiosam obseruantiam festorum reuocauerant, Apostolus de huiusmodi errore eos reprehendit dicens. *Sed tunc quidem ignorantes Deum, quæ natura non sunt deseruebat. Nunc autem cum cognoueritis Deum, imò cognitis situm à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & ægna elementa, quibus denud seruire vultis? Dies obseruati & menses & tempora, & annos. Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis.*

Apost. ad Galat. citat festa veteris legis.

vobis. & postea. Dicitur mihi qui sub lege vultu esse, legem non legis? scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, &c.

Ad locum Coloss. 2. dico pariter manifestum esse ibi sermonem fieri de diebus festiuis Iudeorum, qui à fidelibus seruari non debent, sicut nulla ceterarum ceremoniarum veteris legis: & quòd ita sit, ipse textus citat: Scripsitque id manifestat. ait enim, *Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia, aut sabbatorum: quia sunt umbra futurorum: corpus autem Christi.* Quid clarius dici poterat ad docendum fideles seruare non debere differentiam ciborum, & dies festos, quos lex Moysis præcipit seruandos? cur ergò Sectarij talia nobis obijciunt, dum festa Iudeorum non seruamus, nec seruandas esse prædicamus? sed satis est illis plebem deipere, eamque à Catholica Ecclesia extrahere, quomodocunque fiat.

Nona Obiectio. Sabbatum quod mandatum fuerat Iudeis carnaliter obseruandum, nimirum vt abstinerent ab operibus seruilibus, nobis mandatum est spiritualiter, vt scilicet vacemus à peccatis, quæ sunt opera verè seruilia, vt asserunt Ambrosius in cap. 13. Lucæ: Hieron. in cap. 4. ad Gal. Augustinus Epist. 11. & Gregorius lib. 11. Epist. 3. ergo Christiani non debent vacare ab operibus seruilibus.

Respondeo præfatos Patres, fideles moneere, vt à peccatis se abstineant præcipuè diebus festiuis, & nõ tantum opera seruilia tali tempore esse prohibita, sed præcipuè peccata, seu mandatorum Dei transgressiones: hic est sensus illorum, vt legenti patebit. Non docent autem licere fidelibus diebus festiuis Catholicorum, operibus seruilibus incumbere dummodò à peccatis abstineant.

Decima Obiectio. Antiqua Ecclesia modò sabbatum, modò dominicam colebat, ergo saltem hoc verum est, festorum obseruantiam non obligare, nec esse de præcepto, sed esse rem indifferentem. Antecedens probatur, nam Act. 13. Paulus in sabbato concionatur, Ioannes autem Apocal. cap. 1. mentionem facit Dominicæ.

Respondeo diem sabbati nunquam à primitiua Ecclesia cultum fuisse, cum ad legem Moysis spectet quæ per legem Christi euacuatur. Ad illud quod Paulus die sabbati concionabatur, dicimus, idèd Paulum tunc concionem habuisse, quia tali die Iudei simul in Synagoga conueniebant: & sic Iudeis non autem Christianis simul eo tempore conuenientibus concionabatur: ipsa Scriptura huius veritatis testimonium reddit: sic enim habet. *Illi verò pertransientes Pergen venerunt Antiochiam Pisidia: & ingressi Synagoga die sabbatorum sederunt. Post lectionem autem legum & Prophetarum, miserunt Principes Synagoge ad eos dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus & manu silentium indicens ait. Viri Israelita, & qui timetis Deum audite: Deum plebi Israel elegit patres nostros, & plebem exaltauit, cum essent incolæ in terra Aegypti, &c. Patet ergo Iudeos fuisse omnes quibus Paulus die sabbati concionabatur. & confirmatur per id quod inferius legitur sic. *Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellistis illud, & indignos vos iudicatis aeterna vita, ecce conuertimur ad Gentes, &c.**

Christiani iugiter ab initio, tempore Apostolorum

diem dominicum coluerunt & iurè: nam præceptum de seruando sabbato duplici ex causa datum fuerat: vt patet Exod. 20. & Deut. 5. primò quia tali die Dominus opera creationis compleuerat: secundo, quia liberatus fuit populus à seruitute durissima Pharaonis, sub quo continuo multis laboriosis operibus affligebatur: & præceptum est Iudeis ne tali die opera seruilia facerent in memoriam cessationis Dei ab omni opere quod patrauit: & cessationis populi Israel à decoptione laterum, &c. in Aegypto; cum per Moysen Deos eos liberauit. at quia post Saluatoris aduentum non dicitur amplius, vt inquit Hierem. cap. 16. & 23. *Vni Dominum qui eduxit filios Israel de Terra Aegypti, &c.* Quia adest opus redemptionis humani generis à seruitute peccati, &c. Et etiam quia opus Redemptionis quæ includit Incarnationem Filij Dei, maius opus est quam creatio, idèd alterius diei à Christianis habenda est memoria, & talis colendus est dies. & hæc est dies, non Veneris, in qua Christus passus est, quia fuit dies laboris & operis, in qua Christus Dominus seruiuit in peccatis nostris: dicente Isaia cap. 43. in persona Saluatoris. *Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Sed dies Dominicus, in quo Christus resurrexit post peractum redemptionis opus: & requiè significat quam omnes post resurrectionem vniuersalem in Cælis obtinebimus: Hinc etiam sequitur quod iurè Ecclesia omnibus fidelibus præcipit vt tali die Missæ intersint, quia in ea fit redemptionis nostræ expressa memoria. De potestate autem Ecclesiæ in legibus ferendis super populum fidelem, satis dictum est lib. 2. disput. 4.

Vndecima Obiectio. Apostolus ad Galat. 4. resistit pseudoapostolis volentibus introducere obligationem festorum. Adde quod cum plura sint festa Christianorum quam Iudeorum, si eorum obseruatio ad peccatum obliget, erit intelcerabilius iugum Christianorum quam fuerit Iudeorum: de quo Petrus ait. Act. 15. *Nec nos nec patres nostri portare possumus.*

Respondeo Apostolum ad Galat. obseruantiam festorum iuxta ritum Iudeorum redarguere vt superius dictum est; nam Galatæ simul cum Euangelio legem Moysis necessariò seruandam dicebant: & hoc reprehendit Apostolus excludens ab Euangelio omnem Iudeorum ritum; non damnat autem dies festos Christianorum.

Ad illud, quòd ob multa festa Christianorum, Euangelium redderetur iugum graue: dico instantià esse ineptissimam: nam quod fieri debet in talibus diebus nullus est labor, imò cessat quisque à labore; & tenetur fidelis sacrum audire, Deum diligere, & bonis operibus vacare, quod valdè suaue est. Nec hac ratione lex Moysis dicta est iugum graue, eoquod sabbatum colebat, cæterosque dies festiuos, sed alijs rationibus, & ob alia præcepta quæ erant 613. & dato quod grauis etiam diceretur ob obseruantiam sabbati: talis obseruantia grauis erat Iudeis, quia nimio rigore cessabant ab operibus seruilibus, vt patet vique in præsentem diem: Christiani autem non sic.

Duodecima Obiectio. Celebrare dies festos Sanctorum pari honore sicut dies festos Deo dicatos erroneum est; at hoc faciunt Pontificij, ergo errant. Præterea Exod. 20. dicitur. *Non adorabis Deos alienos.*

Cur dies sabbati à Christianis non colatur, sed loco illius dies Dominicus.

302 DE MILITANTE, ET TRIVMPHANTE ECCLESIA

nos: ergo festum Corporis Christi non est tolerandum nec celebrandum, sequela probatur, quia tale festum est humanitati soli dicatum & non Deo.

Respondeo Ecclesiam pari honore dies festos Domini, & dies festos Sanctorum non celebrare, nemo enim est qui nesciat Sanctos esse seruos Dei: Deum autem Dominum Sanctorum. Adde quod dies festi qui Sanctis dicati sunt, primò in honorem Dei qui coronauit Sanctos diriguntur, vt patet de orationibus quæ tunc ab Ecclesia funduntur; semper enim Deo laudes & præces diriguntur & sola intercessio & memoria Sanctorum interponitur. Nam Missa Deo offertur. Matutinæ Laudes Deo diriguntur, dicitur enim in initio: *Regem regum Dominum venite adoremus, quia ipse est corona Sanctorum omnium. Regem Virginum, Martyrum, Confessorum, Dominum, venite adoremus, &c.* Et sic de singulis quæ in illis diebus recitantur. Quidquid ergo maioris solemnitatis habent aliqui dies festi, Sanctis dicati, ipsi

Deo refertur & dirigitur. futilis est ergo hæc instatia.

Ad secundam dico Sectarios verè inimicos Christi; Saluatoris nostri & amicos Satanæ, qui illius est hostis se ostendere; dum honorem & cultum illi indubitum esse dicunt, eoquod sit Deus alienus: Hæc enim Obiectio est horrenda blasphemia. nam festum Corporis Christi, in laudem illius est qui seipsum tradidit nobis in cibum & potum sub speciebus Eucharistiæ: ipse autem non est Deus alienus, sed verus Deus, & homo Deus ob hypostaticam vniõnem Verbi Dei ad illam humanitatem, quæ præfert animam rationalem & corpus humanum, nostro simile, excepto peccato & peccati fomite: Christus autem Saluator, qui continetur sub speciebus Eucharistiæ, Deus est, de quo inquit Apostolus ad Titum 2. *Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, &c.* Cui sit laus, honor, & gloria, per omnes generationes sæculi sæculorum. Amen.

L A V S D E O.



ERRATA

CORRIGE.

Pagina 3. Columna 1. afferemus. afferemus.
 p.7. c. 2. conuenticulas. Conuenticulis
 p.10. c. 2. tenent. teneant.
 p.12. c. 1. Catholica. Catholicam
 p.16. c. 1. qui. quo
 p.16. c. 2. ministrauerunt. ministrauerint
 p.19. c. 1. diutius. diutius
 p.19. c. 2. seculum. in seculum
 p.21. c. 1. persuadeans. persuadeant
 p.21. c. 2. errore. errare
 p.17. c. 1. Idolatra. Idolotras.
 p.18. c. 2. si. se
 p.23. c. 1. debeat. debet
 p.24. c. 1. apostauit. ~~apostauit~~
 p.26. c. 2. tentauit. tentauit
 p.29. c. 2. administanda. administrandi
 p.30. c. 1. ministrabit. ministrat
 p.30. c. 2. dicat. dicat
 p.33. c. 2. sincera predicatio & sincerus vsus. sinceram
 predicationem & sincerum vsum
 p.34. c. 1. disputatione. dispositione
 p.59. c. 2. hac. hæc
 p.43. c. 1. credit. credidit
 p.44. c. 1. si singuli. singuli
 p.44. c. 2. proprij. propria
 p.48. c. 1. Saluator. à Salvatore
 p.42. c. 2. quiam. quam
 p.48. c. 2. dictum. data
 p.48. c. 2. data. data
 p.52. c. 2. sanctitas. sancta
 p.53. c. 1. mysterio. ministerio
 p.53. c. 2. Petrum. Petrus
 p.48. c. 1. alligaueris. alligaueritis
 p.49. c. 2. palce. palces
 p.50. c. 2. fuerint. fuerit.
 p.55. c. 1. danda. dandæ
 p.55. c. 2. &. ex
 p.56. c. 1. videris. viderit
 p.56. c. 2. Cap. 36. Cap. 16.
 p.59. c. 1. dextra dextera
 p.61. c. 1. Sacerdotale. Sacerdotali
 p.62. c. 1. liber. libro
 p.62. c. 1. præsperetis. perspexeris
 p.63. c. 2. opinatur. opinantur
 p.66. c. 2. malo. mala
 p.66. c. 2. seducere. seduci
 p.67. c. 1. eas. cur eas
 p.67. c. 2. interpretatur. interpretetur
 p.69. c. 1. renocantes. reuocant
 p.69. c. 1. satisfaciendum. satisfaciendi
 p.69. c. 2. Ignatium. sed Ignatium
 p.71. c. 2. iure diuino. ius diuinum
 p.72. c. 1. Actor. p. Actione p.
 p.72. c. 2. erat. erit
 p.72. c. 2. fuit. fuerit
 p.73. c. 2. colligit. colligi
 p.74. c. 1. Actor. Actione
 p.74. c. 1. idq. quod
 p.77. c. 1. Actor. Actione
 p.78. c. 2. appropinquant. appropinquat

p.79. c. 1. statuerunt. statuerent
 p.80. c. 2. omnem. teoent omnem
 p.81. c. 2. credere. cedere
 p.83. c. 1. percipere. præcipere
 p.89. c. 2. excogitatis. excogitastis
 p.89. c. 2. humillimum. humillimum esse
 p.91. c. 1. dicitur. dicatur
 p.96. c. 2. huc. hic
 p.97. c. 2. indicare. indicere
 p.98. c. 1. &. vt
 p.103. c. 2. vt. vt in
 p.104. c. 1. celebrata. declarata.
 p.106. c. 2. affirmant. affirmat
 p.115. c. 2. legati. legenti
 p.117. c. 2. quod. quo
 p.119. c. 1. fuerint. fecerint
 p.123. c. 1. Christus. cum Christus
 p.226. c. 1. præbiteri. præbiterij
 p.128. c. 2. ministerio. ministerium
 p.133. c. 1. Apostolorum. Apostolum
 p.142. c. 1. soluere. solui
 p.151. c. 2. esse. est.
 p.152. c. 1. laudatas. laudata
 p.164. c. 2. sexum. sexuum.
 p.164. c. 2. cælibato. cælibatu
 p.169. c. 2. buccillarum. buccellarum
 p.173. c. 2. inferunt. infert
 p.178. c. 2. mundi. mundus
 p.180. c. 1. temporale. temporalia
 p.180. c. 2. Idæis. Iudæis
 p.189. c. 1. concupisci. concupiscitis
 p.191. c. 2. commisit. commisit Ecclesiam suam
 p.196. c. 2. declaretur. declararetur
 p.202. c. 2. exclusiuisse. exclusisse
 p.205. c. 2. crudelitatem. incredulitatem
 p.207. c. 2. omnes. omne
 p.209. c. 2. Sed. Se
 p.212. c. 2. chrismatibus. charismatibus
 p.212. c. 2. posse. posse ab
 p.213. c. 2. regnabant. regnabunt
 p.215. c. 1. non. nos
 p.215. c. 2. iustitia. iusticia
 p.223. c. 1. ius. eius
 p.227. c. 1. nulla. nullus
 p.227. c. 2. ne. nec
 p.227. c. 2. tantum. sed tantum
 p.228. c. 1. expirare. expiare
 p.228. c. 2. non. nos
 p.228. c. 2. Deus. Deum
 p.230. c. 1. hypostatis. hypostasis
 p.233. c. 2. maculatur. maculantur
 p.237. c. 1. discriptum. districtum
 p.338. c. 1. quis. quod
 ibidem. immundo. immundi
 ibidem. insula. insulsa
 ibidem. c. 2. esset. esse ex
 p.239. responderi. respondere
 p.239. c. 2. operauerunt. aperuerunt
 ibidem. cognoscerent. cognoscant
 p.240. c. 1. gratia. grata
 ibidem. ob. ab

ibidem col. 2. suum sum
 p. 241. c. 1. solum solus
 ibidem c. 1. noueris uoueris
 ibidem c. 2. iudica iudicat
 p. 242. c. 1. focijs focij
 p. 243. c. 2. proximus proximus
 p. 245. c. 2. Nam Nam non in
 p. 246. c. 1. & sed
 p. 247. c. 2. dixisse dixit
 p. 250. c. 1. auditis audietis
 p. 255. c. 2. ad ab
 p. 258. c. 1. iuxa iuxta
 p. 266. c. 2. gratis gratijs
 p. 275. c. 2. Pastores Patres
 p. 275. c. 2. Dominos Dominus
 p. 276. c. 1. extremæ extrema
 p. 277. c. 2. dicenter decenter
 p. 281. c. 1. debebitur delebitur
 p. 290. c. 2. recti rectè
 p. 296. c. 1. fide sine
 p. 298. c. 2. Christi Christus
 ibidem baptismus baptismum
 p. 296. c. 1. Iudæ. Iudeæ
 p. 308. c. 2. rationalis rationalis
 p. 317. c. 1. præfa Syn. præfata 7. Synodus ex eo quod
 falsa Synodus
 p. 320. c. 1. cooperantem cooperientem
 ibid. c. 2. cæna cæna instituendo
 p. 321. c. 2. imaginem imaginum
 p. 322. c. 1. formalitatis formalitas
 ibidem vmbre vmbra
 p. 324. c. 1. fruuaris fruuaris
 ibidem c. 2. diuerso diuersos
 ibidem essendo essendi
 p. 232. c. 1. Petrus Iesus. petrus Iesu
 p. 233. c. 1. contractu contactu
 ibidem c. 2. quod non dum quod vt
 p. 334. c. 1. charitatem claritatem
 ibidem c. 2. Hæc autem quæ diximus. Hæc autem
 quæ diximus excludunt præsentiam Christi natu-
 ralem, non autem præsentiam Christi sacramen-
 talem
 p. 355. c. 1. narrat. vt sacra narrat
 ibidem eandem. eundem
 p. 339. c. 1. difficilissima. difficillima
 p. 341. c. 2. carnem. carneum

p. 343. c. 2. substantia. substantiam
 p. 348. c. 2. inherencia. inherentiam
 p. 350. c. 2. ostendunt. ostendere
 ibidem c. 2. petimus. repetimus
 p. 353. c. 1. censuras. censura
 p. 353. c. 1. illa. illa magis
 p. 355. c. 1. condemnanda. contemnenda
 ibidem c. 2. prodest. prodesset
 p. 356. c. 1. vna cum. vna autem
 ibidem prauæ. graue
 p. 357. c. 2. esse. effect
 p. 358. c. 2. faciebat. faciebant
 p. 359. c. 2. quid. qui
 p. 360. c. 1. conseruari. consecrari
 p. 365. c. 1. fieri. ferè
 ibidem probantes. probant
 p. 366. c. 2. dicendum. discendum
 ibidem Spiritu. Spiritus
 p. 367. c. 2. oblata. ablata
 p. 369. c. 1. accepisti. acquisisti
 p. 370. c. 1. figura. figuram
 p. 371. c. 2. quo. quod
 p. 372. c. 1. condemnanda. contemnenda
 p. 374. c. 1. Hostia. Hostiam
 p. 380. c. 1. sibi ipfius. sibi ipsi
 ibidem c. 2. infernis. inferni
 p. 382. c. 1. animalibus. animabus
 ibidem c. 2. celebrant. celebrabant
 p. 383. c. 2. concedamus. comedamus
 p. 384. c. 2. temporalium. temporalem
 p. 390. c. 1. impudentem impudentiam
 p. 391. c. 2. in imo. in vno
 p. 392. c. 1. ipsemet. ipse ne
 ibidem c. 2. Hæc autem acceptio seu pœnitentia de
 qua loquimur. Hæc autem acceptio seu pœniten-
 tia in hoc sensu includitur in pœnitentia de qua
 loquimur
 p. 395. c. magijs. magis
 p. 347. c. 1. potest. post
 ibidem illa. ista
 p. 351. c. 1. narrat. narrant
 p. 352. c. 2. miseri. misceri
 ibidem viuis. visis
 In prioribus Epistolis & ex. pro. pio
 In posterioribus particeps. participes additum. adi-
 tum errorem. errorum. Residens. Præsidens.



EPISTOLAE HORTATORIAE DVAE,

QVAVM PRIOR EST,

Ad omnes Principes inter Sectarios, posterior verò ad quatuor
apud Græcos Patriarchas.

AD SERENISSIMOS PRINCIPES

Qui ab Ecclesia Catholica sunt segregati.



CHRISTVS IESVS, qui venturus est iudicare Orbem terræ in æquitate, vt reddat vnicuique iuxtà opera sua, det Vobis spiritum intelligentiæ, vt compræhendere valeatis quæ sit Catholica Ecclesia, in qua tantùm salus, & extrà quam perditio inuenitur: vt salui sitis in die Domini Nostri Iesu Christi,

*Psal. 61.
Matth. 16.
Gal. 6.
2. Tim. 4.*

Omnibus qui Christianæ plebi politicè præestis, & à corpore Christi mystico, quod est Ecclesia Catholica vos ipsos seiunxistis, vestrosq. subditos abire fecistis, omni qua decet humilitate, hos sermones dirigimus, quibus eo adiuuante qui vos olim de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, excitare, atque monere proposui, vt iterùm ad eum redeatis à quo abscissi estis, vt Redemptionis per sanguinem eius particeps sitis, cum ipse tantùm corporis sui sit Saluator, vt Gentium Magister prædixit. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquàm Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. ad vnitatem spiritus in vinculo pacis redire festinate. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma, vnus Deus, & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis: vt iam non simus ampliùs paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris.

*Eph. 4.
Eph. 5.
2. Cor. 5.*

Ephes. 4.

Vnicum est enim corpus eius, quod est Ecclesia, quam vt dilectam sponfam inseparabili vinculo copulauit sibi vnigenitus filius Dei, quamobrèm qui ab ea separatur, tanquàm à suo corpore recisus, proculdubio futurus est æternæ salutis expers. Hinc etiam omnis controuersia terminum quisque consequetur, cum, quæ sit vera Ecclesia Saluatoris nostri Dei luculentè probauerit. enimvero de re quacunque dum orta fuerit difficultas, quid Christi Ecclesia credendum doceat, inspicere debemus. Qui secùs docuerit, hæreticus, & schismaticus depræhendetur. Id autem nemo mentis compos in dubium vertere nec debet, nec potest. Quapropter Cyprianus dicebat. *Non habebit Deum patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem, & Augustinus. Quisquis ille est, & qualiscunque est, Christianus non est, quia in Ecclesia Christi non est. Et infra. Habere caput Christum nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit quod est Ecclesia.* Omnes autem quotquot Romanam Ecclesiam, seu Summum Pastorem, Petri successorem, abiecerunt; extra Ecclesiam Christi naufragari, haud arduum erit vobis, ò Principes, indicare.

*Osea 2.
Cant. 4.
Ephes. 4.*

*De simplicit.
Psal. 4.
Lib. de unit.
Eccles.*

Quis enim Christi Ecclesiam tempore Lutheri, aut Caluini proximo præterito seculo initium sumpsisse affirmare audebit, cum à multis sæculis, vt optimè nostis, per

totum Orbem iam fuerit diffusa? Quæ autem in ipso Ecclesiæ exordio credita fue-
runt, testantur antiquorum Pontificum doctrinæ, sacrorum Conciliorum sententiæ,
veterum Patrum eruditiones, & totius Christiani Orbis assensus. Lutherus autem, &
Calvinus omnem antiquitatem improbant; Ecclesiæ igitur doctrinam abijciunt, &
quam proprio iudicio excogitauerunt, in oculis omnium promulgauerunt. Quod
proprie sonat hæresis.

p. Cor. p.

Ad huiusmodi autem homines, inquit Apostolus: *Obsecro vos per nomen Domini
nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata; sitis autem
perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Lutherus, & Calvinus proprium depo-
nentes institutum, contra Apostoli doctrinam, communem sententiam, & eundem
fidei sensum, quæ semper habuit Ecclesiæ, abiecerunt. Expedi nè, o Principes, alicuius
particularis amplecti doctrinam, & Sanctæ Matris Ecclesiæ antiquam, & constans
Magisterium refellere? haud sanè.

Nec occurrere fas est; scripturam, quam Lutherus, & Calvinus appetuerunt, ve-
ram esse: quoniam non de scriptura, sed de illius sensu, & intelligentia altercamur.
Omnis enim Secta, cùm multæ olim fuerint, sibi sensum scripturæ interpretata est. Eui-
dens ergo est, à Luthero, & Caluino priorem assidueq. receptum scripturæ legitimum
sensem, quem ab initio habuit Ecclesiæ dimissum fuisse. Etenim Sancta Catholica
Ecclesiæ, ea quæ nunc docet, eadem esse, quæ olim credidit, per doctrinam vniformem
antiquissimorum Pontificum, veterum Conciliorum Generalium, Sanctorum Patrum,
qui ab initio scripserunt, & per communem omnium Nationum assensum planè de-
monstrat. Lutherus, & Calvinus hæc testimonia respuunt, nouas, & inauditas expo-
sitiones palàm afferentes: quoniam modo potest hæc veteris Ecclesiæ esse doctrina?
cum autem ea non sit quam Apostoli promulgauerunt, ad interitum ducit sectæ ores
suos; quia extra Ecclesiæ, quæ vnitate, & fidei veritate vna confurgit, non est salus.

Ephes. 5.

Euanuisse Ecclesiæ plurimorum sæculorum vehiculo Lutherus, & Calvinus, ut
nouitatem suæ doctrinæ iure superfeminare ostenderent, excogitauerunt. Sed quàm
fit hoc inane, qui in scripturis sanctis versati sunt, in quibus Ecclesiæ vsque ad consum-
mationem sæculi stabilis pronuntiatur, enarrent. *Suscitabit Deus cæli regnum, quod in
æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur.* Regnum autem cæli
Ecclesiæ esse, Saluator ipse sepius testatus est, dicens. *Simile est Regnum celorum sage-
na, &c.* Idcirò Gregorius inquit. *Sed prius querendum nobis est, quid sit celorum regnum,
aut cur decem Virginibus comparetur, quæ etiam Virgines prudentes, & fatuæ dicantur. Dum
enim celorum regnum constat, quia reproborum nullus ingreditur, etiã fatuæ Virginibus cur
simile esse perhibetur? sed sciendum nobis est, quod sepe in sacro eloquio regnum celorum
presentis temporis Ecclesiæ dicitur: de quo alio in loco Dominus dicit: Mittet filius hominis
Angelos suos, & colligent de Regno eius omnia scandala. neque enim in illo regno beatitudinis
in quo pax summa est, inueniri scandala poterunt, quæ colligantur. Ecce ego sternam per
Orbem lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & por-
tas tuas in lapides sculptos. Super hanc petram edificabo Ecclesiæ meam, & porta inferi
non preualebunt aduersus eam. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*
Et alibi frequentèr.

Dan. 2.

Matth. 13.
Hom. 12. in
Euang.

Isai. 54.

Matth. 16.

Cap. ult.

Gal. 4.

Exod. 32.

Psal. 44.

Iudæorum Sinagogam, quæ Agar fuit ancilla, ut monet Apostolus, haud profus
defecisse nouimus, cùm illicò Moyse Idolatriam, à malis Angelis immissam fugau-
erit. Ecclesiæ autè, quæ Sara existit libera, Sponsa, & Regina, inseparabiliter filio Dei
copulata, nunquam repudianda, per sæcula multa penitus extinctam iacuisse, & libel-
lum repudij accepisse affirmare licebit? Consurgete Serenissimi Principes, & ab huius-
modi

modi nouitatis puluere mentem uestram abstergite , vt brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu, consequi valeatis .

Phil. 3:

Non erubuit Lutherus, sua commenta confirmaturus, ad Dei uerbum addere, dum Epistolam ad Romanos percurrerebat, solam fidem iustificationi , & saluti satis esse : de quo errore à familiaribus monitus, inquit: sic uolo, sic iubeo, stat pro ratione uoluntas. & Serenitas uestra huiusmodi hominis perfidiã sectatur? plebs, & idiotæ si decipiantur, quid mirũ? sed Nobiles, & Principes, dum saluari expetunt, cur assentiant, obstupesco.

Cap. 3:

Verũ quia huiusmodi homines extra Catholicam Ecclesiam naufragio periisse certò scire, ni fallor, non grauabimini : quæ sit uera Dei Ecclesia, ut inde hoc percipiat, omnino commemorandum erit . Ea ergo est Ecclesia Dei quæ uia est, Sancta, Catholica, & Apostolica : quemadmodũ in Symbolo Apostolorũ , & in Concilio Nicæno , & Constantinopoliitano euidenter promulgatur. quamobrem diebus singulis Fideles edicunt . *Et unam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam* . Ea igitur est Christi Domini uera Ecclesia, quæ uia est, Sancta, Catholica, & Apostolica . Inter uos autem nihil horum est, ideo extra Ecclesiam , & consequenter extra statum salutis uagimini . Unitas enim Ecclesiæ ipsa est, de qua dicitur . *Donec occurramus omnes in unitatem fidei . Unum corpus, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ . Unus Dominus, una fides, unum baptisma . Habentes autem eundem spiritum fidei . Unus panis, & unũ corpus multi sumus, nã oēs de uno pane, & de uno calice participamus . Secundum communem fidem* . Et . *Obsecro uos per nomen Domini nostri Iesu Christi ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata , sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia . Audio scissuras esse inter uos , & ex parte credo , nam oportet & hereses esse . Doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci* . Ea itaque Ecclesia nõ est uia, in qua adsunt schismata, uariæ doctrinæ, diuersi spiritus fidei, ubi non est cõmunis, sed diuersa fides, nec idem sensus, & eadem sententia. sic docet Apostolus .

Ephes. 4.

p. Cor. 4.

Cap. 10.

Tii. p.

p. Cor. p.

p. Cor. 11.

Heb. 13.

Hac autem unitate eorum hominum cætum, qui extra Romanã Ecclesiam circuit, quæ est *Terra labijs unius* , non gaudere , manifestum est . Consideremus namque Lutheranos, Caluinistas, & Anabaptistas : hi diuersas Sectas cõstituunt, cum conflictentur ad inuicem , sicut aduersus Ecclesiam Catholicam pugnant . sunt enim inter se diuisi : & hinc uaria cognomina sortiti sunt . Purilutherani, Lutherosiandriani, Semilutherani, Lutherozuigliani, Antilutherani, Lutheropapistæ, Miricani, Oriandriani, Stancariani, Plessingerij, Musculani, & Melanctonici. omnes diuersimodè Scripturam interpretantur, & uariè credunt. & ex ipso processu Sectarum illarumq. origine Serenitas uestra id optimè dignoscere poterit . Lutherus enim sectam suam Anno Domini 1525. astruere cepit. post septẽ annos surrexit Zuinglius, qui Lutheri immutauit doctrinam. post alios duos annos orti sunt Anabaptistæ, & diuersissimam doctrinam disseminauerunt. & eodem temporis cursu horum Sectatores, diuersas & uarias expositiones excogitauerunt, itaut dissidentes omnino sint. & quatuor adhuc annis elapsis Caluinus successit, qui prenominatorum improbauit opiniones, & proprias illis dissimiles adinuenit. eodemque tempore Libertini in Gallia, Puritani in Anglia, Trinitarij in Polonia, & Samosatheni in Transiluania exorti sunt. ò perniciosissimam calamitatem ! Quid de fidei uestræ unitate narrabimus, cum in uia eademq. domo uir ab uxore, & uerque à filijs dissentiant ?

Georgius Saxoniz Dux, cum fidem à Luthero circumcirca conscissam, & unumquemque ad libitum fidem sibi confingere, conspiceret, his iocabatur uerbis . *Nescio quid hoc anno credunt uicini mei : quid uerò proximo sequenti anno credituri sunt , ignoro .* Heccinè Principes est Ecclesia Dei, in qua cuique ad libitum quid sibi placet credere

licet? *Quis habitare poterit cum igne deuorantè? aut quis habitabit cum ardoribus sempiternis?*
Obsecro igitur Serenitatem vestram per mansuetudinem & modestiam Christi, vt huiusmodi falsa dogmata dimittatis, quæ gloriam eiusdem Saluatoris nostri minuunt, & æternæ sælicitatis additum occludunt.

2/ai. 33.

Psal. 83.

Ioan. 13.

Nec sanctitas in vobis adesse potest. Etenim sanctitatem illi maximè proficentur, de quibus legitur. *Ibunt de virtute in virtutem*; qui nõ tantum fidem in credendo retinent, sed ea quæ fides præcipit firmiter operantur, vt legitur. *Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis.* At vos hoc non admittitis: cum Lutherus, Calvinus, cæteri- que Sectatarij nullum scelus hominem in culpæ reatu constituere prædicent, & vt quis iustus sit, satis esse ab eo iustitiam Christi vt propriam appræhendi. quod vtique vos sanctos imaginarios solum reddit. Hinc fit inter eos, qui ab Ecclesia Romana abierunt, nullam fulgere sanctitatem, vt olim in Regionibus vestris eam viguisse, ex verissimis historijs constat; quia quæ ad sanctitatem acquirendam necessaria sunt, abijcitis, atque repellitis.

Psal. 2.

Isai. 50.

Isai. 61.

Nec fides, quam habere pronuntiatis, est Catholica; cum ea non sit, quam olim vniuersus Orbis coluit. Nam Christi Ecclesia vbique terrarum propagari debuit, & in omnibus terræ finibus permanere; quemadmodum Deus per suos Prophetas in Scripturis sanctis pollicitus fuit. *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Leua in circuitu oculos tuos, & vide omnes isti congregati sunt venerunt tibi, filij tui de longe venient, & filij tuæ de latere surgent: tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Venio vt congregem cum omnibus gentibus, & linguis, & venient & videbunt gloriam meam. & ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Aphricam, & Lidiam tendentes sagittam, in Italiam, & Græciam ad Insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriã meam, & annuntiabunt gloriam meam gentibus.* & alibi frequentè. Manifestum ergo est, Christi Domini Ecclesiam, non tantum in Aquilone, verum etiam in vniuerso terrarum Orbe, vt Saluator monuit, diffusam esse oportere. *Euntes ergo docete omnes gentes.* & Apost. *Fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo:* proinde Ecclesia nominatur Catholica, vt Cyrillus Hiero his verbis testatur. *Catholica vera Ecclesia est, quia per vniuersum Orbem terrarum est diffusa, à finibus terra vsque ad extrema.*

Matth. 28.
Rom. p.

Catech. 18.

Lutheri autem, & Caluini doctrina in vniuerso Orbe nunquam fuit, nec modo est, cum solum in terris vestris maneat, nec amplius diffunderetur: cum Ecclesia non nouitè surgat, sed vt ita dicam, senescat. Catholica itaque eorum ars minimè existit. Romana vero Ecclesia vbique terrarum est & fuit. testantur hoc præcipuè Generalia Concilia, quæ omni tempore in Orbe à Solis ortu vsque ad occasum celebravit.

De præscrip. Hæretic. cap. 20.
Aduersus Luciferianos.

Ephes. 4.
Cap. 2.
Loco cit.
Lib. contra Parmen.

Nec tandem Ecclesia, quam apud vos manere dicitis est Apostolica, quia ab Apostolis per interminatam successionem nequaquam descendit. Vnde egregiè Tertullianus, & Hieronymus inquirunt. *In ea Ecclesia est nobis permanendum, quæ ab Apostolis fundata, vsque in diem hanc successiuè durat.* At apud Catholicos à Petro Apostolorum Principe assidua successio Pontificum vsque nunc clarè apertèq. patet. vbi autem permanet Sacerdotium, perseverat & doctrina, idcirco Paulus, Pastores, & Doctores copulauit. Et Malach. *Interroga Sacerdotem legem.* Romana autem Ecclesia est Apostolica: hoc ipsa luce clariùs est. Alijs autem dicebat Tertullianus: *Qui estis vos, unde, & quando venistis? ubi tandiu latuistis?* & Optatus ait. *Vestra Cathedræ originem ostendite, qui vobis vultis Sanctam Ecclesiam vindicare.* At Lutherus, Calvinus, & consimiles non habent antesignanum. constat itaque Romanam Ecclesiam esse Dei Ecclesiam, dure

dum per viam Regiam ordinatim vsque ad Petrum; & Christum filium Dei ascendit: ceteras autē Congregationes Sectas esse, & perditorum hominum adinventiones.

Igitur expergiscimini Serenissimi Principes, scientes eos, qui à Romana Ecclesia abierunt, extra Christi Ecclesiam, & longè à salutis semita aberrare, & vestigia Maiorum vestrorum sequimini, etsi Patres vestri, qui vos proximè genuerunt eiusdem fuerunt opinionis, mementote Auos vestros Ecclesie Romanæ fuisse filios, ab eaque initium Christianæ fidei suscepisse: licet ne ab hac Ecclesia nouissimis diebus recedere, & audiant obsecro consilium Domini. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui,*

Prov. 22.

Quales putatis fuisse Lutherum, & Calvinum? homines illis planè similes, qui præteritis sæculis ab Ecclesia Catholica se abalienauerunt. Variæ olim ortæ sunt Hæreses; videlicet, Arrij, Nestorij, Donati, Pelagij, Manichei, & similia. ab huiusmodi hominibus quamplures decepti fuerunt: at seducti fraudè animaduertentes, errorem postmodum abiecerunt; & priorem fidem denuo receperunt. hoc idem à vobis faciendum erit: mendacem scilicet Lutheri, & Caluini prædicationem refellere, quia prænaratis Sectarijs similes exiterunt: eamque fidem iterum suscipere, quam Maiores vestri tenuerunt. Si Patres vestri à Luthero, vel Caluino fallacijs, à veritate abducti fuerunt, mementote Auos, & Auios vestros per multa sæcula fuisse Catholicos. priorem igitur fidem recuperare, & qua nouiter disseminata fuerunt utique abijcere opus est.

Principes Nobilissimi; æternam Beatitudinem, cuius causa creati sumus, vos non despiciere exploratum habeo. Cum igitur ita sit: *Testificor coram Deo, & Christo Iesu,* qui iudicaturus est viuos, & mortuos, non vobis solum, sed & omnibus, qui à Petri Cathedra recesserunt, procul esse, imo penitus exclusos à Regno beatitudinis. Nec posse saluari nisi oues Christi, quis dubitat? sed sub Petro esse omnes Christi oues, Euangelium testatur dicens: *Pasce oues meas.* Et sicuti nos omnes illis ouibus succedimus, quæ tunc manebant, & de quibus loquutus est Saluator, sic Romanus Pontifex ordinatè succedit Petro, cui cura totius Christiani gregis commissa est.

2. Tim. 4.

Ioan. vii.

Consuetudo est apud vos, ut populus Religionem, quam proprius Princeps tenet, sectetur. ergo si Princeps veræ Religionis exemplum subditis tribuat, eximium accipiet præmium ab eo qui reddat unicuique iuxta opera sua. si vero perditionis causa extiterit, quomodo æternum, & horrenum fugiet cruciatum, de quo dicitur: *Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium,* Et, *Discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.*

Psal. 61.

Matth. 25.

Solent quidam, ad excusandas excusationes in peccatis obijcere, Ministros Catholice & Romanæ Ecclesie scelestos esse: quibus dico, Deum Ecclesiam suam non Angelis Cælorum, nec hominibus compræhensoribus & beatis, sed viatoribus, & militantibus infirmitatè circûdatis credidisse: pro quibus Ioannes Apostolus sic affirmat. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi non seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.* Et alibi. *Non est enim homo, qui non peccet.* Si igitur ob humanæ fragilitatis pondus Pastores Ecclesie quandoque errauerint, numquid oues, seu fideles rationem reddent pro illis? Nequaquã: ipsi utique pro vobis Deo rationem dabunt, ut docet Apostolus. *Obedite prepositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Sed nec quæ ministrantur à nobis, si peccauerimus, vim, ac veritatem habere desistent, quia à Deo, & Christi Redemptoris nostri meritis virtutem habent. vel si peccauerint, numquid plebs penam pro illis

2. Pet. 2. cap. 2.

3. Reg. 8.

Heb. vii.

soluet? Præterea cùm Princeps temporalis errat, à munere Principis non excidit, cur aduersus Ecclesiæ Ministros si fortè contingat vt peccent, ita obstrepunt? dimittant itaque qui hæc affirmant huiusmodi verba, cum potius sint nugæ pueriles, quàm prudentem dicta. Nec ea peccata in Ecclesiæ Ministris inueniantur, quæ multi opinantur.

2/ul. 3.

Tandem ne pluralitate dictorum Serenitatem vestram tædio afficiam: huiusmodi Epistolæ non alium esse finem intelligo, propter errorem expulsionem, & vt Christus Dominus vbique regnet, cui omnium gentium hæreditatem Deus Pater largitus fuit. Quæ autem obieci, non vestris personis dicta censcatis, sed doctrinæ erroneæ, quam Angeli apostatæ, gloriæ Saluatoris nostri hostes iniqui, disseminauerunt.

2/ul. 3.

Interim flectam genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem Christum habitare per fidem in cordibus vestris; in charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, & lógitudo, & sublimitas, & profundum; scire etiam supereminentē scientiæ claritatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei, Ei autem qui potens est omnia facere superabundantèr quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes sæculi sæculorum. Amen.



DOMI-

DOMINIS APVD GRÆCOS PATRIARCHIS,
**Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno,
 & Hierosolymitano.**

F R A T E R A N G E L V S A S O N N I N O
Ord. Min. Con. Sancti Francisci humilis seruus.



CHRIſTUS Ieſus, qui diſperſiones Iſraelis congregat, cum ſuæ pax noſtra, qui facit vtraque vnū: pacem annuncians his qui longè & pacem his qui prope: quoniam per ipſam habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad Patrem: ſit cum omnibus vobis. Amen.

P. ad. 146. Eph. 2.

Gloriam Saluatoris noſtri Dei, per vniuerſum Orbem olim diſuſam, atque ſulgentem, in Actis veterum Patrum, & in ſacris codicibus cum legerem, & ſimul mente reuoluerem, Petres dilectiſſimi: cumque deinceps in Regionibus veſtris delectam, & dirutam, cum non ſolum audierim, ſed & proprijs oculis perſpexerim, & nationis veſtræ euerſionem, excidium, & exterminium, manibus contractauerim: afflictionem, & dolorem vehementem inde non concipere minimè potui. Quapropter pro gloria Saluatoris noſtri reſtauratione, & veſtræ Nationis recuperatione, meipſum prompto animo impendidiſſem, & animam propriam exhibuiſſem. *Veritatem dico in Chriſto, & non mentior: teſtimonium mihi perhibenſe conſciencia mea in ſpiritu ſancto,* quoniam Græcorum exitiū triftitia mihi magna eſt, & continus dolor cordi meo. Et frequenter cum apud vos eſſem proſtratus iacebam, ponēs faciem meam ad Dominum Deum meum, & deprecans dicebam cum Daniele Propheta. *Obſera Domine Deus magne, & terribilis, cuſtodienſ pactum, & miſericordiam diſtignantibus te, & cuſtodiētib; mandata tua, Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & reſceſimus, & declinauimus à mandatis tuis, ac iudicijs. Tibi Domine honor, & gloria, nobis autem confuſio faciei: ſicut eſt hodie tot Nationibus, & Regnis Chriſtianorum, qui reſceſſerunt à te, & non audierunt vocem tuam, & tu Domine Deus noſter, qui iuſtus es, induxiſti ſuper eos magnum malum, quale nunquam fuit ſub omni celo. Et nunc Domine Deus, qui per Sanctos Apoſtolos tuos hos illuminare dignatus es, reſpice ſuper eos, cum facti ſint opprobriū omnibus Infidelibus, & Paganis, per circuitum, & oſtende queſo faciem tuam ſuper eos propter temetipſum: inclina autem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide deſolationem eorū, neque enim in iuſtificationibus noſtris proſternumus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis: exaudi Domine, Place Domine, ne merearis propter temetipſum Deus meus. Hæc, & ſimilia pluries coram Deo, etſi indignus & peccator, expoſui. Patres dilectiſſimi, vt ſciatis meam erga Nationem veſtram dilectionem, & charitatem.*

Rom. 9.

Cap. 9.

Verum cum ad Urbem, vnde primo abieram, reſteſſus eſſem: memor omnium que videram, quin ad Paternitates veſtras, illico hæc preſentes tranſmitterem, meipſum conuenire non potui quibus vos obſecro ſimul, & obſecrar in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt tantorum malorum cauſas remoueatis; & dimiſſis odijs, amulationibus, deſentionibus ad vniōnem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Petri Apoſtolorum Principis Cathedram redeatis: *Cum pater illam petram, quam Dominus in fundamento poſuit, ſtabilis nunquam futura ſit vlla conſtructio: vt ipſa vos quotidiana exortitione iuſtruit.*

In Epiſt. Leonis Papa ad Mart. Auguſt. 3. part. Concil. Chal. ced.

Quam enim exiſtimatis cauſam, tantorum malorum, & calamitatum, quibus vos

ab

ab annis multis opprimimini, & conterimini; Patres Reuerendissimi? Religionem, Imperium, bonarum artium disciplinam, libertatem, mores, temporalia bona, in proprios filios perdidistis: in immanem, & turpissimam seruitutem vos redequistis; & insuper, proh dolor! filij vestri sanguis debet, Christianam fidem abnegantes, ad Mau-methicam Sectam diuertunt: ita ut tota die nomen Christi Saluatoris nostri inter vos blasphemetur. Horum impium causam inuestigare res ardua non est. etenim fortunam, vel casum vestris Nationibus id attulisse fateri non potestis, sine graui iniuria prouidentiae, & sapientiae Dei, qua reguntur omnia, & qua attingit a fine usque ad finem fortiter dispensans omnia suauiter. Sed ne sperum malorum, seu peccatorum copiam id produxisse existimare debetis, cum & ceterae Nationes absque peccatis, & malis operibus non inueniantur: & tamen hanc non incurrisse iacturam, manifestum est. fatendum igitur est huius exitij & euerisionis causam extitisse, alienationem a fide, & veris dogmatibus, a magisterio Cathedrae Petri se abdicasse, a Catholica Ecclesia exisse, & tetrum schisma composuisse: his prouocatus Deus, ea in vos immisit mala; quae olim populo Israel comminatus est; his verbis: *Aspicite in gentibus; & videte: admiramini; & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credit cum narrabitur. Quia ecce ego suscitabo Chaldaeos gentem amararam, & uolentem, ambulantem super latitudinem terra, & non possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribilis est: ex se metipso iudicium; & omnis eius egredietur. leuiore pardis equi eius, & velociore lupi uespertini, & diffundentur equites eius; equites namque eius de longe ueniunt, & uolabunt quasi Aquila ferrigans ad comedendum: omnes ad pradam ueniunt, facies eorum uentus urens: & congregabit quasi arenam captiuitatem, & ipse de Regibus triumphabit, & Tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.*

549. 8.

Habach. 7.

Ergo tollenda est causa tantorum malorum, deponenda sunt dissentiones, & odia veteres istos, ac sanctissimos Patres, & Doctores vestros sequimini, quorum eadem confessio fidei eadem semper fuit doctrina pietatis, quam nunc Sacrosancta Romana Ecclesia tenet ac proficetur. confurgite, & expurgemini, Patres in Christo Venerabiles, quid adhuc moramini? cur tot mala, quae iusto Dei iudicio super vos irruerunt, a somno somnolentis Ecclesiae adhuc non excitant? Petri primatum cognoscite, magisterium Romanae Cathedrae amplectimini, & omnium schismatum, & malorum terminus imponetur. Hinc Sanctus Cyprianus antiquus Doctor, cuius doctrinae laus in tertia Synodo Ephesina habetur, dicebat: *Neque enim abunde haereses oborta sunt, aut nata sunt schismata quam inde, quod Sacerdotes Dei non obtemperant, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex uice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas uniuersa: nemo aduersus Sacerdotum Collegium quidquam moueret.* Huiusmodi ueritas uos scire minime debet. Patres ita confessi sunt: ita crediderunt. uel illis, qui de principatus sui rationem alteri reddere cogerentur, pro Petri successori, inconstitem Domini tunicam sciderunt; iram quippe iusti iudicij Dei non euaserunt.

Art. 7.
Lib. 7. Epist. 9.
ad Cornelium
Pontificem.

Qualis autem, & quanta sit Petri Cathedrae auctoritas super uniuersam Ecclesiam, ut notum fiat, Patres Venerabiles, cum haec sit omnis nostrae conuentionis summa, id in memoriam uestri ipsam Patrum uestrorum, ueterumque Synodorum doctrinam reuocabo. & licet id referre lex epistolae prohibere uideatur; attamen ad uos excitandum, & ut ex Actis, & fide maiorum uestrorum, reuerentiam, quam Romanae Cathedrae debetis, agnoscatis, limites familiariter scribendi transgredi, nec incongruum existimaui, nec inutile. Itaque sanctam Generalem Ephesinam Synodum in ordine tertiam percurrite; & Cyrillum uirum doctissimum, acque sanctissimum Alexandrinae Ecclesiae,

ſiæ , & totius Ægypti Patriarcham , à Neſtorij Patriarchæ Conſtantinopolitani com-
 munionē ſe noluiſſe ſegregare, licet illum aſiduè hæreſes diſſeminatē cognoceret,
 abſque ſententia & iudicio Apoſtolicæ Sedis, ſentietis . dixerat enim per litteras Cæle-
 ſtino Papæ , ab ipſo ſe expectare ſententiam, an cum Neſtorio communicandum nec
 ne . Cui Celeftinus paterna charitate reſpondit, vicemque ſuam illi commiſit , & Le-
 gatum Sedis Apoſtolicæ conſtituit : eique inſupèr mandauit , vt Neſtorium à Sede
 Conſtantinopolis eiiceret, niſi poſt dies decem à Sedis Apoſtolicæ denunciatiōe ſuam
 doctrinam non anathemizaret : impoſuitque poſtmodum eidem, vt Conſtantinopoli-
 tanæ Sedis interim curam ſuſciperet & tandem Neſtorium anathemate percutiens ſe-
 talem formā ſui ſtatuti velle vt Concilium exequatur, proteſtatus eſt ; cui iam indiſto
 ipſum Cyrillum Patriarcham Romanæ Cathedræ Legatum præfecit . Et hoc eſt ab
 omnibus perpendendum, quod etſi Patriarchali dignitate fulgebat, Legationē tamen
 Romani Pontificis non reſuſcitauit , ſed reuerentèr excepit . etenim ſi Patriarchæ cum
 Romano Pōtifice eſſent dignitate pares, eiq. non ſubditi ac filij, tale munus aſſumere
 dedignaret . at è contra, id tanti fecit Alexandrinorū Eccleſia, vt poſteri eiufdē Ciuita-
 tis Epīſcopi occaſionē dicendi ſūperint ſe eſſe Papas, & Iudices vniuerſi . Et hinc quo-
 que quanta eſſet olim apud Patres veſtros Pontificiæ auctōritatis extimatio, notū fiet .

Nec tale onus Cyrillum ſuſcepſiſſe, eo quod tunc Roma homines doctrina pollentes,
 ad tale munus idoneos nō haberet aſſeuerare decet : fuga eſt enim huiuſmodi reſpon-
 ſio, nec veſtris digna perſonis . Etenim in Vrbe Roma omni tempore viri doctrina præ-
 ſtantes floruerunt, quemadmodū ipſa Ephēſina Synodus huius veritatis teſtimoniū
 reddit ; nam Actionem tertiā ipſa celebrante, ex Vrbe Roma peruenerunt Ephēſum
 tres Sedis Apoſtolicæ Legati, & cum Cyrillo ſimul Sanctæ Synodo præſederunt : ibiq.
 coram omnibus Epīſcopis illorū primus nomine Philippus, ſic ſari cepit . *Quacun-
 que per nos ſcripſit Sanctiſſimus Papa noſter Celeftinus, Sedis Apoſtolicæ Epīſcopus , iubete legi, ac
 intèr Eccleſiaſticos cōmentarios referri , vt cognoſcatis qualem omniū Eccleſiarū curam gerat ;
 & primò Latinè, ſecūdò Grecè lectæ fuerunt . Cumq. per Epīſtolā præciperet, vt Sācta
 Synodus quæ ab eo ſtatuta erāt exequeretur . ipſa Synodus reſpōdit Hoc iuſtum iudiciū :
 Celeftino cuſtodi fidei Sancta Synodus gratias agit .* Et deinde Proiectus etiā Apoſtolicæ Se-
 dis Legatus dixit . *Audiſtis quod Celeftinus ſanctitatē veſtram cōmonefacit, vt exequatur id
 quod antea iam ipſe deſinire dignatus eſt .* Cui Firmus Cæſaræ, Cappadociæ Epīſcopus reſ-
 pōdit . *Apoſtolica, & S. Sedes Celeftini ſanctiſſimi Epīſcopi per litteras quas ſcripſit ad Religio-
 ſiſſimos Epīſcopos Cyrillum Alexandrinū, Iuuenalem Hieroſolimitanū, & Rufum Theſaloni-
 cenſē, necnō ad Sanctas Cōſtantinopolis & Antiochiæ Eccleſias de præſenti negotio, iam ſenten-
 tiam & regulam præſcripſit, & formam illam exequutioni mandauimus, Canonicū, & Apo-
 ſtolicū iudiciū proferentes .* Quibus annūciatis, Patres oēs canticis ſpiritualibus vnā ſimul
 Deo dederunt laudes in Romani Pontificis honorē, & reuerentiam : quapropter Phi-
 lippus Sedis Apoſtolicæ Legatus dixit . *Gratias agimus Sanctæ Synodo, quod litteris Sancti,
 Beatiq. Patris noſtri recitatis , ſanctos cantus , ſanctis veſtris vocibus , ſancto veſtro capiti
 exhibueritis ; non enim ignorat veſtra beatitudo totius fidei, & etiam Apoſtolorum caput eſſe
 Beatum Apoſtolum Petrum .*

Et quartam paritèr Generalē Synodum perpendite, atque conſpiciſſe : & Actione
 prima , Paſchaſinū Sedis Apoſtolicæ Legatum coram omnibus ſimul congregatis ſic
 aſſeruiſſe, legetis . *Beatiſſimi atque Apoſtolicī viri Papæ Urbis Romæ, quæ eſt caput omnium
 Eccleſiarum, præcepta habemus præ manibus quibus cenſuit interloquendum , vt præcipere di-
 gnatus eſt eius Apoſtolatus, vt Dioſcorus Alexandrinus Epīſcopus non ſedeat in Concilio , ſed
 audien-*

audiendus intromittatur. Hoc nos obseruare necesse est. Senatus respondit. Quid obij-
citur Dioscoro? respondit Legatus. Quia cum Personam iudicandi non haberet, presump-
psit, & Synodum ausus est facere sine auctoritate Sedis Apostolica, quod nunquam licuit,
nunquam factum est. Tunc Senatus. Si iudicis obtines Personam non ut accusator debes
prosequi: ex quo munus Romanæ Cathedræ fit manifestum, dum iudicis potestatem
exercet coram Generali Synodo sexcentorum triginta Patrum.

Et Actione tertia annuentibus omnibus, idem Legatus dixit. Notum est Sanctæ
Synodo, Beatissimum Leonem nostram paruitatem huic sancto Concilio pro se preside-
re precepisse, ideoque hæc quæ in medium proferuntur per nostram interlocutionem disce-
ptari necessarium est. Quapropter recitetur libellus porrectus à Religiosissimo Fratre nostro,
& Coepiscopo Eusebio: & Aëtius Archidiaconus, & primicerius Notariorum præcepti
exequutor fuit. Et cum multi libelli contra Dioscorum coram Legatis, & san-
cta Synodo darentur, omnium hæc erat inscriptio. Sanctissimo, & Dei amatissimo,
& vniuersali Archiepiscopo, & Patriarchæ Magnæ Romæ Leoni, & sanctæ, & vniuer-
sali Synodo Chalcedonensi, &c. Vnde præminentiam Romani Pontificis etiam super
ipsa Concilia, vel Ecclesiam simul congregatam cognoscere fit facile.

Et in prolatione sententiæ damnationis contra Dioscorum, pari modo sic Pascha-
sinum Legatum Apostolicæ Sedis dixisse constat. Sanctissimus, ac Beatissimus Ar-
chiepiscopus Magnæ, & senioris Romæ Leo, per nos, & per presentem sanctam Synodum,
una cum ter beatissimo, & omni laude digno Beato Petro Apostolo, qui est petra, & cre-
pido Catholica Ecclesiæ, & rectæ fidei fundamentum, nudauit eum tam Episcopatus digni-
tate, quam Sacerdotali ministerio. Et subscriperunt omnes Episcopi. & primo loco
sic ipse Legatus scripsit. Paschasinus Episcopus Ecclesiæ Lilibetanæ Prouinciæ Siciliæ, vice
Beatissimi, atque Apostolici vniuersalis Ecclesiæ Papæ Urbis Romæ Leonis sanctæ Synodo
ORÆSIDENS, in Dioscori damnatione consensu vniuersalis Concilij subscripsi.

Et tandem in epistola, quam eadem vniuersalis Synodus ad Leonem Papam di-
rexit, hæc de Romano Pontifice leguntur. Quam velut auro textam seriem ex ve-
ste Christi, & præcepto legislatoris venientem usque ad nos ipse seruasti, vocis Beati Pe-
tri omnibus constitutus interpret, eius fidei beatificationem super omnes adducens, &c. & po-
stea: Eramus in communi corona gaudij, quasi in Imperialibus cænis delicijs spiritualibus
epulantes, quas per tuas litteras Christus preparauerat inuitatis, & super cælestem spon-
sum inter nos conuersantem nos cernere putabamus. Quibus tu quidem sicut membris ca-
put præeras in his, qui tuum tenebant ordinem, beneuolentiam præferens. Imperatores vero
ad ornandum decentissimè præsidebant, &c. Et deinde de iniquitate Dioscori Episcopi
Alexandrini subdit. Et post hæc omnia insuper, & contra ipsum, cui vinea custodia à
Saluatore commissa est, extendit insaniam, idest contra tuam Apostolicam sanctitatem: &
excommunicationem meditatus est contra te, qui Corpus Ecclesiæ vnire festinas. Et dum
de talibus pœnitere eum potius oporteret, dum deberet misericordiam lacrimis postulare, tan-
quam male sobrius exultabat, epistolam quidem tuæ respiciens Sanctitatis. & postea. Quæ
igitur definiuimus, ad inseremptionem quidem totius confusionis, confirmationem vero Ec-
clesiasticæ ordinationis, definiuimus. hæc sicut propria, & amica, & ad decorem conuenien-
tissima dignare complecti Sanctissime, & beatissime Pater. & tandem. Rogamus igitur,
& tuis decretis nostrum honora iudicium, & sicut nos capiti in bonis adiecimus consonan-
tiam, sic et summitas tua filijs, quod decet adimpleat.

At quia litteræ vberimæ minimè placent: hoc tantum compendiosè com-
memorare constituo. Quod Romanus Pontifex est vobis omnibus, & quibuscunque
superior, sicut iudex eo qui iudicatur: vt deponens, eo qui deponitur: vt potestate
excom-

excommunicans, eo, qui excommunicatur, ut in tertia Synodo exaratum cernitur. ut caput ceteris membris, ut radius illustrans corpore illustrato: ut vineæ custos à Salvatore constitutus, ut Quarta Synodus pariter annunciat. ut medicus aegroto sanitatem Ecclesie largiens. ut Pontificalissimus Apostolicæ sūmitatis Antistes, Episcopis ministris: ut sexta Synodus in prosphoneticō ad Constantinum Imperatorem, in qua erat Georgius Episcopus Constantinopol. & etiā Episcopus Antiochenus manifestat. Tanquam oculus ostendens toti corpori rectam veritatis semitā, ut Tharadius Episcopus Cōstantinopolis in Epistola ad Adrianum Papam in fine Septimæ Synodi facetur. Ut is cui fiunt appellationes, illis qui appellant & iudiciū expectant; ut pluries in Actis Conciliorū, & extra illa legitur; & præcipue in Quarta Synodo in causa Flauiani Episcopi Cōstantinopolitani: & in Octaua Synodo in causa Ignatij eiusdē Ciuitatis Episcopi cōtra Photiū. hi enim, & quāplures alij, ut Paternitates vestras nouisse puto, Petri Cathedrā pro veritatis decisione, & iudicialis sententiæ consequutione appellauerunt.

Ergo Patres Venerab. Matrē vestrā omniumq. Ecclesiarū, Romanā Cathedrā recognoſcite: Petri Sedē amplectimini; & omniū fidelium magistrā sequimini. Quis enim Catholicus Doctor Romanā Ecclesiā supra ceteras potestātē nō habere, & dogma vel dubiū sine illa iurē posse definiri aliquādo dixit? Patrū vestrorū doctrinā inuestigate, Doctores vestros atētē perlegite, & hæc quæ dicimus vera esse perspicietis. nō nouam doctrinā persuadeo: nō noua dogmata disseminare quero sed antiqua, sed vera, sed Patrū vestrorū assensū, imò Saluatoris doctrinā: dūm dixit: *Tu es Petrus & super hęc petra edificabo Ecclesiā meā, et portę inferi nō preualebūt aduersus eā.* Et, *Pasce agnos et oues meos.* Et, *Ego rogavi pro te Petre, ut nō deficiat fides tua, & tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos.*

Matth. 16.
Ioan. vii.
Luca 22.

Animaduertite ne quod legitur in libro Numeri vobis acciderit. Dathan enim & Abiron contra Moysem insurrexerunt, alijq. filiorū Israel ducenti quinquaginta viri proceres Sinagogæ, qui tempore Concilij per nomina vocabantur, & steterunt cōtra Moysem, & Aaron, atque dixerunt: *Sufficiat vobis, quia omnis multitudo Sanctorū est, & in ipsis est Dominus: cur eleuamini super populum Domini?* volebant enim primatū, ac principatū Moyſis sustinere, & sequitur textus. *Surrexitq. Moyses, & abiit ad Dathan, & Abiron: & sequensibus eum senioribus Israel dixit ad urbem: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorū. Cumq. recessissent à tentorijs eorum per circuitum, Dathan, & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum cum vxoribus, & liberis omniq. frequentia. & ait Moyses. In hoc scietis quod Dominus miserit me, ut facerem vniuersa, quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim: si consuetæ hominum morte interierint, & visauerit eos plaga, quæ & ceteri visitari solent, non misit me Dominus: sin autem nouam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia, quæ ad illos pertinent, descenderintq. viuentes in infernum, scietis quod blasphemauerint Dominum. confestim igitur, ut cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorū: & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersam substantiam eorū, descenderuntq. viui in infernū aperti humo, & perierunt de medio multitudinis.*

Cap. 16.

Hæc, & similia etiam Maiores vestri moderniores contra Petri Apostolorum Principis Cathedram, seu Romanum Pontificem pronunciauerunt, Patres Venerabiles. Sufficiat vobis quia omnis multitudo Sanctorum est & in ipsis est Dominus: omnes sumus fideles, & Episcopatus gradum similiter possidemus, cur eleuamini super populum Domini, cur primatū Ecclesie sumitis? cur Pastorem vniuersalis Ecclesie te esse promulgas? & in re huiusmodi vniuersam Ecclesiam commouistis, vniuersum Christianum Orbem rumoribus & clamoribus replestis. Quot labores pro vestra salute Petri Sedes assumpsit: Patres vestros interrogate, & dicent vobis, Maiores vestros, & docebūt vos. Et in huiusmodi pernicioſa, ac diuturna lite, verè illud accidit quod Propheta

pheta

Isai. 28.

Luce 22.

pheta annūciat: *Manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta modicū ibi, modicū ibi, & tamē nil vobiscū. mater vestra profecit, Sedes scilicet Apostolica, Cathedra Petri: cui Saluator ipsorū Apostolorū sollicitudinē imposuit dicens: Ego rogavi pro te Petre, ut nō deficiat fides tua, & tu aliquando cōuersus cōfirma fratres tuos.* Quāobrem zelo veritatis armati Romani Pōtifices cum Moysē dixerunt: In hoc scietis quod Dñs miserit me vt facerem vniuersa quę cernitis, & nō ex proprio ea corde protulerim: si consueta hominū morte interierint, & visitauerit eos plaga qua & ceteri visitari solēt; non misit me Dominus, si autē nouam rem fecerit Dominus, scietis quod blasphemauerint Dominū: idest. Hinc primatū Romanę Ecclesię nō esse hominū excogitationē, sed firmum Dei decretū atque statutū cognoscetis, si Gręcorū Natio quę mihi contradicit consueta hominū morte interierit, & visitauerit eos plaga, qua & ceteri visitari solent. & quid factum est? illud vtique quod Propheta ibidē subdit. *Vt vadant & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.* opprobriū omniū Gentium vos fecit, & in crudelem misit seruitutem: & inde notum factum est, Petrum, & successorem eius, diuina voluntate totius Ecclesię esse caput & Ducem: contradicentes autem ei, velut Dathan, & Abiron esse rebelles.

Act. 12.

Consurgete itaq. charitatem primā assumite, antiquā fidem suscipite, ad gremium Sanctę Matris Ecclesię reuertimini, Petri Nauim ascendite, & cessabit quassatio. Dominū Simonis intrate, & sanabimini: Petro vosmet adiungite, & descendet Angelus, & lumen refulget in habitaculo carceris, cadēt catenę de manibus vestris, & ab immani seruitute quę vos pręmit, soluti eritis. libertatē adipisci, cum obedientiā negatis Petri successori censuistis: sed durum est contra stimulū calcitrare, non est enim consilium contra Dominū: quamobrem pro libertate acerbam in vos Deus misit seruitutem. Videtis iam quā *terribilis est Dominus in consilijs super filios hominum.*

Psal. 65.

Et ab hoc vestrę Nationis exitio ad tēporales Principes nunc orationē meā nō possū nō conuertere. Audite ergo Reges terrę & intelligite, prębete aures vos qui cōtinētis multitudines, & placetis vobis in Turbis Nationū. Oīa propter Christum operatus est Deus; *ipsum enim constituit heredē vniuersorū per quē fecit & secula.* Si Catholicā fidem, & sui Vicarij obedientiā integrē seruaueritis, ipse qui diues est in misericordia diriget, gressus vestros; propterea Deus Orbē creauit atq. conseruat. Finis namq. operū illius non tēporalis felicità extitit, vel agricolatio, nec tributorū exhibitio vel exactio. *Numquid Deo est cura de bobus,* dicebat Apostolus? sed gloria Christi, salus æterna, fides integra, triūphus Ecclesię super oēs hæreses, & similia. hęc autē omnia Petri Cathedrę inuoluūtur. Cōsequitur tamē rerū seculariū securitas, si Regnū suū quod est Ecclesia nō perturbetur: si fides Catholica nō violetur. Qui hoc nō nouit, nec supernā felicitatē, nec terrenā politicā cognouit. Vnde Celestinus Papa ad Theodosiū iuniore Augustū hęc aureā sententiā direxit. *Maior vobis fidei causa esse debet, quā Regni; ampliusq. pro pace Ecclesiarū clemētia vestra debet esse sollicita quā pro omni securitate terrarū.* *Subsequuntur enim omnia prospera, si primitus quę Deo sūt cariora seruetur.* Principes autē Oriētis hoc cōfiliū spreuerūt, schisma fouētes, & Ecclesię, ac Religionis vnitatē Sūmorūq. Pontificū admonitiones parupēdētes. Quāobrē Deus ad iracundiā prouocatus, eos prorsū euerit, ab Orbe irritos fecit, & fūditus aboleuit. Perpēdāt itaq. qualē Eccles. suę et Catholicę fidei zelū habeat Deus: quod si illa lēdatur, oīa subuertere ac exterminare nō moratur.

Heb. 7.

1. Co. 9.

Sed vt redeat vnde aberrauit oratio: Paternitates vestras obsecro, ne ea quę pręmissa fuerunt agrę ferant, nec quę narrauimus tanquam obiecta recipere velint. Etenim charitatem primā vos induere his verbis dumtaxat attentauit: idcirco ante ocnlos vestros proprię Nationis conditionē exprimere, & aliquibus coloribus describere decreui, vt ad Petri Cathedrę, & Romani Pontificis verā cognitionē redire festinetis. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Ei autem qui potens est vos confirmare, & ad vnitatē Sanctę Matris Ecclesię reducere, Soli sapienti Deo per Iesum Christum honor & gloria per omnes Generationes seculorum. Amen.

I N D E X

R E R V M N O T A B I L I V M.

Quæ in hoc Volumine continentur.

A.

ABRAHAM ob mysterium, quod in se
continabat extra Sacramentum Circum-
cisionis iustificatus est. lib. 7. disp. 1.
pag. 260.

Abraba iustificatio tam sit mysterium, continet
quid spectale. lib. 7. disp. 4. pag. 271.

Abolutus à culpa potest satisfacere. lib. 10. disp. 1.
pag. 375.

Aburdū est affirmare Sāctos Patres ad loca aerea
ductos fuisse Christo Domino ascendente in Cæ-
lum. lib. 12. disp. 1. pag. 452.

Actiones, & leges Principum temporalium subiecta
sunt Summi Pontificis moderamini; ita ut possit
talia dirigere, & etiam impedire, si legibus Ec-
clesiæ aduersentur. lib. 2. disp. 6. pag. 82.

Adoptio duplex est. lib. 1. disp. 1. pag. 9.

Ad Sacrificium requiritur utraque species, ad Sa-
cramentum sufficit una. lib. 9. disp. 3. pag. 366.

Adorare Eucharistiam, antiqua res est. lib. 9. disp. 3.
pag. 357.

Adorauit Samuelem Rex Saul. lib. 12. disp. 2. pag. 460.

Adorauerunt Eli, cum filij Prophetarū. lib. 12. disp. 2.
pag. 459.

Adoratio quid sit. lib. 2. disp. 2. pag. 459.

Adoratio duplex, interna, & externa. lib. 12. disp. 5.
pag. 459.

Adoratio mystica à Saluatione absoluta sua culpa
liberatum dedit satisfactionem. lib. 10. disp. 5.
pag. 375.

Adoratio lapidari iuxta legem Moyſis, cui Salua-
tio maluit. lib. 11. disp. 4. pag. 448.

Adoratio Paschalis ab inmundis comedi non debebat.
lib. 9. disp. 3. pag. 354.

Aliud est subsistere, & aliud existere. lib. 9. disp. 2.
pag. 349.

Alitudo commemorare mortem Domini, & aliud
illam representare. lib. 9. disp. 3. pag. 366.

Alitudo loqui de Sanctis, qui olim erant in Limbo,
& alitudo de Sanctis regnantibus in Patria. lib. 12.
disp. 3. pag. 470.

Alitudo est mereri, & alitudo mereri exau-
ditur. lib. 9. disp. 3. pag. 471.

Alitudo est mereri, & alitudo mereri exau-
ditur. lib. 9. disp. 3. pag. 471.

Alitudo est mereri, & alitudo mereri exau-
ditur. lib. 9. disp. 3. pag. 471.

Alitudo est mereri, & alitudo mereri exau-
ditur. lib. 9. disp. 3. pag. 471.

Alitudo est mereri, & alitudo mereri exau-
ditur. lib. 9. disp. 3. pag. 471.

Alitudo est mereri, & alitudo mereri exau-
ditur. lib. 9. disp. 3. pag. 471.

non autem singulis diebus, omnibus adstantibus.
lib. 9. disputat. 6. pag. 390.

An anima iustorum beata essent, tempore Augusti-
ni non erat definitum ab Ecclesia. lib. 12. disp. 1.
pag. 454.

An anima iustorum essent beata indefinitum erat
tempore Ioannis Papa. XXII. lib. 12. disp. 1.
pag. 453.

An anima iustorum sint beata antiquitus videbatur
problema. lib. 12. disp. 1. pag. 553.

Angelus nec bonus, nec malus est Minister Sacra-
mentorum. lib. 7. disp. 3. pag. 264.

Angelis malis nunquam est credendum. lib. 7. disp. 3.
pag. 264.

Angelus cur recusauerit adorationem Ioannis Apo-
stoli. lib. 12. disp. 2. pag. 460.

Angelus adoratur à Iosue. lib. 12. disp. 2. pag. 460.

Angeli orant pro nobis Deum. lib. 12. disp. 3. pag. 463.

Anima separata absentes non intelligunt virtute
naturalis orationes, & petitiones nostras. lib. 12.
disp. 3. pag. 463.

Antichristus quid significet, & praeferat. lib. 2. disp.
7. pag. 84.

Antichristus est una numero persona. lib. 2. disp. 7.
pag. 87.

Antichristus uon ueniet, nisi post desolationem Ro-
mani Imperij. lib. 2. disp. 7. pag. 87.

Contra Antichristum Enoch, & Elias spiritualiter
pugnabunt. lib. 2. disp. 7. pag. 87.

Antichristus acerbissimum bellum mouebit contra
fideles, & armis uniuersum Mundum turbabit,
& Regnum illius non durabit, nisi mensibus qua-
draginta duobus. lib. 2. disp. 7. pag. 89.

Antichristus recipietur à Iudais pro Christo, eritq.
circumcisus. lib. 2. disp. 7. pag. 89.

Antichristus auxilio Satanae mirabilia signa dabit.
lib. 2. disp. 7. pag. 89.

Annunciare mortem Domini in sumptione Eucha-
ristia, quid sit. lib. 7. disp. 3. pag. 267.

Apostasia quid sit, & in quo distet ab hereſi. lib. 1.
disp. 2. pag. 12.

Apostata non sunt partes, nec membra Ecclesiae Ca-
tholicae. lib. 1. disp. 2. pag. 12.

Apostolatus & Episcopatus coniuncta sunt. lib. 1.
disp. 4. pag. 15.

Apostoli non ducebant secum uxores. lib. 4. disp. 3.
pag. 135.

Apostoli emiserunt vota. lib. 4. disp. 6. pag. 160.

Apostoli mendicauerunt. lib. 4. disp. 8. pag. 169.

Apostoli aliquando ut Principes Ecclesiae aliquando
ut Re-

I N D E X.

- ut Religiosi operati sunt lib. 4. disp. 8. pag. 169.*
Apostolus in epistola ad Colossenses scribit contra Simonem Magum lib. 7. disp. 6. pag. 276.
Apostolus resicit ceremonias veteris Testamenti non autem ceremonias Ecclesie, quae sunt ritus ministrandi diuina lib. 7. disp. 6. pag. 277.
Apostolus cur dicat sibi gratum esse paucos baptizasse lib. 8. disp. 3. pag. 291.
Apostolus ex unitate Baptismi infert unitatem spiritus, & pacis inter fideles lib. 8. disp. 5. pag. 300.
Apostoli omnes baptizati sunt Baptismo Christi lib. 8. disp. 5. pag. 301.
Apostoli cur in Cena Domini non seruauerint partem Eucharistiae lib. 9. disp. 3. pag. 358.
Apostoli cur genibus flexis non acceperint Eucharistiam de manibus Domini in Cena lib. 9. disp. 3. pag. 367.
Apostolus docet dari iustis premium in Caelis. lib. 9. disp. 6. pag. 386.
Apostolus hortatur ad dignè sumendam Eucharistiam, non docet autem, ut omnes adstantes sumant, & aliter facientes peccent lib. 9. disp. 6. pag. 389.
Apostolus non loquitur de Penitentia in epistola ad Galat. lib. 9. disp. 1. pag. 397.
Apostolus quid intelligat per nouam creaturam lib. 10. disp. 3. pag. 408.
Apostolus dedit indulgentias incertuoso lib. 10. disp. 5. pag. 424.
Apostolus bis aperte docet animas iustorum statim post mortem clarè videre Deum lib. 12. disp. 1. pag. 400.
Apostolorum dignitas quanta sit lib. 12. disp. 2. pag. 456.
Aqua de petra deserti non figurat Communionem sub utraque specie lib. 9. disp. 3. pag. 366.
Ar. Stoteles lumine natura errauit ponendo Deum causam necessariam lib. 9. disp. 2. pag. 349.
Aristocraticum regimen quid sit lib. 2. disput. 1. pag. 40.
Argumenta Hereticorum unde proueniant lib. 1. disput. 1. pag. 5.
Argumenta debilia & falsa cur à Sectarijs obijciantur Catholicis lib. 3. disp. 3. pag. 103.
Attritio, seu dolor de peccato ob timorè gehennae tunc bona est cum continet detestationem peccati: sin autem sufficiens non est ad penitentiam Sacramentum lib. 10. disp. 3. lib. 410.
Audacia quid sit lib. 6. disp. 5. lib. 228.
Augustini doctrina de Clauibus Ecclesiae exponitur lib. 4. disp. 2. pag. 127.
Augustinus magnificat decreta Conciliorum lib. 8. disp. 2. pag. 287.
Augustinus mores Sectariorum describit lib. 8. disp. 6. pag. 304.
Augustinus docet duo loca dari (contra Pelagium) secundum durationem eternitatis pro animabus, nempe beatitudinem caelestem, & ignem inferni, lib. 9. disp. 6. pag. 387.
- B.
- B**aptismus similis est mari rubro, ubi submersi sunt Aegyptij lib. 6. disp. 4. pag. 219.
 Baptismi forma est verbum vite lib. 7. disput. 2. pag. 262.
 Baptismi effectus non est Sacerdotium, nec omnis gratia, quam habuit anima Christi sanctissima lib. 7. disp. 3. pag. 268.
 Baptismus causat immediate, & propria gratiam Spiritus sancti, & remissionem peccatorum lib. 7. disp. 4. pag. 270.
 Baptismus sic mundat animam à culpis sicut aqua iordanis mundauerunt Naaman Syrum lib. 7. disput. 3. pag. 270.
 Baptismus tria significat immersionem, illuminationem, & lotionem lib. 8. disp. 1. pag. 279.
 Baptismi Sacramentum quid sit lib. 8. disp. 1. pag. 279.
 Circa Baptismi formam Sectarij non errant, sed circa necessitatem illius decipiuntur lib. 8. disput. 1. pag. 279.
 Baptismi forma cum expressione trium diuinarum Personarum est necessaria necessitate Sacramenti lib. 8. disp. 1. pag. 280.
 Baptismi Sacramentum regulariter est medium necessarium ad iustificacionem, & salutem eternam consequendam lib. 8. disp. 1. pag. 280.
 Baptismus saltem in voto est simpliciter necessarius adultis ad salutem lib. 8. disp. 1. pag. 282.
 Baptismus in nomine Christi dictus est ad distinctionem Baptismi Ioannis, non autem ad excludendam inuocationem trium Personarum diuinarum lib. 8. disp. 1. pag. 283.
 Baptismus in casu necessitatis potest conferri à laicis, & etiam à mulieribus lib. 8. disp. 2. pag. 286.
 Baptismus non facit hominem impeccabilem etiam manente integra fide lib. 8. disp. 4. pag. 282.
 Baptismus non liberat baptizatum ab obligatione seruandi legem diuinam & humanam lib. 8. disp. 4. pag. 294.
 Baptismus non reddit omne votum inane lib. 8. disp. 4. pag. 294.
 Baptismi memoria non est causa remissionis peccatorum lib. 8. disp. 4. pag. 294.
 Baptismus liberat nos à vinculis, quae seruituti Dei contradicunt lib. 8. disp. 4. pag. 294.
 Baptismi causa sumus capaces fructus, & effectus penitentiae post Baptismum lib. 8. disput. 4. pag. 296.
 Baptismus Ioannis non fuit idem cum Baptismo Christi lib. 8. disp. 5. pag. 297.
 Baptismus Ioannis non remittebat peccata ex opere operato lib. 8. disp. 5. pag. 298.
 Baptismus Ioannis non erat Sacramentum lib. 8. disput. 5. pag. 298.
 Baptismus Ioannis, si fuisset Sacramentum, Baptismus iterari posset lib. 8. disp. 5. pag. 398.
 Baptismus Ioannis in spe remittebat peccata lib. 8. disp. 5. pag. 299.
 Baptismus Ioannis, & Baptismus Christi omni ex parte differunt lib. 8. disp. 5. pag. 299.
 Baptismi Aqua sicut dicitur Aqua salutis, sic Oleum Chrismatis dicitur Oleum salutis lib. 8. disp. 6. pag. 306.
 Baptismus dicitur Sacramentum Fidei & Penitentiae, quia in adultis non habet locum Baptismus, & Baptismi effectus, nisi praecedat Fides in Christo, & detestatio peccatorum praeteritorum lib. 10. disp. 1. pag. 398.
 Quod fuerit munus Ioannis Baptista lib. 11. disp. 4. pag. 450.
 Beatitudo in Scripturis sacris dicitur aliquando co-

I N D E X

do corona Iustitiae, & aliquando corona Misericordiae lib. 6. disp. 7. pag. 245.
 Beatitudo non est effectus Baptismi, sed finis illius lib. 8. disp. 4. pag. 296.
 Berengarius quot errores habuerit circa Sacramentum Eucharistiae lib. 9. disp. 1. pag. 318.
 Bellum iustum tres debet habere conditiones lib. 5. disp. 4. pag. 184.
 Bellum a Deo precipitur in veteri Testamento lib. 5. disp. 4. pag. 187.
 Bellum iustum esse, Patres docent lib. 5. disp. 4. pag. 187.
 Bibite ex hoc omnes quomodo intelligi debet lib. 9. disp. 3. pag. 255.
 Bigami Apostolico praecepto ad Sacros Ordines non debent admitti lib. 4. disp. 3. pag. 132.
 Bona temporalia tunc obtinentur cum saluti aeterna expediunt lib. 9. disp. 5. pag. 378.

C.

Calvinus mendacissimus fuit in referendis historijs lib. 3. disp. 5. pag. 109.
 Calvinus sibi met contradicit in materia de Iustificatione lib. 6. disp. 3. pag. 211.
 Calvinista ne concedant veritatem Eucharistiae sicut cultores sacrarum Imaginum quare sunt hostes lib. 9. disp. 1. pag. 321.
 Calvinus adducit testes sibi similes lib. 12. disp. 4. pag. 472.
 Calvinus abiicit Crucem Christi sub falso pretextu lib. 10. disp. 5. pag. 425.
 Calix novi Testamenti quid significet lib. 9. disp. 3. pag. 362.
 Calix cur dicatur novum testamentum in recto lib. 9. disp. 3. pag. 362.
 Canonizatio Sanctorum quid sit, & ad quem spectet lib. 12. disp. 2. pag. 459.
 Canonizatio Sanctorum duplici ratione fit ab Ecclesia lib. 12. disp. 2. pag. 459.
 Canonizare Sanctos ad Summum Pontificem, vel ad Generale Concilium spectat lib. 12. disp. 2. pag. 459.
 In canonizatione Sanctorum iudicium Papae, & Concilij Generalis est infallibile lib. 12. disp. 2. pag. 459.
 Causa creationis rerum quae fit lib. 9. disp. 1. pag. 940.
 Casus particulares non faciunt Regulam, qua Ecclesia uti debeat lib. 7. disp. 3. pag. 289.
 Calibatus sacris Ordinibus Apostolico, & Ecclesiastico praecepto est annexus, ita ut nullo modo liceat sacros Ordines habentibus uxorem ducere lib. 4. disp. 3. pag. 103.
 Centurio laudatur, & militia desertio non precipitur lib. 5. disp. 4. pag. 186.
 Certus de salute & electione non debet timere, & esse sollicitus lib. 6. disp. 5. pag. 127.
 Cetera Sacramenta praeter Eucharistiam ipso usu sunt Sacramenta lib. 9. disp. 3. pag. 358.
 Ceremonia novae legis non obligant ut antiqua legis tempore lib. 7. disp. 5. pag. 43.
 Ceremonia quid sit lib. 7. disp. 6. pag. 276.
 Ceremonia fuerunt Ecclesiae ore tradita ab Apostolis lib. 7. disp. 6. pag. 276.
 Ceremonia Ecclesiae semper ab hereticis contempta

fuerunt lib. 7. disp. 6. pag. 276.
 Ceremonia Ecclesiae quomodo obligent lib. 7. disp. 6. pag. 276.
 Ceremonia Ecclesiastica in Evangelio continentur implicitè lib. 7. disp. 6. pag. 277.
 Ceremonia Iudaeorum in tribus reprehenduntur à Salvatore lib. 7. disp. 6. pag. 277.
 Ceremonia quibus Sacramenta conferuntur laudabiles sunt lib. 8. disp. 5. pag. 299.
 Character non unit hominem cum Ecclesia, sed est signum unionis praehabita lib. 1. disp. 3. pag. 13.
 Character quid sit lib. 7. disp. 5. pag. 272.
 Character in nobis imprimitur in Christo autem nequaquam lib. 7. disp. 5. pag. 275.
 Character non datur ad operandum simpliciter lib. 8. disp. 7. pag. 512.
 Caritas quid sit lib. 12. disp. 5. pag. 495.
 Caritas habitus quo diligitur Deus & proximus idem est lib. 12. disp. 5. pag. 495.
 Caritas actus reflexus est dilectio proximi lib. 12. disp. 5. pag. 495.
 Caritas est perfectio formaliter lib. 4. disp. 5. pag. 152.
 Datur actus caritatis, qui fit opus supererogationis lib. 4. disp. 5. pag. 153.
 Chatecumenus quid & quis sit lib. 1. disp. 3. pag. 13.
 Chatecumeni non sunt partes & membra Ecclesiae lib. 1. disp. 2. pag. 14.
 Chatecumeni, si ante Baptismum iustificentur remissionem tunc obtinet peccatorum lib. 11. disp. 3. pag. 410.
 Christus Dominus quomodo dicatur caput corporis Ecclesiae lib. 2. disp. 1. pag. 46.
 Christus Dominus & Petrus dederunt tributum Caesari ad tollendum scandalum lib. 4. disp. 4. pag. 1038.
 Christus non fuit subditus Pilato ratione iudicij lib. 4. disp. 4. pag. 146.
 Christus Dominus docuit mendicationem lib. 4. disp. 8. pag. 168.
 Christus in Ecclesia est exemplar multarum virtutum pro differentia cuiuscunque status lib. 4. disp. 8. pag. 169.
 Christus Dominus docuit Caesari esse obediendum lib. 5. disp. 1. pag. 175.
 Christus Dominus est iustitia nostra meritorie, & Deus causaliter lib. 6. disp. 3. pag. 211.
 Christus Dominus iam promiserat se facturum, quod fecit in Coena lib. 9. disp. 1. pag. 320.
 Christus descendens ad species panis & vini in Eucharistia, non deserit Caelum, ubi habet praesentiam naturalem lib. 9. disp. 1. pag. 332.
 Christus in Eucharistia laedi non potest lib. 9. disp. 1. pag. 341.
 Christus Dominus ut existens sub Eucharistia est adoratione laetitia adorandus lib. 9. disp. 3. pag. 357.
 Christus cur in Eucharistia adorandus sit lib. 9. disp. 3. pag. 376.
 Christus in Coena obtulit Corpus suum Deo Patri pro circumstantibus lib. 9. disp. 6. pag. 388.
 Christus quomodo fit propitiatio pro peccatis nostris lib. 11. disp. 5. pag. 425.
 Christus per sacrificium Crucis abstulit omnia nostra peccata quoad sufficientiam pretij: sed non quoad

I N D E X

- quoad efficaciam, quia media assumenda sunt ad
talem veniam obtinendam per merita illius lib.
11. disp. 5 pag. 426.
- Christus ascendens in altum secum duxit Sanctos
patres veteris Testamenti ad regnum beatitudi-
nis lib. 11. disp. 1. pag. 450.
- Christiani omnes in quo sensu dicantur Sacerdotes
lib. 7. disp. 3. pag. 266.
- Chrysostomus ad excitandos fideles ad frequentiam
Eucharistiae, dicit non prodesse Missae interesse
absque sumptione Eucharistiae lib. 9. disp. 6. p. 390.
- Chrysostomus non citatur legitime à Sectarijs lib. 9.
disp. 6. pag. 390.
- Circulus, quando committitur lib. 1. disp. 7. p. 34.
- Circumcisio continebat figuram Characteris lib. 7.
disp. 5. pag. 275.
- Circa Confessionem Sacramentalem, qui fuerint
primi Haeretici lib. 10. disp. 4. pag. 411.
- De Confessione Sacramentali opiniones Sectariorum
lib. 10. disp. 4. pag. 411.
- Circumstantia peccatorum sunt Sacerdoti confiten-
da lib. 10. disp. 4. pag. 412.
- Claues Ecclesiae quid sint lib. 2. disp. 1. pag. 41.
- Claues Ecclesiae quando & quomodo conferantur à
Deo Pontifici electo lib. 2. disp. 1. pag. 48.
- Clerus unde dicatur lib. 4. disp. 1. pag. 121.
- Clerus dupliciter sumi potest lib. 4. disp. 1. pag. 121.
- Clerici, & Laici differunt inter se ut quid sacrum
& non sacrum, ut Superiores & Subditi, ut pa-
stores & Oves, ut Ministri, & Dispensatores ab
illis, quibus bona dispensantur, & tribuuntur
lib. 4. disp. 1. pag. 123.
- Clerus iure naturae est immunis à iurisdictione tē-
poralium Principum lib. 4. disp. 4. pag. 137.
- Clerus est immunis à iurisdictione secularium
Principum iure positivo diuino lib. 4. disput. 4.
pag. 138.
- Clerus iure Diuino subiacet praetorio Pastorum
Ecclesiae lib. 4. disp. 4. pag. 144.
- Cleri immunitas probatur ex Decretis antiquorum
Pontificum, & Conciliorum lib. 4. disp. 4. pag. 140.
- Clerus est immunis à subiectione cuiuslibet Magi-
stratus politici iure Pontificio seu Canonico, estq.
praefato iure ita rata, & firma immunitas Cle-
ri, ut in conscientia obliget lib. 4. disp. 4. pag.
138.
- Clerus iure diuino subiacet praetorio Pastorum Ec-
clesiae lib. 4. disp. 4. pag. 144.
- Cleri immunitas probatur ex decretis antiquorum
Pontificum, & conciliorum lib. 4. disp. 4. p. 140.
- Clerus est immunis à subiectione cuiuslibet magi-
stratus politici iure Pontificio seu Canonico estq.
praefato iure ita rata, & firma immunitas Cleri
ut in conscientia obliget lib. 4. disp. 4. pag. 141.
- Clerus iure naturae diuino, & humano est immunis
simul cum bonis Ecclesiae à solutione tributorum
Principibus secularibus lib. 4. disp. 4. pag. 142.
- Clerus ob immunitatem à potestate laicorum si erra-
uerit non erit absque pena, infligenda per Pasto-
rem Cleri lib. 4. disp. 4. pag. 144.
- Clerus usualiter subiectus est legibus patrijs, & ci-
uilibus lib. 4. disp. 4. pag. 145.
- Concilium quid sit lib. 3. disp. 1. pag. 91.
- Concilium Basiliense quomodo illegitimum lib. 3. disp.
5. pag. 26.
- Concilium apud Hebraeos duplex lib. 1. disp. 6.
pag. 30.
- Concilia testantur Romanam Ecclesiam esse unam,
Sanctam Catholicam, & Apostolicam lib. 1.
disp. 7. pag. 32.
- Concilia Generalia manifestant Papam esse supra
Concilium Generale lib. 2. disp. 4. pag. 69.
- Conciliorum diligentia, & valor lib. 1. disp. 1. pag. 3.
- Conciliorum antiquorum auctoritas, & testimonium
confundit haereticos lib. 1. disp. 1. pag. 3.
- Concilium tempore schismatis est supra Papam lib. 2.
disp. 4. pag. 33.
- Concilium unde dicatur lib. 3. disp. 1. pag. 91.
- Conciliorum origo lib. 3. disp. 1. pag. 91.
- Concilium quatuorplex lib. 3. disp. 1. pag. 91.
- Concilium quatuor utilitates afferat lib. 3. disp. 1. pag. 91.
- Concilia testantur ad Papam spectare illa congrega-
re lib. 3. disp. 2. pag. 97.
- Concilium non est tantum electorum congregatio
lib. 3. disp. 3. pag. 99.
- Concilium celebrare ad illos spectat quorum est pa-
scere gregem Christi lib. 2. disp. 3. pag. 160.
- Concilium Generale unde dicatur tale proxime, &
formaliter lib. 3. disp. 3. pag. 99.
- Concilium habet iudicium, & suffragium decisuum
in controuersijs fidei: ita ut illius decreta, & leges
à fidelibus seruari debeant lib. 3. disp. 4. pag. 103.
- Concilio Generalis summus Pontifex iure diuino de-
bet praesidere vel immediatè, vel per legatos suos
lib. 3. disp. 5. pag. 107.
- Concilium vel sit Generale, vel Nationale, vel Pro-
uinciale dummodo fiat Papae auctoritate cū illius
praesentia, vel alterius loco eius, cum licentia, &
praescriptione ut de fidei controuersijs definiat, &
iudicet errare non potest lib. 3. disp. 9. pag. 110.
- Concilium quando congregatur in nomine Christi
lib. 3. disp. 6. pag. 110.
- Concilio praest Spiritus Sanctus lib. 3. disp. 6. pag. 110.
- Concilia absque Summi Pontificis auctoritate indi-
cta, vel celebrata, & contra illius voluntatem re-
gulata errare possunt, & defacto errauerunt lib.
3. disp. 6. pag. 111.
- Conciliorum decreta tantum pertinent ad fidem, &
non disputationes, & discursus qui prius, vel po-
sterius habentur lib. 3. disp. 6. pag. 111.
- Concilia priora quomodo emendantur posterioribus
lib. 3. disp. 4. pag. 112.
- Concilium Apostolorum cur congregatum fuerit lib.
3. disp. 6. pag. 113.
- Concilium tunc errare diceretur cum simul, cum Pa-
pa, vel legatis eius de consensu illius aliquid fal-
sum concluderet lib. 3. disp. 6. pag. 115.
- Concilia ostendunt distinctionem Cleri à laicis lib. 4.
disp. 1. pag. 121.
- Concilia docent ad Pastores spectare ordinationem, &
missionem ministrorum Ecclesiae lib. 4. disp. 2. p. 125.
- Concilia testantur calibati Clericorum lib. 4. disp. 3. p. 131.
- Concilia approbant magistratum, & Principatum
lib. 3. disp. 3. pag. 175.
- Concilia probant Principes, & Magistratus Chri-
stianos habere potestatem leges ciuiles condendi
lib. 5. disp. 2. pag. 181.
- Concilia docent potestatem Ecclesiae non spectare ad
Principes seculares lib. 5. disp. 5. pag. 191.
- Concilium Tridentinum docet opera bona iustorum
tene-

I N D E X.

tenere locum mercedis lib. 6. disp. 7. pag. 239.
Concio non requiritur in collatione Baptismi lib. 7. lib. 7. disp. 3. pag. 267.
Cōcubina multipliciter sumitur lib. 3. disp. 6. p. 115.
Conceptus formalis Sacramenti uniuocè, & equè descendit ad Matrimonium lib. 11. disp. 1. pag. 444.
Colere sine latría non est colere sine cultu sed colere sine maiori cultu lib. 12. disp. 2. pag. 457.
Confirmationis Sacramentum ab omnibus Sectarijs reijcitur lib. 8. disp. 6. pag. 301.
Confirmatio est verum Sacramentum unum inter septem lib. 8. disp. 6. pag. 302.
Confirmationis Sacramentum habetur in sacris litteris lib. 8. disp. 6. pag. 303.
Confirmationis Sacramentum habet testimonium primitiuæ Ecclesie lib. 8. disp. 6. pag. 303.
Confirmationis Sacramentum habet testimonium primitiuæ Ecclesie lib. 8. disp. 6. pag. 303.
Confirmationis Sacramentum habet testimonium veterum sanctorum Patrum lib. 8. disp. 6. pag. 304.
Confirmationis doctrina apertè traditur ab Apostolo lib. 8. disp. 6. pag. 304.
Confirmationis minister quis sit lib. 8. disp. 6. p. 304.
Confessio est de iure diuino lib. 10. disp. 4. pag. 411.
Confessionem, quæ est pars penitentia Saluator addidit in nouo Testamento lib. 10. disp. 2. pag. 399.
Confessionem Sacramentalem qui impugnat per Scripturas veteris est frustra laborat lib. 10. disp. 2. p. 399.
Confessio peccatorum facta Deo Sacerdote inconsulto non saluat lib. 10. disp. 4. pag. 413.
Confessio peccatorum est de iure diuino lib. 10. disp. 4. pag. 411.
Confessio sacramentalis probatur per figuras veteris Testamenti lib. 10. disp. 4. pag. 412.
Confessio debet esse omnium peccatorum in specie lib. 10. disp. 4. pag. 415.
Confessionem faciendam esse de singulis peccatis, docet Ioannes Apostolus lib. 10. disp. 4. pag. 415.
Confessionem Sacramentalem fuisse à Salvatore mandata Ecclesie ab initio tenuit lib. 10. disp. 4. p. 412.
Contritio quid sit lib. 10. disp. 2. pag. 399.
Contritio, & satisfactio sunt partes penitentia lib. 10. disp. 2. pag. 399.
Contritio, Confessio, & Satisfactio sunt partes penitentia Sacramenti lib. 10. disp. 2. pag. 400.
De contritione quatuor discutitur lib. 10. disp. 3. p. 403.
Contritio quid significet in script. lib. 10. disp. 3. p. 404.
Contritio est actus liberi arbitrij lib. 10. disp. 3. pag. 404.
Contritio odium peccatorum præteritorum includit lib. 10. disp. 3. pag. 405.
Contritio includit propositum bene viuendi in futurum lib. 10. disp. 3. pag. 405.
Contritio, quæ est pars penitentia ad doctrinam Euangelij pertinet lib. 10. disp. 3. pag. 406.
Contritio est necessaria ad iustificationem adultorum lib. 10. disp. 3. pag. 406.
Contritio verabominè iustificat lib. 10. disp. 3. p. 406.
Contritio vera ad hoc ut iustificet tempore noui Testamenti requirit votum Confessionis lib. 10. disp. 3. pag. 407.
Contritio imperfecta quid sit lib. 10. disp. 3. pag. 407.
Controuersia de notis Ecclesie super omnes est magis necessaria, & cur lib. 1. disp. 7. pag. 31.
Contradictio sectariorum lib. 9. disp. 4. pag. 374.
Conditiones iusti belli sunt tres lib. 5. disp. 4. pag. 184.

Conditiones sectariorum aperiuntur lib. 8. disp. 3. pag. 287.
Continentia, & castitas diuino iure est tantum de Consilio lib. 4. disp. 3. pag. 130.
Cognitio sensitua cur valeat ad probandam veram Christi humanitatem, & eadem non valeat ad probandam veritatem Eucharistia lib. 9. disp. 2. p. 248.
Contractus etiam per nutus fit firmus lib. 11. disp. 1. pag. 154.
Ad contrahendum cum hereticis necessaria est dispensatio Ecclesie lib. 11. disp. 1. pag. 447.
Contractus magis tenet quam promissio contrahendi lib. 11. disp. 4. pag. 447.
Copula carnalis non est de ratione contractus Matrimonialis & Sacramentalis lib. 11. disp. 1. p. 431.
Consilium Euangelij quid sit lib. 4. disp. 5. pag. 149.
Consilium quomodo differat à præcepto lib. 4. disp. 5. pag. 149.
Consiliorum Euangelij quis sit proprius finis lib. 4. disp. 5. pag. 149.
Consilium Paupertatis quid sit lib. 4. disp. 5. pag. 150.
Consilium Castitatis quid sit lib. 4. disp. 5. pag. 150.
Consilium Obedientia quid sit lib. 4. disp. 5. pag. 150.
Consiliorum Euangelij doctrina confirmatur per Patres lib. 4. disp. 5. pag. 151.
Consilium Castitatis, & Ceremoniarum Ordo valde differunt lib. 7. disp. 6. pag. 276.
Consummatum est, quomodo intelligatur lib. 9. disp. 4. pag. 374.
Conscientia Forum non spectat ad Principes Laicos lib. 5. disp. 3. pag. 183.
Coniecturam possumus habere de nostra iustificatione lib. 6. disp. 5. pag. 226.
Coniectura quomodo differat à certitudine lib. 6. disp. 5. pag. 227.
Coniectura iustitie nostre quæ quot sint lib. 6. disp. 5. pag. 227.
Corpus Christi in Eucharistia & sanguis ibidem est illudmet Corpus, & illemet Sanguis qui in Cruce fuerunt lib. 9. disp. 1. pag. 318.
Corpus idem numero per Dei omnipotentiam potest esse in pluribus locis lib. 9. disp. 1. pag. 324.
Corpus Domini suam habet figuram in Eucharistia, & partes habet extra partes absque occupatione loci lib. 9. disp. 1. pag. 339.
Corpus Christi in Eucharistia cur dicatur panis lib. 9. disp. 2. pag. 348.
Corpus Christi quia manducatur sub speciebus panis, panis dicitur lib. 9. disp. 2. pag. 348.
Corpus phantasticum quid sit lib. 9. disp. 2. pag. 347.
Corpus Christi in Eucharistia quomodo dicatur detribus: atteri, frangi, & manibus tractari lib. 9. disp. 2. pag. 347.
Corpus Christi in Eucharistia fieri ex pane quid sit lib. 9. disp. 2. pag. 350.
Cornelius Gentilis latrám obtulit Petro lib. 12. disp. 2. pag. 471.
Communicare sub utraque specie antiquitus liberum fuit fidelibus lib. 9. disp. 2. pag. 263.
Communionem sub utraque specie Saluator nec præcepit, nec prohibuit laicis lib. 9. disp. 3. pag. 364.
Congruentia pro communionem sub una specie lib. 9. disp. 3. pag. 357.
Crucem Domini adorare pium est, & iustum lib. 12. disp. 4. pag. 473.

I N D E X.

Cruce Christi in veteri Testamento figurata fuit lib. 12. disp. 4. pag. 473.
Crucis adoratio habet testimonium primitivae Ecclesiae, & veterum Sanctorum Patrum lib. 12. disp. 4. pag. 473.
Cruce honoratur, ut causa gloriae Salvatoris, & ut instrumentum redemptionis nostrae & victoriae, &c. lib. 12. disp. 4. pag. 474.
Cruce sub quo respectu habet virtutem pellendi Demones lib. 11. disp. 4. pag. 474.
Cultum sacrum requirebat Aman lib. 12. disp. 2. pag. 457.
Cultum Patria Lycaones Paulo & Barnabae obtulerunt lib. 12. disp. 2. pag. 457.
Cultum Dei externum lumen naturae docet lib. 12. disp. 4. pag. 473.
Cultus Sanctorum est actus reflexus virtutis Religionis lib. 12. disp. 5. pag. 487.
Non cultus debius Beatae Virginis, sed indebitus arguitur lib. 12. disp. 4. pag. 475.
Culpa Ada omnes homines constituit peccatores, reos gehennae, & exclusos à Beatitudine lib. 8. disp. 1. pag. 281.
Culpa duplex est civilis, & spiritalis lib. 5. disp. 3. pag. 184.
Cur Concilium de materia Pœnitentiae discurrens dixerit illam quasi materiam lib. 10. disp. 2. pag. 401.
Cyprianus frustra citatur ab Hæreticis lib. 9. disp. 6. pag. 387.
Cyprianus erravit, & pœnitentiam egit lib. 3. disp. 3. pag. 94.

D.

D *avid Rex fuit Legislator civilis lib. 5. disp. 2. pag. 180.*
Deus non potest nos obligare, ut credamus magistro mendaci lib. 3. disp. 6. pag. 111.
Deus est iustitia nostra causaliter, & non formaliter lib. 6. disp. 3. pag. 211.
Deus non præcepit impossibilia lib. 6. disp. 6. pag. 234.
Deus est causa principalis, & realis gratiae iustificantis: Sacramenta verò sunt causa moralis, & instrumentalis lib. 7. disp. 4. pag. 270.
Deus est necessariò ubique, adeoquod non potest non esse ubique lib. 9. disp. 1. pag. 337.
Deus cum ponit Corpus in pluribus locis, tollit effectus contrarios, qui possunt destruere & impedire multiplicationem loci respectu eiusdem Corporis lib. 9. disp. 1. pag. 338.
Dei omnipotentia potest omnes causas spoliare effectibus suis lib. 9. disp. 1. pag. 339.
Deus supplet omnes effectus naturales panis & vini in Eucharistia lib. 9. disp. 2. pag. 348.
Deus non est ita alligatus Sacramentis, ut extra illa non valeat hominem iustificare lib. 10. disp. 3. pag. 40.
Deus veluti non recordatur peccatorum nostrorum cum quis perfectam habuit illorum pœnitentiam: perfecta autem pœnitentia nostras satisfactiones admittit lib. 10. disp. 5. pag. 426.
Deus ex beneplacito suo requirit nostras satisfactiones lib. 10. disp. 5. pag. 426.
Deus non dedit Ecclesiae vllas leges circa gradus co-

gnationis lib. 11. disp. 4. pag. 447.
Democraticum regimen quid lib. 2. disp. 1. pag. 59.
Deponatio Christi cum Ecclesia quid præferat lib. 11. disp. 1. pag. 429.
Demones de factò cruciantur lib. 12. disp. 1. pag. 452.
Liaconi ab initio sacris Ministerijs dicati fuerunt lib. 8. disp. 7. pag. 311.
Dies Dominica à Domino instituta fuit lib. 12. disp. 5. pag. 498.
Dies festivi ab Apostolis instituti sunt lib. 12. disp. 5. pag. 499.
Distinctio Populi Dei in nouo Testamento in Clericos, & Laicos est de iure diuino, adeoquod Christus Dominus huius est Author lib. 4. disp. 1. pag. 123.
Diuitiæ cui sunt necessariae lib. 4. disp. 8. pag. 130.
Diuisio Caluini de duplici honore est insufficientis lib. 12. disp. 1. pag. 458.
Diuortium Apostolus non approbasset, nisi iustam supponeret causam lib. 11. disp. 5. pag. 438.
Diuortium permittitur, & Matrimonium non soluitur, ut alter coniugum alteri dimittat iniuriam, & iterum reuertantur in idipsum lib. 11. disp. 3. pag. 438.
Dilectio Dei super omnia ut oportet, non repugnat lib. 10. disp. 3. pag. 410.
Discrimen inter cibum materialem, & spiritualementem lib. 9. disp. 3. pag. 363.
Doctrina Sectariorum de bonis operibus valde impia lib. 6. disp. 6. pag. 233.
Doctrina Concilij Tridentini de bonis operibus lib. 6. disp. 6. pag. 233.
Doctrina Catholica de Baptismo Ioannis lib. 8. disp. 5. pag. 298.
Doctrina Augustini de Baptismo Ioannis lib. 8. disp. 5. pag. 298.
Doctrina Catholica de Sacramento Confirmationis lib. 8. disp. 6. pag. 301.
Doctrina veterum Patrum de veritate & necessitate traditionum lib. 8. disp. 6. pag. 302.
Doctrina Scoti de Sacramento Confirmationis lib. 8. disp. 6. pag. 305.
Doctrina Catholica de sacris Ordinibus lib. 8. disp. 7. pag. 307.
Doctrina Catholica de Sacramento extremae vntionis lib. 8. disp. 8. pag. 313.
Doctrina Doctõris subtilis de Sacramento Eucharistiae celebris est & valde utilis lib. 9. disp. 1. pag. 320.
Doctrina Catholica de Attritione lib. 10. disp. 3. pag. 404.
Doctrina Ecclesiae Catholicae de Confessione Sacramentali lib. 10. disp. 4. pag. 411.
Doctrina Ecclesiae Catholicae de Satisfactione lib. 10. disp. 5. pag. 410.
Doctrina Catholica Ecclesiae de Sacramento Matrimonij lib. 11. disp. 1. pag. 428.
Doctrina Catholica de Inuocatione, & Intercessione Sanctorum lib. 12. disp. 3. pag. 464.
Donum præfert quid posituum extra donantem existens lib. 6. disp. 3. pag. 212.
Dolere de offensis præteritis est simul proponere in futurum nolle offendere lib. 10. disp. 3. pag. 405.
Dominus requirit à nobis cooperationem nostram, non ut ostendat inefficacem satisfactionem suam, sed ut cooperatores simus nostrae salutis lib. 10. disp. 5. pag. 425.

Eccle-

I N D E X

E.

Ecclesia quid sit secundum nomen, & rem lib. 1. disp. 1. pag. 1.
 Ecclesia non est congregatio tantum predestinatorum, ita ut excludat presbiteros Fidem Catholicam tenentes lib. 1. disp. 1. pag. 2.
 Ecclesia est sagena missa in mare lib. 1. disp. 1. pag. 2.
 Ecclesia est Regnum Cælorum lib. 1. disp. 1. pag. 2.
 Ecclesia comparatur decem Virginibus, quinque factis, & quinque prudentibus lib. 1. disp. 1. pag. 2.
 Ecclesia est domus Dei lib. 1. disp. 1. pag. 2.
 Ecclesia continet homines imperfectos lib. 1. disp. 1. pag. 3.
 Ecclesia continet facinorosos seu magnos peccatores dummodò Fidem Catholicam habeant lib. 1. disp. 1. pag. 4.
 Ecclesia est fons hortus, & puteus, & quomodo lib. 1. disp. 1. pag. 5.
 Ecclesia similis est Arca Noe, & quomodo lib. 1. disp. 1. pag. 5.
 Ecclesia duplici vinculo connectitur, fidei & charitatis lib. 1. disp. 1. pag. 6.
 Ecclesia cur dicatur sancta lib. 1. disp. 1. pag. 8.
 Ecclesia una est lib. 1. disp. 2. pag. 11.
 Ecclesia est visibilis lib. 1. disp. 5. pag. 18.
 Ecclesia inuisibilis, quam confingunt heretici non datur lib. 1. disp. 5. pag. 19.
 Ecclesia si esset inuisibilis non daretur accessus ad illam lib. 1. disp. 5. pag. 19.
 Ecclesia Christi non potest errare docendo lib. 1. disp. 5. pag. 21.
 Ecclesiam posse errare, est error omnium perniciosissimus lib. 1. disp. 5. pag. 21.
 Ecclesia tempore Antichristi minuetur sed non deficient lib. 1. disp. 5. pag. 25.
 Ecclesia cur dicatur una lib. 1. disp. 7. pag. 32.
 Ecclesia cur dicatur sancta lib. 1. disp. 7. pag. 32.
 Ecclesia cur dicatur Catholica lib. 1. disp. 7. pag. 33.
 Ecclesia cur dicatur Apostolica lib. 1. disp. 7. pag. 33.
 Ecclesia Romana est tantum una alia hominum congregationes non habent hanc unitatem lib. 1. disp. 7. pag. 34.
 Ecclesia Romana est sancta alia hominum congregationes nullam habent sanctitatem lib. 1. disp. 7. pag. 35.
 Ecclesia Romana tantum est Apostolica, & cur lib. 1. disp. 7. pag. 35.
 Ecclesia Romana est tantum Catholica lib. 1. disp. 7. pag. 35.
 In Ecclesia adest regimen lib. 2. disp. 1. pag. 40.
 Ecclesia Principatus Petro tantum, & non cæteris Apostolis fuit concessus lib. 2. disp. 1. pag. 40.
 Ecclesia non potest nouum articulum fidei componere lib. 2. disp. 3. pag. 62.
 Ecclesia est iudex controuersiarum fidei, & morum sacra autem scriptura simul, cum traditionibus non est iudex sed norma iudicandi lib. 2. disp. 3. pag. 62.
 Ecclesia libros Canonicos discernit, & iudicat, & quomodo lib. 2. disp. 3. pag. 62.
 Ecclesia antiqua consuetudo, & traditio testatur nõ tantum predestinatos esse Ecclesie ministros lib. 4. disp. 2. pag. 126.

Ecclesia cur, & quomodo olim soluit tributum Imperatori lib. 4. disp. 4. pag. 148.
 Ecclesia cogit fidelem ad fidem tenendam non quia proprium votum emisit in Baptismo, sed quia est filius, & membrum Ecclesie lib. 4. disp. 6. pag. 165.
 Ecclesia primitiua docuit Eucharistiam seruari posse in Ecclesijs lib. 9. disp. 3. pag. 356.
 Ecclesia non variat nec mutat ea que sunt essentialia Eucharistie consocienda lib. 9. disp. 3. pag. 356.
 Ecclesia habet præceptum de calice, sed non pro singulis de Ecclesia lib. 9. disp. 3. pag. 365.
 Ecclesia primitiua orauit pro defunctis lib. 9. disp. 6. pag. 379.
 Ecclesia inuocat Sanctos, ut intercedant apud Patrem ob merita Christi, & non independenter à Christo lib. 9. disp. 6. pag. 388.
 Ecclesia declarando legitimum contractum Matrimonii rationem Sacramenti non tetigit lib. 11. disp. 1. pag. 429.
 Ecclesia militans, & triumphans una est Ecclesia lib. 12. disp. 8. pag. 168.
 Electio iustorum non opponitur misericordia Dei nec è contra lib. 8. disp. 1. pag. 285.
 Episcopi habent Imperium in Ecclesia lib. 2. disp. 6. pag. 81.
 Episcopi olim Sanctos canonizabant: & cur nunc illis sit à Papa interdictum lib. 6. disput. 12. pag. 456.
 Epistola Iacobi Apostoli est scriptura Canonica lib. 8. disp. 8. pag. 315.
 Epistola Adriani Papæ ad Constantinum, & Irenem Augustos lib. 12. disp. 4. pag. 473.
 Errores sectariorum circa Baptismum Ioannis lib. 8. disp. 5. pag. 297.
 Eucharistie veritas habet solemne testimonium primitiua Ecclesia lib. 9. disp. 1. pag. 322.
 Eucharistie veritas habet testimonium omnes veteres sanctos Patres lib. 9. disp. 1. pag. 323.
 Eucharistie spiritualis manducatio supponit corporalem manducationem illius lib. 9. disp. 1. pag. 327.
 Eucharistia cur dicatur panis, cum substantia panis non adfit lib. 9. disp. 1. pag. 328.
 Eucharistia continet primò gratiam subsistentem deinde inbarentem lib. 9. disp. 2. pag. 346.
 Eucharistia est Sacramentum independenter à institutione lib. 9. disp. 3. pag. 358.
 Eucharistia sub una specie laicis est sufficiens lib. 9. disp. 3. pag. 35.
 Eucharistia aliquando à Salvatore sub una specie data fuit lib. 9. disp. 3. pag. 356.
 Eucharistia ab Apostolis aliquando sub una specie fuit data, lib. 9. disp. 3. pag. 356.
 Eucharistie Sacramentum hoc habet peculiare quod sit Sacramentum etiam extra usum lib. 9. disp. 3. pag. 358.
 Eucharistia non est hereditas fidelium sicut beatitudo lib. 9. disp. 3. pag. 366.
 Eucharistia est Sacramentum, & Sacrificium sub diuerso respectu lib. 9. disp. 4. pag. 375.
 Eucharistiam esse Sacrificium tunc Saluator docuit cum dixit faciendam esse in memoriam passionis eius lib. 9. disp. 4. pag. 407.
 Euangelium continet consilia: & sunt precipue Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ lib. 4. disp. 5. pag. 149.

Euan-

Euangelium legem continet, & precepta lib. 6. disp. 8. pag. 250.
Euangelium sepe significat uniuersam Christi legem lib. 7. disp. 4. pag. 272.
Euangelistae scientes sensum Saluatoris aperuerunt intelligentiam forma Eucharistiae lib. 9. disp. 1. pag. 309.
Eua creatio non innuit omnibus hominibus conuergium lib. 11. disp. 3. pag. 429.
Extremam unctioem esse verum Sacramentum negant sectarij lib. 8. disp. 8. pag. 312.
Extrema unctio est verum Sacramentum lib. 8. disp. 8. pag. 313.
Extrema unctio habet omnes Sacramenti conditiones lib. 8. disp. 8. pag. 313.
Extrema unctio habet testimonium antiquae Ecclesiae Catholicae lib. 8. disp. 8. pag. 313.
Extrema unctioem forma, quae sit lib. 8. disp. 8. pag. 314.
Extrema unctioem materia est oleum oliuae ab Episcopo benedictum lib. 8. disp. 8. pag. 314.
Extrema unctioem effectus duplex est lib. 8. disp. 8. pag. 314.
Extrema unctio danda est grauius infirmis lib. 8. disp. 8. pag. 314.
Extrema unctioem proprius effectus quis sit lib. 8. disp. 8. pag. 315.
Expositiones sectariorum super verba circa Eucharistiam sunt insipidae lib. 9. disp. 1. pag. 319.
Ex duobus malis minus est eligendum lib. 11. disp. 4. pag. 447.

F.

Felix Papa an fuerit legitimus lib. 3. disput. 1. pag. 99.
Festa veteris Legis Apostolus reijcit in epistola ad Galat. lib. 12. disp. 5. pag. 490.
Ob festorum dierum obseruantiam lex vetus non erat grauis lib. 12. disp. 5. pag. 490.
Festus dies Sanctorum Deo principaliter diriguntur lib. 1. disp. 5. pag. 491.
Fides Catholica est una lib. 1. disp. 2. pag. 11.
Fidei professio externa est vinculum Ecclesiae visibilis lib. 1. disp. 4. pag. 16.
Fides iustificans quid sit lib. 6. disp. 1. pag. 199.
Fides triplex est secundum Sectarios lib. 6. disp. 1. pag. 199.
Fides iustificans secundum Sectarios quae sit lib. 6. disp. 1. pag. 199.
Fides primum locum tenet inter omnia praerequisita ad iustificationem lib. 6. disp. 1. pag. 201.
Fides quomodo iustificat lib. 6. disp. 1. pag. 201.
Fidem solem sufficere cur haeretici dicant lib. 6. disp. 1. pag. 205.
Fides iustificans habet pro obiecto non tantum misericordiam Dei, & remissionem peccatorum sed omnes veritates à Deo reuelatas lib. 6. disp. 2. pag. 207.
Fides excogitata à sectarijs tollit orationem Dominicalem lib. 6. disp. 2. pag. 207.
Fides sectariorum reijcitur per Symbolum fidei Apostolorum lib. 6. disp. 2. pag. 208.
Fides iustificans non differt à fide historica, & miraculorum quia scilicet creduntur ea quae Sacra Scriptura narrat, & quae creditur posse Deum miracula operari lib. 6. disp. 2. pag. 209.

Fides non est formaliter iustitia lib. 6. disp. 3. pag. 213.
Fidelis licet credat, si peccauerit, damnatur lib. 8. disp. 4. pag. 293.
Figura, & figuratum quomodo differant, & conueniant lib. 9. disp. 1. pag. 322.
Filiatio adoptiua in ordine ad Deum duplex lib. 1. disp. 1. pag. 111.
Finis potestatis temporalis est pax civilis lib. 5. disp. 2. pag. 97.
Finis legis civilis est facere bonum ciuem, & per accidens bonum virum lib. 5. disp. 3. pag. 183.
Finis hominis duplex lib. 5. disp. 5. pag. 190.
Firma sententia Ecclesiae Catholicae semper fuit, quod formalis causa iustificationis sit gratia, & charitas Dei anime nostrae infusa atque inherens lib. 6. disp. 3. pag. 210.
Forma Sacramentorum in illo ultimo instanti, quo completur causat effectum illius lib. 9. disp. 1. pag. 349.
Forma Sacramenti Eucharistiae, quae sit lib. 9. disp. 3. pag. 350.
Fractio panis, qua communionem sumit Sacerdos non fit in ordine ad adstantes lib. 9. disp. 6. pag. 391.

G.

Gentes per fidem fiunt filij Abrahae cui factae sunt repromissiones lib. 8. disp. 1. pag. 284.
Gentiles tripliciter errabant circa idola lib. 12. disp. 4. pag. 472.
Gratia eadem obtinetur per unam speciem Eucharistiae sicut per utramque lib. 9. disp. 3. pag. 357.
Graeci cum Calvinistis, & omnibus modernis sectarijs uniri non possunt circa articulos fidei lib. 1. disp. 7. pag. 35.
Graeci vocant Missam liturgiam id est sacrificium lib. 19. disp. 4. pag. 371.
Graeci olim post Eucharistiam solebant conuiuium facere in memoriam genae usualis quam Saluator habuit post institutionem Eucharistiae lib. 9. disp. 6. pag. 389.
Graeci reprobantur ab Apostolo quia à conuiuio usuali in memoriam Christi post Eucharistiam excluderent fideles pauperes lib. 9. disp. 6. pag. 389.

H.

Habitus Regularium lib. 4. disp. 7. pag. 167.
Haeretici Turris Babel constructores lib. 1. disp. 1. pag. 1.
Haeretici cur errorem non cognoscant lib. 1. disp. 1. pag. 1.
Haeretici cur errorem non cognoscant lib. 1. disp. 1. pag. 5.
Haeretici non sunt membra nec partes Ecclesiae Catholicae lib. 1. disp. 2. pag. 12.
Haeretici non sunt simpliciter Christiani, sed quasi gentiles lib. 1. disp. 2. pag. 12.
Haeretici sunt partes Ecclesiae rebellantes, & pugnanter lib. 1. disp. 2. pag. 13.
Haeretici occulti sunt partes, & membra Ecclesiae lib. 1. disp. 4. pag. 15.
Haeretici concederent libenter Petri esse Principem Apostolorum nisi inde eliceretur summum Pontificem

ficem Romanum illi succedere lib. 2. disp. 2. pag. 52.
Heretici sunt typus Antichristi lib. 2. disput. 6. pag. 86.
Heretici scurrilia scripserunt de Concilijs lib. 3. disp. 3 pag. 109.
Heretici volentes, nolentes tenentur recipere traditiones lib. 7. disp. 5. pag. 275.
Heretici semper ad extrema saltant lib. 8. disp. 2. pag. 286.
Heretici velint, nolint, tenent traditiones Apostolicas, quas impugnant lib. 8. disp. 3. pag. 291.
Heretici ponunt effectus in Baptismo, quos non habet, & auferunt quos habet lib. 8. disp. 4. pag. 292.
Heretici nolunt Baptismum causare remissionem peccatorum, quando confertur, & postea dicunt memoriam solam collati Baptismi delere omnia peccata, qua deinde committuntur lib. 8. disput. 4. pag. 292.
Heretici prescribunt sibi ceremonias Sacramentorum, & impugnant nostras lib. 8. disp. 5. pag. 299.
Heretici in erroribus quos habent circa Eucharistiam, nullum habent pro se testimonium lib. 9. disput. 1. pag. 319.
Heretici Spiritu sancto nudi mysteria Fidei fabulis Gentilium assimilant lib. 10. disp. 5. pag. 423.
Heretici primi circa matrimonium, qui fuerint lib. 11. disp. 1. pag. 428.
Heretici primi circa cultum Sanctorum lib. 12. disp. 2. pag. 458.
Heretici, qui olim honorem Sanctorum respuerunt lib. 12. disp. 5. pag. 492.
Hereses unde ortum ducant lib. 1. disp. 1. pag. 5.
Heresis quid sit lib. 1. disp. 2. pag. 11.
Hereses circa Sacramenta Ecclesie perniciosiores sunt alijs lib. 7. disp. 1. pag. 257.
Hereses de Sacramento Eucharistia ad quatuor capita reducuntur lib. 9. disp. 1. pag. 317.
Hereses circa Eucharistiam quo tempora experiant lib. 9. disp. 1. pag. 317.
Heresis Manicheorum circa Eucharistiam, qua fuerit lib. 9. disp. 3. pag. 365.
Heresis Simonis Magi de cultu Angelorum lib. 12. disp. 3. pag. 469.
Heresim Iconoclastarum moderni Secularij assumpserunt lib. 12. disp. 4. pag. 486.
Hereditas beatitudinis non tollit rationem mercedis lib. 6. disp. 7. pag. 245.
Hebraei non habent genus neutrum lib. 9. disputat. 1. pag. 328.
Homo si certus esset de sua perseverantia, an deberet Deum orare lib. 6. disp. 5. pag. 223.
Honorius Papa non fuit Hareticus Monothelita lib. 3. disp. 1. pag. 96.
Honorius Papa cur anathematizatus fuit a Sexta Synodo lib. 3. disp. 1. pag. 96.
Honor duplex, & quid sit lib. 12. disput. 2. pag. 460.
Hostia sacrificij occidi debet, quando sacrificium est primum, & absolutum, non autem quando est commemorativum lib. 9. disp. 4. pag. 374.
Humanitas Christi non est ubique lib. 9. disputat. 2. pag. 346.

I.

Iacobus Apostolus non fuit Institutor Sacramenti Extrema unctionis, sed promulgator lib. 8. disput. 8. pag. 315.
 Imago visa Dei cum sit omnis homo, cur non colitur lib. 12. disp. 4. pag. 470.
 Imago coli debet, ut representat exemplar lib. 12. disput. 4. pag. 470.
 Non imaginum usus, sed abusus reprehenditur lib. 12. disp. 4. pag. 470.
 Imagines Dei, & Sanctorum licitum est facere, habere, & colere lib. 12. disp. 4. pag. 471.
 Imagines cur Iudeis prohibita fuerint lib. 12. disp. 4. pag. 471.
 Imaginem Dei pingere, quibus prohibetur lib. 12. disp. 4. pag. 471.
 Imagines cur Adrianus Imperator volebat in Ecclesia lib. 12. disp. 4. pag. 471.
 Immunitas Ecclesie quid sit, quomodo differat à libertate Ecclesiastica lib. 4. disp. 4. pag. 135.
 Immunitas Cleri probatur per Decreta antiquorum Conciliorum lib. 4. disp. 4. pag. 140.
 Immunitas Cleri simul cum bonis Ecclesie à solutione tributorum Principibus secularibus, est de iure natura, diuino, & humano lib. 4. disp. 4. pag. 142.
 Immunitas non potest renunciari à Pontificibus lib. 4. disp. 4. pag. 145.
 Imperatoris munus non est congregare Generale Concilium lib. 3. disp. 2. pag. 108.
 Imperator non accedit ad Concilium ad aliquam potentiam exercendam lib. 3. disp. 5. pag. 108.
 Imperator potest excipere suos subditos à sui iurisdictione, sed non Papa lib. 4. disp. 4. pag. 145.
 Impossibilia non precipiuntur à Deo lib. 6. disput. 6. pag. 234.
 Impossibilia precipere tyranni munus est lib. 6. disp. 8. pag. 234.
 Infantes non intelligunt, nec sentiunt Baptismum, quem recipiunt lib. 7. disp. 2. pag. 263.
 Infantes absque Sacramento Baptismi non salvantur lib. 8. disp. . pag. 262.
 Infantes Iudeorum sicut absque Circumcisione non saluabantur, ita nec infantes Christianorum sine Baptismo salvi fiunt lib. 8. disp. 1. pag. 285.
 Infantes non baptizati iuste damnantur ob culpam originalem lib. 8. disp. 1. pag. 281.
 Infantes dum baptizantur, non habent usum rationis lib. 8. disp. 3. pag. 289.
 Infansibus in Baptismo infunduntur habitus Fidei, Spei, & Charitatis lib. 8. disp. 3. pag. 289.
 Infantes qui moriuntur sine Baptismo, non sunt de numero electorum lib. 8. disp. 3. pag. 290.
 Infantes per alienam Fidem cum baptizantur credere dicuntur lib. 8. disp. 3. pag. 291.
 Indulgentia non opponuntur, nec tollunt fructus dignos poenitentia lib. 10. disp. 5. pag. 424.
 In iustificationis materia Secularij plus tribuunt Sathanæ, quam Christo lib. 6. disp. 3. pag. 219.
 In iustificatione hominis peccata verè, & à parte rei tolluntur lib. 6. disp. 4. pag. 219.
 Inherentia aptitudinalis non actualis est de essentia accidentium lib. 9. disp. 2. pag. 348.

B inff.

- Institutio sub utraque specie Eucharistia insinuat*, sed non necessitas lib. 9. disp. 3. pag. 364.
- Instructio in fide mandata à Salvatore dirigitur ad infideles adultos* lib. 7. disp. 2. pag. 263.
- Intentio Ministri ad valorem Sacramenti necessario requiritur* lib. 7. disp. 3. pag. 265.
- Intentia requiritur in baptizante, sed non eodem modo in concionatore* lib. 7. disp. 3. pag. 268.
- Ioannes Apostolus cur non scripserit Cœnam Domini* lib. 9. disp. 1. pag. 320.
- Ioannes Baptista fuit mysticus Elias* lib. 2. disput. 6. pag. 88.
- Ioannes baptizatus est Baptismo Christi* lib. 8. disp. 3. pag. 301.
- Ioannes XXI. Papa nullum decretum dedit de Sacerdotum beatitudinibus* lib. 12. disput. 1. pag. 452.
- Duplex iudicium fit de omnibus, primum dicitur particulare secundum uniuersale* lib. 12. disput. 1. pag. 451.
- Iudas fuit hereticus occultus, & tamen Apostolus* lib. 1. disput. 4. pag. 15.
- Iurisdicctio quid sit* lib. 1. disp. 4. pag. 15.
- Iurisdicctio duplex* lib. 1. disp. 4. pag. 15.
- Ius in communi aliud naturale, & aliud posituum* lib. 4. disp. 4. pag. 135.
- Ius naturale, & ius posituum quid* lib. 4. disputat. 4. pag. 135.
- Ius naturale dispensari non potest* lib. 4. disp. 4. pag. 135.
- Iure natura Clerus est immunis à iurisdicctione temporalium Principum* lib. 4. disp. 4. pag. 137.
- Iure posituum diuino Clerus est immunis à iurisdicctione secularium Principum* lib. 4. disput. 4. pag. 138.
- Iure posituum Pontificio, seu Canonico Clerus est immunis à subiectione cuiuslibet Magistratus politici, estq. prefato iure ita rata, & firma immunitas Cleri, ut in conscientis obliget* lib. 4. disp. 4. pag. 141.
- Iur natura inferioris Ordinis redit iuri natura Ordinis altioris* lib. 4. disp. 4. pag. 137.
- Iustitia legum ciuiliu est legis natura* lib. 5. disp. 3. pag. 182.
- Iustitia formalis qua iusti, seu iustificati denominamur, est qualitas animæ nostre inherens, quæ in scripturis dicitur gratia, charitas, & iustitia* lib. 6. disp. 3. pag. 231.
- Iustitia gratia, & charitas est qualitas inherens, & informans animam nostram* lib. 6. disp. 3. pag. 232.
- Iustitia qua iusti dicimur & sumus, illa est charitas, de qua loquitur Apost. ad Rom. 5. lib. 6. disp. 3. pag. 232.*
- Iustitia Christi Domini particularis non facit nos iustos, sed ipsum* lib. 6. disp. 3. pag. 212.
- Iustitie virtus quid sit* lib. 12. disp. 5. pag. 494.
- Iustus bene operando magis iustificatur* lib. 6. disp. 6. pag. 236.
- Iustificatio quid sit, & quotupliciter sumatur* lib. 6. disp. 1. pag. 199.
- Iustificatio dispositio non est sola fides* lib. 6. disp. 1. pag. 201.
- Iustificatio dispositio non est tantum fides, sed etiam timor, penitentia, spes, fides, fiducia, dilectio, &c.* lib. 6. disp. 1. pag. 201.
- Iustificatio variaz opiniones apud Sectarios* lib. 6. disp. 3. pag. 211.
- Iustificatio nostra causa formalis non est iustitia Dei essentialis, quæ iustus est, ut nos inhabitat* lib. 6. disp. 3. pag. 111.
- Iustificatio nostra formaliter non est imputatio iustitiæ Christi in nobis* lib. 6. disp. 3. pag. 112.
- Iustificatio nostra modus satis describitur ab Apost. sola ad Rom. cap. 3. lib. 6. disp. 3. pag. 113.*
- Iustificatio Sectariorum est imaginaria, velut somnium* lib. 6. disp. 4. pag. 218.
- Iustificatio à peccatis multipliciter describitur in sacra Scriptura* lib. 6. disp. 4. pag. 119.
- Iustificatio modus excogitatus à Sectarijs ponit imperfectionem in Deo* lib. 6. disp. 4. pag. 119.
- Iustificatio duo importat* lib. 6. disp. 4. pag. 220.
- Iustificatio apud Sectarios est presumptio* lib. 6. disp. 5. pag. 221.
- Nemo sine speciali reuelatione potest certus esse certitudine Fidei diuina, cui nullo modo potest subesse falsum, sibi peccata fuisse remissa, & iustum esse* lib. 6. disp. 5. pag. 222.
- Nemo sine speciali Dei reuelatione potest certus esse certitudine Fidei diuina se perseueraturum esse in iustitia & sanctitate, usque ad consummationem* lib. 6. disp. 5. pag. 223.
- Nemo potest sine speciali reuelatione Dei certus esse certitudine Fidei diuina se predestinatum esse, & ad aternam hereditatem electum* lib. 6. disp. 5. pag. 225.
- Iustificatio initiatiua est à Fide dispositiua ab alijs virtutibus formaliter à charitate* lib. 6. disp. 4. pag. 271.
- Iustificatus bene operando non peccat* lib. 6. disp. 6. pag. 235.
- Iustificatus licet fiduciam habere aterna hereditatis possidenda ob merita bonorum operum cum maiori tamen fiducia de diuina misericordia* lib. 6. disp. 7. pag. 242.
- Iustificatus potest recte, & laudabiliter operari* lib. 6. disp. 6. pag. 234.
- Iudicium Dei duplex, aliud cum misericordia, & aliud sine misericordia* lib. 4. disp. 5. pag. 154.
- Iudæi tolerari possunt, & Turcæ in Regnis Christianorum, non autem heretici* lib. 5. disp. 5. pag. 197.
- Iudæi cur non apprehenderunt iustitiam fidei* lib. 6. disp. 3. pag. 216.
- Iudæi iustificabantur à culpa originali per circumcisiopem actû collatam* lib. 7. disp. 1. pag. 260.
- Iudæi quomodo mandauerunt Christum sub Mœna* lib. 9. disp. 1. pag. 335.
- Iudæus prohibuit Patri Christum in Cruce, oblatio nullius fuisse valoris ratione offerentis* lib. 9. disp. 3. pag. 377.
- Apud Iudæos eadem erat questio de immortalitate animæ, & de Resurrectione mortuorum* lib. 9. disp. 6. pag. 383.
- Iudas nullas habuit penitentia partes* lib. 12. disp. 2. pag. 493.
- Iudeorum ceruicofitas non adest inter Christianos* lib. 11. disp. 3. pag. 443.
- Iudæi in deserto non adorauerunt verum Deum sub Fidele seruo* lib. 12. disp. 4. pag. 478.

L.

- L**aicus quomodo dici potest Clericus lib. 4. disp. 1. pag. 123.
- L**aici debent dare tributa Clero, & nõ Clerus Principibus secularibus lib. 4. disp. 4. pag. 142.

Latro

I N D E X.

- Latro purgavit sua delicta super lignum Crucis lib. 9. disp. 6. pag. 386.*
- Latro in Cruce promissionem habuit beatitudinis lib. 12. disp. 1. pag. 453.*
- Legati Papae agentes, & decernentes praefer Papa instructionem inualide agunt lib. 3. disp. 6. p. 119.*
- Legitima electio ministrorum Ecclesiae non est tantum circa praedestinos, sed etiam reprobos, dum sunt Ecclesiae membra lib. 4. disp. 2. pag. 126.*
- Lex Moysis, quando cepit esse mortifera lib. 1. disp. 5. pag. 27.*
- Lex Moysis in forma lib. 6. disp. 6. pag. 29.*
- Lex Moysis quando cepit obligare, & quando promulgata fuit lib. 1. disp. 3. pag. 27.*
- Lex Moysis grauis quot praecpta continebat lib. 1. disp. 6. pag. 29.*
- Leges Pontificiae multum distant etiam ratione numeri, & multitudinis à lege Moysis lib. 2. disp. 5. pag. 79.*
- Leges Principum temporalium subiectae sunt Summi Pontificis moderamini ita ut possit illas dirigere, & etiam impedire, si legibus Ecclesiae aduersentur lib. 2. disp. 6. pag. 82.*
- Lex naturalis, & positua quid lib. 4. disp. 4. pag. 136.*
- Lex naturae inalterabilis lib. 4. disp. 4. pag. 136.*
- Lex aliquando praecpta tantum, aliquando etiam consilia cum praecptis praefert lib. 4. disp. 15. p. 149.*
- Lex Naturae, & diuina non descendit expressè ad particularia decernenda lib. 5. disp. 2. pag. 180.*
- Lex nisi obligaret vana esset lib. 5. disput. 3. pag. 182.*
- Lex positua humana descendit aliquo modo à lege naturae lib. 5. disp. 3. pag. 183.*
- Lex debet fieri à Principe, & prudentioribus viris lib. 5. disp. pag. 182.*
- Legum ciuiliu iustitia pendet à lege naturae lib. 5. disp. 73. pag. 182.*
- Lex an requirat acceptationem Populi breuis resolutio lib. 5. disp. 3. pag. 182.*
- Leges ciuiles obligant in conscientia non ut leges ciuiles sunt, sed ut participant iustitiam legis naturalis & diuinae quod idem est, ac asserere, quod leges ciuiles non obligant in conscientia in recto, sed in obliquo lib. 5. disp. 3. pag. 183.*
- Legis ciuilis est facere bonum ciuem simpliciter, & bonum virum secundum quid lib. 5. disp. 2. p. 183.*
- Lex ciuilis non intendit hominem ligare in conscientia lib. 5. disp. 3. pag. 183.*
- Lex naturalis à Christo Domino alterata non fuit sicut nec olim à Moysè legis veteris promulgatore lib. 5. disp. 4. pag. 185.*
- Lex Euangelica omnes obligat etiam infideles lib. 5. disp. 5. pag. 193.*
- Lex Diuina seruari potest Diuina gratia auxilio lib. 6. disp. 8. pag. 253.*
- Lex vetus de libello repudij irrita facta est à Salvatore lib. 11. disp. 3. pag. 443.*
- Lex Libri Leuitici de Matrimonio, non obligat Christianos lib. 11. disp. pag. 447.*
- Lex vetus abrogata fuit lib. 11. disp. 4. pag. 449.*
- Lex naturae quid sit lib. 11. disp. 4. pag. 448.*
- Lex naturae Matrimonium prohibet inter parentes, vel quasi parentes, & descendentes lib. 11. disp. 4. pag. 449.*
- Leges ciuiles subiacent legibus Ecclesiae lib. 11. disp. 4. pag. 449.*
- Lex Euangelica quando obligare coepit lib. 11. disp. 4. pag. 449.*
- Leges ciuiles iuste dicuntur probatae à Deo remotè, ut dedit legem naturalem, unde sumenda est reuerentia legum ciuiliu lib. 11. disp. 4. pag. 450.*
- Non omnis lex quae obligat, dicitur esse de iure natura lib. 11. disp. 4. pag. 450.*
- Semper Ecclesia leges tulit circa Matrimonium lib. 11. disp. 4. pag. 451.*
- Leges Caesaris circa Matrimonium seruiunt Ecclesiae, ut leges eius executioni mandentur lib. 11. disput. 4. 452.*
- Libertas Ecclesiastica quid sit lib. 4. disputat. 4. pag. 135.*
- Libertas Euangelii non consistit in carentia voti lib. 4. disp. 6. pag. 162.*
- Libertas Christiana non consistit in exemptione ab obseruantia legis, & mandatorum Dei lib. 6. disput. 8. pag. 254.*
- Libertas Christiana, quae sit lib. 6. disp. 8. pag. 254.*
- Licet infantes baptizare lib. 8. disp. 3. pag. 288.*
- Literalis expositio Textus Ioannis cap. 6. quae sit lib. 9. disp. 1. pag. 326.*
- Liturgia omnes antiquae testantur Purgatorium lib. 9. disp. 6. pag. 380.*
- Locus actiue, & passiuè quid sit formaliter lib. 9. disput. 1. pag. 337.*
- Lumen naturae quousque tendat ad ostendendum impedimentum Matrimonii inter affines lib. 11. disp. 4. pag.*
- Lutherus probare non potuit, quod sola fides sufficit ad iustificandum libro sexto. disputat. 1. pag. 201.*
- Lutherus & Calvinus in erroribus de Eucharistia, sunt discipuli Berengarii lib. 9. disp. 1. pag. 318.*
- Lutherani sunt adinuicem diuisi lib. 9. disput. 2. pag. 342.*
- Lutherus omnes Baptizatos dicit esse ministros Sacramentorum lib. 9. disp. 3. pag. 350.*
- Lutherus, & Calvinus sunt sectarij Aerij in materia de Purgatorio lib. 9. disp. 10. pag. 780.*
- Lutherus mutilas scripturas citat more hereticorum lib. 10. disp. 5. pag. 422.*
- Lutherus vel ignorans, vel malitiosus comprehenditur lib. 10. disp. 5. pag. 423.*
- Lutherus docuit polygamiam plurium uxorum similitudinem esse lib. 11. disp. 2. pag. 435.*
- Lutherus, & Calvinus opinantur iustos nunc non esse beatos lib. 12. disp. 1. pag. 453.*

M.

Magisterij pompa, & fastus prohibetur à Christo Domino, & non officium, & nomen lib. 2. disp. 3. pag. 65.

Magistratus politicus duobus de causis necessarium est lib. 5. disp. 1. pag. 174.

Magistratus, & principatus politicus non repugnat Christianae Fidei lib. 5. disp. 1. pag. 175.

Magistratu remoto magna esset in Orbe confusio lib. 5. disp. 1. pag. 179.

Magistratus approbatur à Concilio lib. 5. disput. 1. pag. 175.

B 2 Magi-

- Magistratus approbatur à patribus lib. 5. disp. 1. pag. 175.*
- Magistratus mali cur à Deo permittantur lib. 5. disp. 1. pag. 178.*
- Magistratus sunt necessarij simpliciter in orbe post da peccatum lib. 5. disp. 1. pag. 178.*
- Magistratus debet primò respicere utilitatem subditorum quam propriam lib. 5. disp. 1. pag. 174.*
- Magistratus, & Principes Christiani habent potestatem leges civiles condendi lib. 5. disp. 2. pag. 180.*
- Magistratus Christianus potest punire criminosos lib. 5. disp. 4. pag. 186.*
- Magnum discrimen est inter Christum, & conuersantem inter homines, & ut est sub speciebus Eucharistia lib. 9. disp. 3. pag. 361.*
- Maledictum legis quid sit lib. 6. disp. 8. pag. 255.*
- Malitia scètariorum in materia de matrimonio detegitur lib. 4. disp. 3. pag. 134.*
- Maria Virgo votum castitatis habuit lib. 4. disp. 6. pag. 159.*
- Marcellinus non errauit, ut Pontifex, thus offerendo idolis lib. 3. disp. 1. pag. 94.*
- Martyrium, & desiderium Baptismi cur dicantur Baptismata lib. 8. disp. 1. pag. 286.*
- Matrimonium, ut Sacramentum est impugnatur à Lutero, & Caluino lib. 11. disp. 1. pag. 429.*
- Matrimonium quid sit, quid contractus, & quid Sacramentum Matrimony lib. 11. disp. 1. pag. 429.*
- Matrimonium est Sacramentum uiuorum lib. 11. disp. 1. pag. 429.*
- Matrimonialis contractus finis duplex est lib. 11. disp. 1. pag. 429.*
- Matrimony Sacramentum habet testimonium Sanctorum Doctorum antiquorum lib. 11. disp. 1. pag. 429.*
- Matrimony, ut Sacramentum est quis sit effectus lib. 11. disp. 1. pag. 430.*
- Matrimonium cur sit Sacramentum in nouo Testamento lib. 11. disp. 1. pag. 430.*
- Matrimonium cum actu est Sacramentum longè est ab omni immunditia lib. 11. disp. 1. pag. 431.*
- Matrimonium interdicitur Clericis non quia Sacramentum est, sed ob effectus quos secum ducit talis contractus lib. 11. disp. 1. pag. 431.*
- Discrimen inter matrimonium, & cætera Sacramenta non est in ratione Sacramenti sed in parte materiali, & fundamentali lib. 11. disp. 1. pag. 432.*
- Pactum de pretio dotis nihil habet cum ratione Sacramenti matrimony lib. 11. disp. 1. pag. 432.*
- Matrimonium ad continentiam potest duobus modis comparari lib. 11. disp. 1. pag. 432.*
- Ecclesia circa materiam matrimony potestatem exercet non autem circa Sacramentum matrimony lib. 11. disp. 1. pag. 432.*
- Matrimonium non Baptizati non est Sacramentum lib. 11. disp. 1. pag. 433.*
- Ecclesia nõ permissit antiquitus matrimonia clari destina si illa ante Conc. Trid. non fuissent Sacramentum lib. 11. disp. 1. pag. 433.*
- Nutus in Sacramento matrimony tenet locum uerborum lib. 11. disp. 1. pag. 434.*
- Matrimonium Saluator reuocauit ad priorem formam suæ institutionis lib. 11. disp. 2. pag. 435.*
- Figuram quam gerit matrimonium unionis Christi cum Ecclesia interdicit plures uxores simul lib. 11. disp. 2. pag. 435.*
- De matrimonio inter infideles ad nos discurrere non spectat lib. 11. disp. 3. pag. 436.*
- Matrimonium inter fidelem, & infidelem si absque fide iniuria est solui non debet lib. 11. disp. 3. pag. 437.*
- Scètarij ad soluendum matrimonium leuissimas adducunt causas lib. 11. disp. 3. pag. 437.*
- Matrimonium ex consensu coniugum solui potest quo ad continentiam seruandam lib. 11. disp. 3. pag. 438.*
- Matrimonium quomodo ob triplex crimen solui potest lib. 11. disp. 3. pag. 438.*
- Matrimonium consummatum inter fideles uiuos nunquam solui potest quoad uinculum lib. 11. disp. 3. pag. 438.*
- Matrimony insolubilitas testimonium habet antiquitatis lib. 11. disp. 3. pag. 438.*
- Omnis ratio solutionis matrimony qua à Catholica Ecclesia docetur habetur in Euangelio lib. 11. disp. 3. pag. 438.*
- Periculo grauiori prouidetur in fauorem innocentis lib. 11. disp. 3. pag. 439.*
- Matrimony uinculum quid lib. 11. disp. 3. pag. 439.*
- Matrimony contractus non fit cum pacto de solutione illius si alter coniugum fornicetur lib. 11. disp. 3. pag. 439.*
- Matrimony uinculum esse insolubile docet saluator dum dixit coniuges esse unam carnem lib. 11. disp. 3. pag. 439.*
- Matrimony uinculum esse insolubile docuit Saluator dum libellum repudij damnauit lib. 11. pag. 3. pag. 439.*
- Alter coniugum si non potest se continere reconciliatur alteri coniugali lib. 11. disp. 3. pag. 440.*
- Matrimony impedimenta quedam sunt ad matrimonium contrahendum sed non dirimunt contractum: quedam autem etiam contractum dirimunt lib. 11. disp. 4. pag. 447.*
- De matrimony impedimentis varia opiniones scètariorum lib. 11. disput. 4. pag. 447.*
- Opiniones scètariorum de potestate habente super causas matrimoniales lib. 11. disp. 4. pag. 447.*
- Ad matrimony ualiditatem non est necessarius simpliciter consensus parentum lib. 11. disput. 2. pag. 448.*
- Matrimonium filios absque consensu parentum contrahere indecens est lib. 11. disp. 4. pag. 448.*
- Matrimonium contractum inter fidelem, & infidelem an sit irritum lib. 11. disp. 4. pag. 447.*
- Matrimonium cum hereticis est illicitum ob legem Ecclesie: tamen contractus tenet lib. 11. disput. 4. pag. 5. 448.*
- Circa matrimonium cur Ecclesia leges dederit lib. 11. disp. 4. pag. 448.*
- Matrimoniales causa ad forum Ecclesie spectant lib. 11. disp. 4. pag. 449.*
- Matrimonium illicitum si parentes prohibeant, filij obedire tenentur lib. 11. disp. 4. pag. 449.*
- Matrimony impedimentum ratione parentela cur ad quartum gradum redactum sit ab Ecclesia lib. 11. disp. 4. pag. 449.*
- Mediatio duplex est, absoluta, & dependens lib. 11. disp. 4. pag. 437.*

I N D E X

- Membra Ecclesie militantis iure distinguuntur in Clericos, & in Laicos lib. 4. disp. 1. pag. 121.*
- Mendicatio ortum habuit à Christo Domino lib. 4. disp. 8. pag. 168.*
- Mendicationem exercuit Apostolus lib. 4. disputat. 8. pag. 168.*
- Mendicationis veritatem Patres testantur lib. 4. disp. 8. pag. 169.*
- Mendici cur prohibentur Deut. 15. lib. 4. disputat. 8. pag. 170.*
- Mendici validi prohibentur iniure, & cur lib. 4. disp. 8. pag. 170.*
- Mendicitatem cur Salomon Prou. 30. non desiderat lib. 4. disp. 8. pag. 170.*
- Mensurari duobus temporibus simul, & esse simul in duobus locis valde differunt inter se lib. 9. disp. 1. pag. 337.*
- Meritum quid sit lib. 6. disp. 7. pag. 240.*
- Meritum sex habet conditiones lib. 6. disputat. 7. pag. 240.*
- Meritum obedientia habent, qui communicant sub una specie lib. 9. disp. 3. pag. 363.*
- Meritum infinitum sacrificij Crucis applicatur nobis per Sacramenta, & sacrificium Missa lib. 9. disp. 4. pag. 377.*
- Mereri quis possit lib. 6. disp. 7. pag. 240.*
- Ad meritum quatuor causa concurrunt lib. 6. disp. 7. pag. 240.*
- Opera iustorum in via iure dici debent merita lib. 6. disp. 7. pag. 240.*
- Merceres datur iuste & dignè merenti lib. 6. disput. 7. pag. 244.*
- Mercennarius aterna mercedis est laudabilis lib. 6. disp. 7. pag. 248.*
- Ministri Lutherani, & Calviniani & omnium Sectariorum non sunt legitimi lib. 4. disp. 2. pag. 125.*
- Ministorum Ecclesie legitima electio non est tantum circa predestinatos, sed etiam reprobos, dum sunt Ecclesie membra lib. 4. disp. 2. pag. 125.*
- Minister dupliciter consideratur lib. 4. disp. 2. pag. 128.*
- Ministri Sacramentorum varij sunt inter Hereticos lib. 7. disp. 3. pag. 263.*
- Minister Sacramentorum non est omnis Christianus lib. 7. disp. 3. pag. 264.*
- Minister Sacramenti Eucharistia est solus Sacerdos lib. 9. disp. 3. pag. 353.*
- Ministri contractus sunt contrabentes lib. 11. disp. 1. pag. 400.*
- Militia duplex corporalis, & spiritualis lib. 5. disp. 4. pag. 88.*
- Missa nomen antiquissimum est lib. 9. disp. 4. pag. 368.*
- Missa non est vox Hebraica, sed Latina lib. 9. disp. 4. pag. 368.*
- Missa unde dicatur lib. 9. disp. 4. pag. 368.*
- Missa à missione Filij Dei dicitur lib. 9. disp. 4. pag. 368.*
- Missa tempore Apostolorum dicta fuit ministerium Domini lib. 9. disp. 4. pag. 368.*
- Missa cur deinde dicta sit lib. 9. disp. 4. pag. 368.*
- Missa est verum sacrificium à Christo institutum lib. 9. disp. 4. pag. 370.*
- Missa habet omnes conditiones sacrificij lib. 9. disp. 4. pag. 372.*
- Missa habet testimonium primitiva Ecclesia, & omnium Patrum lib. 9. disp. 4. pag. 372.*
- Missa est verè sacrificium etiam propitiatorium, & impetratorium lib. 9. disp. 5. pag. 375.*
- Missa sacrificium, & sacrificium Crucis multipliciter differunt lib. 9. disp. 5. pag. 375.*
- Missa sacrificium Christus offert Patri mediatè: scilicet mediante Sacerdote Ministro suo, & Ecclesia lib. 9. disp. 5. pag. 377.*
- Missa non remittit immediatè peccata, sed obtinet pœnitentia medium & desiderium lib. 9. disputat. 5. pag. 378.*
- Missa ex opere operato semper obtinet gratiam mortentem peccatorem ad pœnitentiam peccatorum lib. 9. disp. 5. pag. 378.*
- Missa sacrificium prodest animabus purgantibus lib. 9. disp. 6. pag. 377.*
- Missa sacrificium in Sanctorum memoriam, & laudem licitè offerri potest lib. 9. disp. 6. pag. 376.*
- Missa priuata quid sit apud Sectarios lib. 5. disput. 5. pag. 375.*
- Missio Petri, & Ioannis in Samariam non fuit præceptiua, sed consultiua lib. 2. disput. 1. pag. 45.*
- Missio regularis Ministrorum in nouo Testamento diuerja est à missione veteris Testamenti lib. 4. disp. 2. pag. 124.*
- Missio & ordinatio Ministrorum Ecclesia regulariter ad Pastores spectat lib. 4. disp. 2. pag. 125.*
- Missus speciali missione ad Populum docendum debet miraculis confirmare doctrinam lib. 4. disp. 2. pag. 126.*
- Modus eligendi Matthiam Apostolum non est trāsferendus ad regularem modum eligendi Ministros Ecclesie lib. 4. disp. 2. pag. 128.*
- Monarchium regimien. quid sit lib. 2. disput. 1. pag. 40.*
- Moyse nunquam dimisit Sacerdotium lib. 2. disput. 6. pag. 83.*
- Motuum præsentia Christi sub speciebus Eucharistia quodnam sit lib. 9. disp. 1. pag. 340.*
- Mors Christi in ligno Crucis fuit verissimum sacrificium lib. 9. disp. 4. pag. 375.*
- Mors Christi sub quo fine sit sacrificium lib. 9. disp. 4. pag. 375.*
- Mors Martyrum non est sacrificium lib. 9. disput. 4. pag. 375.*
- Mors Christi quoad sufficientiam valoris fuit pro omnibus: sed quoad efficaciam non fuit, nisi pro illis quibus per Sacramenta applicatur lib. 9. disp. 5. pag. 377.*
- Multiplicatio loci non pertinet ad integritatem status beatorum lib. 9. disp. 1. pag. 335.*
- Mysterium aqua & sanguinis de latere Christi non inferunt duo Sacramenta lib. 7. disp. 6. pag. 278.*

N.

- N**egatiuum non est passio entis positiui lib. 9. disp. 2. pag. 349.
- Negotia repugnantia Pontifici que sint lib. 2. disp. 6. pag. 84.*
- Nomen Petri cur mutatum sit lib. 2. disp. 1. pag. 41.*
- Non repugnat Corpori non occupare locum per Dei omnipotentiam lib. 9. disp. 1. pag. 325.*

Non

I N D E X.

Non sola fidei virtus dat vitam spiritualem: est bene initium vite spirituali lib. 0. disp. 1. pag. 327.
Non repugnat aliquid odio haberi licet oppositum non fuerit amatum, & prius dilectum lib. 1. 0. disp. 3. pag. 411.
Nota Ecclesia quas ponunt sectarij sunt ineptæ lib. 1. disp. 7. pag. 33.
Nota vera Ecclesia Christi sunt quatuor, scilicet, una, Sancta, Catholica, & Apostolica lib. 1. disp. 7. pag. 32.
Nulla propositio dicitur vera, vel falsa, nisi totaliter sit prolata lib. 9. disp. 2. pag. 349.

O.

O *bedientia quid sit lib. 4. disp. 5. pag. 150.*
Obiectum intellectus nostri in presenti statu quod sit lib. 5. disp. 2. pag. 348.
Offerens Sacrificium Missæ immediatè est minister Ecclesiæ qui non potest mereri infinitè lib. 9. disp. 5. pag. 376.
Opera antecedentia fidem non sunt meritoria fidei nec vite æternæ lib. 6. disp. 1. pag. 202.
Opera que subsequuntur fidem an sint necessaria ad mercedem æternam consequendam lib. 6. disp. 1. pag. 202.
Opera iustorum in via iure dici debent merita lib. 6. disp. 7. pag. 240.
Mal. opera viatorum sunt demerita lib. 6. disp. 7. pag. 241.
Bene operari licet intuitu mercedis æternæ nempe beatitudinis lib. 6. disp. 7. pag. 243.
Opera iustorum, quæ ex caritate procedunt sunt meritoria æternæ hereditatis de condigno lib. 6. disp. 7. pag. 143.
Opera indebita quid significant lib. 10. disp. 2. pag. 400.
Opera supererogationis imposta penitentibus sunt præcepta lib. 10. disp. 5. pag. 423.
Opiniones diuersæ hereticorum de quidditate Ecclesiæ lib. 1. disp. 1. pag. 1.
Opiniones diuersæ hereticorum de statu, & victu Regularium lib. 4. disp. 8. pag. 108.
Opiniones sectariorum circa formam Eucharistiæ sunt varia lib. 9. disp. 3. pag. 352.
Opiniones sectariorum de matrimonio lib. 11. disp. 1. pag. 428.
Opinio sectariorum de contritione lib. 10. disp. 3. pag. 403.
Opus operatum, & opus operantis quid sint lib. 7. disp. 4. pag. 269.
Oratio Sanctorum uiuentium sicut Christo non facit iniuriam, sic nec Oratio Sanctorum regnantium in patria lib. 12. disp. 3. pag. 470.
Orationis fructus multiplex est lib. 12. disput. 3. pag. 471.
Origo Regularium lib. 4. disp. 7. pag. 166.
Ordinatio ministrorum Ecclesiæ ad Pastores spectat lib. 4. disput. 2. pag. 125.
Ordo Sacerdotij, & munus prophetiæ differunt inter se lib. 7. disp. 3. pag. 268.
De ordinationis Sacramento varia sunt sectariorum opiniones, & phantasia lib. 8. disp. 7. pag. 397.
Ordinationis Sacramentum quid sit lib. 8. disp. 7. pag. 307.

Ordinum munera applicantur lib. 8. disp. 7. pag. 308.
Ordinationis minister est Episcopus lib. 8. disp. 7. pag. 308.
Ordinatio est verè, & propriè Sacramentum lib. 8. disp. 7. pag. 308.
Ordinationis Sacramentum habet testimonium veterum Sanctorum Patrum Ecclesiæ Catholice lib. 8. disp. 7. pag. 309.
Ordinatio Episcopi est Sacramentum sicut ordinatio presbiteri lib. 8. disp. 7. pag. 309.
Ordinationem Episcopi esse Sacramentum testatur primitiua Ecclesiæ lib. disp. 7. pag. 309.
Ordines sunt septem relatiuè ad Eucharistiæ, absolute loquendo sunt octo lib. 8. disp. 7. pag. 311.
Ordines Sacri, & votum solemne castitatis impediunt Matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum lib. 11. disp. 4. pag. 447.

P.

P *anis substantia, & vini non manet, cum Corpore, & Sanguine Christi in Eucharistiæ lib. 9. disp. 2. pag. 343.*
Panis desitio in Eucharistiæ non est annihilatio lib. 9. disp. 2. pag. 37.
Panes propositionis ab immundis non sumebantur lib. 9. disp. 3. pag. 354.
Papa est aurea fidei catena asseruator, & Petri vocis interpret lib. 1. disp. 1. pag. 22.
Papa est errore in sauciabilis docendo lib. 1. disp. 1. pag. 22.
Papa non exercet iurisdictionem super Orientales Ecclesias, ut Patriarcha Occidentis est sed ut Pastor vniuersalis Ecclesiæ lib. 2. disp. 2. pag. 59.
Papa quomodo est supra Patriarchas Orientis lib. 2. disp. 2. pag. 59.
Papa cur al. quando utatur Canonibus ad ius suum probandum lib. 1. disp. 3. pag. 62.
Papa est iudex, & moderator Concilij Generali lib. 2. disp. 4. pag. 69.
Papa habet ius precipiendi, & condendi leges in Ecclesiæ lib. 2. disp. 5. pag. 75.
Papa in condendis legibus potest obligare fideles in conscientia, & transgressores iudicialiter punire lib. 2. disp. 5. pag. 76.
Papa non habet Monarchicum dominium directum temporale super Christianorum Regna non repugnat autem et quod etiam sit Princeps politicus si Regna illi donentur, vel ab aliqua natione electus fuerit iustis conditionibus lib. 2. disp. 6. pag. 82.
Papa potest deponere quoscunque Principes temporales, & etiam Imperatorem à Regni, & Imperij administratione posita legitima causa lib. 2. disp. 6. pag. 82.
Papa potest in aliquo casu Regna temporalia Christianorum regere lib. 2. disp. 6. pag. 82.
Papa non est Antichristus, ut consingunt Heretici lib. 2. disp. 7. pag. 84.
Papa aliquando, ut Doctor particularis aliquando, ut Pontifex docet lib. 3. disp. 1. pag. 94.
Papa, ut Papa ratione Papatus sit indeclinabilis à Fide Catholica lib. 3. disp. 1. pag. 95.
Papa proprium est congregare Generale Concilium lib. 3. disp. 7. pag. 311.

Papa.

I N D E X!

- Papatus non est ordo distinctus ab Episcopatu: quia Papa est Episcopus uniuersalis Ecclesie lib. 8. disp. 7. pag. 311.*
- Partes Ecclesie Catholice iure distinguntur in Clericos & in Laicos lib. 4. disp. p. pag. 1021.*
- Partes Pœnitentia sunt manifesta in scripturis lib. 10. disp. 2. pag. 399.*
- Partes Pœnitentia ex ipsa Pœnitentia oriuntur lib. 10. disp. 2. pag. 399.*
- Particula, est, quia est pars illius propositionis quae ponit ibi Corpus Christi refertur ad idem Corpus Christi lib. 9. disp. p. pag. 329.*
- Particula, est, raro significat figurare in scripturis lib. 9. disp. p. pag. 329.*
- Paritas inter Baptismum, & Eucharistiam non currit ex omni parte lib. 9. disp. 3. pag. 367.*
- Pascere oues Christi quid sit lib. 2. disp. p. pag. 41.*
- Pastores Ecclesie habent potestatem leges ferendi lib. 11. disp. 4. pag. 448.*
- Pastores debent ordinare & mittere ministros Ecclesie lib. 4. disp. 2. pag. 1025.*
- Patrum antiquorum testimoniam confundit hereticos & cur lib. p. disp. p. pag. 3.*
- Patres docent Clerum distingui à Laicis lib. 4. disp. p. pag. 1022.*
- Patres docent ad Pastores spectare missionem & ordinationem ministrorum Ecclesie lib. 4. disp. 2. pag. 1025.*
- Patres testantur calibatum Clericorum lib. 4. disp. 3. pag. 132.*
- Patres probant potestatem leges ferendi in Principibus & Magistratibus lib. 5. disp. 2. pag. 181.*
- Patres an doceant leges civiles non obligare in conscientia lib. 5. disp. 3. pag. 183.*
- Patres testantur quod Magistratui licet gladio punire criminosos lib. 5. disp. 187.*
- Patres docent iurisdictionem Ecclesie non esse in Principibus secularibus lib. 5. disp. 5. pag. 191.*
- Patres docent fidem solam non iustificare lib. 6. disp. p. pag. 201.*
- Patres docent fidem iustificationem habere pro obiecta non tantum misericordiam Dei, sed omnes veritates reuelatas lib. 6. disp. 2. pag. 28.*
- Patres docent iustificationem nostram formaliter non esse tantum remissionem peccatorum lib. 6. disp. 3. pag. 112.*
- Patres docent iustitiam formaliter esse gratiam anime nostrae inherentem lib. 6. disp. 3. pag. 214.*
- Patres aperte docent peccata in iustificatione hominis veri tolli lib. 6. disp. 4. pag. 219.*
- Patres docent neminem certum esse de sua iustitia, perseverantia, & vita aeterna lib. 6. disput. 5. pag. 223.*
- Patres docent hominem iustificatum posse laudabiliter operari, & recte lib. 6. disp. 6. pag. 255.*
- Patres docent hominem iustificatum bene operando non peccare lib. 6. disp. 6. pag. 235.*
- Patres docent iustitiam bene operando magis iustificari cari lib. 6. disp. 7. pag. 237.*
- Patres docent opera iustorum in via iure dici debere merita lib. 6. disp. 7. pag. 241.*
- Patres docent iustificatis licere fiduciam habere aeterna hereditate possidenda ob merita bonorum operum, cum tamen fiducia de diuina misericordia lib. 9. disp. 7. pag. 242.*
- Patres docent licitum esse bene operari intuitu mercedis aeternae lib. 6. disp. 7. pag. 243.*
- Patres docent opera iustorum quae ex charitate procedunt esse meritoria aeterna hereditatis de condigno lib. 6. disp. 7. pag. 244.*
- Patres docent Euangelium legem & praecepta continere lib. 6. disp. 8. pag. 251.*
- Patres docent legem Dei adiutorio gratiae seruari posse lib. 6. disp. 8. pag. 255.*
- Patres docent libertatem non consistere in exemptione ab obseruantia legis, & mandatorum Dei lib. 6. disp. 8. pag. 254.*
- Patres nunquam dixerunt communionem sub utraque specie esse praeceptum Domini lib. 9. disput. 3. pag. 365.*
- Paulus necessitate coactus transgressus est semel statutum Concilij ad meliorem finem lib. 3. disp. 4. pag. 105.*
- Paulus necessitate coactus contulit Euangelium cū Petro lib. 3. disp. 4. pag. 106.*
- Ad Summum Pontificem spectat iure diuino praesidere Concilij vel immediate, vel per Legatos suos lib. 3. disp. 5. pag. 107.*
- Paulus Apostolus nunquam habuit uxorem lib. 4. disp. 3. pag. 135.*
- Paulus coactus fuit appellare Caesarem ideo non docuit Clerum debere appellare ad Caesarem lib. 4. disp. 4. pag. 168.*
- Paulus Apostolus mendicauit lib. 4. disp. 4. pag. 146.*
- Paupertas quid sit lib. 4. disp. 5. pag. 150.*
- Paupertas non est formaliter perfectio, sed via ad perfectionem lib. 4. disp. 5. pag. 152.*
- Peccatum duplex, civile, & spirituale lib. 5. disp. 3. pag. 144.*
- Peccata in iustificatione hominis uere & à parte rei tolluntur lib. 6. disp. 4. pag. 219.*
- Peccatorum purgatio varijs similitudinibus describitur in sacra Scriptura lib. 6. disp. 4. pag. 219.*
- Peccatum duo habet, culpam, & penam lib. 9. disp. 6. pag. 384.*
- Peccatorum remissio est gratuita quoad culpam, & reatum pena aeterna lib. 9. disp. 6. pag. 384.*
- Peccatum mortale quos effectus baptismi auferat lib. 10. disp. p. pag. 398.*
- Peccatis post baptismum commissis debetur pena temporalis, etiam post illorum remissionem lib. 10. disp. 5. pag. 424.*
- Pœna necessario supponit culpam lib. 8. disput. p. pag. 281.*
- Pœna temporalis qua remanet post absolutionem culpa fit manifesta in scripturis lib. 9. disput. 6. pag. 381.*
- Pœnitentia quid importet secundum nomen lib. 10. disp. p. pag. 344.*
- Pœnitentia improprie sumpta quid significet lib. 10. disp. p. pag. 393.*
- Pœnitentia duplex est lib. 10. disp. p. pag. 393.*
- Pœnitentia virtus, & Pœnitentia Sacramentum quid sint lib. 10. disp. p. pag. 393.*
- Pœnitentia virtus & Pœnitentia Sacramentum quomodo conueniant, & differant lib. 10. disput. p. pag. 339.*
- Pœnitentia virtutis obiectum duplex est lib. 10. disput. p. pag. 393.*
- Pœnitentia est verum Sacramentum, non legit lib.*

I N D E X.

- lib. 10. disp. 1. pag. 393.
- Pœnitentia Sacramentum est signum efficax remissionis peccatorum, & gratia inherens* lib. 10. disput. 1. pag. 393.
- Pœnitentia habet testimonium primitiua Ecclesie* lib. 11. disp. 1. pag. 394.
- Pœnitentia habet testimonium omnium veterum Patrum* lib. 10. disp. 1. pag. 394.
- Pœnitentia est aliud Sacramentum à Baptismo* lib. 10. disp. 1. pag. 396.
- Pœnitentia est vindicatio offense Dei in se* lib. 10. disp. 1. pag. 397.
- Pœnitentia est secunda tabula post naufragium* Ada lib. 10. disput. 1. pag. 397.
- Pœnitentia est signum sensibile quia peccata consentur sensibiliter, & absolutio est sensibilis* lib. 10. disp. 1. pag. 397.
- Pœnitentia Sacramentum habetur expressè in Euangelio* lib. 10. disp. 1. pag. 397.
- Pœnitentia quæ requiritur ante Baptismum non est Sacramentum sed pœnitentia virtus* lib. 10. disput. 1. pag. 397.
- Ex Pœnitentia veteris Testamenti colligimus conditiones necessarias pœnitentiæ ex natura rei non autem conditiones necessarias ad illam, ut Sacramentum est* lib. 10. disp. 1. pag. 397.
- Pœnitentia antequàm esset Sacramentum institutum à Salvatore erat pœnitentia virtus* lib. 10. disp. 1. pag. 397.
- Pœnitentia virtus per se primo importat contritionem, & satisfactionem* lib. 10. disput. 2. pag. 403.
- Pœnitentia Sacramentum quid addat supra pœnitentiam virtutem* lib. 10. disp. 2. pag. 404.
- Pœnitentia Sacramenti materia quæ sit* lib. 10. disp. 2. pag. 405.
- Pœnitentia Sacramenti quomodo verba sint forma* lib. 10. disp. 2. pag. 405.
- Pœnitentia Sacramentum, ut Sacramentum est addit relationem rationis signi ad signatum* lib. 10. disp. 2. pag. 400.
- Pœnitentia præceptum in præcepto dilectionis Dei, virtualiter continetur* lib. 10. disp. 3. pag. 409.
- Pœnitentia fructus sunt opera satisfactoria* lib. 10. disp. 5. pag. 421.
- Pœnitentiæ fructus qui sit* lib. 10. disp. 5. pag. 421.
- Peregrinatio cur magis fiat ad unam quam ad aliã imaginem* lib. 12. disp. 4. pag. 472.
- Peregrinationes sunt opera meritoria, & satisfactoria* lib. 12. disp. 5. pag. 500.
- Perfectus modus redimendi fuit in Christo* lib. 6. disp. 4. pag. 210.
- Perfectiõis differentia triplex* lib. 4. disp. 5. pag. 152.
- Petrus habuit Principatum Ecclesie, & non ceteri Apostoli* lib. 2. disp. 1. pag. 40.
- Petri multe prerogatiua* lib. 2. disp. 1. pag. 42.
- Petrus est petra secundaria Ecclesie, Christus vero primaria* lib. 2. disp. 1. pag. 46.
- Petrus in ordine ad Christum est similis nobis in ordine ad Ecclesiam est caput* lib. 2. disp. 1. pag. 44.
- Petrus non poterat errare in fide* lib. 2. disp. 1. pag. 41.
- Petrus est caput Ecclesie sub ordinatum Christo Domino, & non absolutum* lib. 2. disp. 1. pag. 43.
- Petrus possessionem Vicariatus Christi suscepit post Domini resurrectionem* lib. 2. disp. 1. pag. 41.
- Cur Petrus præcipuam curam suscepit conuertendi Iudeos* lib. 3. disput. 1. pag. 50.
- Petrus Apostolus Romam venit ibique Episcopus sedet, & tandem Martyrio coronatus est* lib. 2. disp. 2. pag. 52.
- Petrus cum vocatus fuit ad Apostolatam non erat senex* lib. 2. disp. 2. pag. 57.
- Petrus non necessitate coactus adunauit Concilium* lib. 3. disp. 1. pag. 93.
- Phariseus non iustificatus, & cur* lib. 7. disput. 3. pag. 217.
- Philosophi non nouerunt perfectè Dei omnipotentiam* lib. 9. disp. 2. pag. 349.
- Pictura de Deo ad exprimendam formã Dei damnata fuit* lib. 12. disp. 4. pag. 486.
- Plebs Christiana nullum ius habet in Concilio* lib. 3. disp. 3. pag. 100.
- Plebs potest eligere sed non ordinare, & mittere ministros Ecclesie* lib. 4. disp. 2. pag. 129.
- Polygamia plurium uxorum simul unde initium sumpserit* lib. 11. disp. 2. pag. 435.
- Polygamia dispensatio cur non sit expressa in scripturis* lib. 11. disp. 2. pag. 436.
- Polygamia bis temporibus esset damnoſa, & superflua* lib. 11. disp. 2. pag. 436.
- Pontifex adhibita Romana Ecclesia scilicet Cardinalium Collegio, & Apostolica Cathedra ministris, ut sunt illa persona quibus pars aliqua Ecclesiastici regimini commissa est in iudicandis controuersis fidei, & morum errare non potest ita ut oppositum affirmare sit suspectum de hæresi* lib. 3. disput. 3. pag. 92.
- Pontifex etiam extra Generale Concilium seu non adunato Concilio Generali est infallibilis iudex controuersiarum fidei, & morum* lib. 3. disp. 1. pag. 92.
- Pontifex de facto debet in iudicandis fidei controuersis congregare Generale Concilium, vel si aliquando non expedit, debet plurimos qui Prælatiõne, & doctrina præstantiores sunt adhibere* lib. 3. disp. 1. pag. 93.
- Pontifices non possunt renunciare immunitati Ecclesiastica, sed possunt se subicere tantum iudicio discretiuo super se* lib. 4. disp. 4. pag. 146.
- Summus Pontifex non potest eximere à sua iurisdictione aliquem fidelem* lib. 4. disp. 4. pag. 145.
- Potestas orpini manet in hæretico* lib. 1. disput. 4. pag. 15.
- Potestas ligandi, & soluendi quid sit* lib. 2. disp. 1. pag. 41.
- Potestas duplex temporalis, & spiritualis utraque quid sit* lib. 2. disput. 5. pag. 74.
- Potestas iurisdictionis duplex* lib. 2. disp. 5. pag. 74.
- Potestas directiua inseparabilis est à coactiua* lib. 2. disp. 5. pag. 75.
- Potestas leges ferendi vana esset nisi obligaret subditos* lib. 5. disput. 5. pag. 182.
- Potestas iurisdictionis Ecclesie continetur sub illa metaphorâ Clauium* lib. 5. disp. 5. pag. 190.
- Potestas Ecclesiam regendi spectaret ad Principes sæculi ab initia ita fuisset* lib. 5. disput. 5. pag. 191.
- Potestas ligandi, & soluendi tantum ministris Ecclesie concessa est* lib. 7. disput. 3. pag. 217.
- Potestas super Corpus Christi potestas super Corpus Christi mysticum ad factum quod spectant* lib. 8. disp. 7. pag. 308.

Pote-

Potestas remittendi peccata an in Cena, & ante
 passionem à Salvatore Apostolis data fuerit lib. 8.
 disp. 7. pag. 309.
 Præcepta veteris legis erant triplicis generis lib. 1.
 disp. 6. pag. 29.
 Præcepta ceremonialia, & iudicialia defecerunt, &
 cur lib. 1. disp. 6. pag. 29.
 Præceptum in Evangelio quid sit lib. 4. disputat. 5.
 pag. 149.
 Præceptum quomodo differat à Concilio lib. 4. disp. 5.
 pag. 149.
 Præceptum dilectionis Dei super omnia an in præ-
 senti vita impleri possit lib. 4. disp. 5. pag. 135.
 Præcepta moralia veteris testamenti seruari debent
 etiam in nouo lib. 5. disp. 5. pag. 191.
 Prælati sunt in statu perfectionis exercenda lib. 4.
 disp. 5. pag. 158.
 Prædestinati antequam Baptizentur non spectant
 ad Ecclesiam lib. 1. disp. 1. pag. 2.
 Præbyteri succedunt Apostolis sed non in omni mu-
 nere illorum sicut Episcopi lib. 8. disp. 6. pag. 306.
 Præsentia duplex est naturalis, & Sacramentalis
 lib. 9. disp. 1. pag. 332.
 Prius essentialiter non variatur per variationem
 posterioris lib. 9. disp. 1. pag. 325.
 Princeps temporalis est subiectus Summo Pontifici
 lib. 2. disp. 6. pag. 81.
 Principes infideles non sunt Summo Pontifici subie-
 cti lib. 2. disp. 6. pag. 81.
 Principes infideles legem Christi recipere, & seruare
 tenentur lib. 2. disp. 6. pag. 81.
 Principatus, & Magistratus politicus non repugnat
 Christianæ Fidei lib. 5. disp. 1. pag. 174.
 Principibus remotis magna esse cōfusio in orbe lib. 5.
 disp. 1. pag. 175.
 Principes mali cur permittantur à Deo lib. 5. disp. 1.
 pag. 178.
 Principes iniuste Regna occupare est secretum Diui-
 nae Providentiæ lib. 5. disp. 1. pag. 178.
 Principes sunt necessarij potestati Adæ peccatum lib. 5.
 disp. 1. pag. 178.
 Principes primo respicere debent utilitatem subdito-
 rum lib. 5. disp. 1. pag. 178.
 Principes, & Magistratus Christiani habent pote-
 states leges ciuiles condendi lib. 5. disp. 2. pag. 180.
 Principes non intendant per leges ciuiles obligare
 in conscientia lib. 5. disp. 3. pag. 183.
 Ad Principem Sacularem non spectat forum con-
 scientiæ lib. 5. disp. 8. pag. 183.
 Princeps & Magistratus Christianus iustis de causis
 potest bellum facere lib. 5. disputat. 4. pag. 185.
 Princeps, & Magistratus Christianus potest iudi-
 cialiter punire criminosos lib. 5. disp. 4. pag. 186.
 Principes, & Magistratus Laici nullum ius habent
 in regimine Ecclesiæ lib. 5. disp. 5. pag. 191.
 Primatus in regimine spirituali, & in decidendis
 controuersijs legis in Testamento veteri non fuit
 apud Reges Iudæorum, sed apud Summum Sina-
 goga Sacerdotem lib. 5. disp. 5. pag. 191.
 Principes, & Magistratus temporales tenentur sub
 pœna damnationis æternæ prohibere hæreses, &
 falsas sectas in suis ditionibus, ne populi veram
 Religionem amittant, & falsas impune recipiant
 lib. 5. disp. 5. pag. 192.
 Princeps populi Christiani debet esse Christianus

lib. 5. disputat. 4. pag. 193.
 Principes temporales nullum ius habent definiendi
 in Concilio lib. 3. disp. 3. pag. 100.
 Probare seipsum quid sit lib. 9. disp. 3. pag. 361.
 Promissiones Dei sunt conditionatae puta si ea serua-
 mus, quæ ipse præcepit lib. 6. disp. 5. pag. 230.
 Promissiones Dei factæ sunt in genere, & non singu-
 lis sub genere lib. 6. disp. 5. pag. 230.
 Propositio hæretica, quæ sit lib. 1. disp. 2. pag. 11.
 Propositio, Hoc est Corpus meum, est Sacramenta-
 lis, quia species Sacramentales abscondunt sub se
 Corpus Christi lib. 9. disp. 1. pag. 329.
 Proportio inter figuras Eucharistiæ, & ipsam Eu-
 charistiæ lib. 9. disp. 1. pag. 321.
 Publicanus cur in Templo iustificatus fuit lib. 6.
 disp. 3. pag. 217.
 Publica Penitentia quæ olim erat in usu quid erat
 lib. 10. disp. 2. pag. 403.
 Publica penitentia usum Nestorius interdixit non
 autem Confessionem Sacramentalem lib. 10. di-
 sp. 4. pag. 416.
 Purgatorium quid sit lib. 9. disp. 6. pag. 378.
 Purgatorij doctrinam quis primo impugnavit lib. 9.
 disp. 6. pag. 379.
 Purgatorium qui petit non tollit satisfactionem pec-
 catorum sed illam differt lib. 10. disp. 3. pag. 370.
 Pusilli qui capaces sunt scandalo sunt rationis capa-
 ces lib. 8. disp. 3. pag. 292.

Q.

Quantitatis essentia quæ sit, & quis effectus eius
 lib. 9. disp. 1. pag. 338.
 Quarere an Præbyteratus ordo maior sit Episcopa-
 tu, idem est ac quarere an præbyteratus maior sit
 Apostolatu lib. 8. disp. 7. pag. 311.
 Quæ verba dicantur, recitatur, & quæ significatiue
 in consecratione Eucharistiæ lib. 9. disp. 1. pag. 353.
 Quæ sit digna præparatio ad Eucharistiæ lib. 9. di-
 sp. 3. pag. 354.
 Quæ in veteri testamento sacrificabantur ad tria ca-
 pita reducuntur lib. 9. disp. 4. pag. 369.
 Quibus verbis Christus, Dominus consecrauerit Eu-
 charistiæ lib. 9. disp. 3. pag. 353.
 Quid significauerit Saluator per illam particulam,
 Hoc, in consecratione Eucharistiæ lib. 9. disputat. 1.
 pag. 328.
 Quid significet, Hic, in Consecrationis Calicis lib. 9.
 disp. 1. pag. 328.
 Quid olim dabatur pueris de Eucharistiæ lib. 9. disp.
 3. pag. 258.
 Qui aliquem diligit si eum prius offenderit, displicet
 eum offendisse dum eum diligit lib. 10. disputat. 3.
 pag. 400.
 Quis finis Apostoli in epistola ad Hebræos lib. 9. disp.
 4. pag. 370.
 Quod est obiectum fidei, & quod obiectum peniten-
 tiæ lib. 10. disp. 2. pag. 401.
 Quod est materia forma, & minister omnium con-
 tractuum id est materia forma, & minister matrimo-
 nij quia est contractus lib. 11. d. sp. 1. pag. 428.

I N D E X.

R.

Ratio constitutiva Concilij Generalis, qua fit lib. 3. disp. 3. pag. 100.
 Ratio cur Episcopatus supponat necessariò Prasbyte-
 ratum lib. 8. disp. 7. pag. 309.
 Ratione naturalis connexionis inter animam, &
 Corpus sub speciebus Eucharistia est totus Chri-
 stus lib. 9. disp. 1. pag. 330.
 Ratio evidentissima ex nouo Testamento docens ignè
 Purgatorij lib. 9. disp. 6. pag. 380.
 Ratio efficax qua demon strauit Sinagogam credidisse
 Purgatorium dari lib. 9. disp. 6. pag. 380.
 Ratio efficax de legitima successione ministrorum
 Ecclesie lib. 10. disput. 4. pag. 412.
 Rapta redditur parentibus ad detegendum liberum
 consensum contractus lib. 11. disp. 4. pag. 448.
 Regimen Ecclesie est Monarchium mixtum cum
 Aristocratia, & Democratia lib. 2. disputat. 1.
 pag. 40.
 Regimen Ecclesie in doctrina fidei, & morum non
 est de iure gentium, vel naturalis sed diuino lib. 5.
 disp. 3. pag. 190.
 Regularium origo lib. 4. disp. 7. pag. 166.
 Regularium quidditas lib. 4. disp. 7. pag. 166.
 Regularium habitus, & tonsura lib. 4. disp. 7. pag. 176.
 Regulares profitentur diuersos gradus Religionis lib.
 4. disp. 7. pag. 167.
 Regularium status necessario includit tria vota puta
 obedientie Castitatis, & Paupertatis lib. 4. disp. 7.
 pag. 166.
 Regularium status non fuit perfectus ante Christi
 aduentum lib. 4. disp. 7. pag. 166.
 Regularibus licitum est viuere ex rebus sponte obla-
 tis, vel ex mendicatione acquisitis lib. 4. disput. 8.
 pag. 168.
 Regularibus licet manibus operari, vel proprio la-
 bore victum sibi acquirere lib. 4. disp. 8. pag. 170.
 Regulares non tenentur sub precepto ad laborem ma-
 nuum lib. 4. disp. 8. pag. 173.
 Regularibus pluribus de causis danda est magis eleemo-
 sina lib. 4. disp. 8. pag. 172.
 Regulares, qui in saeculo laborabant, nec fiunt mini-
 stri altaris, debent laborare lib. 4. disp. 8. pag. 172.
 Regulares antiquo tempore minorem curam exerce-
 bant predicationis, & salutis proximorum lib. 4.
 disp. 8. pag. 173.
 Regulares, & Clerici iuste subiiciuntur legi Ec-
 clesie in causis Matrimonialibus lib. 11. disput. 4.
 pag. 446.
 Religiosi status causa, & motiuum lib. 4. disput. 5.
 pag. 157.
 Religionis virtus quid sit lib. 12. disp. 5. pag. 494.
 Religio est virtus moralis lib. 12. disp. 5. pag. 494.
 Religionis virtutis obiectum adequatum quod sit
 lib. 12. disp. 5. pag. 495.
 Reſtitutio, & aequitas ciuilibus potestatis est à lege
 natura, & diuina lib. 5. disp. 4. pag. 184.
 Remissio peccatorum dicitur duo lib. 6. disputat. 4.
 pag. 220.
 Remissio peccatorum quomodo sit gratuita lib. 10.
 disput. pag. 426.
 Repletio loci est effectus quantitatis lib. 9. disput. 1.
 pag. 325

Repletio loci qua est correspondentia locati ad locum
 solitar in Eucharistia per Dei omnipotentiam
 lib. 9. disp. 1. pag. 340.
 Resolutio doctorum Catholicorum circa Baptismum
 collatum in nomine Christi lib. 8. disp. 1. pag. 284.
 Responſiones ſeculariorum ſemper ſunt inepta lib. 9.
 disp. 1. pag. 326.
 Reſponſiones Caluini ſunt fuga decoptorum lib. 10.
 disp. 4. pag. 417.
 Rex Iudeorum nullam habuit potestatem super Sa-
 cerdotes veteris legis lib. 5. disp. 5. pag. 191.
 Romanus Pontifex est legitimus successor Petri in
 regimine vniuersalis Ecclesie lib. 2. disputat. 2.
 pag. 52.
 Roma Ethnica damnatur in scripturis non Roma
 Christiana lib. 2. disput. 2. pag. 55. & disputat. 7.
 pag. 90.

S.

Sabbati dies cur à Christianis non colatur sed lo-
 co illius dies Dominicus lib. 12. disp. 5. pag. 493.
 Sacerdotes veteris Testamenti potestatem habebant
 iudicandi controuersias legis lib. 1. disputat. 6.
 pag. 29.
 Sacerdotes Ecclesie sunt longe nobiliores Sacerdoti-
 bus Sinagoga lib. 2. disp. 1. pag. 121.
 Sacerdotes noui Testamenti omni tempore debent
 vacare diuinis lib. 4. disp. 3. pag. 131.
 Sacerdotium Sinagoga quomodo differt à Sacerdotio
 Ecclesie, seu Summus sacerdos Sinagoga quo-
 modo differt à Summo Sacerdote Ecclesie Christi
 lib. 4. disput. 4. pag. 144.
 Sacerdotium inter Christianos manifestè habetur in
 scripturis Sanctis lib. 9. disput. 4. pag. 371.
 Sacerdotes non sunt successores Sacerdotij Christi
 Domini, Sed ministri, & Vicarij Sacerdotij illius
 lib. 9. disp. 4. pag. 373.
 Sacerdos absoluens iustificatum per actum contritio-
 nis, per illud verbum, absoluo confirmat habi-
 tam absolutionem lib. 10. disp. 3. pag. 409.
 Sacramenta noua legis cur maiorem conferant gra-
 tiam lib. 1. disp. 6. pag. 29.
 Sacramentis remotis vana redditur redemptio lib. 7.
 disput. 1. pag. 257.
 De Sacramentis in genere sex sunt errores heretico-
 rum lib. 7. disp. 1. pag. 257.
 Sacramentum pluribus modis sumi potest lib. 7. dis-
 put. 1. pag. 258.
 Sacramentum proprie sumptum, quid sit secundum
 Catholicos lib. 7. disp. 1. pag. 258.
 Sacramentum quid sit secundum hereticos lib. 7. dis-
 put. 1. pag. 258.
 Sacramentum non est sola promissio gratiae lib. 7.
 disp. 1. pag. 258.
 Sacramentum non est tantum signum distinctiuum
 lib. 7. disp. 1. pag. 258.
 Sacramentum non est sigillum res praecipue lib. 7.
 disp. 1. pag. 258.
 Sacramentum non est tantum signum externum de
 non imputandis peccatis lib. 7. disp. 1. pag. 258.
 Sacramentum est signum sensibile efficax gratiae san-
 ctificantis lib. 7. disp. 1. pag. 258.
 Sacramentum non dicit ordinem ad gratiam qua
 confertur ante susceptionem illius lib. 7. disp. 1. p. 261.
 Sacra-

I N D E X.

- Sacramenta in quo sensu dicantur à Patribus signa, & sigilla lib. 7. disp. 1. pag. 261.*
- Sacramenta noua legis uerbis, & robur perficiuntur lib. 7. disp. 2. pag. 261.*
- Sacramentum necessarium requirit certam formam uerborum lib. 7. disp. 2. pag. 262.*
- Sacramentorum Author sine controversia est Deus lib. 7. disp. 2. pag. 263.*
- Sacramenta sunt causa gratia ex opere operato lib. 7. disp. 4. pag. 269.*
- Sacramentorum numerus varius est inter Seclarios lib. 7. disp. 6. pag. 276.*
- Sacramenta Ecclesia Catholica sunt septem 276.*
- Sacramentorum numerus à traditionibus Apostolicis accipiendus est lib. 7. disputatione 6. pag. 276.*
- Sacramenta Ecclesia figurata fuerunt in veteri Testamento sicut omnia Mysteria nostra fidei lib. 8. disp. 6. pag. 305.*
- Sacramentum tantum sumenti prodest: sacrificium autem non tantum offerenti lib. 9. disp. 5. pag. 368.*
- Sacramenta apud Grecos dicuntur Mysteria lib. 11. disp. 4. pag. 447.*
- Sacrificium propriè sumptum in nouo Testamento post sacrificium Crucis non est nisi oblatio Eucharistia, quæ dicitur Missa lib. 9. disp. 3. pag. 373.*
- Sacrificium quid sit lib. 9. disp. 4. pag. 368.*
- Sacrificium, & oblatio quomodo differant lib. 9. disp. 4. pag. 368.*
- Sacrificium in nouo Testamento duplex extat lib. 9. disput. 4. pag. 369.*
- Sacrificium non est omne opus bonum lib. 9. disp. 4. pag. 369.*
- Sacrificia veteris Legis figurauerunt sacrificiū Christi lib. 9. disp. 4. pag. 369.*
- Sacrificio Crucis facta est remissio peccatorum respectu illorum, qui per media ordinata applicant sibi tale sacrificium lib. 9. disputat. 4. pag. 374.*
- Sacrificium quadruplex est lib. 9. disputat. 5. pag. 375.*
- Sacrificia antiqua ualorem habebant ob sacrificium Christi promissum, & præuisum. Sacrificium Missa habet ualorem ob sacrificium Christi exhibitum lib. 9. disput. 5. pag. 376.*
- Sacrificia antiqua non habebant uim in sanguine animalium, sed in sanguine Christi in illo figurato lib. 9. disp. 5. pag. 376.*
- Sacrificium Christi esse infiniti ualoris, docet Apostolus, ideoq. ab ipso in eodem ligno Crucis cruentè replicari non oportere lib. 9. disp. 5. pag. 426.*
- Saluator cur baptizari uoluerit à Ioanne lib. 8. disp. 5. pag. 300.*
- Saluator cur circumcisus sit, & non baptizatus Baptismo quem instituit lib. 8. disp. 5. pag. 301.*
- Saluator antequam institueret Eucharistiam absoluit Cenam legalem lib. 9. disp. 1. pag. 331.*
- Saluator ante institutionem Eucharistia lauit pedes Discipulorum lib. 6. disp. 1. pag. 331.*
- Saluator triplicem Cenam fecit pridie quam pateretur lib. 9. disp. 1. pag. 332.*
- Saluator cur dixerit Magdalena, noli me tangere lib. 9. disp. 1. pag. 334.*
- Saluator de utraque specie Eucharistia pro solis Ministris loquutus est lib. 9. disp. 3. pag. 364.*
- Saluator & Apostoli aliquando Eucharistiam sub una specie, aliquando sub ambabus distribuiebant lib. 9. disp. 3. pag. 366.*
- Saluator cum dedit Apostolis potestatem offerendi Corpus suum, tunc implicite dedit eis potestatem uiuandi animas defunctorum lib. 9. disp. 6. pag. 388.*
- De essentia Sacramenti est quod sit signum sensibile quocumque modo sit lib. 10. disp. 1. pag. 396.*
- Nullus Sacerdos ueteris Testamenti habet potestatem iudicariam dimittendi peccata lib. 10. disp. 1. pag. 397.*
- Salomon fugit mendicitatem, & cur lib. 4. disput. 8. pag. 130.*
- Salomon deposuit Abiathar Summum Sacerdotem non ut Rex, sed ut Prophetam lib. 5. disp. 5. pag. 195.*
- Sanguis Testamenti quid sit lib. 9. disp. 1. pag. 330.*
- Sanguis Testamenti est sanguis Christi lib. 9. disp. 3. pag. 362.*
- Sancti cum Christo regnantes, sunt adorandi lib. 12. disp. 2. pag. 457.*
- Sancti qui in Cælis regnant, orant pro nobis Deum lib. 12. disp. 3. pag. 480.*
- Sanctos orare pro nobis Verbum Dei scriptum testatur lib. 12. disp. 3. pag. 481.*
- Sancti immediate orare possunt Deum Patrem lib. 12. disp. 3. pag. 481.*
- Sancti qui sunt in Patria à nobis inuocari possunt lib. 12. disp. 3. pag. 481.*
- Sanctis per reuelationem eis à Deo factam, sciunt Orationes nostras lib. 12. disp. 3. pag. 481.*
- Sancti cur adhibentur ad aliquid obtinendum à Deo lib. 12. disp. 3. pag. 482.*
- Sanctorum particulares pro particularibus beneficijs obtinendis cur Catholici orent lib. 12. disput. 3. pag. 482.*
- Satisfactio Christi infinita applicatur nobis per media ab ipso statuta lib. 9. disp. 6. pag. 385.*
- Satisfactio quid sit lib. 10. disp. 2. pag. 399.*
- Satisfactio pœnitentiæ uirtutis pars quomodo differat à satisfactione, quæ est pars pœnitentiæ Sacramenti lib. 10. disp. 2. pag. 399.*
- Satisfactio genericè quid sit lib. 10. disp. 5. pag. 418.*
- Satisfactio ut est pœnitentiæ pars, quid sit lib. 10. disput. 5. pag. 418.*
- Satisfactio est manifesta in scripturis sanctis lib. 10. disp. 5. pag. 419.*
- Satisfactio habet testimonium antiquissimorum Patrum lib. 10. disp. 5. pag. 419.*
- Satisfactionem dabant Deo pro suis culpis Iob, & David lib. 10. disp. 5. pag. 421.*
- Satisfactio fieri debet per opera laboriosa lib. 10. disp. 5. pag. 421.*
- Satisfactio potest liberè assumi lib. 10. disput. 5. pag. 422.*
- Satisfactio quæ à Sacerdote imponitur necessario est adimplenda lib. 10. disp. 5. pag. 421.*
- Satisfactio habet testimonium solemnè primitiua Ecclesie lib. 10. disp. 5. pag. 422.*
- Satisfactio Christi nõ admittit satisfactiones nostras ex indigentia, sed uoluntariè lib. 10. disp. 5. pag. 425.*
- Satisfactio multipliciter fieri potest lib. 10. disp. 5. pag. 427.*
- Saul electio in Regem displicuit Deo lib. 5. disput. 1. pag. 139.*
- Schisma duplex cum heresi, & absque heresi lib. 1. disp. 3. pag. 14.*

I N D E X

- Schismaticus quid, & quis sit* lib. 1. disput. 3. pag. 14.
- Schismatici absque heresi sunt membra Ecclesie, Schismatici vero cum heresi sunt extra Ecclesiam nec sunt partes illius* lib. 1. disp. 3. pag. 14.
- Scientia humana vtilis sunt ad Sacra Scriptura intelligentiam* lib. 6. disput. 3. pag. 211.
- Scoti doctrina de secretis cordium* lib. 12. disput. 3. pag. 483.
- Scriptura Sacra est norma iudicandi, non iudex controuersiarum* lib. 2. disp. 2. pag. 62.
- Scriptura Sacra à Catholicis iure anteponitur Concilijs: licet sectarij omnes vociferentur nos illam Concilijs subijcere, sed est mora calumnia, & impostura* lib. 3. disp. 6. pag. 111.
- Scriptura sicut non loquitur de numero septenario Sacramentorum, sic nec pro sectarijs loquitur de numero binario, ternario, vel quaternario* lib. 7. disp. 6. pag. 276.
- Scriptura Sacra à sectarijs ita consulantur, ut potius laedere quam seruo discurrere videantur* lib. 8. disp. 4. pag. 296.
- Scriptura narrat, quae facta sunt nullibi autem tradit formulam rerum administrandarum, cum non teneat modum Cathedris, sed historialis stili, formulae autem tradebantur ore tenus Ecclesijs ab Apostolis* lib. 10. disp. 1. pag. 397.
- Scriptura non solet omnes rei circumstantias numerare cum aliquid narrat* lib. 10. disp. 3. pag. 108.
- Scriptura Actuum Apostolorum docet Confessionem particularium peccatorum* lib. 10. disput. 4. pag. 414.
- Scriptura nunquam docet filios castantum uxores accipere debere quas parentes suis tradunt* lib. 11. disp. 4. pag. 450.
- Scriptura cum loquuntur de Ecclesia militante subiungunt etiam de triumphante quia utraque una est* lib. 12. disp. 5. pag. 486.
- Sectarij sunt synagoga Sathanae, & cur* lib. 1. disp. 7. pag. 34.
- Sectarij aequant iustitiam suam iustitia Christi* lib. 6. disp. 3. pag. 212.
- Sectariorum plurimi sunt similes Luciferi in materia iustificationis* lib. 6. disp. 5. pag. 221.
- Sectarij septem errores habent in doctrina de Sacramento Baptismi* lib. 8. disp. 1. pag. 279.
- Sectarij non bene philosophantur de quantitate, nec rationem sed sensum sequuntur* lib. 9. disput. 1. pag. 338.
- Sententia Catholicorum ob Baptismum conferendum à mulieribus tempore necessitatis distat toto Caelo ab heresi Marcionis* lib. 8. disp. 2. pag. 287.
- Syphora uxor Moysi circumcidit filium suum* lib. 8. disp. 2. pag. 286.
- Seruitus hominis, quae ducit ad peccandum seu est occasio peccandi prohibetur* lib. 2. disp. 5. pag. 80.
- Seruitus mercennaria non laudatur in scriptura* lib. 5. disp. 1. pag. 177.
- Quae subiectio introducta sit per peccatum Adae* lib. 5. disp. 1. pag. 178.
- Seruitus quae opponitur seruituti Dei reijcitur ab Apostolo* lib. 8. disp. 4. pag. 294.
- Signum artificiosa, & heretica doctrina est perplexitas, & ambiguitas* lib. 6. disp. 1. pag. 200.
- Signum sicut est aliquando praeteritorum, sic & futurorum* lib. 1. disp. 1. pag. 260.
- Similitudo inter Corpus Christi uerum, & Ecclesiam* lib. 1. disp. 1. pag. 6.
- Similitudo inter Arcam Noe, & Sacramentum Baptismi, quae sit* lib. 7. disp. 1. pag. 160.
- Simulacra ipsa Gentilium plurimi ueros Deos putabant* lib. 12. disput. 4. pag. 478.
- Synagoga dupliciter considerari potest* lib. 1. disput. 9. pag. 28.
- Synagoga an aliquando defecerit apostando à lege Dei totaliter* lib. 1. disp. 6. pag. 29.
- Synagoga orabat pro defunctis* lib. 9. disput. 6. pag. 379.
- Synagoga septimum ad aliquid à Domino impetrandum adhibebat* lib. 9. disp. 6. pag. 379.
- Synagoga cur non habuit in usu inuocationem Sanctorum* lib. 12. disp. 3. pag. 470.
- Sollicitudo de crastino tollitur, & non providentia* lib. 4. disp. 8. pag. 172.
- Spiritus Sanctus cur in specie columba apparuerit super Christum in Iordane* lib. 8. disp. 5. pag. 300.
- Spiritus Sanctus non potest esse Vicarius Christi* lib. 9. disp. 1. pag. 334.
- Spiritus Sanctus cur non uenerit super Apostolos praesente Christo Domino* lib. 9. disp. 1. pag. 334.
- Sponsalia cum B. non dirimunt Matrimonium contractum cum C.* lib. 11. disp. 4. pag. 447.
- Status Regularium necessario includit uotum obedientiae, paupertatis, & castitatis* lib. 4. disput. 7. pag. 166.
- Status Regularium quomodo non fuit ante Christi aduentum* lib. 4. disp. 7. pag. 166.
- Stephanus cum lapidaretur uidit gloriam Dei* lib. 12. disp. 1. pag. 454.
- Submersio Aegyptiorum in mari rubro figura fuit iustificationis nostrae* lib. 6. disp. 4. pag. 219.
- Subanaeque Euchariis specie Christus continetur* lib. 9. disp. 3. pag. 356.
- Sucessionem continuatam Summorum Pontificum veteres Patres magnificerunt* lib. 1. disput. 7. pag. 36.
- Sucessio continuata Pontificum in Romana Ecclesia tantum attenditur à ceteris particularibus Ecclesijs* lib. 1. disp. 7. pag. 37.
- Summus Sacerdos Synagoga in iudicandis controuersijs legis erare non poterat* lib. 1. disp. 6. pag. 30.
- Summo Sacerdoti Hebraeorum nunquam dictum est, quodcumque ligaueris, &c. & Pascis oues meas* lib. 2. disp. 6. pag. 83.
- Summo Sacerdoti Hebraeorum non licebat nouas leges ferre* lib. 2. disp. 5. pag. 75.
- Superstitio quid sit, & unde dicatur* lib. 12. disp. 4. pag. 488.

T.

- T** Egere coram Deo est totaliter tollere lib. 6. disput. 4. pag. 220.
- T**empla adificare unde cogantur fideles lib. 12. disp. 5. pag. 494.
- T**empla habentur à fidelibus ob quatuor causas lib. 12. disp. 5. pag. 494.
- T**empla cum debita magnificentia construere, & dicare in honorem Dei ac Sanctorum iustum est, & iustum lib. 12. disp. 5. pag. 493.
- T**empla tempore Apostolorum Christiani habebant

I N D E X.

bant lib. 12. disp. 5. pag. 494.
Templum frequentabant Apostoli etiam abrogata lege Moysis lib. 12. disp. 5. pag. 493.
Templa cum solemnitate dicenda sunt lib. 12. disp. 5. pag. 494.
Templa solemniter Apostoli dicabant lib. 12. disput. 5. pag. 494.
Templa habent testimonium veterum Sanctorum Patrum lib. 12. disput. 5. pag. 494.
Templi in Hierusalem sur. Dece. euerisionem voluerit lib. 12. disp. 5. pag. 494.
In Templo orandum esse Saluator docuit dum dixit, Memoriam adhibere orationis, &c. lib. 12. disput. 5. pag. 494.
In Templo, optima oratur quam extra illud lib. 12. disput. 5. pag. 493.
Templa non eriguntur Sanctis sed Deo in memoria sanctorum lib. 12. disp. 5. pag. 493.
Templorum ornatus tunc est superfluous nec laude dignus cum a pauperibus aufertur subsidium, ut Templo ornentur lib. 12. disp. 5. pag. 493.
Terror non est poenitentia sed dispositio ad illam lib. 10. disp. 2. pag. 401.
Terror est passiuus, detestatio autem peccatorum est actio liberi arbitrij lib. 10. disp. 3. pag. 407.
Testamentum in Scripturis Sacris quid sit lib. 9. disput. 1. pag. 330.
Testamentum est lex diuina lib. 9. disp. 3. pag. 330.
Testimonium antiquae Ecclesiae, & veterum Patrum de Confessione lib. 10. disp. 4. pag. 413.
Timere debemus salutem nostram lib. 9. disputat. 5. pag. 223.
Timor praerequiratur ad iustificationem lib. 6. disp. 1. pag. 200.
Timor seruilis in ordine ad timorem filialem imperfectus est, sed comparatus ad peccatorem nullum timorem habentem bonus est, & utilis lib. 10. disput. 3. pag. 411.
Tonsura Regularium lib. 4. disp. 7. pag. 167.
Traditiones sunt necessariae lib. 2. disput. 3. pag. 63.
Traditiones sunt norma iudicandi lib. 2. disputat. 3. pag. 63.
Traditio est efficax testimonium veritatis lib. 3. disput. 6. pag. 36.
Traditiones Apostolicas qui olim negauerut fuerunt haeretici lib. 8. disp. 6. pag. 302.
Transsubstantiatio optime explicatur à Scoto lib. 9. disp. 2. pag. 342.
Transsubstantiatio quatuor habet conditiones lib. 9. disp. 2. pag. 342.
Transsubstantiatio quando dicitur productiua, & quando adductiua lib. 9. disp. 2. pag. 342.
Transsubstantiatio quid sit secundum S. Bonaventuram lib. 9. disput. 2. pag. 343.
Transsubstantiatio habet testimonium Sanctorum Doctorum antiquorum lib. 9. disp. 2. pag. 343.
Tributa non minuuntur, nec principum proventus, eo quod Ecclesia recipit bona stabilia lib. 4. disp. 4. pag. 147.
Tribulationes, & flagella requiruntur pro salute acquirenda lib. 6. disput. 2. pag. 210.

V.

V *Alor Sacrificij Missa finitus est lib. 9. disp. 5. pag. 376.*
Varia sunt opiniones sectariorum circa effectum Eucharistiae lib. 9. disp. 3. pag. 350.
Varia sunt opiniones sectariorum de adoratione Eucharistiae lib. 9. disput. 3. pag. 350.
Kafa Sacra vendere licet ad pauperes iuuandos lib. 12. disp. 5. pag. 493.
Ubi sum differt ab ubicunque sum lib. 9. disput. 1. pag. 334.
Ubi est Sacerdotium, & altare, ibi est Sacrificium lib. 9. disput. 4. pag. 372.
Verbum concionale non est de essentia alicuius Sacramenti lib. 7. disp. 2. pag. 262.
Verbum doctrinale non purgat à culpa sed ab erroribus, & falsa doctrina lib. 7. disp. 2. pag. 263.
Verbum Dei aut est scriptum, aut traditum: & utrumque eiusdem est firmitatis lib. 8. disput. 6. pag. 302.
Verba consecrationis dicuntur recitatiue, & significatiue lib. 9. disp. 3. pag. 353.
Verbum Dei docet implicite Eucharistiam adorandam esse lib. 9. disp. 3. pag. 367.
Vetus testamentum t. statur Clericos distingui à Laicis lib. 4. disput. 1. pag. 121.
Vicarius differt à successore in iure regendi lib. 2. disp. 1. pag. 44.
Vinum aqua mixtum debere esse in Calice probatur testimonio antiquae Ecclesiae Catholicae lib. 9. disp. 3. pag. 351.
Vinum mixtum aqua ad vendendum malam habet significationem non autem ad bibendum lib. 9. disp. 3. pag. 359.
Vita aeterna vocatur in scripturis aliquando corona iustitiae, & aliquando vita aeterna lib. 6. disput. 7. pag. 245.
Vnctio quam faciebant Apostoli ante passionem Domini non erat Sacramentum lib. 8. disputat. 8. pag. 314.
Vnctio exhibitae à Magdalena praebuit Saluatori utilitatem corporalem lib. 9. disp. 1. pag. 332.
Vnio hypostatica non est inter panem, & vinum, & Corpus, & Sanguinem Christi in Eucharistia lib. 9. disp. 2. pag. 344.
Vnitas duplex intrinseca, & extrinseca lib. 1. disp. 2. pag. 13.
Votum quid sit lib. 4. disp. 6. pag. 158.
Votum quid requirat lib. 4. disp. 6. pag. 158.
Votum quotuplex lib. 4. disp. 6. pag. 158.
Voti materia, quae sit lib. 4. disp. 6. pag. 160.
Vouere licet, estque talis actus valde laudabilis lib. 4. disp. 6. pag. 160.
Votum probatur testimonio Conciliorum lib. 4. disp. 6. pag. 159.
Voti materia proprie est in Consilijs Euangelij lib. 4. disp. 6. pag. 159.
Vota optime fiunt ad maiorem Dei cultum, & ad maiorem progressum spiritualem lib. 4. disput. 6. pag. 160.
Promissio seruandi Diuinam Legem, quae fit in Baptismo non est proprie, sed improprie votum lib. 4. disp. 6. pag. 161.


Votum

I N D E X

- Votum non obligat nisi volentem, & vouentem*
lib. 4. disp. 9. pag. 161.
- Votum in nouo Testamento legitur* lib. 4. disput. 6.
pag. 160.
- Voluntas attenditur in voto* lib. 4. disput. 6. pag. 160.
- Votum duplex est solemne, & simplex* lib. 4. disp. 7.
pag. 166.
- Vouens paupertatem commendat Diuinam prouidentiam* lib. 4. disp. 8. pag. 168.
- Vota sunt laudabilia, & commendata etiam in nouo Testamento* lib. 8. disp. 4. pag. 295.
- Voti materia sunt consilia Euangelica* lib. 8. disput. 8.
pag. 295.
- Vouens solemniter facit se inhabilem ad contrahendum* lib. 11. disp. 4. pag. 446.
- Longa est disparitas inter votum solemne, & sponsalia* lib. 11. disput. 4. pag. 449.
- Volenti non fit iniuria sed nolenti* lib. 12. disput. 1.
pag. 454.
- Vota Sanctis emittere quid sit* lib. 12. disputat. 5.
pag. 488.
- Vota emittere, peregrinationes assumere, & dies festos celebrare licitum est ac pium in honorem Sanctorum* lib. 11. disp. 5. pag. 470.
- Vsus utriusque speciei Eucharistiae a seclarijs necessarius opinatur* lib. 9. disput. 3. pag. 350.
- Vcores plures successiuo nec legi Euangelica contradicunt* lib. 11. disp. 2. pag. 435.
- Vcores plures simul habere est diuino iure prohibitum* lib. 11. disp. 2. pag. 435.
- Vcores plures Deus noluit Adm. habere* lib. 11. disput. 2. pag. 435.

F I N I S I N D I C I S:

REbant



REGESTVM.

† † † † † ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ.


Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr

A

A b c

Omnes sunt Duerniones, præter A, quæ est Ternio, & tres Cruces, quæ sunt folium vnum.



R O M Æ,

Ex Typographia Ludouici Grignani. M. DC. XLVII.

Superiorum Permissu,

© M. J. ...
The University of Chicago Press

...



u



